Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/dequindenniistra01lope

DE QUINDENNIIS
TRACTATUS NOVUS

Judicibus, Advocatis, cæteriſque in foro, nec non in Camera, Cancellaria, & Dataria Apoſtolica verſantibus utilis, & neceſſarius: In quo agitur de Quindenniis, quæ loco Annatarum ſingulis quindecim annis debentur R. Cameræ, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ, Sac. Collegio Em̃orum S.R.E. Cardinalium, & Romanæ Curiæ Officialibus, ſeu Annatiſtis à manibus mortuis, ſeu Eccleſiis, ex Beneficiis, eiſdem unitis, ſive ex Penſionibus, & fructuum applicationibus, eiſdem reſervatis,

CUM

Doctoribus, Deciſionibus Sac. Rotæ Romanæ, & Conſtitutionibus Apoſtolicis poſt Tractatum, nec non Indice Argumentorum Capitulorum, & altero locupletiſſimo Rerum, & Verborum, ſeu Materiarum

IN PARTES DUAS DIVISUS

PARS PRIMA.

Sanctiſſimo Domino Noſtro

CLEMENTI XII.
PONT. OPT. MAX.

DICATUS.

AUTHORE
JOANNE LOPEZ DE LEONE
Ulyxbonen. in Portugalliæ Regno, J. U. D. & in Romana Curia Advocato.

ROMÆ, ex Typographia Rochi Bernabò, Anno MDCCXXXIII.

SUPERIORUM PERMISSU.

BX
1939
M7L66
1733
t.1

LIBRARY
SEP 5 1968
UNIVERSITY OF TORONTO

BEATISSIME PATER.

C*UM primum de* Quindenniis *opus ſan. mem. Clementi XI.* (*prout par erat*) *devoviſſem*, *ſecundum de* Quindenniis *pariter jure merito* SANCTITATI TUÆ *devovere debebam; nec niſi Chriſti Vicario præſentem*

meſſem, tamquàm de Juribus ditionis Tuæ, *& Sedis Apoſtolicæ: nulli itaque procul dubio juſtiùs, quam* Tibi *debebatur iſte ſecundus partus, agens de primitiis Petri; accedente etiam, quòd, dum tempore, quo ego albo Ven. Congregationis S. Ivonis de Urbe cooptatus eſſem,* Sanctitas Tua, *Præfecti munere vigilantiſſimè fungebatur, ſumma ergà pauperes litigantes præditus pietate, doctrina, & conſilio, prout Ven. Congregationis Operariorum Divinæ Pietatis de Urbe, cui ego adnumeratus ſum, Protectionem proſequi humaniſſimè dignata eſt, non ſemel juxta pium Inſtitutum, magno ære profuſo, in egenos Regionarios Urbis erogando.*

AUCTOR AD LECTOREM.

DE *Quindenniis* ſecundum ingenii mei monimentum, craſſa licet, vel pingui elaboratum Minerva promo, juxta pollicita in alio meo de *Quindenniis* Tractatu, exſolvens fidem, nè filum Aradnes abrumperem, nevè mendacii arguerer, niſi promiſſis ſatisfacerem; ideò in totius Orbis theatrum defero promiſſum opus, conatus, nè inutilis videar: audeo rursùs in lucem, vel in aciem prodire, quo nullum ſanè cordato homini gravius periculum. Secundum ſiquidem opus divulgandum authumavi, ut veluti meum filium germano fratri cooptarem. Materiam non minùs cœteris diffuſam, & inextricabilem, quàm ignotam, in forenſibus ſubſelliis quotidiè agitatam, quaſi pro derelicta à Jurisconſultis omiſſam eſſe cenſui, pro ingenioli mei facultate in præſentis Tractatus conſummatione inſudavi, miratus, quòd nullus ex tot, tantisque Jurisperitis, magnique nominis Viris, quos adhuc fœcundiſſima noſtra ætas tulerit, præſentem rem elucubraſſet, quando tamen ſaltem aliquis Romanus Jurisconſultus de *Quindenniis* Romano Pontifici debitis tamquàm de Juribus Sedis Apoſtolicæ, & Primitiis Petri agere debuerat, præſertim cùm in Romana Curia dumtaxat controverſiæ Quindenniorum ventilentur, cùmque hæc ætas, cœteris aliis fœcundior, in tanta librorum copia, aſſidua opera edere conſueſcat: ad quod confert illud *Lucan. Pharſal. lib.*1.

Horrida
Induncis, multòsque inarata per annos
Heſperia eſt, deſùntque manus poſcentibus arvis

Ità, ut ſors mihi extero, ſed ferè Romano obtigerit, dum etiam *Chokier* Leodien *Regulas Cancellariæ* interpretatus fuit, & aliquas *Gomez* Hiſpanus vulgò *Sarnen.* nuncupatus, nec non *Regulam VIII. hodie IX. Cancellariæ Gonzalez* Hiſpanus, aliquas Conſtitutiones Apoſtolicas *Murga* Hiſpanus, aliquas Conſtitutiones pariter Pontificias, & aliquas *Regulas Cancellariæ Rebuffus* Gallus, & Concordata *Branden.*, *&* *Nicolarts* Germani, forſitan præſens materia neglecta, licet utilis, vel quia dificillima, deplorata, ab adeò gravi ſuſcipienda Provincia fortaſſe doterruit rei obſcuritas, ſummaque difficultas: quamobrem ego publicæ utilitatis, quam ſemper anhelo, amore accenſus, ac Jurisprudentiæ ſupplendæ, nec non locupletandæ cupiditate ductus, præruptis viis, aſperam viam primus periclitari, & aperire non ſum diffiſus. Plenum opus aleæ prodire in lucem geſtit, primus ego, aut ſolus in agone ſudavi, totos ingenioli mei ner-

vos

vos contendi vigiliis, nec propriæ ſaluti peperci, maturioris judicii fœtu me ipſum vici; fateor rem periculoſam eſſe, nova inventa prodere, & à paterno lare in publicum diffundere inter forenſes tumultus: qui enim aliquam diſciplinam profitetur, ſanè tenetur ex profeſſionis debito aliquid mente conceptum inſtar ſeminis, in lucem proferre, aliàs quemadmodùm olim triſte erat, ferèque opprobrioſum, ac indecorum ſine hærede decedere, *§. Quos autem 2. verſic. adhùc autem, Inſtitution. de Bon. poſſeſſ. l.quia 6. & ibi gloſſ. verbo ſucceſſores, ff. de interrogator. action.* ità quoque miſerrimum, ac ferè indecorum eſt, poſteris nihil ſcriptum uti hæreditarium relinquere, quo veluti hæredes intellectus valeant conſolari, ut inquit *Bald. in Probæm. Decretal. ſub num. 3. & in Prælud. feud. ubi etiam Jaſon verſic. verùm ut præclarè*: proindèque ego à tot præſtantiſſimis Scriptoribus excitatus, pro mea tenuitate cum illis prodire niſus ſum, in arenam deſcendens, longè quidem, valdèque diſpari facultate, ſed pari voluntate, & ad id me cohortante illo *Ovidiano* non Poetico *ad Ruſſinum*.

Ut deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas,

& malui, exemplo Diogenis, potiùs dolium noſtræ Juriſprudentiæ ſursùm, ac deorsùm revoluere, quàm inter oſcitantes nihil memoriæ commendabile tradere, & ſocors, uti feriata acies ferrugine obtegi, æmulatus Diogenem, qui, occaſione, qua Cives Corinthii, quæ forent ex uſu, paraſſent ob inopinatum rumorem, quòd Philippus Macedonum Rex Urbi cum innumeris copiis immineret, depoſito philoſophico pileo, pallio ſordidatus, per aliquot dies ſuum illud memorandum Dolium, ab Alexandro Magno inviſum, ſursùm, & deorsùm volvebat, ac revolvebat, per collem Urbi vicinum, atque à ſpectantibus pro admiratione ſiſcitatus, quid denotaret hujuſmodi vaſis volutatio, reſponſum præbuit, nè ipſis aliis omnibus negocioſis, ſolus otioſus videretur. Cogitans itaque, authorem naturæ omnia in hominum gratiam, ipſos verò homines in ejus honorem, & gloriam comparaſſe, nihil turpius, nihilque deteſtabilius ipſis adſcribi poſſe animadverti, quàm ſi acceptorem beneficiorum immemores credita ſibi in adminiſtratione talenta, inſtar ſervi nequam, pigri, diſſidiſque ſuffodiant, vitàmque ejus obſequio dicatam ducant veluti pecora, quæ natura prona, & ventri obedientia finxit. Nè igitur ut ſervus ille inutilis dejicerer, nevè cæteris animalibus adæquarer, omnem meam mentem, ſtudium, & operam in hoc impendere decrevi, ut mea lucubratione aliquantulùm univerſali Reipublicæ deſervirem, ſicque non ſolùm talenta à rerum conditore mihi commiſſa non abſconderem, ſed potiùs fœnori Reipublicæ cauſa darem.

Nec volui, nec debui Patriæ meæ ità penitùs oblíviſci, ut vel adeò me ergà Patriam meam ingratum exhiberem, meique veſtigium apud eandem extaret, cùm non tantùm mihi, ſed & Patriæ natus ſim; quamvis enim in pueritia ab Ulyſſippone Patria mea Romam appulſus, & quaſi tranſplantatus fuerim, ut dixi in Dedicatoria alterius Operis de *Quindenniis*, nihilominùs amorem à Parente transfu-

ſum

ſum ergà Principem , & Patriam (prout par eſt) retineo , proindèque ab extremo Luſitaniæ ad ſupremum Italiæ olim me conferens , conceptos in legali diſciplina labores in regione diſciplinarum , legùmque magiſtra , & duce , quaſi in Orbis theatro edo . Ità , ut , quamvis juxta *Ariſtotel. in Moralib. ad Nicomath.* libri genio indigeant , nihilominùs juxta *S. Hieronym. in Præfat. ad Pentatheuc.* libri non ſunt ſicut vinum , quod eò pretioſius , quò antiquius .

Hinc Homerus homines alpheſtas interdum appellavit , quaſi indagatores , & inveniendi vi præditos , quaſi quòd hominis potiſſimè proprium eſſe exiſtimaret , indagare , & invenire ; hinc docebat Iſocrates , decere Viros ea aggredi , & ſuſcipere , quæ non alius conatus eſt , hinc Apulejus in libro de Scholaſtica diſciplina inquit -- *miſerrimi ingenii eſt , uti ſemper inventis , & non inveniendis .* Saltem jure præmefero , multa in noſtris hortulis enata , educata , & exculta , vetus namque eſt querimonia de innumerabili legalium librorum copia , & Scribentium cacoethe , qui civilem quietem ſuperfluis ſcriptis , ſivè veriùs tranſcriptis conturbant , juxta illud *Eccleſiaſt. cap.* 12. *verſic.* 12. *faciendi plures libros nullus eſt finis* , quaſi quòd noſtra ætas cæteris aliis fœcundior , in tanta librorum phalange , aſſidua opera edat .

Im-

Imprimatur,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Apoſtolici Palatii Magiſtro.

N. Baccarius Epiſcopus Bojanen. Vicesgerens.

APPROBATIO OPERIS.

TRactatum de *Quindenniis, quæ loco Annatarum &c.* ab egregio aliorum Operum Authore, & Romanæ Curiæ Advocato D. Joanne Lopez de Leone elaboratiſſimè de more compoſitum, ex munere à Rmo P. Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro mihi injuncto, non minùs accuratè, quàm jucundè perlegi, nihilque in eo reperii, quod Orthodoxæ Fidei, Sacrorùmque Canonum Inſtitutis, boniſve moribus, vel ſanæ Doctrinæ adverſetur, quinimmò illum non vulgari eruditione, legalique ſubſtantia refertum perſpexi, & admiratus ſum; Etenim bis centum, & quadraginta quinque continet Capita, & ſingula ſingulares quæſtiones, omnes ingenioſè, & eruditè tractatas, & non minùs doctè, quàm ſolidè reſolutas, atque conſtabilitas. Opus ſanè ſingulare, ac tàm in Jus dicentium, Cauſidicorùmque opem, quàm in rei literariæ, Romanæque Curiæ eximium ornamentum procul dubio ceſſurum, publica idcircò luce, & perennitate digniſsimum duco.

Petrus Paulus Santochius in Romana Curia Advocatus.

Alia Approbatio.

DE mandato Reverendiſsimi P. Fr. Joannis Benedicti Zuanelli S. P. A. Magiſtri ſedula conſideratione perlegi alterum Librum, cui titulus de *Quindenniis* Eccleſiaſticis in duas partes diviſum Authore D. Joanne Lopez de Leone Ulyxbonen. in Portugalliæ Regno J.V.D., & in Romana Curia Advocato, omniàque in eo contenta non ſolùm inveni Orthodoxæ Fidei, & bonis moribus conſentanea, ſed etiam Eccleſiaſtico foro, & legalem Diſciplinam pertractantibus plurimè profutura cenſeo, ac propterea publicæ luci donari poſſe; ſi ità eidem Reverendiſsimo P. S. P. A. Magiſtro videbitur.

Antonius Flavius de Sanctis J. V. D. & in Romana Curia Advocatus.

Imprimatur,

Fr. Jo. Benedictus Zuannelli Sacri Apoſtolici Palatii Magiſter, Ordinis Prædicatorum.

DE

DE QUINDENNIIS.

ARGUMENTUM.

Quindennium in materia beneficiali quid ſit, & undè ortum.

SUMMARIUM.

1 *Ratio Auctoris ad ſcribendum de Quindenniis.*
2 *Materia Quindenniorum à nemine pertractata ex profeſſo.*
3 *Auctor dolet, quòd à nemine ſit pertractata ex profeſſo.*
4 *Auctori obtigit ſors hanc materiam pertractandi ex profeſſo.*
5 *Materia quindenniorum utiliſſima.*
6 *Valdè confert habere prævios ejuſdem rei ſcriptores.*
7 *Præſens materia eſt arduæ molis opus.*
8 *Alius Tractatus de* Quindenniis *editus, eſt novus, & utilis, & commendatur* Em̃us Petra.
9 *Idem Tractatus in præſenti eſt novus pariter, ac utilis.*
10 *Quindennia beneficialia ſunt antiquiora quindenniis emphyteuticis.*
11 *Tractatus diviſus, & diſtinctus clarior ſit.*
12 *Ordo ſervandus etiam inter Diabolos.*
13 *Quindenæ etiam pro quindenniis.*
14 *Quindennia vocantur etiam quinta decima.*
15 *Annata ſubrogata fuit in locum Decimæ debitæ Summo Sacerdoti de Decimis.*
16 *Talis redecima vocabatur decima decimarum.*
17 *Annata etiam ſubrogata fuit in locum Decimæ ſolvi olim ſolitæ Summo Pontifici, & laudatur* Eminentiſſimus Petra.
18 *Quindennia ſunt incognita de jure communi, non autem de jure ſpeciali Pontificum.*
19 *Quindennia de jure communi non debentur.*
20 *Quindenniorum uſus antiquiſſimus.*
21 *Beneficium ſemel unitum, non eſt Beneficium.*
22 *Indictio tributi erat apud Romanos ſingulis quindecim annis.*
23 *Annata quoque ſumitur pro annualitate, ſeu annua præſtatione, & annuo fructu.*
24 *Exactor annatarum, & quindenniorum in Urbe vocatur Subcollector.*
25 *Quindennia juſtè introducta fuerunt.*
26 *Annatæ reſolvuntur in quindennia.*
27 *Adducuntur rationes, cur plures emanaverint ſuper quindenniis Conſtitutiones Apoſtolicæ.*
28 *Cur in materia quindenniorum Pontifices loquantur de Ducatis Cameræ.*
29 *Clauſula* dummodò remaneant mille pro Epiſcopo, & centum pro Rectore, *intelligitur de Ducatis juxta æſtimationem Regionum, ubi ſita ſunt Beneficia.*
30 *Hodiè Ducati de Camera non adſunt, niſi apud antiquarios.*
31 *Prout etiam hodiè non adſunt Marchæ, Sterlingi, vel Libræ Turonenſes.*
32 *Idem dicendum de Florenis.*
33 *Idem eſt valor Turonenſium, ac Florenorum, & Ducatorum de Camera.*
34 *Referuntur Auctores agentes de Florenis, & Ducatis.*
35 *Floreni, & Turonenſes ejuſdem ſunt valoris.*
36 *De Florenis adeſt* Reg. 2. Cancell.
37 *Quid ſit Quindennium.*
38 *Quid ſit annata.*
39 *In quo differat à communi, & minuto ſervitio.*
40 *Quid ſit commune ſervitium.*
41 *Annata inter quos diſtribuatur.*
42 *Laudatur* Sott in Regul. 30. Cancellar. n. 20.
43 *Prout etiam* Gomez in dict. Regul. quæſt. 17. in princip. verſic. ſolutio.
44 *Affertur* Rota coram Coccino deciſ. 1948. n. 12.
45 *Ex Beneficio non Conſiſtoriali excedente viginti quatuor Ducatos de Camera ſolvitur dimidia tantùm annata.*
46 *Minuta ſervitia quando ſolvantur, & laudatur* Em̃us Petra.
47 *Quindennia cur introducta fuerunt.*
48 *Quindennia olim ſolvebantur certis conventis temporibus.*
49 *Quindennium, quod ſolvitur ex Beneficio Conſiſtoriali, eſt annata integra, quod verò ſolvitur ex Beneficio non Conſiſtoriali, eſt dimidia.*
50 *Cur quindennium ſolvatur ſingulis quindecim annis, non autem paucioribus, aut pluribus annis.*
51 *Vel, quia ex pretio fructuum, qui quindecim annis colliguntur ex fundo, probatur illius æſtimatio.*
52 *Vel quia in vita humana intrà ſpatium quindecim annorum plures fiunt mutationes.*
53 *Vel quia in Cancellaria Apoſtolica omnia Officia intrà quindecim annos vacare ſolent per ceſſum, vel deceſſum.*
54 *Quindennium non ſolvitur ex omnibus Beneficiis.*
55 *Dimidia annata ſolvitur ex Beneficiis excedentibus viginti quatuor Ducatos.*
56 *Cur edita fuerit* Reg. 55. Cancell.
57 *Ex Beneficiis Galliæ an verum ſit, quòd non ſolvatur annata.*
58 *Ex majoribus tamen Beneficiis Galliæ loco annatæ ſolvitur quædam compoſitio.*

59 *In quibus locis Galliæ aliquando ſolvatur integra, & aliquando non integra annata.*
60 *Ex Beneficiis Galliæ ſolvitur etiam quindennium.*
61 *Ex Beneficiis, & Canonicatibus Germaniæ, an verum ſit, quòd hodiè non ſolvatur annata tàm ex generali conſuetudine, quàm ex ſtylo Romanæ Curiæ.*
62 *Ex Canonicatibus S. Petri ſolvitur annata, ex illis verò Cathedralium Toletanæ, ac Hiſpalen. non ſolvitur, & rejicitur* Gonzalez ad Reg. 8. Canc. §. 7. procem. n. 167.
63 *Annatæ ſunt juſtæ.*
64 *Quindennia ſubrogata fuerunt in locum annatarum, quæ non ampliùs ſolvuntur ſi Beneficia uniantur, cùm non dicantur, nec poſſint ampliùs vacare.*
65 *Quindennia in quam cauſam erogentur, & inter quas perſonas dividantur.*
66 *Ex feudis poſſeſſis per manus mortuas in Regno Neapolitano ſolvuntur relevia.*
67 *Ex annatis ſolvi ſolent decem pro centenario Equitibus, ſeu Militibus S. Petri ementibus Officia Vacabilia.*
68 *Etiam annata dicitur illa collecta, quando percipit Rex ex fructibus primi anni alicujus Officii conceſſi.*
69 *Vectigal ſolvi ſolitum ex aquis à Principe conceſſis, dicitur quoque annata.*
70 *Capitulum Baſilicæ Lateranenſis exigere ſolet (quod tamen nulliter facit) ſcutum unum aureum ſingulis quindecim annis à Confraternitatibus ſibi aggregatis, ſeu unitis.*
71 *Qua de cauſa introducta fuerint quindennia.*
72 *Quindennium nihil aliud eſt, quàm penſio debita Pontifici in recognitionem univerſalis Dominii.*
73 *Quindennia introducta fuerunt à diverſis Pontificibus.*
74 *Quindennia ſubrogata fuerunt in locum annatarum.*
75 *Laudatur S. M.* Clemens Papa XI. *& refertur quædam illius Conſtitutio.*
76 *Quindennium non eſt tributi ſpecies.*
77 *Quindennia non inſerviunt ſolis Officialibus.*
78 *Quindennium debetur Pontifici.*
79 *Quæſtio de nomine relinquenda pertinacibus, & ſolus ſenſus verborum ſapientibus.*
80 *Non curandum de nominibus, quando rem habemus.*
81 *Ut locus ſit ſolutioni quindenniorum, ſatis eſt, quòd ſingula Beneficia unita excedant viginti quatuor Ducatos.*
82 *Nuncius Apoſtolicus quando conferrre poſſit Beneficia non excedentia viginti quatuor Ducatos.*
83 *Ut ſit locus quindenniis, Beneficia debent eſſe taxata in libris Cameræ.*
84 *Aliàs ceſſat ratio Bullarum.*
85 *Præſertim quando cauſa non ſolvendi quindennia eſt finalis.*
86 *Ex Conſtitutionibus colligitur mens Pontificis.*
87 *Dictio* ideò, propterea, quoniam, *inducunt cauſam finalem.*
88 *Inducta ad unum finem, non debent alium operari.*
89 *Beneficia non debent eſſe taxata, ut locus ſit quindenniis.*
90 *Verbum* retroactis *ſupponit tempus remotiſſimum.*
91 *Verborum* Conſtitutionis Pauli II. *intellectus.*
92 *Quindennia cur introducta.*
93 *Fuerunt introducta ob recognitionem Dominii.*

CAPITULUM I.

DUPLEX me ratio impulit, ac
ferè compulit ad ſcribendum 1
de duplici Quindenniorum
ſpecie, tàm nempè de illis ex
Emphyteuſi loco laudemiorum
per manus mortuas ſolvendis,
de quibus egimus in
alio Tractatu, quàm de illis ex Beneficiis unitis
manibus mortuis, loco Annatarum per eaſdem
manus mortuas ſolvendis, de quibus agimus in
præſenti Tractatu, publicæ nempè utilitatis
ſtudium, materiæ ſingularitas, gravitas, difficultas,
novitas, & neceſſitas, dum quotidiano 2
uſu in foro utramque materiam illibatam ab
aliis, nec ab aliquo calamo hactenùs ex profeſſo
agitatam animadverto: ſicuti enim facile eſt in- 3
ventis addere, ità difficile, non inventa, invenire.
Doleo equidem ſuper hoc, quòd nullus ex
tot præſtantiſſimis Juriſconſultis tàm antiquis
quàm modernis, opus adeò neceſſarium aggreſ-
ſus non fuerit, vel ſaltem ingreſſus, nihilque mi-
nimo tanta ſors obtigerit; deterret me ſanè Pro- 4
vincia, quæ Anteceſſores deterruit, grave munus,
& humeris meis penè impar onus ſcio me
ſubiiſſe.
Præſens igitur occurrit argumentum laborioſiſſimum,
& difficillimum, utiliſſimum, & ſubtiliſſimum:
ac ſicuti in difficili navigatione mi- 5
rum in modum præſtat optimos navis habere
Magiſtros, ità ad ſcribentis levamen, ſivè leve ſo-
latium maximè confert prævios habere ejuſdem 6
rei Scriptores, quos vel imitetur, vel ſequatur,
vel æmuletur; viam carpſi inaceſſam, nullius an- 7
te tritam pede, parvæ, ſed arduæ molis opus.
Abſoluto itaque altero Tractatu de *Quinden-
niis*, non minus novo, quàm perquam utili circà 8
rem emphyteuticam, ſeu circa quindennia ex re
emphyteutica debita ob illius tranſitum in manum
mortuam, quem quidem Tractatum commendare
dignatur *Emus D. Card. Petra nunquam
ſatis commendatus; ad Conſt. Apoſtol. tom. 5. in
Conſt 6. Pauli II. n. 40.* ſupereſt in *præſenti* alius 9
Tractatus etiam de *Quindenniis*, non minùs novus,
quam neceſſariſſimus, nec minùs difficilis,
quàm utilis, circà rem beneficialem, ſeu circà
quindennia ex re beneficiali, ſeu ex Beneficiis
debita ob eorum unionem manui mortuæ factam.
In altero Tractatu egimus primo loco de
Quindenniis circà rem emphyteuticam, in præ- 10
ſenti agimus de Quindenniis circà rem beneficialem,
quæ longè antiquiora ſunt quindenniis emphyteuticis,
poſteà moderno uſu ex quodam
æquitativo remedio ad ſimilitudinem quindenniorum
beneficialium introductis ad per me tradita
in alio Tractatu de *Quindenniis cap. 1. n 32.
cum ſeqq. Rot. poſt eund. Tract. deciſ. 9. n. 8. in
princip. verſ. hinc eſt, & deciſ. 11. n. 13. in princip.
Niger de laudem. tom 1. quæſt. 12. artic. 3 n 145.
cum ſeqq. Urſell. conc. legal. 100. n. 10. Rota cor.
Caſſador. ad Regul. Cancellar. deciſ. 19. n 6. &
in recentior. deciſ. 198. n. 4. part. 19.* Tractatum
itaque in duos deliberavi dividere (uno verbo dicam)
bipartire; etenim diviſus, & diſtinctus 11
Tractatus, clarior fit, ac commodiùs intelligi
poteſt, immò illuſtrem, perſpicacemque reddit
orationem, ac propterea animum legentis incitat,

tat, & excitat, mentem addiſcentis parat, & memoriam artificioſè reformat, ut ait *Baron. de*
12 *citation. tom.1. quæſt.4. n.1. cum ſeqq.* ordo namque ſervandus eſt non ſolùm inter homines, ſed etiam inter Diabolos; ut inquit *Niger de laudem. tom.1. in Prohæm. n.9. in fine*. Ideò in altero Tractatu Provinciam ſumpſi diſſerendi de Quindenniis, ut ità dicam, prophanis, ſeu emphyteuticis, ex emphyteuticis nempè bonis debitis; in præſenti verò de Quindenniis, ut ità dicam, Eccleſiaſticis, ſeu beneficialibus, ex Beneficiis
13 nempè manui mortuæ unitis, debitis. Ad dicendorum autem notitiam præmittendum, quòd quindenæ etiam pro quindenniis accipiuntur per *Vagnereck in Jus Canonic. tom.1. lib. 3. tit. 5. §. 4. verſic. nota tertiò*; immò quindennia
14 hæc beneficialia vocantur quinta decima, uti debita Papæ ſingulis quindecim annis in ſignum recognitionis Dominii, quod habet Papa in Beneficiis, *Thomaſin. de Benefic. tom.3. cap. 59. n. 13.* ad quod confert provida ſanctio Conſtitutionum Canonicorum Regularium S. Auguſtini Regiæ Congregationis Portugalliæ *par. 2. cap.20 de Camerario in principio*, ibi: *Nè autem quindenniorum ſolutio oneroſa ſit, in unoquoque Monaſterio erit quoddam ærarium, in quo Camerarii de mandato Priorum reponent ſingulis annis decimam quintam partem redditunm ad quindennia ſuo tempore ſolvenda; quòd ærarium in Arca Communitatis collocabitur, & ipſius clavem Prior habebit. Atque hoc Priores, & Camerarii ſub pœna Excommunicationis exequentur: ex hoc verò ærario ſub eadem pœna nullam eruere pecuniam valebunt, & P. Generalis ſummam eam quindennii in ſingulis Monaſteriis liquidam faciet &c.* Dimidia
15 etiam annata ſuffecta fuit in locum illius redecimæ, quam olim Levitæ, & Sacerdotes, ut in *Numer.* 18. de omnibus Decimis ſibi à Populo
16 redditis Summo Sacerdoti ſolvebant, quæ decima decimarum vocabatur, *Vrſell. concl. legal. tom 2. conc. 110. n.2. Cohell in notit. Cardinalat. cap.20. in princip. litera D. in fin. verſic. verùm*
17 *hodiè*; vel in locum Decimæ, ſeu redecimæ, quæ olim in toto Orbe Summo Pontifici colligebatur pro Romanæ Eccleſiæ neceſſitatibus de fructibus, & proventibus unius anni Beneficiorum, quæ exindè uſque ad triennium, vel quinquennium, vel aliud tempus in certis deſignatis Provinciis vacarent; qui fructus pro Pontifice, & Camera Apoſtolica, deſtinatis Collectoribus percipiebantur, *Card. Baron. Annal. ad ann. Chriſti 1156. ad fin. Solier ad Paſtor. de Benefic. lib 2. tit.14. litera B. Maſſa Galleſ. de annat. n.4. in fin. à Lapid. in Numer. cap. 18. n.27. Goſſridus Vvindorienſis Abbas Sanctonenſi ſcribens* ibi: *inſuper etiam Decimas Salinarum veſtrarum, quas Monaſterium noſtrum Patrimonium ſcilicet B. Petri, & ejus Allodium per ſexaginta annos pacificè noſcitur poſſediſſe, nobis aufertis; Undè Dilectionem veſtram rogamus, ut quod aliter actum eſt, corrigatis, nè qui Apoſtolica præceptione Nobis Defenſor conſtitutus fuerat, videatur Perſequutor. Nobis dictum eſt, quia dicitis, quòd Eccleſia non debet Decimam dare. Hoc verum eſt, ubi Eccleſia nihil habet in Parecia alterius Eccleſiæ, ubi verò Eccleſia poſſeſſionem aliquam habet, vel quidquam, quod decimari debet, illi Eccleſiæ Decimam reddere debet, ſi iſtud iſta poſſidere deſiderat. Hoc tenet Italia. Hoc tenet Gallia &c. D.Thom. 2.2. qu.87. artic. 4. Suarez de Religione tom. 1. lib. 1. de Decim. cap.17. & 27. Valenzuela Velazquez conſ.9. n.3. Gutierrez Can. quæſt. part. 2. cap. 21. per tot. Hunnius in Encycloped. tit. de Decim. cap. 2. per tot. Borell. in Sum. Deciſion. tit. 19. de Decim. per tot. tom. 1. Genuenſ. in prax. Eccleſ. quæſt. 628. n 3. Azor. inſt. mor. part 1. lib. 7. cap. 25. qu.5. Azaved. in l. 1. Hiſpan. n. 12. cum ſeqq. tit. 5. lib.1. nov. Recopil. Perez in l. 1. tit. 5. lib. 1. Ordin. pag. mih. 23. Barboſa vot. Can. deciſ 41. per tot. præſertim n. 15. Card. Caetan. de Authorit. Pap. ad qu. 14. Tholoſan Syntagm. Jur. lib.2. cap.21. tit. de Annat. per tot Gambar. de Offic. & poteſt. Legat. lib. 7. n.416. Lotther. de re benefic. lib. 3. qu. 20. n 25. Gerſon. de Simon. tom. 2. pag. mih. 428 Card. de Alliac. de Authorit. Eccleſ. paſſim, ac ſignanter in verbis* ibi: *Cùm Levitæ pro ſua ſubſtentatione receperint Decimas, Summus Sacerdos Decimam Decimæ à Levitis debebat recipere; undè ſimili Jure videtur, quod Papa poſſet recipere ab Epiſcopis promotis communia ſervitia, & in minoribus Beneficiis primos fructus, ſeu alia hujuſmodi ſubſidia, & quibus ipſe, & ſibi in Eccleſiæ ſervitio aſſiſtentes poſſent convenienter ſubſtentari, ſtatus Summi Pontificis, & Sacri Collegii Cardinalium &c. Emus D. Cardinal. Petra nunquam ſatis laudatus, ad Conſt. Apoſtol. tom. 5. in Conſtit. 6. Pauli II. n.21. Fagnan. in cap. præterea n 15. poſt med. nè Prælat. vic. ſuas. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.1. c. 18. §. 3. in principio, & n. 1. Spondan. Annal. Eccleſ ad annum 1515. n.10. cum ſeq Raynald. Annal. ad annum 1436. n. 4 Campeg. de inſtitut. Annat. in principio, Belencin. de charitat. ſubſid. quæſt 16. verſ. & idem, Pariſ. de confident. benef. quæſt. 9. n. 58. Cabaſſut. de notit. Concil. Concil. 94.*

Quindennia inſuper ſunt de Jure communi 18
incognita, non autem de Jure ſpeciali vigore Pontificiarum deſuper editarum Conſtitutionum, *Cherubin. in compend. Bullar. Roman. tom. 1. in Conſtit.20 Julii III. Schol.2. fol. mihi 137. Capon. diſc. for tom.5. diſc. 376. n. 19. & contr. for 32. per tot. Niger de laudem. tom. 1. qu. 12. art. 3. n. 149. Antonell. de temp. legal. lib.2. cap. 25. n. 13. Plot conſ 107. n. 1. cum ſeqq. Mandoſ. de privileg. ad inſtar gloſ.7. n 49. Tondut. de Penſion. cap.10. n.19. cum ſeqq Tamburin. de Jure Abbat. tom. 1. diſp. 9. qu. 3. per tot. Maſſa Galleſ. de annat. in fin. verſ. eſt aliud, Lotter. de re benefic. lib. 1. qu. 29. n. 1. cum ſeqq. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.1. cap.18. §. 4. n.1. & per tot. Barboſa collect. Deciſ. Apoſtol. 626. verbo quindennia, & in Repertor. Jur. civil. verbo annatæ, Azor. inſtit. moral. part.2. lib. 7. cap.13 & part.3. lib.12. cap.11. qu. 10. Caſtropal. moral. part. 2. diſp. 3. punct. 7. Filliucc. qu. moral. tom. 2. tract. 41. de Benef. Eccleſ. qu. 10. n. 56. cum ſeqq. in Appendic. aliàs tom. 3. Bonacina oper. moral. tom 1. diſp. 2. qu. 6. punct. 1. n. 1. cum ſeqq. & in compend. verbo diſtributiones n. 61. Urſell. conc. legal. tom. 2. verbo annata conc. 110. n. 8. cum ſeq. & n.16. cum ſeqq. Scortia in ſelect. Sum. Pontific. Conſtitution. Epitom.44. theorem.121. & 123. Fatinell. doctiſſimus Cameræ Apoſtolicæ Clericorum Decanus, olim primæ notæ in Urbe Advocatus, reſponſ. 50. n. 12. cum ſeq. part.2. Card. de Luca de Benefic. diſc 89. n.1. cum ſeqq. & de Offic. Venalib. cap.5. n 4. cum ſeqq. Clericat. diſcord. forenſ. de Benef. part. 1. diſcord. 94. per tot. Rota cor. Card. Seraphin deciſ.1401.*

ciſ. 1401. *n.* 4. *in princip. & deciſ.* 1410. *n.* 3. *in princip. regiſtrat. poſt Tract. in ordine la IV. & V.*

19 Hinc eſt, quòd quindennia hujuſmodi non debentur de Jure communi; ſi enim illa de Jure deberentur, ſuperfluæ forent Bullæ Pontificiæ ſuper illis editæ, & poſt *Tract. regiſtrat. Spada conſ.* 95. *n.* 1. *verſ. quò vero ad quindennia, lib.* 2.

20 Modò deveniendo ad quindennii eſſentiam, præmittendum eſt, uſum quindenniorum antiquiſſimum eſſe, dum olim per manum mortuam, cujus favore uniebantur Beneficia, ex propria obligatione loco quindenni ſolvebatur quid certum Cameræ Apoſtolicæ, ut colligitur ex *Conſtit. 6. Pauli II.* §. 3. *ex Conſtit.* 20. *Julii III.* §. 5. *ex Conſtitut.* 17. *Pauli IV.* §. 1. *in fin. Bullar. nov. Roman. tom.* 1. *ex Conſtitut.* 38. *S. Pii V. in princip. &* §. 3. *in princip. eod. Bullar. tom.* 2. *ex Conſtitut.* 18. *Urbani VIII. in princ. eod. Bullar. tom.* 5. *& ex Conſtitut.* 50. *Clementis X* §. 1. *in princip. &* §. 3. *in princip. tom.* 6. *repetit. poſt Tract. in ordine la* I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. *&* XI. & benè animadvertit *Spada conſ.* 94. *n.* 1. *lib.* 2. *Emus Petra ad Conſt. Apoſtol. tom.* 5.

21 *in Conſt. 6. Pauli II.* Præmittendum etiam eſt, quòd Beneficium ſemel unitum manui mortuæ, non eſt amplius Beneficium, ſed evadit prædium, amittitque naturam, & titulum Beneficii, tranſiens in temporalitatem, *Turricella de unione Benefic. cap.* 4. *n.* 19. *cum ſeqq.* Omitto, quòd quindennia ſunt ad inſtar Indictionum ſubrogatarum à Cæſare Auguſto in locū Olym-

22 piadum; erat enim apud Romanos indictio tributi ſingulis quindecim annis ad *textum in l. quæro* 28. *ff. de uſufruct. legat. l. Julianus* 13. §. *Idem Julianus* 6. *ff. de action. empt. tot. tit. C. de indiction. lib.* 10. *Bulenger. de Imper. Roman. lib.* 9. *cap.* 18. *Covarruv. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 4. *cum ſeqq. Amaya in l. omnes* 3. *n.* 30. *cum ſeqq. C. de annon. & tribut. lib.* 10. *Gentil. de tempor. appell. cap.* 2. *Cujacc. obſ. lib.* 6. *cap.* 10. *Gonzalez Tellez in not. ad cap. inter dilectos* 6. *n.* 2. *de fide Inſtrum. Panciroll. theſaur. var. lection. lib.* 2. *cap.* 242. *Caſſiodor. var. lib.* 1 *formul.* 15. *cum ſeq. Monacell. formular. legal. practic. Eccleſ. tit.* 14. *formul.* 2. *in adnotat. verſ. ſuntque adinſtar par.* 2.

23 Annata quoque ſumitur in alio ſenſu pro annualitate, ſeu annua præſtatione, & annuo fructu, *Rota in Romana, ſeu Viterbien. lucri Dotis* §. *Diſſoluto cum ſeqq.* 28. *Februar.* 1707. *coram Omaña*

24 *Epiſcopo Giennen.* Præmittendum inſuper eſt, in Urbe extare Exactorem annatarum, & quindenniorum ſub nomine Subcollectoris, de quo *Rota cor. Bich. deciſ.* 210. *&* 225. *repetit. poſt Zacch. de ſalar. deciſ.* 79 *&* 80. Juſtitia autem quindenniorum comprobatur ab exemplo, & argumento

25 à fortiori (quod in Jure ex vulgatis validiſſimum eſt) deducto ex peculiaribus Indultis Eccleſiarum, & earum particularium Beneficiatorum, præſertim in Hiſpaniis ſuper jure percipiendi annatas ex Beneficiis vacantibus; ſi enim pro indigentiis particularis Eccleſiæ, ac particularium Beneficiatorum exiſtimata fuit juſta, ac conveniens perceptio annatæ, quomodo redargui poterit perceptio quindennii in locum annatæ ſubrogati favore Cameræ Apoſtolicæ, & Officialium S. Sedis ob cauſas, & titulos adeò efficaces, in puncto *Fagnan. in cap. præterea n.* 45. *cum ſeqq. nè Prælat. vic. ſu. Azor. inſt. mor. part.* 2. *lib.* 7.

26 *cap.* 18. *qu.* 3. proindèque annatæ reſolvuntur in quindennia, ut ait *Vermigliol. conſ.* 476. *n.* 2. *Rota deciſ.* 690. *n.* 2. *poſt med. verſ. nunquam enim, part.* 4. *diverſ. & coram Martin. Andrea deciſ.* 23. *n.* 4. *antè fin. & deciſ.* 48. *n.* 10. *repetit. deciſ.* 730. *n.* 6. *poſt med. verſ. de Jure autem communi, part.* 3. *recentior. & coram eodem Andrea deciſ.* 70. *n.* 1. Nec deſinit eſſe benè radicatum, firmum, ac ſtabile jus Sedis Apoſtolicæ ſuper quindenniis ex eo, quòd plures emanaverint ſuper iiſdem Con-

ſtitutiones, quia illæ emanarunt pro declaratione 27
dubiorum, quæ in contingentia caſuum emergebant ſuper intelligentia hujus materiæ, vel ad compeſcendam gravioribus pœnis contumaciam nonnullorum debitorum, juxta earundem Conſtitutionum tenorem; non autem multiplicatio Conſtitutionum derivavit ex illegitimitate tituli hujus juris, ſed ex mala qualitate dictorum debitorum juxta illud, quòd bonæ leges arguunt malos mores, ex quibus ſunt natæ, ut inquit *Zipeus conſult. canon. lib.* 3. *tit. de Præbend. conſ.* 4. *n.* 1. *in princip.*

Eſt etiam notandū, quòd non abſque myſterio 28
Pontifices loquuntur de Ducatis Cameralibus ad denotandum pro inducenda ſolutione integrarum, vel dimidiarum annatarum, & quindenniorum, valoris exceſſum intelligi in Ducatis de Camera, quorum valutatio non eſt ſemper fixa, ſed regulatur à valore ſcuti auri in dies variabili; ità, ut ex inferius *n* 33. deducendis Ducatus auri de Camera eſt ejuſdem valoris, ac Florenus juxta veram æſtimationem ità regulandus, ut ſinguli centum Floreni conflent centum, & novem ſcuta aurea juxta experimentum relatum à *Fenzon. ad Statut. Urb. lib.* 1 *cap.* 197. *n.* 151. *cum ſeqq. Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.* 89. *n.* 18. *de Penſion. diſcurſ.* 35. *n.* 11. *cum ſeqq. & diſcurſ.* 84. *n.* 6. *ac in Relat. Cur. diſcurſ.* 10 *n.* 19. *Rot. in recentior. deciſ.* 149. *n.* 2. *&* 11. *part.* 2. *tom* 1. proindeque ſinguli Floreni valutantur ferè in Juliis decem, & octo, juxta quam proportionem exigi ſolent per Collectorem, ac Subcollectores quindennia; nè aliàs, ſi de ſimplicibus Ducatis loquerentur, daretur anſa dubitandi de quibus Ducatis intelligendum

eſſet, an de Ducatis Cameralibus, an vero de Ducatis non Cameralibus, ſed juxta æſtimatio- 29
nem regionum, ubi ſita ſunt Beneficia unita, prout ità intelligitur Clauſula illa: *dummodò remaneant mille pro Epiſcopo, & centum pro Rectore,* circà reſervationem Penſionum ſuper Cathedralibus, & Parochialibus ad formam *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.* 24 *de Reform. cap.* 13. veluti probant *Barboſa ad dict. loc. n.* 14. *cum ſeqq. & collect. deciſ. Apoſtol.* 267. *verbo Ducata per tot. Clericat. diſcord. for. de Benef. & Penſion. part.* 1. *diſcord.* 54. *n.* 30. *cum ſeqq. & part.* 2. *diſcord.* 2. *n.* 9. *cum ſeq. & diſcord.* 11. *n.* 33. Pro intelligentia in-

ſuper monetarum ſciendum eſt, hodiè non repe- 30
riri Ducatos, ſeu Ducata auri de Camera, niſi apud Antiquarios. *Garzias de Benef. part.* 5. *cap.* 3. *n.* 147. *Tondut. de Penſion. cap.* 40. *n.* 1. *Gratian. diſc.* 417. *n.* 16. *cum ſeqq. Roſa de exe-*

quut. lit. Apoſt. part. 1. *cap.* 7. *n.* 174. prout etiam 31
hodiè non adeſt moneta Marcharum, Sterlingorum, vel Librarum Turonenſium, de quibus *Benedictus XIII. in Extravag. vas electionis* § *Porrò Turonenſes de cenſib. int. commun. & Regulæ Cancell.* 25. *de moneta, &* 55. *de valore, Anonymus Auct. de mutat. monet. qu.* 10. *n.* 9. *cum ſeqq.*

ſeqq. ac per tot. Mandoſ. in dict. Regul. 25. Cancellar. de moneta n. 1. cum ſeqq. Tondut. de Penſion. cap. 40. n. 32. cum ſeqq. & reſol. civil. part. 1. cap. 4. n. 3. cum ſeqq & cap 15. n. 3. Idem di-
32 cendum de Florenis auri de Camera vulgò Fiorini quaſi Florentinis, vel à flore, nempè Lylio gentilitio Florentiæ ſtemmate, quo erant ſignati, cudi cæpti de anno 1252. Gomez aliàs Sarnen. ad Regul. Cancellar. ſuper laudat. Regul. de valor. exprim. qu 9. n. 21. cum ſeq. Boſſ. de monet. n. 12. Gobius eod. tract. qu. 1. n. 49 Rota deciſ. 509. n. 14. part. 19. recentior. tom. 2. Dictorum Florenorum meminit Paulus II. Conſtit. 6. §. 3. in fin. & Paulus IV. Conſtit. 17 §. 1. Bullar. nov. Roman. tom. 1. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtol. in ordine la I. & IV. ubi diſponitur, ex Beneficiis excedentibus viginti quatuor Florenos de Camera deberi annatam, ſeu dimidiam annatam, proindèque quindennium de Flore-
33 nis; immò eundem eſſe valorem Turonenſium, ac Florenorum, & Ducatorum de Camera, ſancivit mox prælaudata Regula 25. Cancellariæ de moneta ibi: declaravit &c. quòd Libra Turonenſium parvorum, & Florenus auri de Camera pro æquali valore in concernentibus literas, & Cameram Apoſtolicam computari, & extimari debeant, & firmat Mandoſ. in dict. Regul. 25. Cancellar.
34 de monet. qu. 3. n. 4. De Florenis, & Ducatis auri de Camera latè agunt Sola de monet. caſ. 6. n. 2. cum ſeqq. & per tot. Tondut. de Penſion. cap. 40. n. 36. Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 17. n. 12. Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib. 2. cap. 13. n. 3. cum ſeqq. Rota cor. Priol. deciſ. 261. per tot. deciſ. 372. per tot. part. 4. diverſ. deciſ. 287. deciſ. 500. & deciſ. 504. per tot. par. 14. recentior.
35 Florenos autem, & Turonenſes jam diximus ejuſdem eſſe valoris vigore ſæpè laudatæ Regulæ
36 Cancellariæ 25. de moneta, De Florenis inſuper adeſt Regula 2. Cancellariæ de reſervat. Cathedral. dictaque Regula 25. de moneta, & Regula 55. de valore, nec non Conſtit. 86. Pii IV. in princip. Bullar. Rom tom 2. Præterea quindennium, de quo
37 in præſenti agimus, nihil aliud eſt, quàm dimidia pars fructuum Beneficiorum ſuppreſſorum, & ad commodum, ac utilitatem manus mortuæ, puta Capituli, ſivè cujuſcumque Loci Pii Menſæ unitorum, ſingulis quindecim annis ſolvenda Cameræ Apoſtolicæ, quam corpora nunquam defectura præſtarent, ſi de eo tempore providerentur de unitis Beneficiis, nuncupaturque id genus emolumenti quindennium à meta temporis decurſi, Niger de laudem tom. 1. qu. 12. artic 3. n 149. in fin. Azor. inſtit moral. part. 2. lib. 7 cap 13. per tot. & part. 3. lib. 12. cap. 11. circà fin qu 10. verſ. decimò quæritur, cum verſ. ſeqq. Monet. de diſtribution. quotidian. part 3. qu 9. concluſ. 5. n. 31. cum ſeqq Ceccoper. lucubr. Canon. lib. 4. n. 169 Tamburin. de jure Abbat. tom. 1. diſp. 9. quæſit. 3. n. 1. cum ſeqq & per tot. Caſtropal. moral. part. 2. diſp 3. punct. 7. n 1. in princip. verſ quindennium, Filliucc. moral. part. 3. tract. 4. de Benef. Eccl. cap 6 n. 56 cum ſeqq. ſicuti
38 annata, ſeu, ut hodiè moris eſt, dimidia annata ex Beneficiis non Conſiſtoralibus, etiam eſt media pars fructuum primi anni, Beneficii à Sede Apoſtolica collati, ſolvenda in Dataria Apoſtolica a proviſo de Beneficio, ſeu ſucceſſore in illo per ceſſum, aut deceſſum Beneficiati Anteceſſoris, Balmeſeda de collect. qu. 85. n. 13. Moneta de diſtribut. quotid. part. 3. qu. 9. n. 27. Maſſa Galleſ. de annat. n 2. Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. § 3. n 33. cum ſeqq. & n 41. verſic. nam pro Penſione, cum nn. ſeqq. Tondut. de Penſion. cap. 10. n. 22. Gonzalez ad Regul. 8. hodie 9. Cancellar. de Menſib. § 7. proœm n. 166. Barbat. de diviſ. fruct. part. 2. cap. 14 n. 9 in fin. verſic. conſimilis, ubi annatam medios fructus appellari ait; rectèque dici poteſt ſpiritualis quædam annata, quæ à communi, & minuto ſervitio differt 39
nomine tantùm & accidentaliter temporis præfinitione, quia de quindecim in quindecim annis, abolitis aliis ſolutionum annuarum terminis pro Beneficiis perpetuò unitis, ſolvitur ab illis, in quorum favorem talia Beneficia ſunt unita, Maſſa Galleſ. de annat. n. 30. in fin. verſic. eſt aliud quoque Fagnan. in cap præterea 1. n. 13. nè Prælat. vices ſuas, Amayden de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 3. n. 32. & §. 4 per tot. Commune 40
ſervitium eſt quantitas certa, ſeu annata integra pro quolibet Epiſcopatu, ſeu Abbatia Conſiſtoriali, quæ nimirùm conſiſtorialiter, ſeu in Conſiſtorio Papæ providetur, ſecundùm antiquam taxam ſolvenda, quam alias moderatus eſt Joannes XXII. in ſua Extravag. cùm nonnulla 11. la 1. de Præbend. int. commun. Emus Petra ad Conſt. Apoſt. tom. 5. in Conſt 6. Pauli II. n. 20. ac tunc differentiam dimidiæ tantum annatæ ſolvi ſolitæ ex Beneficiis minoribus, ſeu inferioribus ideſt non Conſiſtorialibus annata dividitur 41
in tres partes, ſeu tripartitur, inter Sacrum nempè Collegium Cardinalium, Camerales, Annatiſtas, & Officiales Cancellariæ Apoſtolicæ, quemlibet pro tertia parte tangens, ideòque commune nuncupatur ex eo, quòd inter dictos communiter, ideſt pro æquali portione diſtribuitur; & ideò hæc dicitur ſervitium, quia juxta vulgare, Italicùmque idioma quælibet datio appellatur ſervitium, ſive debita ſit, ſive non, ſicuti in Hiſpania hoc ſervili nomine appellantur contributiones illæ, quas faciunt Regna ad ſublevandum Regni neceſſitates, dicitùrque commune ſervitium, quia ejus dimidium tribuitur Papæ, reliquum Sacro Collegio Cardinalium, & inter ipſos Cardinales præſentes dividitur, Fagnan in cap. 1. n. 11. nè Prælat. vices ſuas, Tondut. de Penſion. cap. 10. n. 3. Maſſa Galleſ. de annat. n. 3. cum ſeqq. & n. 23. in princip. Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18 §. 3. n. 18. Alii autem ſunt Officiales Romanæ Curiæ ementes Officia cum exercitio, prout ſunt Plumbatores, ac cæteri, qui participant de annatis, & quindenniis ratione laboris, quem habent in Cancellaria Apoſtolica, exercentes eorum Officia, alii ementes Officia ſine exercitio, ut ſunt Milites S. Petri, & S. Pauli, qui etiam participant mediante aſſignatione eiſdem à Camera Apoſtolica factæ; indèque rectè nuncupari valent aſſignatarii, non ratione laboris, cùm tales nullum habeant exercitium, ſed ratione Officii empti. Qua oc- 42
caſione Sott. eximius Practicus, in Regul 31. hodie 32. Cancellar. de impetr. Benef n 20 & Gomez vulgò Sarnen, olim S. Rotæ Romanæ Audi- 43
tor famigeratus, aſſerunt, ex Epiſcopatibus ſolvi medias annatas quod etiam Rota confirmavit, 44
coram Coccino deciſ. 1948. n. 12. repetit. in recentior. deciſ. 53. n. 16. part. 6. duplicat. poſt Amayden. de ſtylo Datariæ lib. 1. cap 15. §. 6. n 49. quippè ex Epiſcopatibus, & Abbatiis quibuſcumque

que

que Conſiſtorialibus ſolvitur in eorum proviſio-
ne Annata, ſivè veriùs commune ſervitium juxta
taxam, quæ fit in tertia parte veri valoris, ſeu
annui fructus, quæ quidem annatæ ſolutio juxta
hanc taxam non attingit medietatem fructuum
45 unius anni; prout ex aliis Beneficiis inferioribus
dimidiæ tantùm annatæ ſolvuntur, *Tondut. de
Penſion. cap.* 10. *n.* 1. 3. *&* 17. *Amayden. de ſtyl.
Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *n.* 18. *&* 45. *in fin. verſ.
quando verò, Maſſa de annat. n.* 3. *&* 4. *antè med.
verſ. altera verò ſpecies, Gonzalez in Regul.* 8.
hodiè 9. *Cancellar. de Menſib.* §. 7. *probæm. n.* 166.
Mandoſ. annal. caſ. n. 167.

46 Minuta verò ſervitia ſolvuntur quidem iiſdem
perſonis, ſed non pro æquali portione, & taxa
illa non excedit tres cum dimidio pro centena-
rio, quæ non cedunt in gravamen proviſi, nec
hac via integra media annata ſolvitur, ſuntque
quinque portiunculæ, quæ ſecundùm proportio-
nem taxæ fructuum Epiſcopatus, vel Abbatiæ
Conſiſtorialis inter quoſdam Papæ Miniſtros, &
Officiales diſtribuuntur, & appellantur minuta,
tùm quia ſunt minutæ partes annatæ, tùm quia
partiuntur inter minores Miniſtros, *Fagnan. in
cap.* 1. *n.* 12. *nè Prælat. vices ſuas, Tondut. de
Penſion. cap.* 10. *n.* 3. *in fin. Maſſa Galleſ. de annat.
n.* 3. *cum ſeqq. & n.* 23. *in princip. Amayden. de
ſtyl. Datar. lib.* 1. *c.* 18. §. 3. *n.* 18. *circà fin. verſ.
minutum verò ſervitium.*

47 Undè quindennia introducta fuerunt à Roma-
nis Pontificibus ad reſarciendum incommodum,
ſivè veriùs præjudicium Cameræ Apoſtolicæ ob
indè ex Beneficiis unitis emergens privationem
jurium ejuſdem Cameræ, ſeu annatarum, cùm
illa poſt unionem ampliùs non vacent, ideòque
ſingulis quindecim annis annatam, ut ità di-
cam, quindennialem ſolvere tenentur loca Pia,
quorum favore unita reperiuntur Beneficia Ec-
cleſiaſtica, quæ bis, vel ſæpiùs intrà id tempus
vacarunt, & idem dici poteſt de reliquis Officiis
Romanæ Curiæ, quæ morte Officialis naturali,
vel civili, vel promotione ad Epiſcopatum, vel
quia quaſi intrà illud temporis ſpatium Benefi-
cia ſic unita, ſi illa in ſingulares perſonas collata
fuiſſent, per obitum verum, aut fictum veriſimi-
liter vacaſſent, & indè annatæ ſolutæ fuiſſent,
undè etiam intrà illud tempus fingit Cancellaria
Apoſtolica, Loca Pia nunquam peritura periiſ-
ſe, vel denique quia (quòd verius puto) de ta-
xationibus temporum non poteſt reddi certa ra-
tio ad inſtar ſimilis quindennii, quòd ſolvitur
pariter per manus mortuas Emphyteutas pro in-
demnitate Domini directi, de quo nos in alio
Tractatu de *Quindenniis*, veluti has ſingulas
rationes adducunt *Portius conſ.* 107. *n.* 10. *verſ.
& cùm ex inſtitutione Pauli II. D Advocat. Ur-
ſaya diſc. Eccl. tom.* 3. *part.* 2. *diſc.* 20. *n.* 36. *cum
ſeqq. Niger de laudem. tom.* 1. *qu.* 12. *artic.* 3.
n. 151. *cum plur. ſeqq. Capon. diſc. for. tom.* 5.
diſc. 376. *n.* 19. *Barboſa coll. deciſ. Apoſtol.* 626.
per tot. Tondut. de Penſion. cap. 10. *n.* 19. *cum
ſeqq. Urſell. conc. legal tom.* 2. *conc.* 110. *n.* 8. *cum
ſeq. Cobell. notit. Cardinalat. cap.* 20. *litera E in
fin. & litera A fol. mih.* 210. *in princip. Novar.
in ſum. Bullar. part.* 1. *comment.* 144. *n.* 8. *cum
ſeqq. Carol. Anton de Luca in Append. ad aliqu.
diſcept. Gratian. poſt ejuſd. Schol. ad deciſion.
ejuſd. Gratian. fol. mih.* 302. *col.* 2. *& fol.* 308.
col. 1. *Alvarez Pegas de competent. part.* 2. *cap.* 69.
n. 8. *cum ſeqq.* & [illegible] eſt in *Conſtit.* 6. *Pauli II.
Conſtit.* 17. *Pauli IV. Bullar. nov. Roman. tom.* 1.
Conſtit. 38. *Sixti V. eod. Bullar. tom.* 2. *Conſtit.* 18.
Urbani VIII. eod. Bullar. tom. 5. *& Conſtit.* 50.
Clementis X. eod. Bullar. tom 6. *repetit. poſt Tract.
int. Conſtitution. Apoſtol.* olim autem ſolutio hu- 48
juſmodi quindenniorum ſolebat fieri certis con-
ventis temporibus, puta de octo, ſivè de decem
annis in alios octo, ſivè decem annos in perpe-
tuum, ut notat *Urſell. concl. legal. tom.* 2. *conc.* 110.
n. 9. Et quindennium ejuſmodi, ex Beneficiis ma- 49
joribus, ſeu Conſiſtorialibus, quæ nempè prævio
negocii examine in Conſiſtorio, conferuntur,
eſt annata integra, ſeu fructus unius anni, ut
advertit *Card. Tuſch. practic. conc. tom.* 1. *conc.* 328.
n. 1. Nec omittendum, qua ex cauſa quindennia- 50
lis hujuſmodi annata ad hanc temporis metam
potiùs, quàm ad longiorem, ſivè breviorem re-
ducta fuerit, ex eo nempè vel quia in hoc imitati
ſunt Summi Pontifices Imperatoriam ſanctio-
nem *in l. omnes* 11. *C. de oper. public. Novell.* 123.
de Sanct. Epiſc. §. *Sancimus*, qua cavetur, ut om-
nes, quibus operum publicorum cura deman-
data fuerit uſque ad annos quindecim ab opere
perfecto, cum ſuis hæredibus teneri, ſiquid
damni ex operis vitio acciderit; vel quia Decu-
rio, & Cohortalis non poſſit eligi Epiſcopus,
aut Clericus, niſi poſtquàm per quindecim an-
nos monaſticam vitam tranſegerit in Monaſte-
rio, vel quia ex pretio fructuum, qui quindecim 51
annis colliguntur ex fundo, probatur illius æſti-
matio, & pretium *l. ſiquis argentum* 25. §. *Simi-
lique modo* 2. *C. de donation.* vel quia ex *Cornel. Ta-
cito in Vita Agricolæ*, eſt ſat magnum humanæ 52
vitæ temporis ſpatium, & cùm intra eam metam
mutatio potuerit accidere, indè factum, ut quo-
libet quindennio ſolvatur annata Beneficiorum, 53
vel quia in Cancellaria Apoſtolica omnia Officia
vel venduntur, vel ex munificentia Summi Pon-
tificis quandoque donantur, donec emptor, ſeu
donatarius vixerit, & compertum fuit, illa om-
nia infrà quindecim annos extingui, ſeu mutari
morte Officialium, habita ratione eorum Offi-
ciorum, quæ bis, vel ſæpiùs intrà id tempus va-
carunt, & idem dici poteſt de reliquis Officiis
Romanæ Curiæ, quæ morte Officialis naturali,
vel civili, vel promotione ad Epiſcopatum va-
cant, *Niger de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 12. *artic.* 3.
n. 151. *cum ſeqq.*

Sciendum ulteriùs eſt, non ex omnibus Bene- 54
ficiis ſolvenda eſſe quindennia, verumtamen ex
illis dumtaxat, ex quibus, ſi unita non eſſent,
ſolvenda eſſet in expeditione literarum annata,
Officialibus Cancellariæ, omnibus nempè Par-
ticipantibus, veluti Jannizeris, Portionariis Ri-
palibus, Sollicitatoribus Apoſtolicis, ſeu litera-
rum Apoſtolicarum Scriptoribus, Archiviſtis,
Cubiculariis, Scutiferis, & aliis ſecundùm ta-
xam portionis, cuilibet ipſorum contingentis,
veluti Jannizeris ad rationem duorum cum di-
midio pro centenario, Cubiculariis, & Scutiferis
ad rationem decem pro centenario, Scriptori-
bus Archivii ad rationem ſex pro centenario,
Militibus, ſeu Equitibus SS. Petri, & Pauli,
nec non Portionariis Ripalibus ad rationem
quindecim pro centenario, qui omnes in Cancel-
laria Apoſtolica reſident, extrà verò Cancella-
riam reſidentibus, nimirùm Clericis Cameræ
Apoſtolicæ ad rationem unius cum dimidio pro
cen-

centenario, & ſic ex ſolis Beneficiis, aut Penſionibus annuum valorem Ducatorum viginti quatuor auri de Camera excedentibus, juxta *Conſtitut.6 Pauli II. Conſtit.17. Pauli IV. Conſtit.33. Clementis VII. Bullar nov Rom. tom.1 Conſtit.38. S. Pii V Conſtit.33. Sixti V. tom.2. Conſtit 18. Urbani VIII. tom 5. & Conſtit 50 Clementis X tom 6. regiſt at. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſtol. Solier ad Paſtor de Benefic lib.2. tit.14. litera B. in fin. Paris. de confident. Benef. qu.9. n.56. Tondut. de Penſion. cap. 10. n 1. cum ſeq. & n.23. cum ſeqq. Veſtr. in prax. lib 1. cap.4 n 4 & cap 6. n 3 Amayden. de ſtyl. Datar. lib 1. cap.18 § 3. n.17. & 20. cum ſeqq. & n. 28. Maſſa Galleſ. de annat n 30. circà fin. verſ. ex hujus regulæ, Nicol lucubr. Canon lib.1 tit 29 § 13. verſ & ſine præjudicio quindennii, de Luca Melphiten ad Gratian. diſc 377. n 21. R. P. D. Piton. diſc. Eccl. part. 1. diſc.18.*
55 *n 3.* ex quò dimidia annata ſolummodò ſolvitur ex Beneficiis Ducatos 24. excedentibus juxta *Conſtit 33. Clementis VII Bullar. tom.1. Gonzalez ad Regul 8 hodie 9 Cancellar de Menſib §.7. proœm. n.166. Caſtropal moral. part.2. diſp.3. punc 7 n 1.*
56 Obquam cauſam edita fuit notiſſima *Regula Cancellar.55.* de exprimendo valore in Beneficiorum impetratione, nè aliàs Papa, ſeu ipſa Cancellaria, & Camera Apoſtolica ſuis juribus defraudaretur, ut advertunt *Gomez aliàs Sarnen. ad dict. Regul. in Præfat. in med. verſ. quidam verò propter annatas pag mih 224. in princip col. 2. juncto verſ. etiam, ead col.2. in med. Cobell. notit. Cardinalat. cap. 20. in princip. litera E in princip. Rota coram Card. Creſcentio deciſ. 10. aliàs 30.*
57 *n. unic. de Reſcript.* Hinc fit, quòd, cùm ex Beneficiis Galliæ certo modo non ſolvatur annata, ad quam vitandam, dicitur, fructus 24 Ducatorum auri de Camera non excedere, non exprimendus verus valor, *Solier ad Paſtor. de Benefic. lib.2. tit 9. litera A. Tondut. de Penſion. cap 10. n. 6. Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §.3. n.25. verſ. notandum autem, Tholoſan. in Jus Canon. tom. 1. tit.25. cap 1. in Schol. litera N. in med.* ubi etiamſi Beneficia valeant pluſquàm mille aureos, *& tom.2. tit. de re benefic. cap. 15. n.6. in*
58 *princip. verſ. in Gallia tamen.* Eſt benè verum, quòd Galli loco annatarum ſolvunt quaſdam compoſitiones in majoribus quibuſdam Beneficiis, *Tholoſan. in partit. Jur. Canon. lib.1. cap.25 litera N. in Schol. circà fin. verſ. ſolvunt tamen Galli. Tondut. de Penſion. cap.10. n.7. Maſſa Galleſ de Annat n. 26 in fin. verſ. quò verò ad alia*
59 *inferiora Beneficia*; vel Galli diverſimodè ſolvunt annatam, aliquando namque integrè, & aliquando non integrè; integrè ſolvunt pro Beneficiis exiſtentibus in Patria vulgò *Obedientiæ* dicta, non integrè ſolvunt pro exiſtentibus in Patria *Reducta* dicta; intelligendo pro Patria *Obedientiæ* eas Provincias Galliæ, quæ in Concordatis inter Leonem X. Pontificem, & Franciſcum I. Galliarum Regem Chriſtianiſſimum initis compræhenſæ fuerunt; Patria verò *Reducta* intelligitur ea, quæ ſub Concordatis compræhenditur, per quæ tax Beneficiorum (ut nomen ipſum indicat) fuit reducta ad medietatem; ideò, ut pro Beneficiis exiſtentibus in Patria *Reducta* non ſolvitur, niſi medietas mediæ annatæ, ſeu ſexta tantùm pars, *Thomaſſin. de Benefic part 3. lib 2. cap. 58. & cap. 59 n 14 in princip & in med. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.1. cap.18. §. 3. n.26.*
cum ſeq. Nihilominùs omnes Eccleſiæ, & Bene- 60
ficia Galliarum unita manibus mortuis non obſtante, quòd antè unionem annatas fortaſſè non ſolverint, quindennia ſolvere debent, de quo erit inferiùs copioſus ſermo Cap XXVI. Eodē pariter
modo in Beneficiis, ſeu Canonicatibus conſiſten- 61
tibus in diſtributionibus quotidianis Germaniæ hodie ex generali conſuetudine & ſtylo Romanæ Curiæ non ſolvitur annata, ad cujus ſolutionem declinandam expreſſio veri valoris fieri conſuevit, quaſi 24. Ducatos auri de Camera non excedant, quamvis ſint multò majoris valoris, *Tondut de Penſion. cap 10 n 5. & reſ benef. canon. part. 2. cap. 3. §. 6 n 12. Amayden. de ſtyl. Datar lib.1. cap.18. §. 3. n 22. cum ſeqq. Chokier in Regul. Cancellar 55 de exprim ver. valor. n.20. Roſa de exequut. liter Apoſtol. part 1 cap 6 n.247. & cap. 7. n. 169 cum ſeqq Branden in Concordat. German. notabil 2. Nicolarſt in prax benefic. ex Concordat. German. tit. 2. de annat. §. 2. Rota cor. Zarat. deciſ. 88 n. 17 cum ſeqq. Dunoſet. Jun. deciſ.37. n.4. Merlin. deciſ. 139. n 6. ac in recent.*
deciſ 75. n. 17. part. 12. Nec ex Canonicatibus 62
Cathedralium Eccleſiarum Toletanæ, & Hiſpalen. in Hiſpaniis ſolvitur annata, cùm ex ſtylo exprimi ſoleant in 24 *Gonzalez ad Reg. 8 hodie 9. Cancellar. de Menſib. §. 7. proœm n. 167.* ubi tamen hallucinatur in aſſerendo, quòd ex Canonicatibus Eccleſiæ Vaticanæ S. Petri de Urbe non ſolvatur annata, quando in contrarium ſtat communis praxis, & experientia, quam procul dubio callere debuerat idem *Gonzalez*, dum fuit in Urbe Advocatus.

Et ſicuti de annatarum juſtitia injuſtū, ac hæ- 63
reticale eſt diſputare, *Cabaſſut notit. Concil cap.94. per tot. Nicol. le Maiſtre de bon Eccleſ part. 2. lib. 2. cap. 2. Cotton. controv. lib 3. controv. 9. cap.4. n.120. cum ſeqq. ubi n 122. in fin.* eas æquiparat cum laudemio ab Emphyteuta alienante ſolvi ſolito Domino directo pro conſenſu, *Raynaud. Miſcellan. ſeu tit. mala è bonis Eccleſiæ cap.10. n.20. cum ſeq. Monet. de diſtribution quotid. part.3. qu.9. n.26. cum ſeqq. Eſchius de annat. cap.26. per tot. Pecch. de aquæduct. tom 4. qu 14. n.1. cum ſeqq. & per tot. & qu.15 n.21. cum ſeqq. Spondan. in continuat. ad Annal Card Baron. tom.1. ad ann. Chriſt. 1399. n. 1 cum ſeqq* ità & de quindenniorum juſtitia injuſtum eſt diſputa-
re, cùm quindennia ſubrogata ſint in locum An- 64
natarum, quæ non ſolvuntur, cùm Beneficia unita ampliùs non vacent, *Novar. ſum. Bullar. part. 1. comment 145. n. 13 cum ſeq.*

Viſo jam, qua de cauſa quindennia ſolvantur, 65
ſupereſt videndum, in quam cauſam illa erogentur, & dico, illa erogari in eamdem fermè cauſam, in quam erogari ſolent annatæ, ſeu dimidiæ annatæ primorum annorum Beneficiorum ſicque eadem inſervire, tàm in Papæ, quàm in Cardinalium, quàmque in aliorum Officialium,
hinc Annatiſtarum vulgò nuncupatorum, prout 66
ex releviis de feudis ſolvi ſolitis per manus mortuas feuda retinentes in Neapolitano Regno ſubſtentantur Officiales *Capan. de jure revel.*
par.1. qu.5. n. 18. cum ſeq immò etiam ex ipſis 67
annatis ſolvi ſolent decem pro quolibet centenario Equitibus, ſeu Militibus vulgò S. Petri appellatis, ementibus nempè officia vacabilia, *Mandoſ. conſ.88. per tot. & conſ 92 per tot.*

Omitto, quòd admittat annatæ Pontifici ſolvi ſo-

68 ſolitæ ex Beneficiis, etiam annata appellatur illa collecta, quando percipit Rex ex fructibus primi anni alicujus officii conceſſi *Balmaſed de collect. qu.85. n. 12. ac per tot. Fajard. alleg. fiſcal. 7. n.23. cum ſeq & in additam. poſt alleg. 32. n. 14. & poſt dict. in additam. ad 7 n. 22. uſque ad n.31. & alleg. 33. n. 2335.* prout ex publicis aquis à
69 Princip. gratuito conceſſis ſolvi ſolet vectigal annata dictum, nempè fructus primi anni Bonorum ſubditorum, *Pecch. de Aquæduct. tom 4. qu.15. n.1. cum ſeqq. & per tot. & qu.16. per tot.*
70 qua occaſione non prætereundum, quòd Capitulum Sacroſanctæ Lateranen. Baſilicæ Patriarchalis S. Joannis de Urbe adinſtar noſtrorum quindenniorum exigere ſolet (neſcio tamen quo jure, in renovatione Aggregationum, ſeu unionum Confraternitatum, ſcutum unum aureum, nempè hodiè Julios ſexdecim cum dimidio ſingulis quindecim annis, quibus renovatio facienda eſt; ſiquidem reſiſtit literalis *Conſt. 115. Clementis VIII. §. 12. & 13. Bullar. nov. Rom. tom. 3.* qua enixè prohibetur, cum *Decreto irritante, & clauſula ſublata* pro aggregatione, aut renovatione aliquid recipi ibi „ Erectionum autem, inſtitutionum, communicationum, & aggregationum &c. literæ &c. gratis omninò, ac nulla prorsùs mercede &c. accepta, expediri, & concedi debeant. Quòd ſi Miniſtri aliqui, Superiores, vel Officiales &c. contra præmiſſa in aliquo venire, vel facere præſumpſerint, erectiones, inſtitutiones, & communicationes privilegiorum &c. nec non aggregationes per ipſos faciendæ, ſeu renovandæ, nullius ſint roboris, & momenti „ ſub qua quidem Conſtitutione Clementina comprænhendi etiam Baſilicam Lateranenſem declaravit Paulus V. in ſua *Conſtit. la 68. §.1.2. & 3. eod. Bullar. eodemque tom. 3. ibi* „ Clemens Papa VIII. &c. volens nonnullas pravas conſuetudines tollere, quæ irrepſerant in uſu facultatum &c. erigendi, & inſtituendi, nec non etiam ſibi aggregandi Confraternitates &c. formulam eaſdem Confraternitates, & congregationes erigendi, inſtituendi, aggregandi, & reſpectivè communicandi præſcripſit, & alia conſtituit, voluit, & ordinavit &c. Cùm autem &c. Capitulum, & Canonici Baſilicæ Lateranenſis de Urbe diverſas &c. conſtituat Eccleſias &c. eidem Baſilicæ ſubmittere, ſubjicere, annectere, incorporare, ac in Baſilicæ prædictæ membrum recipere, atque in ſubmiſſione, ſubjectione, annexione, incorporatione, & ſubjectione &c. eiſdem, nec non aliis ſimiliter Eccleſiis &c. in ſolo Lateranen. varias indulgentias &c. concedere ſoleant, dictæ Conſtitutionis forma, & quòd in ea ſe non compræhendi prætendant, minimè ſervata. Propterea nos volentes, ut Conſtitutio prædicta tàm ab eiſdem Lateranenſis Eccleſiæ Capitulo & Canonicis, quàm ab aliis quibuſcumque &c., ut par eſt ſine diſcrimine in poſterum obſerventur Conſtitutiones &c. dicti Clementis &c. ad Baſilicæ Lateranenſis, & aliarum Baſilicarum &c. Capitula, Canonicos &c. auctoritate Apoſtolica &c. extendimus, & &c. inviolabiliter obſervari præcipimus, & mandamus.

Cùmque perpetuæ uniones Beneficiorum favore manuum mortuarum, puta, Communitatum Eccleſiaſticarum, aut Regularium, ſive quorumcumque Locorum Piorum, aut etiam Cappellarum (ut plurimum fiant ad conſulendum indigentiis, neceſſariiſque alimentis corporum ejuſmodi nunquam defecturorum, immò valdè conferat, ut fiant tales uniones perpetuæ Eccleſiarum cum eorum fructibus, ac cum majori eorum parte, æquum quoque viſum fuit Summis Romanis Pontificibus, ut etiam conſuleretur 71
Romanæ Eccleſiæ neceſſitatibus, mediante quindenniorum, ſolutione, prout mediante annatarum ſolutione perprius antè uniones hujuſmodi conſulebatur tempore proviſionis Beneficiorũ, ſeu expeditionis literarum ſuper eorum proviſione, nè alias Pontifex pro tempore concedendo Beneficiorum uniones, ſibi, ſuæque Cameræ, & Miniſtris, ſeu Officialibus præjudicaret, immò ipſi Sacro Collegio Cardinalium, dum hoc modo amitteret annatas ex eventualibus proviſionibus pro tempore debitas; undè quindennium nihil aliud eſt, quàm penſio, qua redditus Be- 72
neficiorum loco annatarum; & aliorum jurium Cameræ Apoſtolicæ ex Beneficio Communitati, vel Pio Loco unito, Summo Pontifici ſolvi debet, in recognitionem univerſalis Dominii, *Azor inſt. moral. par 2. lib.7. cap. 13. per tot Filliucc. moral. par. 3. tractat. 45. de Benefic. Eccleſ. cap.6 verſ. dico tertiò, Fagnan. in cap. præterea 1. n.3. nè Prælat. vices ſuas, Lotther. de re Benef. lib. 1. qu. 29 n. 1. cum ſeqq. Capon. contr. for. contr. 32. n.5. & per tot. Card. de Luca de Benef. diſc. 89. n 6. Rota coram Card. Seraphin. deciſ. 1401. n. 1. & per tot. & deciſ. 1410 n. 1 & per tot. repetit, poſt Tract. int. deciſion. S. Rot. Rom. in ordine la IV. & V.*

Quindennia autem debentur ad ratam annatarum, ſeu (ut melius dicam) dimidiarum annatarum, ſi nempè Beneficium unitum, ſit annui valoris ſcutorum centum, nec ſit Conſiſtoriale, debebuntur ſingulis quindecim annis ſcuta quinquaginta, quæ conflant valorem dimidiæ annatæ. Sciendum quoque eſt pro notitia quindennia fuiſſe introducta à variis Romanis Pontificibus, 73
qui ſex fuerunt; & quidem primus illorum auctor, ſeu inventor fuit *Paulus II., ut ex ſua conſtit. 6. in nov. Bullar. Roman tom. 1. repetit poſt Tract. inter Conſtitut. Apoſtolic. in ordine* la 1. deindè ampliativè, ſivè relativè ad eamdem Conſtitutionem ſe habuerunt alii Pontifices, ut *Paulus IV. in ſua Conſtitut. 17. eod. tom 1. S. Pius V. in ſua Conſtitut. 38. tom.2. Sixtus V. in ſua Conſtitut. 33 eod tom. 2. Urbanus VIII. in ſua Conſtitut. 18. tom 5.* ac tandem ultimus, ſeu noviſſimus *Clemens X. in ſua Conſtitut. 50. tom. 6 repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la IV. V. VII. VIII. & XI.*

Undè cùm quindennia tamquàm annatarum 74
ſoboles, ſubrogata fuerint per Summos Pontifices in locum annatarum, quæ per prius ſubrogatæ extiterant in locum Decimæ Eccleſiaſticæ à Clero Pontifici pro tempore debitæ, inque ejus locum ſucceſſerint, benè ſequitur, ipſa quindennia vigore ſubrogationis participare, & induere indolem, ac conditionem ipſius Decimæ, in cujus locum fuerunt ſubrogatæ, perindèque illa ſolvi Romano Pontifici pro tempore in recognitionem univerſalis, ac ſupremi dominii, quod Romana Eccleſia, ſeu illius caput viſibile ſuper omnibus Beneficiis, Eccleſiaſticiſque proventibus abſolutè,

tè, ac pleniſſimè exercet; quæ tamen quinden-
nia inſerviunt pro congrua, ſivè (ut meliùs di-
cam,magis congrua ſubſtentatione Papæ,Cardi-
nalium,aliorùmque Miniſtrorum, ac Officialium
in Romana Curia univerſo Catholico Orbi in-
ſervientium, proque ſubventione univerſalis Ec-
cleſiæ in illius obtingentibus neceſſitatibus; ad
quam eruendam veritatem nulla melior auctori-
75 tas,quàm Summus ipſe Legiſlator, ſeu San.Mem.
Clemens Papa XI. olim clementer, ac ſapienter
regnans,tandèmque poſt diutinum Pontificatum
ſuprà viginti annos adeptum,ad Superos evectus
die 19. Martii 1721. fauſta profectò uti S. Joſe-
pho dicata; qui ſingula ſupradicta meliùs, ac
nervoſiùs inſinuavit in ſua *Conſtitut. Romæ edita
ſub die 23. Novembris 1704. & regiſtrata poſt
Tract.int. Conſt.Apoſtol.in ordine la XII. inque alia
Conſtit. 24. Januarii 1705. in ordine la XIV.*
76 Nec eſt verum, quòd hujuſmodi quindennia
ſint ſpecies quædam tributi, quod perſolvitur
Officialibus Cameræ Apoſtolicæ in compenſa-
tionem laborum, etenim ex ipſa lectura prælau-
datarum Pontificiarum Bullarum apparet, quin-
dennia non ſolis Officialibus Cameralibus, ſeu
(ut ità dicam) Curialibus fore ſolvenda, ſed
etiam ipſimet Cameræ, ſeu Cardinali Camerario
pro Sacro Collegio Cardinalium, niſi quinden-
nium in alio ſenſu dicatur tributum, ſeu ſpecies
tributi, quatenùs illud verè ſolvitur Papæ in re-
cognitionem univerſalis, ac ſupremi, ſeu alti
dominii Principis, quodve Principi dumtaxat
Eccleſiaſtico, Eccleſiæque viſibili capiti pendi-
tur pro ejus, ſuique ſtatus ſubſtentatione, nec
non etiam pro ſubveniendo urgentibus Eccleſia-
ſticæ Reipublicæ neceſſitatibus in dies, inque
momenta facilè evenientibus, ut de annata, quæ
mater quindenniorum eſt, inquiunt *Card. de Lu-
ca de Beneſ. diſc. 89. num. 8. 10. & 14. R. P. D.
Piton. diſc. Eccl. part. 1. diſc. 18. n. 6. 12. & 31.*
77 Aliàs improprium eſt aſſerere, quòd hujuſce-
modi penſiones (ut ità dicam) Eccleſiaſticæ,
qualia ſunt quindennia, inſerviant dumtaxat in
ſolutionem Officialium Cameræ Apoſtolicæ pro
ſatisfactione, ac remuneratione laborum, quos
ipſi impendunt, undè Officiales Officiorum Va-
cabilium Romanæ Curiæ ſunt Familiares Papæ;
adeò, ut per eorum obitum Beneficia dicantur
affecta, ac reſervata Sedi Apoſtolicæ, quod
quidem ad plura confert contrà obtrectatores;
quippè, quantumvis Pontifices in enunciatis
Bullis ſuper quindenniorum ſolutione editis,
præter ſubſtentationem Sacri Collegii Cardina-
lium, etiam conſtituerint congruam ſubſtenta-
tionem Officialium Apoſtolicorum tàm in an-
natis, quàm in ſuccedaneis (ut ita diam, quin-
denniis, ex Beneficiis unitis attamen hæc ſatis-
ſfactio Officialium eſt merè accidentalis, ac
78 contingens, dum ex aliis juribus, ſeu redditibus
à Pontifice facillimè conſtitui poſſet; ideòque
quindennium ex originario, ac primævo jure
redecimæ Eccleſiaſticæ ſoli Summo Sacerdoti,
ſeu Pontifici debitæ, ortum habens, etiam ſoli
Pontifici debitum cenſetur, & verè ipſi ſoli ſolu-
tum in recognitionem ſupremi dominii, conſer-
vationèmque Pontificiæ Dignitatis, & Status,
ut clariùs, quàm alii Pontifices, declarat San.
Mem. Clemens XI. in ſuis Conſtitutionibus regi-
ſtratis poſt *Tract. int. Conſtitution. Apoſtol. in or-
dine la* XII. XIII. XIV. & XV. in quo tamen pu-
to, parum immorandum, cùm ſit potiùs quæſtio 79
de nomine, quæ uti talis, pertinacibus relin-
quenda eſt, prout ſolus ſenſus verborum ſapien-
tibus, *gloſ. 1. in Rubr ff. ſolut. matrim. in princip.
verſ. vel potes dicere, & in addit. ad Rubric. ff. de
nov. oper. nunciat.* nec curandum eſt de nomini- 80
bus, quando rem habemus, *Marzar. in Epitom.
de fideicommiſſ. part. 2. ſub n. 3.*
Non omittendum, quòd, ut debeantur quin-
dennia, nihil intereſt, an unicum Beneficium
unitum excedat viginti quatuor Ducatos auri de
Camera, an verò ſingula Beneficia unita, uni- 81
tim ſumpta, illos excedant, cùm ſatis ſit ad ef-
fectum, ut ſit locus ſolutioni quindenniorum,
quòd omnia Beneficia ſimul poſita hunc valorem
excedant, quamvis ſingula, uti ſingula, illum
non excedant, ut declaravit *Sixtus V. in ſua Con-
ſtitut. in ordine la 33. §. 2. in princip. verſic. quorum
quilibet, Bullar. nov. Roman. tom. 2. Urbanus VIII.
Conſtit. 18. circà fin. antè §. 1. verſ. quorum quilibet,
tom. 5. & Clemens X. Conſtit. 50. §. 4. in princip.
verſ. quorum quilibet, tom. 6. repetit. poſt. Tract.
int. Conſtit. Apoſt. in ordine la* VII. VIII. & XI.
& notat *Lotther. de re beneſic. lib. 1. qu. 29. n. 4.
Amyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. n. 13.
cum ſeq. in principio.*
Sicuti è contrà agendo de facultatibus Nuncii 82
Apoſtolici, qui Beneficia non excedentia viginti
quatuor Ducatos auri de Camera conferre po-
teſt, quamvis vacantia in quocumque menſe, ſi
erunt duo Beneficia ſimplicia, ſeu Præſtimonia
annexa, quorum inſimul fructus excedant æſti-
mationem viginti quatuor Ducatorũ,ſingulorum
verò non excedant, procedendo cum diſtinctio-
ne, ſi unum ex illis unitum eſt alteri acceſſoriè,
& per viam incorporationis, tunc Nuncius Apo-
ſtolicus providere nequit, dicta enim unio ope-
ratur extinctionem tituli, & nominis Beneficii
uniti, & judicatur ut prædium illius, cui fuit uni-
tum, & ſic non datur vacatio Beneficii uniti, ac
unum tantùm eſt Beneficium, cujus fructus exce-
dunt viginti quatuor Ducatos; nam & fructus
Beneficii uniti ſunt fructus Beneficii principalis:
ſi verò unio facta eſt æquè principaliter, tunc
Nuncius Apoſtolicus poteſt illa providere, ſi ſin-
gulorum fructus non excedunt viginti quatuor
Ducatos, quamvis ambo ſimul excedant, cùm
unio hujuſmodi nihil aliud operetur, niſi quòd
Rector unius ſit Rector alterius, utrumque ta-
men Beneficium manet Beneficium, ſicut erat,
& proprios redditus agnoſcit, *Garzias de Beneſic.
part. 5. cap. 3. n. 143. cum ſeqq.*
Eſt benè verum, quòd ad hoc, ut manus mor-
tuæ teneantur ad ſolutiones quindenniorum,
debent per prius, antè uniones nempè perpetuas 83
eſſe taxatæ Eccleſiæ, Cappellæ, ſeu Beneficia in
Camera Aqoſtolica, (ſuper qua tamen circum-
ſtantia inferiùs in peculiari Cap. diſſeremus) aut
conſueviſſe Annatas ſolvere, antè dictas unio-
nes, & hæc particularis, ac fundamentalis quin-
denniorum baſis, ſine qua neſcitur videre, quo-
modò quindennia debeantur, niſi per prius an-
natæ deberentur, quæ ſunt fons, primaque
origo ipſorum quindenniorum, velut ex ſuprà
memoratis Conſtitutionibus poſt *Tract. regiſtra-
tis*, ſatis depræhenditur, ac notat *Barboſa coll.
deciſ. Apoſt. 626. per tot. verbo quindennium*, Bene-
ficia autem, quæ nuncupantur valoris, de quibus
in progreſſu noſtri Tractatus agimus, ad contra-

diſtinctionem Beneficiorum taxatorum, non oportet, quòd ſint taxata ad hoc, ut ſolvant
84 Annatam: quamobrem ceſſat ratio Bullarum ſuper quindenniis emanatarum, quia in Beneficiis peranteà in Camera non taxatis, aut annatas ſolvere non conſuetis conſiderari nequit damnum emergens, ac lucrum ceſſans, indéque reſpectivè ceſſat quoque ratio ſolutionis quindenniorum, *cap. cùm ceſſante cauſa* 60. *de appellation. l. adigere* 6. §. *quamvis* 2. *ff. de jurepatronat Tiraquell. tract. ceſſant. cauſ. per tot. Barboſa*
85 *axiom.* 40. *n.* 4. *Cardoſ. in prax. verbo cauſa n.* 2. præſertim, quando, ut in caſu, cauſa non ſolvendi, vel (ut meliùs dicam, non exigendi quindennia ex Beneficiis unitis per prius in Camera Apoſtolica non taxatis, aut annatas ſolvere non ſolitis, eſt finalis, non verò impulſiva tantùm, ad *text. in l. fin. ff. de hæred. inſt. l. poſt pignus* 3. §. *fin. ff. de pact. l. regula eſt Juris* 9 *ff de Jur. & fact. ignor. Solorzan. de jure Ind. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 8 *n.* 71. *Tiraquell. laudat. tract. ceſſant. cauſ. limit.* 1. *n.* 2. *&* 64. *Sanchez in Præcept. Decalog. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 42. quod ſatis apparet ex verbis earundem Pontificiarum Conſtitutionum
86 poſt *Tract. regiſtrat.* ex quibus mens Pontificum colligitur, qualis fuerit, *l. Labeo* 7. §. *Tubero* 1. *ff. de ſupellect. legat. l. non aliter* 69 *ff. de legat.* 3. *Tiraquell. in l. ſi unquam* 8. *verbo liberis n.* 18. *C. de revoc. donation. Maſcard. de probat. vol.* 3.
87 *conc.* 1445. *n.* 24. verba autem, quibus utuntur Pontifices, procul dubio inducunt cauſam finalem per clauſulas, ſeu dictiones *ideò, propterea, quoniam, Barboſa de diction. dict.* 144. *n.* 3. *dict.* 293.
88 *in princip. & dict.* 332. *n.* 14. ac inducta ad unum finem, contrarium finem operari non debent, *l. qui hominem* 30. §. *fin ff. de ſolution. l. fin. C. de præpoſit. agentib. in reb. lib.* 12. *Scaccia de judic. lib.* 2. *cap.* 9 *n.* 1079.

Præterea nè ſumatur æquivocum, neve confundantur circumſtantiæ pro ſolutione, vel non ſolutione quindenniorom, ſciendum venit, ſatis eſſe ad inducendam obligationem ſolvendi quindennia, quòd Beneficia, ſeu Eccleſiæ unitæ in ipſo actu unionis, vel antè unionem taxatæ fuerint in Camera, ſeu Cancellaria Apoſtolica, & ratione taxæ tunc factæ ſolverint annatas; nec,
89 ut debeantur poindennia, neceſſe eſt, quòd Beneficia unita antè unionem taxatæ fuerint in Camera, aut cum effectu ſolverint Annatas ſemper, & quandocumque in Curia per Datariam Apoſtolicam factæ ſunt proviſiones de Beneficiis quomodocumque vacantibus (ſuper quibus tamen punctis erit inferiùs ſua ſedes in particularibus *Cap.*) ut habetur in *Conſtit.* 6. §. 2. *Pauli* II. *Bullar. tom.* 1. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* I. in notatu dignis verbis ibi: *Pro quibus Cameræ Apoſtolicæ Annata, ſeu alia Jura ſolvi conſueverant, vel debebant temporibus retroactis*, quæ verba nunquam referri poſſunt ad proximum tempus unionis, ſed ſupponunt antecedens, ac remotiſſimum tempus, ſicque
90 antè unionem, ut cantat verbum ibi: *retroactis*; quibus ſtantibus verbis tamquàm conditionalibus, immò tempora mirificè contradiſtinguentibus, ad inducendum onus ſolvendi quindennia percuti debet longè anteactum tempus ſolvendi annatas, factæque taxæ in Camera Apoſtolica,
91 indéque verba prælaudatæ *Paulinæ Conſtitutionis*, in forma ſpecifica veniunt adimplenda, prout jacent, & ſonant, nullis extorta tergiverſationibus, *l. qui hæredi* 41. *ff. de condit. & demonſtr. Caſtill. controv. lib.* 5. *part.* 2. *cap.* 119. *n.* 6.

His pro coronide accedit, quòd lex quindenniorum non ſolùm fuit introducta ad conſulen- 92
dum præjudicio reſultanti ex non vacatione Beneficiorum unitorum, indéque annatarum amiſſioni, veluti inſinuat *Paulus II. in ſua Bulla* 6. §. 3. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſtol. in ordine la I.* ibi: *Nos, quorum intereſt, eorundem Cameræ, Collegii, & Officialium indemnitati proſpicere &c.* verùm 93
etiam cauſa priſicipalis, vel ſaltem impulſiva ſtabiliendi certam legem quindenniorum fuit ob recognitionem ſupremi, ac univerſalis dominii, quod Romanus Pontifex exercet ſuper Beneficiis, reliquiſque Eccleſiaſticis Bonis per Catholicum Orbem, nec non ob congruam, decentémque ſubſtentationem Pontificii culminis, ac ſtatus, ut egregiè de more explicat San. Mem. Clemens XI. in *ſua Conſtitut. exarata* 23. *Novembris* 1704. *& in alia* 24. *Januarii, &* 16. *Maii* 1705. *regiſtrat. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* XII. *&* XV. quod comprobant *Lotther. de re benef. lib.* 3. *qu.* 20. *n.* 25. *cum ſeqq Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *n.* 7. *Card. de Luca de Benef. diſc.* 85. *n.* 2.

ARGUMENTUM.

Exceſſus, vel non exceſſus in viginti quatuor Ducatis auri de Camera, annui valoris Beneficiorum manui mortuæ unitorum, requiſitus à Bullis Apoſtolicis ſuper quindenniis editis, ad effectum ſolvendi, vel non ſolvendi quindennia, computandus eſt juxta æſtimationem dictorum Ducatorum in Romana Curia currentem, non autem juxta diverſam æſtimationem in loco dictorum Beneficiorum.

SUMMARIUM.

1 *Memoratur origo, & valor Ducati de Camera comparativè cum aliis monetis.*
2 *Affertur locus* Evangel. apud Luc. cap. 15. *ubi de Dragma.*
3 *Ducatus cur ità dictus.*
4 *Ducatus, & Florenus idem.*
5 *Floreni quiſnam fuerit impreſſor.*
6 *Etiam apud Venetos, Hungaros, & Hiſpanos introductus fuit Ducatus.*
7 *Solis Ducatis Venetis, Hungaricis, Hiſpanicis, & Florentinis uniformis remanſit appellatio, & par etiam ſimilitudo valoris.*
8 *Hodiè ſolus Ducatus Hungaricus apud* aliquos *vocitatur* Dragma.
9 *Uſque ad* Pontificatum *Nicolai V. Ducato quoque Romano integra, ac illæſa ſervata fuit puritas auri, identitáſque ponderis, & valoris.*
10 *Excellentia Ducati à Nicolao V. impreſſi commendatur.*
11 *Ducatus Nicolai V. à ſucceſſoribus* Pontificibus *fuit poſteà diminutus in dimidio unius grani.*
12 Perpenditur *opinio* Gomez Sarnen. ad Regul. de va-

valore, quæſt. 9. verſic. ex quibus poſteà.
13 Magna copia Ducatorum auri de Camera ob pretioſitatem materiæ ad exteros aſportabatur.
14 Pro una moneta auri quando hæc non poteſt haberi, debet ſolvi alia moneta auri, ſervata proportione.
15 Decreto Camerali ſancitum fuit, ut pro 100. Ducatis auri de Camera ſolverentur 102½ Scuta auri Stamparum.
16 Per Decretum Camerale anni 1539. declaratum fuit, in centum Ducatis auri in auro de Camerà intrare centum, & novem Scuta auri in auro.
17 Per Edictum Cardinalis Camerarii de anno 1550. ſancitum fuit, ad dictam rationem ſolvendos eſſe Ducatos de Camera.
18 Quinam ſint Ducati de Camera veteri, & de Camera nova.
19 Quomodò intelligatur dicterium illud, quòd idem ſit dicere Ducatum de Camera, quàm Scutum auri, cum additione unius Julii.
20 Neceſſe eſt ſolvere ad rationem Scutorum 109. auri Stamparum pro quolibet centenario Ducatorum.
21 Cùm ſit valutatio facta ex Juſtitia, & juxta æquam peræquationem unius monetæ cum alia, fieri debet ſolutio ad dictam rationem quoad omnes in qualibet materia, ac pro debitis ex cauſa prophana.
22 Quænam ſint Scuta auri ponderis veteris.
23 Et quanti minoris valeant, quàm alia Scuta vulgò nuncupata delle Stampe.
24 Quantum dari debeat in Scutis ponderis veteris pro Scutis octo Stamparum.
25 Refellitur Romæus Bochi l'Anima delle Monete part.5. punct. 1. del ſtile de' pagamenti, lib.2. impreſſ. anno 1621. fol. 127.
26 Ponderatur deciſ.221. poſt Cenc. de cenſib. pro valutatione Ducati auri de Camera.
27 Quinam ſint Ducati ſtricti, & Ducati largi.
28 Valor Ducatorum antiquorum, & modernorum.
29 Summa juſtitia Cameræ in peræquando utrumque nummum.
30 Perpenditur deciſ. 139. coram Dunozet Senior.
31 Et deciſ.221. poſt Cenc. de Cenſib.
32 Iterùm perpenditur dicta deciſ. 221.
33 Rejicitur eadem deciſ. 221.
34 Facti interpretatio plerumque etiam prudentiſſimos fallit.
35 Iterùm rejicitur dicta deciſ. 221.
36 Ad ſervandam juſtitiam debet ſolvi juſta, & vera valutatio Ducati realis, nec attenditur obſervantia interpretativa.
37 Conſtito de obligatione in Ducatis de Camera, non ſibi præjudicat, ſi creditor ſolutionem recipiat juxta illorum veterem valorem.
38 Doctori in Romana Curia verſatiſſimo, ac viventi de tempore proximo Ducati valutationibus, deferendum.
39 Ducatus auri de Camera æquivalet Libræ Turonenſium parvorum.
40 Libra Turonenſium parvorum æquivalet Ducato auri Florentino.
41 Quæ ſunt æqualia uni Tertio, ſunt æqualia inter ſe, juxta illud Euclidis.
42 Affertur Particula Edicti Cardinalis Camerarii de anno 1572. circà valutationem Florenorum.
43 Florenus de Camera æquiparatur Libræ Turonenſium parvorum.
44 Non tantùm Florenum ſimpliciter, ſed & Florenum de Camera cum Ducato de Camera ad invicem exæquare neceſſe eſt per regulam Euclidis, de qua ſuprà n. 41. quæ ſunt æqualia &c.
45 Ducati, & Floreni de Camera in praxi, ac in commercio pro omninò exæquatis habentur.
46 Ducati ſtricti vulgò della Navicella quales.
47 Julius dictus à Julio Secundo.
48 Paulus dictus à Paulo Tertio.
49 Caroleni monetæ veteris nihil differunt à Juliis.
50 Julius conſtat ex decem Bajocchis.
51 Bajocchus olim conſtabat ex quatuor quatrenis.
52 Hodiè conſtat ex quinque, & cur.
53 Juliorum moneta in dies ſemper eſt facta deterior.
54 Quanti olim 60. vel 50. annis antè annum 1558. æſtimabatur Ducatus de Camera.
55 De anno 1583. æſtimatus fuit duodecim Juliis.
56 De anno 1586. æſtimatus fuit duodecim Juliis cum dimidio.
57 Et de anno 1589. crevit uſque ad Julios tredecim.
58 Poſteà de anno 1596. ſolvi capit cum Scuto auri in auro Stamparum cum uno Julio.
59. Ab anno 1606. uſque ad annum 1623. aureus crevit ferè in tertia parte pluris.
60 Scutum auri octo Stamparum uſque ad tempus Pauli V. crevit ad tredecim Julios, deindè verò etiam plus uſque ad Julios quindecim
61 Supervenit nova diminutio Juliorum ſub Innocentio XI.
62 Alexander VIII. die 1. Februarii 1690. auxit Scutum auri ad Julios ſexdecim.
63 Clemens XI. die 2. Septembris 1708. Scutum auri auxit uſque ad Julios ſexdecim cum dimidio.
64 Moneta argentea debet eſſe proportionata valori auri.
65 Quod quidem propriè non eſt augumentum, ſed æqualis commenſuratio, & proportionatio auri ad monetam viliorem effectam.
66 Auctio illa Juliorum præſumi debet facta ex cauſa deteriorationis monetæ argenteæ.
67 Et ex hac cauſa præciſè ſucceſſit ultimum augumentum.
68 Ex quibus aliis cauſis evenire poſſit immutatio valoris auri.
69 Principes in æſtimanda moneta ſunt ſimplices exequutores Juris gentium, & vix quidquam proprii habent.
70 Non poſſunt monetæ imponere valorem, niſi juxta æſtimationem communem.
71 Communiter poſſunt aurei recipere augumentum valoris, etiamſi alteratio monetæ argenteæ ſit inferior augumento.
72 Annatæ ſolvendæ ſunt tàm ex Beneficiis, quàm ex Penſionibus excedentibus viginti quatuor Ducatos auri de Camera.
73 Non ſine myſterio in Bullis ſuper materia quindenniorum editis poſt verbum Florenorum, ſeu Ducatorum additur verbum de Camera.
74 Idem valor eſt Florenorum, Ducatorum, & Libræ Turonenſium parvorum.
75 Penſio reſervata in Curia in tot Ducatis, ſolvenda eſt in Ducatis de Camera.
76 De Jure eſt, quòd æſtimatio monetæ intelligenda ſit ſecundùm æſtimationem loci concedentis.
77 Valor Beneficiorum, juxta praxim Datariæ reducendus eſt ad Ducatos auri de Camera.
78 Nuncius Apoſtolicus confert Beneficia non excedentia viginti quatuor Ducatos auri de Camera.
79 Equites S. Stephani, SS. Mauritii, & Lazari, & Lauretani uſque ad quam ſummam retinere poſſint Penſiones in ſtatu conjugali.
80 Clauſula dummodò remaneant mille pro Epiſcopo, & centum pro Rectore, intelligitur de Ducatis de Camera.

81 *Ducati alicubi pro Scutis, ſeu* Ducatis *argenteis ſumuntur.*

82 *Quando ſimpliciter fit mentio de* Ducatis *abſque verbo de Camera, intelligitur ſermo de Ducatis juxta conſuetudinem Regionum.*

83 *Aliqui tenent,* Ducatos *etiam ſine verbo* de Camera, *ſaltem in materia beneficiali intelligendos eſſe de* Ducatis *de Camera.*

84 *Praxis* Datariæ *ſervat, quòd in proviſionibus in Curia exprimatur valor per* Ducatos *de Camera.*

85 *Pontifices in Bullis ſolent facere mentionem de Ducatis de Camera.*

86 *Promotus ad Cardinalatum quid impendat.*

CAPITULUM II.

CUM Bullæ quindenniorum à quindenniis eximant Beneficia unita, viginti quatuor Ducatos auri de Camera non excedentia, contingit indagare, quomodò, quave æſtimatione computandi ſint præfati Ducati, pro exponendorum intelligentia præmittendam duxi hiſtoriam originis, ac quidditatis, & eſſentiæ Ducati de Camera, nec non illius valorem, & æſtimationem comparativè cum aliis monetis. Pro explo-
1 rato igitur habendum eſt, quòd Ducatus de Camera ſuam traxit originem ab illo aureo nummo, qui Romæ cudi cæpit anno antè adventum Chriſti Domini CXII. & ab Urbe condita DCXLII. teſte *Covarruv. de veter. num. cap.* 3 *in princip. Scacc. de commerc & camb.* §. 2. *gloſ.* 3. *ſub n.* 81. *circà med.* in pondere unius dragmæ, ideſt octavæ partis unius unciæ auri puri, & obrizi 24. carathorum, taliter, quòd octo ex illis unam unciam, 96. unam libram puriſſimi auri conflabant: nullo ſpeciali nomine, ſed vel ſimpliciter *aureus* appellabatur, vel à dragmali
2 pondere nuncupabatur *Dragma*, quo nomine legitur appellatus apud *Tullium lib.* 1. *de divin.* & in Sac. Textu *Luc.* 15. ibi: *Mulier habens decem dragmas*, ſicut ibidem notat *Tirin. tom.* 1. *fol.* 80. *& in Tabula ponderum & monetarum verbo* Dagma *auri, & Joan. Garzon fol.* 414. *verſ. Dragma.* Cùm autem Longinus Italiæ Præfectus anno 567. à Juſtino Imperatore datus loco Narzetis Magiſtratum Romę primus ere-
3 xiſſet, appellatum Ducatum Romanum, & hic magnam horum nummorum copiam cudi juſſiſſet, ex tunc idem nummus à præfati Magiſtratus nomine Ducati nomen ſortitus fuit, *Gomez Sarnen. ad Regul. Cancellar.* 65. *de valore quæſt.* 9. *ex n.* 25. *aliique relati per Fenzon. ad Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 197. *n.* 147.

Ad ſimilitudinem hujus Ducati Romani de
4 anno 1252. Florentini cudi fecerunt Florenum auri, non in alio differentem à Ducato, niſi quià Lylio Florentiæ ſtemmate erant ſignati ex altera parte, ex altera verò S. Joannis Baptiſtæ Imagine: de cœtero erant ejuſdem Ligæ, ejuſdem ponderis, & valoris, ut refert *Joann. Villan. Florentinus Hiſtoricus Hiſtor. lib.* 1. *cap.* 40. *&* 60. *& lib.* 2. *cap.* 54. *& lib* 6. *cap.* 54. *& Chronic. Florent lib.* 9. *cap.* 279. & ex noſtris *Gomez ad dict. Regul. de valore in præfat. verſ. ſciendum verò librum, & circà fin. verſic. nam cùm hæc mandata, & in quæſt.* 9. §. *Conſequuntur, Fenzon. ad dict. cap.* 197. *n.* 137. *cum ſeqq. n.* 151. *&* 152 *& ſequen.* Felin. *in cap. ad aures* 8. *n.* 13. *circà fin. verſic. & ſcias, de Reſcript. Mandell. conſil.* 6. *n.* 1. *Germon. de Indult. Cardinal in* §. *Regularia n.* 84. *Pyrrh Corrad. in prax benefic. lib* 2. *cap* 13. *n.* 3. *cum ſeqq. & n.* 17. *Cyriac. controv.* 620. *n.* 11. *Alphonſ. Sott. in Regul.* 23. *hodiè* 25. *Cancellar. de monet. n.* 1. *Chokier ad eand. Regul. n.* 8. *cum ſeqq. & de nummar. cap.* 10. *per tot. Mandoſ. ad eand. Regul quæſt.* 3. *n.* 1. *ac per tot. Gratian. diſc.* 417. *n.* 17. *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 60. *poſt med. Garzias de Benefic. part* 5. *cap.* 3 *n.* 147. *cum ſeqq Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.* 40. *n.* 1. *cum ſeqq n.* 25. *cum ſeqq & n.* 32. *cum ſeqq & reſol. civil. part.* 1. *cap.* 4. *n.* 3. *cum ſeqq. Lovet in recollect. Arreſt. litera G. n.* 21 *additione ultima clar. mem.* R.P.D. *Peregrinus Maſſerius, olim in Romana Curia præcellens* Advocatus, *de auctorit. Legat. à Later. lib* 1. *cap.* 37. *n.* 11. *cum ſeqq.* Pacion. *alleg. civil & Canonic. alleg.* 15. *n* 13. *cum ſeqq. & alleg.* 42. *n.* 4. *Gobius de monet. quæſt.* 1. *n.* 49. *Clericat diſcord. forenſ. de* Benefic. *&* Penſion. *part.* 1. *diſcord.* 54. *n.* 30. *cum ſeqq. & part.* 2. *diſcord.* 2. *n.* 9. *cum ſeq. & diſcord.* 11. *n.* 33. *Sola poſt Conſtitution. Sabaud. tract de moneta cap* 10 *n* 7. *fol. mihi* 517. *Actolin. reſol. forenſ.* 63. *per tot. Concioll. ad Statut. Eugub. lib.* 6. *Rubric.* 49 *n.* 8. *Salgad. de Reg. Protect. part.* 3. *cap.* 10. *n.* 253. *cum ſeqq. Caballin ad Conſtitution. Ægidian. lib.* 2. *cap.* 30. *verbo Floreni,* Adden. *ad* Buratt. *deciſ.* 626. *n.* 7. *cum ſeqq. Rota poſt* Bertachin. *vot.* 93. *n.* 6. *& in recentior. deciſ.* 414. *n.* 9. *cum ſeq. part.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 509 *n.* 1. *part.* 19. *tom.* 2. *recentior.* ac de Florenis meminit *Statutum Avenionen. lib.* 1. *Rubric.* 32. *artic.* 1 *in fine, & lib.* 2. *Rubric.* 5. Indèque paulatim Floreni nomen, ac uſus in alias Provincias diffuſus eſt. Sed cùm in quibuſdam dictionibus contaminatè percuſſus eſſet, Joannes Papa XXII. anathemate inhi-
buit, nè ab aliis, preterquàm à Florentinis cu- 5
deretur, ipſe tamen in ditione ſua paris bonitatis, & puritatis auri eum imprimi juſſit, exculpta ex una parte Mitra Pontificali, ex altera verò Lylii impreſſione retenta, cum inſcriptione tamen nominum SS. Petri, & Pauli, *Joan. Villan. ubi ſuprà lib.* 9. *cap.* 279. *Fenzon. ad dict. cap.* 197. *n.* 153. *& Rot. in Vercellen. annuæ præſtationis* 22. *Junii* 1701. §. *Quod autem coram clar. mem. Card. della Tremoile.*

Et ex illo tunc Florenus, & Ducatus cæperunt in nulla diſtinctione haberi, præterquàm in puro
nomine. Venetis quoque, Hungaris, & Hiſpanis 6
ſucceſſivè placuit imitari Ducatum Romanum, & huic omninò ſimilem, ac uniformem in pondere, bonitate, & valore cudere, & mirabile eſſe dicit *Fenzon. loc. ſuprà citat dict. n.* 147. *circà fin.* quod cùm monetæ apud varias Gentes ſæpè nominum varietatem, & valoris diverſitatem rece-
perint, ſolis Ducatis Venetis, Hungaricis, Hiſpa- 7
nicis, & Florentinis, teſte eodem *Sarnenſe*, uniformis remanſerit appellatio, & par etiam
ſimilitudo valoris, taliter, quòd hodiè adhuc 8
Ducatus Hungaricus apud aliquos vocitetur Dragma à dragmali pondere, ut habetur ex *tract. var. de monet. tit. de variat. & mutat. monet. verbo Dragma fol.* 49.

Ducato quoque Romano integra, ac illæſa ſervata fuit puritas auri, identitàſque ponderis,
& valoris, quod ſanè uſque ad Pontificatum 9
Nicolai V. compertum habemus ex Inſtrumento Capitulationum per Cameram inito die 20. Auguſti 1447. cum Franciſco Maria Franciſci de Florentia per Papam Præpoſito Officinæ nummula-

mulariæ vulgò *Zecca*, ubi inter cætera pacta hæc leguntur ibi: *In primis quidem promiſit idem Franciſcus &c. quòd ipſe cudet, & cudi faciet* Florenos *de auro, videlicet* Ducatos *Ligæ de XXIV.Caratis, ſecundùm* Ducatos *Venetos, & quilibet* Florenus *ſit, & eſſe debeat dimidii quarti, ideſt dimidii quartæ partis unius unciæ, quæ eſt una Dragma, ſeu octava unciæ, vel ponderis illius* Ducati, *qui*
10 *curſum habet hodiè in Vrbe*. Cujus Ducati impreſſi à Nicolao V. excellentiam commendat *Scilla de monet.* Pontific. *fol.* 194. §. *Circa il peſo delle monete d'oro* ibi: *molti arrivano all'Vngari, e quello di Nicola Quinto paſſa il Zecchino*.

11 Fuit poſteà à ſucceſſoribus Pontificibus diminutus in dimidio unius grani; ità, ut ad conficiendam libram non ampliùs ſufficerent Ducati 96. ſed requirerentur 96. cum duobus tertiis, ſervata fuit illi eadem Bonitas, & puritas auri, ſicuti videre eſt ex Capitulationibus per Cameram ſucceſſivè initis cum Zeccheriis, & ſignanter ex illis anni 1498. die 5. Auguſti, ibi: *In primis ſiquidem præfatus Æmilianus, &* Petrus Paulus *promiſerunt cudere, ſeu cudi facere* Ducatos Papales *Ligæ* XXIIII. *Caratorum, juxta Ligam auri Ducatorum* Venetorum *&c. & quòd quilibet Ducatus* Papalis *ſit, & eſſe debeat dimidium quarti Vnciæ, ideſt unam Octavam Vnciæ minùs dimidio grano, qui octavus conſtituit denarios tres, qui tres denarii faciunt granos 72. ad rationem 24. granorum pro quolibet denario. Ità, quòd* Ducati *Papales 96. cum duobus tertiis ponderent unam libram*. Et ad iſtius normam continuarunt aliæ Capitulationes cum Præpoſitis Officinæ nummulariæ initæ tempore aliorum ſucceſſorum Pontificum; Et hæc eſt illa nova Ducati ſpecies, de qua meminit *Fenzon. ad dict. cap.* 197. *n.*147. *in fin.* quam de Camera dicit fuiſſe appellatam, quamvis connotatum *de Camera* primitùs datum fuiſſe Floreno ad contradiſtinguendum illum Romæ cuſſum à
12 Florentino, poſteà errore quodam aſſimilatum Ducato opinetur *Gomez Sarnen ad Regul. de Valore quæſt.* 9. *verſ. ex quibus poſteà*, cujus verba tranſcripta ſunt in *Vercellen. annuæ præſtationis* 13. *Junii* 1704. §. *addito, coram Anſaldo Decano.*

Quia verò Romæ ferè omnes contractus, & obligationes fiebant in Ducatis auri de Camera, & hoc uſque ad hodierna tempora inconcuſsè
13 ſervat Dataria, & Cancellaria, tamen tùm quia illorum magna copia ob pretioſitatem materiæ ad exteros aſportabatur, teſte *Port. de ſyſtert. lib.* 1. *in obſerv. poſt Tract.*; tùm propter introductam cuſionem aliorum aureorum, hinc non facile erat ſolutiones explere in iiſdem effectivis Ducatis, propterea opus fuit Decreto Cameræ
14 taxare modum illorum ſolutionis, & quia pro una moneta auri, quando hæc non poteſt haberi, debet ſolvi alia moneta auri, ſervata proportione, *Scacc. de commerc. & Camb.* §. 2. *gloſ.* 3. *n.* 222. *Corazzar. de augument. monet. artic.* 4. *diſt.* 2. *n.* 9. *ſub initio, & in fine, Ciarlin. controv.* 238. *n.* 33. *ad* 35. *Gaſp. Scaruff. della rag. e concord. delle monete cap.* 47. *utilità* 7. ubi etiam docet modum proportionandi unam monetam cum
15 alia, fuit idcircò decretum, ut pro 100. Ducatis auri de Camera ſolverentur 102 ½ Scuta auri Stamparum, de qua taxatione meminit *Gabriel. conſ.* 164. *n. fin. verſ. nùm Ducatus Cameræ, lib.* 1. *Scacc. de commerc. & Camb.* §. 2. *gloſ.* 3. *n.* 78. *verſ. ulteriùs* ibi: *Romæ Cambia contrahuntur Ducatis de Camera, quorum* 100. *valent* 102 ½ *de auro in auro monetæ Florentiæ*. Verùm quia poſteà Bonitas intrinſeca Scutorum aureorum evaſit intrinſecè deterior; ità, ut 102. cum dimidio non ampliùs æquivalerent Ducatis centum de Camera;
Idcircò per Decretum Camerale editum de anno 16
1539. fuit declaratum, *in centum* Ducatis *auri in auro de Camera intrare centum, & novem Scuta auri in auro*, & ad hanc rationem illos eſſe
ſolvendos, fuit etiam ſancitum per Edictum Car- 17
dinalis de S. Flora S.R.E. Camerarii ſub *die* 26. *Januarii* 1540.

Ex quo factum eſt, quòd Ducati de Camera, qui ſolvebantur ad antiquam rationem Scutorum
auri 102 ½ Stamparum, dicti ſint Ducati de 18
Camera veteri, vel veteris valoris, ſeu veteris valutationis; ſolvendi verò ad rationem Scutorum auri 109. ſimilium, dicti fuerint Ducati de Camera nova, vel novi valoris, ſeu novæ valutationis, ut expreſsè declarat *Gabriel. dict. conſil.* 164. *n. fin. lib.* 1. & habetur ex *Romeo Bochi l'Anima delle monete part.* 5. *punct.* 1. *del ſtile de' pagamenti, lib.* 2. *impreſſ. anno* 1621. *fol.* 127. ubi quòd hic ſuperexceſſus in novem ſolvebatur in uno Julio ſuprà Scutum auri Stamparum pro quolibet Ducato, ſed hic ſtylus benè ſervari potuit, quando Scutum auri Stamparum valebat Julios duodecim, quia tunc ſolvendo Scutum unum auri Stamparum, ſolvebantur quidem Scuta 109. auri ſimilia pro quolibet centenario Ducatorum Cameræ, & de eo tempore intelligi debet dicterium illud,
quòd idem ſit dicere Ducatum de Camera, 19
quàm Scutum auri, cum additione unius Julii, de quo *Gratian. diſcept.* 417. *n.* 16. & 17. *Rot. deciſ.* 135. *n.* 4. *part.* 3. *recentior. & alibi ſæpè*, ſed aucto poſteà extrinſeco valore Scuti auri Stamparum, præſertim hodiè, quo crevit uſque ad Julios ſexdecim cum dimidio, non ſufficit ſolvere unum Scutum auri cum uno Julio pro quoli-
bet Ducato auri de Camera, ſed neceſſe eſt ſol- 20
vere ad dictam rationem Scutorum 109. auri Stamparum pro quolibet centenario Ducatorum, & ità inconcuſſè ſervatur in omnibus ſolutionibus, quæ fiunt in Camera, ac pro expeditionibus in Cancellaria, Dataria, & Pœnitentiaria, ac etiam ergà particulares perſonas, pro quibus ità tenuit *Rot. deciſ.* 139. *per tot. coram*
Dunozet. Sen. Nam cùm ſit valutatio facta ex 21
Juſtitia, & juxta æquam peræquitationem unius monetæ cum alia, debet habere locum quoad omnes, & quidem in qualibet materia, ac etiam pro debitis ex cauſa prophana, *Rot. coram Penia deciſ.* 5. *pariter per tot.*

Dixi *Scutorum auri Stamparum*, ad differentiam Scutorum auri, quæ non ſunt de octo Stampis, nempè Romæ, Hiſpaniæ, Franciæ, Genuæ, Venetiarum, Neapolis, Florentiæ, & Urbini, alia enim omnia Scuta auri alibi cuſſa, non autem
in dictis octo Stampis, vocantur Scuta *ponderis* 22
veteris, *Scacc. de Commerc. & camb.* §. 2. *gloſ.* 3.
n. 75. *circà med.* & valent quadrageſima parte 23
minus, quàm valeant dicta Scuta nuncupata *delle Stampe*, ideſt dictarum octo Stamparum,
quia pro centum Scutis ſimilibus dari debent 24
Scuta aliarum Stamparum nuncupata *ponderis veteris*, uſque ad numerum ſc. 102. cum dimidio, ut præcipit Edictum Clementis Octavi latum die 2. Januarii 1596. de quo *Rot. deciſ.* 218. *per tot. poſt Cenc. de cenſib.*, & refert etiam *Ro-*

meus

25 *meus Bochi loco ſuprà citato*, qui tamen Author ſubdens, quòd Scutus auri Stamparum ſit idem, ac Ducatus Cameræ veteris, in magnum incidit æquivocum, quia hic valet unum Scutum auri in auro Stamparum cum medio groſſo alterius Scuti auri ſimilis, ideſt unum Scutum auri in auro Stamparum cum quadrageſima parte alterius Scuti ſimilis pro quolibet Ducato auri de Camera veteri, ſeu veteris valoris, ſeu quod idem eſt, ad rationem Scotorum 102. cum dimidio auri in auro Stamparum pro quolibet centenario Ducatorum auri in auro de Camera, ſi-
26 cuti liquidavit Peritus judicialis in illa *Romana Cenſus coram Orano la* 221. *poſt Cenc. de Cenſib.* ut apparet ex Actis illius Cauſæ, & habetur ex *Gabriell. & Scacc. ſuprà citatis*.

27 Benè quidem verum eſt, quòd Scuta auri Stamparum vocabantur Ducati ſtricti, ad differentiam Ducatorum largorum, quo nomine vocabantur Ducati de Camera, Veneti, Florentini, Hungarici, & Hiſpanici, & alii relati per *Gomez Sarnen. ad Regul. de valore dicta quæſt* 9. *n* 16. *& Rot. deciſ.* 686. *n.*4. *verſ. præter id, juncto initio, part.* 4. *diverſ.* quam differentiam agnovit *Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.*8).*n.*18. *& de credit. diſcurſ.*140. *ſub n.*11. *ad fin. verſ. & de Scutis, & Rot. deciſ.*149. *n* 2. *part.* 2. *recentior.* Et meritò Ducati ſtricti fuerunt appellati, nam comparativè ad Ducatos de Camera, & alios Ducatos largos multò minores erant in pondere; ſiquidem Ducatorum largorum pondus erat octava unius unciæ, ideſt granorum 72. ſeu granorum 71. cum dimidio, prout erat Ducatus de Camera, Scuta autem Stamparum, ſignanter illa *della Navicella*, erant dumtaxat granorum 69. cum octava alterius grani, in quo pondere eos cuſſos legimus de tempore Pauli Secundi, Innocentii Octavi, Sixti Quarti, Julii Secundi, & Pauli Tertii in Capitulationibus initis cum Præfectis Officinæ nummulariæ, ob quam notabilem diſcrepantiam, fuit recognitum, Ducatos de Camera, & alios Ducatos largos differre ab illis in quadrageſima parte, ſeu in numero duorum cum dimidio pro quolibet centenario, & hinc orta fuit valutatio vetus Ducatorum de Camera, quam diximus ſuprà.

Poſteà verò Scuta Stamparum, ſeu Ducati ſtricti longè ſtrictiores facti ſunt, habent enim ligam unius unciæ pro qualibet libra, quam an-
28 tiqui non habebant; ex antiquis centum conficiebant unam libram, ex modernis autem requiruntur pro una libra 101. *Scilla de monet. Pontific. fol.*194. §. *Il peſo dell' Oro*; Summa ergò fuit ju-
29 ſtitia, ut Camera peræquaret utrumque nummum, augendo numerum uſque ad 109. pro quolibet centenario, prout opus eſſe recognitum fuit, ſicuti teſtatur *Gabriel. dict. conſil.* 164. *ad fin. lib.* 1.

Atque hinc poſt ſequutam dictam immutationem Scutorum auri Stamparum, decretàmque dictam novam valutationem, quicumque eſt debitor in Ducatis de Camera auri in auro, non poteſt ſe eximere ab obligatione cum ſolutione Scutorum auri Stamparum 102. cum dimidio
30 pro quolibet centenario, ſed tenetur ſolvere Scutos 109. ut deciſum fuit in *prælaudata deciſ.* 139. *coram Dunozet. Senior.* ubi agebatur de Penſione reſervata in mille Ducatis aureis de Camera, quam debitor conſueverat ſolvere ad rationem Scutorum auri *veteris ponderis* 109. pro quolibet centenario juxta atteſtationes Mercatorum de generali ſolito teſtificantium in eo Judicio productas, quod æquivalet, ac ferè idem eſt, ac ad rationem Scutorum auri Stamparum 102. cum dimidio; ſed nec creditor acquievit, nec Rota indulſit, volens, ut ſolverentur ad rationem Scutorum 109. auri Stamparum, & ſic in totum Scutorum 1090. ſimiles; & mille alia exempla ſimilia poſſent afferri, quia cùm hac lege inconcuſsè hodiè vivitur, & paſſim obſervari videmus; ut in uno tantùm caſu, quantum potui videre, fuit in controverſiam revocata ſolutio Ducatorum auri in auro de Camera juxta hanc novam valutationem, ſcilicet in *dicta Ro-* 31
mana Cenſus, ſeu Canonis, edita de anno 1598. *coram Orano, & impreſſ poſt Cenc. de Cenſib. deciſ.* 221. *repetit. in deciſ.* 760. *part.* 4. *diverſ. & confirmata coram Eminentiſ. Falconerio tit.* 37. *de ſolution. deciſ* 23. *tom.* 3.

Verùm ultrà quòd motivum in illa Cauſa judicandi quadraginta Ducatos auri in auro de Camera eſſe ſolvendos in Ducatis veteris valoris, ſtetit in eo, quòd uſque ab initio injunctæ obligationis fuerunt in tali forma ſoluti, & ità per aliquod tempus continuatum; quæ obſervantia proxima, licet non præſcripta, ſatis eſſet ad interpretandum in qua ſpecie Ducati eſſet contracta obligatio ut videre eſt in *dict. deciſ.*221. 32
n. 1 *&* 2. *poſt Cenc. de Cenſib.* Ego tamen, licet 33
tanquàm Canones, & legum Dogmata, Deciſiones Rotales venerer, nihilominùs huic reſolutioni plaudere non poſſum; Nec mirum, ſi etiam maxima Tribunalia, & ſi Viris ſapientiſſimis decorata, in hac materia æquivocent; Eſt enim materia præ cæteris omnibus involuta, & cùm in factis Cuniationum, valutationum, ac
ſimilibus conſiſtat, facti interpretatio plerumque 34
etiam prudentiſſimos fallit *l. in omni parte* 2. *ff. de*
Jur. & fact. ignorant. Ac ſanè Sac. Rota in illo 35
caſu æquivocavit in facto, quia ſuppoſuit duas ſpecies Ducatorum de Camera effectivas, ac realiter inter ſe diſtinctas in commercio hominum fuiſſe, veteres ſcilicet, & novos, & quòd veteres Ducati eſſent minoris valoris: quod tamen ſuppoſitum non ſubſiſtit, nam antiquus, & novus Ducatus Cameræ realiter non differunt ſpecie, & quando ex malo ſuppoſito differrent, patet ex ſuprà demonſtratis, quòd antiquus potiùs eſt majoris æſtimationis, quàm novus; & antiquus eſt, qui valet ſc. auri 109. & præcisè obſervat *Gabriel laudat. conſ.*164. *n fin. verſic. nam Ducatus* ibi: *Nam Ducatus Cameræ antiquus, qui eſt in obligatione, tàm intrinſeca, quàm extrinſeca Bonitate inſpecta, eſt majoris æſtimationis, quàm hodiernus, quorum* 100. *Ducati valent Scutis auri* 109.: *lib.*1. Diverſitas igitur eſt tantùm mentalis, circà nimirùm ſpecies valutationis ejuſdemmet Ducati, nam vetus valutatio exiſtimat Ducatum minori numero Scutorum auri, quia antiquitùs hæc erant pretioſiora, nova verò auxit numerum Scutorum auri, poſtquàm Scuta auri deteriora evaſerunt, proptereà ubi conſtat de certa ſpecie Ducati realis, qui eſt in obligatione, hoc caſu ad ſervandam juſtitiam debet ſolvi illius juſta, & vera valutatio, nec interpretativa obſervantia 36
attenditur, ut in terminis benè *Card. de Luca de Regalib. diſcurſ.*126. *n.*3. *& de Benefic. diſcurſ.*89. *n.*17. *Lottber. de re benefic. lib.*2. *quæſt.*39. *n.*228.

Carol.

Carol. Anton. de Luca ad Gratian. diſcept. 560. *n.* 11.
Rot. deciſ. 215. *n.* 4. *poſt. Cenc. de Cenſib. & deciſ.* 165.
n. 9. *part.* 4. *tom.* 2. *recentior. & deciſ.* 139. *n.* 5.
coram Dunozet. Sen. & deciſ. 261. *n.* 8. *coram Priolo,*
& in Vercellen. annuæ præſtationis 22. *Junii* 1701.
§. *Fruſtrà verò objiciebatur*, *coram Anſaldo De-*
37 *cano*. Et in puncto, quòd conſtito de obligatio-
ne in Ducatis de Camera, non ſibi præjudicet,
ſi creditor ſolutionem recipiat juxta illorum ve-
terem valorem, proſequitur *Gabriel. dict. con-*
38 *ſil.* 164. *n. fin.* Cui Doctori maximè deferendum
uti in Romana Curia verſatiſſimo, ac viventi de
tempore proximo hiſce Ducati valutationibus,
Card. de Luca de matrim. diſcurſ. 5. *n.* 11. Utrùm
autem hæc valutatio, ad rationem Scutorum
aureorum 109. pro quolibet centenario, proce-
dat nedùm in Ducatis de Camera, ſed & in Flo-
renis, ac in Florenis de Camera, & affirmativè
reſpondendum. Nam diſcurendo de Florenis,
iſti ferè in nihilo differunt à Ducatis de Camera,
ut ſuprà diximus, & ſunt ejuſdem valoris, quod
nedùm ex infrà allegandis authoritatibus, ſed
39 & ratione probatur; nam Ducatus auri de Ca-
mera æquivalet Libræ Turonenſium parvorum,
40 ut declaratur in *Regul.* 25. *Cancellar.* Libra autem
Turonenſium parvorum æquivalet Ducato auri
Florentino, ut expreſsè habetur in *Extravag.*
Vas electionis §. *Porrò de Cenſib.* igitur intrat il-
41 lud Euclidis *quæ ſunt æqualia uni Tertio, ſunt*
æqualia inter ſe, ut benè in his præciſis terminis
arguit *Mandoſ. ad dict. Regul.* 25. *poſt princip. Cor-*
rad. in prax. benefic. lib. 2. *cap.* 13. *n.* 4. *Pacion.*
42 *alleg. Civ. & Canonic.* 15. *n.* 14. Et in ſpecie,
quòd valeant ad rationem novæ valutationis,
ſcilicet Scutorum auri 109., prout valent Duca-
ti de Camera, declaravit Card. Aloyſius Cor-
nelius S.R.E. Camerarius, prævio Edicto, ſeu
publico atteſtato dato in Camera Apoſtolica
die 30. Julii 1572. ubi expreſsè declarat ibi:
Qualiter in Taxis antiquis, ac modernis, ac Te-
ſtium fide dignorum relatione, tempore felic. record.
Leonis Papæ X., *ac etiam poſt*, *& de præſenti in*
hac Alma Urbe, *& Romana Curia*, *& tàm in*
Cancellaria, quàm in Camera Apoſtolica, Florenus
auri valebat, valuit, & de præſenti valet Duca-
tum auri in auro de Camera novæ valutationis, &
itâ in hac Curia, *& in Cancellaria*, *& Camera*
Apoſtolicis ſemper obſervatum fuit, & obſervatur,
& ſpecificè dixit *Rot. in dict. deciſ.* 686. *ſub n.* 4.
verſic. præter id, quod, juncto principio, part. 4.
diverſ.

Quod attinet ad Florenos de Camera, dici-
mus, quòd & iſti ſunt ejuſdem valoris, ac Du-
43 cati de Camera & probatur ex ſuprà relata de-
monſtratione, quippè Florenum de Camera ſpe-
cificè æquiparat Libræ Turonenſium parvorum,
Regula Cancellar. 25. Cùmque Libra Turonen-
ſium hujuſmodi æquiparetur Ducato de Came-
44 ra, ut probavimus ſuprà, ſequitur in conſequens,
quòd etiam non tantùm Florenum ſimpliciter,
ſed & Florenum de Camera cum Ducato de Ca-
mera ad invicem exæquare neceſſe eſt per regu-
lam Euclidis, *quæ ſunt æqualia &c.* & præcisè
notat *Mandoſ. ad dict. Regul. Cancellar.* 25. *n.* 4.
ſiquidem connotatum illud *de Camera*, ut dixi-
mus ſuprà, opinatur *Gomez Sarnen. loc. ſuprà ci-*
tat. quòd fuerit injunctum Floreno ad contra-
diſtinctionem illorum, qui cudebantur à Floren-
tinis, poſteà errore quodam fuerit ad Ducatum
quoque tranſlatum; Undè cùm Joannes XXII.
exæquaverit Ducatos, & Florenos, etiam cum
iſto connotato exæquati eſſe debent; Et de facto 45
in praxi, ac in commercio pro omninò exæqua-
tis habentur, *Tondut. de Penſion. quæſt.* 40. *in fina-*
libus, *verbis*: taliter, quòd promiſcuè, ac veluti
pro ſynonimis paſſim accipiantur, ſicuti de fa-
cto pro ſynonimis accepti ſunt in noſtris Bullis
quindenniorum, & in ſpecie, quòd Floreni de
Camera, in Dataria, & Cancellaria, & in Ca-
mera ſemper fuerunt valutati, & paſſim valuten-
tur ad rationem Scutorum aureorum 109. pro
quolibet centenario, ſicuti valutantur Ducati de
Camera, fuit ſuperlativè probatum ex teſtifica-
tionibus Ratiocinatorum Rev. Cameræ Apoſto-
licæ in Rota productis in illa *Vercellen. annuæ*
præſtationis 22. *Junii* 1701. & 13. *Februarii* 1702.
coram Card. de la Tremoile, & 13. *Januarii* 1704.
coram Anſaldo Decano, ubi ſub §. *Gomeſius quippè,*
de eadem teſtificatione præcisè meminit, & re-
fert, quod Rota inclinabat in ſenſum dandi va-
lutationem præfatam ad dictam rationem Scu-
torum auri 109. ſed quia aderant binæ antiquæ
tranſactiones cum ſubſequuta centenaria obſer-
vantia, in quibus loco Florenorum de Camera,
recepti fuerant Scuti auri currentes, hinc manda-
vit continuari in hac ſolutione Scutorum auri ad
rationem currentem de tempore ſolutionis, ſub
motivo, quòd, ſtante dicta obſervantia, pote-
rat præſumi Beneplacitum Apoſtolicum, ut ſub
§. *Motivum igitur emolliendi cum* §. §. *ſeqq.* niſi for-
ſan etiam dici potuiſſet, quòd Floreni de Came-
ra ſub obligatione cadentes, in illo caſu, median-
tibus dictis tranſactionibus cum longa obſervan-
tia implicitè veniret declaratum, quòd eſſent
illi Ducati, ſeu Scuti de Camera *ſtricti* nuncupati 46
della Navicella, parùm diſſimiles Scutis auri,
qui olim ſub dicto ſpecifico nomine Floreni de
Camera in pondere granorum 69. & cum impreſ-
ſione Naviculæ fuerunt cuſſi contemporaneè
cum Ducatis de Camera largis, ſignanter ſub
Pontificatibus Pauli II. Innocentii VIII. Sixti IV.
Julii II. & Pauli III. in quorum ſtrictorum Scu-
torum de Camera locum ſubrogati ſunt moderni
Scuti auri currentes.

Habito, quòd tàm Ducati de Camera, quàm
Floreni de Camera valor ſit idem, Scutorum
nempè auri 109. pro quolibet centenario non
ſufficit pro eis ſolvere Scutum unum auri cum
uno Julio, quia hodiè iſte ſolus Julius non adæ-
quat illa novem Scuta auri ſuprà centum, ſed
debet ſolvi valor currens Scutorum auri 109. ſi-
cuti ità exiguntur hodiè in praxi, ut ſuperiùs
adnotavimus, quo pacto Ducatus de Camera
ferè attingit Julios 18. pro quolibet, cùm tamen
nec iſte Juliorum numerus ſufficeret de rigore
proportionando auri pondus, & bonitatem, ex
quibus conſtat hodiernus Scutus auri, cum pon-
dere, & bonitate antiqui Ducati de Camera,
habitòque reſpectu ad hodiernum valorem au-
ri, ſicuti arithmetica demonſtratione oſtendit,
& teſtificatus fuit in illa Cauſa Romana Cenſus,
ſeu Canonis inſignis Ratiocinator Guido Jorda-
nus.

Et quia ſolutio Scutorum auri propter diffi-
cultatem hæc habendi fieri ſolet in moneta cur-
renti, ſcilicet in tot Juliis, ſeu Paulis, ſciendum 47
eſt, quòd Julius ſic dictus eſt à Julio II., qui
ſimiles monetas, quæ priùs nominabantur *Groſ-*
ſi,

ſi, ſeu *Caroleni*, denominari voluit Julios, ut
habetur ex Edicto Raphaelis Cardinalis Riarii
S.R.E. Camerarii 27. Novembris 1506. ibi: *lo-*
co Carolenorum veterum exigantur Caroleni novi
Julii nuncupati, prout tempore Pauli Papæ Secundi
fieri conſuevit, quando decem Caroleni pro uno
Ducato auri in auro expendebantur &c. decernen-
tes, quòd ſalaria &c. ad monetam novam compu-
48 *tando Julium unum pro Caroleno uno veteri*. Eoſ-
dèmque poſteà *Paulos* denominari voluit Pau-
lus III. ut habetur ex Inſtrumento inito cum
Præpoſito Zecchæ ſub die 12. Octobris 1545.
ibi: *Item teneatur cudere monetam argenteam Pau-*
los nuncupatos &c. & debeant dicti Pauli eſſe ejuſ-
dem bonitatis, & ligæ, prout erant Julii, tempore
felic. record. Julii Papæ Secundi. Et hic obiter
49 notandum, quòd Caroleni monetæ veteris nihil
differunt à Juliis; erântque ponderis grano-
rum 67. ex Decreto Cameræ, & Edicto Cardi-
nalis Camerarii, ac Senatus Urbis, lato de men-
ſe Auguſti anno 1498. & quinto Alexandri VI.
ibi: *Lo Carlino debba peſar grani 67*. licet in ma-
jori pondere appareant priùs impreſſi, nempè
tempore ſignanter Pauli II., Innocentii VIII.,
Sixti IV., & aliorum, ſicuti etiam in majori
pondere imprimi fecit Julius Secundus, nempè
trium denariorum, octo granorum, & trium quar-
torum alterius grani, ut ex Inſtrumento an-
ni 1504. die 30. Aprilis, & ſimiliter Paulus III.,
quando eos denominare fecit *Paulos*, ut ex In-
ſtrumento 16. Auguſti 1540. & quidem ſine li-
ga, ut refert *Brun. de monet. præſ. 1. n. 11. in fin.*
Poſteà verò idem Paulus III. ad dictos gra-
nos 67. reduxit, retenta tamen eadem bonitate,
ut ex Inſtrumento die 12. Octobris 1545. (quan-
50 tum non ponderant hodiè moderni Julii) Julius
51 autem conſtat ex decem bajocchis, *Statut. Urb.*
dict. cap. 197. Bajocchus verò olìm conſtabat ex
52 quatuor quatrenis, ſed hodiè vigore Edicti Gre-
gorii XIV. publicati anno 1591. pro Urbe Ro-
ma, & alterius Edicti Clementisi VIII. editi de
anno 1592. pro toto Statu, conſtat ex quinque
quatrenis, *Scacc. de commerc. & camb. §. 1 gloſ. 5.*
n. 147. circà med. Cobell. ad Bull. bon. regim. cap. 44.
53 *n. 36.* At quia Juliorum moneta in dies ſemper
eſt facta deterior, ut notorium eſt, & de mone-
ta argentea univerſaliter, ac patet ex *Tariffa*
Nevizan. regiſtrata poſt Tract. var. de monet. &
alia poſt *Gob. eod. tract.* alia poſt *Satut. Genuæ*,
alia poſt *Joan. Stephan. de pecun. veter. nov. fol. 83.*
Hinc evenit, ut in dies quoque oportuerit au-
gere numerum Juliorum pro ſolvendo valore
aurei; Hinc Paulus IV. *in ejus Conſtit. 32. Bul-*
lar. antiq. edita anno 1558. teſtatur, quòd 60.,
54 vel 50. annis retrò Ducatus de Camera æſtima-
batur decem Juliis, ſed quia poſteà Julii dimi-
nuti erant in duobus bajocchis, ideò manda-
vit, ut impoſterum ſolveretur cum duodecim
Juliis, & de ea meminit *Rot. decſ. 5. n. 3. verſ. in*
55 *caſu, coram Pen.* & totidem Juliis legitur æſti-
matus de anno 1583. in *deciſ. 414. n. 9. part 4.*
56 *tom. 2. recentior.* Anno verò 1586. Julios duode-
cim cum dimidio, ut in *deciſ. 592. n. 2. coram*
57 *Penia*, & de anno 1589. crevit uſque ad Julios
tredecim, *Rot. dict deciſ. 5. ſub initio, & per tot*
coram eod. Pen. Poſt autem promulgatum Edi-
58 ctum octo Zeccharum anno 1596. ſolvi cœpit
cum Scuto auri in auro Stamparum cum uno Ju-
59 lio, *dict. deciſ. 414. n. 10. part. 4. recentior. tom. 2.*
Ab anno 1606. uſque ad ann. 1623. aureus cre-
vit ferè in tertia parte pluris, ut ait *Cyriac. contr.*
391. n. 19. verſ. 5. multùm etiam, & Scutus auri
octo Stamparum uſque ad tempus Pauli V. cre- 60
vit ad tredecim Julios, deindè verò etiam plus
uſque ad Julios quindecim, ut refert *Corrad. in*
prax benefic. lib. 2. cap. 13. n. 9. Superventa nova
diminutione Juliorum ſub Ven. Servo Dei Inno- 61
centio XI. de qua teſtatur *Scilla de monet. Ponti-*
fic. part 3. fol. 218. verſ. nell' anno VII. d'Inno- 62
cenzio XI. Alexander VIII. auxit Scutum auri
Stamparum, ad Julios ſexdecim ſub die 1. Fe-
bruarii 1690., & deinde ſemper in deterius eun-
te moneta argentea, Clemens XI. anno 1708. 63
die 2. Septembris auxit uſque ad Julios ſexde-
dim cum dimidio; adversùs quam auctionem
acriter reclamarunt Nationales propter augmen-
tum impenſæ in Expeditiones Cancellariæ, &
Datariæ, ſed hæc quærimonia rejecta fuit tan-
quàm injuſta, & inſubſiſtens: nam moneta ar- 64
gentea debet eſſe proportionata valori aurei; ita
ut, ſi illa aut ex cauſa deteriorationis, aut ex
alia quavis cauſa vilior efficiatur, neceſſe eſt, ut
creſcat numerus argenteorum pro juſto valore
aurei, aliàs non ſolveretur verus valor auri, nec
creditor conſervaretur indemnis, ut in terminis
Scutorũ auri pulchrè *Scacc. de commerc. & camb.*
§. 2. gloſ. 5. n. 179. & 190. Lotther. de re benefic.
lib. 1. quæſt. 39 n. 208. & 210. & ſeq. Leotard.
de uſur. quæſt. 17. n. 32. illudque propriè non eſt 65
augumentum, ſed æqualis commenſuratio, &
proportionatio auri ad monetam viliorem effe-
ctam, ut explicat *Faber de var. numiſmat ſolu-*
tion. cap. 1. n. 179 & infrà verſic. Undè ceſſat, &
verſic. Ex his, Rener. Budell. de monet. cap. 2.
n. 34. & 35. Gob. eodem tract. quæſt. 4. num. 42.
Lotther. ubi ſuprà n. 210. Rot cor. Buratt. dec. 790.
n. 6. verſic. Et per conſequens. Nec præſumi de- 66
bet auctio illa Juliorum facta ex alia cauſa, præ-
terquàm ex iſta, ſcilicet deterioritionis monetæ
argenteæ, ut pro indubitato tenuerunt *Fab. ubi*
ſuprà cap. 1. in fin. & in Cod lib 8 tit. 30. defin. 27.
in princip. Gabriel. conſil. 164. ſub initio, lib. 1.
Menoch conſil. 49. n. 3. Surd. conſil. 368. n. 8. &
conſil. 406. n. 7. & conſil. 438. n. 5. Soia de augum.
monet. cap. 48. n. 10 Soccin. Jun. conſil. 4. n. 8.
lib. 4. Lotther. dict. quæſt. 309. n. 205. & ſeq. Cy-
riac. controverſ. 391. n. 19. Rot. coram Buratt. de-
ciſ. 790. n. 1. Et præcisè ex hac cauſa ſucceſſiſſe 67
ultimum augumentum, de quo ſuprà, teſtatur
Carol. Anton. de Luca ad Gratian. diſcept. 417.
n. 3. in fin. Et licet non tantùm ex hac cauſa poſ-
ſit evenire immutatio valoris auri, ſed etiam ex 68
aliis, ut puta ex quò ſuccedat penuria auri, vel
introducatur major copia argenti, quàm auri,
ex traditis per *Gob. de monet. quæſt. 3. n. 6. & 7.*
tamen adhùc præſumitur ex mutatione monetæ
minutæ, & nihilominùs utroque caſu neceſſe eſt,
ut varietur, & augeatur pretium auri, taliter,
quòd mutatio ſemper à Principe decreta cenſetur
ex aliqua juſta cauſa, Principes enim in æſti- 69
manda moneta ſunt ſimplices exequutores Juris
gentium, & vix quidquam proprii habent,
Gob. de monet. quæſt. 2. n. 39. ad 43. ubi quòd non 70
poſſunt monetæ imponere valorem, niſi juxta
æſtimationem communem, *Gabriel. Biell. con-*
cluſ. 5. dub. 1. fol. 8. Fenzon. ad dict. cap. 197.
n. 166. ad 169. & communiter poſſunt aurei reci- 71
pere augumentum valoris, etiamſi alteratio mo-
ne-

netæ argenteæ ſit inferior augumento, ut, examinato articulo latè *Fab. de monet. cap. 6. ad fin. inter Tractat. Diverſ. de monet. fol. 802. Theſaur. eod. tract. part. 2. n. 20. in fin. Surd. conſil. 368. n.23. verſ. ſextò reſpondeo, lib.3.* Kohl. *exerc. legal. 19. n. 15. ad fin. verſic. namque*.

72 Cùmque, ſicuti annatæ ſolvendæ ſunt ex Beneficiis vacantibus tàm per ceſſum, quàm per deceſſum, nec non ex Penſionibus Eccleſiaſticis, ſi tàm Beneficia, quàm Penſiones exceſſerint annuam ſummam viginti quatuor Ducatorum juxta *Bullam 33. Clementis VII. in Bullar. to.* 1. ità quindennia loco annatarum ſolvenda ſint pariter ex Beneficiis manui mortuæ unitis, ſi exceſſerint dictam ſummam, ut ex prælaudatis Bullis ſuo ordine *regiſtratis tàm in Bullario Romano, quàm poſt Tract.* conſentaneum eſt in præſenti reſolvere, quòd exceſſus, vel non exceſſus in viginti quatuor Ducatis annui valoris Beneficiorum manui mortuæ unitorum, requiſitus, adeffectum ſolvendi, vel non ſolvendi quindennia, computandus eſt juxta æſtimationem dictorum Ducatorum, in Romana Curia currentem, non autem juxta diverſam æſtimationem in loco dictorum Beneficiorum, quia prudenter, non ſine myſterio ad tollendum omne dubium tàm in enuncia-
73 tis Bullis, quàm in laudatis Regulis Cancellariæ, poſt verbum Florenorum, ſeu Ducatorum non ſimpliciter poſitorum additur verbum *de Camera*, juncto alio verbo *auri in auro*, nec ulla alia penitùs moneta nuncupatur *de Camera* præter Ducatum hujuſmodi, nè valutetur Beneficium, ſecundùm quod valent in Partibus, ſeu in loco Beneficii, Ducati, ſed ſecundùm quod valent in Curia cum Cambio, *Germon de Indult. Cardinal. in §. Regularia n.38. Mandoſ. in Regul. hodie 25. Cancellar. de monet. qu.3. n.3. cum ſeqq. ac per tot. & ſignanter n.4. in princip. verſ. pondero etiam textum noſtræ Regulæ, Sott. in dict. Regul. n.5. Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib. 2. cap. 13. n. 6. Gratian. diſc. 417. n. 8. cum ſeqq.* ſiquidem in materia (qualis eſt iſta quindenniorum) concernente ipſam Cameram Apoſtolicam, cui quindennia ſoluun-
74 tur, Florenus, ſeu Ducatus de Camera computandus, & æſtimandus eſt pro æquali valore, prout & libra Turonenſium Parvorum juxta morem valutandi hanc monetam in Camera, ut ex prælaudata Regala 25. ibi: *declaravit &c. qnòd Libra Turonenſium parvorum, & Florenus auri de Camera pro æquali valore in concernentibus literas, & Cameram Apoſtolicam computari, & extimari debeant*, videtur ſentire *Aphonſ. Sott. ad eand. Regul. n. 1. & 5.* Ac meritò attendendus eſt valor Ducatorum de Camera juxta æſtimationem
75 in Romana Curia ex eo, quòd ſicuti qnando reſervatur Penſio ſolvenda in Curia in tot Ducatis, illa ſolvi debet in Ducatis auri de Camera, quidquid ſit, quando reſervatur Penſio ſolvenda in Partibus, quo caſu ſolvi poteſt in alia moneta ob difficultatem reperiendi aureos, rejecta contraria nimis rigida, quantumvis forſan veriore, *Gomez in Regul. Cancellar. 61. aliàs 54. hodiè 55. de valor. qu.8. verſic. & iſta omnia, circà fin. Gratian. diſc. 417. n. 18.* ità exceſſus Ducatorum viginti quatuor de Camera venit conſiderandus in Ducatis de Camera, cùm quindennium ſolvendum ſit in Curia.

Nec eſt exorbitans à Jure, quòd æſtimatio, &
76 valor monetæ intelligi debeat ſecundùm æſtimationem loci concedentis, qualis eſt Papa, qui unit Beneficia manui mortuæ, excedentia viginti quatuor Ducatos *Gomez Sarnen. in mox citat. Regul. Cancellar. 55. de valor. qu. 8. in med. verſ. tamen conſiderandum eſt, in fin.* hoc enim fuit factum, nè Papa, & Officiales in taxis Beneficiorum deciperentur, qui de facili ignorare poſſunt locorum Beneficiorum diverſas conſuetudines circà æſtimationes, *Gomez loc. mox allato*: undè inconcuſſus ſtylus Datariæ Apoſtolicæ ſervat, quòd in impetratione, ſeu aſſequutione Beneficii in Curia, quamvis in ſupplicatione exprimatur valor ſecundùm æſtimationem loci, ubi ſitum eſt Beneficium, nihilominùs Officiales ipſius
Datariæ mandant, ipſum valorem reduci ad 77
Ducatos auri de Camera, & ſic exprimi ſolet in literis Apoſtolicis, cùm valoris quantitas debeat conſiderari in portatis in Urbe, nè aliàs ſub prætextu non exceſſus viginti quatuor Ducatorum Papa in annatis ſibi debitis defraudetur, de facili ignorans locorum conſuetudines circà æſtimationes, *Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib 3. cap. 7. n. 31.* Hinc etiam Nuncii Apo- 78
ſtolici habentes in ſuis facultatibus jus conferendi Beneficia non excedentia viginti quatuor Ducatos, conferunt Beneficia non excedentia viginti quatuor Ducatos de Camera in valore ſecundùm morem Cancellariæ, & Romanæ Curiæ, *Garzias de Benefic. part. 5. cap. 3. n. 152.*

Hinc Equites S. Stephani Papæ, & Martyris 79
apud Florentinos, SS. Mauritii, & Lazari apud Sabaudos, etiam in ſtatu conjugali retinent Penſiones Eccleſiaſticas uſque ad ſummam Ducatorum quatuor centum auri de Camera, & Lauretani apud Urbem uſque ad ſummam Ducatorum bis centum tantùm, *Barboſa collect. Apoſtol. deciſ. 311. n.6. collect. 312. n.6 & collect. 570. n.7. cum ſeqq. & poſt collect. 735. in addit. ad collect 471. in princip. & in fin. verſ. idem Sixtus V.* & ſuper hoc leguntur Indulta 8. 9. & 10. *regiſtrat. poſt Card. de Luca de Penſion.*

Quibus ſtabilitis, videretur prima fronte contrarium potiùs firmandum, quòd nempè exceſſus, vel non exceſſus in viginti quatuor Ducatis ad effectum ſolvendi, vel non ſolvendi quindennia computandus eſſet per Ducatos (ut ità dicàm) locales, non Camerales, ex eo, quòd *Sa-* 80
crum Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de Reform. cap. 13. circà fin. verſic. ad hæc in poſterum permittens reſervationes Penſionum ſuper Cathedralibus Eccleſiis, & Parochialibus, dummodò tamen remaneant mille Ducati pro Epiſcopo, & centum pro Rectore, ideſt Parocho, intelligitur de Ducatis juxta æſtimationem monetæ Ducatorum earum Partium, ubi ſitæ ſunt Cathedrales, ac Parochiales Eccleſiæ, non autem de Ducatis auri de Camera; ità, ut probandus ſit exceſſus, vel non exceſſus mille, ſeu centum Ducatorum, habita ratione ad particularem æſtimationem Ducatorum localium, non autem 81
Cameralium, ſicque Ducati in nonnullis Partibus pro Scutis, ſeu Ducatis argenteis ſumendi ſunt, *Barboſa de Paroch. part. 3. cap. 29. n. 17. & collect. deciſ. Apoſtol. 267. per tot. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib. 2. part. 2. c. 6. n. 18. Sperell. deciſ. for. Eccleſ. 61. n. 18 in fin. verſ. cæterùm, part. 1.* veluti notat *Barboſa ad dict. Concil. dict. loc. n. 14. & collect. deciſ. Apoſt. 267. in princip. Garz. de Benefic. part. 1. in addit. cap. 5. n. 373.*

Marta de clauſul. part. 1. *clauſ.* 43. *n.* 2. *Chokier in Regul. Cancellar.* 23. *hodie* 25. *de moneta n.* 9. *Riccius in pax. reſol.* 428. *n.* 2. *Tondut. de Penſion. cap.* 14. *n.* 27. *cum ſeqq. Rota poſt Bertachin. vot.* 93. *n.* 17. *cum ſeq.*

Verumtamen in nihilum turbat objectum, quippè in tantum Ducati Conciliares ſumi poſſunt pro localibus, non verò pro Cameralibus, in quantum ibi non additur hoc diſtinctivum
82 verbum, quod in noſtro caſu additur, *de Camera*, ſed fit mentio ſimpliciter de Ducatis, ut ponderant *Chokier ad Regul.* 24. *hodie* 25. *Cancellar. de moneta n.* 9. *litera C. in fine*, *Garzias de Benefic. part.* 5. *cap.* 3. *n.* 151. *Tondut. de Penſion. cap.* 40. *n.* 6. *&* 10. *Belencin. de charitat. ſubſid.*
83 *qu.* 84. *n.* 4. immò etiam hoc caſu non deſunt tenentes, Ducatos, quantumvis non adjiciatur verbum *de Camera*, intelligi ſaltem in materia beneficiali de Ducatis de Camera, ut reſpondet
84 *Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.* 40. *n.* 11. *cum ſeqq.* hinc eſt, quòd praxis Datariæ ſervat, ut in proviſionibus in Curia exprimatur valor per Ducatos auri de Camera, *Roſa de exequut. liter. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 48. *in principio*, *& cap.* 6.
85 *n.* 247. ac Pontifices in Bullis ſolent facere mentionem de Ducatis auri de Camera, prout videre eſt inter alia *in Bulla Pii IV. & in Bulla* 14. *Pauli V. in Bullar. nov. Roman. tom.* 4. ubi man-
86 datur, quòd quilibet ad Cardinalatum promotus ſolvere teneatur Ducatos auri de Camera centum Magiſtris Cæremoniarum Palatii Apoſtolici Participantibus, poſt obitum verò, Ducatos quinquaginta, & in promotione Secretario Clerico, ac Ratiocinatori vulgò Computiſtæ Sacri Collegii Cardinalium Ducatos ſeptuaginta quinque per hæredes, ac in *Bulla* 29. *Clementis IX. eod. Bullar. Rom. tom.* 6. ubi præcipitur, quòd quilibet ad Cardinalatum promotus triginta ſex Ducatos auri de Camera ſolvere teneatur Magiſtris Cæremoniarum Palatii Apoſtolici non Participantibus, & poſt obitum cujuslibet promoti, ſed jam amoti, illius hæres viginti quinque Ducatos.

ARGUMENTUM.

Exceſſus viginti quatuor Ducatorum auri de Camera annui valoris Beneficiorum, ac Monaſteriorum inferiorum, ſeu minorum non Conſiſtorialium manui mortuæ unitorum, ad effectum exigendi quindennia, & non exceſſus ad effectum non ſolvendi quindennia quomodò probetur, aſcenſus inſuper ad centum Ducatos auri pariter de Camera annui valoris aliorum Beneficiorum, ac Monaſteriorum Conſiſtorialium, ſeu majorum, in libris Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Cancellariæ taxatorum, proindèque communia, & minuta ſervitia loco annatæ ſolventium, poſteà unitorum, ad effectum exigendi quindennia, & non aſcenſus ad effectum non ſolvendi quindennia quomodò etiam probetur.

SUMMARIUM.

1 *In Jure duplex datur modus comprobandi valorem Beneficiorum.*
2 *Cur exprimendus valor Beneficiorum.*
3 *Quomodò fiat expreſſio valoris Beneficiorum per aſcenſum.*
4 *Et quomodò per non exceſſum.*
5 *De differentia utriuſque probationis.*
6 *Semel probato valore per aſcenſum, non poteſt ille probari per non exceſſum.*
7 *Cur valor Beneficiorum uniendorum exprimendus per aſcenſum.*
8 *Bullæ ſuper quindenniis editæ quid ſtatuant circà quindennia.*
9 *Quænam ſint Monaſteria taxata.*
10 *Valor Beneficiorum Conſiſtorialium, ſeu Majorum probatur per taxam in libris Cameræ, ſeu Cancellariæ.*
11 *Probatur inſuper Conſiſtorialitas Beneficiorum, ſi illa aſcendant ad Ducatos centum de Camera.*
12 *Tutior modus probandi valorem eſt, ſi ille fiat juxta communem æſtimationem.*
13 *Valor rei non ex fructu, qui ex ipſa percipitur, ſed ſecundùm æſtimationem regulatur.*
14 *Non exceſſus præſumitur de Jure, niſi probetur exceſſus.*
15 *Expreſſio valoris per aſcenſum pleniſſimè juſtificanda eſt.*
16 *In materia unionis ſufficit probare valorem per quinquennium antè.*
17 *Locationes non probant verum valorem Beneficii.*
18 *Quidquid ſit quoad excuſandum à pœna nullitatis gratiæ.*
19 *Valor Beneficii probatur ex libris Capitularibus.*
20 *Auctor tamen ſuper hoc aliquam habet difficultatem, & de ratione.*

CAPITULUM III.

JAM comprobato in *præcedenti Cap.* quòd exceſſus, vel non exeſſus viginti quatuor Ducatorum ad effectum ſolvendi, vel non ſolvendi quindennia ex Beneficiis unitis, ſimilis valoris, computandus ſit habita ratione ad Ducatos auri de Camera in Romana Curia, & Cancellaria Apoſtolica currentes, modò ſupereſt in præſenti inſpicere, quomodò comprobandus ſit exceſſus viginti quatuor Ducatorum, ad effectum exigendi quindennia, & non exceſſus ad effectum non ſolvendi quindennia, & quomodò pariter comprobandus ſit aſcenſus centum Ducatorum ex Monaſteriis Conſiſtorialibus, in libris Cameræ taxatis, poſteà unitis, ad effectum exigendi quindennia, & non aſcenſus ad effectum illa non ſolvendi.

Pro clariori autem exponendorum dilucida- 1
tione ſciendum eſt, duplicem in Jure dari modum comprobandi valorem Beneficiorum ad plures diverſos effectus, præſertim in unionibus Beneficiorum juxta *Regul. Cancellar.* 22. ſapienterque excogitatum unum effectum, nempè per aſcenſum, & alterum per non exceſſum tàm ad dignoſcendum, quando locus eſſet ſolutioni Annatæ, nè Camera Apoſtolica, ejuſque Officiales, proindèque dicti Annatiſtæ ſuis defraudarentur emolumentis, immò Papa ipſe, & Cardinales, in quorum ſubventionem introductæ fuerunt annatæ, & conſequutivè quando locus eſſet ſolu-

lutioni quindennii, quàm ad tollendam avaritiam, & impinguationem aliquorum cum jactu-
2 ra aliorum, nè ſcilicet per taciturnitatem valoris aliquis ultrà merita, & pluſquàm oporteret, etiam non ſuffragantibus meritis (ut quotidiè experimur) de Beneficiis Eccleſiaſticis caperet, & ità per falſam valoris expreſſionem debitus diſpenſationis modus Papæ (cui eſt cura à Deo demandata) tolleretur, *Gomez Sarnen. in Regul. 61. aliàs 54. hodiè 55. Cancellar. de valore in Præfat. in princip. verſ. & eſt advertendum, cum verſ. ſeqq. Sott. ad eand. Regul. n. 4. Chokier ad dict. Re-*
3 *gul. n. 20. cum ſeqq.* Per aſcenſum igitur fit expreſſio veri valoris, narrando, Beneficium, ſeu Monaſterium Conſiſtoriale aſcendere ad tot Du-
4 catos auri de Camera, per non exceſſum è contrà, narrando, Beneficium, ſeu Monaſterium non Conſiſtoriale non excedere tot Ducatos.
5 Suntque inter ſe diverſi modi probandi valorem; ità, ut facta negativa narrativa valoris Beneficii, ſeu Monaſterii non Conſiſtorialis per non exceſſum viginti quatuor Ducatorum, non juſtificatur per affirmativam probationem de aſcenſu ad viginti quatuor, vel pauciores Ducatos, etiamſi teſtes deponant, fructus Beneficii aſcendere ad Ducatos viginti quatuor tantùm, vel ad pauciores, & è contrà facta affirmativa narrativa valoris Beneficii, ſeu Monaſterii Conſiſtorialis per aſcenſum ad viginti quatuor Ducatos non remanet juſtificatus valor negativus per non exceſſum, *Pyrrh. Corrad. in prax. ben. lib. 3. cap. 7. n. 33. in princip. Lotther. de re benef. lib. 3. qu. 20. n. 87. Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 7. n. 61. in princip. verſ. adeò ſi exprimens, & n. 66. in princip. verſ. nam ſi valor, Roſa de exequut. lit. Apoſtol. part. 1. cap. 7. n. 154. & 244. Card de Luca de Benefic. diſc 90. n. 22.* Eodèmque modo
6 vice verſa facta narrativa valoris Beneficii, ſeu Monaſterii Conſiſtorialis per aſcenſum ad Ducatos centum, non juſtificatur per probationem de non exceſſu Ducatorum centum, & puto, eam eſſe rationem ſaltem pro præſenti materia, quia lex quindenniorum ſervanda eſt in forma ſpecifica, non verò per æquipollens: equidem Bullæ Pontificiæ ſuper quindenniis promulgatæ diſtinctum, ac diverſum modum probandi verum annuum valorem Beneficiorum introduxerunt juxta diverſitatem Beneficiorum, pro Beneficiis namque, & Monaſteriis Conſiſtorialibus, ſicque in libris Cameræ taxatis, ſeu quorum fructus taxati reperiuntur, ad effectum illa ſubjiciendi communi, ac minuto ſervitio loco annatæ, nec non in caſu eorum unionis favore manus
7 mortuæ ſucceſſivis quindenniis, mandarunt exprimi valorem per aſcenſum ad Ducatos centum, pro Beneficiis autem, & Monaſteriis non Conſiſtorialibus, ſicque in libris Cameræ non taxatis, per exceſſum Ducatorum viginti quatuor, veluti legere, & contradiſtinguere eſt in *Bulla 6. Pauli II. §. 3. in fine, juncto §. 4. in Bullar. nov. Rom. to. 1. repetit. poſt Tract. int. Conſtitntion. Apoſtol. in ordine la I. ibi* „ omnia, & ſingula „ Monaſteria, videlicèt illa, quorum fructus &c. „ ad ſummam centum Florenorum auri de Ca- „ mera &c. aſcendunt annuatim, ſi in libris „ ejuſdem Cameræ taxati reperiuntur, commu- „ nia, & minuta ſervitia &c. reliqua verò Mo- „ naſteria &c. & Beneficia &c. unita, pro qui- „ bus Cameræ Apoſtolicæ annata, ſeu alia Jura „ ſolvi conſueverunt &c. annatam, ſivè medios „ fructus unius anni in poſterum ſingulis quin- „ decim annis perpetuò ſequuturis, eidem „ Camerario ſolvere teneantur &c. „ *in Bulla 7. Pauli IV. §. 1. poſt med. eod. Bullar. eodèmque tom. 1. repetit poſt Tract. in ordine la V. ibi* „ ut de „ Eccleſiis, & Monaſteriis Virorum &c. ſolve- „ rentur pro fructibus primi anni &c. ſummæ „ pecuniarum in libris Cameræ Apoſtolicæ ta- „ xatæ, quæ communia ſervitia etiam tunc nun- „ cupabantur &c. de cæteris autem Dignitati- „ bus &c. & Beneficiis ſæcularibus, & Regula- „ ribus valorem viginti quatuor Ducatorum de „ Camera excedentibus &c. ſolveretur annata, „ ſeu medii fructus, juxta taxam ſolita „ *in Bulla 38. S. Pii V. §. 2. & 3. in med. eod. Bullar. tom. 2. repetit poſt Tract. in ordine la VI. ibi* „ an „ Monaſteria, quorum fructus &c. ad ſummam „ centum Florenorum auri de Camera &c. „ aſcendunt, & in libris Cameræ Apoſtolicæ ta- „ xati reperiuntur &c. ſub literis &c. compræ- „ hendantur &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c. „ dummodò in libris ejuſdem Cameræ taxata „ reperiantur, reliqua verò Monaſteria &c. & „ alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. „ quorum fructus &c. ſummam viginti quatuor „ Ducatorum auri de Camera &c. excedunt &c. „ ſub literis &c. compræhendi &c. „ *in Bulla 33. Sixti V. §. 2. antè med. eod. Bullar. eodèmque tom. 2. repetit. poſt Tract. in ordine la VII. ibi* „ vel ſi plura „ Beneficia, quorum quodlibet annuum valo- „ rem viginti quatuor Ducatorum auri de Ca- „ mera &c. non excedat, dummodò tamen „ omnium inſimul illum tranſcendat &c. „ *in Bulla 18. in princip. circà fin. antè §. 1. Urbani VIII. eodem Bullar. tom 5. repetit. poſt Tract. in ordine la VIII.* Eſt benè verum, quòd in unione Beneficiorum taxatorum in Libris Cameræ procedetur juxta taxam, nec exprimitur valor, prout fit in Beneficiis non taxatis, quæ nuncupantur valoris.
Undè Bullæ, potiſſimùm illæ Pauli II. & S. Pii V. 8
duo ſtatuunt, primum nempè, quod Beneficia, & Monaſteria Conſiſtorialia, ac taxata, poſteà unita manui mortuæ, teneantur ad annatas, ſeu loco annatarum ad communia, & minuta ſervitia, ideſt ad integras annatas, nec non ad quindennia loco annatarum, ſeu communium ſervitiorum; ſecundum eſt, quòd Beneficia, & Monaſteria non Conſiſtorialia, ac non taxata, excedentia tamen viginti quatuor Ducatos, poſteà unita teneantur ad annatas, nec non ad quindennia loco annatarum, veluti ad hanc contradiſtinctionem videtur advertere *Menoch. conſ. 1.*
n. 9. in princip. poſt conſ. 897. Quænam autem ſint 9
Monaſteria taxata, habetur inter alios apud *Tamburin. de jure Abbat. tom. 1. fol. mihi 489.*
uſque ad fol. mihi 514. Quamobrem rectè depræ- 10
henditur, valorem Beneficiorum Conſiſtorialium, ſeu majorum probari per particularem taxam notatam in libris Cameræ, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ, ſicque per aſcenſum ad Ducatos centum, vel plures ad effectum exigendi communia ſervitia, & ex unione quindennia, valorem autem Beneficiorum non Conſiſtorialium, ſeu minorum, vel inferiorum per non exceſſum viginti quatuor Ducatorum juxta communem æſtimationem ad effectum non ſolvendi annatas, nec ex unione quindennia, *Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib. 3. cap. 7. n. 32. in fin. verſ. Qui pro de-*

defenſione, juncto verſ. pro aliis autem Beneficiis,
Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 2. n. 17.
Roſa de exequut. lit. Apoſtol. part. 1. cap. 5. n. 48.
& cap. 6. n. 249.

Quibus præmiſſis, firmamus in præſenti,
quòd exceſſus viginti quatuor Ducatorum auri
de Camera annui valoris Beneficiorum, ac Mo-
naſteriorum inferiorum, vel minorum non Con-
ſiſtorialium manui mortuæ unitorum, ad effe-
ctum exigendi quindennia, & non exceſſus ad
effectum non ſolvendi quindennia quomodò
probetur, aſcenſus inſuper ad centum Ducatos
auri pariter de Camera annui valoris aliorum
Beneficiorum, ac Monaſteriorum Conſiſtoria-
lium, ſeu majorum in libris Cameræ Apoſtolicæ,
ſeu Cancellariæ taxatorum, proindeque com-
munia, & minuta ſervitia loco annatæ ſolven-
tium, poſteà unitorum; ad effectum exigendi
quindennia, & non aſcenſus ad effectum non
ſolvendi quindennia quomodò etiam probetur;
11 probatur autem, ſi Beneficia, & Monaſteria uni-
ta excedant præfatum annuum valorem juxta
communem æſtimationem, vel ſi reſpectivè non
excedant, probatur inſuper aſcenſus ad Ducatos
centum auri de Camera annui valoris Monaſte-
riorum, & Beneficiorum majorum, ſeu Conſi-
ſtorialium taxatorum, ſi Beneficia, & Monaſte-
ria hujuſmodi aſcendant in portatis, ut ajunt,
in Urbe ad Ducatos centum, vel plures juxta
communem æſtimationem, & tandem non
aſcenſus probatur, ſi Monaſteria, & Beneficia
hujuſmodi non aſcendunt in portatis ad Duca-
tos centum juxta communem æſtimationem, ut
habetur in ſuprà laudatis Bullis Apoſtolicis, *re-
petit etiam poſt Tract. in ordine la I. II. III. IV. V.
VI. VII. VIII. & XI.* In exigendis autem quin-
denniis nulla fit probatio valoris, ſed proceditur
juxta taxam in Beneficiis taxatis, & juxta ex-
preſſionem factam in actu unionis quoad non
taxata, niſi forſan detur caſus diminutionis ſub-
ſtantialis, ac perpetuæ fructuum in taxatis,
quæ tamen non proveniat ex curſu temporis,
quod variare, & verti poteſt in meliùs; quo
caſu petitur reductio taxæ, & reſpectivè redu-
ctio quindennii quoad non taxata. Nec magis
tutus modus probandi verum valorem videtur
dari poſſe, niſi juxta communem æſtimationem
Curiæ tamen Romanæ, & loci unionis Benefi-
ciorum non Conſiſtorialium, vel juxtà taxam
12 Canſiſtorialium, cùm idem cautum quoque le-
gatur in Regulis Cancellariæ, veluti in *Regula
2. de reſervat. Cathedral. & Monaſter. in Regula
3. hodie 4. de reſervat. Dignitat. in Regula 21.
aliàs, & hodie 22. de union. in Regula 60. de Bene-
fic vacant. & cert. mod vacatur. & in Regula 61.
aliàs 54. hodie 55. de valor.* & notant *Amayden.
de ſtylo Datariæ lib. 1. cap. 15. §. 9. n. 19. Roſa de
exequutor. liter. Apoſtol. part. 1. cap. 7. n. 163.*
13 Hinc fit, quòd valor, ſivè pretium rei non
ex fructu, qui ex ipſa re percipitur, ſed ſecun-
dùm communem hominum æſtimationem regu-
latur ad textum *in l. pretia rerum 63. ff. ad leg.
Falcid. Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 15.
§. 10. n. 19.* Stante autem narrativa valoris Bene-
ficii uniti, per non exceſſum viginti quatuor
Ducatorum, ille etiam ſemiplenè per teſtes de
publica voce, & fama probatur ad effectum non
14 ſolvendi quindennia, quia non exceſſus eo ipſo
præſumitur de Jure, niſi probetur exceſſus,
*Amayden de ſtyl. Datar. lib. 1 cap. 7. n. 60. in fin.
Pyrrh Corrad. in praxi benef. lib. 3. cap. 7. n. 33.
in princip. verſ. Sed ſtante ſupradicta narrativa,
Garzias de Benef. part. 5. cap. 3 n. 198. Chockier
in Regul. 61. aliàs 54. hodie 55. Canceliar. de va-
lor. n. 27. in fine, Roſa de exequut. liter. Apoſt.
part. 1. cap 7. n. 142. cum ſeqq & in addition.
n. 356. Card. de Luca de Benefic. diſc. 90 n 18.*
E contrà expreſſio valoris per aſcenſum pleni ſi- 15
mè venit juſtificanda *Roſa loc. mox citat. n. 178.
& in addition. n 363.* Præterea in materia unionis 16
ſufficit probare valorem per quinquennium an-
tè, non verò etiam per quinquennium poſt, com-
putato tamen anno fertili cum ſterili; quippè ju-
ſtificatio unionis, mediante commiſſione fa-
cienda ad Partes, & vocatione eorum, quorum
intereſt, non patitur iſtam dilationem quinquen-
nalem, *Maſcard. de probation. vol. 3. conc. 1396.
n. 48. Chockier ad Regul. 21. aliàs, hodieque 22.
Cancellar. de union. n. 17. Mandoſ. ad eand. Regul.
quæſt. 5. per tot.*

Non omitto, quòd arrendamenta, affictus, 17
ſeu locationes Bonorum Beneficii etiam gemina-
tæ non probant verum valorem Beneficii, cùm
ad convincendum verum valorem, priùs dedu-
cenda ſint onera, & quia vel quandoque locatio
poteſt eſſe facta pro majori penſione ob affectio-
nem conductoris, vel quandoque pro minori
penſione ob difficultatem inveniendi conducto-
rem, *Gomez Sarnen. in Regul. 61. aliàs 54. hodie
55. Cancellar. de valor. qu. 5. n. 2. in princip. verſ.
Ad unum tamen advertendum, & q. 12. in fine,
Pacion. de locat. & conduct. cap. 19. n. 22. &
cap. 27. n 114. cum ſeqq.* quidquid ſit quò ad ex- 18
cuſandum à pena nullitatis gratiæ ob falſum va-
lorem, præbere enim tunc poſſunt locationes
juſtam cauſam credendi, quòd tanti valeat Be-
neficium, præſertim ſi locationes fuerint plures,
& continuatæ per tempus conſiderabile, diverſiſ-
que conductoribus factæ, cùm ipſa affectio ca-
dere poſſit in uno, vel altero homine, non au-
tem in pluribus, *Pacion. mox laud. tract. cap. 19.
n. 27. & c. 27. n. 119.* Putarem tamen, quòd valor, 19
Beneficii probaretur ex libris Capitularibus, *Pa-
cion. relat. cap. 19. n. 47.* ſuper quo tamen aliquam 20
haberem difficultatem ſaltèm circà prætenſam
exemptionem per manum mortuam à quinden-
niis ſub prætextu non exceſſus viginti quatuor
Ducatorum, ſuſpectum enim habeo librum Ca-
pituli, in quo de facili regiſtrari poſſet redditus
Beneficii longè minor, ſivè non excedens viginti
quatuor Ducatos ad ſe eximendum à quinden-
niis ob intereſſe burſale in illo non ſolvendo, ve-
luti in ſimili *Garzias de Benefic. part. 5. cap. 3.
n. 235. Pacion. de locat. & conduct. cap. 19. n. 50.*

ARGUMENTUM.

Exceſſus Beneficiorum manui mortuæ uni-
torum ad effectum exigendi quinden-
nia, ſatis comprobatus remanet, ſi ex
literis unionis appareat expreſſio annui
valoris ultrà viginti quatuor Ducatos
auri de Camera.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Nulla major dari poteſt probatio, quàm proprii oris confeſſio.*

2 *Inveriſimile eſt, velle quem obligari ad id, ad quod non teneretur.*

3 *Nemo venire poteſt contrà factum proprium.*

4 *Bullæ quindenniorum ſubjiciunt quindenniis Beneficia excedentia XXIV. Ducatos.*

5 Regula 21. hodie 22. Cancellar. de union. *ad quid edita.*

6 *Praxis Datariæ Apoſtolicæ ſervat, ut in Proviſionibus Beneficiorum valor etiam exprimatur per non exceſſum.*

7 *Quamvis valor expreſſus per non exceſſum verificari poſſit in obolo ad effectum juſtificationis, & exequutionis gratiæ, nihilominùs ad effectum ſolutionis annatæ inſpicitur ſumma expreſſa per non exceſſum, nè fraus fiat Annatiſtis.*

8 Regula 55. Cancellar. de valor. *mandat, exprimi verum valorem Beneficii vacantis, ſub pœna nullitatis Proviſionis.*

9 *Quando Pontifex in valore Beneficii computari vult incerta, ſolet exprimi unà cum incertis in Ducatis tot.*

10 *Emolumenta incerta, ad certitudinem tamen reducibilia computantur inter emolumenta certa, & cadunt ſub* Regula 55. Cancellar. de valor.

11 *Ex diſtributionibus quotidianis de Jure non debetur Annata.*

12 *Attamen ex illis debetur quindennium.*

13 *Valor Beneficii uniti probatur ex ſupplicatione, ſeu literis nnionis.*

14 *Contra manum mortuam confitentem exceſſum XXIV. Ducatorum oritur actio ex quaſi contractu cum Camera, & Annatiſtis.*

15 *Confeſſio deliberatè emiſſa, poſteà tamquàm erronea revocari nequit.*

16 *Manus mortua præſumitur deliberatè expreſſiſſe annuum valorem Beneficii ſibi uniendi per exceſſum XXIV. Ducatorum.*

CAPITULUM IV.

PROCUL dubio Annatiſtæ habent pro ſe intentionem fundatam ſuper exigendo quindennia de Beneficio unito abſque aliqua probatione exceſſus XXIV. Ducatorum, docto de illo per ipſas literas unionis, ſicque ex propria confeſſione manus mortuæ, cui fuit unitum Beneficium,
1 quæ conſenſit expreſſioni factæ in gratia unionis; nec ulla major dari poteſt probatio in gradu ſuperlativo, quàm proprii oris confeſſio, cùm ſuperet teſtes, & Inſtrumenta publica, & contineatur ſub nomine Inſtrumenti; immò dicatur probatio probata, omnèmque ſuperet probationis gradum, ad *textum in cap per tuas* 10. *de probat. l. Publia 26. in fin. ff. depoſit. l. cùm te 9. C. de probat. l. generaliter* 12. *C. de reb. credit. l. unic. C. de confeſſ. Eſcobar à Corr. de puritat. & nobilit. prob. part.* 1. *qu.* 15. § 6. *n.* 71. *in princip. verſic. quia confeſſiones, & part.* 2. *qu.* 6. § 1. *n.* 3. *&* 39. *in fin. verſic. & eadem ratione, Lotther. de re benef. lib.* 1. *qu.* 3 *n.* 160 *Mandoſ. in Regul.* 18. *Cancellar. qu.* 7. *n.* 2. *Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 51. *n.* 39. *Pacian de probat. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 15. *Maſcard. eod. tract. vol.* 1. *qu.* 7. *n.* 3. *cum ſeqq. de Angel. de confeſſion. lib.* 1. *qu.* 7. *effect.* 4. *n.* 1. 8. 11. *&* 16. *& lib.* 3. *qu.* 20. *n.* 1. *cum ſeqq. & n.* 30. *Parexa de Inſtrum. edit. tit.* 9. *reſol.* 2. *n.* 16. *&* 17. Si enim Beneficium non excederet XXIV. Ducatos, profectò manus mortua non pateretur, quòd in gratia unionis notaretur exceſſus, indè optimè ſciens, ob exceſſum ſe teneri ad quindennia, nè aliàs videatur ſe obligare voluiſſe abſque 2
cauſa, ſicque ad id, ad quod non teneretur, quod tamen inveriſimile eſt, ferèque creditu impoſſibile de manu mortua, ut plurimùm gubernata à miniſtris oculatis adinſtar diligentis patrisfamilias, ſeu providi tutoris, ac negociorum geſtoris; ità, ut manus mortua ſemel falſa exceſſum, confeſſionem ejuſmodi à ſe emiſſam in actu unionis, poſteà ampliùs impugnare nequeat ad 3
evitandam ſolutionem quindenniorum, veniendò contrà proprium factum in præjudicium Annatiſtarum, eos hac via defraudando quindenniis, *l. nemo poteſt* 75. *ff. de regul. Jur. l. ſicut* 5. *C. de oblig. & action. l. generaliter* 1 ; . *C. de non nnmer. pecun.* Quamobrem proponimus in præſenti, quòd exceſſus Beneficiorum manui mortuæ unitorum ad effectum exigendi quindennia, ſatis comprobatus remanet, ſi ex literis unionis appareat expreſſio annui valoris ultrà XXIV. Ducatos auri de Camera: etenim Bullæ quindenniorum nullum genus probationis exceſſus injungunt Cameræ, ac Annatiſtis, ut ſit locus illorum exactioni, ſed ſubjiciunt quindenniis Beneficia 4
Ducatos XXIV. excedentia, ferè ac ſi videantùr ſupponere, ſatis eſſe de exceſſu conſtare per literas unionis juxta *Conſtitutionem* 38. *S. Pii V.* §. 3. *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. ibi ,, omnia, & ,, ſingula &c. & alia quæcumque Beneficia Ec- ,, cleſiaſtica &c. quorum fructus &c. ſummam ,, XXIV. Ducatorum auri de Camera &c. valo- ,, rem annuum excedunt &c. Apoſtolica aucto- ,, ritate unita &c. ſub literis Pauli II. & aliorum ,, Prædeceſſorum hujuſmodi compræhendi, & ,, includi ,, . *Conſtitutionem* 33. *Sixti V.* §. 2. *eod. tom* 2. ibi ,, Statuimus &c., & declaramus, quòd ,, uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Ec- ,, cleſiaſticis &c. quorum quilibet annuus va- ,, lor XXIV. Ducatos auri de Camera &c. non ,, excedat, dummodò tamen omnium inſimul ,, illum tranſcendat &c. hactenùs factæ, & fa- ,, ciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Con- ,, ſtitutionibus &c. omninò compræhendan- ,, tur &c. ,, *Conſtitutionem* 18. *Urbani VIII. in princip. eod. Bullar. tom.* 5. ibi ,, ſtatuit &c. quòd ,, Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Ec- ,, cleſiaſticis &c. quorum quilibet annuus va- ,, lor XXIV. Ducatos auri de Camera &c. non ,, excederet, dummodò tamen inſimul illum ,, tranſcenderet &c. hactenùs factæ, & in futu- ,, rum faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſo- ,, rum Conſtitutionibus &c. omninò compræ- ,, hendi &c. ,, *& Conſtitutionem* 50. *Clementis X.* §. 4. *&* 7. *eod. Bullar. tom.* 6. ibi ,, Uniones &c. ,, de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. ,, quorum quodlibet annuum valorem XXIV. ,, Ducatorum auri de Camera &c. non exceſſiſ- ,, ſet, dummodò tamen omnium inſimul illum ,, tranſcendat &c. eatenùs factæ, & in futurum ,, faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum ,, Conſtitutionibus &c. omninò compræhen- ,, di &c. ſtatuimus, & decernimus &c. utcum- ,, que &c. Quindennia, & alia jura, ratione ,, Penſionum perpetuarum hactenùs &c. reſer- ,, vatarum, & impoſterum &c. reſervandarum

,, rum &c. ſummam tamen XXIV. Ducarorum
,, de Camera excedentium, Cameræ Apoſtoli-
,, cæ, & Collegio, & Officialibus prædictis
,, perſolvere debeant, & teneantur &c. ,, *repet.*
poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la
VI. VII. VIII. & XI. prout idem cautum repe-
ritur quoad Beneficia, ſeu Monaſteria taxata;
ità, ut non ſit neceſſaria alia probatio valoris ad
effectum exigendi quindennia, præterquàm ip-
ſa taxa, quæ regulariter patet ex libris Cameræ,
ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ: & eſt cauſa, ſeu oc-
caſio ſolutionis quindenniorum, veluti habetur
in *Conſtitutione 6. Pauli II.* §. 3. & 4. *Bullar. nov.*
Rom. tom. 1. *ibi* ,, auctoritate Apoſtolica ſtatui-
,, mus &c. & declaramus, quòd omnia, & ſingula
,, Monaſteria, videlicèt illa, quorum fructus &c.
,, ad ſummam centum Florenorum auri de Ca-
,, mera &c. aſcendunt annuatim, ſi in libris
,, ejuſdem Cameræ taxati reperiuntur, commu-
,, nia & minuta ſervitia, atque alia jura debita,
,, & conſueta, tàm ipſis Cameræ, & Collegio,
,, quàm Officialibus præfatis &c. eidem Came-
,, rario ſolvere teneantur, & debeant ,, in *Con-*
ſtitutione 38. *S. Pii V.* §. 2. & 3. *eod. Bullar. tom.* 2.
ibi ,, quoniam &c. à nonnullis &c. hæſitatur, an
,, Monaſteria, quorum fructus &c. in libris Ca-
,, meræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur &c. ſub
,, literis Pauli II., & aliorum Prædeceſſorum
,, hujuſmodi compræhendantur &c. omnia, &
,, ſingula Monaſteria &c. dummodò in libris
,, ejuſdem Cameræ taxata reperiantur &c. Apo-
,, ſtolica auctoritate unita &c. ſub literis Pau-
,, li II. & aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi
,, compræhendi, & includi &c. ,, & in *Conſti-*
tutione 50. *Clementis X.* §. 10. *eod. Bullar tom. 6.*
ibi ,, Particularem Congregationem &c. pro
,, exactione Quindenniorum omnium, & ſingu-
,, rum Beneficiorum, ut præfertur, unitorum,
,, & in libris Cameræ prædictæ taxatorum &c.
,, conſtituimus, & deputamus &c. ,, *repet. poſt*
Tract. in ordine la I. VI. & XI.

Siquidem palàm, ac concludentiſſimè dedu-
citur ex ipſa Bulla Unionis, exceſſus annui va-
loris Ducatorum XXIV. in qua annuus valor,
ſeu annuus fructus Beneficii uniti narratus fuit
ultrà Ducatos XXIV. ità, ut perneceſſe antè il-
lius unionem ſubiaceret ſolutioni annatæ, per-
que conſequens, poſt unionem ſubiacere debeat
5 ſolutioni quindennii; ad hunc enim præciſum
finem ſciendi, quænam Beneficia unita ſolvere
debeant quindennia, ad quam ſummam regu-
landa ſit illorum ſolutio, providè, ac prudenter
edita fuit. *Regula* 21. *hodie* 22. *Cancellar. de*
Union. obligans ſub pœna nullitatis actus, pe-
tentes, Beneficia uniri, ad exprimendum Bene-
ficiorum unitorum verum annuum valorem, ibi
,, petentes, Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri,
,, teneantur exprimere verum annuum valorem
,, &c. tàm Beneficii uniendi, quàm illius, cui
,, uniri petitur &c. alioquin unio non valeat &c.
& in puncto advertunt *Lotther. de re benef. lib.* 3.
qu. 20. *n.* 48. *Zipeus conſult.* 7. *de exceſs. Prælat.*
§. *Et ut verum*, ubi firmat, Regulam de Unio-
nibus, ſolam quindenniorum rationem præ ocu-
lis habere. Immò quamvis valor expreſſus fue-
rit in Ducatis tot, per non exceſſum, ſeu per
aſcenſum ad Ducatos tot, adhuc benè tamen
6 remanet comprobatus exceſſus; quippè hujuſ-
modi eſt notorius ſtylus, ac inconcluſa praxis
Datariæ Apoſtolicæ, ut etiam in Beneficiorum
Proviſionibus valor exprimatur per non exceſ-
ſum, & juxtà talem expreſſionem valoris per
non exceſſum Annatiſtæ exigant annatam, ut in
individuo obſervat, deque memorati ſtyli noto-
rietate teſtatur *Rota coram Dunozet. Jun. de-*
ciſ. 633. *ſub n.* 6. & *ſeqq tom.* 2. *Emerix. Sen. de-*
ciſ. 21. *n.* 3. & 4. ac quamvis valor taliter expreſ- 7
ſus verificari poſſit in obolo ad effectum juſtifica-
tionis, & exequutionis gratiæ, nihilominùs ad
effectum ſolutionis Annatæ inſpicitur ſumma ex-
preſſa per non exceſſum, nè fraus fiat Annati-
ſtis, ut plenè explicat *Amayden. de ſtyl. Datar.*
lib. 1. *cap.* 7. *n.* 66. & 67. prout in Proviſionibus 8
pari modo exprimendus eſt valor Beneficii va-
cantis, ſub pœna nullitatis gratiæ, juxtà *Regul.*
55. *Cancellar. de valor.* ibi ,, in gratiis &c. de Be-
,, neficiis vacantibus, ſeu &c. vacaturis &c.
,, verſus annuus valor &c. exprimatur &c. alio-
,, quin gratiæ prædictæ ſint nullæ &c. ,, *Card. de*
Luca de Benef. diſc. 26. *n.* 9. & *diſc.* 90. *n.* 21.

Nec refragari debet, quòd in valore expreſſo
contineantur etiam emolumenta incerta Benefi-
cii, ex quibus non ſolvitur Annata. etenim, ſi
in Bulla Unionis promiſcuè exprimantur omnes
fructus abſque ulla expreſſa incertorum exceptua-
tione, ſignum evidens eſt, quòd Pontifex uniens
computare noluerit fructus incertos ex eò, quòd 9
quando in valore computari voluit incerta, ſolet
exprimi unà cum incertis in Ducatis tot. Præ-
terquamquòd non omnia emolumenta incerta
Beneficii ſunt exempta à ſolutione Annatæ, nam
illa emolumenta incerta, quæ reducibilia ſunt ad 10
certitudinem, quæque vendi, & locari queunt,
computantur inter emolumenta certa, & cadunt
ſub *Regul.* 55. *Cancellar. de Valor.*, atque ſubſunt
ſolutioni Annatæ, prout in Beneficio Parochiali,
ſunt omnia emolumenta non voluntaria, ſed pro-
venientia à neceſſaria Sacramentorum admini-
ſtratione, ſeu aliis juribus Parochialibus; veluti
latè declarat *Card. de Luca de Benefic. diſc.* 90.
n. 70. *cum ſeqq.* exemplo diſtributionum quoti-
dianarum, ex quibus licet de Jure non debeatur 11
Annata, *Extravag. cùm nonnullæ la I.* §. *Præte-*
reà, de Præbend. int. commun. Gonzalez ad Re-
gul. 8. *hodie* 9. *Cancellar. de menſib.* §. 7. *Proœm.*
n. 160. *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18.
§. 3. *de annat. n.* 19. 20. & 31. *Monet. de diſtrib.*
quotid. part. 3. *qu.* 9. *n.* 25. *cum ſeqq. Maſs. Galleſ.*
de Annat. n. 23. *antè med. verſic. Atque hoc adeò*
verum eſt, Lotther. de re benefic. lib. 3. *qu.* 20. *n.* 43.
Fagnan. in cap. præterea 1 *n.* 44. & 45. *nè Prælat.*
vices ſuas attamen ex illis debetur quindennium, 12
dum ſuper ipſis diſtributionibus paſſim reſervan-
tur Penſiones cum ſolutione annatæ, ut declara-
vit S. Pius V. in *Conſtitutione* 38. §. 2 & 3. *Bul-*
lar. nov. Rom. tom. 2. ibi ,, Et inſuper quoniam
,, &c. hæſitatur, an Monaſteria &c. cæteraque
,, Beneficia Eccleſiaſtica &c. quorum fructus
,, &c. in diſtributiones quotidianas convertun-
,, tur, ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſ-
,, ſorum hujuſmodi compræhendantur &c. om-
,, nia, & ſingula Monaſteria &c. & alia quæ-
,, cumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. etiam pro
,, quotidianis diſtributionibus &c. Apoſtolica
,, auctoritate unita &c. ſub literis Pauli II. &
,, aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi compræ-
,, hendi, & includi &c. ,, & Clemens X. in *Con-*
ſtitutione 50. §. 7. *eod. Bullar. tom.* 6. ,, ibi Quin-
den-

„ dennia, & alia jura ratione Penſionum per-
„ petuarum hactenùs &c. in favorem dictorum
„ Locorum Piorum &c. ſuper quorumcumque
„ Beneficiorum Eccleſiaſticorum &c. fructibus
„ &c. ac etiam Canonicatuum, & Præbenda-
„ rum diſtributionibus quotidianis reſervata-
„ rum, & impoſterum &c. reſervandarum &c.
„ Cameræ Apoſtolicæ, & Collegio, & Officia-
„ libus prædictis perſolvere debeant, & tenean-
„ tur „ *repet. poſt Tract. in ordine la VI. & XI.* ac notat *Monet. de diſtribution. quotidian. part. 3. q. 9. n. 30. cum ſeqq.* Et ego ſua ſede lato calamo

Baſis autem fundamentalis principalis noſtræ
13 reſolutionis in eo conſiſtit, quòd valor Beneficii uniti ritè probatur ex narrativa, ſeu confeſſione manus mortuæ in ſupplicatione, ſivè literis Unionis, *de Angel. de Confeſſion. lib. 2. qu. 51. n. 4. & 14. Rot. recentior. deciſ. 71. n. 14. deciſ. 152. n. 2. part. 12. deciſ. 48. n. 4. 9. & 10. deciſ. 176. n. 1. deciſ. 449. n. 1. deciſ. 456. n. 4. & 5. & deciſ.*
14 *507. n. 2, part. 13. deciſ. 510. n. 2. 3. & 4 par. 14.* quaſi quòd contrà manum mortuam confitentem exceſſum Ducatorum XXIV. oriatur actio ex quaſi contractu cum Camera, & Annatiſtis, *Ricc. deciſ. cur. Archiep. Neap. 206. n. 9. & 10.*
15 *part. 4.* ità, ut confeſſio ejuſmodi deliberatè emiſſa, poſteà tamquàm erronea ampliùs revocari nequeat à manu mortua, quæ ut plurimùm habet miniſtros providos, ſedulos, ac ſagaces, qui præſumuntur optimè informati de valore Beneficii uniti, præſertim exiſtente manu mortua in loco Beneficii, ubi facilè informari potuit de illius vero valore; ſicque veriſimiliter eſt informata de re confeſſata, quo caſu error non præſumitur, longèque magis, ſi valor eſt notorius, aut in libris Datariæ Apoſtolicæ reperiatur deſcriptus occaſione præcedentium vacationum, & ſucceſſivarum Proviſionum Apoſtolicarum, *de Angel. de confeſſion lib. 1. qu. 7. effect. 4. n. 6. cum ſeqq. & lib. 4. q. 20. n. 5. & 6 Rota coram Card. Cerr. deciſ. 711. n. 4. tom. 3. & in recentior. deciſ. 70 n. 9. cum ſeqq. par. 13. deciſ. 12. n. 15. & deciſ. 266. n. 2. par. 17. & apud R. P. D. Piton. diſc. Eccl. par. 2 diſc. 28. n. 14.* cum præſumatur
16 manus mortua deliberatè expreſſiſſe annuum valorem Beneficii ſibi uniendi, per exceſſum XXIV. Ducatorum, *Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 61. n. 1.*

ARGUMENTUM.

Exceſſus, vel non exceſſus annui valoris Beneficii, viginti quatuor Ducatorum auri de Camera ad effectum ſolvendi, vel reſpectivè non ſolvendi quindennia, ſufficit, quòd adſit de tempore unionis, nec ille debet continuò durare etiam poſt unionem de tempore ſolutionis quindennii.

SUMMARIUM.

1 *Contigere poteſt, quòd Beneficium de tempore unionis excedat viginti quatuor Ducatos, poſteà verò non excedat.*
2 *Quindennium ſemper debetur in eadem quantitate, ſivè fructus Beneficii augeantur, ſivè diminuantur, & cur.*
3 *Valor Beneficii exprimendus eſt de tempore gratiæ.*
4 *Clauſula* rebus ſic ſtantibus *quomodò intelligatur.*
5 *Clauſula* dumodò mille &c. *refertur dumtaxat ad tempus gratiæ.*
6 *Semel narratus verus valor de tempore unionis, poſteà ſemper attendendus.*
7 *Cauſa ubi requiritur certo tempore, etiamſi poſteà ceſſet, non tamen ceſſat effectus.*
8 *Valor Beneficii exprimendus eſt juxta tempus gratiæ quoad excuſandum à falſa expreſſione.*
9 *Papa ſcit jus ſuum, ſuæque Cameræ eſſe ſalvum.*
10 *Intrà breve tempus non videtur contingere poſſe magna pretii variatio.*
11 *Objecta in contrarium diluuntur.*

CAPITULUM V.

Cum non ſemel contingere poſſit, quòd Beneficium de tempore unionis excedat viginti quatuor Ducatos, ſicque ſubjaceat quindenniis, poſteà verò tractu temporis in ſequentibus futuris annis diminuti fructus decreverint ob longè minùs uberem recollectionem præ bello, grandine, aut ſimili infortunio, ſicque non ampliùs Beneficium excedat viginti quatuor Ducatos; undè oriatur quæſtio, an adhuc ſit locus quindenniis, nec nè ob poſteà deficientem exceſſum, vel è contrà, quòd Beneficium de tempore unionis non excedat viginti quatuor Ducatos, ſicque non ſubjaceat quindenniis, poſteà verò tractu temporis adauctis fructibus, creverit ejus valor ad uberiorem meſſem, ſicque jam excedat viginti quatuor Ducatos, undè oriatur alia quæſtio, an tunc ſit locus quindenniis ob ſupervenientem exceſſum; ideò reſolvimus in præſenti, quòd exceſſus, vel non exceſſus annui valoris Beneficii viginti quatuor Ducatorum auri de Camera ad effectum ſolvendi, vel reſpectivè non ſolvendi quindennia, ſufficit, quòd adſit de tempore unionis, nec ille debet continuò durare etiam poſt unionem de tempore ſolutionis quindennii; illud etenim ſemper debetur in eadem 2
quantitate, ſivè fructus Beneficii augeantur, ſivè diminuantur, ego in alio meo Tractatu de *Quindenniis cap. 21. n. 28. in princip. ibi in quindennio verò &c. nunquam variatur illius taxa, quæ ſemel in principio facta fuit &c. Rota poſt eund. Tract. int. deciſion. S. Rot. Rom. in ordine la 9. n. 8.* ibi: *exemplo alterius quindennii, quod pro Beneficiis unitis ſolvi ſolet &c. quod ſemper, & in eadem ſumma ſolvitur, in qua uſque ab initio taxatum reperitur, ſivè beneficiales redditus augeantur, ſivè decreſcant &c. ſemper in ſumma taxata ſolvenda veniunt &c. & dec. in ordine la 11. n. 13.* cùm quindennium reguletur à valore expreſſo in actu unionis, ad quem finem principaliter edita fuit *Regula 22. Cancellar. de Union. Zypeuſ. conſult. 7. de exceſſ. Prælat. §. Et ut verum*, ubi firmat, Regulam de Unione ſolam quindenniorum rationem præ oculis habere, *Lottber. de re benef. lib. 3. qu. 20. n. 48. & 86.* ità, ut ſequuta unione Beneficii ſub expreſſione certi valoris, perque ſpeciem contractus, ſeu quaſi contractus firmata, ac ſtabilita dicitur quantitas quindennii, invariabiliter hinc indè tàm à Camera Apoſtolica, quàm à manu mortua obſervanda; proindeque nulla habenda eſt ratio diminutionis fructuum,

ctuum, quæ ex mero eventu, casûque fortuito proceſſit, dum potuit etiam augumentum contingere ex natura ejuſdem eventualitatis, *Purpurat. conſ.*494. *n.*24. *cum ſeqq. tom.* 2. *Venturin. conſ.*33. *n.*112. *cum ſeq. Menoch. conſ.* 156. *n.* 34. *cum ſeqq. Raudenſ. conſ.*17. *n.*44. *cum ſeqq. part.*1. *Caſtill. controv. Jur. tom.*7. *cap.*18. *ſub n.*133. *in fin. verſ. verè tamen, Caren. reſol.* 104. *n.* 11. *& reſol.* 174. *n.* 6. & quemadmodùm auctis poſt unionem ſucceſſivè fructibus, prout plerumque eveniſſe in Eccleſiis Hiſpaniarum refert *Fagnan. in cap. præterea* 1. *n.* 70. *nè Prælat. vices ſuas*, prætendi nequit ab Annatiſtis major quantitas quindennii, præter ſolutam de tempore unionis, *Rota coram Caſſador. ſuper Regul. Cancellar. deciſ.* 19. *n.* 5. *cum ſeqq. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*18. §.2. *n.*18. *cum ſeqq. Tondut. de Penſion. cap.*10. *n.*16. ità ad ſervandam æqualitatem, fructibus diminutis, nulla prætendi valet reductio quindennii, præſertim, cùm, ut plurimùm, proventuum beneficialium diminutio provenire ſoleat ob calamitoſa tempora, aut bellorum furores, ſimileſque cauſas accidentales, ſeu eventuales, de quibus uti non totaliter fortuitis præſumitur habita ratio in expreſſione valoris de tempore unionis facta, quamobrem in exigendis quindenniis ea non attenduntur, veluti in puncto *Alvarez Pegas de competent. part.*2. *cap.* 69. *n.* 8. ubi refert ità fuiſſe practicatum, ſed quando etiam admitterentur termini generales admittentes reductionem ex novo contractu ob ſuperventum reddituum decrementum ex æquitate *cap. ſugeſtum* 9. *de Decim.* adhùc nihilominùs in commenſurandis fructibus non eſſet ſimpliciter inſpiciendum tempus præſens, ſed habenda eſſet ratio etiam temporis præteriti, compenſando ſterilitatem cum fertilitate ad *textum in l. ſi uno anno, aliàs ex conducto* 15. §. *Papinianus* 4. *in princip. ff. locat. l. licet* 8. *C. eodem cap. propter ſterilitatem* 3. *extrà cod. tit. Gratian. diſc.* 557. *n.*3. *Card. Mantica de tacit. & ambig. convent. tom.* 1. *lib.*5. *tit.* 8. *n.* 41. *Capryc. Latr. deciſ. Neapol.*18. *n.*15. *Hodiern. ad Surd. deciſ. Mantuan* 198. *n.*13. *Rota poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſ.*151. *per tot. & coram Coccino deciſ.* 422. *n.* 1. immò conſiderandum quoque eſſet tempus futurum, quo ubertas ſperari poteſt, *Gizzarell. in addit. ad Capyc. Latr. dict. deciſ.*18. *n.*23. omiſſo, quòd eo ipſo, quòd manus mortua intuitu unionis Beneficii ſibi factæ juxta diſpoſitionem Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper quindenniis editarum ſe obligavit in actu ipſius unionis ad ſolutionem quindennii, tunc ſtante exceſſu in 24. cenſetur in ſe ſuſcipere voluiſſe ex natura contractus caſum fortuitum, ſperabilem tamen diminutionis fructuum Beneficii uniti, qui ideò cedere debet in ejuſdem manus mortuæ damnum, eodem fermè pacto, quo ad ejus commodum ceſſiſſet illorum incrementum ad regulam *text. in l. ſecundùm naturam* 10. *ff. de regul. Jur.* quemadmodùm in fraternizantibus terminis Beneficiorum majorum, ſeu Conſiſtorialium, quorum fructus ab initio per Joannem XXII. taxati fuerunt in certa ſummam, in libris Cameræ relata, ſivè enim fructus creſcant, ſivè decreſcant, ſemper annata ſolvitur juxta taxam ſemel fixam, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §.2. *n.* 18. *Tondut. de Penſion. cap.*10. *n.*16. *Rota coram Caſſador. ſup. Regul. Cancellar. deciſ.* 19. *n.* 5. *& ſeqq.* Alias profectò impracticabilis evaderet quindenniorum materia; ſi enim in ſolutione cujuſque quindennii attendendus foret valor tunc currens, ſemper, & quandocumque ſingulis vicibus conficiendus eſſet Proceſſus ſuper verificatione annui fructus Beneficii uniti, computando annum ſterilem cum fertili, ac conſequenter innumeræ orirentur confuſiones, & forſan gravamina illa, quibus antè editam Regulam Cancellariæ de exprimendo vero valore ſubjacebant Annatiſtæ quoad Beneficia collativa, hujuſmodique confuſiones eò magis obviæ fierent, ſi daretur notabilis lapſus plurium annorum à die ſequutæ unionis Beneficii, puta centum annorum, vel ſimilium; quippè oporteret per tantum tempus inveſtigare illius annuum fructum ad effectum ſciendi quid ſolvendum eſſet in ſingulis quindenniis: quæ omnia magis certa redduntur ex eo, quòd ſtat univerſalis, ac uniformis obſervantia omnium manuum mortuarum, ſivè veriùs inveterata conſuetudo plurium ſæculorum, quæ propterea hodiè non venit ſubvertenda, nec odioſis novitatibus perturbanda ad *textum in l. minimè* 23. *ff. de legib.* ad quod collimat aureum effatum *S. Auguſtini Epiſtol. cap.*5. ibi: *ipſa mutatio conſuetudinis etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat*. Præterea quando etiam per hypotheſim admittenda eſſet reductio quindennii ex novo contractu poſt unionem, non ſufficeret quælibet diminutio fructuum, ſed illa deberet eſſe ſaltem talis, ut medietas fructuum unius anni non ſufficiat ad medietatem quindennii, *Bartol. in l. licet certis* 8. *n.* 1. *verſic. certè ſi aliquis C. de locat. & conduct. Surd. conſ.*34. *n.*8. *& ſeq. & conſ.*297. *n.*20. *verſ. quod verò dictum eſt, Gratian. diſ.* 534. *n.*79. *& diſc.* 557. *n.* 8. *Andreol. controv.*119. *n.*3. *Galeot. reſponſ.* 17. *n.* 46. *cum ſeq. Tondut. reſol. civil. part.*3. *cap.*431. *n.*8. *Capyc. Latr. deciſ. Neap.*18. *ſub n.* 14. & in terminis reductionis Canonis, qui tamquàm debitus in recognitionem dominii rei emphyteuticæ, videtur habere quandam ſimilitudinem cum quindennio debito Sedi Apoſtolicæ in recognitionem univerſalis dominii, quod habet ſuper Beneficiis, firmat *Rota coram Emerix Jun. deciſ.* 1186. *n.*7.

In quorum omnium comprobationem valdè 3
confert, quòd valor Beneficii exprimendus ſit de tempore gratiæ, *Garzias de Benefic. part.*1. *cap.*5. *n.*398. *Lotther. de re benef. lib.*1. *qu.* 38. *n.*69. *& lib.* 3. *qu.*20. *n.* 56. *Roſa de exequutor. litter. Apoſtol. part.*1. *cap.*6. *n.*245. *& in addit. n.* 241. ità, ut, etiamſi in omni diſpoſitione cenſeatur adjecta
clauſula *rebus ſic ſtantibus*, illa tamen regula ſu- 4
um perdit officium, quando tempore diſpoſitionis præcogitatum, ac prævisum fuit, aut præcogitari, ac præviderì debuit, & potuit de futura rerum mutatione, ac alteratione, cùm tunc dici nequeat, quòd ſtatus rerum ſit mutatus, *Tondut. de Penſion. cap.*58. *n.* 19. *Barboſa de clauſul. clauſ.*129. *n.*2. *in fin. & n.* 5. *& 6. in princip. verſ. vel quando fuit cogitatum*; benè enim ſciebat Papa, & manus mortua, uniendo Beneficium tunc excedens viginti quatuor Ducatos, de tempore nempè unionis, poſſe poſteà illos non excedere ob diminutos tractu temporis fructus præ aliquo ſuprà ponderato infortunio, & è contrà benè etiam ſciebat, uniendo Beneficium non excedens viginti quatuor Ducatos de tempore unionis, poſſe poſteà in futurum illos excedere

dere ob adauctos fructus ex temporis ubertate: omiſſo, quòd exceſſus, vel non exceſſus valoris Beneficii uniti referri debet tantùm ad tempus
5 unionis, exemplo clauſulæ *dummodò remaneant mille pro Epiſcopo, & centum pro Rectore*, ac alterius clauſulæ *dummodò medietatem fructuum non excedat*, quæ referuntur dumtaxat ad tempus gratiæ, & reſervationis Penſionis, *Tondut. de Penſion. cap.*58. *n.*20. nec debet eſſe in ſuſpenſo unio, nec ſecundùm annos futuros variari ex-
6 preſſio valoris, ſed ſemel narratus verus valor de tempore unionis, ſemper poſteà eſt attendendus, *Garzias de Benefic. part.*1. *cap.*5. *n.*398. *in fine*:
7 hinc eſt, quòd cauſa, ubi requiritur certo aliquo tempore, ſi eo tempore fuit, etiamſi poſteà ceſſet, non tamen ceſſat effectus, *Tiraquell. in Tract. ceſſant. cauſ. limit.* 4. *Barboſa axiom.* 40. *n.* 22. ſicque accedente exceſſu viginti quatuor Ducatorum de tempore unionis Beneficii, qui eſt cauſa ſolutionis quindenniorum, quamvis poſt unionem ceſſet, non tamen ceſſare debet effectus,
8 qui eſt ipſa ſolutio quindenniorum, præterquamquòd valor Beneficii exprimendus eſt juxta tempus datæ gratiæ tàm quoad excuſandum à falſa expreſſione, quàm quoad nè defraudetur anna-
9 ta, & Papa ſcit, jus ſuum, ſuæque Cameræ, ac Curiæ Officialium, ſeu Annatiſtarum ſemper eſſe, ac debere eſſe ſalvum etiam in caſu non exceſſus 24. Ducatorum poſt unionem. Ultraquamquòd exceſſus, vel non exceſſus reſpectivè 24. Ducatorum deberet eſſe contemporaneus, ideſt intrà eundem annum, vel paulò antè, non autem unquam ſufficeret, valorem alterari, ſeu variari, adugeri, ſeu diminui intrà bimeſtre, aut
10 trimeſtre; quippè intrà tàm breve tempus non videtur contingibilis alteratio conſiderabilis, *Lotther. de re benef. lib.* 3. *qu.* 20. *n.* 59. *cum ſeq.*
11 In nihilum relevante, quòd quando (ut in caſu) obligatio pervenit ad caſum enormis læſionis, tunc debeat omninò reformari, *Theſaur. deciſ. Pedem.*226. *n.* 3. *& ſeq.* ubi refert ità judicatum, *Gobbius de monet. qu.* 6. *n.*97. *cum ſeq.* quodque hæc reformatio fuerit aliàs practicata in terminis quindenniorum, deciſum refert *Amayden. de ſtyl.* Datar. *lib.*1. *cap.*18. §.4. *ſub n.*14. *&* 15. ibi: *& propterea tempore Pauli V. ſuper quibuſdam Unionibus Elboren., & Portugallen. nata fuit lis inter Officiales Cancellariæ, & Superiores Collegiorum, quibus facta fuerat Unio; expreſſa enim erant Beneficia unita, exempli cauſa* 400. *& juxta hunc valorem recipientes Unionem obligarunt ſe ad ſolutionem qnindenniorum, Collegium verò Cardinalium ex Conſtitutione Pauli II. habet facultatem taxandi Beneficia in Camera Apoſtolica valorem annuum* 100. *Ducatorum excedentia, & in dictis Unionibus Elboren. & Portugallen. Cardinales taxarunt Beneficia unita longè minùs, quàm in Unione eſſent expreſſa; hinc Officiales prætendebant exigere quindennium juxta valorem expreſſum, & obligationem per Superiores Collegiorum in Cancellaria factam, Superiores verò prætendebant ſolvere juxta taxam in libris Cameræ per Cardinales factam; Paulus V. nè difformitas ſolutionum fieret, & exactionum reſpectivè, per Breve Motu proprio emanatum ſub* 3. *Idus Junii anno* 12. *ordinavit, Officiales Cancellariæ ſequi debere taxam Cardinalium, non obſtante obligatione per Superiores Collegiorum in Cancellaria Apoſtolica in actu Unionis facta*: quod quidem objectam ex caſu relato ab *Amayden* nullius ponderis eſt, nec ad præſentem caſum ullo modo adaptabile, ibi enim controverſia verſabatur in eo, quòd Cardinales taxaverant Beneficium in libris Cameræ, & Annatiſtæ prætendebant exigere quindennium juxta valorem expreſſum in Unione; undè Paulus V. ad tollendam difformitatem duplicis modi exigendi quindennia, decrevit, quòd ſervaretur taxa facta per Cardinales; idque ſervandum erat etiam ex alia convincente ratione, quòd, facta taxatione in libris Cameræ, de qua participat Sacrum Collegium, Beneficium non ampliùs ſolvebat Annatam Bonificianam, ſed commune, & minutum ſervitium, ideòque Annatiſtæ participantes de quota communis, & minuti ſervitii, debebant omninò ſe uniformare cum taxa; adeò, ut id nihil conferat ad præſentem hypotheſim, in qua agitur de Beneficio non taxato, ſed valoris, ad vulgatum *textum in l. Papinianus* 20. *ff. de minor.* Eſt benè verum, quòd quantitas quindennii regulata juxta taxam, ſit minor, quàm, ſi reguletur juxta valorem expreſſum, neque unquam excedat medietatem fructuum.

Ejuſdem ponderis eſt aliud objectum, quòd cauſa exceſſus, vel non exceſſus viginti quatuor Ducatorum debet producere ſuum effectum ſolutionis, vel reſpectivè non ſolutionis quindenniorum quocumque tempore illa perſiſtat, ſivè de tempore unionis, ſivè poſt unionem, & è conttà ceſſante cauſa exceſſus, ceſſare debeat illius effectus ſolutionis quindenniorum, vel ceſſante cauſa non exceſſus, ceſſare debet contrarius illius effectus non ſolutionis quindenniorum, *Barboſa axiom.* 40. *n.*4. jure quidem merito, dum narrativa exceſſus, vel non exceſſus veri valoris habet, ſivè habere debet cauſam continuam, perpetuam, & ſucceſſivam, ſeu habentem tractum ſucceſſivum, imò ſortiri effectum continuum, non verò diſcontinuum: undè eſt, quòd mens *Sacri Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de Reformat. cap.* 13. *circà fin. verſic. ad hæc in poſterum* tolerantis reſervationem annuæ Penſionis ſuper Cathedralibus, & Parochialibus Eccleſiis, dummodò tamen mille Ducati pro Epiſcopo, & centum reſpectivè pro Rectore, ſeu Parocho remaneant, ea eſt, quòd continuò appareat futuris ſucceſſivis annis de exiſtentia mille pro Epiſcopo, & centum pro Rectore ad hoc, ut reſervatio Penſionis ſuſtineatur, non autem ſufficit, quòd de tempore reſervationis Penſionis, mille, & reſpectivè centum Ducati liberi remaneant, *Garz. de Benef. part.*1. *cap.* 5. *n.*399. *in principio*, ubi ità communiter practicari in Hiſpania, ac ità reſolutum per S. Rotam, *Barboſa axiom.*45. *n.*5. *Tondut. de Penſion. cap.*58. *n.*18. ſanèque extant in Italia non pauci Epiſcopatus, in quibus nulla Penſio imponi valet, cùm vel aſcendant ad ſolos Ducatos mille, qui juxta communem æſtimationem monetæ locorum non tranſcendunt Scuta mille; è contrà in Hiſpania adeò opulenti, ac pingues ſunt Epiſcopatus, inter quos Archiepiſcopatus Toletanus forſitan reddens centum mille Ducatos earum Partium conſtituentes centum mille Scuta Romana, & Archiepiſcopatus Hiſpalen, ut ſoleant ad inſtantiam Regis Catholici imponi Penſiones uſque ad tertiam partem, *Paris. de reſignat. Benef. lib.*6. *qu.*2. *n.*39. *Garz. de Benef. part.*1. *cap.*5. *n.* 395. Quod tamen objectum non ſubſiſtit, quando nobis aſſiſtunt

ſiſtunt auctoritates punctuales conducentes ad noſtrum caſum, *Card. de Luca de Emphyteuſ. diſc.28.n.4. & de feud. diſ.7. n.7. & 8.*

Minoris pariter momenti eſt conſimile objectum deductum ex individuali auctoritate *Mandoſii conſ. 92. n.* 10. in puris terminis ſolvendi quindenniu n per Capitulum Cathedralis Compoſtellanæ ex Beneficiis eidem unitis, & quantumvis idem *Mandoſius* eſſet Advocatus Collegii Annatiſtarum, imò unus ex Annatiſtis, tamquàm Miles S. Petri, ſicque intereſſatus, veluti teſtatur *dict. conſil. in principio, verſ. renui*, nihilominus firmat *n.* 10. *in princip.* exceſſum viginti quatuor Ducatorum continuò durare debere etiam poſt unionem, de tempore nempè ſolutionis quindennii, ex verbis ibi: *veritate caret, quòd à dicto tempore articulato uſque ad præſens ſemper, & continuò Beneficium hujuſmodi aſcenderet anno quolibet ad valorem ultrà 24. Ducatos&c. Et in dubio ſemper pro minori valore, & minori ſumma, ſeu extimatione interpretatio facienda eſt &c.* Quippè *Mandoſio* uti conſulenti ad opportunitatem cauſæ, ſicque ſuſpecto parum deferendum eſt, ac oporteret videre deciſionem cauſæ, in qua ſcripſit idem *Mandoſius*, veluti reſpondet *Card. de Luca de teſtament. diſc.5. n 8.& diſc.53. n.7.de feud. diſc.53. n.6.& diſc.127.n 31. de fideicom. diſc. 27. n.2. 9. & 17. diſc.68 n. 11. verſ. reflectendo, diſc. 88. n.8. diſc. 209. n. 3. & diſc. 216. n. 5. de donat. diſc. 19. n. 10. de dote diſc. 166. n. 37. & de credit. diſc. 154. n. 3.*

Longè minoris relevantiæ eſt ultimum objectum, quòd forſitan expreſſio valoris non fuerit facta ab ipſamet manu mortua, cui unicum fuit Beneficium, ſed ultroneè à petentibus Unionem, quia ſatis eſt, quòd poſteà eadem manus mortua gratiam prædictam Unionis ſpontè acceptaverit, prævia à ſe obtenta gratiæ exequutione, & fructuum Beneficii uniti perceptione; ità, ut non poſſit ampliùs expreſſio valoris impugnari per manum mortuam, & ad alios illa referri, *Barboſa in prax. exig. Penſion. part.1.quæſt.1.n.1. Rota coram Card.Cavaler.deciſ.26. ſub n.14. Card. Tut. deciſ.* 10. *n.* 2. *lib.* 2. non omiſſo, quòd in materia quindenniorum ſubſit principium abſolutum in praxi quotidiè, ac inconcuſsè obſervatum, ut nimirum attendendus veniat valor expreſſus in actu Unionis, ſeu applicationis fructuum, dummodò Beneficium excedat Ducatos XXIV. & ab illo deſumitur regula fixa, ac invariabilis pro exactione quindennii, *Capon. controv.20. n.2. Amayden.de ſtyl.Datar.lib.1.cap.18. §.4. de quindenn.n.1 cum ſeq Rota coram Benincaſa deciſ.181. n. 13. cum ſeqq. repet. poſt Monacell. formul. legal. pract for. Eccleſ. part. 2. deciſ. 13. n.8. & poſt alterum meum Tract. editum de Quindenniis, inter Deciſion. Sacr. Rot. Rom. in ordine la XI. n. 13.*

ARGUMENTUM.

Cui incumbat onus probandi exceſſum,vel non exceſſum viginti quatuor Ducatorum auri de Camera Beneficii uniti, an nempè ad Cameram Apoſtolicam, ejuſque Officiales, ſeu Annatiſtas ſpectet probare exceſſum ad effectum exigendi quindennia, an verò ad manum mortuam, cujus favore unitum fuit Beneficium, ſpectet probare non exceſſum ad effectum non ſolvendi quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Sola Beneficia excedentia viginti quatuor Ducatos, ſubjacent quindenniis.*
2 *Camera Apoſtolica habet intentionem fundatam.*
3 *Manus mortua exprimere debet verum valorem Beneficiorum ſibi unitorum.*
4 *Manus mortua eſt indubitata debitrix quindenniorũ.*
5 *Propria confeſſio eſt melior probatio.*
6 *Et in ſpecie probandi valorem Beneficii.*
7 *Proviſus à Nuncio Apoſtolico probare tenetur non exceſſum viginti quatuor Ducatorum.*
8 *Valor Beneficii introductus eſt, nè fiat fraus annatæ.*
9 *Beneficia non excedentia 24 Ducatos, non ſolvunt annatam.*
10 *In dubio præſumitur exceſſus viginti quatuor Ducatorum.*
11 *Error non præſumitur in materia magni momenti.*
12 *Nemo præſumitur velle ſolvere indebitum.*
13 *Quando motu proprio fit unio, tunc forſitan manus mortua non tenebitur probare valorem.*
14 *Proviſus à Nuncio tenetur probare non exceſſum 24. Ducatorum.*
15 *Penſionarius tenetur juſtificare valorem.*
16 *Mulier probare tenetur ſuam indotationem, aut incongruam dotationem pro gaudendo beneficio* Auth. præterea C. undè vir, & ux.
17 *Auctor editurus eſt Tractatum de* Quarta maritali.
18 *Confeſſio ampliùs impugnari nequit.*
19 *Confeſſio afficit etiam ſucceſſores in beneficio.*
20 *Locus Pius habet reſtitutionem in integrum adverſùs confeſſionem læſivam.*
21 *In Jure non ſufficit aliquid aſſerere, ſed debet illud etiam probari.*
22 *Petens unionem, exprimere debet valorem.*
23 *In omiſſis locus eſt conformationi cum Jure.*
24 *Nominatus in Francia ad Beneficium, non tenetur probare valorem à ſe expreſſum.*
25 *Quod forſitan procedit in nominatione, ſuper quo tamen Auctor pro nunc nihil reſolvit.*
26 Rebuff. de nominatio. qu. 9. n. 43. *non videtur conſtans in ſua opinione, quòd nempè nominatus in Francia non teneatur probare valorem.*
27 *Nec deſunt Doctores contrarium tenentes.*
28 *Valor ſemel expreſſus, juſtificandus eſt.*
29 *Incompatibile eſt, teneri aliquem valorem exprimere, & illum non teneri probare.*
30 *Actor, non reus tenetur probare.*
31 *Actore non probante, reus abſolvitur.*
32 *Quiſquis probare debet ſuam intentionem.*
33 Regula Cancellariæ 22. de union. *requirit expreſſionem, non probationem valoris.*
34 *Gravatus in uno, reputatur ſublevatus in altero.*
35 Regula Cancellariæ 22. de union. *contentatur ſola expreſſione valoris* Beneficii.
36 *Excipiens de falſitate valoris tenetur probare contrarium.*
37 *Negativa non probanda ab aſſerente.*
38 *Præſertim quando negativa reſultat ex ventre literarum unionis.*
39 *In dubio præſumitur pro minori valore.*
40 *Aliàs* Regula Cancellariæ *præciperet, quòd valor juſtificaretur.*

41 *Ità,*

41 *Ità, ut, ſi* Regula Cancellariæ *vellet, quòd etiam valor probaretur, facilè expreſſiſſet.*

42 *Caſus omiſſus habetur pro omiſſo.*

43 *Manus mortua tenetur ad quindennia, conſtito de excesſu viginti quatuor Ducatorum.*

44 *Manus mortua habet pro ſe fundatam intentionem.*

45 *Quindennia debentur in caſu exceſſus viginti quatuor Ducatorum.*

46 *In caſu motus proprii manus mortua non tenetur probare valorem.*

CAPITULUM VI.

1 PRO dilucidatione dicendorum præmittendum eſt, noſtrum ſcopum eſſe examinare validitatem, vel invaliditatem unionis ob non expreſſionem veri valoris; nec agimus de caſu commenſurandi ſolutionem quindennii, facta enim ſemel unione, non ampliùs quæritur de valore Beneficii ad regulandum quindennium, quod ſemper exigitur vel juxta taxam, vel juxta valorem expreſſum, nec admittitur probatio in contrarium ſivè ex parte Annatiſtarum, ſivè manuum mortuarum, niſi fortè agatur de deficientia ſubſtantiæ rei, ut, ſi Bona Beneficii uniti fuerint ab hoſtibus occupata, aut natura ſua defecerint, aut quid ſimile: quo caſu manus mortuæ juſtificare debent peremptionem ſubſtantiæ rei, ex qua ſolvendum eſt quindennium. Cùm in *Cap.* I. præmiſſum fuerit, quòd non omnia Beneficia unita manui mortuæ ſubjaceant quindenniis, ſed illa dumtaxat, quæ valorem viginti quatuor Ducatorum excedunt, ut in Pontificiis Conſtitutionibus ſuper quindenniorum materia editis, nec non repetitis poſt *Tract.* habetur, veluti etiam ſola Beneficia hujuſmodi valoris ſubjiciuntur annatis ex Apoſtolicis Conſtitutionibus ſuper annatis emanatis, de quibus ſuo loco ſuprà in prælaudato *Cap.* I. modò conſequitur indicare, ac diſquirere, cui incumbat Provincia, & juſtificatio exceſſus, vel non exceſſus valoris ad effectum ſolvendi, vel non ſolvendi quindennia; an nempè manus mortua ſæcularis, vel Regularis ad effugiendum ſolutionem quindenniorum, teneatur probare, Beneficia ſibi unita, non excedere viginti quatuor Ducatos, an autem è contrà Camera Apoſtolica, quæ prætendit ſibi ſolvi quindennia, ad effectum conſequendi exactionem quindenniorum teneatur ipſa probare, Beneficia manui mortuæ unita excedere viginti quatuor Ducatos; undè proponimus in præſenti, cui incumbat onus probandi exceſſum, vel non exceſſum viginti quatuor Ducatorum auri de Camera Beneficii uniti, an nempè ad Cameram Apoſtolicam, ejuſque Officiales, ſeu Annatiſtas ſpectet probare exceſſum ad effectum exigendi quindennia, an verò ad manum mortuam, cujus favore unitum fuit Beneficium, probare non exceſſum ad effectum non ſolvendi quindennia: mihique videtur, hoc onus refundendum eſſe in manum mortuam ſoppoſitam debitricem quindenniorum, non autem in Cameram Apoſtolicam in dubio ſemper creditricem, quouſque in contrarium probetur non exceſſus valoris per debitorem volentem ſe ſubtrahere à ſolutione quindenniorum ſub captioſo prætextu
2 non exceſſus ex eo, quòd Camera Apoſtolica in hoc, nempè in exactione quindenniorum habet ſuam intentionem fundatam, beneque probatam, nulla alia probatione pro ſua parte indigentem, immò habet pro ſe aſſiſtentiam Juris ex ipſiſmet Bullis ſuper quindenniis promulgatis favore ejuſdem Cameræ, & repetitis poſt *Tract.* 3
ubi præcipitur, quòd manus mortua, antequàm expediantur ſui favore literæ unionis Beneficiorum, exprimere debet verum valorem, eſtque communis opinio Doctorum, *Rebuff. in prax. benef. tit. de union. ad explication. Regul.* 27. *Cancellar. gloſ.* 5. *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 65. *in principio, verſic. non tamen Beneficiorum unitorum:* undè iniquum eſſet refundere probationem in Cameram Apoſtolicam, quæ per ejuſmodi narrativam valoris eſt indubitata creditrix, quando manus mortua per confeſſionem 4
valoris fructuum Beneficii uniti, vice verſa eſt indubitata debitrix quindenniorum. Nec in 5
Jure dari poteſt melior probatio, quàm proprii oris confeſſio, quæ tamquàm in ſuo gradu ſuperlativo, ſuperat omne genus probationum, *de Angel. de confeſſion. lib.* 1. *qu.* 1. *n.* 12. *cum ſeqq. & qu.* 7. *effect.* 4. *n.* 1. *cum ſeq. & effect.* 10. *n.* 5. *& qu.* 10. *n.* 75. & in ſpecie probandi valorem Bene- 6
ficii, *Lottber. de re benef. lib.* 3. *qu.* 20. *n.* 59. *cum ſeq.* 7
prout eodem fermè pacto, proviſus à Nuncio Apoſtolico de Beneficio non excedente viginti quatuor Ducatos auri de Camera juxta illius facultates circà conferenda Beneficia, tenetur probare non exceſſum, non autem proviſus à Papa de eodem Beneficio illius exceſſum, habens intentionem ſuam fundatam, *Garz. de Benefic. part.* 5. *cap.* 3. *n.* 187. *cum plurib. ſeqq. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. *§.* 3. *n.* 24. *Chokier in Regul.* 61. *Cancellar. n.* 18. etenim per *Regul.* 55. *Cancellar. de valor.* jure merito introducta fuit expreſſio veri valoris in proviſionibus per Papam faciendis non ſolùm ad finem, ut Papa ſciat, quomodò poſſit, & debeat Chriſti patrimonium diſpenſare ſecundùm merita perſonarum petentium, &, nè unus, tacendo valorem, capiat ſtipendia plurimorùm, ſed etiam ob alium finem relevantiſſimum, nè videlicet fiat fraus Cameræ 8
Apoſtolicæ, Officialibùſque Cancellariæ, ac Datariæ, ſeu Annatiſtis ſuper ſolutione taxæ, & annatæ, quæ ex fructuum expreſſione in viginti quatuor Ducatis provenit, *Roſa de exequut. lit. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 46. *& cap.* 6. *n.* 249. *cum ſeq. Lottber. de re benefic. lib.* 3. *qu.* 20. *n.* 42. *Chokier in Regul.* 61. *Cancellar. n.* 20. *Rota deciſ.* 75. *n.* 16. *part.* 12. *recentior* indeque eſt, quòd ex Be- 9
neficiis non excedentibus viginti quatuor Ducatos nulla ſolvitur annata in Dataria Apoſtolica juxta *Conſtitution.* 33. *Clementis VII. in Bullar. nov. Roman. tom.* 1. undè Camera Apoſtolica, ejuſque Officiales, ſeu Annatiſtæ ab illa cauſam habentes ex titulo oneroſo, in dubio conſtituuntur in quaſi poſſeſſione exigendi quindennia ex ſola confeſſione ipſius manus mortuæ narrantis in Camera ipſa Apoſtolica valorem Beneficiorum unitorum, ſeu tunc uniendorum per exceſſum, ob quem in judicio ſummariſſimo poſſeſſorio tenetur ſolvere annatas quindenniales ſingulis quindecim annis; adeò, ut quouſque manus 10
mortua per evidentiſſimas, ac concludentiſſimas probationes in ſummo gradu doceat de erronea confeſſione, præſumptio ſtet pro Camera, proque exceſſu valoris Beneficii, ſicque pro debita ſolutione quindenniorum, interim ſe relevando à probando exceſſu, *de Angel. de confeſ-*

ſion.

11 ſion. lib.3. qu.20. n.31. quando error in materia
tanti momenti, & habente tractum ſucceſſivum,
non præſumitur, de Angel. loc. cit. n.5 præſertim
in caſu, quo, cùm manus mortua ex natura
unionis ſciat, ſe teneri ad quindennia, perindè-
que ad ſolutiones habentes tractum perpetuum,
ac ſucceſſivum, quæ magnum afferunt grava-
men, & damnum burſale, præſumitur perantea
optimè ſciviſſe valorem, nè alias cum proprio
12 damno (quod nemo facere præſumitur, ſol-
vendo indebitum, ſe obligare vellet ſolvere
quindennia, niſi Beneficia unita, verè eſſent ta-
lis naturæ, ſolubilitatis nempè quindenniorum,
ob exceſſum valoris, l. cùm de indebito 25. ff. de
probat. Barboſa axiom, 112. per tot. Quibus in
confirmationem accedit, quòd, cùm valor nar-
ratus, ſit pars gratiæ, & manus mortua ſit gra-
tiata vigore unionis Beneficii ſibi factæ, ipſa pro-
bare debeat valorem à ſe expreſſum, ſicque non
13 exceſſum, quidquid eſſet, ſi valor exprime-
retur per Papam fortſitan motu proprio unientem
Beneficium, veluti in ſimilibus terminis ponde-
rat Rota coram Card. Puteo deciſ.21. num.8. cum
ſeq. lib.1. deciſ.819. n.1. ſive unic. & deciſ.1089.
14 n.1. ſive unic. par.3. diverſ. Hinc fit, quod pro-
viſus à Nuncio Apoſtolico (etiamſi ſit reus, &
poſſeſſor, cùm dicatur actor, & habeat cauſam
à Nuncio) de Beneficio non excedente viginti
quatuor Ducatos juxta illius facultates, tenetur
probare non exceſſum, tamquàm fundamentum
ſuæ gratiæ Garzias de Benefic. part.5. cap.3. n.187.
cum ſeqq. Chokier ad Regul 61. hodie 55. Cancellar.
de exprimend. valor. n 18 Gonzalez ad Regul. 8.
hodie 9. Cancellar. de menſib. §. 2. Proæm. nu. 57.
Card de Luca de Benefic. diſc.26. n.13 & diſc.90.
n.23. Rota coram Zarat. deciſ.88. n.7. & dec 116.
n.7. Alexand. VIII. deciſ.172. num.12. cum ſeqq.
deciſ.10. num.1. ſivè unic. in princip. de probat. in
nov. deciſ. 1086. num.1. ſivè unic. part.3. diverſ.
deciſ.357 n.23. cum ſeq par. 10. recentior. dec.296.
n.8. cum ſeqq. & deciſ.355. n.11. cum ſeqq par.6.
15 eodem fermè pacto, quo Penſionarius tenetur
juſtificare valorem expreſſum, ità, ut rema-
neant mille pro Epiſcopo, & centum pro Re-
ctore, Lotther. de re benef. lib. 1. qu 43. per tot.
Tondut. de Penſion cap.14. n. 4. cum. ſeqq. Card.
de Luca eod. tract. diſc.11. n.3. cum ſeqq. & diſc.12.
n.3. cum ſeq Rota coram Merlino deciſ.1080. n.1.
ſivè unic. in fin. Peutinger. deciſ. 427. n.1. ac in
recentior. deciſ.11 n.1. cum ſeqq. par. 11. deciſ. 6.
n.9. cum ſeqq. par.17. eodemque modo, quo in-
16 dotationis, ſeu incongruitatis dotis probatio
ſpectat ad mulierem pro obtinenda quarta in Bo-
nis viri vigore Authent. Præterea C. und. vir., &
ux. uti fundamentum ſuæ intentionis, Mangil. de
imputation. qu.161. per tot., de quo, Deo dan-
17 te, in noſtro Tractatu de Quarta maritali. Im-
mò de rigore nec manus mortua admittenda eſ-
ſet ad probandum contrarium, quod ſemel
faſſa fuit ſuper exceſſu valoris, ſicuti confeſſio
proviſi ſemel emiſſa circà valorem Beneficii in
18 literis Apoſtolicis, non poteſt de Jure ampliùs
impugnari, de Angel. de confeſſion. lib.3. qu.22.
n.28. Rota deciſ. 59. n.4. part. 11. recentior., ac
19 hujuſmodi confeſſio non ſolùm afficit ipſum im-
petrantem, ſed & ipſius ſucceſſores in Benefi-
cio, de Angel. mox laudat. tract. lib.2. quæſt. 51.
20 n.4. cum ſeqq. niſi manus mortua tamquàm Lo-
cus Pius ad inſtar pupilli, aut minoris haberet
reſtitutionem in integrum adversùs propriam
confeſſionem ob enormiſſimam læſionem, quan-
do conſtare poterit de non exceſſu per plenas
probationes, ſuper redditibus Beneficiorum
aſcendentibus ſolummodò ad annuos Ducatos
viginti quatuor auri de Camera, Sfortia Oddus de
reſtitut. in integ. par.1. quæſt.36. art.10. n.67. &
par.2. qu.65. art. 8. n.36. de Angel. de confeſſion.
lib.3 qu.23. n.16.

Præterea manus mortua poſt à ſe factam ex-
preſſionem valoris Beneficii ſibi uniti, per non
exceſſum viginti quatuor Ducatorum ad effe-
ctum ſe liberandi à quindenniis, tenetur probare
non exceſſum, cùm manus mortua uti impetra-
trix, jamque poſſeditrix Beneficii uniti, meliùs
informata, quàm Camera, præſumatur, vel de
valore Beneficii, vel de modo illum probandi,
non autem ad hoc gravari debet Camera, quæ
non eſt informata de valore, nec ità paratas ha-
bere poteſt probationes: nec in Jure ſufficit ali- 21
quid aſſerere, ſed oportet illud probari, Barbo-
ſa axiom. 191. n.1. undè, quamvis in Regula 22. 22
Cancellar. de union. ſtatuatur, petentem unio-
nem, exprimere debere valorem Beneficii unien-
di, attamen cenſetur juxtà Juris cenſuram velle
etiam petentem unionem, probare debere valo-
rem, quaſi quòd in omiſſis Regula Cancellariæ 23
voluerit ſe conformare cum Juris diſpoſitione,
Barboſa axiom. 39. n. 6 cum. ſeqq.

Firmatæ tamen, & nervoſiſſimè confirmatæ
noſtræ reſolutioni non obſtant ſequentia objecta.

I. Non obſtat exemplum, quòd in Francia
à Rege, vel ab Academia nominatus ad Benefi- 24
cium non teneatur probare valorem à ſe expreſ-
ſum, ſed tale onus refundit in excipientem de
exceſſu, qualis eſt Camera per textum in l. quo-
ties 18. §. 1. ff. de probation. Rebuff. de nomina-
tion. q. 9. n.43. quia, quidquid forſitan ſit in no-
minatione, ſuper quo pro nunc non figo pedem, 25
nec do manus, immò nec Rebuff. omninò con-
ſtans eſſe videtur in ſua opinione, nec deſunt 26
Doctores contrarium tenentes, inter quos Lot-
ther. de re benef. lib. 2. qu.15. num 36. cum ſeqq.
ſub efficaci motivo, quòd nominatus in hoc ca- 27
ſu ſit actor, non autem reus, & poſſeſſor, Rota
ta penès Garzias de Benefic. par.5. cap. 3. nu.193.
ſaltem in unione ſemel expreſſus valor, juſtifi- 28
candus eſt, prout ille juſtificari debet in impe- 29
tratione Beneficii, Tondut. reſol. benef. par.2. cap.
3. §. 6. n.5. 14. & ſeqq. ideò enim juſtificandus
eſt valor ab exprimente, quia ille exprimendus:
aliàs, ſi ab exprimente ille non eſſet juſtifican-
dus, nec eſſet exprimendus, cùm videatur
quodammodò incompatibile teneri quem valo-
lem exprimere, & expreſſum non teneri juſtifica-
re, Lotther. de re benefic. lib.3. qu.20. n.49 cum ſeqq.

II. Non obſtat, quod actor teneatur probare, 30
quod opponit, non autem reus ad textum in
cap. 1. de probation. Pacion. de probation. lib. 2.
cap.57. n.7. & cap.68. n.50. Maſcard. cod. tract.
vol. 1. conc.37. nu. 1. cum ſeqq., Vela diſert. 22. 31
n. 1. 11. 19. & 26. undè, actore non probante,
reus abſolvitur, Barboſa axiom. 1. n. 2. præter-
quamquòd quiſquis probare debet fundamen- 32
tum ſuæ intentionis, quæ reſpectu Cameræ con-
ſiſtit in exceſſu, Barboſa axiom 128. n. 1. cum
ſeqq. attamen manus mortua non videretur te-
neri probare ſuam intentionem ſuper non ſolu-
tione quindennii, quæ conſiſtit in non exceſſu;
cùm

cùm ſatis ſit valorem Beneficii exprimere , quo-
33 minùs illum probet , ex eo , quòd *Regula* 22.
olim 21. *Cancellar. de union.* requirit expreſſio-
nem , non probationem valoris pro parte pe-
tentis unionem ibi „ Petentes Beneficia Eccle-
„ ſiaſtica aliis uniri , teneantur exprimere ve-
„ rum annuum valorem &c.tàm Beneficii unien-
„ di , quàm illius , cui uniri petitur &c. „ undè
ſequitur,quòd ſemel facta per manum mortuam
expreſſione valoris per non exceſſum viginti
quatuor Ducatorum juxtà *prædictam Regulam*
Cancellariæ , ſi Annatiſtæ poſteà prætendant ,
quòd Beneficium unitum excedat viginti qua-
tuor Ducatos , perque conſequens ſubjaceat
quindenniis , ipſi hanc Provinciam capere te-
neantur , nec manus mortua gravanda venit in
probatione non exceſſus ſemel narrati , pro qua
habet ſuam intentionem fundatam , ex ſibi de-
mandata , & adimpleta expreſſione , cùm aliàs
quis ad duo teneretur , tàm nempè ad expri-
mendum valorem , quàm poſteà ad expreſſum
verificandum , & tamen nemo cenſetur duplici
34 onere gravatus , ìmmò gravatus in uno , reputa-
tur ſublevatus in altero , immò relevari debet ,
Barboſa *axiom.*93. *n.*22. *& axiom.* 108. *num.* 4.
cum ſeq. & axiom. 169. *n.*1. *cum ſeq.* ſenſus inſu-
per *memoratæ Regulæ Cancellariæ* videtur eſſe ,
ut interim , quo per Officiales Cameræ , ſeu An-
natiſtas non probetur affirmativa exceſſus , ſte-
35 tur negativæ , non exceſſus , dùm contentatur
ſola nuda , ac ſimplici expreſſione ibi ; *teneantur*
exprimere , aliàs ſi petens ſibi uniri Beneficium ,
teneretur probare illius valorem ſemel expreſ-
ſum , *Regula Cancellariæ* non diceret , *teneantur*
exprimere , ſed diceret , *teneantur probare* ; ità ,
ut ſi petens unionem Beneficii , juxta *Regulam*
Cancellariæ tenetur ſolùmmodò exprimere ve-
rum illius valorem in caſu factæ narrativæ , ſeu
expreſſionis per non exceſſum viginti quatuor
36 Ducatorum , excipiens de expreſſione falſi valo-
ris , ſeu de exceſſu viginti quatuor Ducatorum ,
tenebitur probare contrarium, *cap. ſuper hoc* 5. *de*
renunciation. l. 1. *l. in exceptionibus* 14. *ff. de pro-*
bation. de Graſſis de exception. except. 4. *num.*59.
cum ſeqq. Pacian. de probation. lib. 1. *cap.*69. *nu.*
158. *Gratian. diſc.*975. *n.* 3. *Cyriac. controv.* 5.
*n.*136. *cum ſeqq. Oldrad. de liter. Princip. prælud.*
13. *n.*1. *& per tot.* cùm igitur Camera excipiens
de exceſſu , nihil ponat , ſed poſitum neget ,
nempè non exceſſum narratum à manu mortua ,
37 non cogitur manus mortua probare talem non
exceſſum , *l. ei incumbit* 2. *ff. de probation.* præ-
38 ſertim negativa non exceſſus reſultante ex ventre
literarum unionis , *Rota coram Caſſador. dec.* 10.
n. 2. *&* 4. *de Reſcript. Card. Seraphin. deciſ.* 332.
39 *per tot.* omiſſo , quòd in dubio ſemper pro mino-
ri valore Beneficii , ſicque pro non exceſſu vigin-
ti quatuor Ducatorum facienda eſt interpreta-
tio , veluti in his præciſis terminis quindennii ,
ſolvi prætenſi ponderat *Mandoſius conſil.*92.*n.*10.
40 *in med. verſiculo , & in dubio* : aliter facilè omnis
controverſia tolli poſſet , addendo in ſæpè lau-
data *Regula Cancellariæ* , unum verbum , *& pro-*
41 *bare* ; adeò , ut , ſi *Regula Cancellariæ* voluiſſet
propter expreſſionem valoris , etiam illius pro-
bationem , facilè id expreſſiſſet uno tantùm
verbo , Barboſa *axiom.* 136. *n.*5. *cum ſeqq.* & Re-
gulæ Cancellariæ tamquàm Papales , non ha-
bentes Superiorem, in omiſſis non cenſentur velle
ſe conformare cum diſpoſitione Juris,ſed caſus in
illis omiſſus habetur pro omiſſo , *Barboſa axiom.* 42
39. *n.*1. *cum ſeqq.* Præterea ad actricem , & præ-
tenſam creditricem quindenniorum (qualis eſt
Camera) ſpectat probare purificationem condi-
tionis exceſſus viginti quatuor Ducatorum pro
fundamento ſui crediti quindennialis , ſivè ad
ejuſdem Cameræ Officiales , ſeu Annatiſtas , uti
actores , & prætenſos creditores quindenniorum
in caſu tantùm intervenientis exceſſus , & ſic
conditionales , vel conditionatos , ſeu modales ,
& qualificatos , qui agere nequeunt contrà ma-
num mortuam ream , ſivè aſſertam debitricem
quindenniorum , niſi poſt exiſtentiam conditio- 43
nis , nempè ipſius exceſſus viginti quatuor Du-
catorum , *Salgad. labyrinth. credit. par.*1.*cap.*8.
n. 25. *Gait. de credit. cap.*4. *tit.*1. *quæſit.* 11.*num.*
2127.*cum ſeq.* Nihilominùs in principio *præſentis*
Cap. ineſt coadæquata reſponſio his omnibus
oppoſitionibus .

Modò trinæ ſuperſunt enodandæ difficultates.

I. Difficultas quid dicendum, ſi Papa in unio-
ne derogaret ſuperiùs prælaudatæ *Regulæ Cancel-*
lariæ la 22. an ſaltèm in hoc caſu , manus mor-
tua vigore talis derogationis cenſeatur ſublevata
ab onere probandi valorem expreſſum ; ità , ut ,
ſi manus mortua expreſſerit valorem Beneficii
ſibi uniti , ſeu uniendi , per non exceſſum , in iſta
hypotheſi non teneatur juſtificare non exceſſum
ad effectum non ſolvendi quindennia , cùm Pa-
pa , derogando Regulæ Cancellariæ circa facien-
dam expreſſionem valoris , diſobligare (ut ità
dicam) videatur manum mortuam ad exprimen-
dum valorem , proindèque illius expreſſio non
ſit neceſſaria , undè in iſto caſu narrativa valoris
non eſt pars gratiæ , nec Papa ſe fundavit in ve-
rificatione valoris ; ità , ut manus mortua ad
ſummum tenebitur ſemiplenè tantùm probare
non exceſſum ad hoc , ut non teneatur ſolvere
quindennia , quippè tacitè diſpenſata , ſeu privi-
legiata , & exempta ab exprimendo valore , per
neceſſarium conſequens cenſetur etiam diſpenſa-
ta ab illo verificando ſaltèm per concludentes ,
& rigidas probationes , è contra verò Annatiſtæ
prætendentes quindennia in caſu derogatæ Re-
gulæ Cancellariæ ſuper expreſſione valoris , tene-
buntur probare concludenter exceſſum ad hoc ,
ut ſit locus prætenſis quindenniis : alioquin ma- 44
nus mortua habet pro ſe intentionem fundatam ,
ut in ſimili firmat *Rota deciſ.*351. *n.* 7. *par.*2. *re-*
centiorum .

II. Difficultas , quid dicendum , ſi Annatiſtæ
non opponant de exceſſu , an adhùc manus
mortua teneatur probare non exceſſum ad hoc ,
ut libereretur à Quindenniis , & authumarem ,
etiam parte non opponente (quod forſitan pro-
venire poteſt ex incuria Officialium , quæ non
debet , nec poteſt præjudicare toti Collegio) te-
neri nihilominùs manum mortuam probare non
exceſſum Beneficii ſibi uniti , nè alias ſub pallio
aliorum, vel unius miniſtri negligentiæ fiat fraus,
& notabile inferatur præjudicium Papæ , ac An-
natiſtis in evitando hac via ſolutionem Quin- 45
denniorum , quæ procul dubio deberentur , ſi
opponeretur de exceſſu , & non exceſſus è con-
verſo à manu mortua non juſtificaretur, *Lotther.*
*de re benef. lib.*3. *qu.*20. *n.*53. *cum ſeqq.*

III. Difficultas , quid dicendum , ſi Benefi-
cium uniatur motu proprio , non ad iſtantiam
ma-

manus mortuæ petentis illud ſibi uniri, an tunc teneatur, vel non manus mortua exprimere valorem, illùmque juſtificare tàm Beneficii uniti, quàm illius, cui unitur; & crederem, quòd ad ſummum teneatur exprimere, non juſtificare, cùm tàm in gratia ad ſupplicationem partis, quam in illa conceſſa motu proprio Papa divinare nequeat valorem Beneficii uniti, & illius, cui unitur; ità, ut non præſumatur velle eximere ab expreſſione valoris, quantumvis *Regula 22. Cancellar. de union.* videatur limitata ad petentes unionem ibi; *petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, teneantur exprimere verum annuum valorem &c. tàm Beneficii uniendi, quàm illius, cui uniri petitur &c.* E contrà verò in ca-
46 ſu motus proprii præſumatur poſt expreſſum valorem à manu mortua velle refundere onus juſtificationis per exceſſum in Annatiſtas, *Mandoſ. in Regul. Cancellar. 22. de union. q. 2. n. 2. cum ſeq. & per tot. Chokier. ad eand. Regul. n. 31. Lottber. de re benefic. lib. 3. qu. 20. n. 51. cum ſeq. Card. de Luca de Benefic. diſc. 90. n. 4. cum ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Camera Apoſtolica conſtituta in quaſi poſſeſſione exigendi quindennia, ſi excipiatur per manum mortuam de non exceſſu viginti quatuor Ducatorum Beneficii ſibi uniti, proindèque de exemptione à quindenniis, adhùc eadem Camera manutenenda eſt per viam judicii poſſeſſorii, ac interim diſcutiendum venit in judicio petitorio ſuper exceſſu, vel non exceſſu.

SUMMARIUM.

1 *Penſionarius manutenetur in quaſi poſſeſſione exigendi Penſionem, non obſtante exceptione Titularis ſuper verificatione clauſulæ* dummodò remaneant mille &c.
2 *Poſſeſſorium retardat petitorium.*
3 *In poſſeſſorio non eſt neceſſaria probatio exceſſus.*
4 *In poſſeſſorio non requiritur juſtificatio ſervitutis.*
5 *Manutentio non conceditur, quando poſſeſſorium abſorbet petitorium.*

CAPITULUM VII.

VISO jam in *præcedenti Cap.* cui incumbat onus probandi exceſſum, vel non exceſſum viginti quatuor Ducatorum Beneficii uniti, nunc videbimus, quòd Camera Apoſtolica conſtituta in quaſi poſſeſſione exigendi quindennia, ſi excipiatur per manum mortuam de non exceſſu viginti quatuor Ducatorum Beneficii ſibi uniti, proindèque de exemptione à quindenniis, adhùc eadem Camera manutenenda eſt per viam judicii poſſeſſorii, ac interim diſcutiendum venit in judicio petitorio ſuper exceſſu, vel non exceſſu, quia Camera ad effectum manutentionis in quaſi poſſeſſione exigendi quindennia, eſt ha-
1 benda adinſtar Penſionarii, qui, non obſtante exceptione per Titularem adducta ſuper verificatione clauſulæ *dummodò remaneant mille pro Epiſcopo, & centum pro Rectore*, manutenetur in quaſi poſſeſſione exigendi Penſionem, *Barboſa de clauſ. clauſ. 47. n. 13. & clauſ. 48. n. 7. & in prax. exigend. penſion. part. 1. quæſt. 2. n. 19. cum ſeqq. & n. 54. Poſtb de manut. obſ. 18. n. 41. & obſ. 42. n. 53. cum ſeqq. & n. 65. cum ſeqq. Lottber. de re benef. lib. 1. qu. 66. n. 73. cum ſeqq. Garzias de Benefic. part. 1. c. 5. n. 578. cum ſeq. Rota apud eund. n. 435. Tondut. de Penſion. cap. 37. num. 14. cum ſeq.* & in 2
materia poſſeſſoria ad effectum obtinendi manutentionem, ac ex hoc capite retardandi judicium petitorium, ſufficit ſolum nudum factum exactionis, ſeu poſſeſſionis quindenniorum, ut in ſimili de penſione, cenſu, & canone *Poſtb. de manutent. obſ. 15. n. 19. cum ſeqq.* undè in judicio 3
poſſeſſorio manutentionis pro conſervatione poſſeſſionis exigendi quindennia non indiget Camera aliqua juſtificatione exceſſus valoris Beneficii uniti, *Paz de tenuta cap. 10. n. 7. Poſtb. de manut. obſ. 42. n. 1. cum ſeqq.* Cùmque jus quindenniorum ſit quædam ſervitus impoſita Beneficio 4
unito, non eſt neceſſe in judicio poſſeſſorio probare titulum ſervitutis hujuſmodi, qui conſiſtit in exceſſu viginti quatuor Ducatorum, *Poſtb. de manut. obſ. 42. n. 30. & 57. circà fin. verſiculo hinc ſimiliter inſervientibus.*

Nec obſtat, quòd manutentio concedi non ſoleat, quando poſſeſſorium (ut in caſu) percu- 5
tit, ac abſorbet petitorium, dum jus exigendi dependet ex verificatione exceſſus viginti quatuor Ducatorum Beneficii uniti, quo non excedente, non eſt locus ſolutioni quindenniorum, *Poſtb. de manut. obſ. 43. n. 10.* quia probatio non exceſſus (ut ſuprà inſinuavimus) ſpectat ad ipſam manum mortuam.

ARGUMENTUM.

Manus mortua tenetur revelare Annatiſtis ſolummodò Beneficia ſibi unita, excedentia viginti quatuor Ducatos auri de Camera, ſicque obnoxia quindenniis, non autem alia Beneficia non excedentia, ſicque non obnoxia quindenniis.

SUMMARIUM.

1 *Bullæ Apoſtolicæ ſuper quindenniis editæ injungunt manibus mortuis onus notificandi, ſeu revelandi* Beneficia *poſſeſſa, & unita.*
2 *Potiùs mens Pontificum, quàm eorum verba, attendenda eſt.*
3 *Sola* Beneficia *excedentia viginti quatuor Ducatos, ſubjacent annatis, & perpenditur* Mandoſ. conſ. 92. n. 2. 4 & 5. *ac laudatur* D. Advocatus Arrigus.
4 *Etiam revelandus eſt valor* Beneficiorum *unitorum non excedentium viginti quatuor Ducatos.*
5 *Bullæ Apoſtolicæ ſuper quindenniis conditæ mandant fieri indicationem omnium Beneficiorum.*
6 *Dictio* omnis, *vel* quicumque *recipit quoque reſtrictionem.*
7 Prima Bulla Pauli IV. *ſuper quindenniis edita, & mandans indicari omnia Beneficia etiam non excedentia viginti quatuor Ducatos, non eſt uſu recepta, ſuper quo affertur* Mandoſius conſ. 92. n. 12.
8 *Per Conſtitutiones confirmatorias non alteratur Conſtitutio confirmata.*

9 *Con-*

9 *Contrarius uſus declarat mentem* Pontificis.
10 *Exprimendus valor* Beneficii *etiam non excedentis viginti quatuor Ducatos.*
11 Regula 55. Cancellar. de valor. *introducta quoque fuit pro ſcrutinio meritorum.*

CAPITULUM VIII.

1 BULLÆ Apoſtolicæ ſuper injuncto manibus mortuis onere notificandi, ac revelandi Annatiſtis Beneficia per illas poſſeſſa, & illis unira, ſive illorum annuum valorem, præbet fomentum prætentioni, quòd manus mortua teneatur revelare, ac notificare Annatiſtis valorem omnium Beneficiorum per ipſas poſſeſſorum, etiamſi non excedant viginti quatuor Ducatos; attamen in præſenti contrarium placet firmare, quòd nempè manus mortua tenetur revelare Annatiſtis ſolummodò Beneficia ſibi unita, excedentia viginti quatuor Ducatos auri de Camera, ſicque obnoxia quindenniis; non autem alia Beneficia non excedentia, ſicque non obnoxia
2 quindenniis; quippè mens Pontificum potiùs, quàm eorum verba, quantumvis generaliter loquentia de omnibus Beneficiis, attendenda eſt, illaque reſtringenda veniunt ad ea tantùm Beneficia, quæ excedunt viginti quatuor Ducatos,
3 cùm ea dumtaxat ſubjaceant quindenniis, proindèque ſuperflua eſt ſpecificatio aliorum Beneficiorum, eorumque valoris non excedentium viginti quatuor Ducatos, pro quibus non ſolvitur quindennium, ut in terminis terminantibus Capituli Cathedralis Compoſtellanæ in Hiſpaniis vexati ab Annatiſtis, quòd ſpecificaret valorem omnium Beneficiorum poſſeſſorum, ſibique unitorum etiam non excedentium viginti quatuor Ducatos conſulit *Mandoſius conſil. 92. n. 2. circà fin. verſiculo ego ſic diſtinguerem, juncto n. 4. in med. verſ. infrà illam ſummam, & n. 5. in princip. & fin. ac per tot.* ibi: *aut loquimur de Præſtimoniis, aut aliis Beneficiis, ut præmittitur, unitis valorem annuum* 24. *Ducatorum auri de Camera excedentibus, aut de Beneficiis infrà dictam ſummam, juxta primum membrum diſtinctionis affirmativè reſponderem, & ſic pro Officiariis participibus, ſeu participantibus &c. Infrà illam ſummam valoris annui* 24. *Ducatorum* Annata *non ſolvitur. Capitulum igitur tenebitur revelare omnia* Præſtimonia, *& alia Beneficia, illorùmque nomina, denominationes, & valores ſpecificare quoad Beneficia excedentia, ut præmiſſum eſt, valorem annuum* 24. *Ducatorum. Et hùc tendere videtur tàm obligatio præmiſſa in favorem Cameræ* Apoſtolicæ, *& conſequenter in favorem Officiariorum participantium facta, quàm illa declaratoria generalis* Pauli IV. *Juxta ſecundum membrum, ſi ſimus in Beneficiis infrà* 24. *Ducatos, pro Capitulo prædicto reſpondendum eſt &c. Mens enim, & ratio cujuſvis Summi Pontificis pro tempore exiſtentis, & in materia annatarum diſponentis, ſeu Conſtitutionem promulgantis, quæ magis, quàm Conſtitutionum verba, attendenda eſt &c. fuit in illis tantùm caſibus requirentibus ſpecificationem, ac declarationem Beneficiorum, & annatæ ſolutionem videlicet ubi annata ſolvenda veniret, & non aliàs &c. ſufficit oſtendere, quòd ultrà centum annos nec fuerint factæ declarationes, & expreſſiones* Beneficiorum, *niſi illorum, pro quibus annata ſolvenda erat, & pro illis tantùm ſolutio facta fuit &c.* cui quidem Doctori valdè deferendum eſt, cùm pro veritate conſultus reſponderit, & (quod magis eſt) cùm eſſet Advocatus Annatiſtarum (quem locum pluribus ab hinc annis ſumma cum laude occupat *D. Advocatus Arrigus*, Cancellariæ ſummus Practicus, & in legali ſcientia peritiſſimus) immò contrà ſemetipſum, uti unum ex participantibus de annatis, tamquàm Militem S. Petri, prout idem de omnibus teſtatur in *dict. conſil. in principio verſic. renui*, ibi: *renui primò contrà me ipſum ſcribere, cùm, ut Miles S. Petri, de annatis participem. Rurſus omnium Officiariorium Advocatus in pluribus Cauſis extiti. Juſſu tandem Sanctiſſimi Domini Noſtri pro veritate ſcribere non recuſo &c.* ad quod reflectit *Card. de Luca de ſervitut. diſc. 49. n. 8.* ibi: *eſt conſilium pro veritate, ſeu potiùs votum &c. quod nimiùm differt ab illis conſiliis, quæ ad pecuniam, ſolàmque requirentis opportunitatem eduntur, verè nulla, vel modica auctoritate digna, de alienat. diſc. 23. n. 26. & de judic. diſc. 35. n. 76.* cùmque prælaudata auctoritas *Mandoſii* ſit punctualis, illa omninò attendenda venit pro caſu legis, *Card. de Luca de ſervitutib. diſc. 57. n. 4. de feud. diſc. 119. n. 4. de uſur. diſc. 22. n. 2. de Juriſd. diſc. 88. n. 4. de empt. diſc. 6. n. 8. in fin. de judic. diſc. 35. n. 83. de legitim. diſc. 34. n. 5. & de teſtam. diſc. 8. ſub n. 4.* Quod fortiùs puto procedere, ſi manui mortuæ aſſiſtat longæva obſer- 4
vantia interpretativa Conſtitutionum, ſuper quindenniis editarum, quòd per longum tempus nunquam fuerint factæ expreſſiones hujuſmodi, ſeu revelationes Beneficiorum, niſi illorum viginti quatuor Ducatos excedentium, pro quibus dumtaxat ſolvitur annata, proindèque quindennium, veluti in his præciſis terminis ſingulariter, ac magiſtraliter, pro veritate conſultus advertit *Mandoſius laudato conſil. 92. n. 5. in med. verſiculo pro hujuſmodi etiam declaratione, cum nn. ſeqq.*

Nec vim aliquam facit in contrarium generalitas locutionis, qua utuntur Pontifices in ſuis Bullis de quindenniis agentes, incipiendo à *Paulo IV. in ſua Conſtitutione la 17. §. 11. circà fin. Bullar. nov. Rom. tom. 1. uſque. ad Conſtitutionem Clementis X. in ſua Conſtitutione la 50. §. 2. in fine, §. 3. in fine, §. 4. in fine, & §. 9. in principio, eod. Bullar. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la V. & XI.* ubi mandatur 5
fieri, medio juramento, individuatio, ſeu indicatio omnium, ac ſingulorum, & quorumcumque Beneficiorum; etenim ratione ſubjectæ materiæ, introductionis nempè quindenniorum pro Beneficiis excedentibus viginti quatuor Ducatos, dictio *omnis*, vel *quicumque* reſpicit re- 6
ſtrictionem, & intelligentiam de illis tantùm individuandis Beneficiis, quæ excedant viginti quatuor Ducatos, non de aliis, quæ non excedant, ad tradita per *Barboſ. de diction. diction. 241. n. 20. & diction. 317. n. 13.*

Sed quando etiam præfatæ Bullæ ob generalitatem verborum intelligendæ eſſent de omnibus Beneficiis, quantumvis non excedentibus annuum valorem viginti quatuor Ducatorum, adhuic ſatisfit, reſpondendo, *primam Bullam præcitatam* 7
Pauli IV. ſaltem ſuper hoc non fuiſſe uſu receptam, veluti in noſtris puris terminis peregrinè, ac notabiliter ponderat *Mandoſius ſæpè relato conſilio 92. n. 12.* ibi: *ad Bullam declaratoriam Pauli IV. reſponderi poteſt, non conſtare, illam fuiſſe uſu receptam*

ceptam, imò nec publicatam, ſeu intimatam, & ſic illa non ligaret &c. cui ſanè Doctori (ut idem de ſe refert *dict. conſil. in princip. verſic. rurſùs* tamquàm Annatiſtarum Advocato, in materia annatarum, & Quindenniorum benè verſato, imò tamquàm Romano, ac in Urbe ſcribenti, optimè, vel meliùs aliis informato propemodùm, & ſine aliquo ſcrupulo, aut dubio credendum venit, veluti notat *Card. de Luca de præemin. diſc.46.n.6.de donation.diſc.26.n.3.&7.&diſc.35. n.9 & de ſervitutib.diſc.103.n.5.Boſcol.poſt eund. de feud. artic.* 1. *num.*15. *Carleval.de judic.tom.*1. *diſp.* 2. *qu.*2. *num.* 62. *verſic. nam Doctori, Rota deciſ.*530.*n.*3.*par.*4.*tom.*3.*recentior.deciſ.*193.*n.*14. *part.6.* proindèque ſucceſſivas Bullas in materia quindenniorum confirmatorias in ea parte, in qua præcedens Bulla confirmata, non eſt in uſu, non habere vim obligandi, accedente tolerantia
8 Pontificum pro tempore, attamen opinio *Mandoſii* in abſtracto ſumpta eſt contrà communem, juxta quam, etiamſi Bullæ Pontificiæ non fuerint intimatæ, ubique ligant, cùm ſufficiat, fuiſſe Romæ publicatas. Nec per Conſtitutiones confirmatorias, ſeu innovatorias aliarum præcedentium alteratur Conſtitutio confirmata, ſeu innovata, verùm remanet in ſuo primævo ſtatu, veluti in ſpecie quindenniorum ad aliud tamen propoſitum benè obſervat *Card.de Luca de* Benefic. *diſcurſ.* 139. *n.* 4. *in fine antè verſic. quod autem,*
9 *in ſupplement.* hinc contrarius uſus declarat, mentem Pontificis fuiſſe loqui de omnibus tantùm Beneficiis excedentibus viginti quatuor Ducatos tamquàm obnoxiis quindenniis, non de aliis non excedentibus, tamquàm non obnoxiis quindenniis, quæ unicè fuerunt cauſa finalis demandatæ indicationis, ſeu revelationis valoris.

10 Minùs obſtat, quòd, ſicuti juxta inconcuſſam praxim exprimendus eſt annuus valor Beneficii etiam non excedentis viginti quatuor Ducatos ex *Regula* 55.*Cancellar.de valore*, pro quo non ſolvitur annata, *Card. de Luca de* Benefic. *diſcurſ.* 90. *n.* 8. ità puritèr revelanda veniunt etiam Beneficia non excedentia viginti quatuor Ducatos, pro quibus pariter non ſolvitur quindennium, quia juxta veriorem, de qua
11 *Card. de Luca lcc. cit.* dicta *Regula Cancellariæ* 55. *de valore* non fuit introducta ſolummodò ex cauſa ſolvendi annatam, ſed etiam ad ſciendum, an impetrans, ſit benemeritus de hoc, vel illo Beneficio, in caſu autem noſtro revelatio eiuſmodi non videtur ex alio capite introducta, niſi ex cauſa ſolvendi quindennia: undè, ſi ex Beneficiis non excedentibus viginti quatuor Ducatos, quindennium non debetur, ſuperfluum erit revelare etiam iſta Beneficia.

ARGUMENTUM.

Manus mortua non poteſt ſubterfugere ſolutionem quindenniorum pro Beneficiis ſibi unitis, ſub prætextu ſupervenientis ſterilitatis ex cauſis naturalibus annorum infæcundorum per inclementiam cœli, ſivè aliud accidens belli, & incurſionis hoſtium, ſivè ex cauſa peſtis, proindèque inducti calamitoſi temporis cum notabili decremento, ſeu diminutione reddituum, in tantum etiam, ut Beneficia unita, non ampliùs, ut priùs de tempore unionis, excedant viginti quatuor Ducatos.

SUMMARIUM.

1 *Peſtis bellum divinum eſt, &* n.10,
2 *Manus mortua evitare nequit ſolutionem quindenniorum ſub prætextu ſupervenientis ſterilitatis.*
3 *Quando obligatio pervenit ad caſum enormis læſionis, tunc debet reformari ex æquitate* cap. ſuggeſtum 9. de Decim.
4 *Lex non conſervat obligationem mutato rerum ſiſtemate.*
5 *Suſcepta obligatione ab initio ſolvendi quindennium in certa ſumma, non habetur amplius ratio ſequutæ poſteà diminutionis fructuum*
6 *Sicuti quando augentur fructus Beneficii, non augetur quindennium, ità illis diminutis. non deſinit illud deberi.*
7 *Cenſus non imponitur ſuper fructibus ipſius rei, ſed ſuper ipſa re.*
8 *Ex Emphyteuſi etiã in caſu ſterilitatis debetur canon.*
9 *Lombardia gracculis, & aliis damnis obnoxia eſt.*
10 *Peſtis eſt bellum divinum.*
11 *Conductor tempore ſterilitatis prætendere poteſt remiſſionem penſionis.*
12 *Penſio, ſeu affictus ob ſterilitatem remittitur.*
13 *Quindennium ſolvitur in recognitionem dominii.*
14 *Emphyteuta etiam in caſu ſterilitatis canonem ſolvere debet.*
15 *Quindennium eſt adinſtar Decimæ.*
16 *Etiam in caſu ſterilitatis eſt locus ſolutioni Decimæ.*
17 *Deus eſt ſupremus, & abſolutus Dominus omnium fructuum terræ.*
18 *Canon deditus in recognitionem dominii, etiam ſtante ſterilitate non remittitur.*
19 *In cenſu non eſt locus remiſſioni, etiam ſequuta ſterilitate.*
20 *Ex bonis Emphyteuticis in totum pereuntibus non debetur canon.*
21 *Penſio remittitur, ſi damnum contingat in ipſa rei ſubſtantia.*
22 *Quindennium ſucceſſit in locum annatæ.*

CAPITULUM IX.

SÆpiùs evenire ſolet, quòd Beneficia unita manui mortuæ, de tempore unionis ob exceſſum viginti quatuor Ducatorum obnoxia quindennis, poſteà ob bellum ſuperveniens, peſtem, quæ bellum Divinum eſt; aut aliam ſimilem ſterilitatis cauſam accidentalem, cum tali reddituum diminutione, ut non ampliùs viginti quatuor Ducatos excedant, proindèque eſſe poteſt locus dubitandi, an ob ceſſatum exceſſum viginti quatuor Ducatorum ceſſent etiam quindennia, an verò, non obſtante non exceſſu, adhùc illa debeantur, & reſolvimus in præſenti; quod manus mortua non poteſt ſubterfugere ſolutionem quindenniorum pro Beneficiis ſibi unitis, ſub prætextu ſupervenientis ſterilitatis ex cauſis naturalibus annorum infæcundorum per inclementiam cœli, ſivè aliud accidens belli, & incurſionis hoſtium, ſivè ex cauſa peſtis, proin-

proindéque inducti calamitoſi temporis, cum
notabili decremento, ſeu diminutione redditu-
um, in tantum etiam, ut Beneficia unita, non
ampliùs, ut priùs de tempore unionis, excedant
viginti quatuor Ducatos, in puncto *Alvarez
Pegas de competent. part.2.cap.69.n.8.* ubi refert,
ità practicatum in ſuo, & noſtro Portugalliæ
3 Regno de anno 1672. in nihilum turbante,
quòd quando obligatio ab initio ſuſcepta, po-
ſteà tractu temporis pervenit ad caſum enormis
læſionis, tunc debeat penitùs reformari ex æqui-
tate *textus in cap. ſuggeſtum 9. de Decim.* & no-
tant *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap.18. §. 2.
n.14.cum ſeqq.&* §.4 *n.14. & 15. Gobbius de mo-
neta q.6.n.97.cum ſeq.Theſaur.dec.Pedemont.226.*
4 *n.3.&4.* ubi tradit, ità judicatum, nec lex con-
ſervat obligationem mutato rerum ſiſtemate,
nec eam producit ad inæqualitatem, & iniqui-
tatem, ſed moderandi, ſeu reformandi normam
judicibus præbuit, *Rota in Caſtellana aperitionis
oris 19. Novembris* 1703. §. *Cæterùm & 17. Ja-*
5 *nuarii* 1705.§.*Sivè demum coram Molines Decano*;
quippè ab initio ſuſcepta obligatione ſolvendi
quindennium in certa ſumma, non habetur am-
pliùs ratio ſequutæ poſteà diminutionis fructu-
um, quæ ex mero eventu proceſſit, cùm potue-
rit etiam augumentum fructuum evenire, *Rau-
denſ. conſ. 17. num. 44. cum ſeqq. part.1. Menoch.
conſ.156.n.34 cum ſeqq.Purpurat.conſ.492.n.24.
cum ſeqq.Venturin.conſ.33. n.112 cum ſeq.Caren.
reſol.104.n.11.& reſol.174.n.6.Caſtill.contr.Jur.
tom.7.cap.15.n.133.in fine verſic.verè tamen*, ac
in terminis quindenniorum *Rota poſt Monacell.
formular.for.Eccleſ.part.2. deciſ.13. n.8.* & ſicuti
6 non licet Annatiſtis petere augumentum quin-
dennii adauctis fructibus Beneficii, ità illis di-
minutis non licet manui mortuæ ſe liberare à ſo-
lutione quindennii ex novo contractu, *Purpurat.
dict.conſ.492. n.24.in fine verſic.ſicuti non poſſet,
Cyriac.contr.1.n.34.Monet.apud Caren. reſol.174.
n.42.* præterquamquòd principalis noſtra reſo-
lutio, ſolida quidem meo judicio ratione muni-
tur, ex eo nempè, quòd quindennium non de-
betur ex fructibus Beneficii uniti, ſed benè ex
ipſo Beneficio unito, & propter ipſum Benefi-
cium unitum; ità, ut, quouſque Beneficium
exiſtit, æquum videtur, quòd quindennium ſol-
vatur, quamvis per accidens ad aliquod forſitan
tempus fructus non percipiantur cum exceſſu
viginti quatuor Ducatorum, veluti practicatur
7 in cenſu, qui non imponitur ſuper fructibus
ipſius, ſed ſuper ipſa re, nec per cenſum vendi-
tur jus ad ipſoſmet numero fructus ex eadem re
colligendos, *Cencius de cenſibus quæſt.37. n.7. in
principio*; immò fructus Beneficii uniti perire de-
bent periculo, & damno ipſius manus mortuæ,
quæ eſt Domina utilis fructuum, ſivè colligan-
tur in ſufficienti quantitate, ſivè non: undè Pa-
pæ retinenti directum dominium Beneficii uniti,
in nihilo prejudicari poſſet circà quindennia
eidem debita ratione exercitii dominii ſuper
omnibus Beneficiis, qui adhùc benè recognoſci
poteſt in Dominum, quamvis Beneficium mo-
dicos pro tunc ferat fructus, dummodò ſub-
8 ſtantia Beneficii duret, ut de Domino directo
prætendente canonem etiam in caſu ſterilitatis,
Amic. de jure emphyt. quæſt.39. n.8. præſertim ſi
regio, ubi ſita ſunt Beneficia, frequenter obno-
9 xiæ eſt grandinibus, prout Lombardia, graccu-
lis, ſturnis, paſſeribus, raneis, rucis, gruibus,
& locuſtis, reliquiſque avibus, & vermibus de-
vaſtantibus, nivibus ac exceſſivo frigori vites
exſicantibus, vel inundationibus, & immodera-
tis pluviis, prout in agro Romano, vel peſti,
vel bello, cùm tunc manus mortua meliùs præ-
videre poſſit caſus hujuſmodi in ſe non totaliter
fortuitos, ſeu ſaltem in genere adinſtar providi;
prudentiſque coloni eos cogitare; undè ſibi im-
putet manus mortua, ſi acceptavit Beneficia in
locis adeò adverſis, in cujus poteſtate erat illa
non acceptare, quaſi quòd hoc caſu emere vo-
luerit aleam, ſeu jactum retis, ſeſe fortunæ com-
mittendo, *Pacion. de locat. & conduct. cap. 46.
n.68.cum ſeqq.Gallus de fructibus diſp.26. artic.2.
n.38.in fine verſic.limitatur tertiò, & n.ſeq.* mul-
tòque magis ſi de tempore factæ unionis jam
ſterilitas, bellum, ſivè peſtis (quæ quoque 10
bellum eſt, nempè divinum, ad quod alludit
Tractatus de bello divino Marchini) aderat, ſivè
adeſſe timebatur; ſibi namque imputet manus
mortua, ſi acceptare voluit unionem de tempo-
re, quo ſciebat, vel ſcire debuerat conditionem
Beneficii tunc uniti, veluti in ſimili de condu- 11
ctore rei tempore ſterilitatis ejuſdem rei, poſteà
remiſſionem penſionis, ſeu affictus prætendente
per *textum in l. qui bona 13. §. De illo 6.ff. de
damn. infect. Pacion. de locat. & conduct. cap. 46.
n.87.Gallus de fructib. diſp.28. artic.2. n.38.* & de
Emphyteuta *Fulgin.de jur.emphyt.tit. de ſolution.
canon.qu.1.n.336.cum ſeq.Amic.eod. tract. qu.39.
n.24. Valaſc. eod.tract.qu.17.n.18.* Præterquam-
quòd jure merito videtur, ſatis eſſe, quòd de
tempore unionis, ad quod unicè reſpexerunt
Bullæ ſuper quindenniis editæ, Beneficia cum
effectu excedant viginti quatuor Ducatos,
quantumvis ſubindè per accidens illos non ex-
cedant ob ſupervenientem ſterilitatem ex qua-
cùmque cauſa; adeò, ut diminutio fructuum
tamquàm non perpetua, ſed ad tempus tantùm
durationis belli, peſtis, ſivè alterius accidentalis
cauſæ, non eſt ſufficiens ad retardandam ſolu-
tionem quindennii, cùm ſemper ſuperſit ſpes
futuræ fertilitatis, ac damni emendationis poſt
ceſſatum bellum, peſtem, aut ſimilis ſterilitatis
cauſam.

Nec obſtat, quòd penſio, ſeu affictus ob ſte- 12
rilitatem remittitur, *cap.propter ſterilitatem 3. de
locat.l.ſi merces 25.§.Vis major 6.ff.eod.l.licet 8.C.
eod.Pacion.de locat.& conduct.cap.45.num.1.cum
ſeqq.* quia penſio ſolvitur ob fructuum collectio-
nem, ideòque, illis non collectis, ea non debe-
tur, quindennium autem non ſolvitur ob fru- 13
ctuum perceptionem, ſed ob ſolam recognitio-
nem dominii, quod Papa habet ſuper fructibus
omnium Beneficiorum mundi ex latè per nos cu-
mulatis in *Cap.I.*undè quamvis ob aliquod acci-
dens non colligantur ſufficientes fructus ex Be-
neficio unito, tamen dominium ipſius Beneficii
durat penès Papam unientem, ac per conſe-
quens durat cauſa præſtationis quindennii debiti
ex Beneficio de tempore unionis excedente vi-
ginti quatuor Ducatos, ut in ſimili de Emphy- 14
teuta ſolvere debente canonem etiam in caſu ſte-
rilitatis ponderat *Amic.de jur.emphyt.qu.37.n.7.* 15
cùm quindennium ſit ad inſtar Decimæ, ut in
dict. Cap. I. comprobavimus, & etiam ſtante 16
ſterilitate eſt locus ſolutioni Decimæ, *Scoppa
obſerv. forenſ.100. n.21. Berſan. de compenſation.*

cap.2. qu. 9. n.7. quæ pariter ſolvitur in recogni-
17 tionem dominii temporalis, quod Deus uti ſupremus, & abſolutus Dominus, habet ſuper omnes fructus terræ, non ob ſolam ipſorum fructuum perceptionem, *Fagundez de contractib.*
18 *lib.5.cap.8 n.17 antè med* prout canon ſolvi ſolitus in recognitionem dominii, non obſtante ſterilitate, non remittitur, *l.1.C.de jure emphy. Gallus de fructibus diſput.26. artic.2. n.2. Fulgin. de jure emphyt tit.de ſolution canon. qu 1.num.97. & 99. antè med. verſiculo aut Emphyteuta, & n.333. in fine verſiculo quartus caſus, Valaſc. eod.*
19 *tract. qu.27. n.7.* nec pariter in cenſibus eſt locus remiſſioni ob ſequutã ſterilitatem ex cauſa belli, peſtis, aut ſimilium, *Cencius de cenſibus qu. 37. n.6.cum ſeqq. Gallus de fructibus diſp. 28. artic.2. n. 11.* non omiſſo, quòd ex remiſſione affictus reſultat quidem aliquod damnum locatori, ſed ex non exceſſu viginti quatuor Ducatorum, ſi tractu temporis poſt unionem ex aliqua cauſa accidentali ſuperveniens ſuffragaretur, notabile reſultaret damnum Cameræ, & Annatiſtis, cùm eo caſu nullum ſolvendam eſſet quindennium: quidquid ſi fundi, ſeu prædia beneficialia in totum perempta eſſent, tunc enim cùm nulli ampliùs colligantur fructus, nec ulla ſuperſit ſpes futuræ eorum recollectionis, nulla etiam debentur quindennia, quaſi diſſoluta ſit unio: ſicuti
20 idem dicendum eſt in bonis emphyteuticis in totum pereuntibus, ad *textum in l. arboribus 58. ff.de contrah.empt. l.1.C. de jure emphyt.Gallus de fructibus diſp. 28. artic.2. n. 38. in fine Fulgin. de jure emphyt. tit.de ſolution.canon. qu.1. n.91. cum ſeqq. Pacion. de locat.& conduct. cap.45. n.32. & cap.46.n.98 cum ſeq.Rota deciſ.338.n.1.cum ſeqq. & per tot.part 14.recentior.* eodem fermè modo,
21 quo eo caſu penſio remittitur, ſi damnum contingat in ipſa rei ſubſtantia, quaſi quòd tunc reſolvatur contractus, *l ex conducto 15.§.ſi vis tempeſtatis 2.ff. locat. Pacion. de locat. & conduct. cap.46.n.53.& 124 & cap.49. n.72.*

Minùs obſtat, quòd videretur, ſumendam eſſe interpretationem pro ipſa manu mortua tractante de damno vitando, quod ſentit in ſolutione quindenniorum tempore, quo Beneficium unitum non excedit viginti quatuor Ducatos ob ſterilitatem, non verò pro Annatiſtis tractantibus de lucro captando cum jactura ipſius manus mortuæ, quia eſt damnum temporale, facilèque tractu temporis emendabile poſt ceſſatam ſterilitatem, & manus mortua videtur quaſi contraxiſſe cum Annatiſtis, in ſe periculum ſterilitatis aſſumendo; aliàs potiùs manus mortua, prætendendo, ſe non teneri ad quindennium in caſu ſterilitatis, locupletaretur cum aliena jactura, ipſorum videlicet Annatiſtarum, cùm Beneficium, ſi non eſſet unitum, vacans de tempore ſterilitatis, quamvis tunc caſualiter non excederet viginti quatuor Ducatos, adhùc ſolveret annatam, habita ratione ad exceſſum de tempore ubertatis; undè pari ratione æquum eſt, quòd ſolvat quindennium, non habita in conſideratione caſuali, ac temporali ſterilitate, arguendo
22 ab annata ad quindennium, quod in illius locum ſucceſſit ex ſuprà per nos fuſiùs congeſtis in *Cap. I.*

ARGVMENTVM.

Paupertas manus mortuæ, cui unitum fuit Beneficium, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedens, ſeu reſervata perpetua Penſio dictam ſummam excedens, non excuſat à ſolutione quindennii.

SUMMARIUM.

1 *Expenditur* Bulla 50. Clementis X. §.*6.* in fin.Bullar.nov.Rom.tom.*6.*
2 *Dictio* penitùs *nullam reſtrictionem patitur.*
3 *Penſio ex cauſa diminutionis redditũum Beneficii reducitur.*
4 *Manus mortua adhùc ſolvere tenetur quindennium, etiamſi ſupervenerit poſt Vnionem Beneficii, ſterilitas.*
5 *Beneficialiſtarum adagium ſolve, aut dimitte.*
6 *Etiam pauperes tenentur ad Decimas.*
7 *Quindennia ſunt adinſtar Decimarum.*
8 *Proviſo de Beneficio non ſuffragatur illius paupertas ad ſe eximendum à ſolutione annatæ.*
9 *Quod prædicatur de annata, prædicatur etiam de quindennio.*
10 *Paupertati manus mortuæ conſuli poteſt, diminuendo numerum perſonarum.*
11 *Num fortuna ſit ad meliorem fortunam devenire.*
12 *Manus mortua quoad Beneficia ſibi unita, ſeu Penſiones ſibi reſervatas, in eodem ſtatu permanet.*
13 *Decimæ, quæ ſunt de jure divino, ſolvendæ non ſunt à paupere.*
14 *Quindennia ſunt de jure poſitivo Pontificum.*
15 *Pauperes à tributis eximuntur.*
16 *Pauperes à mulctis liberantur.*
17 *Clerici pauperes à Procuratione liberantur.*
18 *Manui mortuæ incumberet onus probandi paupertatem tanquàm fundamentum ſuæ intentionis.*
19 *An paupertas benè probata ſit, remittendum eſt arbitrio Judicis.*

CAPITULUM X.

CUM vel de tempore Unionis Beneficiorum manui mortuæ factæ, vel de tempore reſervationis perpetuarum Penſionum ad ejuſdem favorem, quandoque paupertas manus mortuæ adeſſe poſſit, vel ſaltem poſt Unionem Beneficiorum, ſeu reſervationem Penſionum ſupervenire, indéque dubium inſurgere inter manum mortuam, & Annatiſtas ſuper ſolutione, vel non ſolutione quindenniorum, reſolvitur in præſenti, quòd paupertas manus mortuæ, cui unitum fuit Beneficium, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedens, ſeu reſervata perpetua Penſio dictam ſummam excedens, non excuſat à ſolutione quindennii; quippè aliàs ferè ſemper magnis ſumptibus conficiendus eſſet proceſſus ſuper paupertate, dum ferè omnes manus mortuæ illam allegarent ad ſubterfugiendum quindenniorum ſolutiones, ſub mendicato prætextu aſſertæ paupertatis, contrà literales Conſtitutiones Pontificias, quæ hac via remanerent eluſoriæ, quod profectò ferendum non eſt, immò omnibus viribus elaborandum

pro

pro earum obſervantia: & tamen Bullæ quin-
denniorum ad quindennia obligant omnes ma-
nus mortuas, nullis exceptis, nullàque facta
1 diſtinctione paupertatis, prout apertè habetur
in Bulla 50. *Clementis X.* §. 6. *in fin. Bullar. nov.
Rom. tom. 6. repetit poſt Tract. int. Conſtitution. Apo-
ſtolic. in ordine la XI.* ibi: *omnes, & ſingulas Unio-
nes &c. Piis Locis, nullis penitùs excluſis &c. per-
petuò factas, & de cætero &c. perpetuò faciendas,
ſub literis Pauli Prædeceſſoris hujuſmodi compræ-
2 hendi, & includi*; accedente præſertim dictione
penitùs, quæ, uti effrænatiſſima, nullam patitur
reſtrictionem, nullam limitationem, nullàmque
modificationem, *Barboſa de diction. dict.* 240.
n. 12. *cum ſeqq. & dict.* 249 *n.* 1. *cum ſeqq. Richter de
ſignific. adverb. litera O. adverb.* 21. *in princ. verſic.
quamobrem, & litera P. adverb.* 14. *in fin. verſic eſt
dictio, Tiraquell. in l. ſi unquam, verbo revertatur,
n.* 81. *cum ſeqq. C. de revoc. donation. Ricc. colle-
ctan.* 2764 *per tot. par.* 7. *Rota coram Dunozett. Sen.
dec.* 308. *n.* 2. *Card. Seraphin. dec* 447. *n* 4 *tom.* 1. *ac
in recentior. deciſ.* 305. *n.* 14. *part.* 7. Aliàs, ſi Sum-
mi Pontifices vellent eximere, ſeu excipere à
quindenniis manus mortuas pauperes, procul
dubio illas expreſsè eximerent, ſeu exciperent.

Eſt benè verum, quòd in caſu diminutionis
3 fructuum Beneficii uniti obtineri ſolet in Cancel-
laria Apoſtolica illorum reductio adinſtar Pen-
ſionis Eccleſiaſticæ reducibilis ex cauſa diminu-
tionis redditum Beneficii Penſione gravati,
Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap. 15. *n.* 12. *& cap.* 57.
n. 5. *Gigas eod. tract. quæſt.* 35 *n.* 8. *Card. de Luca eod.
tract. diſcurſ.* 21. *num.* 2. *&* 4. *Lotther. de re benefic.
lib.* 1. *quæſt.* 42. *num.* 54. *cum ſequ. Staphil. de liter.
Juſtit.* §. *Et eſt notandum, n.* 9. *Garz. de Benefic.
part.* 1. *cap.* 5. *n.* 399. *cum ſeq. Adden. ad Gregor. XV.
deciſ.* 345. *n.* 13 *Rota coram Card. Creſcent. deciſ.* 17.
n. 3. *verſic. nihilominùs in iſta, Card. Put. deciſ.* 34.
n. 2. *lib.* 1. *Bich. deciſ.* 255. *n.* 11. *tom.* 1. *Card Sera-
phin. deciſ.* 951. *n.* 4. *tom.* 1 *Card. Mantic. deciſ.* 153.
n. 2. *in principio, & apud Mantiſſ. ad Card. de Luca
deciſ.* 50. *n.* 9. *deciſ.* 52. *n.* 10. *& deciſ.* 62. *n.* 26. *lib.* 13.
vol. 4. *& in recentior. deciſ.* 306. *n.* 21. *&* 22. *par.* 9.
tom. 1. *deciſ.* 306. *n.* 22. *part.* 10. *deciſ.* 375. *num.* 9.
part. 19. *deciſ.* 633. *n.* 7. *ead. part.* 19. *tom.* 2. eo ſanè
4 modo, quo manus mortua adhùc ſolvere tenetur
quindennium, etiamſi ſupervenerit poſt Unio-
nem Beneficii, ſterilitas quacumque de cauſa
contingens ex fusè per nos ſuo loco adductis;
aliàs dimittat Beneficium ſibi unitum, vel Pen-
5 ſionem ſibi reſervatam, juxta decantatum ada-
gium in ore Beneficialiſtarum, ſolve, aut dimit-
te, de quo *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 41.
n. 38. *Tondut. de Penſion. Eccl. cap.* 21 *n.* 1. *cum ſeqq.
cap.* 36. *n.* 5. *& cap.* 61. *n.* 11. *&* 12. *Card. de Luca
eod. tract. diſcurſ.* 12. *n.* 15. *& diſcurſ.* 33. *n.* 5. *& de
Benefic. diſcurſ.* 90. *num.* 36. *Rota coram Buratt.
deciſ.* 409. *n.* 2. *&* 3. *& in recentior. deciſ.* 287. *n.* 17.
part. 5. *tom.* 1. *deciſ.* 633. *n.* 11. *in princip. part.* 19.
6 *tom.* 2. Indè eſt, quòd etiam pauperes tenentur
ad Decimas, *Velaſc. de privileg. pauper. part.* 1.
qu. 37. *n.* 1. *cum ſeqq. Monet. de Decim. cap.* 5. *qu.* 1.
7 *n.* 28. *cum ſeqq.* quindennia autem ſunt adinſtar
Decimarum ex per nos ſuprà *Cap. I.* congeſtis.

Prætereà in dictorũ corroborationem accedit,
8 quòd, ſicuti proviſo de Beneficio non ſuffragatur
illius paupertas ad ſe eximendum à ſolutione
Annatæ, cùm acceptans Beneficium excedens
XXIV. Ducatos auri de Camera, ſe ſubjicere vi-
deatur legi Annatiſtarum, ſibique imputare de-
bet, ſi Beneficium acceptavit, dum volens ante-
cedens, debet velle etiam conſequens: aliàs, ſi
non eſt ſolvendo, tenetur dimittere Beneficium;
cùmque potiùs cõferenda ſint Beneficia perſonis
pauperibus, quàm divitibus, tàm juxta mentem
fundatorum, quàm juxta juſtitiam diſtributi-
vam, adeò, ut in concurſu, cæteris paribus,
pauper ſemper præferatur, Beneficia enim ſunt
panes pauperum, non divitum quibus abun-
dant, *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de
Menſib. gloſſ.* 2. *n.* 2. 7 12. *&* 13. ſi pauper non te-
neretur ad annatam, ſequeretur, quòd omnes
ferè proviſi de Beneficiis non tenerentur ad an-
natas, ſicque notabile irrogaretur S. Sedi præju-
dicium, ità manui mortuæ ſuffragari non debet
ejuſdem paupertas ad ſe excuſandum a ſolutio-
ne quindenniorum, dum ex eadem ratione con-
ſentiens manus mortua ſibi uniri Beneficium ex-
cedens XXIV. Ducatos, ſe ſubjicere videtur legi
quindenniorum. Nec ulla conſiderari valet di-
ſparitas parificationis, ſeu exemplificationis an-
natæ cum quindennio ex eo, quòd proviſus de
Beneficio unam tantùm, ſeu ſemel tantùm ſolvit
annatam, quamvis poſteà Beneficium poſſideat
per centum annos, manus verò mortua non
unam tantùm, ſeu ſemel tantùm, ſed reiteratam
ſolvere debet annatam ſingulis XV. annis in per-
petuum, indèque dictam quindennium, ut ſu-
prà in *Cap. I.* prænotavimus: quamobrem pau-
peri proviſo ſuavius evadit, vel ſaltem non
adeò grave onus ſemel ſolvere dumtaxat anna-
tam, & manui mortuæ pauperi vice verſa gra-
viſſimum, ac penè intolerabile redditur onus
ſucceſſivè ſolvere reiteratam annatam quinden-
nialem, ſeu quindennium ipſum ſingulis XV.
annis in perpetuum; undè ſenſim patet, longè
magis ſenſibile eſſe ſucceſſivum, ac reiterabile
onus, quàm illud pro una vice tantùm; quia 9
quod prædicatur de annata, prædicatur etiam
de quindennio ſubrogato in locum quindennii ex
ſuprà cumulatis *Cap. I.*

Præterquamquòd, ſi manus mortua eſt pau-
per, ejus paupertati aliqua alia via opportunè
conſuli poteſt, citrà tamen Annatiſtarum
damnum, adhibito nempè ſalubri remedio di- 10
minuendi numerum perſonarum, quibus com-
ponitur manus mortua pauper; quod facilè fieri
poteſt; potiſſimùm, ſi non habeat certum nu-
merum perſonarum, vel impetrari poteſt à
Summo Pontifice augumentum dotis, ut abſque
incommodo, vel ſaltem longè minori cum in-
commodo perſolvantur quindennia ſuis ſtatis
temporibus, ſingulis videlicèt XV. annis, ve-
luti in conſimilibus, ſeu fraternizantibus termi-
nis Eccleſiæ recepticiæ, & non numeratæ favet
textus egregius in *cap.* 1. *de inſtitution. ubi Fa-
gnan. n.* 5. & notat *bo. me. R. P. D. Piton. diſcept.
Eccl. part.* 1. *diſcept.* 17. *n.* 23. *cum ſeqq.*, *gloſſ. in
cap. ex parte* 10. *verbo conſuetudinem de conceſſion.
Præbend.* ibi *& ità, licet non ſit numerus conſtitu-
tus, tamen tot ſunt ibi conſtituendi, quot conſue-
verunt ibi eſſe, dum tamen ſufficiant Eccleſiæ facul-
tates; aliàs, ſi non ſufficerent, deberet reduci nu-
merus ille ad eum numerum, quot poſſent congruè
ſuſtentari &c.*

Cæteroquin, cùm omnes ferè Uniones Bene-
ficiorum fieri ſoleant pro ſubventione manus
mortuæ, cui uniuntur Beneficia, actum eſſet de
quin-

quindenniis , perque conſequens de Annatiſtis , ſi ſola paupertas excuſaret à ſolutione quindennii . Omiſſo, quòd etiam paupertas tractu temporis ceſſare poteſt , & manus mortua deſinere eſſe pauper , atque ad pinguiorem fortunam de-
11 venire , (ſi tamen fortuna eſt ad meliorem fortunam devenire) mediante acquiſitione hæreditatum , legatorum , ſivè aliarum lucrativarum diſpoſitionum , ſicque faciliùs quindennia ſolvere ; quidquid tamen ſit, ſemper manus mortua , aliàs pauper , locupletatur ex Beneficiis ſibi unitis , vel ex perpetuis Penſionibus ſibi reſervatis , ſicque ex re Domini , nempè Papæ unien-
12 tis Beneficia , vel reſervantis Penſiones , quæ quidem manus mortua quòad Beneficia , ſeu Penſiones in eodem ſtatu permanet,ob exceſſum XXIV. Ducatorum , *Cyriac. controv.* 277. *n.*15. *cum ſeqq. Dian. reſol. moral. part.*10. *tract.*4. *miſcell.*4. *reſol.*34. *in fin.*

In nihilum relevante, quòd eo modo Deci-
13 mæ, quæ aliàs ſunt de Jure divino, ſolvendæ non ſunt à paupere , *Leoncill. de privileg. pauper. part.*2. *privileg.*75. *n.*8. *Velaſc. eod. tract. part.*1. *quæſt.*37. *n.* 10. *Rebuff. de Decim. quæſt.* 5. *n.* 14. *cum ſeqq.* quantò minùs ſolvenda erunt quin-
14 dennia , quæ ſunt de Jure poſitivo Pontificum ex per nos ſuprà in *Cap.* 1. fusè cumulatis ; eo-
15 dem fermè pacto , quo pauperes à tributis eximuntur , *cap. licet* 4. *de Cenſib. l. cura* 4. §. *inopes* 2. *ff. de muner. & honor. l. omnes* 3. *la* 1. *C. de annon. & tribut. lib.* 10. *Sanchez conſil. moral. lib.*2. *cap.*4. *dub.*15. *in fin. verſ. ubi dicit paupertatem , Velaſc. de privileg. pauper. part.* 1. *qu.*37. *n.* 11. *Benincaſa de paupertate ſpecial.* 4. *princip.*
16 *n.*26. & à mulctis liberantur , *l. illicitas* 6. §. *fin.*
17 *ff. de offic. Præſid.* & Clerici pauperes à ſolutione Procurationis Epiſcopo viſitanti debitæ liberantur , *Velaſc. de privil. paup. part.*1. *qu.* 28. *n.*69. *Sanchez conſ. mor. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 15. *in fin.*
18 *verſ. ubi dicunt Viſitatorem*, manui tamen mortuæ incumberet onus probandi concludentiſſimè paupertatem per rigidiſſimas probationes , tamquàm fundamentum ſuæ intentionis *ad textum in l. ei incumbit* 2. *ff. de probation. Scanarolla de viſitat. Carcer. lib.*2. *cap.*4. *n.*7. *cum ſeqq. Pacian. de probation. lib.* 1. *cap.* 54. *n.* 12. *Maſcard. eod. tract. vol.*3. *conc.*1154. *n.*5. *cum ſeqq.*
19 & an paupertas benè probata ſit , remittendum venit arbitrio Judicis , *Menoch. de arbitr. Judic. lib.* 2. *centur.*1. *caſ.* 65. *n.* 7. *cum ſeqq. Scanarolla de viſitat. Carcer. lib.*2. *cap.* 7. *n.* 1. *cum ſeqq.* ità ſolvenda non ſunt quindennia , quæue accedunt naturæ onerum Cameralium , quià non deſunt DD. tenentes contrarium , per nos ſuprà congeſti *n.*6. quòd nempè etiam pauperes teneantur ad Decimas .

ARGUMENTUM.

Quindennia ſolvenda ſunt juxtà modernum valorem Ducati auri de Cameræ currentem de tempore ſolutionis cujuſlibet quindennii , non autem juxtà antiquum valorem de tempore unionis Beneficii , tàm in caſu ſupervenientis augumenti , quàm diminutionis valoris Ducati poſt unionem .

SUMMARIUM.

1 *Cur monetæ valor modò augeatur , & modò diminuatur .*

2 *Mutata moneta extrinſecè , inſpiciendus eſt valor currens de tempore ſolutionis , ſivè ille augeatur , ſivè diminuatur .*

3 *Quod ſervatur in omnibus obligationibus .*

4 *Manus mortua ſe obligat ad ſolvendum quindennium in tot Ducatis .*

5 *Solutio quindennii facienda eſt, habita ratione, quanti Ducatus hodie ematur .*

6 *Augumentum , & diminutio monetæ cedere debet commodo , & incommodo Cameræ quindennium recipere debentis .*

7 *Beneficia taxata in certa quantitate , ſemper eandem ſolvere debent , ſivè fructus creſcant , ſivè decreſcant .*

8 *Habita fide de pretio , ſolutio facienda eſt juxtà valorem monetæ tunc currentem .*

9 *Debitor , & creditor non ſunt ad imparia judicandi, & adducitur locus* lib.4. Reg. cap.*6.* verſ.25. & cap.7. verſ.1.16.18. & 19.

10 *Ducatus eſt in obligatione ratione præſentis currentiæ .*

11 *Decima ſolvitur juxtà valorem monetæ , tunc currentem .*

12 *Quindennium eſt adinſtar Decimæ .*

13 *Penſio reſervata in tot Ducatis , ſolvenda eſt juxtà valorem monetæ tunc currentem , idem dicendum de congrua .*

14 *Quindennium ſimile eſt Penſioni , & adducitur locus* Joann. cap.21. verſ.16.17. & 18.

15 *Ducatus deductus in obligatione , cenſetur poſitus taxativè .*

16 *In gratia Principis ſpectandus eſt valor monetæ currens de tempore ſolutionis .*

17 *Attendendus eſt valor monetæ currens de tempore teſtamenti , non autem de tempore ſolutionis legati .*

18 *Pecunia credita reſtituenda eſt juxtà valorem currentem de tempore obligationis , non ſolutionis .*

19 *Contrarium verius .*

20 *Vel quando procedat , declaratur .*

21 *Dos reſtituenda eſt in tot nummis juxtà valorem de tempore promiſſionis , ſeu conſtitutionis .*

22 *Referuntur DD. contrarium tenentes .*

23 *Ex Beneficiis non Conſiſtorialibus debetur ſolummodò media annata .*

24 *Videretur ſolvendum eſſe quindennium juxtà valorem Ducati currentem de tempore obligationis , ſeu promiſſionis .*

25 *Declaratur* Bartol. in l. Paulus n.4. ff. de ſolution.

26 *Aſſertur abſurdum , quòd videretur reſultare , ſi quindennium ſolvendum eſſet juxtà valorem Ducati currentem de tempore ſolutionis .*

27 *Contrahentes nunquàm intelliguntur ſe obligaſſe ad extravagantia .*

28 *Idem eſt quindennium , ac media annata .*

29 *Augumentum , aut diminutio monetæ extendi nequit ad augendam , ſeu reſpectivè diminuendam annatam .*

30 *Si quindennium ſolvitur juxtà valorem de tempore unionis , illius ſolutio non redditur impracticabilis .*

31 *Valor ab initio taxatus , non poteſt poſteà creſcere , aut diminui ob excreſcentiam , aut diminutionem monetæ .*

32 *Eccleſia in exactionibus benignior laicis eſſe ſolet .*

33 *Ob-*

33 *Obſervantia univerſalis ſolvendi quindennia juxtà valorem Ducatorum currentem de tempore ſolutionis quomodò intelligatur.*

34 *Non debet ſolvi plus, nec minus, quàm media annata.*

35 *Mutato rerum ſiſtemate, lex non conſervat obligationem.*

36 *Melius videtur Annatiſtis, quòd ſolvatur quindennium juxtà valorem Ducatorum de tempore unionis, quàm de tempore ſolutionis.*

37 *Quomodò impracticabilis reddatur materia quindenniorum, ſi in ſolutione quindennii attendendus ſit valor Beneficii.*

38 *Perpenduntur ſuprà deducta* n.23.

39 *Ducati expreſſi in actu unionis, dicuntur eſſe principalitèr in obligatione, & taxativè ſtant pro regula futurorum quindenniorum:*

40 *Adducitur exemplum taxæ Beneficiorum factæ per* Joannem XXII. *ad exigendum annatam, ſeu commune, & minutum ſervitium.*

41 *Sacrum Collegium etiàm hodiè taxat nova Beneficia non taxata in Camera.*

42 *Prædicta taxa eſt fixa.*

43 *Cur in Proviſionibus Epiſcopatuum fiant Proceſſus ſuper eorum valore.*

44 *Fructus ferè omnium Epiſcopatuum, & Monaſteriorum, à tempore taxæ* Joannis XXII. *aucti fuerunt.*

45 *Obſervantia in materia quindenniorum præſtat titulum.*

46 *Annatæ etiàm ex conſuetudine validè introduci poſſent.*

47 *Annatæ quantitas, & modus obligationis validè induci poteſt ex conſuetudine.*

48 *Conſuetudo excedens plura ſæcula, æquipollet immemorabili.*

49 *Immemorabilis inducit quemlibet meliorem, & validiorem titulum.*

50 *Contrahentes præſumuntur ſe conformare legibus de materia loquentibus, & ſecundùm illas ſe obligare, ad quod adducuntur exempla.*

51 *Solutio quindennii facienda eſt juxtà valorem Ducati tunc currentem, ſivè adauctus, ſivè diminutus fuerit, & affertur exemplum olei, vini, & frumenti.*

52 *Contrarium quandò procedat.*

53 *Cùm in materia quindenniorum Ducatus de Camera ſit in obligatione, ſolutio quindennii facienda eſt juxtà valorem poſteà adauctum, ſivè diminutum.*

54 *Habere Doctorem punctualem ſinè contradictore, idem eſt, ac verſari in caſu legis.*

55 *Obſervantia longæva generalis, multòque magis particularis, alicujus manus mortuæ, in modo ſolvendi, præſumere facit, talem fuiſſe conventionem.*

56 *Attendi debet æſtimatio monetæ de tempore obligationis.*

57 *Quod declaratur, & examinatur* Rot. in Romana Cenſus, ſeu Canonis corám Emo Falconerio tit.37. de ſolution. deciſ.23. tom.3. confirmata coràm Cerro, & Criſpolto.

58 *In caſu, quo non poteſt ſciri valor intrinſecus monetæ, quæ cadit in obligatione, neceſſe eſt ſolvere valorem extrinſecum ſemel, & ultimo loco ſolutum.*

59 Rot. in dict. Romana Cenſus, ſeu Canonis *refellitur, & iterùm declaratur.*

60 *Pendente reviſione in gradu reſtitutionis in integrum, à deciſionibus non ſine magna votorum ſciſſura editis, certò ſperari poteſt, quòd Sac. Rota ab eis recedet.*

61 *Rota de facili ſententiam mutat.*

62 *Auctor condolet omiſſam cuſſionem Ducati de Camera, & conſuleret illius cuſſionis reaſſumptionem, & cur.*

63 *Ducatus, ſeu Florenus auri Florentinorum quoque ad monetam imaginariam redactus erat.*

64 *Hodiè tamen, reaſſumpta illius cuſſione, non alia moneta in foro frequentior cernitur, quàm prædictus auri Florenus.*

65 *Indecorum eſt, ut triumphent exemplaria, in æternum pereat Prototypus.*

CAPITULUM XI.

PRO clariori dicendorum intelligentia præ-
mittendum eſt, quòd aliqui Doctores pu-
tant, monetam mutatam eſſe in bonitate extrin-
ſeca, quotiès, retento eodem pondere, & qua-
litate materiæ, ex facto Principis, vel ex publico
commercio alteratur ejus valor, alii verò hanc
mutationem appellant intrinſecam; E contrà ve-
rò mutationem extrinſecam alii intelligunt, quo-
ties moneta mutatur in pondere, vel alteratur in
materia. Cùm autem ex Beneficiis unitis ſolven-
da ſint quindennia in tot Ducatis auri de Came-
ra, ſi illa excedant 24. Ducatos, juxta Conſti-
tutiones ſuper quindenniis editas, latòque cala-
mo per nos ſuprà tradita in *Cap. I.* ac paſſim
alibi; cùmque Ducati valor per Pontificem uti
ſupremum, ac abſolutum Principem modò au-
geatur, & modò diminuatur ob varias rerum
circumſtantias ad id ſuadentes: ex eo ſanè, 1
quòd variis de cauſis, ità exigentibus commer-
cii ratione, ac publica neceſſitate, ſolet moneta
mutari, & alterari quandoque illam augendo,
& quandoque illam diminuendo, cujus quidem
incrementum, aut decrementum re vera non
provenit ex placito Principis, ſed à commercio,
& potiſſimùm ex deterioratione monetæ argen-
teæ, ad Principem enim ſpectat dumtaxat mo-
netarum æſtimatio, *Brun. de augment. & dimi-
nut. monet. in præmiſſis n.5. & limit.6. Theſaur. eod.
tract. part.2. n.13. Gobb. de monet. qu.6. num.124.
Covaruv de veter. collat. numiſmat. cap.7. in princ.
juncto num.6. verſic. mutatio verò pecuniæ, & var.
reſol. lib.1. c.11. n.3. & 4. verſic. quò verò obiter,
Fenzon ad Statut. Urb. lib.1. cap.197. n.161. cum
ſeqq. Card. de Luca de Regalib. diſc.126. num.7. &
diſc.128. n.5. & 10. in med verſ. cùm enim alteratio
monetarum, Belluga ſpecul. Princip. tit. de mutat.
monet. Rubric.36 per tot. Sixtin. de Regalib. lib.2.
cap.7. de monet. n.32. Maſtrill. de Magiſtrat. part.1.
lib.3. cap.10. n.145. 148. & 150. Luc. de Penna in
tit. C. de veter. numiſmat. poteſt. n.4. lib.11. Platea
in l. fin. n.1. in princip. C. eod. Perez ad dict. tit. n.12.
in fin. & n.13. Gonzalez Tellez in cap. quantò 18. in
not. n.3. in princip. verſ. ſed contrarium, de jurejur.
Felician de cenſibus tom.2. cap. unic. n.18. antè med.
§. Et partem in fin. juncto num.20. & ſeqq. Hermes
faſcicul. Jur. publ. cap.9. n.217. Steph. de Juriſdict.
cap.1. n.2. Boer deciſ. Burdegal.327. n.6. & 7. part.2.
Peguer. deciſ. Cathalon. 46. n.11. Cabed. deciſ. Portu-
gall.45. num.5. cum ſeqq. part.2. Rota in recentior.
deciſ. 329. n.6. part. 19.* contingit dubitare, an
antiquus valor Ducati de tempore unionis, an
verò modernus currens de tempore ſolutionis
quindennii, modò auctus, modò diminutus,
in

in ſolutione ſingulorum ſucceſſivorum quindenniorum veniat attendendus: quamobrem proponimus in præſenti, quòd quindennia ſolvenda ſunt juxta modernum valorem Ducati auri de Camera currentem de tempore ſolutionis cujuſlibet quindennii, non autem juxta antiquum valorem de tempore unionis Beneficii, tàm in caſu ſupervenientis augumenti, quàm diminu-
2 tionis valoris Ducati poſt unionem, dum ad favorem Cancellariæ, & Annatiſtarum militat magiſtralis theorica *Bartoli in l. Paulus n.4. ff. de ſolution.* communiter apud DD. & Tribunalia recepta, quòd quando in obligatione non eſt aliqua moneta imaginaria, ſeu phantaſtica, & chimerica, ſed ſpecies certa, ac determinata monetæ realis, ac actualis, ſeu actu in rerum natura exiſtentis, qualis eſt Ducatus auri de Camera, ſi fortè contingat (quod contingere poſſe mox demonſtravimus) poſteà illam ſpeciem monetæ variari, ſeu alterari in valore intrinſeco, ut quia mutata materia, vel pondere, eadem ſpecies de novo cudatur, attendendus veniat valor monetæ de tempore contractus, ſeu obligationis, ſi verò illa ſpecies monetæ in obligationem deducta, ſimpliciter alterata fuit in valore extrinſeco, eo, quòd retento tamen eodem pondere, & materiæ pretioſitate, ſeu æſtimatione ex communi uſu, vel Principis edicto ejus valor adauctus, vel diminutus fuerit, ſolutio facienda eſt in eadem ſpecie monetæ, ſi commodè illa haberi poteſt, ſin minùs, debetur ejus æſtimatio habita ratione quanti de tempore ſolutionis valet illa ſpecies monetæ, proindèque ſolutio facienda eſt juxta valorem tunc currentem de tempore ſolutionis, veluti in generalibus terminis de quacumque monetæ ſpecie ſingulariter notant *Felician. de cenſib. tom.2. lib.4. cap.unic. n.29. cum ſeqq. Fenzon. ad Statut. Vrb. lib.1. c.197. n.179. cum ſeqq. Anſald. de commerc. & mercatur. diſc.5. per tot. Gobb. de monet. qu.5. n.2. ac per tot. Gratian. diſc.560. n.9. cum ſeqq.* & in terminis terminantibus Ducati auri de Camera *Lotther. de re benef. lib.1. qu.39. n.202. cum ſeqq. Card. de Luca de Benef. diſc.89. n.16. in fin. & n.18. in fin. & de Penſion. diſc.36. n.4. cum ſeqq. & de alienat. diſc.10. n.3. in princip. & de Emphyteuſ. diſc.78. n.3. Tondut. de Penſion. cap.40. num.19. & 22. cum ſeqq. Gratian. diſc.417. n.1. cum ſeqq. Budell. de monet. & re nummar. lib.2. cap.2. n.37. Rub. in addit. ad deciſ.67. n.19. cum ſeqq. part.9. recentior. tom.1. Adden. ad Gregor. deciſ.42. num.7. Rota coram Dunozet. Sen. deciſ.139. n.1. & per tot. Card. Seraphin. deciſ.84. n.1. cum ſeqq. to.1. Coccin. deciſ.2339. n.1. cum ſeq. Triol. dec.261. in princip. juncto n.6. deciſ.683. n.3. deciſ.686. n.1. & deciſ.899. n.2. part.4. diverſ. & in recentior. deciſ.597. n.2. par.1. deciſ.135. n.2. par.3. deciſ.430. n.1. cum ſeq. part.4. deciſ.287. n.2. in fin. & 8. in fin. §. Et placuit Dominis, deciſ. 500. in princip. & deciſ.504. in princip. juncto n.6. part.14.*
3 quæ quidem theorica generaliter intrat in quibuſcumque contractibus, & obligationibus etiam perpetuis, ſeu habentibus tractum ſucceſſivum (quales procul dubio ſunt obligationes quindenniorum, ſeu pro quindenniis factæ occaſione unionis Beneficiorum) juxta reſolutionem Senatus Mantuani, teſte *Gobb. de monet. qu.5. à n.38. uſque ad fin.* ubi de contractu emphyteutico: quemadmodùm enim debitor in caſu decrementi valoris extrinſeci monetæ liberatur, ſolvendo in eadem ſpecie monetæ, vel in æſtimatione juxta valorem diminutum, ità pari paſſu ad ſervandam æqualitatem, in caſu incrementi tenetur ad æſtimationem juxta valorem auctum, veluti ponderat *Rota coram Dunozet. Sen. deciſ. 139. n.3.* ac in puncto ſolutionis quindenniorum quòd procedendum ſit cum memorata theorica Bartoli comprobat *Card. de Luca de Benefic. diſc.89. n.16. cum ſeq. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.1. cap.17. n.12.*

Palpabilior inſuper redditur juſtitia valutandi Ducatos juxta eorum valorem de tempore ſolutionis quindennii currentem, tàm in caſu augumenti, quàm in caſu decrementi eorum valoris, 4
dum obligatio in actu unionis concepta, fieri ſolet in tot Ducatis auri de Camera, quæ moneta vera, & realis, ſuum habet intrinſecum valorem, puta centum Ducati auri de Camera conſtant centum, & novem ſcuta auri in auro, juxta experientiam aliàs practicatam, & Decretum Cameræ Apoſtolicæ deſuper emanatum, referente *Rot. dec.686. in princip. par.4. diverſ.* ità, ut manus mortua intuitu unionis, & juxta diſpoſitionem Conſtitutionum Apoſtolicarum ſe obligans ad ſolutionem quindennii in tot Ducatis, cenſetur in ſe ſuſcepiſſe caſum fortuitum diminutionis monetæ dependentem à deterioratione monetæ argenteæ; qui ideò cedere debet in damnum manus mortuæ, eo ſanè modo, quo ceſſiſſet augumentum monetæ ad commodum manus mortuæ ex regula *textus in l. ſecundùm naturam 10. ff. de regul. Jur.* fortiùs, quia in Bulla unionis vigore expreſſionis certi valoris in tot Ducatis, primum quindennium, ſeu media annata valutata extitit in tot Ducatis pro intranti quantitate reſpectu ad medietatem annui valoris fructuum Beneficii; puta de Beneficio expreſſo in Ducatis bis mille, ſolutum fuit primum quindennium, ſeu dimidia annata per neceſſarium conſequens valutata fuit in Ducatis mille, junctis aliis paucis Ducatis pro miniſtris, ſeu rogitu: quo caſu iſti Ducati mille cum effectu ſoluti pro primo quindennio contemplatione unionis Beneficii, etiam ex voluntate Partium non intelliguntur adjecti ſimpliciter demonſtrativè, & commenſurativè ad medios fructus illius anni, ſed taxativè: adeò, ut haberet vim taxæ perpetuæ pro omnibus futuris quindenniis, non ſecùs ac taxa Joannis XXII. vim habuit perpetui ſtabilimenti annatæ in proviſionibus Beneficiorum; omiſſo, quòd coincidens ſolutio cujuſ- 5
libet quindennii ſemper venit facienda vel in ipſa ſpecie monetæ in obligationem deducta, vel in aliis ſpeciebus, habita ratione quanti Ducatus emi poſſet de recenti tempore ſolutionis cujuſlibet quindennii, dum promiſſa moneta eſt æſtimata, ſivè illius valor augeatur, ſivè minuatur, & æſtimatio monetæ facit quandam venditionem, & debitor tenetur æſtimationem ſolvere, non autem rem æſtimatam, ad *textum in l. ſi æſtimatis, l. æſtimatæ ff. ſolut. matrim. Menoch. conſ.49. n.12. cum ſeqq. Ferentill. ad Buratt. deciſ.626. n.6.*
cùm augumentum, & diminutio cedere debeat 6
commodo, & incommodo Cameræ quindennium recipere debentis, ſicque creditricis, prout occaſio fert majoris, vel minoris valoris Ducati, *Sola de monet. caſ. 24. n. 1. cum ſeqq. Ciarlin. controv. 239. n. 14. tom. 3. Cencius de cenſib. part. 2. cap.2. qu.4. art.4. n.25. Felician. eod. tract. tom.2. lib.4.*

lib.4. cap.unic.n.30. verſ. ubi autem, Gaill. pract. obſ.lib.2.obſ.73.n.9. Duard. de Camb. qu.25.n.30. Scacc.de commerc.§.2.gloſ.5.n.177.& 181. Covarruv.de collat.veter.numiſm.cap.7.§.unic.n.2.verſ. quarta concluſio in fin. Lotther. de re benef. lib. 1. qu.39.n.204. Adden.ad Ludoviſ.deciſ.48.n.8. Rota poſt Cenc. de cenſib.deciſ.219. n.9. Priol. deciſ.261. n.6.repet.deciſ.504.part.14.recentior. ibi: ut evenit in Ducatis auri de Camera, qui in valore excreverunt, tunc illius æſtimatio debetur ad rationem, & quantitatem currentem de tempore ſolutionis; ità, ut tàm incrementum, quàm decrementum valoris cedant damno, vel lucro creditoris &c. Penna deciſ.5. n.1.verſ. quantum ad ſecundum, & num. 2. ſecundùm impreſſ. Lugdun. Dunozet. Sen. deciſ.139.n.1.in princip.juncto n.2.in med.§.Si contigiſſet, n. 3. & 4. ibi: conſequens eſt, non poſſe tantundem reddi, neque eandem bonitatem præſtari, & exolvi, niſi vel mille Ducati auri de Camera ejuſdem monetæ genere, eodemque numero ſolvantur, vel debitor, ut creditoris indemnitati conſulat, tantundem in aliis nummis præſtare velit, quanti totidem Ducati de Camera juſti ponderis emi poſſint &c. Si contigiſſet enim, valorem Ducatorum aureorum de Camera à tempore obligationis decreviſſe in bonitate intrinſeca, tamen debitor mille Ducatos aureos ſolvendo, liberaretur, eadem ratione qualecumque eveniet incrementum, non aliter obligationi ſatiſſiet, niſi mille Ducati numerentur, eorumve talis valor, ut creditor reperire, & emere poſſit totidem Ducatos aureos ei, qui ei per debitorem fuerunt promiſſi, ex vulgata juris regula qui ſentit onus &c. deciſ.682.n.3. part.4. diverſ. ibi: quoties moneta deſtinata ſolutioni, augetur, vel minuitur in valore extrinſeco, procedit ad commodum, vel damnum illius, cui facienda eſt ſolutio, & deciſ.686. n.2. in med. ead. part.4. diverſ. ibi: Sicut diminutio Ducati eſſet damnoſa Penſionario, ſic etiam augmentum debet illi prodeſſe &c. deciſ.149 n.7.part.2. recentior. ibi: ſi valor monetæ antiquæ poſitæ in obligatione fuiſſet diminutus, ſatis eſſet ſolvere ipſam monetam antiquam, etſi reſultaret præjudicium creditoris &c. ità etiam ſicut diminutio cedet ad incommodum creditoris, & augmentum cedere debet ad ipſius commodum &c. quoties pecunia, eodem pondere, & materia manentibus, vel augetur, vel minuitur, extrinſecùs, quoad pretium talis mutatio nocet, & prodeſt creditori, Rub.in annot.ad deciſ.67.n.28.part.9.tom.1. ibi: ità, ut incrementum cedat lucro creditoris, & decrementum ad ejuſdem pariter damnum adſcribatur &c. Rota deciſ.164.num.8.part.15. ibi: quotiès moneta deſtinata ſolutioni, augetur, vel minuitur in valore extrinſeco, procedit ad commodum, & damnum illius, cui facienda eſt ſolutio &c.

In quorum omnium ſtabilimentum valdè ſtringit exemplum Beneficiorum taxatorum in certa quantitate, quoad ſolvenda nempè quin-
7 dennia in tot Ducatis, quindennia ſolvere debentium in ſemel fixis ab initio de tempore unionis Ducatis, ſivè poſt unionem creſcant, ſivè decreſcant fructus, ex ſua ſede per nos congeſtis.

Prout non parùm urget, quod habita fide de pretio in re vendita, dilatâque ſolutione (ut ſolet) ad certum tempus, puta intrà annum, aut biennium, vel aliud longius, ſeu brevius tempus conventum, & pendente termino præfixo ſolu-
8 tioni, interim mutata moneta cum incremento, ſivè decremento, eadem ſolutio facienda eſt juxta valorem monetæ currentem de tempore ejuſdem ſolutionis, Theſaur. de augum.monet.part.2. n 61. Rodriguez de an.reddit.lib.2.qu.15.n.92.

Totaque baſis fundamentalis ſolvendi quindennia juxta valorem monetæ cantantem de tempore faciendæ eorum ſolutionis, poſita eſt in æqualitate, maximè inter Eccleſiaſticos ſervanda; ſicuti namque, nè debitor, & cre- 9
ditor contrà Juris regulas ad imparia judicentur, decreſcente tempore ſolutionis quindennii, valore Ducati (prout caſus ferre poteſt) manus mortua quindennii debitrix non eſſet ſolutura in rei veritate tantum quantum ſolvit tempore unionis Beneficii, ità è converſo non debet adversùs Annatiſtas quindennii creditores eo jure uti, cujus contrarium pro ſe ipſa non eſſet admiſſura eadem manus mortua; cùmque obligatio ſolvendi quindennium conſiſtat in certo numero Ducatorum, ſi reciperent Annatiſtæ in caſu augmenti Ducati minus, non reciperent re vera in bona arithmetica tot Ducatos quot illi deberentur, quando tamen pecunia debet eſſe talis, quæ præbeat ſuam utilitatem æqualem in forma ſicut in materia, dum creſcente valore Ducati, ſeu alterius monetæ aureæ, aut argenteæ, creſcit valor omnium aliarum rerum, ſeu mercium, & creditor habens eandem pecuniæ ſpeciem, cum eadem res emere poterit, quas habuiſſet, ſi pecuniæ valor alteratus non fuiſſet; adeò quòd Ducati illi forſitan numero plures ratione augmenti valoris non ſint futuri utiliores Annatiſtis, quàm illi numero pauciores de tempore unionis ratione diminutionis valoris, ad textum in l.1.ff.de contrah.empt.l.pretia rerum 63.ff.ad leg.Falcid.l.cùm pro pecunia 24.C. de ſolution.l.pro imminutione 2.C.de veter. numiſmat. poteſt lib.11. Sola de monet. caſ.24. n.7. cum ſeqq. ibi: quia ſi aurei valor extrinſecus decreviſſet, utique debitor non eſſet ſoluturus numerum illum Florenorum, ſeu Librarum, quas aureus valebat tempore contractus, ſed potiùs ipſum aureum, & proindè debitor non debet in creditorem eo jure uti, cujus contrarium pro ſe ipſo non eſſet admiſſurus &c. quia, cùm obligatio conſiſtat in numero aureorum, ſi reciperet Florenos undecim loco unius aurei valoris Florenorum 13.& groſſ.3. non tantos conſequeretur quot ſibi debentur &c. quia, etſi videar in illa ſumma aureorum centum conſequi majorem numerum Florenorum, quàm tempore contractus non conſequor, tamen ex eo majore numero majorem utilitatem conſequor, cùm, creſcente valore aurei, creſcat valor omnium aliarum rerum &c. adeò quòd non ſint mihi futuri utiliores Floreni 13. & groſſi 33. quàm illi Floreni undecim, pro quibus aureus tempore contractus impendebatur &c. Theſaur.de augment.monet.part.1.num.68. Robert.rer. judic. lib.1. cap.16. in fin. pag. mih.284. in fin. & pag.385.in princip. ibi: fallitur autem quiſquis in æſtimatione aurei, cujus valor nunc decem ſolidis auctus eſt, lucrum aliquod ingens accedere creditori exiſtimat. Ut & vulgus falli ſolet, dum ſe ditari credit, quotiès creſcit aurei valor. Sicut enim nummi pretium augetur, ità etiam creſcunt, & augentur tàm mercium, quàm cæterarum rerum pretia. Undè fit, ut generali, & publico cujuſque nummi incremento privatis neque accedat, neque decedat quidquam. Nam primo contractæ obligationis tempore ſexcenti aurei valebant quidem mille quingentas Libras Turonenſes: nunc autem mille octingentis

tis

tis Libris Turonenſibus æſtimantur. At verò nullum in eo lucrum eſt, nullaque accedit evidens adjecti emolumenti utilitas. Quæcumque enim aliquis tempore contractus mille quingentis Libris comparare poterat, vix hoc tempore mille octingentis Libris emere, & conſequi liceret: atque ideò, ſeu jus, ſeu æquitatem ſpectes, potior eſt creditoris cauſa &c. Senatus pro creditore pronunciavit &c. ut &c. haberetur ratio ejus valoris, qui nunc eſt, non qui tempore contractus fuit, Boſſ. de monet.n.12.Gobb.eod.tract.q.1.n.49. Card.de Luca de feud.diſc.4.n.17.& de alienat.diſc.14.n.9.Boer. deciſ.Burdegal.327. num.9. part.2. Grivell. deciſ. Dolan.36.n.5. ibi: *aucto ſcilicet aureo illo nummo, quoad valorem extrinſecum non debet offerre æſtimationem ſecundùm tempus contractus, ſed ſecundùm tempus ſolutionis. Sicuti enim diminutionem ad ſui utilitatem accepiſſet; ità etiam æquum eſt, ut admmittat augmentum ad ſui damnum &c.Rub. ad deciſ.67.n.24.cum ſeq.p.9.recentior. tom.1.* ibi: *quemadmodùm pretia rerum ab illa monetarum variatione æſtimantur, ità & cætera commercia eadem proportione veniunt regulanda, nec de damno poterit creditor conqueri, quia habet eandẽ pecuniæ ſpeciem, cum qua eaſdem res emere poterit, quas habuiſſet, ſi pecunia alterata non fuiſſet &c.Rota deciſ.509. n.16. cum ſeq. part.19. tom.2. recentior.* ibi: *mutatus fuit valor intrinſecus rerum, qui crevit propter affluentiam auri, & argenti poſt apertum iter ad Indos; ità, ut illud, quod antiquitùs erat condignum pretium Caſtri, hodie vix ſufficeret ad jus comparandum; ideò non valet inferri ex valore illius temporis ad præſens &c.*

Ad quod mirè conducit horrendum illud exemplum carioris annonæ occaſione obſidionis Samariæ, à Sacra Pagina allatum *lib.4. Reg. cap.6.verſ.25.* ibi: *donec venundaretur caput aſini octoginta argenteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbarum, quinque argenteis &c. & cap.7. verſ.1.* ibi: *in tempore hoc cras modius ſimilæ uno ſtatere erit, & duo modii hordei ſtatere uno &c. verſ.16.* ibi: *factuſque eſt modius ſimilæ ſtatere uno, & duo modii hordei ſtatere uno &c. & verſ.18.& 19.* ibi: *duo modii hordei ſtatere uno erunt, & modius ſimilæ ſtatere uno, hoc eodem tempore cras &c.*

Super reductione autem Ducati aurei ad monetam noſtralem, ſivè forenſem auream, ſeu argenteam, me remiſſivè habeo ad tradita per *Roſ. de exeq.lit.Apoſt. part.1.cap.7.num 174. Menoch. conſ.49.n.15.Gratian diſc.51.num.17.& diſc.417. n.1.10. & 17. in fin. §. Ideò Penſiones, Fenzon. ad Statut.Urb.lib.1.cap.197.n.149.cum ſeqq.Budæus de aſſe lib.2.pag.mihi 169.Mandoſius in Regul.25. Cancellar.de monet.qu.3.n.2. cum ſeq.Sott.ad eand. Regul.n.4.cum ſeq.Chokier ibid. num.10. cum ſeq. Amayden. de ſtyl.Datar.lib.1.cap.17.n.12.Tondut. de Penſion.cap 40.n.1.4.32.& ſeqq.Pyrrh.Corrad. in prax.benef.lib.2. cap.13.n.7. cum ſeqq. Germon. de Indult. Cardinal. §. Regularia n.38. & 84.Card. de Luca de Benef. diſc.89. num.16. in fin §. Adeòque, & de Penſion.diſc.34. num.6.cum ſeq.diſc.35. n.11.cum ſeq. & diſc.84. n.6.cum ſeq. de credit. & debit. diſc.140. n.11.de emphyteuſ. diſc.78.num.3. de alienat.diſc.10.nu.3.in med. & de Regalib. diſc. 126.n.5.in med. verſ.undè, & n.10. & diſc.197. nu.12. & miſcell. Eccl. diſc.4. num.16.Adden. ad Buratt. deciſ.626. num.6. ad fin. et num.8. Rota apud Randenſ.var.reſol. cap.64.n.22.cum ſeqq. & coram Priolo dec. 261. n.12. & dec.471. n.4.Dunozet. Jun dec 210.n.4.Coccin.dec.2339.num.1.in princip Zarat dec.34. ſub n.5.cum ſeq.deciſ.682.in princip. juncto n.3. dec.683. in princip. juncto n.2. in princip. & med. dec.686. in princip. juncto n.4. §.Præter id. & §.Non obſtat, dec.760.per tot. & dec.761.in princip juncto n.1.ſeu unic.in fin.§. Non obſtat.& dec.900.in princip juncto n.2.& dec.903. in princip.par.4.diverſ.dec.114.n.1.3.4.&7.par.1. recentior.dec.149.n.1.2.3.&8.antè med.verſ.& ſic ſi moneta aurea, part.2.recentior.dec.135.n.1.&4. part.3.recent. dec.73 n.11.in princ. verſ. remanent Scuta 38.par.11.recen.dec.287.n.2.3.&8.dec.500. in princip.juncto n.2.cum ſeqq. & dec.704.n.6.antè med.§.Non obſtat, & n.10. §.Declararunt par.14. rec.dec.233.n.7.part.19.rec. Mantiſ. ad Card. de Luca dec.49.n.6.dec.50.n.4.&6.dec.52.num.6. et n.7.in princip.§.Et ità, dec.58.n.3.4. & 5.dec.59. in princip. §. Suppoſito enim, dec.60.n.1. dec.61.in princip.dec.62.in princip.§.Haud enim, juncto n.3. 4.et 8 in princip §.Detracto lib.13.vol.4.et dec.37. n.1.cum plur. ſeqq.lib.15.eod.vol.4.*

Redeundo modò ad punctum principale,
valdè opitulatur noſtro intentui, quòd novus 10
valor Ducati eſt in obligatione facta per manum mortuam, ratione præſentis currentiæ, ſeu ultimæ valutationis ejuſdem Ducati per Principem impoſitæ, Ducatus enim ſicuti ſuum habuit valorem, ſeu importantiam antiquam, ità poſtmodùm ſuam habere debet currentiam juxta tempus præſens ſolutionis cujuſlibet quindennii, veluti in fraternizantibus terminis canonis debiti in recognitionem directi dominnii (prout eodem modo quindennium debetur) notat *Amic.de jure emphyt.quæſt.86. n.4.* ibi: *moneta eſt in obligatione ratione præſentis currentiæ &c. habuit enim moneta ſuam currentiam ſuo tempore, et habet ſuam de præſenti &c.*

Hinc eſt, quòd Decima Papalis, ſivè alia 11
quæcumque particularis ſolvitur juxta valorem monetæ currentem de tempore, quo facienda eſt ipſa ſolutio, *Clem. ſi Beneficiorum 2. de Decim.* ibi: *ad monetam currentem communiter, ipſa Decima levari poterit, et debebit, ubi Vitalin.n.63.* ibi: *fiat ſolutio ſecundùm valorem mutatæ monetæ &c. Barboſa ibid. num. 2.* ibi: *notatur ad hoc, quòd monetarum valor attenditur, qui eſt ſolutionis tempore &c. Brun. de augment. monet. conc.
ult. declar. 12.* quindennium autem eſſe adinſtar 12
Decimæ latè ſuprà demonſtravimus *Cap. I.* & alibi paſſim, undè ex identitate rationis pari paſſu ambulare debet quindennium cum decima in modo illud ſolvendi, ducto argumento ab
identitate rationis ex vulgatis. Hinc Penſio 13
Eccleſiaſtica reſervata in tot Ducatis aureis, ſolvenda eſt juxta valorem Ducatorum currentem de tempore ſolutionis ipſius Penſionis, non autem juxta antiquum currentem de tempore reſervationis, ſeu impoſitionis, *Lotter de re benef.lib.1.qu.39. n.207.Budell. de monet.et re nummar.lib.2. cap.2. n.37. Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.40.n.19.et 22.cum ſeqq.Gratian.diſc.417.n.1. cum ſeq.* ibi: *contigit in facto dubitari, an iſta Penſio eſſet talis, ut reciperet augmentum; ità, ut, ſi modò Ducati centum de Camera conſtituerent majorem ſummam, quàm Scutorum centum triginta quinque, eſſet ſolvendum Penſionario iſtud augmentum, vel potiùs ſatisfactum ſit obligationi, ſi ſolvantur dicta Scuta centum triginta quinque taxata &c.Dicebatur, ſolutionem eſſe faciendam ſecundùm*

dùm valorem Ducati de tempore ſolutionis, cùm Ducatus fuerit in obligatione propter illa verba reſervamus annuam Penſionem &c. Ducatorum centum auri de Camera. Quando autem Ducatus eſt in obligatione, et non eſt mutata bonitas intrinſeca, tunc attenditur valor de tempore ſolutionis &c. Rota coram Coccin.deciſ.2339.n.1.cum ſeq. ibi: *oſtendunt voluntatem Partium inhærendi dictæ ſupplicationi, quæ, cùm cantet in Ducatis Cameræ, eſt attendenda, et Ducati dicuntur eſſe in obligatione, et ſolvi debent juxta valorem currentem de tempore ſolutionis &c. Commiſſio verò Rotalis, et mandata fuerunt expedita in Scutis* 300. *monetæ, quia tantum de eo tempore valebant* 207. *Ducata Cameræ, et ſic non obſtant pro paghis futuris &c. et in recentior. deciſ.* 597. *num.* 2. *part.* 1. ibi: *quia Scuti valor, qui tempore obligationis erat centum ſolidorum, ad centum, et decem aſcenderit, vel ad nonaginta fuerit diminutus, iſto caſu debet ſolutionis tempus attendi &c. deciſ.*135. *n.*2. *part.*3. ibi: *Domini cenſuerunt eſſe faciendam ſolutionem ſecundùm valorem Ducati currentem de tempore ſolutionis &c. eo, quòd Ducatus eſt in obligatione &c. quando autem Ducatus eſt in obligatione, et non eſt mutata bonitas intrinſeca, tunc attenditur valor de tempore ſolutionis &c. deciſ.*430 *num.*1.*cum ſeqq. part.* 4. ibi: *Dominis viſum fuit, ſolutionem eſſe faciendam, vel in illis aureis, &c vel in eorum valore de tempore faciendæ ſolutionis, nam cùm in dictis aureis Penſio fuerit reſervata, debet in iiſdem ſolvi, vel in alia æquivalenti moneta ſolutionis tempore, cùm Scuti bonitas intrinſeca immutata non fuerit &c.*

Hinc congrua centum Ducatorum aſſignata Parocho per *Sacrum Concil. Tridentin. ſeſſ.* 24. *de Reformat. cap.* 13. pariter ſolvenda eſt ſecundùm valorem currentem de tempore ſolutionis, *Rota coram Priolo deciſ.*261. *in princ. juncto n.*6.*repetit. part.* 14. *recentior. deciſ.* 504. ibi: *per ſententiam Rotalem &c. pronunciatum fuit, Capitulum Turritanum teneri ſolvere &c. moderno Rectori Eccleſiæ Parochialis &c. annuos Ducatos centum auri de Camera &c. illòſque deberi juxta valorem currentem de tempore ſolutionis. à qua ſententia appellatione interpoſita per Capitulum &c. Domini &c. dixerunt eſſe confirmandam &c. quando non mutatur bonitas, ſeu qualitas intrinſeca monetæ, ſed ſolùm alteratur quantitas extrinſeca valoris, ut evenit in Ducatis auri de Camera, qui in valore excreverunt, tunc illius æſtimatio debetur ad rationem, & quantitatem currentem de tempore ſolutionis; ità, ut tàm incrementum, quàm decrementum valoris cedat damno, vel lucro creditoris &c. deciſ.* 287. *n.*2.*in fin.&*8.*in fin.*§.*Et placuit Dominis,* ibi *juxta modernam æſtimationem &c. uſque ad probationem augmenti &c. et deciſ.*500. *in princip.ead.part.*14. ibi: *pronunciaveram de voto Dominorum &c. congruam Scutorum* 100. *auri de Camera à Capitulo deberi Parocho de Sens juxta valorem currentem tempore ſolutionis &c. Domini adhùc ſentientes, ſervandum eſſe valorem currentis Ducati&c.*quin-
14 dennium autem, cùm (ut prædiximus ſuprà in *Cap. I.* alibiquè paſſim) ſimile ſit Penſioni Eccleſiaſticæ, eiſdem regulis dimetiendum venit etiam in modo illud ſolvendi quoad æſtimationem monetæ currentem de tempore illius ſolutionis, ex vulgata regula parificationis, ac identitatis rationis: cùmque quindennium etiam introductum fuerit pro congrua Papæ, ut in prælaudato *Cap.I.* ac alibi monemus, immò liquet ex Conſtitutionibus Apoſtolicis ſuper materia quindenniorum promulgatis, nec non poſt *Tract. regiſtrat.* præſertim ex *Conſtit.in ordine la XV.* ibi: *pro congrua dignitatis, quam gerit tanquàm viſibile caput Eccleſiæ, ſubſtentatione &c. Mandoſ. conſil.*92.*n.*4.*in princip.* ibi: *pro ſuſtentatione Summi Pontificis, ac Sedis Apoſtolicæ, ut omnes norunt &c.* & mox diximus, congruam Parochi valutandam eſſe in tot Ducatis ſecundùm eorum æſtimationem currentem de tempore ſolutionis ejuſdem congruæ, quantò magis ità valutandum erit quindennium uti congrua Papæ, qui eſt Parochus Parochorum, tamquàm univerſalis Paſtor, ac integri, ſeu totius ovilis cuſtos, ex commiſſione gregis à Chriſto ſibi tradita, juxta illud: *paſce oves meas* apud *Joan.cap.*21.*verſ.*16. 17.*&*18. Addito, quòd etiam pro congrua Cardinalium introductum fuit quindennium ex *Conſtitut.*50.*Clementis X.* §.10. *in princip.Bullar.to.*6. *repet. poſt Tract. in ordine la XI.* ibi: *ſtatum illorum juxta Cardinalatus ſublimitatem decentiùs tenere &c.* Quibus omnibus hùc uſque deductis ſuper facienda valutatione Ducati ad normam arithmeticam præſentis currentiæ de tempore ſolutionis cujuſlibet quindennii, quadrat genuina
ratio ex eo nempè, quòd Ducatus de Camera in 15
obligatione ſolvendi quindennium deductus, non eſt moneta imaginaria, phantaſtica, chimerica, ſeu idealis, poſita in concavo Lunæ, ſed vera, realis, ac exiſtens in rerum natura, immò cenſetur poſitus taxativè, pro taxatione nimirùm tot Ducatorum in cauſam cujuſlibet futuri quindennii impoſterùm, ac indiſpenſabiliter fixo numero ſolvendorum, non verò demonſtrativè videlicet pro demonſtratione eorundem Ducatorum, *Card. de Luca de Penſion. diſc.*35.*n.*13. *diſc.*36.*n.*4. *& diſc.*84. *n.*6. *&* 8. *de Emphyteuſ. diſc.*78.*n.*3. *& de alienat. diſc* 10.*n.*3. *Rota in recentior. deciſ.*430.*n.*2.*part.*4. *tom.*1.; alia inſuper noſtro intentui aſſiſtit haud minùs valida ratio, quòd, cùm verſemur in unione Benefi-
cii, ſicque in gratia Principis, & quidem ma- 16
xima ob tractum perpetuum, & ſucceſſivum magni momenti ob fructuum perpetuam perceptionem, præſertim ſi Beneficium unitum, ſit pingue, ſpectandus eſt valor monetæ currens de tempore ſolutionis, *Maur. de ſolution.cap.*27.*n.*19.

Nec turbat in contrarium, quòd tàm in con-
tractibus, quàm in teſtamentis attendatur po- 17
tiùs valor monetæ currens de tempore teſtamenti, ſeu legati, non autem ille currens de tempore ſolutionis legati per textus apertos in *cap. olim* 20. *de cenſib. l. Rutilia Polla* 60. *ff. de contrahend. empt. l. cùm quid* 3. *in fine ff. de reb. credit. l. cùm quis* 22. *ff. de oblig. & action. l. hominem* 37. *ff. mandat. l. fundum Cornelianum* 28. *verſ.præſens æſtimatio, ff. de novation.l.nummis* 3. *verſic.cùm certa ſit, ff. de in lit. jur. l. ideò* 3.*verſ. pecuniarum quoque, ff. de eo, quod cert.loc.l. ſi ità eſſet* 7.*verſ.quia præſens tempus,l.cùm certum* 9.*ff. de aur. & argent.legat.l.uxori* 41. §. *Teſtamento* 4. *ff.de legat.*3.*Regnaud.de monet.n.*3. *Maur.de ſolut. cap.*27.*n.*16.*cum ſeq.Antonell.de temp.legal.lib.*1. *cap.*42. *n.*18. *Cyriac. contr. for.* 391. *n.*17. *lib.* 2.
Minùs obſtat, quòd pecunia credita, ſeu mutuò 18
data, reſtituenda ſit per mutuatarium, ſeu debitorem ſuo creditori juxta valorem currentem de tempore mutui, ſeu obligationis, non verò

juxta valorem præſentem de tempore ſolutionis, ſeu reſtitutionis pecuniæ, ſub motivo, quòd tàm teſtator, quàm Partes reſpexiſſe cenſeantur ad valorem de tempore contractus, nec præſumantur cogitaſſe de mutatione valoris monetæ uti caſu fortuito, *Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 42. n. 4. Theſaur. de augment. monet. part. 1. n. 54. & 58. & part. 2. n. 35. cum ſeqq. & deciſ. Pedemontan. 174. num. 1. Dian. reſol. moral. part. 8. tract. 7. miſcellan. reſ. 18. in princip. §. Sed modò, Maur. de ſolutionib. cap. 27. n. 10. et 15. Regnaud. de monet. n. 1. cum ſeqq. Brun. eod. tract. part. 3. n. 1. cum ſeqq. Bocer. de jure monet. cap. 2. n. 13. Mynſinger. obſerv. 1. num. 1.*
19 *centur.* 4. quippè textus in contrarium adducti potiùs favent, maximè ille in *l. cùm certum 9. ff. de aur. et argent. legat.* ibi: *pretium præſentis temporis præſtari debet*; & contrarium verius, quòd tàm in materia inter vivos, quàm in ultimis voluntatibus, in caſu ſuprà perpenſarum circumſtantiarum magis attendendus ſit valor monetæ currens de tempore ſolutionis, quàm ille currens de tempore contractus, aut teſtamenti, ſivè legati, quod re vera non debetur de tempore teſtamenti, ſed de tempore tantùm illius præſtationis, dum idem mox allegatus *Theſaur. de augment. monet. part. 2. n. 58. in fine, & n. 68. & 69.* ſe declarat, quòd potiùs in dubio ſolutio intelligatur promiſſa de valore monetæ currente tempore ſolutionis, potiſſimùm cùm valor Ducati in caſu propoſito extrinſecè, ſeu in ſua (ut ajunt) bonitate extrinſeca, tantùm creſcit, vel decreſcit, ſalva, ac illæſa remanente ſua bonitate intrinſeca, & proſequuntur *Menoch. conſ. 49. n. 50. & conſ. 138. n. 12. cum ſeqq. Amic. de jure emphyt. qu. 86. n. 15. Sola de monet. caſ. 24. n. 1. cum ſeqq. & caſ. 40. n. 15. Brun. eod. tract. limit. 10. n. 1.* Et quia etiam communior opinio eſt, quòd attendatur valor monetæ mutuatæ, potius de tempore reſtitutionis, quàm de tempore mutui, *Scaccia de commerc. §. 2. gloſ. 5. n. 148. Azor. inſtit. moral. par. 3. lib. 10. cap. 7. qu. 2. verſ. hæc quæſtio, in fine.*

20 Præterquamquòd Doctores tenentes, attendendum eſſe valorem monetæ currentem de tempore contractus, ſeu obligationis, intelligendi veniunt in caſu mutationis, ſeu alterationis monetæ in ſua bonitate intrinſeca, non autem in præſenti hypotheſi mutationis dumtaxat bonitatis extrinſecæ Ducati, nempè quoad ejus pretium, & æſtimationem impoſititiam, quaſi quòd æſtimatio tunc habeat vim emptionis, ſeu dationis in ſolutum, veluti diſtinctionis fœdere conciliant *Rub. in annot. ad deciſ. 67. n. 2. cum ſeqq. juncto n. 19. & 20. par. 9. recentior. tom. 1. Scaccia de commer. & mercatur §. 2. gloſ. 5. n. 177. cum ſeqq. Fenzon. ad Statut. Vrb. lib. 1. cap. 197. n. 179. cum ſeqq. Brun. de augment. & diminut. monet. conc. ult. part. 1. n. 1. cum ſeqq. Sola de monet. caſ. 24. n. 1. & 4. Gratian. diſc. 417. n. 2. Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 42. n. 14. Neguſant. diſp. 57. n. 1. cum ſeq. Rota coram Gregor. XV. deciſ. 42. per tot. &* ibi: *Adden. Coccin. deciſ. 1546. n. 19. & deciſ. 2335. n. 1. dec. 683. 688. 759. & 900. per tot. par. 4. diverſ. ac in recent. deciſ. 597. n. 1. par. 1. deciſ. 149. n. 11. par. 2. tom. 1.*

21 Minùs obſtat, quòd dos promiſſa in tot nummis ſolvenda venit juxta valorem nummorum currentem de tempore promiſſionis, ſeu conſtitutionis dotis, non autem de tempore illius reſtitutionis, *Regnaud. de monet. num. 9. Theſaur. de augment. monet. qu. 1. n. 54. cum ſeq. Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 42. n. 5. Hodiern. ad Surd. deciſ. Mantuan. 227. n. 3. Afflict. dec. Neapol. 194. per tot. &* ibi: *Vrſill. Ricc. collect. deciſ. 1721. per tot. par. 5. Rota coram Coccino deciſ. 2335. n. 1. & in recentior. deciſ. 114. n. 1. & per tot. par. 1.* etenim non deſunt 22
Doctores tenentes contrarium, uti communius receptum, dotem nempè reſtituendam eſſe juxta valorem pecuniæ currentem de tempore ipſius reſtitutionis, *Menoch. conſ. 49. n. 49. Scacc. de commerc. & mercatur. §. 2. gloſ. 5. n. 148. in med. verſic. dum ex communi, Rota deciſ. 903. num. 1. ſeu unica par. 4. diverſ. & in recentior. deciſ. 149. n. 2. 5. 6. 9. & 11. par. 2. tom. 1. deciſ. 67. n. 32. par. 9. recen. tom. 1. & deciſ. 398. n. 3. cum ſeqq. ead. par. 9. tom. 2.*

Longè minùs torquet, quod manus mortua non videatur poſſe adſtringi ad ſolutionem quindenniis in tot Ducatis debiti, niſi ad valorem monetæ tunc currentem de primævo, ſeu præterito tempore Unionis Beneficii, non autem (ut proponimus, & tuemur) juxta currentiam moderni, ſeu recentis valoris de tempore ſolutionis cujuſlibet decurſi quindennii, cùm enim Camera, ſeu Cancellaria Apoſtolica ſit creditrix quindenniorum, aliud procul dubio prætendere 23
nequit, præterquàm mediàm annatam fructuum Beneficii uniti, hæcque unicè, ſeu ſola dicitur eſſe poſita, ac deducta in obligatione ſolvendi pro tempore maturata, & decurſa quindennia, ex parte manus mortuæ debitricis futurorum, ac decurrendorum deinceps quindenniorum, ut legere eſt expreſsè in *Conſtit. 6. Pauli II. §. 4. & 5. Bullar. nov. Roman. tom. 1. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la I.* ibi: *Annatam, ſeu medios fructus unius anni in poſterum ſingulis quindecim annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſolvere teneantur, & debeant &c. Annatas, & medios fructus hujuſmodi ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis quindecim in futurum, prout multi alii ad ſimiles uniones, & gratias obtinendas faciunt, & facere conſueverunt &c. Conſtit. 20. Julii III. §. 5. eod. Bullar. eodèmque tom. 1. repetit. poſt Tract. in ordine la III.* ibi: *de ſolvendis &c. annatis, ſeu mediis fructibus &c. ſolvi debitis, & conſuetis &c. Conſtit. 17. Pauli IV. §. 2. & 7. eod. Bullar. to. 1. repetit. poſt Tract. in ordine la V.* ibi: *ſuper ſolutione mediorum fructuū primi anni, dictæ Cameræ &c. facienda &c. ob &c. ſolutionem mediorum fructuum primi anni &c. et Conſtitut. 50. Clementis X. §. 1. eod. Bullar. tom. 6. repetit. poſt Tract. in ordine la XI.* ibi: *ob &c. ſolutionem mediorum fructuum primi anni &c. medios fructus hujuſmodi &c.* & ponderant *Lotther. de re benef. lib. 1. qu. 29. n. 1. & 7. Novar. in ſum. Bullar. comment. 145. n. 9. cum ſeq. Rota coram Card. Seraphino deciſ. 1401. in princip. & deciſ. 1410. in princ. repetit. poſt Tract. in ordine la IV. & V.* quantumvis manus mortua, ratione Unionis Beneficii ſibi factæ deſcribi ſoleat in libris Cameræ, debitrix tot Ducatorum aureorum Cameralium pro quindennio, ſeu media annata, hæc tamen expreſſio Ducatorum videtur eſſe in ſolutione quindennii, non verò in obligatione ſolvendi quindennium, quæ ſemper videtur reſtricta, ac limitata ad medios fructus unius anni, ſuprà quos nec videtur poſſe Cancellaria aliquid exigere tamquàm habens ſolam actionem ad medios fructus unius anni, ſeu mediam annatam, & non ultrà: ideòque, etiamſi valor Ducati aurei ſit extrinſecè adauctus, ſivè diminutus, non indè ſequi videtur, quòd obligatio

gatio ſolvendi quindennia , ſit adaucta ratione augmenti extrinſeci , ſivè reſpectivè ſit diminuta ratione decrementi , ſeu diminutionis extrinſecæ ; ità , ut loco ſolvendi mediam annatam , ſolvenda ſit forſitan integra annata , vel ſaltem quantitas enormiter excedens mediam annatam in caſu augmenti , & è contrà non ſolvenda ſit media annata , ſed minus , in caſu decremen-
24 ti , ſeu diminutionis : perque conſequens ſolutio quindennii videtur , faciendam eſſe valutationem , ſivè æſtimationem Ducati currentem de tempore promiſſionis ipſius quindennii , quo attento ſolvitur , & penditur media annata, ſicque illud , quod ſolummodò debetur , ideſt nec minus , nec plus , quàm media annata , *Purpurat. conſ.179.antè n.5. lib.1.Menoch.conſ.49.n.23.cum ſeq.Geminian.conſ.137.per tot.*

25 Ulteriùs inapplicabilis videtur ſuperiùs allata theorica *Bartoli in l. Paulus n.4.ff. de ſolution.* diſtinguentis inter mutationem valoris intrinſeci , & extrinſeci , reſolvendo, quòd in caſu mutationis valoris extrinſeci , tunc ſolutio facienda eſt juxta pretium monetæ tunc currens de tempore ſolutionis;procedit ènim in contractibus, in quibus moneta iſta eſt in obligatione , ſecùs verò eſt in præſenti hypotheſi , in qua obligatio ſolvendi quindennium cadit ſuper ſolutione fructuum mediæ annatæ , & videtur, quòd Ducati ſolummodò fuerunt poſiti in ſolutione , cùm tunc moneta ſtet demonſtrativè , & commenſurativè ad mediam annatam , ſeu medios fructus unius anni , qui ſicut non recipiunt augmentum extrinſecum , aut diminutionem extrinſecam reſpectivè , nec fuerunt adaucti , nec diminuti reſpectivè , ità nec valor monetæ prætendi poteſt ab Annatiſtis ad rationem ejus augmenti , nec è contrà à manu mortua ad rationem ejus diminutionis ſubſequutæ , *Menoch. mox laudato conſil.49. n.23. cum ſeqq.* ibi : *ex præcipua ratione moti ſunt , quòd ille annuus redditus conſtitutus fuerat ratione habita ad perceptionem fructuum , & ideò, licet moneta &c. mutata fuerit &c. attamen obligatio fructuum non fuit interim aucta &c.* Aliàs
26 namque ſequeretur intolerabile abſurdum , ſeu palpabilis iniquitas, omni Jure reprobata, quòd nempè , ſi valor monetæ creſceret , & è contrario decreſcerent fructus Beneficii uniti , daretur caſus , quòd obligatio ſolvendi ſingulis quindecim annis medios fructus unius anni , ſeu mediam annatam (ut ità inquam) quindennialem, reduceretur ad obligationem ſolvendi forſitan integros fructus unius , ſeu integram annatam , & quandoque etiam plus , vel ſaltem pluſquàm dimidia annata, cum præjudicio manus mortuæ, hoc modo plus ſolventis , quàm deberet ; vel in caſu diverſo , ſi nimirùm valor monetæ decreſceret , ſeu diminueretur , & vice verſa creſcerent , ſeu augerentur fructus Beneficii uniti , daretur caſus , quòd obligatio ſolvendi mediam annatam quindennialem reduceretur ad obligationem ſolvendi forſitan minus dimidia annata , ſicque in notabile præjudicium Annatiſtarum hoc modo non recipientium dimidiam annatam ſibi debitam . Præterea minùs reddi videtur quadrabilis memorata *Bartoli* theorica , intrans dumtaxat in dubio , non autem in claris , quando videlicet obſtare poteſt intentio , menſque
27 contrahentium , qui non cenſentur ſe obligare voluiſſe ad inveriſimilia , & extravagantia , immò talia , quæ repugnant æquitati , nec non legali proportioni , *Gobb. de monet. qu.7. n.97. & 98.Mellius alleg.40.n.13.Card.de Luca de Regalib. diſc.42. num.10.verſ. nihilominùs , Theſaur. deciſ. Pedemont.226.n.3.* Conſiſtente igitur obligatione manus mortuæ in ſolvenda media annata , cùm 28
idem ſit quindennium , ac media annata , *Maſſa Galleſ.de annat.ad fin.verſ.eſt aliud quoque annatæ nomen , Lotther.de re benef.lib.1. qu.29. n.6.& 7. Rota coram Card.Seraphino dec.1401.n.2. cum ſeq. & deciſ.1410.n.10.repetit. poſt Tract. int.deciſion. S.Rot. in ordine la IV. & V.* benè ſequi videtur , quòd, quotiès manus mortua intendit perſolvere hujuſmodi mediam annatam , illam computando juxta tempus Unionis Beneficii , videatur exorbitans prætenſio Annatiſtarum , quòd media annata creſcere debeat ad integram forſitan annatam , vel ſaltem ad pluſquàm media annata ; prout è contrà , quòd in caſu diminutionis valoris monetæ , videatur exorbitans prætenſio manus mortuæ , quòd media annata decreſcere , ſeu diminui debeat ad minus media annata ; quod utrumque ex diametro adverſaretur literali diſpoſitioni Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper quindenniorum materia emanatarum , nec non ſuperiùs relatarum , quæ volunt , quòd ex Beneficio unito ſolvatur media annata , immò utrumque reſiſteret Partium intentioni , quæ per Ducatos ſimpliciter demonſtrare voluerunt annuum valorem fructuum Beneficii uniti , non autem ſe obligare ad valorem monetæ : ità , ut 29
monetæ augmentum extendi nequeat ad augmentandam annatam , nec decrementum , ſeu diminutio monetæ ad diminuendam annatam , nè aliàs obligatio ſolvendi quindennium , hac via tendat ad iniquitatem , & modò contineat exceſſivitatem dimidiæ annatæ , in caſu nempè augmenti valoris monetæ , modò minoritatem dimidiæ annatæ , in caſu nempè diminutionis valoris , ex traditis per *Cravett.conſ.761. num.7. Raudenſ.conſ.33.n.69.lib.2.Gratian.diſc.884.n.33. Gobbius de monet.qu.7.n.57.58.& 86.* In nihilum relevante , quòd , ſi attendendus eſſet valor fructuum Beneficii uniti , evaderet impracticabilis materia quindenniorum , oporteret enim ſingulis vicibus , ſeu ſingulis quindecim annis fabricare Proceſſum forſitan diſpendioſum , vel ſaltem ſuperfluum , ac inutilem , ſuper annuo fructu Beneficii : quod quidem militaret, ubi prætenderetur ſolvere quindennium ad rationem fructuum cujuſlibet quindennii , ſecus verò ubi prætenditur , ſolvenda eſſe quindennia juxta fructus demonſtratos de tempore Unionis Beneficii in tot Ducatis juxta valorem monetæ tunc de eo tempore currentem ; quaſi quòd ſemper uniformis ſit taxa , & ſemper æqua , ſemel conſtituta in ipſo actu Unionis , proindèque durabilis , ac invariabilis etiam poſt unionem tàm in caſu augmenti , quàm diminutionis valoris Ducati ; ità , ut incongruum nequequam videatur, 30
quòd manus mortua teneatur ad hanc rationem in utroque caſu deinceps ſemper , & quandocumque ſolvere quindennium , illùdque in poſterum continuare eadem regula , & menſura inalterabili , cùm manus mortua futurorum quindenniorum debitrix , ſolummodò obligata ſolvere annatam juxta fructus tempore Unionis valutatos , videatur ad eandem ratam continuare debere in futurum in ſolutione cujuſlibet

F 2 quin-

quindennii. Non omiſſo, quòd duriſſimum,
31 Juriſque ſanctioni contrarium eſſe videretur, quòd ubi obligatio ſolvendi quindennium reſtricta, & coarctata eſt ad fructus, ſeu eorum menſuram, ſi iſti in certa quantitate, ſeu in certo (ut ità ajam) fructato ſint demonſtrati, deſignati, ſeu taxati in moneta, hæc demonſtratio, deſignatio, ſeu taxatio concernens ſolutionem quindennii, debeat poſteà augere, aut diminuere obligationem, ſi per accidens ad libitum Principis augeatur, aut diminuatur valor monetæ, quando tamen non valor monetæ, ſed valor fructuum videtur eſſe poſitus in obligatione; ità, ut iſte ab initio in actu unionis ſemel demonſtratus, deſignatus, ſeu taxatus, videatur, non poſſe poſteà de tempore ſolutionis quindennii creſcere, vel decreſcere ſub ſolo prætextu accidentalis, ſivè caſualis, & fortuiti incrementi, ſeu decrementi valoris monetæ, quando moneta videtur eſſe adjecta ad meram ſolutionem, veluti declarant *Bartol.in ſæpe laudata l. Paulus n.10.ff. de ſolution.ibique Caſtrenſ.in fin.Curt.Jun.conſ.24. n.5.to.1.Menoch.conſ.49.n.12.et 13.Covarruv. de collat.veter.numiſmat.cap.7. § unic.concluſ.9.* nec videtur benè applicari paritas Beneficiorum Conſiſtorialium, ubi, ſi ab initio taxata fuerunt in certa ſumma relata, ſeu deſcripta in libris Cameræ, tunc ſivè fructus Beneficiorum ejuſmodi taxatorum poſt Unionem creverint, ſivè decreverint, ſemper annata ſolvitur juxta taxam, remanente iſta ſemper fixa, immobili, ac invariabili, *Rota coram Caſſador. ſup. Regul. Cancellar. deciſ.19.n.5.cum ſeq.* hodiernis enim temporibus viget ſtylus, ac laudabilis praxis conficiendi Proceſſus Conſiſtoriales in Epiſcopatuum, & Eccleſiarum, ſeu Abbatiarum, & Monaſteriorum Proviſionibus, ſi valor ſit excretus, vel diminutus, & juxta redditus ſolvitur annata; non autem ulteriùs probat hæc paritas Beneficiorum Conſiſtorialium, quòd obligatio ſolvendi pro annata tot Ducatos occaſione Unionis, intelligenda ſit ad rationem valoris monetæ poſt Unionem adaucti, vel diminuti, quando moneta videtur eſſe in ſolutione, non autem in obligatione, & quando aliàs hoc modo, & medio forſitan non exigeretur media, ſed integra annata, vel ſaltem pluſquàm media annata in caſu augmenti monetæ, vel è contrà exigeretur minus media annata in caſu decrementi monetæ, adversùs tenorem Conſtitutionum Pontificiarum ſuper quindenniis conditarum, quod pro-
32 fecto non videtur æquum maximè reſpectu Principis, & Eccleſiæ, quæ in exactionibus benignior laicis eſſe ſolet, *cap.quia cognovimus 10.qu.3.cap. ex parte 18. de cenſib. cap. ſuam 9. de pœn.Roman.*
33 *conſ.123 num.2.* Nec videtur aliquid faceſſere, ſi fortè adfuerit praxis, & obſervantia ſolvendi quindennia ad valorem Ducati currentem de tempore illius ſolutionis, quaſi, quòd probari debeat, quod tàm in caſu augmenti, quàm in caſu decrementi monetæ, & tàm in caſu augmenti, quàm in caſu diminutionis fructuum Beneficii uniti vigeat talis obſervantia, dum in caſu notabilis diminutionis fructuum quindennia forſitan abſorberent integram annatam, vel ſaltem excederent dimidiam, ſicque manus mortua etiam teneretur de proprio contrà omnes Juris regulas, in caſu autem augmenti fructuum quindennia forſitan non adæquarent mediam annatam, juxta regulam, de qua *Rota coram Bichio dec.452.n.20.Card. Cerro deciſ.380. num.4. et dec.913. n.2.et in Leodien., ſeu Aquiſgranien Canonicatus 7.Martii* 1701. §. *Quò verò coram clar. mem Card. Scotto, et 20. Januarii* 1702. §. *Fruſtrà coram clar. mem. Card. Priolo, et 22. Januarii* 1703. §. *Cæterùm coram Molines Decano*; ità,
ut, cùm manus mortua in caſu augmenti valo- 34
ris monetæ conſtituta ſit in ſtatu, quòd loco ſolvendi mediam annatam, cogatur forſitan ſolvere integram, vel ſaltem pluſquàm media annata, & inſuper hac via, ſolvere de proprio, ac ultrà debitum, non videretur proindè continuari debere talis exactio quindennii redacta ad angariam, imò de directo contraria Bullis Apoſtolicis; cùmque vice verſa in caſu decrementi, ſeu diminutionis valoris monetæ, manus mortua conſtituta ſit in ſtatu, quòd loco ſolvendi mediam annatam, ſolvat forſitan minus media annata; quod tamen in neutro caſu facere valet, licet aliàs videretur res redacta ad caſum, à quo
inchoari non potuiſſet, neque lex obligationem 35
conſervat, mutato rerum ſiſtemate, neque eam producit ad inæqualitatem, aut iniquitatem, *Rota in Caſtellana aperitionis oris 19. Novembris 1703.§.Cæterùm, et 12.Januarii 1705. §. Sivè demùm coram Molines Decano.* Præterquam-
quamquòd videretur, melius eſſe, magiſque ex- 36
pedire Annatiſtis acceptare exactionem quindenniorum in tot Ducatis juxta eorum valorem currentem de tempore Unionis, quàm prætendere quindenniorum exactionem in tot Ducatis juxta eorum valorem currentem de tempore ſolutionis cujuſlibet quindennii, licet de eo tempore auctus fuerit valor Ducatorum, dum è contrà, ſi Annatiſtæ prætendunt exigere quindennium in tot Ducatis juxta eorum valorem de tempore ſolutionis quindennii,& de eo tempore valor Ducatorum eſt diminutus,continget,quòd Annatiſtæ tunc non acquirent augmentum, ſed patientur decrementum quindenniorum.

Quibus propemodùm objectis omnibus hùc uſque allatis pro viribus reſpondendo, inſubſiſtens penitùs eſt fundamentum, quòd, cum poſt ſequutam affluentiam Scutorum aureorum, valor Ducati aurei de Camera notabiliter creverit ob augmentum valoris Scuti aurei, ſolutio quindennii facienda ſit potiùs juxta valorem currentem de tempore Unionis, quàm de tempore ſolutionis; obligatio namque manus mortuæ circà ſolutionem quindennii præcisè reſtricta legitur ad monetam Ducatorum auri de Camera, in qua ſpecie monetæ, vel in Scutis aureis, poſtquàm in diſſuetudinem abjerunt antiqui Floreni, fieri juxta per nos in ſua ſede fusè tradita, conſueverunt, & conſueſcunt in Cancellaria Apoſtolica obligationes annatarum, ac quindenniorum, reliquorùmque conſimilium Sedis Apoſtolicæ jurium, & emolumentorum,
Card.de Luca de Benefic. diſ.89.n.15. cum ſeqq. ſa- 37
nè etenim impracticabilis redderetur materia quindenniorum ſine quadam conventione per ſpeciem cujuſdam concordiæ de ſolvendis quindenniis juxta valorem monetæ currentem de tempore ſolutionis, tàm in caſu illius incrementi, quàm in caſu illius decrementi, & ſemper in eiſdem Ducatis tàm in caſu excreſcentiæ fructuum, quàm deſcreſcentiæ fructuum Beneficii uniti; quippè ſi in ſolutione cujuſque quindennii in-

inſpiciendus eſſet valor tunc currens, neceſſarium
foret ſingulis vicibus Proceſſum inſtruere ſuper
annuo fructu Beneficii uniti, annum ſterilem
cum fertili computando, proindèque innumeræ
pullularent confuſiones, & forſan gravamina il-
la, quibus antè editam ſaluberrimam Regulam
Cancellariæ de exprimendo vero valore ſubjace-
bant Annatiſtæ quoad Beneficia collativa: quæ
quidem confuſiones fortiùs orirentur, ſtante no-
tabili annorum lapſu, puta centum, & ultrà à
die ſequutæ Unionis Beneficii, oporteret enim
per tanti temporis metam, inveſtigare de illius
annuo fructu ad effectum ſciendi quid ſolven-
dum erat in ſingulis quindenniis.

Irrelevans quoque eſt aliud fundamentum,
quòd nempè attendendus veniat valor Ducati
currens de tempore Unionis, ſub eo præcipuè
38 aſſumpto, quòd, dum Conſtitutiones Apoſtoli-
cæ ſuper quindenniis editæ, ac ſignanter in ſpe-
cie Conſtitutio Pauli II. primi quindenniorum
regulatoris, obligent dumtaxat ad mediam an-
natam, ſeu medios fructus unius anni, medii
fructus unius anni ſunt in obligatione, Ducati
auctem ſtant ſimpliciter demonſtrativè ad com-
menſurandos medios fructus unius anni; à veri-
tate enim quidem non aberrat, quòd Conſtitu-
tiones Apoſtolicæ, tamquàm in abſtracto lo-
quentes, perque viam legis univerſalis compræ-
hendentis omnes Uniones, obligant ſimpliciter
ad ſolutionem quindennii, ſeu medietatis fru-
ctuum unius anni ſingulis quindenniis, ſed ta-
men eſt quoque verum, quòd hujuſcemodi obli-
gatio legalis, quæ in ſe ipſa eſſe poterat varia,
& incerta ob incertitudinem, ac variationem
quantitatis fructuum Beneficii uniti, eorùmque
valoris, in concreto cujuſque caſus ex univerſa-
li, & inconcuſſo uſu à tempore ejuſdem Pauli II.
introducto redacta ſemper fuit ad certitudinem,
& taxationem uniformem, fixàmque in futurum
ſervandam, & adamuſſim practicandam, regu-
lando videlicet quindennium quoad Beneficia
taxata in libris Cameræ juxta taxam, & quoad
non taxata juxta valorem expreſſum in actu
Unionis, de quo uſu in ſpecie teſtatur *Amayden.
de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. n. 1. cum ſeq. Capon.
controv. forenſ. 30. n. 30. Rota poſt Monacell. formu-
lar. legal. pract. for. Eccleſ. par. 2. dec. 13. n. 8.* Cujus
quidem uſus, ſeu conſuetudinis vigore evenit,
quòd, cùm fructus exprimantur in tot Ducatis
39 auri de Camera, medietas expreſſorum Ducato-
rum in actu Unionis dicuntur eſſe principaliter
in obligatione, & taxativè ſtant pro regula fu-
turorum quindenniorum, *Card. de Luca de Benefic.
diſcur. 89. nu. 15. & 17. verſiculo ac demùm quia*,
ubi quòd hoc eſt certum, & clarum: quod ſatis
40 comprobatur validiſſimo, ac optimo exemplo
taxæ Beneficiorum per Joannem XXII. factæ ad
effectum exigendi annatam, ſeu commune, &
minutum ſervitium, ea enim, licet facta fuerit
in tertia parte fructuum Beneficii, & correſpe-
ctivè ad illos, ac etiam hodie Sacrum Collegium
41 cum hac proportione taxat nova Beneficia in
Camera non deſcripta, ex traditis per *Rotam poſt
Tamburin. de jure Abbat. tom. 3. dec. 15. nu. 6. cum
42 ſeqq.* nihilominùs illa conſideratur pro taxa fixa,
ac perpetua pro omnibus ſucceſſivis vacationi-
bus, in quibus proptereà nulla ampliùs habetur
conſideratio, ſeu contemplatio fructuum, ſed
meræ, ac ſimplicis taxæ juxta notiſſimam pra-
xim, teſte *Rota coram Caſſador. ſuper Regul. Can-
cellar. dec. 19. n. 5. cum ſeqq.* nec ſatisfacit replica-
tio, quòd hodie in Proviſionibus Cathedralium
Eccleſiarum, ſeu Epiſcopatuum fiant Proceſſus
Conſiſtoriales etiam ſuper valore, quippè non
indè regit conſequentia, quòd intuitu valoris
juſtificati in Proceſſu exigatur Annata, ſeu com-
mune, & minutum ſervitium, dum Proceſſus 43
ejuſmodi ſuper valore Epiſcopatuum tendunt ad
talem qualem informationem Papæ, ad tradita
per *D. Advoc. Urſay. diſcept. Eccl. tom. 2. par. 1.
diſcept. 16. n. 88. in princip. Card. de Luca de Benefic.
diſc. 90. n. 68. verſic. quartò Proceſſus Conſiſtorialis,
Rot. dec. 342. per tot. par. 14. recentior.* non autem
ad effectum commenſurandi Annatam, quæ
etiam ſecundùm modernum ſtylum, ac praxim
regulatur juxta taxam, nec plus, aut minus exi-
gitur, *Tondut. de Penſion. cap. 10. n. 16. Amayden.
de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 2. num. 18. cum ſeqq.*
ubi, quòd, etiamſi fructus eſſent minores taxa,
adhùc nihilominùs ſolvenda eſt Annata juxta
taxam, *Rota coram Caſſador. ſuper Regul. Cancel.
dec. 19. n. 6.* quod procul dubio cedit in palpabi-
lem S. Sedis perniciem, cùm fructus ferè om- 44
nium Epiſcopatuum, & Monaſteriorum Conſi-
ſtorialium notabiliter adaucti fuerint poſt intro-
ductam à Joanne XXII. taxam, veluti benè ob-
ſervat *Fagnan. in cap. præterea 1. n. 70. nè Prelati
vices ſuas*. Hujuſcemodi itaque uſus univerſa-
lis, ſemperque uniformis, juxta quem receptæ,
atque ad viridem obſervantiam, ſeu praxim re-
dactæ fuerunt Conſtitutiones Apoſtolicæ ſuper
materia quindenniorum editæ, ſuffragatur loco 45
tituli, non ſecùs, acſi ab initio id expreſsè ſan-
citum eſſet in eiſdem Conſtitutionibus, ut ad
hoc propoſitum Annatarum latè firmat *Fagnan.
in mox citat. cap. præterea n. 16. & 53. cum ſeqq.*
eo quippè pacto, quo conſuetudo præbere po- 46
tuit titulum validum, ac legitimum ipſi ſubſtan-
tiæ Annatarum etiam in Beneficiis unitis, præ-
ſcindendo à Conſtitutionibus Pontificiis, *Fa-
gnan. loc. allegat.* ità longè faciliùs validari, ac 47
(ut ità ajam) legitimari ejus quantitas, & mo-
dus obligationis juxta doctrinam *Gloſ. in l. talis
ſcriptura 30. §. fin. verbo Univerſitas, ff. de legat. 1.
Surd. conſ. 94. n. 26. cum ſeqq. tom. 1. Natt. conſ. 3.
n. 11. tom. 1.* præſertim cùm memorata conſuetu-
do exceſſerit longam ſeriem plurium ſæculorum, 48
uti æquipollens immemorabili, *Rota coram Eme-
rix Jun. Decano dec. 1195. n. 2. & dec. 1271. n. 1.
dec. 254. num. 10. par. 3. diverſ. dec. 218 num. 71. &
dec. 241. n. 1. par. 6. dec. 29. n. 1. par. 7. recentior. & in
Romana Augumenti Dotis, & Legatorum 4. Mar-
tii 1695. §. 1. et per tot. coram clar. mem. Card. Prio-
lo*, undè fit, quòd allegari, & præſumi poſſit 49
quilibet melior, ac validior titulus de mundo,
ſignanterque declarationis Pontificiæ juxta
efrænatiſſimam naturam, & qualitatem imme-
morabilis, *Abb. in cap. ad audientiam ſub n. 12. de
Reſcript. Felin. in cap. cauſam n. 7. verſ. puto, eod. tit.
Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 7. n. 54. cum ſeqq. Pi-
gnatell. conſult. Canon. tom. 1. conſult 44. n. 5. in fin.
Gratian. diſc. 871. num. 36. Barboſa de Jure Eccleſ.
lib. 3. cap. 12. n. 71. Chokier de Juriſdict. in exempt.
par. 1. quæſt. 6. n. 9. Rota coram Priolo dec. 318. ſub
n. 28. ac in recentior. dec. 136. & dec. 330. utrobique
n. 2. & dec. 413. n. 32. cum ſeq. par. 16.* cùm igitur
in actu Unionis Beneficii factæ manui mortuæ
exprimi ſoleat valor in tot Ducatis, & primum
qui-

quidem quindennium, ſeu media Annata valutata fuerit in tot Ducatis, præter tot alios Ducatos ſolvi ſolitos pro rogitu, aliàque miniſtrorum emolumenta, iſti tot Ducati, & jam ex voluntate Partium non intelliguntur adjecti ſimpliciter demonſtrativè, & commenſurativè ad medios fructus unius anni, ſed taxativè; ideò, ut haberet vim taxæ perpetuæ, & fixæ, ſeu invariabilis pro ſingulis futuris quindenniis, adinſtar taxæ immutabilis, & immobilis factæ per Joannem XXII. quæ ſuum habuit perpetuum ſtabilimentum annatæ in Proviſſionibus Beneficiorum: ſi enim ità in praxi hanc receperunt intelligentiam leges, ſeu Conſtitutiones de quindenniis loquentes, eodem ſanè modò cenſetur manus mortua in actu ſuæ Unionis ſe obligare
50 voluiſſe, ex eo, quòd quilibet contrahens præſumitur ſe uniformare velle legibus de materia loquentibus, & ſecundùm illas ſe ſponte obligare, *l. ſi duo 38. ff. de acquir. hæred. Riminald. conſ.* 510. *n.* 28. *Manſ. conſult.* 280. *num.* 34. *& conſult.* 489. *num.* 12.

Lex autem quindenniorum jubens pendi quindennia ex Beneficiis 24. Ducatos excedentibus, procul dubio ſubaudit juxta valorem currentem de tempore ſolutionis cujuſlibet quindennii, non verò de tempore Unionis Beneficiorum, minùſque de tempore ipſius legis quindenniorum, exemplo honorarii pro Advocato olim taxati, nè excederet centum aureos, *l.* 1. § *Licita ff. de var. & extraordinar. cognit.* quod tamen noſtra ætate ultrà prædictam ſummam benè conſiſtere poteſt; prout antiquitùs permittebatur ludus intrà unum tantùm ſolidum, *l. alearum uſus, ſeu fin. C. de religioſ. & ſumptib. funer. & ale. luſor. & aleator.* hodie tamen benè excedi poteſt unus aureus, cùm intelligatur de ſolido legali, ideſt ſexta parte unius unciæ auri, quæ hodie valet denarium unum, & partem alterius denarii: eo modo, quo donatio excedens quingentos ſolidos, indigebat olim inſinuatione, regiſtratione nempè apud acta, § *Aliæ autem Inſtitution. de donation. l. ſancimus, l. ſiquis pro redemptione in fine, C. eod.* ſuper quo extat celebre, ac magiſtrale *conſil.* 123. *n.* 1. *&* 2. *ac ferè per tot. Roman.* ibi: *conſiderandum eſt, quòd dicta quantitas pecuniæ debetur per Abbatem S. Antonii ex lege quadam, ſeu Conſtitutione Bonifacii, qua ex re videndum eſt, an, quando pecunia ſolvenda venit ex Conſtitutione aliqua, inſpici debeat tempus conditæ Conſtitutionis, & ſecundùm æſtimationem pecuniæ, quæ illo tempore currebat, ſolutio fiat; an verò tempus ſolutionis fiendæ: adeò, ut de pecunia tunc communiter currente ſolutio fiat, ſivè poſt Conſtitutionem pecunia ſit mutata augmentativè, vel diminutivè &c. puto verius, ut, ſivè dicamus, hanc ordinationem Bonifacii vim Conſtitutionis obtinere, ſivè nudi præcepti, contingente mutatione pecuniæ, ſolvi debeat habito reſpectu ad tempus ſolutionis, non autem ordinationis &c. Conſtitutionem ultimæ voluntati æquiparari, non autem contractui &c. quemadmodùm quando pecunia ex ultima voluntate debetur, fienda eſt ſolutio habito reſpectu ad tempus, quo ſolutio fit, non autem ad tempus teſtamenti &c. ità & dicendum erat, quando ex ipſa Conſtitutione pecunia deberetur &c. quia Conſtitutio ipſa continuò loquitur &c. undè, contingente mutatione pecuniæ poſt, eadem de illa et ipſa Conſtitutio loqui intelligitur &c. mutata pecunia, intelligitur ad novam mutationem, mutata Conſtitutio &c. quandò pecunia ex Statuto debetur, tempus ſolutionis conſideratur &c. præſupponitur, conſuetudinem fore, ut omnes illi, qui olim cenſum recipiebant ad monetam Librarum Turonen. antiquorum, nunc recipiant in totidem libram monetæ in tempore currentis &c. Prætereà & Romanus Pontifex caput Eccleſiæ, ſolutionem, quam olim recipiebat de Turonen. parvis, hodie recipit in moneta uſuali, ſeu currenti &c. ſatis indignum eſſe, quenquam illud refutare, quod Beati Petri Sedem ſequi viderit, et docere: undè judicat lex, omnes eam conſuetudinem ſequi debere, quam Romana ſuſcepit Sedes, quæ caput eſt Orbis &c. Scaccia de commerc. & mercatur.* § 2. *gloſ.* 3. *n.* 47. ibi: *infero &c. quòd l. penult. ſiquis in fine, C. de donat. quæ donationem non inſinuatam annullat in ea ſola quantitate, quæ excedit ſummam quingentorum ſolidorum, hodie non annullat eam, niſi in ea ſumma, quæ excederet ſolidos, ideſt Scutos aureos* 668. *&c. quia hodie tantum ineſt auri in Scutis* 668. *quantum inerat olim in Scutis* 500. *cùm hodie Scuti ſint minoris ponderis, quàm eſſent olim &c. cùm olim Libra auri conſtaret ex Scutis aureis* 72. *ſeptem libræ auri conficiebant Scutos aureos* 504. *& ſic donatio valebat uſque ad ſeptem libras auri, demptis Scutis quatuor ex tota ſumma omnium ſeptem Librarum: at cùm hodie Libra auri conſtet ex Scutis* 96. *quia hodie Scuti ſunt minoris ponderis, ſequitur, quòd donatio non inſinuata valebit &c. quia hodie ſeptem Libræ faciunt Scutos* 672. *ex quibus, demptis Scutis quatuor, remanent prædicti Scuti* 668. *&c. Gratian. diſc.* 51. *n.* 6. 10. 14. 15. *&* 16. ibi: *præſens tempus, & hodiernus uſus debet ſpectari, non autem initium inductæ conſuetudinis. Ubicumque enim agitur ex legis diſpoſitione, debet inſpici pecunia pro tempore currens, prout etiam quando legi contravenitur, non autem quando lex edita eſt, aut conſuetudo inducta fuit &c. nam lex dat formam futuris, ſecundùm futura, non ſecundùm præterita &c. Undè meritò trahitur ad tempus negocii &c. Præterea Conſtitutio ſemper, & continuè loquitur, undè, contingente mutatione pecuniæ, intelligitur etiam, quòd de illa loquatur, & ſic, mutata pecunia, erit quoque mutata Conſtitutio ad novam mutationem &c. Hinc dicimus, donationem non inſinuatam ultrà quingentos ſolidos, non corruere hodie, ut olim &c. quia tempore illius legis Scuta, ſeu ſolida* 71. *faciebant libram auri, hodie verò requiruntur* 96. *ſeu* 120. *ſecundùm opiniones ſuprà relatas; adeò, quòd, rectè calculando, iſti ſolidi* 500. *hodie faciunt ſummam aureorum* 700. *& ultrà, & per conſequens donatio non dicetur excedere quantitatem à lege taxatam; undè valebit ſine inſinuatione &c. Prove etiam ſalarium taxatum Advocatis, quod hodiernis temporibus poteſt eſſe ultrà ſummam centum aureorum, licet antiquitùs non poſſet illam excedere &c. Idem in permiſſione ludi quoad unum ſolidum &c. Quia hodie iſta permiſſio excedit unum aureum, cùm ille intelligatur de ſolido legali, ideſt ſexta parte unius unciæ auri, quæ hodie valet unum denarium, & partem alterius denarii &c. Bertazol. de clauſul. inſtrum. clauſ.* 30. *gloſ.* 7. *n.* 45. *cum ſeqq. Gaill. pract. obſ. lib.* 2. *obſ.* 39. *n.* 1. *cum ſeqq. Antonell. de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 19.

Majoris irrelevantiæ eſt, quòd, ſi æſtimatio Ducati extrinſecè creverit, adeò, ut major numerus monetæ inferioris hodie deſideraretur ad ſolutionem quindennii, quàm deſideraretur de tem-

tempore Unionis Beneficii, ſequeretur, quòd manus mortua non ſolveret mediam annatam, ſed forſitan vel annatam integram, vel ſaltem pluſquàm media annata, & vice verſa ſi æſtimatio Ducati extrinſecè decreverit, ſeu diminuta fuerit, adeò, ut minor numerus monetæ inferioris hodiè deſideraretur ad ſolutionem quindennii, quàm deſideraretur de tempore Unionis Beneficii, ſequeretur, quòd manus mortua ſolveret minuſquàm media annata: reſpondetur enim, quòd, quantumvis Ducatus poſt Unionem fuerit magis valutatus in ſua qualitate extrinſeca, ut medietas fructuum unius anni conſiderata etiam ſecundùm expreſſionem in actu Unionis factam, fortè non ſufficiat ad ſolutionem quindennii, ſed de proprio manus mortua teneatur refundere, & loco ſolvendi mediam annatam, ſolvat vel integram, vel pluſquàm media, & è contrà quòd, quantumvis Ducatus poſt Unionem fuerit minùs valutatus in ſua qualitate extrinſeca, ut medietas fructuum unius anni non exburſetur in ſolutione quindennii; nihilominùs ſuppoſito ex jam dictis, quòd nulla ampliùs habenda ſit ratio fructuum, ſed illorum dumtaxat Ducatorum, qui fuerunt expreſſi in ipſo inſtantaneo actu Unionis, augumentum, vel decrementum extrinſecum monetæ tribuendum venit meræ eventualitati, ſeu caſui fortuito, qui non habetur in aliqua conſideratione, dum benè ſciunt Partes, quòd moneta tàm creſcere, quàm decreſcere poteſt, uti quid dependens à determinatione Principis, prout contingit paſſim in reſervationibus Penſionum, impoſitionibus cenſuum, aliiſque conſimilibus, in quibus, tametſi ab initio habeatur ratio, & intuitus, ſeu reſpectus ad fructus Bonorum, attamen quia in obligatione, tamquàm in oſſibus infixa ſtat certa ſpecies monetæ veræ, ac realis,
51 & in rerum natura exiſtentis, non obſtante, quòd fructus non augeantur, adhùc ſequuto augumento monetæ, in valore extrinſeco, ſolutio fieri debet juxta augumentum monetæ, vel vice verſa non obſtante, quòd fructus augeantur, adhùc ſequuta diminutione monetæ in valore extrinſeco, ſolutio fieri debet juxta diminutionem monetæ, *Card. de Luca de Benefic. diſc. 89. n.16.* prout videmus in vino, oleo, frumento, & hujuſmodi rebus corporeis, ſeu victualibus, quorum æſtimatio creſcit, & decreſcit extrinſecè, firma manente eadem intrinſeca bonitate, *l. in hac actione 3. in princip.* ibi: *ſi quæratur &c. cujus temporis æſtimationem recipiat, verius eſt, quod Servius ait, condemnationis tempus ſpectandum &c. l. ſi res aliqua, aliàs ſi merx aliqua 4. ſeu fin.* ibi: *ſi merx aliqua, quæ certo die dari debebat, petita ſit, veluti vinum, oleum, frumentum, tanti litem æſtimandam Caſſius ait, quanti fuiſſet eo die, quo dari debuit &c. ff. de condictione triticaria, l.quotiès 59.* ibi: *quotiès in diem &c.oleum quis ſtipulatur: ejus æſtimationem eo tempore ſpectari oportet, quo dies obligationis venit; tunc enim ab eo peti poteſt: alioquin aliàs rei captio erit, l. idem erit 60.* ibi: *idem erit, & ſi Capuæ certum olei pondo dari quis ſtipulatus ſit: nam ejus temporis ſit æſtimatio, cùm peti poteſt &c. ff. de verb. oblig l. vinum 22.* ibi: *vinum, quod mutuum datum erat, per Judicem petitum eſt. Quæſitum eſt, cujus temporis æſtimatio fieret. Utrùm, cùm datum eſſet, an, cùm litem conteſtatus fuiſſet, an, cùm res judicaretur. Sabinus reſpondit, ſi dictum eſſet, quo tempore redderetur: quanti tunc fuiſſet; ſi non quanti tunc, cùm petitum eſſet, ff. de reb. credit.ſi cert. pet. l. fundum Cornelianum 28.* ibi: *fundum Cornelianum ſtipulatus, quanti fundus eſt, poſted ſtipulor &c. meliore, vel deteriore facto ſine culpa debitoris poſteà fundo, præſens æſtimatio, fundo petito, rectè conſideratur &c.l qui vinum Surrentinum, aliàs fin.ff.de tritico, vino, vel oleo legato, Corneus conſ.321.n.13.in fin.vol.3.*ibi: *prout videmus in vino, oleo, & hujuſmodi, quorum æſtimatio creſcit, & decreſcit, firma manente eadem intrinſeca bonitate: nam hoc reſpectu attenditur tempus ſolutionis &c. Rendella de vinea, vindemia, & vino, tit. de commercio vini, §. Cujus temporis vini æſtimatio.*

Longè minùs faceſſunt contrariæ auctoritates; quippè illæ militant in diverſis terminis, quando 52
nempè vel in obligatione non eſt ſpecies certa monetæ veræ, ac realis, vel quando moneta immutata eſt in valore intrinſeco, vel quando plures ejuſdem generis monetæ reperiuntur, & dubitatur, de qua moneta fuerit intellectum, vel tandem quando moneta in obligationem deducta, fuit valutata, & oritur controverſia, num valor monetæ ſtet taxativè, vel demonſtrativè: in hiſce namque caſibus intrant conjecturæ, & in ſpecie habetur ratio fructuum, ex quibus facienda eſt ſolutio, ad latè tradita per *Menoch. conſil.49.per tot.Gobb.de monet.quæſt.7.per tot.*, in noſtra autem hypotheſi, in qua verſamur ſuper materia quindenniorum, nulla penitùs cadere poteſt difficultas, quòd Ducati auri de Camera 53
ſint in obligatione, quòdque proindè ſolutio quindennii ſit facienda juxta valorem adauctum, vel diminutum poſt Unionem de tempore ſolutionis, veluti in præciſis terminis terminantibus pleniſſimè comprobat *Card. de Luca de Benef.diſc.89. n.15.cum ſeqq.uſq.ad fin.* cujus quidem Doctoris haud minùs doctrina, quàm purpura eminentiſſimi auctoritas exuberat ad intentum noſtrum, dum habere in terminis Docto- 54
rem punctualem ſine contradictore idem eſt, ac verſari in caſu legis, *Marta vot. Piſan. 6. n. 7. R.P.D.Piton.diſc.Eccleſ.part.1.diſc.13.n.37.Surd. dec.Mantuan.229.n.36.Rota in recentior.dec.122. in fin.par.5. dec.560.n.3. par.16. & in Gerunden. Beneficii 13.Martii 1697. §. Secùs autem in fin.coram Muto, & in Veneta, ſeu Anconitana Pecuniaria 4.Maji 1698.§.Cæterùm coram Anſaldo Decano*: eò fortiùs, quia *Card.de Luca dict. diſc.89.* non ſcripſit ad implendam crumenam, ſeu ad opportunitatem cauſæ, ſed pro veritate, ut idem teſtatur *ibid.n.1.propè fin.*quo caſu ei magis deferendum, veluti idem firmat *de alienat.diſc.23. n.26. & de ſervitut. diſc.49. n. 8.* longèque magis cùm doctrina ejuſdem *Card de Luca* fuit comprobata, & canonizata per univerſalem obſer- 55
vantiam, in Urbe, totòque Orbe notoriam, præſertim ſi vigeat etiam obſervantia particularis ipſius manus mortuæ obtinentis ſibi uniri Beneficium, poſteàque contravenientis modum ſolvendi quindennium in caſu mutationis valoris Ducati, quòd nimirùm augumentum valoris Ducati ſuprà valorem currentem de tempore Unionis ſolutiones explevit ipſa manus mortua cum augumento reperto de tempore ſolutionis quindennii, vel quòd Annatiſtæ exegerint à manu mortua quindennium cum decremento Ducati

cati poſteà reperto de tempore exactionis quindennii; quæ obſervantia generalis tàm ſolvendi ex parte manuum mortuarum, quàm exigendi ex parte Annatiſtarum, tamquàm antiquiſſima, multòque fortiùs peculiaris alicujus manus mortuæ, non in ſolo ſenſu interpretativo, ſed ex vi quoque præſcriptiva, præſumere facit, talem fuiſſe Partium conventionem, ex congeſtis per *Collegium Papien. penes Brun.de monet.n.4.§.Prædictis, cum §§. ſeqq.* ibi: *cùm igitur ſolutiones ſemper ſubſequutæ fuerint in moneta currente tempore ſolutionis &c. præſumitur, conventio talis fuiſſe, quales ſunt ſubſequutæ ſolutiones, & conſequenter præſumitur conventum de ſolvendo monetam currentem tempore cujuslibet ſolutionis &c. Theſaur. Jun.de augment.monet.par.1.n.73.in princip.verſ. nam hic* ibi: *hinc arguimus, contrahentes in dubia ſtipulatione voluiſſe intelligere, ut fiant ſolutiones de illa moneta, quæ ſolvi ſolita fuerit, quia talis cenſetur facta promiſſio, qualis eſt ſubſequuta ſolutio &c. Brun.de monet.limitat.3.n.1.* ibi: *ubi conſuetudo eſſet, ut fieret ſolutio pecuniæ debitæ, ſecundùm valorem, & curſum temporis ſolutionis, quia illud tempus eſſet attendendum &c. longa conſuetudo ſolvendi vim habet conſenſus, & quòd ità actum ſit inter Partes, ut ſolveretur ſecundùm monetam currentem tempore ſolutionis &c. Barboſa in cap. olim 20. verbo verum de cenſib. Rota poſt Cenc. de cenſib.dec.221.n.2.3. & 6.*

Nec objiciatur, quòd Ducatus auri de Camera hodiè ſit redactus ad monetam imaginariam,
56 cùm ampliùs non cudatur, quo caſu attendi debet æſtimatio de tempore obligationis ex firmatis per *Rot. in dicta Romana Cenſus, ſeu Canonis coram Eminentiſs. Falconerio tit. 37. de ſolut. dec. 33. tomo 3.* confirmata *coram Cerro, & Criſpolto.*
57 Nam hæc concluſio poſſet procedere; quando verſaremur in moneta, quæ aut nunquam fuit cuſſa, vel ſi fuit cuſſa, ignoratur ejus bonitas, & pondus; ſed, ſi moneta fuit cuſſa, & de tempore obligationis reperiebatur, & aliquo modo ſciri poteſt cujus bonitatis, & ponderis eſſet, idque vel ex Capitulationibus Zecchæ, vel ex Libris Hiſtoriarum, aut ab aliquo Scriptore, vel ex quò adhùc conſerventur aliqua numiſmata in Muſęis, (ut ex his, & aliundè ſatis innoteſcit eſſentia Ducati auri de Camera) In hoc caſu fieri debet ſolutio in alia moneta minùs diſtante in bonitate intrinſeca ab illa, quæ deficit, & eſt in obligatione, & quidem in tanto numero, quantus ſufficit ad æquandum aurum, quod erat in moneta, quæ deficit, habita proportione ad bonitatem, & pondus juxta praxim, quam ſequuta eſt Camera Apoſtolica in valutando Ducato de Camera, priùs ad rationem Scutorum auri Stamparum 102. ÷ & deindè in bonitate, & pondere diminutis Scutis auri ad rationemScutorum 109.auri ſimilium, quamque docet *Scaruff. della raggione, e concordanza delle monete cap.9. & cap.47.§.Settima fol. 58. et 59.* ac practicarunt in ſimilibus terminis *Ciarlin. controverſ.238.per tot. Gob. conſult. 138. pariter per tot. Card. de Luca de Benefic. diſcur.89.n.18.verſic.iſta verò ſpecies*, ut ità diſtinguendo, tradit *idem Card.de Luca dē Regalib. diſcur.114.n.2.Rot.dec.597.n.1.et2.par.1.dec.135. n.4.verſic. quia fuit reſponſum, par.3. et dec.509. num.14. et 15. par. 19. recentior.* Et in terminis Floreni de Camera *in Vercellen. annuæ præſtationis 22. Januarii 1701. §. Quod autem, et ſequen.* & meliùs *ſub die 13. Februarii §.Nec officere, cor. Card. Dela Tremoille.* Conſonant egregiè *Scacc. de commerc. & Camb. §. 2. gloſ.5.n.178.& 179.* cum aliis ſupra allegatis, & latiſſimè *Adden. ad dec.67.n.65. & n.71. cum pluribus ſeqq.* ubi refert ità judicatum in diverſis Orbis Tribunalibus, *par.9.recentior. tom.1.*

Contrariæ autem authoritates procedunt ubi non poteſt ſciri valor intrinſecus monetæ, quæ
cadit in obligatione; quo tamen caſu neceſſe eſt 58
ſolvere valorem extrinſecum ſemel, & ultimo loco ſolutum, *Brun.de monet. par.1.n.6.verſic. et ſi de valore, Gob. eod.tract. quæſt.4.n.1.* & innuit *Rot.dec.135.n.4.verſic.quia fuit reſponſum, par.3. recentior.* deciſiones verò editæ in *dicta Romana Cenſus, ſeu Canonis* minùs turbant, quia, quatenùs firmant quòd Ducatus de Camera *veteris valoris*, fuerit ſpecies monetæ realis, & realiter diſtincta à Ducato de Camera nova, & quòd hodiè redacta ad imaginariam monetam, non ſit ſolvendus juxta valorem de tempore obligationis; in ordine ad primam partem jam dixi-
mus, ſuprà *Cap.2.n.35.* quòd ſuppoſitum eſt evi- 59
dens æquivocatio in facto. In ordine verò ad ſecundam partem, propoſitio poſſet ſubſiſtere, quando ejuſdem Ducati, quem ſupponit jam cuſſum, non poſſet ſciri valor; In quibus terminis procedit contraria concluſio, ſecùs ubi ſciri poteſt ejus valor intrinſecus, ut egregiè diſtinguunt mox allegatæ authoritates, & eſt diſtinctio communiter, inconcuſsè, & abſque ulla contradictione ab omnibus, ac etiam ab ipſa Rota ſemper amplexa; Et quia valor dictorum Ducatorum auri de Camera veteris valutationis
jam notus eſt, cùmque ab iiſdem deciſſionibus 60
non ſine magna votorum ſciſſura editis pendeat reviſio in gradu reſtitutionis in integrum, certò ſperari debet, quòd Sac. Rota ab eis recedet,
tantum enim Tribunal gloriatur de ſua docilita- 61
te, & de facili ſententiam mutat, ut dixit *Card.*
de Luca de dot.diſcurſ.85.n.10. ſed oh quanta ma- 62
la ex omiſſa cuſſione tàm celebris, & antiqui aurei nummi, & ego conſulerem Sanctiſſimum Principem, ut illius cuſſionem reaſſumi jubeat, ſic auferetur occaſio tot litium, tantorùmque
damnorum, imitando Florentinos, quorum 63
Ducatus quoque ad monetam imaginariam redactus erat, teſte *Rota dec. 509.n.14. par.19. re-*
centior. hodiè tamen, reaſſumpta illius cuſſione, 64
non alia moneta in foro frequentior cernitur,
quàm Florenus auri, atque indecorum eſt, ut 65
triumphent exemplaria, in æternum pereat Prototypus.

ARGUMENTUM.

Quindennia ſolvenda ſunt juxta modernum valorem Ducati, ſeu Floreni auri de Camera currentem de tempore ſolutionis cujuslibet quindennii, non autem juxta antiquum valorem de tempore Unionis Beneficiorum Conſiſtorialium in libris Cameræ in tot Ducatis, ſeu Florenis auri de Camera taxatorum, tàm in caſu ſupervenientis augumenti, quàm diminutionis valoris Ducati, ſeu Floreni poſt Unionem.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Pro Beneficiis taxatis idem eſt Florenus, ac Ducatus auri de Camera.*
2 *Ducatus auri de Camera in deſuitudinem abiit.*
3 *Solvi poteſt æquivalens, in diverſa ſpecie monetæ magis uſualis, & commodæ, quotieſcumque ſpecies monetæ, in qua facienda eſt ſolutio, difficilè reperitur.*
4 *Pro Beneficiis taxatis introducta fuit ſolutio Annatarum, & quindenniorum in Scutis auri Stamparum,*
5 *Mutato extrinſecè valore monetæ, ſolutio facienda eſt juxta valorem currentem.*
6 *Quindennia ſolvenda in Urbe.*
7 *In actu Unionis de jure deſtinata eſt ſolutio quindenniorum in Urbe.*
8 *Ad hoc ſuffragatur univerſalis obſervantia.*
9 *In quo concordent, & in quo diſcordent quindennia ab Annatis.*
10 *Taxa Beneficii Conſiſtorialis eſt tertia pars annui fructus.*
11 *Communia, & Minuta Servitia quid ſint.*
12 *Solutio annatæ pro Beneficio Conſiſtoriali, unà cum Communi, & Minuto Servitio, non aſcendit ad medietatem veri annui fructus. Super quo affertur calculus.*
13 *Commune, & Minutum Servitium orta à conſuetudine immemorabili.*
14 *Conſuetudo immemorabilis convalidare poteſt titulum exactionis annatarum.*
15 *Faciliùs inducitur quantitas, quàm ſubſtantia.*
16 *Afferuntur Concordata Galliæ pro Patria* Reducta *nuncupata.*
17 *Fructus Beneficiorum taxatorum, poſt Taxam potiùs aucti, quàm diminuti fuerunt.*
18 *Præſumptio eſt potiùs pro augumento, quàm pro diminutione fructuum.*
19 *Actio exequutiva retardari nequit exceptione turbida.*
20 *Solutio Annatarum regulatur à Taxa, ſivè creſcant, ſivè decreſcant fructus Beneficiorum.*
21 *Collectores quindenniorum præjudicare nequeunt Sedi Apoſtolicæ.*
22 *Alterata moneta in valore extrinſeco, attendendus eſt valor de tempore ſolutionis.*
23 *Quod habet locum etiam in Ducato auri de Camera.*
24 *Ponderatur quodam Decretum Camerale in materia monetarum.*
25 *Perpenditur* Card. de Luca de Benefic. diſc. 89. ſub n. 18. in fin. *atque conciliatur locus* lib. 2. Reg. cap. 24. verſic. 24. & lib. 1. Paralipom. cap. 21. verſic. 25.
26 *Augumentum valoris monetæ aureæ non eſt adſcribendum illius alterationi, ſed deteriorationi monetæ argenteæ.*
27 *Quid ſit Florenus auri, & quid Ducatus auri de Camera.*
28 *Quid ſuper hac moneta introduxerit longæva obſervantia.*
29 *Iterùm ponderatur quodam Decretum Camerale in materia monetarum.*
30 *Affertur* Statut. Urb. lib. 1. cap. 197. *pro valore Ducati auri de Camera.*
31 *Quid ſit valor intrinſecus, & quid valor extrinſecus.*
32 *Moneta aurea valutatur à moneta argentea, vel ab alia magis minuta.*
33 *Cur ſupervenerit major affluentia argenti.*
34 *Valor monetæ aureæ à Principe juſta de cauſa augeri poteſt.*
35 *Augumentum monetæ aureæ ortum à diminutione valoris monetæ argenteæ, dici nequit verum augumentum, ſed potiùs conſervatio ſui valoris antiqui.*
36 *Solutio facienda eſt juxta valorem currentem, ſi moneta extrinſecè tantùm alteretur.*
37 *Expreſſio valoris Beneficiorum uniendorum deſideratur à* Regula 22. Cancellar. de Union.
38 *Eadem fit ad regulandam ſolutionem Annatarum, & quindenniorum.*
39 *Solutio quindennii facienda in tot Florenis, juxta currentem eorum valorem.*
40 *Tanti hodiè valent Julii XVIII. quibus conflatur Florenus, quanti olim valebant pauciores Julii, quibus conflabatur idem Florenus.*
41 *Obſervantia generalis docet, Taxam Beneficiorum regulandam eſſe juxta currentem valorem Floreni, etiam in ſolutione quindenniorum.*
42 *Obſervantia generalis, & particularis inſervire poteſt pro interpretatione, ac regula in caſibus particularibus.*

CAPITULUM XII.

MAnus mortua, cui unitum reperitur Beneficium in Camera taxatum in tot Ducatis, ſeu Florenis auri de Camera, pro ſolutione quindenniorum prætendit, inſpiciendum, ac attendendum eſſe valorem currentem de tempore Taxæ Joannis XXII. vel de tempore Unionis Beneficii Conſiſtorialis, ſub emendicato prætextu, quòd antiquitùs Ducatus auri de Camera emeretur, ac æſtimaretur Juliis decem, vel undecim, poſteàque ob augumentum Scuti aurei de Camera notabilem receperit alterationem; nihilominùs contrarium firmamus, quòd quindennia ſolvenda ſunt juxta modernum valorem Ducati, ſeu Floreni auri de Camera currentem de tempore ſolutionis cujuſlibet quindennii, non autem juxta antiquum valorem de tempore Unionis Beneficiorum Conſiſtorialium in libris Cameræ in tot Ducatis, ſeu Florenis auri de Camera taxatorum, tàm in caſu ſupervenientis augumenti, quàm diminucionis valoris Ducati, ſeu Floreni poſt Unionem: præmiſſo etenim, quòd in Bene- 1
ficiis taxatis realiter Florenus auri de Camera, ad differentiam alterius argenti, idem eſt, ac Ducatus auri de Camera, eique æquivalet, dum in Romana Curia ſummo jure unum pro altero ſumitur, *Gomez Sarnen. ad Regul.* 55. *Cancellar. de valor. quæſt. 9. verſiculo conſequenter, circà fin.* ubi poſtquàm retulerat ſtylum Cameræ in Taxis, capiendi Florenum pro Ducato, idque potiùs tribuerat abuſui exigentium Taxas, tandem immediatè ſubjungit poſt relatam prætenſam ſuam credulitatem, ac illam agnoſcens, præſeferre aliquam ſpeciem calumniæ, ex *Villano* antiquiſſimo hiſtoriæ Florentinæ, Joannem XXII. peræquaſſe valorem Floreni cum Ducato auri, cudendo Ducatum ad æſtimationem, & juxta intrinſecum valorem Floreni, hancque opinionem uti magis ſinceram, veridicam, & perpetuo uſu receptam comprobat *Mandoſ.* ſcribens in eodem ſæculo, *ad Regul.* 25. *Cancellar. de monet. quæſt.* 3. *n.*4. ubi id deduci ait ex *Gloſſ. in Extravag. vas electionis*, §. *Porrò*, *de Cenſibus*, *Fenzon. ad Statut. Urb. lib. 1. cap.* 197.

 *n.*151.

*n.*151.*cum ſeq.Corrad.in prax.benefic.lib.*2.*cap.*13. *n.*4.*cum ſeqq. Germon. de Indult.Cardinal.*§.*Regularia n.*82.*Card. de Luca de Benefic. diſc.*89. *n.*18.
2 verùm . quia Ducatus auri de Camera paulatim abiit in deſuetudinem, introducta fuerunt à Summis Pontificibus Scuta auri Stamparum, qui quidem valor ejuſdem monetæ adæquatæ illi Floreni, ac Ducati, facta experientia, docuit, quòd, exempli gratia, in centum Florenis, ſeu Ducatis de Camera intrabant centum, & novem Scuta aurea Stamparum, ut tradit *Rota dec.*686. *n.*4.*par.*4.*diverſ.*immò ex generali conſuetudine
3 in omnibus ditionibus ſervata, quotieſcumque ſpecies monetæ, in qua facienda eſt ſolutio, difficilè invenitur, ſolvi poteſt æquivalens iu altera ſpecie monetæ magis uſualis, magiſque commodæ, *Bartol. in l. Paulus*, *n.* 4. *ff. de ſolution. Gabriel. conſ.*164.*n.*4. *cum ſeqq. lib.*1. & ad hunc præciſum effectum ſolutionis Annatarum, & quindenniorum *Card. de Luca de Benefic. diſc.*89. *n.*16. *Larrea dec. Granat.*21. *cum ſeq.per tot.* ac in ſpecie loquendo de Ducato auri de Camera *Adden.ad Gregor.XV.dec.*142.*n.*7.*Rubeus in addit. ad dec.*67.*n.*21.*et* 71.*par.*9.*recentior. tom.*1.& in terminis Floreni *Rot. coram Card. Seraphin. dec.* 84. *n.*1.*cum ſeqq.tom.*1.*Dunozet. Sen.dec.*139.*num.*1. *dec.*686.*n.*1.*et dec.*899.*n.*1.*par.*4.*diverſ.* ità, ut, re penitùs conſiderata, ex his, quæ tradit communis Schola Doctorum, & Tribunalium in materia monetarum, non ſit ullo modo juridica contraria prætenſio manus mortuæ cenſentis, ſolvendum eſſe quindennium juxta valorem currentem de tempore Unionis: etenim ex mox allatis auctoritatibus recepta eſt hodiè in foro diſtinctio, quòd, quando in obligatione non eſt aliqua moneta imaginaria, ſeu fantaſtica, ſed ſpecies certa, ac determinata monetæ realis actu exiſtentis, tunc ſi illa ſpecies monetæ alteratur in valore intrinſeco, ut quia mutata materia, vel pondere, eadem ſpecies fuerit de novo impreſſa, attendendus veniat valor monetæ de tempore obligationis, ideſt indagari debet, quanti de tempore ſolutionis valeret moneta juxta materiam, & pondus antiquum de tempore obligationis præexiſtens; adeò,ut ſolutio facienda ſit in hac nova ſpecie alterata, habita ratione ad augumentum, vel decrementum proveniens ab alteratione ponderis, vel materiæ, ex ea ratione à priori, ut debitor tantum reſtituere teneatur, quantum recepit, non autem plus, vel minus: ſi verò illa ſpecies monetæ in obligationem deductæ alterata fuit dumtaxat in valore extrinſeco, ut quia, retento eodem pondere, & materia, ex uſu Gentium, vel ex Edicto Principis, ejus valor fuit auctus, ſeu diminutus, procul dubio attendi debet, quanti de tempore ſolutionis valet illa ſpecies monetæ.

Undè in Cancellaria, ſeu Camera Apoſtolica loco Florenorum, ac Ducatorum, ob eorundem
4 raritatem, & difficultatem, introductæ fuerunt ſolutiones Annatarum, & quindenniorum pro Beneficiis taxatis, in Scutis auri Stamparum juxta enunciatam proportionem, exempli cauſa centum, & novem Scutorum aureorum pro quibuſlibet centum Florenis, ſeu Ducatis, ſivè in alia moneta argentea æquivalente eidem Floreno, ſeu Ducato, veluti in his puris terminis notat *Card.de Luca de Benefic. diſc.* 89. *n.* 15. ibi: *de plano etiam reſultat, ſolutionem faciendam eſſe in Scutis auri &c & in quibus hujuſmodi Annatarum, ac Servitiorum, omniùmque emolumentorum Cameralium ſolutiones fieri ſolent &c. in fin.* §. *Et conſequenter*, ibi: *quoniam Scuti auri Stamparum, in quibus iſta ſolutio facienda eſt &c. nullam alterationem receperuut, ſed idem eſt valor nunc, ut erat de tempore, quo ſolutiones quindenniorum fieri debuerunt, & n.*16.*in fin.*§. *Adeòque*, ibi: *etiamſi exprimeretur valor Scutorum auri ad rationem tot Juliorum, vel Carolenorum pro Scuto, adhùc tamen id cenſetur ſtare demonſtrativè, ac non tollit obligationem ſolvendi in ipſis Scutis auri, vel eorum æquivalentia, habita etiam ratione augumenti &c.et n.*17. *in fin.*§. *Solutiones*, ibi: *ſolutiones enim Annatarum, omnèſque expeditiones Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ fiunt in dictis Scutis auri de Camera, qui antiquitùs conſtituebantur ex quadam moneta aurea, quæ nuncupabatur Ducatus&c.* quo ſuppoſito, cùm propter augumentum valoris extrinſeci Scuti aurei ad Julios ſexdecim cum dimidio pro quolibet, adauctus quoque ſit proportionabiliter valor Floreni; ità, ut ad conſtituendum, exempli gratia, centum Florenos, requiſitis centum, & novem Scutis aureis, valor cujuſlibet Floreni ferè aſcendat ad Julios decem, & octo; proindèque indubitati juris eſt, ſolutiones quindenniorum faciendas eſſe valutato Floreno juxta præſentem currentiam, non autem juxta antiquam, quæ adetat de tempore Taxæ; ſtante regula abſoluta, quòd, quando ſolutio debetur in ſpecie monetæ realis, non imaginariæ, aut idealis, cujus indolis, ac qualitatis procul dubio eſt Florenus, ſi iſta mutatur in valore non intrinſecè, ſi nempè alteraretur 5
materia, ſivè pondus, ſed extrinſecè tantùm, ſivè ex Populorum uſu, ſivè ex Principis Edicto, tunc attenditur valor ejuſdem monetæ juxta currentiam de tempore ſolutionis, juxta theoricam *Bartol. in l.Paulus*, *n.*4. *ff. de ſolution.* communiter receptam,ac in terminis Ducati *Rota dec.*500. *in princip.&dec.*504. *in princip. juncto n.*6. *cum ſeqq. par.*14. *recentior.* de qua nos ſuprà *num.* 3.

In nihilum ſuffragante,quòd Scutum aureum, ac per conſequens Florenus, cujus valor in Urbe adauctus eſt, non recipiat eundem valorem in loco, ubi extat manus mortua, quindennii debitrix; ſolutio enim quindenniorum, ex ſuo 6
loco per nos traditis, de jure in Urbe facienda eſſet, prout in Urbe ſolverentur annatæ, ſi Beneficia unita remanſiſſent in eorum ptimævo ſtatu collativo, *Card.de Luca de Benefic.diſc.*89.*ſub n.* 4. *cum plurib.ſeqq.* ſi itaque Cancellaria Apoſtolica ex quadam benignitate utitur indulgentia habendi in Partibus, in quibus moratur manus mortua, Subcollectorem, qui minori incommodo manuum mortuarum debitricum ibidem quindennia exigit, non tamen attendendus eſt valor Scuti aurei, ac reſpectivè Floreni, juxta æſtimationem, ſeu currentiam in Partibus, ſed ille valor attendendus eſt, qui currit in Urbe, 7
ubi de Jure deſtinata eſt ſolutio, & contracta obligatio in actu expeditionis literarum Unionis, juxta *Bullam 6. Pauli II. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. & aliorum Summorum Pontificum, ac obſervat *Card.de Luca de Benefic.diſc.*89. *num.*15. quod quidem ſatis comprobatur ex univerſali 8
obſervantia practicata in materia Annatarum, quæ ſolvuntur pro Beneficiis taxatis, quæ an-

antè Unionem reperiebantur in ſtatu collativo ex eo, quòd omnes manus mortuæ, quibus uniuntur Beneficia taxata, ſolvunt in Urbe annatas juxta valorem Floreni ad præſens currentem; quamobrem ratio poſtulat, quòd idem prorsùs practicetur, ac adamuſſim ſervetur in
9 materia quindenniorum, quæ in ſubſtantia ſunt idem, ac annatæ, hac ſola intercedente differentia, quòd quindennia ſunt fixa, ac determinata ad certum tempus, annatæ autem ſunt eventuales, menſuram, ac normam ſumentes à tempore vacationum Beneficiorum, *Maſſ.Galleſ.de annat.n.30. propè fin.* §. *Eſt aliud quoque annatæ nomen, Lotther.de re benefic.lib.1.quæſt.29.n.6.Card. de Luca de Benefic.diſc.89.n.6.& 7.*

Minùs relevat, quòd, cùm manus mortua debitrix quindennii, parata ſit ſolvere ſummam, in qua taxatum fuit Beneficium ſibi unitum, videatur integrè debito ſatisfacere; quippè ſcire
10 oportet, Taxam Beneficii Conſiſtorialis conſiſtere in tertia parte veri annui fructus ejuſdem: exempli cauſa, verus annuus fructus Beneficii conſiſtit in Florenis tercentum, Taxa ejuſdem firmatur in Florenis centum, ac ità deſcribitur in libris Cameræ, *Maſſ.Galleſ.de annat.ſub n.4. verſic.& quoniam taxatio*, ibi: *et quoniam taxatio Epiſcopatuum, & Monaſteriorum ſupradicta, non fuit ab initio facta, niſi pro tertia parte veri fructuum valoris, qui priùs neſcitur à quo Pontifice, deindè per Commiſſarios à Joanne XXII.miſſos inventus fuit &c. Amayden.de ſtyl. Datar lib. 1. cap.18.* §.3. *de annat.ſub n.18.in fin.* ibi: *adeò, ut Taxa in ſingulis excedat tertiam partem &c. Lotther.de re benef.lib.1.quæſt.26.n.50.cum ſeqq.* annatæ verò, quæ ſolvuntur pro Beneficiis Conſiſtorialibus, taxatis in libris Cameræ, conſiſtunt
11 in Communi, & Minutis Servitiis; Commune eſt quædam ſolutio ſummæ correſpondentis integræ Taxæ Beneficii taxati, quæ pro æquali rata dividitur inter Papam, & Sacrum Collegium Cardinalium, à quo ſumpſit nomen Communis ex eo, quòd communiter dividitur inter ipſos, *Lotther.de re benef.lib.1.quæſt.26.n.52.in fin.Maſſ. Galleſ.de annat.n.3.Fagnan.in cap. prætereà n. 11. nè Prælat. vic.ſuas*: exempli gratia, ſi Beneficium reperitur taxatum in libris Cameræ in Florenis centum, ſolvuntur Sacro Collegio Floreni quinquaginta, & Papæ, in cujus locum hodiè ſucceſſerunt Officiales Cancellariæ vulgò Annatiſtæ, reſidui Floreni quinquaginta, demptò tamen uno cum dimidio pro centenario, ſicque Floreni quadraginta octo, & ſolidi viginti quinque: Minuta inſuper Servitia conſiſtunt in quadam minuta portione enunciatarum annatarum, penitùs à Communi diſtincta, ac diverſa juxta mox allatas auctoritates, quæ quidem ſolvitur proportionabiliter ad Taxam Beneficii, prout ſequitur, nimirùm Sacro Collegio ſolvuntur Floreni tres, & ſolidi triginta pro centenario Taxæ; ità, ut pro Monaſterio, ſeu Abbatia, vel quocumque alio Beneficio Conſiſtoriali taxato (verbi gratia) in Florenis centum, ex cauſa prædictorum Minutorum perſolvuntur Sacro Collegio Floreni tres, & ſolidi triginta, Officialibus verò Cancellariæ perſolvuntur quoque Floreni tres, & ſolidi triginta quinque pro quolibet centenario Taxæ, & ultrà Florenus alius pro quolibet centenario ejuſdem Taxæ; pro exactione tamen iſtius ultimi Floreni pro quolibet centenario, ſufficit, quòd centenarium cæptum ſit; ità, ut, ſi Abbatia taxata eſt in Florenis centum, & uno, exiguntur Floreni duo. Secretariis Cameræ ſolvuntur Floreni duo pro centenario Taxæ. & Collegio Clericorum Cameræ ſolvuntur Floreni viginti, & ſolidi triginta octo pro centenario Taxæ. Præter memoratas ſolutiones, ſolvuntur à manibus mortuis quindenniorum debitricibus (prout à cæteris debitoribus annatarum) quietantiæ, quæ reportantur in actu ſolutionis, ad proportionem pariter Taxæ, ideſt Sacro Collegio pro Abbatia in Florenis centum taxata ſolvitur Florenus unus, & ſolidi quindecim, Officialibus Cancellariæ Florenus unus, & Clericis Cameræ Floreni duo.

Ex quibus notitiis, quas ſcire præſumitur manus mortua, ſaltem in actu practico, ex revolutione partitarum, nec non quietantiarum factarum occaſione aliarum ſolutionum, geminæ deducuntur conſequentiæ, prima videlicet eſt, quòd Taxa in libris Cameræ non demonſtrat, quindennium, ac annatam non tranſcendere ſummam taxatam, ſed illam dumtaxat dare proportionem, juxta quam regulanda eſt eadem annata; ſecunda verò conſequentia eſt, quòd ſolutiones præfatarum annatarum non 12
aſcendunt medietatem veri annui fructus cujuſlibet Abbatiæ, veluti obſervant *Amayden.de ſtyl. Datar.lib.1.cap.18.*§.3. *De annat.nu.18.in fin.Fagnan.in cap.prætereà 1.n.69. nè Prælat. vic.ſuas.* Quæ veritas ad hominem comprobatur ex ſequenti calculo aritmethico, à quo depromitur, quod pro Abbatia in Florenis centum taxata, cujus verus annuus fructus conſiſtit in Florenis tercentum, computatis omnibus ſolutionum, ac etiam quietantiarum partitis, non ſolvuntur, niſi Floreni centum triginta tres, & ſolidi quadraginta tres, animadvertendo, quòd quilibet Florenus conflatur ſolidis quinquaginta.

Regula, quæ ſervatur in ſolutione Communium, & Minutorum Servitiorum pro Beneficiis taxatis in libris Cameræ, tàm ex cauſa quindenniorum à manibus mortuis debitorum ex Beneficiis ſibi unitis, quàm ex cauſa annatarum à Proviſis debitarum in actu expeditionis literarum Apoſtolicarum ex Beneficiis in ſtatu collativo exiſtentibus; præmiſſo, quòd Taxa deſcripta in libris Cameræ, regulatur in tertia parte veri annui fructus Beneficii.

Pro Beneficiis taxatis duo ſolutionum genera fiunt: primum genus nuncupatur Commune tamquàm æqualiter dividendum inter Sacrum Collegium, & Annatiſtas, ſeu Officiales Cancellariæ Apoſtolicæ: ſecundum verò genus reſpicit Minuta, ſeu Minuta Servitia, de quibus participant Sacrum Collegium, Cancellaria, ideſt Cancellariæ Officiales, ſeu Annatiſtæ, & Collegium Clericorum Cameræ Apoſtolicæ, proportione inferiùs explicanda. Commune ſolvitur Sacro Collegio ad rationem medietatis Taxæ; ità, ut Abbatia in libris Cameræ taxata, puta, in Florenis centum, ſolvit Sacro Collegio Florenos quinquaginta.

Pariter pro enunciato Communi, & portione ad Collegia Cancellariæ ſpectante ſolvitur eadem ſumma ad rationem medietatis Taxæ, dempto tamen uno cum dimidio pro centenario; ſicque pro Abbatia taxata in centum Florenis, exigunt pro eorum portione Florenos 48. ÷

G 2 Pa-

Pariter ſolvitur Sacro Collegio pro qualibet Abbatia taxata Minutum ad rationem Florenorum 3. & ſolidorum 30. pro centenario Taxæ: undè pro Abbatia prædicta taxata in Florenis centum ſolvuntur Floreni 3. & ſolidi 30.

In Cancellaria ſolvitur Annatiſtis dictum Minutum ad rationem Florenorum 3. & 7. Decimorum alterius Floreni, ac inſuper Florenus 1. pro quolibet centenario Taxæ, ſufficitque ad exactionem prædicti Floreni 1. pro centenario, quòd centenarium incæperit.

Tàm Sacro Collegio, quàm Annatiſtis ſolvitur quietantia, ſeu rogitus pro quietantia ad proportionem Taxæ, ità, ut pro Abbatia taxata in Florenis centum exigit Sacrum Collegium Florenum 1. & ſolidos 15. Cancellaria autem exigit Florenum 1. pro præfata Abbatia.

Ulteriùs pro ſolutione quindennii, quod debetur Cancellariæ, ſolvitur portio quædam Secretariis Cameræ, quæ pro Taxa Florenorum centum, conſiſtit in Florenis 2. extant quoque Minuta Servitia, quæ conſiſtunt in numero quinque partitarum ſolvendarum Collegio Clericorum Cameræ, iſtaque in totum aſcendunt ad rationem Florenorum 20. & ſolidorum 30. pro centenario Taxæ, ac tandem ſolvitur pro quietantia, quæ pro Abbatia taxata in Florenis 100. debetur in ſumma Florenorum 2. & omnes tres prædictæ partitæ inſimul aſcendunt ad Florenos 133. ac ſolidos 43. non tamen abſorbentes medietatem veri valoris Abbatiæ, qui quidem valor conſiſtit in Florenis 300. juxta jam præmiſſum principium, quòd Taxa conſtituta ſit pro tertia parte valoris Abbatiæ.

Sequuntur calculi ſolutionis memorati quindennii pro quolibet ex tribus Participantibus.

Pro Abbatia taxata in Florenis 100.

Sacro Collegio.

Pro Communi Floreni 50.
Minuto Floreni 3. 30.
Quietantia Floreni 1. 15.

———————

Floreni 54. 45.

———————

Cancellariæ Apoſtolicæ.

Pro Communi in totum.
Floreni 48. 25.
Minuto Floreni 3. 35.
Unum pro centenario
Florenus 1.
Secretariis Cameræ
Floreni 2.
Pro Quietantia Florenus 1.

———————

Floreni 56. 10.

———————

Quilibet ſolidi 50. conſtituunt
Florenum 1.

Collegio Clericorum Cameræ.

Pro Sacra Floreni 5.
Camera Floreni 1. 33.
Minuto Floreni 3. 30.
Duobus Minutia cum
dimidio Floreni 9.
Tribus pro centenario
Florenus 1. 25.
Quietantia Floreni 2.

———————

22. 38.

———————

Quilibet Solidi 50. conſtituunt
Florenum 1.
Rota Sacri Collegii conſtituit
Florenos 54. 45.
Cancellariæ Florenos 56. 10.
Clericorum Cameræ
Florenos 22. 38.

———————

Florenos 133. 38.

———————

Quodnam autem fundamentum habuerint quotæ indicatarum exactionum, melior indagatio, meliòrque ratio præberi nequit, quàm quòd 13
ortæ fuerint à conſuetudine vetuſtiſſima, ac immemorabili; Auctores namque ſuper hac materia ſcribentes, inveſtigata origine, ac antiquitate annatarum, ſermonem habentes de Communibus, & Minutis Servitiis, quæ ſunt annatæ, quæ debentur pro Beneficiis Conſiſtorialibus taxatis in libris Cameræ, diſſeruerunt tamquàm de re conſueta, tribuentes eorum quantitatem, ſivè quotam conſuetudini immemorabili, juxta *Conſtitution. 6. Pauli II.* §. 3. 4. *&* 5. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ Nos &c. auctoritate Apoſtolica &c. ſtatuimus &c. declaramus, quòd omnia, & ſingula Monaſteria &c. quorum fructus &c. ſi in libris ejuſdem Cameræ taxati reperiuntur, Communia, & Minuta Servitia, atque alia jura debita, & conſueta, tàm ipſis Cameræ, & Collegio, quàm Officialibus præfatis &c. reliqua verò Monaſteria &c. & Beneficia &c. unita, pro quibus &c. annata, ſeu alia jura ſolvi conſueverant, vel debebant temporibus retroactis &c. in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſolvere teneantur, & debeant &c. Communia, Minuta, & alia jura, ſeu annatas &c. ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in futurum, prout multi alii ad ſimiles Uniones, & gratias obtinendas faciunt, & facere conſueverunt &c. „ *Conſtitut. 20. Julii III.* §. 5. *eod. tom.* 1. ibi „ ſeu aliàs obligationes de ſolvendis Communibus, & Minutis Servitiis, ac annatis &c. aut aliis juribus ſolvi debitis, & conſuetis factæ non fuerint &c. „ *Conſtitution. 17. Pauli IV.* §. 1. *&* 8. *in fin. eod. tom.* 1. ibi „ licet Communium Servitiorum, & annatarum exactio &c. ſit antiquiſſima; ità, ut etiam peritiſſimi, & probatiſſimi Juris Interpretes, qui tempore Concilii Viennenſis jam ducentis quadraginta, & ultrà annis celebrati, & poſt illud ſcripſerunt, expreſſam de ea fecerint mentionem, & aſſeruerint, eam in dicto Concilio roboratam fuiſſe, & à Concilio Conſtantienſi &c. Beneficia unita hujuſmodi onus ſolutionis Communium, & Minutorum Servitiorum, ac annatarum, & aliorum jurium ſemper habuiſſe, & ad præſens habere &c. „ *Conſtitution. 38. S. Pii V.* §. 3. *in princip. eod. Bullar. tom. 2.* ibi „ Nos conſiderantes, quòd annatarum, Communium, & aliorum jurium prædictorum exactio &c. eſt antiquiſſima &c. „ *Conſtitution. 18. Vrbani VIII. in princip. tom. 5. & Conſtitution. 50. Clementis X.* §. 3. *in princip. juncto* §. 6. *in princip. tom. 6. repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III. V. VI. VIII. *&* XI. ac notant *Maſſ. Galleſ. de annat. n. 4. in princip.* ibi „ Communis, & Minutorum Servitiorum origo eſt antiquiſſima; ità, ut ejus ini-

„ initium ignoretur, & eorum ſolutio nunquam „ fuerit in dubium revocata antè Concilium Conſtantienſe &c. „ *Fagnan.in cap.prætereà* 1. *n.11.nè Prælat.vic.ſuas*, *Card.de Luca de Benefic. diſcur.89.n.2.in princip.* ibi „ præcognoſcendum „ venit quòd ex antiquiſſimo, ac immemorabili Eccleſiæ Catholicæ, Sediſque Apoſtolicæ „ uſu introducta fuit in Beneficiis Eccleſiaſticis „ exactio Communium Servitiorum,ac annatarum &c. ideòque etiam antè tempora Conciliorum Viennenſis,& Conſtantienſis hic annatarum uſus habetur &c. „ *& n. 3. in princip.* ibi „ inolevit etiam antiquus uſus ſolvendi dicta onera, & annatas pro Eccleſiis, ac Beneficiis unitis &c.

Si igitur conſuetudini immemorabili nititur
14 ſubſtantia earundem annatarum, quæ ex ſe apta eſt ad convalidandum titulum pro earum exactione, *Fagnan.in cap. prætereà* 1. *n.14.& 53.nè Prælat.vic.ſuas*, majori cum ratione dicendum eſt quòd eadem conſuetudo tribuat ſufficiens
15 fundamentum earum quantitati, dum faciliùs induci valet quantitas, quàm ſubſtantia, *Natt. conſ.3.n.11.lib.1.Surd.conſ.94.n.26.cum ſeq.lib.1. Lotther.de re benefic.lib.1.quæſt.39.n.158.cum ſeq.* longèque fortiùs cùm conſuetudo ſit univerſalis
16 apud omnes Nationes, præterquàm in aliqua Galliæ parte nuncupata Patria *Reducta*, quæ beneficio reductionis fruitur vigore Concordatorum inter Leonem X. & Franciſcum I.initorum, qua de cauſa meliùs remanet comprobatum jus ejuſmodi exactionis, *Rota in Hiſpalen. Viſitationis 30.Aprilis* 1700.§.21.*coram Molines Decano, & Inquiſitore Generali Hiſpaniarum, in Leodien, ſeu Aquiſgranen. Decanatus* 29.*Junii* 1701.§.*Tùm etiam coram clar.mem. Card. Caprara, & in Mindonen.Obſervationis Conſtitutionis* 1. *Martii* 1706. §. *Quartò, coram Anſaldo Decano.*

Minùſque relevaret, ſi manus mortua aſſereret, quòd Beneficia olim ſibi unita, hodiè non reddant eundem fructum, in quo taxata fuerunt,
17 quippè univerſalis experientia docuit, redditus Beneficiorum taxatorum potiùs recepiſſe incrementum, quàm decrementum, veluti in praxi teſtatur *Fagnan. in ſæpè laudato cap. prætereà* 1.
18 *n.70. nè Prælat.vic.ſuas*: & præſumptio ſtat pro augumento potiùs, quàm diminutione, *Rota coram Card.Seraphin. dec.*1393. *n.3. tom.2.* quamobrem manus mortua debitrix quindennii in ſe refundere deberet onus juſtificandi concludentiſſimis probationibus diminutionem fructus, ac interim quindennia decurſa perſolvere, pro
19 quibus competit actio exequutiva, quæ retardari nequit exceptione turbida, nec probata, *Rot. coram Dunozet.Jun.dec.*645.*n.21.cum ſeq. tom.2. Coccin.dec.*1358.*n.17.cum ſeq.Emerix Jun.Decan. dec.* 637. *n.7.* Præterquamquòd generaliter non admittitur exceptio minorationis, ſeu diminutionis fructus ad effectum minorandi, ſeu diminuendi quindennium pro Beneficiis taxatis debitum, eadem fermè ratione, qua Sedes Apoſtolica non recipit augumentum quindennii pro illis Beneficiis, quorum fructus adaucti ſunt, ex eo, quòd attenditur ſola Taxa ſemel in libris Cameræ præſcripta, quæ habet vim contractus, ſeu quaſi contractus perpetui, tamquàm fixa, immobilis, ac invariabilis, prout ità etiam practicatur in Proviſionibus Beneficiorum taxatorum, occaſione eorum vacationis, in quibus ſo-
lutio annatarum regulatur à Taxa, nulla habita 20
ratione augumenti, ſeu decrementi veri annui fructus, *Gomez Sarnen. in Regul.*55.*Cancellar. de valor. quæſt.*10.*in fin.Rota coram Caſſador.dec.*19. *n.5.cum ſeq. ſuper Regul. Cancellar.* ibi: *prætereà qui ſolvit ſecundùm Taxam Cameræ, relevatur, etiamſi probet de minori valore, ſicut non cogitur quis plus ſolvere pro annata, quàm ſit in Taxa, cùm Beneficium ſit majoris valoris, quia de pluri Camera non inquirit, ſi in his taxatio inſpicitur, videtur Regula interpretata eo modo, quando ſit expreſſio, ſcilicet, ut fiat, vel fieri poſſet juxta Taxam; ex quò, ſi in minori expreſſiſſet, omninò cogeretur ſatisfacere, prout in Taxa, ut Regula quò ad taxata non ſuſtulerit Taxam, quia quod non mutatur &c. & nè inducatur correctio &c. et quia Taxa Cameræ eſt in viridi obſervantia &c. quia Taxa ſemper durat &c.* quibus famulatur affine exemplum Brevis Pauli V. mandantis, attendi debere Taxam Beneficiorum, non verò valorem expreſſum in eorum unione, teſte *Amayden. de ſtyl.Datar.lib.1.cap.*18.§.4. *de quindenn.ſub n.*15. ibi: *Paulus V.&c.ordinavit &c. ſequi debere Taxam Cardinalium, non obſtante obligatione &c. in actu Unionis facta &c.* ſuper quo articulo ulteriùs alibi ſua ſede diſſerimus. Ejuſdem irrelevantiæ eſſet, ſi manus mortua fortaſsè exciperet, quòd Sedes Apoſtolica quandoque in exactione quindenniorum conſueverit defalcum indulgere; quippè non eſt propoſitio, quæ generaliter, ac in abſtracto recipi valeat, dum nonnulli occurrent caſus particulares, in quibus practicatum fuit defalcum cum aliquibus manibus mortuis in particulari, aut ex cauſa, quòd ob incuriam Collectorum in exactione quindenniorum, quamplura quindennia inexacta remanſerunt, quæ ſi ſoluta (prout debebantur) eſſent, ſanè notabilem ſummam conflarent; quo caſu, nè totum creditum quindenniale, præſertim conſiderabile evadat inexigibile magno cum prejudicio Annatiſtarum, attenta prædicta Collectorum negligentia, Sedes Apoſtolica aliquando majori utitur æquitate cum manibus mortuis, quæ videntes, ſe non pulſari pro ſolutione quindenniorum, conſumpſerunt pecunias eorundem ſolutioni deſtinatas, ſivè etiam ex cauſa alicujus infortunii Beneficiis unitis contingentis ob bellum, & Bonorum deprædationem, vel ſimilia; non autem unquam practicata fuere defalca generaliter abſque cauſa, ſeu alio motivo æquita-
tivo, citrà quod, Collectores, ſi defalcum feciſ- 21
ſent, præjudicare nequiviſſent Sedi Apoſtolicæ, juxta *Conſtitution.*20.*Julii III.* §. 5. *Bullar. nov. Rom.tom.1.* ibi „ ac ex incuria agentium pro Camera prædicta, ſeu aliàs obligationes de ſolvendis Communibus, & Minutis Servitiis, ac annatis &c. factæ non fuerint, & quæ ſunt, executioni non demandentur &c. „ *et Conſtitution.*50.*Clementis X.*§.6.*in principio, tom.6.*ibi „ exactiones jurium ratione quindenniorum „ hujuſmodi decurſorum &c. ob Procuratorum &c. incuriam &c. neglectæ fuerint &c. „ *repet.poſt Tract. int.Conſt.Apoſt. in ordine la III. et XI.* & advertit *Card.de Luca de Benefic. diſcur.*89. *n.13.in fin.§. Abſolutum autem*, ibi: *tùm etiam, quia ſi fortè aliqua deputatio adfuit gratia indulgentiæ, ac majoris commoditatis, illa fuit Cardinalis Camerarii Sacri Collegii, vel alterius Officialis, non autem totius dicti Sacri Collegii, cui factum Officia-*

Officialis, vel adminiſtratoris præjudicare non potuit &c. et n.14.in principio, ibi: *& nihilominùs, quando etiam fuiſſet facta deputatio ab ipſo Sacro Collegio, neque ſufficeret, quoniam &c. iſta exactio debetur Papæ &c. iſtam verò partem hujuſmodi emolumentorum applicavit Sacro Collegio Cardinalium, aliiſque Officialibus &c. & conſequenter intrat eadem ratio, quòd geſta per adminiſtratorem præjudicare non poſſunt domino abſque ejus ſcientia, & conſenſu &c. et diſc.139. n.2.in principio*, ibi: *ex eo, quòd negligentia eorum, penes quos hæc adminiſtratio fuit, non potuerit, nec debuerit præjudicare Collegio Cardinalium, aliiſque intereſſatis, & participibus &c.* immò (quod magis ſtringit) nec Pontifices Prædeceſſores in hac materia quindenniorum præjudicare poſſent, ut proteſtatur *Paulus IV.in ſua Conſtitut.la* 17 § 8.*in principio, Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi: *Nos conſiderantes, præfatum Eugenium Prædeceſſorem &c. ſucceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus &c. et per conſequens Collegio Cardinalium, et Officialium&c. præjudicare non potuiſſe &c. et Clemens X. in ſua Conſtit la 50.§.1. antè med. tom.6.repet. poſt Tract. int.Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la V. et XI.*

22 In præſenti igitur hypotheſi, ſpecie monetæ in obligationem deductæ alterata dumtaxat in valore extrinſeco, ut, quia retento eodem pondere, & materia ex uſu gentium, vel Edicto Principis ejus valor fuit auctus, vel diminutus, procul dubio attendi debet quanti valet de tempore ſolutionis illa ſpecies monetæ, *Bartol. in l. Paulus n.4 ff de ſolution.Gabriel conſ.164.n.4.cum ſeqq. lib.1.* ac in ſpecie loquendo de Ducato auri de Camera, quòd attendi debeat quanti valeat de tempore ſolutionis, firmavit *Adden. ad Gregor.XV. dec.142.n.7. Rubeus in addit. ad dec. 67. n.21.et 71.par.9 recentior.tom.1.Rot.coram Dunozet.Sen. dec.139. n.1.dec.686. n.1.et dec.899.n.1. par.4. diverſ.dec.500. in principio, et dec.504. in princip.juncto n.6. et ſeqq. par.14. recentior.* & ad hunc præciſum effectum ſolutionis annatarum, ac quindenniorum *Card. de Luca de Benefic. di-*
23 *ſcur. 89. num. 16.* atque in terminis Floreni *Rota coram Cardin. Seraphin. deciſ. 84. num. 1. cum ſeqq. tom.1.* Proindèque cùm Taxa per Joannem XXII. ſtabilita contineat certam, ac determinatam ſpeciem monetæ realiter exiſtentis, & apud Florentinos celebris, eique idem Joannes XXII. ſubrogaverit Ducatum auri de Camera, ac ſucceſſivè per impreſſionem Scuti aurei Stamparum, ſeu Ducati inferioris Ducatus antiquus, qui poſteà dictus fuit Ducatus largus, paulatim abierit in deſuetudinem, & loco illius ſolutiones, quæ faciendæ erant in Florenis, & Ducatis aureis, fieri cœperint, ac debuerint in Scutis aureis, oportuit peræquare æſtimationem utriuſque hujus monetæ Ducati antiqui, & Scuti aurei, adſcitiſque per Cameram Apoſtolicam Peritis, compertum fuit, quòd (exempli gratia) centum Ducati auri de Camera æquivalebant, & æquivalent centum, & novem Scutis aureis Stamparum, ac juxta hanc valutationem Romana Curia uſu recepit exigendi Scuta aurea
24 centum, & novem pro ſingulis Ducatis auri centum, veluti, referendo Decretum Camerale, reſolvit *Rota de anno 1591.in dec.686. num.1.par.4. diverſ.* atque juxta hanc valutationem proceſſit *Rota coram Dunozet.Sen.dec.139. in principio.*

Undè hinc benè ſubſiſtit, quòd, retenta ejuſmodi proportione de tempore factæ peræquationis, ſeu æſtimationis Scutum aureum valeret Juliis duodecim, vel treſdecim, valor uniuſcujuſque Ducati erat major valore Scuti aurei in Julio uno, ac plus, ut inquit *Card. de Luca de* 25
Benefic.diſcur.89 ſub n.18.in fin. ubi pariter refert aliam conſimilem peræquationem modernis temporibus factam. Nec mirum, ſi hodiè valor Ducati, ſeu Floreni in Taxis redactus ad monetam argenteam valutetur in Juliis decem, & octo, ex ſuperiùs in *Cap.I.n.28.& 33.*congeſtis; cùm enim valor Scuti aurei conſtituatur in Juliis ſexdecim cum dimidio, facta peræquatione monetarum juxtà recenſitam proportionem, hæc ad unguem ſumma argentea, vel ærosa intrat in unoquoque Ducato, licet, quando Scutum aureum erat valoris dumtaxat quatuordecim, vel quindecim Juliorum, differentia inter utramque monetam auream non aſcenderet ad Julium unum, & bonenos quatuor, ac duos quadrantes, ex ea ratione à priori, quòd illamet differentia inter unam, & alteram ſpeciem monetæ, utpotè conſiſtens in auro, creſcente, vel decreſcente valore auri, creſcit, ac decreſcit etiam ipſa, prout arithmetico experimento facilè patebit. Qua occaſione conciliantur duo loca in Sacris Literis, quæ videntur ſibi contraria, nempè *lib.2.Reg.cap.24.verſic.24.& lib.1.Paralipomen.cap.21.verſic.25.* dum *dict.lib.2. Reg.* refertur, Davidem emiſſe aream Ornan Jebuſæi Siclis auri 50. qui conſtituunt Siclos argenti 600. attamen per Siclos argenti quinquaginta, ibi: *emit ergò David aream &c. argenti Siclis quinquaginta &c. & dict.lib.1.Paralipomen.* è contrà memoratur, Davidem emiſſe dictam aream Siclis auri 600. ibi: *dedit ergò David Ornan pro loco Siclos auri juſtiſſimi ponderis ſexcentos &c.* Audiatur (quæſo) conciliatio allata ab *à Lapid. in dict. lib. 2. Reg.* ibi: *hos Siclos vocari argenti ideſt pecuniæ, Hebræi enim, ac Franci pecuniam vocant argentum, re vera tamen fuiſſe aureos. Jam 50. Sicli aurei valent 600. Siclos argenti &c. Quare Siclos 600. quorum fit mentio in Paralipom. fuiſſe argenteos, eos tamen vocari auri, quia in auro perſoluti ſunt, nam, ut dixi, 50. Sicli auri dati à Davide valent 600. Siclos argenteos &c. & in fin. Pentateuch. de menſur. & ponderib. tit. de monet. in princip. §. Proportio, propè fin.* ibi: *erant aurei quoad materiam (erat enim moneta aurea) ſed argentei quoad æſtimationem valoris, & pretii &c. Dedit ei Siclos aureos, qui juſto pondere appenſi valebant ſexcentos Siclos uſuales, puta argenteos &c. & §. Hunc ſenſum*, ibi: *ſic enim paſſim argentum vocamus pecuniam, ſivè ea ſit argentea, ſivè aurea, ut hic erat &c.* In quorum ſequelam mirè explicantur Doctores aſſerentes, Ducatum eſſe majorem Scuto aureo in Julio uno, hanc enim peræquationem intelligunt de tempore, quo Scutum aureum valebat dumtaxat Juliis undecim, tunc enim cùm Scuta aurea centum, & novem efficerent in moneta argentea Scuta 119. 90. ac Ducati aurei centum ad rationem Juliorum duodecim conflarent in eadem moneta argentea Scuta 120. jam liquet, Ducatum eſſe majorem Scuto aureo in uno fermè Julio, auctòque ſucceſſivè valore Scuti aurei, forſan non animadverterunt proportionem, cum qua creſcere debebat etiam differentia, quæ eſt manibus palpabilis; ſed noſtra ætate ob notabile augu-

augumentum valoris monetæ aureæ in omnibus mundi Partibus reſultans ex diminutione valoris monetæ argenteæ, quæ ob adauctam ejus quantitatem ex affluentia fodinarum metalli argentei in Partibus Americæ, retroactis ſæculis incognitæ, non tantam recepit æſtimationem, *Faber de variat. numm. ſolut. cap.* 1. *n.* 79. *cum*
26 *ſeqq. & cap.* 5. *per tot.* ubi notat, augumentum valoris monetæ aureæ non eſſe adſcribendum illius alterationi, ſed monetæ argenteæ inferioris deteriorationi, *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.*39. *n.*208. *Rota dec.* 509. *n.* 16. *par.* 19. *recentior. tom.* 2. ibi: *cùm ab illo tempore lapſa ſint quatuor, & ultrà ſæcula, in quorum curriculis mutatus fuit valor intrinſecus rerum, qui crevit propter affluentiam auri, & argenti poſt apertum iter ad Indos &c.*

Nullius inſuper ponderis eſſet, ſi fortè ex alio capite manus mortua prætenderet declinare ſolutionem quindennii ſub mendicato prætextu, quòd in literis Unionis aſſeratur, Beneficium unitum non excedere, puta, annuos Ducatos, ſeu Florenos quinquaginta auri, cùmque de tempore Pontificis unientis, valor Floreni auri conſiſteret in ſolis Juliis quinque ad ejuſmodi rationem videretur, ſolvendum eſſe quindennium; immò quando pro ſolutione quindennii regulari vellet Florenus juxta præſentem valorem, ſequeretur, quòd annuus fructus Beneficii uniti tunc expreſſus in Florenis quinquaginta, regulando pariter Florenum ad rationem currentem, reducendus eſſet ad ſummam XXIV. Ducatorum, perque conſequens in hoc caſu manus mortua eximeretur à ſolutione quindennii: quippè, ut vis allati argumenti cognoſcatur, oportet me-
27 miniſſe, quòd Florenus auri, qui eſt moneta, qua olim exprimebatur annuus fructus Beneficiorum Eccleſiaſticorum, præſertim occaſione Unionum, nequidem erat moneta idealis, imaginaria, ſeu phantaſtica, ſed moneta vera, ac realis, auri, cuſſa originaliter Florentiis, cum impreſſione Lylii ex uno latere, & effigie Sancti Joannis Baptiſtæ ex altero latere, veluti tradit *Villan. antiquus Scriptor Hiſtoriæ Florentinæ lib.* 1. *cap.* 40. adinſtar cujus Pontifex Joannes XXII. cudi juſſit alium Florenum ejuſdem ponderis, ac bonitatis, unà cum eadem impreſſione Lylii, & literis SS. Petr. & Paul. ex uno latere, nec non effigie pariter S. Joannis Baptiſtæ, ex altero latere, prout æquè refert idem *Villan. lib.*9. *cap.*279. *& Fenzon. ad Statut. Urb. lib.*1. *cap.*197. *n.*152. ſucceſſivis poſteà temporibus, ſivè ab eodem Pontifice Joanne XXII. ſivè ab aliis ſucceſſoribus, cùm in deſuetudinem abiiſſet Florenus auri, cuſſus fuit in Urbe Ducatus auri ejuſdem ponderis, & bonitatis Floreni; ità, ut tàm Ducatus, quàm Florenus ex illo tempore habitus fuerit, ac æſtimatus pro moneta æqualis valoris, veluti fatetur *Gomez Sarnen. ad Regul.*55. *Cancellar. de valor. exprim. quæſt.*9. *poſt med. circà fin.*§ *Conſequenter*, qui, cùm cæteroquin proclivis ſit ad cenſuram Curiæ Romanæ, nihilominùs, poſtquàm retulerit ſuam opinionem, quòd id proceſſerit ex quodam abuſſu, auctoritate memorati *Villan.* ſeduli, ac eximii Hiſtoriographi, convictus, adhæret illius opinioni; quòd autem re vera Ducatus auri eſſet ejuſdem valoris Floreni auri, ad hominem comprobatur ex *textu in Extravaganti Benedicti XII. incipien. vas electionis* §. *Porrò, de Cenſibus*, & perpendunt *Fenzon. ad Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 197. *n.*151. *Mandoſ. ad Regul.*25. *Cancellar. de monet. quæſt.*3. *n.*4. *Corrad. in prax. benefic. lib.*2. *cap.*13. *n.*4. *cum ſeqq. Card. de Luca de Benefic. diſcur.*89. *n.*18. omiſſis aliis.

Sed quando etiam ſuper hoc nulla extaret (prout tamen extat) auctoritas convincens, 28
adhùc ſufficeret obſervantia tot ſæculorum, vigore cujus uniformiter reſpectu ad omnes Nationes ſemper practicatum fuit in materia Beneficiorum, ſumendo nempè Ducatum, & Florenum pro moneta æquivalente, ejuſdemque valoris; dum affirmare debemus, quòd, cùm id admiſſum fuerit à tot intereſſatis in hujſcemodi re, quot extant Epiſcopatus, nec non Abbatiæ, ſeu Monaſteria, omniàque Beneficia Conſiſtorialia taxata in libris Cameræ, nec non penès *Tamburin. de Jure Abbat. tom.*1. *fol.*444. *cum ſeq.* regiſtrata, habuerit legitimum, ac canonicum titulum, & ſubſtantiale fundamentum veritatis, & juſtitiæ, veluti ad propoſitum arguunt *Lotther. de re benefic. lib.*1. *quæſt.* 39. *n.*158. *cum ſeqq.* inque terminis cohærentibus *Fagnan. in cap. prætereà* 1. *n.*14. 15. *&* 16. *nè Prælat. vic. ſuas*. Cùmque pariter in deſuetudinem abierit Ducatus auri de Camera, cudi cæpit Scutum auri Stamparum, quod uſque de anno 1591. cùm adæquatum fuerit Ducato auri, cujus aliquis reperiebatur in Muſæis Romanis, recognitum, ac repertum eſt, quòd in Ducatis centum de Camera intrabant centum, & novem Scuta auri;
quamobrem per Decretum Camerale juxta hanc 29
proportionem impoſita fuit norma, ſeu regula ſolutionibus debitis in Ducatis, faciendis in Scutis aureis, ſeu illorum æquivalente, ut obſervat *Rota dec.*686. *num.* 1. *par.* 4. *diverſ.* aliudque experimentum refert recentibus temporibus *Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.* 89. *n.* 18. *in fin.* & hujuſmodi methodo ſemper in Dataria, ac Cancellaria Apoſtolica valutati fuere Floreni, & Ducati occaſione Proviſionum Epiſcopatuum, ac Abbatiarum, omniùmque Beneficiorum Conſiſtorialium in Florenis taxatorum, veluti occaſione ſolutionum quindenniorum ex cauſa Beneficiorum unitorum, ideſt calculando centum, & novem Scuta auri pro quibuſlibet centum Florenis, quod quidem notorium eſt omnibus manibus mortuis, quibus unita fuerunt Beneficia Eccleſiaſtica, & commemorat idem *Card. de Luca de Benefic. mox relato diſcurſ.*89. *n.*18. qui ideò accuratè notat, Florenum, aut Ducatum conſtituere valorem Julii unius, cum aliquo ampliùs ſuper valorem Scuti aurei; etenim calculato juxta allatam proportionem tanti æſtimatur procul dubiò, facta dimenſione, ſeu ponderatione cum moneta argentea.

Quibus præmiſſis circà verum valorem Floreni adæquati Scuto aureo, equidem admiſſo, quòd valor Floreni, ſeu Ducati, prout pariter ad proportionem quæcumque alia moneta aurea, regulati ad monetam argenteam, tempore factæ Unionis, eſſet minor, quàm ſit de tempore præſenti, non tamen, ſi ſupponeretur à manu mortua, in illa exorbitantia, puta ſi calcularetur in ſolis Juliis quinque, fortaſsè ſumpto æquivoco cum Floreno argenteo, groſſorum decem, de quo meminit aliquis Scriptor, dum
in *Statut. Urb.* pervetuſto, *lib.*1. *cap.* 197. valu- 30

tatur

tatur Ducatus auri de Camera in Juliis undecim, & tanti aſſerendum eſt , æſtimatum fuiſſe Florenum ejuſdem ponderis , ac bonitatis , prout jam ſuperiùs inſinuavimus ; penetrando itaque funditùs radices effectus , quem operatur alteratio
31 valoris Floreni , habendum eſt præ oculis , quòd moneta ſecum continet duo genera valoris , illius nempè , qui vocatur intrinſecus , alterius verò , qui vocatur extrinſecus , & quantumvis apud Scriptores aliquos ſumatur pro valore intrinſeco ille , qui ab aliis vocatur extrinſecus , ſequendo communiorem , quin fiat quæſtio de nomine , pertinacibus relinquenda , ſumendus venit pro valore intrinſeco ille , qui conſtituitur à materia , pondere , & bonitate , nec non pro extrinſeco ille , qui derivat à Principis Edicto , aut à publico commercio , quod tribuit monetæ ſuum valorem , ac æſtimationem , veluti quamplurimorum Scriptorum auctoritate ſuffultus ità diſtinguit *Gobb. de monet. quæſt. 2. n. 37. & 38.*
32 Præterea animadvertendum eſt, quòd moneta aurea valutatur , & æſtimatur à moneta argentea , ſivè alia magis minuta tamquàm moneta convertibilis , & commutabilis cum quacumque moneta argentea , *Bartol. in l. Paulus 99. n. 8. ff. de ſolution. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæſt. 39. n. 203. Regnaud. de monet. n. 10. Gobb. eod. tract. quæſt 4. n. 43. Rota in recentior. dec. 149. ſub n. 8. verſiculo præcipuè , par. 2. tom. 1.*

Præſuppoſito igitur , quòd , ſicuti Scutum auri Stamparum, quin paſſum fuerit aliquam alterationem in pondere , & bonitate à Scuto auri antiquo , hodiè adauctum ſit in valore uſque ad Julios ſexdecim cum dimidio , ità etiam ob neceſſitatem ſuprà enunciatæ proportionis adauctus ſit valor Floreni , ſeu Ducati ferè ad Julios decem , & octo , ejuſmodi augumentum extrinſecum tribuendum eſt rationi valdè rationabili , quòd moneta argentea diminuta ſit in pondere ,
33 vel quòd comparatione auri cùm ſupervenerit major copia argenti ex cauſa fodinarum recenter adinventarum juxta *Rot. dec. 509. num. 16. par. 19. recentior. tom. 2.* Sivè ex cauſa antiquarum fodinarum locupletiorum effectarum , conſervari nequivit eadem proportio pretii inter aurum , & argentum , veluti notant *Lotther. de re benefic. lib. 1. quæſt. 39. n. 203. Theſaur. de augum. monet. par. 1. n. 27. Gobb. de monet. quæſt. 3. n. 16.*
34 ideòque Principum auctoritate adauctus eſt valor monetæ aureæ ; ità , ut hodiè ad efficiendum Florenum unum , ſeu Ducatum deſiderentur ferè Julii decem , & octo , cùm id ſit juſtitia , veluti tradunt *Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 7. n. 61. Lup. de uſur. comment. 3. §. 2. ſub n. 73. verſic. quamobrem , Creſp. de Valdaur. obſerv. 101. n. 28. lib. 2. Gobb. de monet. quæſt. 3. n. 27. Covarruv. de veter. num. collat. cap. 7. ſub num. 6. Cabed. dec. Portugall. 45. in fin. par. 2.* Idque , quod à Summis Pontificibus practicatum extitit , pariter ab aliis Principibus uſitatum fuit in eorum ditionibus reſpectu ad alias monetas aureas , puta Ungheros, Zecchinos , Duplas , & ſimiles, quæ quidem monetæ ſemper in dies adauctæ fuerunt , *Scaccia de commerc. & mercatur. §. 2. gloſſ. 3. n. 78. Theſaur. de augum. monet. par. 1. num. 21. & 22. Gobb. de monet. in Cathalogo poſt quæſt. 12. à fol. 393. Rota*
35 *coram Innocent. X. dec. 687. n. 7.* Quod ſanè augumentum monetæ aureæ in hoc caſu obveniens à diminutione valoris monetæ argenteæ , dici non poteſt verum augumentum , ſed potiùs conſervatio ſui valoris antiqui, *Faber de var. numm. ſolution. cap. 1. n. 79. cum ſeqq. & cap. 5. per tot. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæſt. 39. n. 208.*

Hujuſcemodi fundamentis diſcutitur à Doctoribus celebris controverſia , num , ſuppoſita alteratione monetæ in obligationem deductæ , cùm à debitore facienda ſit ſolutio , inſpiciendus ſit valor currens de tempore , quo debitum habuit ſuum principium , vel num potiùs ille currens de tempore ſolutionis , ſuper qua quidem quæſtione *Bartol. in l. Paulus 99. n. 6. verſic. ſecundo modo ff. de ſolution.* firmat theoricam , 36
quòd , ſi moneta alterata eſt in valore extrinſeco , firma remanente eadem materia , pondere, & bonitate , attendendus ſit valor currens de tempore ſolutionis , ad differentiam caſus , in quo moneta cuderetur majori pondere , ſeu meliori ligha : hæcque theorica , cum à majori Doctorum numero recepta fuerit , hodiè ſibi vindicat locum communis opinionis , nec non juxta illam judicatur in Tribunalibus , *Gobb. de monet. quæſt. 5. n. 2. cum ſeqq. & quæſt. 6. n. 4. cum ſeqq.* ubi affert innumeram Doctorum catervam , quod ſubdit intrare in quocumque genere debiti, & *quæſt. 7. n. 23.* ac in præciſis terminis ſolutionis quindennii ex cauſa unionum debiti *Card. de Luca de Benefic. diſcur. 89. n. 16. cum ſeq.*

Quapropter ſuppoſito , quòd expreſſio annui valoris Beneficii uniti facta fuerit , puta , in Florenis quinquaginta , & quòd de tempore Unionis Florenus eſſet moneta realis , non verò idealis , ſeu imaginaria , quæ quidem expreſſio valo- 37
ris in Bulla Unionis , deſiderata à *Regula 22. Cancellar. de Union.* omninò ſit ad præciſum 38
effectum tribuendi normam , & regulam ſolutioni annatarum , ac ſucceſſivè quindenniorum *Lotther. de re benefic. lib. 3. quæſt. 20. n. 48.* ſequitur , quòd eo modo , quo annatæ debentur in illa ſpecie monetæ , in qua ſit expreſſio , ſivè in ejus æquivalente , ità etiam quindennia debean- 39
tur in æquivalente Floreni juxta valorem in præſens currentem , veluti advertit *Card. de Luca de Benefic. diſcur. 89. n. 16.* præſertim cùm quindennia ſubrogata ſint loco annatarum , reſpectu ad Beneficia unita, ex *Bulla 6. Pauli II.* primi quindenniorum regulatoris , *Bullar. nov. Rom. tom. 1. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la I.* ubi §. 1. meminit Unionum per prius à Summis Pontificibus factarum; iſtiuſmodi autem ſubrogatio quindenniorum pro Beneficiis unitis , loco annatarum , ſatis comprobatur ex verbis mox prælaudatæ *Conſtitutionis Paulinæ* §. 1. 2. 3. 4. & 5. ibi ,, Monaſteria &c. & Beneficia Eccleſiaſtica &c. Apoſtolica auctoritate ,
,, univimus , incorporavimus &c. propterea-
,, que &c. Monaſteria &c. & Beneficia unita
,, hujuſmodi ampliùs nequaquam vacare ſperantur &c. Nos &c. auctoritate Apoſtolica &c.
,, ſtatuimus &c. & declaramus , quòd omnia ,
,, & ſingula Monaſteria &c. quorum fructus &c.
,, in libris ejuſdem Cameræ taxati reperiuntur ,
,, Communia , & Minuta Servitia , atque alia
,, jura debita , & conſueta , tàm ipſis Cameræ ,
,, & Collegio , quàm Officialibus præfatis ,
,, reliqua verò Monaſteria &c. & Beneficia , ut
,, præferetur , unita , pro quibus Cameræ Apo-
,, ſtolicæ annata , ſeu alia jura ſolvi conſueve-
,, rant , vel debebant temporibus retroactis &c.
,, an-

„ annatam, ſivè medios fructus unius anni in „ poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequu- „ turis, eidem Camerario ſolvere teneantur, „ & debeant. Et quòd de omnibus Monaſte- „ riis &c. & Beneficiis, ut præfertur, unitis&c. „ Communia, Minuta, & alia jura, ſeu Anna- „ tas, & medios fructus hujuſmodi ſolvere ad- „ ſtringantur etiam ſingulis annis XV.„ in *futurum &c.* & ſucceſſivè proſequuntur alii poſteriores Pontifices uſque ad *Clementem X.*

Ulteriùs non ſuffragatur frivola animadverſio, quòd, ſi Florenus valutandus eſſet juxta præſentem currentiam Juliorum decem, & octo circiter, reducenda quoque eſſet ad illam rationem expreſſio facta in literis Unionis annui valoris Beneficii uniti, puta in Florenis quinquaginta, qui de eo tempore, puta, ut figurat manus mortua, non æſtimarentur, niſi in Juliis quinque pro quolibet Floreno, quo caſu Beneficium eſſet ſub annuis Scutis XXV. perque conſequens non ſubjaceret quindennio; etenim, præterquamquòd admitti nequit figuratio caſus, quòd Florenus auri nimirùm de tempore Unionis Beneficii ſtaret dumtaxat in Juliis quinque, ex ſuprà indicatis rationibus, immò inveriſimilius redditur ſuppoſitum in hoc caſu, dum credibile non eſt, quòd Beneficium Pontificio diplomate unitum maximè alicui manui mortuæ inſigni, pareret redditum annuorum Scutorum XXV. tantùm, ex Juliis X. pro quolibet Scuto, quot prorsùs eſſent Floreni L. ex ſuppoſitis Juliis V. pro quolibet Floreno; habendum eſt in conſideratione, quòd, ſi augumentum Floreni à diminutione monetæ argenteæ proceſſit ex ſuperiùs deductis, expreſſio annui redditus in Florenis L. recipere non debebit reductionem à diminutione valoris monetæ argenteæ, nec ab illa regulanda erit, dum, non quia diminuitur valor monetæ argenteæ, diminutus remanet annuus redditus Beneficii uniti expreſſus in Florenis L.
40 auri, cùm tanti æſtimentur hodiè Julii decem, & octo, eandèmque obeunt functionem in publico commercio, quam obibant de tempore Unionis Julii XI. in quibus conſtituebatur valor Floreni, veluti expendit *Rota dec.* 149. *ſub n.* 8. *verſic.& ſic, ſi moneta, par.* 2. *recentiorum tom.* 1. Ità, ut, ſi manus mortua identificaſſet Bona Beneficii ſibi uniti, facilè innoteſceret, quòd ejus redditus correſpondet potiùs valori currenti Floreni, quàm valori currenti de tempore Unionis Beneficii: ideòque ſolvendo quindennium ad rationem currentem Floreni, non exceditur juſta menſura illius, quod ſolvendum eſſet pro dimidia annata.

41 Hiſce rationibus mirum in modum opitulatur generalis obſervantia omnium Proviſorum, qui expediunt Bullas Epiſcopatuum, & Abbatiarum, ſeu Monaſteriorum, cæterorùmque Beneficiorum Conſiſtorialium à Joanne XXII. taxatorum in Florenis auri, dum omnes Proviſi regulant Taxam juxta valorem currentem Floreni, & inter alios etiam Galli, quorum Natio in hac materia eſt vigilantiſſima, eodèmque modo practicatur generaliter in ſolutionibus quindenniorum, quod fortiùs ſtringit, ſi ità quoque practicavit eadem manus mortua, cui unitum fuit
42 Beneficium Conſiſtoriale, ex eo, quòd ejuſmodi obſervantia tàm generalis, quàm particularis inſervit pro juſta interpretatione, datque normam ei, quod deinceps practicari debet in caſibus particularibus ad *textum in l.minimè* 13. *ff.de legib.* ac in individuo *Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 89. *n.* 12. *in fin.* ibi: *comprobante communi obſervantia &c. in Beneficiis, occaſione novarum Proviſionum &c. Igitur, jungendo ſimul Conſtitutiones Apoſtolicas, illam præſertim Pauli II. nec non generalem diſpoſitionem Juris, generalèmque obſervantiam, ac etiam obſervantiam parcicularem omnium quindenniorum, quæ Cameræ ſolvuntur, ex omnibus Mundi partibus, ità videmur eſſe in caſu indubitabili &c.* & præcisè loquens de valutatione monetæ in caſu alterationis ejus antiqui valoris abundè *Gobb. de monet. quæſt.* 6. *num.* 38.

Aliàs denique ſi contrarium firmandum eſſet, profectò non niſi odioſa novitas promoveretur in re adeò frequenti, & uniformiter tot ſæculis practicata, quod quidem plauſibile non eſſet in quacumque manu mortua quindennii debitrice, longèque minùs evadit conveniens in manu mortua, puta exiſtente in ditione Veneta, quæ poſſidens Beneficium Conſiſtoriale vigore Unionis ſibi ab aliquo Pontifice Veneto factæ, renuere non deberet ſolvere quindennium à *Paulo II.* pariter Veneto, ac primo illius regulatore præſcriptum ſub certis pœnis in ſua *Conſtitut.* 6. §. 6. *Bullar. nov. Roman. tom.* 1. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. contentis

ARGUMENTUM.

Ultrà Taxam in tot Ducatis, ſeu Florenis auri de Camera, pro Beneficiis taxatis in libris Cameræ, ſolvenda ſunt etiam Communia, & Minuta Servitia.

SUMMARIUM.

1 *Taxa Joannis XXII. ad quid inventa.*
2 *Pro rogitu quietantiæ aliquid ſolvitur.*
3 *Quomodò, & à quo introducta Communia, & Minuta Servitia.*
4 *Ponderantur Bullæ quindenniorum.*
5 *Ex immemorabili conſuetudine exigendi ſubſtantiam debiti deſumitur titulus validus.*
6 *Faciliùs præſumitur, & probatur quantitas, quàm ſubſtantia.*
7 *Conſuetudo univerſalis, ſeu Romanæ Eccleſiæ prævalere debet cuicumque Doctori.*
8 *Romana Eccleſia eſt omnium Magiſtra, & communis Mater.*
9 *Inferiores à Superioribus regulandi.*

CAPITULUM XIII.

INtolerabili propemodùm æquivoco laborat manus mortua perperàm putans, pro parte ſua ſatisfacere Conſtitutionibus Apoſtolicis ſuper materia quindenniorum emanatis, ſolvendo nempè pro Beneficio ſibi unito, tot Ducatos, ſeu Florenos auri de Camera, in quibus taxatum reperitur, quantumvis quindennia ſint debita loco Communium, & Minutorum Servitiorum, quæ antè Unionem ſolvebantur, ſub frivolo quidem, & captioſo prætextu, quòd eadem Communia, & Minuta Servitia compræhenſa dici debeant in ſumma taxata, illàmque non

non excedere: quamobrem, ad tollendum hoc æquivocum, monemus, quòd ultrà Taxam in tot Ducatis, ſeu Florenis auri de Camera, pro Beneficiis taxatis in libris Cameræ, ſolvenda
1 ſunt etiam Communia, & Minuta Servitia; etenim Taxa Joannis XXII. circa initium ſæculi XIV. quoad Beneficia Conſiſtorialia, non emanavit ad effectum præciſè determinandi, ac præſcribendi quantitatem ſummæ ſolvendæ, ſed ad effectum dumtaxat conſtituendi, & firmandi in tertia parte fructuum Beneficii certam, ac determinatam quantitatem, juxta quam regulanda, & calculanda eſſent Communia, ac Minuta Servitia, quæ tamquàm difformia in quota, neceſſe erat, quòd in unoquoque Beneficio aliquam reciperent normam, & menſuram à certa, ſeu ſtabilita ſumma; ſicque procul dubio à veritate aberrat, quòd ſoluta ſumma taxata, ſeu tot Ducatis, vel Florenis auri de Camera, nihil ampliùs ſuperſit ſolvendum; quando, etiam habita ratione Taxæ tot Ducatorum, ſeu Florenorum, ſolvenda ſint Communia, & inſuper Minuta Servitia, quæ inſimul juncta, non aſcendunt ad medietatem fructuum unius anni ipſius Beneficii, & conſequenter manus mortua, cui unitum fuit Beneficium Conſiſtoriale, non ſolvit integram mediam annatam, quam ſolvit manus mortua, cui unitum fuit Beneficium non Conſiſtoriale, ſeu inferius, veluti, diſtinguendo Communia à Minutis Servitiis, benè perpendunt *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 3. de annat. n. 18. ac ſignanter in fin. verſic. nunquam*, ibi: *nunquam tamen ſolutio hujuſmodi tripartita aſcendit ad eam ſummam, quæ ſolvitur pro integra annata &c. & ideò &c. Partes in ſolutione Minuti Servitii in nihilo gravantur, immò neque in hoc MinutoServitio perſolvunt integram mediam annatam &c. Maſſ. Galleſ. de annat. num. 3. & 4.* ibi: *Commune Servitium eſt quantitas certa pro unoquoque Epiſcopatu, vel Monaſterio Conſiſtoriali, ſecundùm taxationem antiquàm, aliàs à Joanne XII. Pontifice moderata ſolvenda &c. Minuta verò Servitia ſunt quinque portiunculæ, quæ ſecundùm proportionem Taxæ fructuum Epiſcopatus, vel Monaſterii, inter certos Papæ Miniſtros, & Officiales diſtribuuntur &c. D. Advoc. Fargn. de Jurepatronatu tom. 3. par. 6. Canon. 10. & 11. caſ. unic. n. 2.* ibi: *Alia eſt (ideſt annata) quæ dicitur Commune Servitium, eò quòd ejus dimidium tributur Papæ, reliquum Sacro Collegio Cardinalium &c. & quæ ſolvitur pro Beneficiis Conſiſtorialibus, & eſt quantitas certa pro quolibet Epiſcopatu, vel Abbatia, quæ dicitur Minuta Servitia, quæ ſunt quinque portiunculæ, quæ ſecundùm proportionem Taxæ fructuum Epiſcopatus, vel Abbatiæ inter certos Papæ Miniſtros, & Officiales diſtribuuntur, & appellantur Minuta, quia ſunt minutæ partes annatæ, & quia partiuntur inter minores Miniſtros &c. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæſt. 26. n. 50. cum ſeqq. Fagnan. in cap. præterea 1. n. 11. & 69. nè Prælat. vic. ſuas, Rota poſt Tamburin. de jure Abbat. tom. 3. dec. 15. nu. 6. in principio, & dec. 16. n. 6. in principio*. Sed ultrà
2 enunciatas ſolutiones, ſolvuntur quoque nonnulli Ducati, ſeu Floreni pro rogitu diverſarum quietantiarum reportandarum, ut notiſſimum eſt.

3 Quomodò autem, & à quo introducta, ac ſtabilita fuerit quota Communium, & Minutorum Servitiorum, nulla propemodùm habetur notitia, quemadmodùm nulla quoque extat memoria primæ originis hujus debiti in ſubſtantia, niſi, quòd conſtat, hanc exactionem fieri conſueviſſe longè antè Concilium Viennen. ex traditis per *Maſſ. Galleſ. de annat. n. 4. cum ſeq. Fagnan. in cap. præterea 1. num. 14. nè Prælat. vic. ſuas, Card. de Luca de Benefic. diſcur. 89. n. 2.* ibi: *Illud præcognoſcendum venit, quòd &c. introducta fuit in Beneficiis Eccleſiaſticis exactio Communium Servitiorum, ac Annatarum &c. ideòque etiam antè tempora Conciliorum Viennenſis, & Conſtantienſis, hic Annatarum uſus habetur &c.* Sed id totum regulatur juxta inconcuſſam, ac immemorabilem conſuetudinem per Pontificias Conſtitutiones ſuper materia quindenniorum editas, in quibus canonizatur jus exigendi conſueta onera Communium, ac Minutorum Ser-
vitiorum, ut ſignanter expreſsè ſtatuerunt *Pau-* 4
lus II. Conſtitut. 6. §. 3. 4. & 5. Bullar. nov. Rom. tom. 1. ibi „ Statuimus &c. & declaramus, quòd omnia, & ſingula Monaſteria &c. quorum fructus &c. ſi in libris ejuſdem Cameræ taxati reperiuntur, Communia, & Minuta Servitia, & alia Jura debita, & conſueta, tàm ipſis Cameræ, & Collegio, quàm Officialibus præfatis, reliqua verò Monaſteria &c. & Beneficia, ut præfertur, unita &c. Annatam &c. in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſolvere teneantur, & debeant. Et quòd de omnibus Monaſteriis &c. & Beneficiis, ut præfertur, unitis&c. Communia, & Minuta, & alia jura, ſeu Annatas &c. ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in futurum &c. Julius III. „ *Conſtitution. 20. §. 5. eod. tom. 1.* ibi „ obligationes de ſolvendis Communibus, & Minutis Servitiis, aut Annatis&c. aut aliis Juribus ſolvi debitis, & conſuetis, factæ non fuerint &c. „ *Paulus IV. Conſt. 17. §. 1. 7. 8. & 11. eod. tom. 1.* ibi „ licet Communium Servitiorum, & Annatarum exactio &c. ſit antiquiſſima &c. ad ſolutionem Annatarum, Communium, Minutorum Servitiorum, & aliorum Jurium &c. ob non ſolutionem Annatarum, Communium, & Jurium &c. Communia, Minuta Servitia, Annatas, & alia Jura &c. perſolvere recuſent&c. Et propterea &c. ad ſolutionem Communium, & Minutorum Servitiorum, & Annatarum, & aliorum Jurium &c. ratione earundem Unionum &c. ſingulis XV. annis&c. faciendam teneri &c. & ad id, nec non ad ſe Communibus, & Minutis Servitiis, ac Annatis, & aliis Juribus prædictis de XV. in XV. annos realiter, & cum effectu ſolvendis in forma ſolita obligandum &c. & Beneficia unita hujuſmodi onus ſolutionis Communium, & Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum Jurium ſemper habuiſſe, & ad præſens habere. Et inſuper, ut ratio Communium, Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum clara habeatur &c. „ *S. Pius V. Conſtit. 38. in princip. juncto §. 3. 4. & 6. eod. Bullar. tom. 2.* ibi „ ut Annatarum, Communium, & aliorum Jurium &c. de XV. in XV. annos, ob perpetuas Beneficiorum Eccleſiaſticorum Uniones perſolvendorum &c. exactio, & exequutio fiat &c. ratione Annatarum, Communium, & aliorum Jurium&c. abſque eo, quòd Anna-

„ tas,

„ tas, Communia, & Quindennia prædicta ſolviſſent &c. Nos conſiderantes, quòd Annatarum, Communium, & aliorum Jurium prædictorum exactio &c. eſt antiquiſſima &c. dummodò Monaſteria, & Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem Communium, Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum &c. ratione U[illegible]num &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. ſuper ſolutione Annatarum, Communium, & aliorum Jurium, quindenniorum eorundem, vel eorum occaſione &c." *Sixtus V. Conſt.*33. §.1. *eod. to.*2. ibi „ Itaque &c. literas &c. Pauli II. &c. III. Pauli IV. ac Pii V. nec non quorumcumque aliorum &c. Pontificum &c. ſuper ſolutione Annatarum, Communium, Quindenniorum, & aliorum Jurium, ratione Proviſionum, & ſeu Unionum perpetuarum quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum&c. approbamus, & confirmamus &c. atque illas &c. innovamus &c." *UrbanusVIII. Conſtit.*18.*in princip. juncto* §.1. *&* 2. *eod. Bullar. tom.*5. ibi „ conſiderans, quòd Annatarum, Communium, & aliorum Jurium &c. exactio &c. eſt antiquiſſima &c. Volens propterea &c. de Communibus, Annatis, & Quindenniis participantibus jura præſervare &c. dummodò Monaſteria, ſeu Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem Communium, Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum&c. ratione Unionum&c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. ſuper ſolutione Annatarum, Communium, Quindenniorum, & aliorum Jurium &c. &" *& Clemens X. Conſtit.*50. *in princip. juncto* § 2. 3. 5. 6. 7. *&* 11. *eod. Bullar. tom. 6.* ibi „ de Communibus, Annatis, & Quindenniis Participantium indemnitati conſulere &c. cupientibus ſuper ſolutione Communium, Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum &c. Beneficia hujuſmodi onus ſolutionis Communium, & Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum ſemper habuiſſe, & habere decrevit, & declaravit &c. providè conſiderans, quòd Annatarum, Communium, & aliorum Jurium &c. exactio &c. eſſet antiquiſſima &c. ſuper ſolutione Annatarum, Communium, Quindenniorum, & aliorum Jurium&c. ad ſolutionem Communium, & Minutorum Servitiorum, & Annatarum, aliorùmque Jurium prædictorum faciendam teneri &c. nec non de Communibus, & aliis Juribus prædictis ſolvendis obligandum &c. ſolutiones Annatarum, Communium, Quindenniorum, & aliorum Jurium prædictorum &c." *repet. poſt. Tract. int. Conſtitut. Apoſt. in ordine la* I. III. V. VI. VII. VIII. *&* XI. & tradunt *Fagnan. in cap. prætereà* 1.*n.*14. *nè Prælat. vic. ſuas*, *Maſſ. Galleſ. de annat. n.* 4. *in princip.* ibi: *Communis, & Minutorum Servitiorum origo antiquiſſima; ità, ut ejus initium ignoretur, & eorum ſolutio nunquam fuerit in dubium revocata antè Concilium Conſtantien. &c.*

5 Sicuti igitur ex immemorabili tot ſæculorum conſuetudine deſumptus fuit titulus validus exigendi ſubſtantiam hujus debiti, *Fagnan. in dict. cap. prætereà n.*16. *&*53. ità faciliùs validari potuit quantitas ſolutionis prædictæ, dum faciliùs

6 præſumitur, & probatur quantitas, quàm ſubſtantia, ex regula deducta ex *Gloſſ. in l.talis ſcriptura*30.§ *fin.verbo Univerſitas,ff.de legat.*1.*Surd. conſ.*94.*n.*26. *cum ſeqq. tom.*1. *Natt. conſ.*3.*n.*11. *tom.*1. *Lotther. de re benefic. lib.*1. *quæſt.* 39. *n.* 1. *cum ſeqq.* Præterquamquòd in iſta materia conſuetudo univerſalis, ſeu Romanæ Eccleſiæ prævalere debet authoritati cujuſcumque Doctoris, *Fagnan. in ſæpè laudato cap.prætereà, num.* 16. *nè* 7
Prælat. vic. ſuas, ipſa namque eſt omnium Magiſtra, & communis Mater, ac tanquàm talis omninò ſequenda, *cap. viſum* 72. *in fin. de Conſecration. diſtinct.*1. *cap. non deceat diſtinct.*12.*cap. fundamenta* 17. *de election.in* 6.*cap.fin.in fin.de for. compet. l.*1. §. *Sed & ſi quæ leges, C. de veter. Jur. enucl. Corrad. in prax diſpenſation. Apoſtol. lib.*2. *cap.*2. *n* 6. *& cap.*7. *n.*38 *& lib.* 8. *cap* 6. *n.*41. *cum ſeq.* & inferiores à Superioribus regulandi ſunt, *cap. eſt ordo, cap. hæc imago* 33. *qu.* 5. *Corrad. in prax. benefic. lib.*2. *cap.*16. *n.*45. *Gigas de Penſion. quæſtion.*58. *antè num.*3. *Gonzalez ad Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancellar. Menſ. reſervator. gloſ.*6. *n.*211. *& gloſ.* 13. §.1. *n.* 22.

(Margin numbers 8 and 9 stand beside the lines "*Prælat. vic. ſuas*, ipſa namque…" and "*cum ſeq.* & inferiores…" respectively.)

ARGUMENTUM.

Quindenniorum ſolutiones faciendæ ſunt in Ducatis auri de Camera, ſeu Scutis auri Stamparum currentibus in Urbe, pro intrante quantitate ad conficiendam ſummam debitam Ducatorum.

SUMMARIUM.

1 *Solutio quindennii facienda eſt in Ducatis, aut Scutis aureis Stamparum currentibus in Urbe uſque ad ſummam debitam.*
2 *Dataria, & Cancellaria omne genus monetarum reducit ad Ducatos, & Scuta auri.*
3 *Idem ſervatur in Secretaria Brevium.*
4 *Penſio ſolvenda in Curia, ſolvi debet in Ducatis, ſeu Scutis aureis, ſolvenda autem in Partibus, ſolvi debet, aut poteſt in Scutis argenteis.*
5 *Ex quaſi contractu ſolutio quindenniorum facienda eſt in Ducatis, ſeu Scutis aureis.*
6 *Undè quindennia, ex tacita Partium conventione ſolvenda ſunt in Ducatis, ſeu Scutis aureis.*
7 *Una moneta ſolvi poteſt pro altera.*
8 *Quindennia in locum annatarum introducta.*
9 *Penſio ſolvi poteſt in moneta argentea.*
10 *Quindennium eſt ſpecies Penſionis.*
11 *Penſio quando ſolvenda eſt in Curia, illa ſolvi debet in Ducatis, aut Scutis aureis.*
12 *Debitor ſolvere poteſt in moneta ſibi viſa.*
13 *Obſervantia non intrat in claris.*

CAPITULUM XIV.

CUM quindennia ſolvenda ſint juxta valorem Ducati currentem de tempore ſolutionis cujuſlibet quindennii, ex *Cap. XII* per nos traditis, ſatis apparet, in quanam moneta quindennia ſint ſolvenda, intereſt namque tàm manus mortuæ debitricis quindenniorum, quàm Annatiſtarum creditorum, ob materiam burſalem, potiùs in una, quàm in alia moneta ſolvere, ac reſpectivè exigere, proindèque firmamus in præſenti, quòd quindenniorum ſolutiones fa- 1
ciendæ ſunt in Ducatis auri de Camera, ſeu Scutis

tis auri Stamparum currentibus in Urbe, pro intrante quantitate ad conficiendam ſummam debitam Ducatorum; ſicuti enim in caſibus Proviſionum Beneficiorum pro expeditione per Datariam, & Cancellariam Apoſtolicam facienda annatæ ſolvuntur in Ducatis, ſeu Scutis aureis, eodem fermè pacto ſolvenda ſunt quindennia uti ſubrogata, in eiſdem Ducatis, ſeu Scutis, potiſſimùm ob magnam copiam talis monetæ in Urbe facilè, commodèque reperibilis, quidquid ſit, ſi ageretur de ſpecie, non niſi magna cum difficultate haberi ſolita, quo caſu ſolvendum veniret æquivalens in alia moneta magis currente, ad quod reſpicere videtur *Regula 25. Cancellar. de monet.* ibi: *Libra Turonenſium parvorum, & Florenus auri de Camera pro æquali valore in concernentibus literas, & Cameram Apoſtolicam computari, & extimari debeant, ubi Sott. n. 1.* ibi: *quoad concernentia literas Apoſtolicas, vel Cameram Apoſtolicam &c. & n. 4.* ibi: *procuravit, quòd fieret impetratio ſecundùm illam Libram Turonenſium parvorum: quæ Libra valet unum Ducatum, & quòd non fieret per Ducatos; & ſic tamen factum fuit, ſed credo, quòd fuit ſomnium &c quomodò intelligatur Ducatus in impetrationibus &c. et Cokier ibid. num. 6.* ibi: *cùm per eam vitari poſſint mille quæſtiones, quæ paſſim apud DD. agitantur de mutatione valoris extrinſeci, & intrinſeci pecuniarum, quæ quoque intricarent omnes in Curia ſupplicantes. Concernentia literas Apoſtolicas, hoc eſt literarum expeditionem, & Cameram, ideſt Cameræ Officium, circà harum literarum expeditiones, & licet Regula loquatur de Camera, ſicque videtur Conſtitutio reſtricta ad illam, attamen ſub Regula compræhenditur etiam Cancellaria ex identitate rationis, quæ, cùm ſit generalis, facit, ut Conſtitutio ſpecialis generaliter ſit intelligenda &c. Mandoſ. ibid. in præfat. n. 2. & qu. 1. per tot. ac ſignanter n. 4* ibi: *quòd Regula diſponat hic ſolùm circà ſolutiones faciendas reſpectu literarum, puta pro expeditione ipſarum literarum ſolutionèque Officialibus expeditoribus facienda, & etiam pro compoſitionibus, & annatis, quæ ratione impetrationum Beneficiorum, Cameræ Apoſtolicæ ſunt debitæ, ſeu Officialibus ipſius Cameræ Apoſtolicæ &c. ſeu aliis Officialibus ab ipſa Camera jus habentibus, illa verba in concernentibus literas, & Cameram Apoſtolicam, intelligenda in ſolutionibus faciendis pro literis expediendis, ideſt literarum expeditoribus pro eorum intereſſe, ſeu ſalario, vel mercede, ſeu lucro eis aſſignato, et in concernentibus Cameram &c. quoad compoſitiones, & annatas Cameræ debitas, ſeu Cameræ Officialibus, vel à Camera jus habentibus &c. de qua annata pro Bullis in Camera Apoſtolica ſolvenda loquitur &c. in quantum de Camera Apoſtolica loquitur, reſpiciat omnes ſolutiones, quocumque modo, & quocumque titulo Cameræ, ſeu à Camera faciendas &c. et qu. 2. n. 2. poſt med. propè fin. verſiculo at ſecùs,* ibi: *Papa enim ex inveterata conſuetudine, pro literis, illàſque concernentibus, puta pro compoſitionibus, annatis, et literarum expeditione, ſeu taxis, pecunias recipiat, & jure optimo &c. et num. 4. in princip. med. et fin.* ibi: *aut ſolutiones faciendæ Legatis, vel Nunciis ſunt pro compoſitionibus, ſeu annatis &c. pro quibus compoſitiones Papæ, ſeu ipſius Cameræ ſolvi debeant, in manibus tamen Legatorum, vel Nunciorum, vel conferendi Beneficia, quæ aliàs auctoritate ſuæ Legationis, conferre non poſſent, puta Sedi Apoſtolicæ reſervata, et valorem 24. Ducatorum excedentia, ſeu alia, pro quibus annata Cameræ prædictæ debetur &c. quia &c. ſolutiones ipſæ, quæ in Partibus fiunt &c. ab ipſo Summo Pontifice, ſeu Sede Apoſtolica, à Curia Romana originem, et dependentiam trahunt &c. Aut loquimur in exactionibus, quæ fiunt in Partibus per Nuncios, Collectores, vel Subcollectores, occaſione quindenniorum, ſeu annatarum, Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Officialibus ab ea jus, ſeu cauſam habentibus, debitarum, & eiſdem rationibus dicerem, Regulæ locum eſſe &c. et conſil. 92. n. 11. in fin. verſ.* diligentiam ibi: *diligentiam (inquam) exactiſſimam faciunt, an aurei, qui ſolvuntur, ſint boni, ſeu juſti ponderis &c. Gigas de Penſion. quæſt. 98. per tot. Gomez aliàs Sarnen. in Regul. 55. Cancellar. de valore in præfat. in med. verſ. quidam,* ibi: *propter annatam, nè defraudaretur, Regulam factam fuiſſe exiſtimant. Et iſtorum opinio magis recepta videtur, ex eo, quia Regula iſta de valore adhæret taxis annatarum &c. & qu. 8. poſt med. § Et iſta, in princip.* ibi: *ut ſatisfiat Regulæ, & taxis Beneficiorum, nè decipiantur Officiales &c. Gratian. diſc. 94. n. 65. cum ſeq. & diſc. 417. n. 18 cum ſeq. Amayden. de ſtyl. Dat. lib. 1. cap. 17. n. 12. Garz. de Benef. par. 5. cap. 3. num. 149. cum ſeq. Card. de Luca eod. Tract. diſc. 89. nu. 1. in med. verſ. & ſecundò, n. 15. 16. in fin. §. Adeòque, n. 17. in princip. & §. Atque ità, & n. 18.* ibi: *ſuper qualitate monetæ, ſtante notabili alteratione monetæ propriæ regionis, cujus longè major quantitas neceſſaria eſt ad æquivalentiam Scutorum auri, ſeu Ducatorum Cameræ, quàm priùs requireretur &c. De plano etiam reſultat, ſolutionem faciendam eſſe in Scutis auri currentibus in ipſa Urbe, & in quibus hujuſmodi annatarum, ac Servitiorum omniùmque emolumentorum Cameralium ſolutiones fieri ſolent etiam pro expeditionibus proviſionum &c. abſque principio dubitandi, potiſſimè ob affluentiam Scutorum auri, qui promptè ac ſatis commodè habentur &c. Etiamſi exprimeretur valor Scutorum auri ad rationem tot Juliorum, vel Carolenorum pro Scuto, adhùc tamen &c. non tollit obligationem ſolvendi in ipſis Scutis auri, vel eorum æquivalentia &c. cùm certum, & clarum ſit, debitum eſſe in Scutis auri, hinc obſervantia tamquàm in re clara, non attenditur &c. Atque ità ſæpiſſimè judicatum fuit, non ſolùm per Rotam, ſed etiam per Sacram Congregationem S. Officii Univerſalis Inquiſitionis &c ſuper Penſione ſolvenda &c. in Scutis auri &c Solutiones enim annatarum, omneſque expeditiones Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ fiunt in dictis Scutis auri de Camera, qui antiquitùs conſtituebantur ex quadam moneta aurea, quæ nuncupabatur Ducatus &c. Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap. 40. n. 1. 2. 4. 11. 23. 25. & 27. Rota deciſ. 682. in princip.* ibi: *adeò in moneta aurea, et non in alia ſpecie ſolvenda eſt Penſio, juncto n. 1. dec. 685. num. 1. cum ſeqq. & dec. 688. n. 6. par. 4. diverſ. & in recentior. dec. 135. n. 4. par. 3. et dec. 414. n. 10.* ibi: *reſolutum fuit &c ut ſolvatur aureus Stampæ cum Julio uno pro quolibet Ducato de Camera &c. par. 4. tom. 2.*

Adſtipulante conſueto, ac notiſſimo ſtylo
Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ reducendi 2
omne genus monetæ ad Scuta, & Ducatos aureos de Camera, latè *Frances Urrutigoyt. var. reſol. cap. 11. cum ſeqq. Pyrr. Corrad. prax. diſp.*

Apo-

Apoſtol. lib. 9. cap. 4. n. 50. Card. de Luca de Benefic. mox prælaudato diſcur. 89. n. 17. in fin. verſ. ſolutiones enim; prout quotidiè (quod fortius eſt) practicatur in expeditionibus non beneficialibus
3 per Secretariam Brevium fieri ſolitis, ubi etiam ſolutio fit in Ducatis aureis de Camera, & Scutis aureis Stamparum: aliàs ſolvitur Depoſitario Generali Cameræ Apoſtolicæ in Scutis argenteis, reportata ab eodem ſyngraphe de recepto. Solidiſſima quidem meo judicio ratione, cùm namque (ut alibi ſuo loco comprobamus) hic in Urbe facienda ſit ſolutio quindenniorum, ubi promptè reperiuntur Scuta aurea (præſertim his temporibus, quibus ob auri copiam videtur rediiſſe ſæculum aureum) haud immeritò in Ducatis, & Scutis aureis eadem ſolutio facienda eſt; quidquid dicendum forſitan eſſet, ſi facienda foret in Partibus, ubi non currunt Ducata, aut Scuta aurea, vel non eſt tanta eorum copia,
4 veluti in ſimili de Penſione ſolvenda in Curia ad differentiam Penſionis ſolvendæ in Partibus, *Gratian. diſc. 94. num. 67.* immò ſtante generali
5 conſuetudine ſolvendi annatas in moneta aurea, quodammodò videtur manus mortua ex quaſi contractu cum Camera Apoſtolica ſolvere quindennia in auro, ſibi hoc modo ſublata facultate ſolvendi in moneta argentea tamquàm alterius materiæ, & ſpeciei non deductæ in contractum, ſeu quaſi, ex deductis per *Antonell. de temp. legal.*
6 *lib. 1. cap. 42. n. 13.* undè ob tacitam, & ſubintellectam conventionem de ſolvendo in Ducatis, & Scutis aureis, ſolvendum eſt in eiſdem Ducatis, & Scutis aureis, *Card. de Luca de Regalib. diſc. 114. 126. 127. & 128.*

Nec relevat, quòd Pontifices in ſuis Bullis ſuper materia quindenniorum editis non obligent manus mortuas ad ſolutiones quindenniorum in hac moneta aurea, immò nullam faciant mentionem, in qua moneta quindennia ſolvenda ſint: undè de Jure intrat regula, quòd una
7 moneta poſſit ſolvi pro altera, non ſtante contrario pacto, ſeu conſuetudine, *Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 94. n. 1. Gratian. diſc. 94. num. 70.* quia, cùm iidem Pontifices ſolvi mandantes quindennia ex Beneficiis manui mortuæ unitis, optimè ſcirent, vel ſcire præſumerentur, annatas ipſis quindenniis longè antiquiores in Proviſionibus Beneficiorum ſolvi conſueviſſe in Ducatis, & Scutis aureis ex ſuprà congeſtis, cenſentur in eadem quoque monetæ ſpecie velle, ut
8 ſolvantur quindennia, tamquàm annatarum ſoboles, in earum locum introducta, ex vulgata regula ſubrogatorum, fuſèque per nos cumulatis ſuprà in *Cap. I.* ac alibi paſſim.

Minoris ponderis eſt animadverſio, quòd,
9 ſicuti Penſio Eccleſiaſtica ſolvi poteſt etiam in moneta argentea juxta *cap. cum Canonicis 26. de cenſibus, Turr. de Cambiis diſp. 2. qu. 18. num. 40. cum ſeqq. Scaccia de commerc. & mercatur. §. 2. gloſ. 5. n. 118. Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap. 40. n. 14. cum ſeq. Rota dec. 683. per tot. par. 4. diverſ.* ità quindennium ſolvendum eſt in quacumque
10 moneta, cùm illud ſit ſpecies quædam Penſionis Eccleſiaſticæ debitæ ſingulis quindecim annis Sedi Apoſtolicæ ex per nos allatis ſuprà in *Cap. I.* quippè immò mirè retorquetur argumentum, & favet noſtræ reſolutioni; Penſio enim, quando ſolvenda eſt in Partibus, ſicque extrà Curiam, etiamſi reſervata ſit in Ducatis, & Scutis aureis, nihilominùs cùm illa in Partibus ſolvenda eſt, ubi forſitan vel non currunt Ducata, & Scuta aurea Stamparum, vel non habetur eorum copia, illa ſovi poteſt etiam in Scutis argenteis; & in hoc ſenſu loquuntur relatæ auctoritates; 11
quando autem illa ſolvenda venit in Curia, ubi Ducata, & Scuta aurea facilè, ac promptè in magna affluentia reperiuntur, tunc in Ducatis, & Scutis aureis ſolvenda eſt, *Tondut. de Penſion. cap. 40. n. 2. cum ſeqq. Gratian. diſc. 55. n. 34. & diſc. 94. num. 67.* ac in ſpecie quindennii *Card. de Luca de Benefic. diſc. 89. n. 15.*

Longèque minoris momenti eſt ponderatio, quòd de Jure regulariter eſt in electione debito- 12
ris ſolvere in moneta ſibi benè viſa, præſertim, quando (ut in caſu) creditor ſibi non cavet, in qua moneta ſit illi ſolvendum, *Valenzuela Velazquez conſil. 30. num. 27. 38. 53. & 54. vol. 1.* hoc enim procederet, ſi annatæ ſolvi poſſent in quacumque moneta; quando autem (ut jam dictum) illæ ſolvi nequirent, niſi in moneta aurea, pernecesſè ſequitur, nec quindennia ſolvi poſſe, niſi quoque in moneta aurea.

Quid autem dicendum, ſi forſitan faveat manui mortuæ contraria obſervantia ſolvendi quindennium in Scutis argenteis, & putarem, illam adhùc non ſuffragari, quia per miniſtrum exactorem quindenniorum præjudicari non poteſt ipſi Sedi Apoſtolicæ exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi in Ducatis, & Scutis aureis: nec intrat 13
obſervantia in re clara ob notiſſimum ſtylum, & inveteratam praxim in contrarium; eodem modo, quo ſuperiùs ratiocinati ſumus occaſione aſſertæ obſervantiæ circà ſolutionem Penſionis, *Card. de Luca de Beneficiis diſcurſ. 89. n. 17.*

ARGUMENTUM.

Quindenniorum ſolutiones faciendæ ſunt juxta Taxam Beneficiorum unitorum, in Camera, ſeu Cancellaria Apoſtolica factam in paucioribus Ducatis auri de Camera, non verò juxta annuum valorem Beneficiorum per manus mortuas in actu Unionis expreſſum in pluribus Ducatis.

SUMMARIUM.

1 *Sæpiùs contingere poteſt, quòd Beneficia unita taxentur in Cancellaria, in paucioribus Ducatis, quàm illis, in quibus exprimuntur per manum mortuam.*
2 *Quindennia ſolvenda ſunt juxta taxam Beneficiorum unitorum, factam in tot Ducatis, non juxta valorem per manum mortuam expreſſum in tot Ducatis.*
3 *Taxa Cameralis inventa fuit ad ſolutionem annatæ.*
4 *Taxa tamquàm lex Principis, eſt immutabilis.*
5 *Valor Beneficii juſtificandus eſt per fides ex libris Cameræ extractas.*
6 *Nulla fit injuria Cameræ volenti ſtare ſuæ taxæ, ſi juxta illam ſolvantur quindennia.*
7 Regula 22. Cancellar. de Union. *mandat in Unione Beneficiorum exprimi verum valorem.*
8 Regula 55. Cancellar. de valore *mandat in impetra-*

tratione Beneficiorum exprimi verum valorem.

9 Regulæ Cancellar. de valore *intrant dumtaxat in Beneficiis non taxatis.*

10 Regula 2. Cancellar. *reſervat Monaſteria excedentia bis centum Ducatos.*

11 *Papa etiam extrà Conſiſtorium providere poteſt Monaſteria.*

12 *Monaſterium in communi æſtimatione non valens centum Ducatos, non eſt reſervatum.*

13 Regula 2. Cancellar. *mandat attendi communem valorem.*

14 *Motus proprius uti lex particularis, ſervandus eſt.*

CAPITULUM XV.

PRæmittendum eſt pro dicendorum intelligentia, quòd, ſi Unio facta ſit de Monaſterio in Libris Cameræ taxato, eadem Taxa exprimenda venit in Supplicatione à Sanctiſſimo ſignanda; ità tamen, ut, perventa tali ſupplicatione ad Officium R.P.D. Subdatarii, ea non admittatur in Congregatione Datariæ, niſi exprimatur Taxa in Libris Cameræ a tergo ejuſdem Supplicationis per hæc verba: *reperitur taxatum introſcriptum Monaſterium ad Florenos.....* cum ſubſcriptione R.P.D. Secretarii Sacri Collegii, qui eſt Cuſtos Taxarum.

Si verò Unio compræhendat Beneficium non taxatum in eodem Libro, exprimendus eſt in Supplicatione verus valor dicti Beneficii, prout ſervatur in Impetrationibus Beneficiorum juxta *Regul.* 55. *Cancellar. de valor.* videlicet per Marchas argenti, aut Sterlingorum, ſivè Libras Turonenſes, ſeu Florenos auri, vel Ducatos, aut uncias auri, ſeu aliam monetam, ſecundùm communem æſtimationem: Itidem exprimi debet verus valor, in Unionibus, juxta *Regul.* 22. *Cancellar. de Union.* ideòque quindennia ſolvenda ſunt pro Monaſterio taxato, juxta Taxam in Libris Cameræ deſcriptam, & in ea quantitate ſoluta Sacro Collegio, Cameræ, & Cancellariæ in actu expeditionis Literarum Unionis, parique paſſu Officialibus Cancellariæ, reſpectu Beneficiorum inferiorum, ſeu minorum, pro quibus fuit ſoluta annata, à Bonifacio IX. præſcripta, indè Bonifaciana nuncupata.

Cùm tamen ſæpiùs contingere poſſit, quòd Beneficia, ſeu Monaſteria unita taxarentur (ut
1 moris eſt) in libris Cameræ, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ, in longè paucioribus Ducatis auri de Camera, quàm illis, in quibus exprimuntur per manum mortuam; vel è contrà in longè pluribus Ducatis taxentur, quàm illis, in quibus exprimuntur in Unione: dari enim poteſt caſus, quòd juxta annuum valorem Beneficii, ſeu Monaſterii uniti, in ipſo actu Unionis expreſſum, aſcendat Beneficium ad Scuta bis centum (loquor exemplificativè, in Dataria enim, & Cancellaria, ſeu Camera Apoſtolica exprimi ſolet, ac debet annuus valor in Ducatis juxta *Regul.* 55. *Cancellar. de exprim. valor.*) & quòd poſteà in Camera, ſeu Cancellaria Apoſtolica, idem Beneficium unitum, taxetur, exempli gratia, in Scutis, ſeu Ducatis centum tantùm, vel in alia minori ſumma Scutorum ſeu Ducatorum bis centum in Unione expreſſorum: Undè controverſia facilè oriri valet ad liquidandum, ſeu calculandum quindennium, qualis expreſſio Ducatorum attendenda ſit, an illa nimirùm per manum mortuam facta in actu Unionis, an verò illa per Cameram facta vigore Taxæ: etenim, ſi attendatur valor expreſſus in Scutis, ſeu Ducatis bis centum, manus mortua, habita ratione ad integram annatam, cujus debitrix evadit, teneretur ſolvere ſingulis quindecim annis Scuta, ſeu Ducata bis centum pro dicto Beneficio, unito, & expreſſo in Scutis, ſeu Ducatis bis centum, cùm integri fructus unius anni, in bona Aritmetica, ut patet ad ſenſum, aſcendant ad dictam ſummam: ſi verò è converſo attendatur potiùs valor taxatus in ſolis Scutis, ſeu Ducatis centum, manus mortua teneretur ſolvere quindennium in ſumma Scutorum, ſeu Ducatorum centum tantùm, cùm hoc caſu integri fructus unius anni aſcendant ad dictam ſummam; dici- 2
mus igitur, quòd quindenniorum ſolutiones faciendæ ſunt juxta Taxam Beneficiorum unitorum, in Camera, ſeu Cancellaria Apoſtolica factam in paucioribus Ducatis auri de Camera, non verò juxta annuum valorem Beneficiorum per manus mortuas in actu Unionis expreſſum in pluribus Ducatis, veluti occaſione ſimilis controverſiæ inter Cameram Apoſtolicam, ejuſque Officiales, ſeu Annatiſtas, & manus mortuas Elboren., ac Portugallen. Diæceſum ex cauſa ſolvendorum quindenniorum pro Beneficiis ſibi unitis, ſuper modo illa calculandi, & ad quam Ducatornm ratam liquidandi, Paulus V. per ſuum Breve, ſeu Motum proprium ſancivit, impoſterùm quindennia ſolvenda fore juxta Taxam in tot Ducatis factam, non autem juxta expreſſionem valoris in tot Ducatis occaſione Unionis factam, cujus declarationis Pontificiæ meminit *Amayden. de ſtylo Datariæ lib.* 1. *cap.* 18. §.4 *de Quindennio ſub n.* 14. & 15 ibi: *contingit aliquando, quòd in ipſa Unione Beneficia, quæ uniuntur, in valore plus exprimantur, quàm deindè taxentur in Camera, & propterea de tempore Pauli Quinti ſuper quibuſdam Unionibus Elboren., & Portugallen. nata fuit lis inter Officiales Cancellariæ, & Superiores Collegiorum, quibus facta fuerat unio: expreſſa enim erant Beneficia unita exempli cauſa* 400. *& juxta hunc valorem recipientes unionem obligarunt ſe ad ſolutionem quindenniorum; Collegium verò Cardinalium ex Conſtitutione Pauli Secundi, habet facultatem taxandi Beneficia in Camera Apoſtolica valorem annuum centum Ducatorum excedentia, & in dictis Unionibus Elboren., & Portugallen. Cardinales taxarunt Beneficia unita, longè minùs, quàm in unione eſſent expreſſa: hinc Officiales prætendebant exigere quindennium juxta valorem expreſſum, & obligationem per Superiores Collegiorum in Cancellaria factam, Superiores verò prætendebant ſolvere juxta Taxam in libris Cameræ per Cardinales factam. Paulus V., nè fieret difformitas ſolutionum, & exactionum reſpectivè, per Breve motu proprio emanatum ſub* 3. *Idus Junii Anno XII ordinavit, Officiales Cancellariæ ſequi debere Taxam Cardinalium, non obſtante obligatione per Superiores Collegiorum in Cancellaria Apoſtolica, in actu Unionis facta*, *Urſell. conc. legal.* 100. *nu.* 20. *tom.* 1. *Rota coram Caſſador. ſuper Regul. Cancellar. deciſ.* 19. *n.* 5. *cum ſeq.* ibi: *qui ſolvit ſecundùm Taxam Cameræ, relevatur, etiamſi probet de minori valore, ſicut non cogitur quis plus ſolvere pro annata, quàm ſit in Taxa, cùm Beneficium ſit majoris valoris, quia de pluri Camera non inquirit, ſi in his taxa-*

taxatio inſpicitur, videtur regula interpretata eo modo, quando fit expreſſio, ſcilicet, ut fiat, vel fieri poſſet juxta Taxam, ex quò ſi in minori expreſſiſſet, omninò cogeretur ſatisfacere, prout in Taxa, ut regula quoad taxata non ſuſtulerit Taxam, quia quod non mutatur &c. et nè inducatur correctio &c. & quia Taxa Cameræ eſt in viridi obſervantia &c. non negat quin fieri poſſet &c. juxta Taxam in taxatis &c. debet attendi communis æſtimatio &c. niſi Beneficium olim fuiſſet taxatum, quia Taxa ſemper durat &c. Benincaſa in Romana quindenniorum dec. 113. *nu.* 8. ibi: *exemplo alterius quindennii, quod pro Beneficiis unitis ſolvi ſolet &c. quod ſemper, & in eadem ſumma ſolvitur, in qua uſque ab initio taxatum reperitur &c. & dec.*181. *n.* 13. *& in alia Romana quindenniorum* 13. *Maji* 1701. §. *Quæ omnia, antè med. verſ. undè ſicuti, num.*15. *coram Molines Decano, & Inquiſitore Generali Hiſpaniarum, regiſtrat. poſt alium noſtrum Tractatum de Quindenniis int. dec. Sacræ Rotæ Romanæ in ordine la IX. X. XI. & XVIII.* ibi: *ſicuti annatæ ſemper ſolvuntur in eadem determinata, ac ſtabili ſumma &c.* ſiquidem æquum videtur, ut prævaleat Taxæ hominis Taxa legalis, ſeu Cameralis, uti auctoritate Principis facta, dum illam permiſit *Paulus II. in ſua Conſt.6.* §.3. *Bullar. nov. Rom. tom.*1. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſtol. in ordine la I.* ibi: *Nos &c. auctoritate Apoſtolica &c. ſtatuimus &c. et declaramus, quòd omnia, et ſingula Monaſteria, videlicet illa, quorum fructus &c. ad ſummam centum Florenorum auri de Camera &c. aſcendunt annuatim, ſi in libris ejuſdem Cameræ taxati reperiuntur &c.* cùm Taxa per Papam, ſeu Cardinales ejus nomine, ſive delegatos facta, faciat legem, & prævalere debeat obligationi per manus mortuas factæ de ſolvendo quindennium ad ratam valoris in actu Unionis expreſſi, quantumvis in majori ſumma, ſeu in pluribus Ducatis, quàm in Taxa Camerali, & tamquàm à voluntate Principis proveniens, facere debet ſtatum, ac unicè attendi, poſtpoſita Taxa hominis, quæ ſilere debet in concurſu Taxæ legalis, ſivè Cameralis, & Cardinalitiæ, habentis fomentum à Papa: hàcque via benigniorem partem amplectimur favore manus mortuæ quindenniorum debitricis, quando in ſolutione attendenda venit minor ſumma, ut minùs, quàm fieri poſſit, gravetur debitor; indè
3 que Taxa ejuſmodi Cameralis inventa fuit ad ſolutionem annatæ, ad hoc, ut, etiamſi fructus Beneficii eſſent minores, ſeu tenuiores ipſa Taxa, ſemper ſolvi deberet annata, cùm Taxa ſemper duret, *Rota coram Caſſador. ſuper Regul. Cancellar. dec.* 19. *nu.*6. & loco annatæ quindennium ſolvi debet; cùm valor Beneficii facilè mu-
4 tari poſſit, cujus valoris mutatio applicari non poteſt Taxæ uti legi Principis ſemel conſtitutæ, & immutabili, *Lotther. de re benef. lib.*1. *qu.*26. *n.*50. & 54. *Maſſa Galleſ. de annat. num.*3. & 24. *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*18. §.2. *n.* 18.
5 *cum ſeqq.* ſufficiet autem, quòd valor Beneficii juſtificetur per fides extractas ex libris Cameræ abſque alia juſtificatione, *Rota poſt Tamburin. de jure Abbat. tom.*3. *dec.* 30. *n.*17. *cum ſeq.*

Neque obſtat, quòd potiùs videretur dicendum, quindennia ſolvenda eſſe juxta ratam valoris expreſſi in actu Unionis, ſicque in pluribus Ducatis, non autem juxta ratam Taxæ factæ, ſicque in paucioribus Ducatis; quippè, ſi in rei veritate Beneficium unitum, eſt majoris valoris, attenta expreſſione, quàm attenta Taxa, non debet inferri hoc præjudicium burſale, ipſi Cameræ Apoſtolicæ, ejùſque Officialibus, ſeu Annatiſtis ab eadem ex cauſa oneroſa cauſam, & jus habentibus, quæ, & qui in liquidatione, ſeu calculatione quindennii ſibi debiti illud plus amittit, & amittunt, atque manus mortua Beneficiorum unitorum poſſeditrix locupletatur cum aliena jactura, & quidem valdè ſenſibili ob tractum perpetuum, ac ſucceſſivum, mediante continuata in infinitum ſolutione cujuſlibet quindennii in paucioribus Ducatis, quod tendit in notabile Cameræ, Annatiſtarùmque detrimentum, ſolvendo eis illud minus in perpetuum abſque ſpe ſolvendi plus, vel unquam aliquando recuperandi illud plus: quod ſanè Jura abhorrent, præſertim agendo cum Papa, ſeu ejus Camera illum repræſentante, quem, & quam ſuis juribus etiam in minimo defraudare penè ſacrilegium eſt: attamen ex eo, quòd ipſa Camera, ſeu Papa contentus eſt juxta memoratam à ſuprà laudato *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*18. §.4. *de Quindennio ſub n.*14. & 15. Conſtitutionem Paulinam, ſolutionè quindenniorum juxta Taxam, eidem nulla fit injuria, 6
aut fraus, ità ſpontè volenti, *Barboſ. axiom.*126. *n.* 1. *cum ſeqq.* immò ad tollendam abominabilem deformitatem, & quaſi monſtruoſitatem duplicis modi exigendi quindennium, rectè ſancitum fuit per Paulum V. quòd ſervaretur omninò Taxa per Cardinales facta vigore facultatis ſibi tributæ à Paulo II. ut ſuprà inſinuavimus; idque ità ſervandum erat etiam ex eò, quòd, facta ſemel Taxa, ſeu taxatione in libris Cameræ, de qua participat pro tertia parte Sacrum Collegium Cardinalium, Beneficium unitum, non ampliùs ſoluturum eſſet annatam Bonifacianam, ſed Commune, & Minutum Servitium, quod non attingit medietatem fructuum unius anni, veluti ſuprà in *Cap. I. n.*44. inſinuavimus; quando tamen, ſi Beneficium non eſſet taxatum, ſed valoris, ſolviſſet dimidios tantùm fructus unius anni, ſeu dimidiàm tantùm annatam: ideòque in caſu Beneficii taxati, quantumvis forſitan per accidens in paucioribus Ducatis, quàm per prius eſſet expreſſum in actu Unionis, Annatiſtæ participantes de quota Communis, & Minuti Servitii, debent omninò ſe uniformare cum Taxa.

Minùſque obſtat *Regula* 22. *Cancellar. de* 7
union. mandans in Unione Beneficiorum exprimi verum annuum eorundem valorem, & *Re-* 8
gula 55. pariter *Cancellar. de exprimendo valore*, vulgò *de valore* nuncupata, mandans, in Beneficiorum impetrationibus etiam exprimi verum valorem ſecundùm comunem æſtimationem, ad finem annatarum, inque earum locum quindenniorum; ità, ut vice verſa dari poſſet, quòd Beneficium unitum juxta annuum valorem ſubjaceret annatæ (ut ità dicam) quindenniali, juxta Taxam verò non ſubjaceret, ſicque *Regulæ de valore* evaneſcerent, ac ad nihilum inſervirent: attamen res aliter ſe habet, quia, præterquamquòd Beneficia taxata, eo, quòd taxata ſunt, ſemper potiùs ſubjacent de ſui natura quindenniis, dum Beneficia, quæ taxantur, ſemper excedunt viginti quatuor Ducatos, imò juxta *Conſtitut.6. Pauli II.* §.3. *Bullar. nov. Roman. tom.*1.

*tom.*1. *repetit. poſt. Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la I.* taxantur Beneficia aſcendentia ad centum Ducatos, inſuper *Regulæ de valore* intrant
9 dumtaxat in Beneficiis non taxatis, ſicque valoris, & tamquàm talibus, ſeu tamquàm taxatis quaſi in certo valore, ſeu in tot Ducatis, ſivè majori, ſivè minori valore, vel ſivè in pluribus, ſivè in paucioribus Ducatis, proindeque non indigentibus ampliùs alia juſtificatione, ſeu verificatione valoris, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*18. §.2. *n.* 20.
10 Minoris quoque momenti eſt *Regula* 2. *Cancellar. de reſervat. Cathedral. & Monaſter.* reſervans Sedi Apoſtolicæ proviſiones Monaſteriorum virorum, quæ excesſerint valorem bis centum Florenorum auri, Ducatorum nempè de Camera, ſecundùm communem æſtimationem, quæ quidem Monaſteria ob eorum pinguedinem, indigentia majori maturitate, & deliberatione ad illa conferenda, dicuntur Conſiſtoria, ſeu Beneficia Conſiſtorialia eò, quia de iis Conſiſtorialiter per viam Schedulæ, ſeu Cedulæ proviſio fieri aſſolet, non ex eo, quòd in hoc coangustata remaneat ampliſſima, ac ſuprema Papæ auctoritas, nullis de per ſe reſtricta cancellis; adeò,
11 ut, ſi velit, nequeat etiam extrà Conſiſtorium providere, *Mandoſ. ad dict. Regul.* 2. *Cancellar. quæſt.*3. *nu.*3. *antè med. verſ. & iſta Monaſteria, Chokier ad eand. Regul. num.*20. *Camerat. reſponſ. dec.*11. *n.* 23. *cum ſeqq. tom.* 1. *Card. Paleott. de Sacr. Conſiſtor. Conſult. par.* 1. *qu.* 2. *verſic. quod verò ad publicam, Lotther. de re benefic. lib.* 1. *qu.* 26. *n.* 42. *cum plur. ſeqq. Rota poſt Tamburin. de jure Abbat. tom.* 3. *dec.* 15. *nu.*4. *cum ſeqq. & dec.*16. *n.*6. *cum ſeqq. dec.*540. *n.* 4. *par.* 3. *diverſ.* itâ, ut ponamus, quòd Monaſterium valet bis centum, ſed in Camera eſt taxatum minùs, ſeu in minori ſumma adhùc dicitur reſervatum, ac vice verſa, etiamſi in Camera foret ſic taxatum
12 in bis centum Ducatis, & communi æſtimatione non valet centum, non eſt reſervatum ut advertit *Alphonſ. Sott. antiquus gloſator, & magnus Practicus, ad dict. Regul.*2. *Cancellar. nu.*4. Undè ſicuti in reſervatione non attenditur Taxa Cameræ tàm quoad majorem quàm quoad minorem ſummam in tot Ducatis, ſed communis valor, itâ in liquidatione, calculatione, ſeu valutatione quindenniorum, tàm quoad majorem, quàm quoad minorem ſummam in tot Ducatis, non videtur attendi debere Taxa Cameræ, ſeu loco Cameræ, Taxa Cardinalium, ſed communis valor, ſeu expreſſus in literis Unionis, in tot Ducatis, ſi ille verus eſt: diverſa tamen militat
13 ratio; quippè *Regula* 2. *Cancellariæ* ad effectum reſervationis Monaſteriorum expreſsè præcipit, ut attendatur communis valor per exceſſum bis centum Ducatorum, ſeu (quod idem eſt) Florenorum ibi: *reſervavit &c. omnia Monaſteria Virorum, valorem annuum ducentorum Florenorum auri communi æſtimatione excedentia &c. Et voluit, quòd exceſſus hujuſmodi in literis exprimatur &c.* ad effectum autem calculationis quindenniorum habemus ſuprà enunciatum Motum proprium Paulinum ex diametro contrarium mandantem, quòd nempè attendatur Taxa Cameræ, non autem valor narratus à manu mortua, ad effectum regulandi ſolutionem quindennii, eàmque conformandam cum Taxa in tot Ducatis, quantumvis paucioribus, quàm illis expreſſis à manu mortua in limine Unionis; qui quidem Motus proprius Pontificius, tamquàm 14
lex particularis, unicè ſervandus eſt ad pedem literæ, ſublata ulteriori ſuper hoc diſputatione, ex traditis per *D. Advoc. Urſay. diſc. Eccl. to.* 3. *par.*1. *diſcept.*23. *n.*34. *cum ſeqq. Rot. coram Anſaldo Decano dec.*3. *n.*6.

ARGUMENTUM.

Valor Florenorum auri de Camera, in quibus taxantur Beneficia Conſiſtorialia, adæquat valorem Ducatorum auri de Camera, in materia ſolutionis quindenniorum pro Beneficiis ejuſmodi unitis.

SUMMARIUM.

1 *In Beneficiis taxatis idem eſt Florenus auri de Camera, ac Ducatus auri de Camera.*

2 *In hac identificatione ſumendus eſt Florenus, de quo fit mentio in* Regul.2. 4. 25. 35. 55. & 72. Cancellar.

CAPITULUM XVI.

CUm Beneficia Conſiſtorialia taxari ſoleant in Florenis auri de Camera, occaſione ſolutionis quindenniorum pro Beneficiis ejuſmodi unitis, fortaſsè ob modicam monetarum notitiam, oriri poteſt controverſia inter Annatiſtas, & manus mortuas, quibus unita fuerunt Beneficia Conſiſtorialia, num valor Floreni auri de Camera adæquet, nec nè valorem Ducati auri de Camera; ideò, ad tollendum omne dubium, habendo relationem ad dicta ſuprà in *Cap. II.* & in *Cap. XII.* monemus, quòd valor Florenorum auri de Camera, in quibus taxantur Beneficia Conſiſtorialia, adæquat valorem Ducatorum auri de Camera, in materia ſolutionis quindenniorum pro Beneficiis ejuſmodi unitis: in Beneficiis enim taxatis realiter Florenus auri de Ca- 1
mera, ad differentiam alterius Floreni argenti idem eſt, ac Ducatus auri de Camera, eique æquivalet, & in Romana Curia ſummo jure promiſcuè ſumitur, *Gomez Sarnen. ad Regul.* 55. *Cancellar. de valor. qu.* 9. *poſt med.* §. *Conſequenter circà fin.* ubi, poſtquàm retulerat ſtylum Cameræ in Taxis, capiendi Florenum pro Ducato, idque potiùs tribuerat abuſui exigentium Taxas, tandem in ſe reverſus, immediatè ſubdit poſt à ſe figuratam credulitatem, ac illam agnoſcens, præſeferre aliquam calumniæ ſpeciem, ex *Villano* vetuſtiſſimo, ac probatiſſimo Florentinæ Hiſtoriæ ſcriptore, Joannem XXII. Taxæ auctorem peræquaſſe valorem Floreni auri de Camera cum valore Ducati auri de Camera, cudendo Ducatum ad æſtimationem, & juxta intrinſecum valorem Floreni; hàncque opinionem uti magis ſinceram, veridicam, & perpetuo uſu canonizatam comprobat *Mandoſ.* ejuſdem ſæculi ſcriptor, *ad Regul.* 25. *Cancellar. de Monet. qu.* 3. *n.*4. ubi id clarè deduci aſſerit ex *Gloſſ. in Extravag. Vas electionis* §. *Porrò de Cenſib.* ibi: *Florenus accipiendus eſt pro Ducato auri de Camera, & pro hac interpretatione pondero textum in allegata*

Ex-

Extravagante Vas electionis §. *Porrò Turonenſes, de Cenſibus, ubi dicitur, quòd Turonenſes valeant unum Florenum auri, boni, puri, ac legalis ponderis, ac Cunei Florentini, quæ verba, præſertim finalia, videlicet Cunei Florentini, ſatis oſtendunt, quòd Papa æquiparavit libram Turonenſium, Ducato Florentino, Ducatus autem Florentinus æquiparatur Ducato auri de Camera, et tantum valet, prout omnibus eſt notum&c. nullus autem Florenus Cameræ reperitur, niſi ipſe Ducatus Cameræ &c. &quòd Florenus, et Ducatus auri idem inferant&c. Florenus, Ducatus, et Solidus æquivalent, ſeu idem inferunt &c. Rebuff. in Concordat. Rubr. de Collationib.* §. *Volumus, verbo Florenorum auri, Fenzon. ad Statut. Urb. lib.1. cap. 197. nu.151. cum ſeqq. Germon. de Indult. Cardinal.* §. *Regularia n.82. Corrad. in prax. benefic. lib.2. cap.13. nu.4. cum ſeqq. et in prax. diſpenſ. Apoſtol. lib.6. cap.4. n.48. Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.40. num.34. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.1. cap. 17. ſub n. 12. in princip.* ibi: *Florenus auri de Camera idem valet, ac Ducatus auri de Camera &c.* inque hac
2 identificatione ſumendus eſt Florenus, de quo fit mentio in *Regul.2. Cancellar. de reſervat. Dignitat. in principio, in Regul. 25. Cancellar. de Monet. in Regul.35. Cancellar. de annal. in fin. in Regul. 55. de valor. in principio, & in Regul.72. propè fin.*

ARGUMENTUM.

Enumerantur Participantes de quindenniis, Communibus, & Minutis Servitiis, pro Beneficiis non Conſiſtorialibus, ſeu minoribus, vel inferioribus, pròque Conſiſtorialibus, ſeu majoribus, & taxatis.

SUMMARIUM.

1 *Bullæ quindenniorum enumerant perſonas, inter quas diſtribuuntur quindennia, Communia, et Minuta Servitia.*

2 *Ob Sedis Apoſtolicæ indigentias, tractu temporis, portio Communium, ac Minutorum Servitiorum ad Papam ſpectans, per ſpeciales Conſtitutiones aſſignata fuit titulo oneroſo Clericis Cameræ, & Cancellariæ Officialibus, vulgò Annatiſtis proportionabiliter.*

3 *S. M.* Innocentius XII. *redemit prædictam portionem aſſignatam Clericis Cameræ, eàmque applicavit Cameræ, ſeu Papæ.*

4 *Refertur ad quantum aſcendat hodiè in totum portio omnium Participantium.*

CAPITULUM XVII.

UT dignoſcatur, quænam perſonæ participent de quindenniis, Communibus, & Minutis Servitiis pro Beneficiis minoribus, & majoribus, ſeu Conſiſtorialibus, ſatis eſt indagare ipſaſmet Bullas quindenniorum, in quibus recenſentur hujuſ-
1 modi Participantes, veluti legere eſt in *Bulla 6. Pauli II.* §.2.3.4.*et* 5.*Bullar.nov. Rom.to.*1. ibi,,
,, cùmque propterea Camera Apoſtolica, nec
,, non &c. Cardinalium Collegium, & Sedis
,, Apoſtolicæ Officiales detrimentum non mo-
,, dicùm patiantur; Nos, quorum intereſt,
,, eorundem Cameræ, Collegii, & Officialium
,, indemnitati proſpicere &c. auctoritate Apo-
,, ſtolica &c. ſtatuimus &c. & declaramus,
,, quòd omnia, & ſingula Monaſteria &c. quo-
,, rum fructus &c. ſi in libris ejuſdem Cameræ
,, taxati reperiuntur, Communia, & Minuta
,, Servitia, atque alia jura debita, & conſue-
,, ta, tàm ipſis Cameræ, & Collegio, quàm
,, Officialibus præfatis, reliqua verò Monaſte-
,, ria &c. & Beneficia, ut præfertur, unita,
,, pro quibus Cameræ Apoſtolicæ annata, ſeu
,, alia jura ſolvi conſueverant, vel debebant
,, temporibus retroactis &c. annatam, ſive me-
,, dios fructus unius anni in poſterum ſingulis
,, XV.annis perpetuò ſequuturis, eidem Came-
,, rario ſolvere teneantur, & debeant. Et quòd
,, de omnibus Monaſteriis &c. & Beneficiis, ut
,, præfertur, unitis &c. Communia, Minuta,
,, & alia jura, ſeu annatas, & medios fructus
,, hujuſmodi ſolvere adſtringantur etiam ſingu-
,, lis annis XV. in futurum &c.,, *in Bulla 20. Julii III. in princip. juncto* §. 1. *et* 5. *eod. Bullar. eodèmque tom.*1. ibi,, Cupientes Cameræ Apoſto-
,, licæ &c. & Collegii &c. S.R.E. Cardinalium,
,, ac Officialium Sedis Apoſtolicæ indemnitati
,, conſulere &c. ſi &c. Cameræ, aut Collectori-
,, bus fructuum, & proventuum eidem Cameræ
,, debitorum &c. ſatisfacere deficerent &c. Cùm
,, autem obligationes de ſolvendis Communi-
,, bus, & Minutis Servitiis, ac annatis, ſeu me-
,, diis fructibus, aut aliis juribus ſolvi debitis,
,, & conſuetis factæ, non fuerint &c. in &c. Ca-
,, meræ, ac Collegii Cardinalium, & Officia-
,, lium detrimentum&c.,, *in Bulla 17. Pauli IV. in princip. juncto* §. 2. 7. *et* 8. *tom.* 1. ibi,, Euge-
,, nius IV. & Caliſtus III. &c. ſuper ſolutione
,, mediorum, ſeu integrorum fructuum primi
,, anni, dictæ Cameræ ratione Monaſterio-
,, rum &c. ac aliorum Beneficiorum Eccleſiaſti-
,, corum &c. unitorum facienda diſpoſuiſſe
,, legantur &c. Et &c. Communia, Minuta Ser-
,, vitia, annatas, & alia jura, Cameræ, & Col-
,, legio, ac Officialibus prædictis, ratione Unio-
,, num eis de Monaſteriis &c. & aliis Beneficiis
,, Eccleſiaſticis hactenùs factarum debita per-
,, ſolvere recuſent &c. in &c. Cameræ, ac Col-
,, legii, & Officialium prædictorum detrimen-
,, tum &c. Et propterea jus noſtrum, & Colle-
,, gii, ac Officialium &c. illæſum remanſiſſe, &
,, remanere&c. Et propterea &c. ad ſolutionem
,, Communium, & Minutorum Servitiorum,
,, ac annatarum, & aliorum jurium prædicto-
,, rum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officiali-
,, bus, ratione earundem Unionum &c. ſingulis
,, XV. annis &c. faciendam teneri&c.,, *in Bulla 38. S. Pii V. in princip. juncto* §. 3. *et* 4. *eodem Bullar. tom.* 2. ibi,, nè Camera prædicta ex Mo-
,, naſteriorum &c. & aliorum Beneficiorum Ec-
,, cleſiaſticorum Unionibus&c. detrimentum
,, aliquod pateretur. Volentes Cameræ noſtræ
,, Apoſtolicæ, ac &c. S. R. E. Cardinalium, nec
,, non &c. Romanæ Curiæ Officialium Partici-
,, pantium jura præſervare, illorùmque in-
,, demnitati conſulere &c. Et propterea &c. ad
,, ſolutionem Communium, annatarum, &
,, aliorum jurium prædictorum eidem Cameræ
,, pro tempore præterito (ſalvis Collegii, & Of-
,, ficialium juribus quoad futura remanentibus)
,, ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c.

,, faciendam teneri &c. ,, *& in Bulla 47. ejuſdem S. Pii V.* §. 3. *eod. tom.* 2. ibi ,, ad ſolutionem quin-
,, denniorum, quam Nobis, & Cameræ Apo-
,, ſtolicæ ſolvunt &c. ,, *in Bulla* 33. *Sixti V. in princip. juncto* §. 2. *eod. tom.* 2. ibi ,, Cameræ no-
,, ſtræ Apoſtolicæ, & Collegii &c. S.R.E. Car-
,, dinalium, & Officialium Romanæ Curiæ de
,, annatis, & quindenniis Participantium in-
,, demnitati &c. conſulere &c. volentes &c. &
,, ut propterea damnum ex hoc Cameræ Apo-
,, ſtolicæ, & Collegio Cardinalium, & Roma-
,, næ Curiæ Officialibus prædictis emergens
,, ſarciatur; Nos attendentes, quòd tantundem
,, detrimenti Cameræ, Collegio, & Officialibus
,, præfatis &c. provenit &c. ad ſolutionem quin-
,, denniorum præfatorum eidem Cameræ, ac
,, Collegio, & Officialibus, ratione Unio-
,, num &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam
,, teneri &c. ,, *in Bulla* 18. *Urbani VIII. in princip. juncto* §. 1. *eod. Bullar. tom.* 5. ibi ,, nè Came-
,, ræ prædictæ ex Monaſteriorum &c. aliorùm-
,, que Beneficiorum Eccleſiaſticorum Unioni-
,, bus &c. detrimentum aliquod induceretur.
,, Volens propterea dictæ Cameræ, ac &c.
,, S. R. E. Cardinalium Collegio, nec non &c.
,, Cancellariæ Apoſtolicæ Officialibus, de
,, Communibus, annatis, & quindenniis Par-
,, ticipantibus jura præſervare &c. Motu ſimi-
,, li &c. ad ſolutionem Communium, annata-
,, rum, & aliorum jurium prædictorum eiſdem
,, Cameræ, Collegio, & Officialibus, ratione
,, Unionum &c. prædictarum ſingulis XV. an-
,, nis &c. faciendam teneri &c. volentes igitur
,, tàm Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, quàm &c.
,, S. R. E. Cardinalium Collegio, ac &c. Can-
,, cellariæ Apoſtolicæ Officialibus de annatis
,, Participantibus conſulere &c. ,, *& in Bulla* 50. *Clementis X. in princip. juncto* §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. *&* 8. *tom.* 6. ibi ,, Cameræ Apoſtolicæ, & Col-
,, legii &c. S. R. E. Cardinalium, ac &c. Can-
,, cellariæ Apoſtolicæ Officialium de Commu-
,, nibus, annatis, & quindenniis Participan-
,, tium indemnitati conſulere &c. cupientibus
,, ſuper ſolutione Communium, annatarum, &
,, aliorum jurium prædictorum eiſdem Cameræ,
,, Collegio, & Officialibus, ratione Unionum
,, Monaſteriorum &c. aliorùmque Beneficiorum
,, Eccleſiaſticorum &c. Collegio Cardinalium
,, huiuſmodi, & Officialibus Romanæ Curiæ &c.
,, preiudicare non potuiſſet &c. ad ſolutionem
,, Communium, & Minutorum Servitiorum, ac
,, annatarum, & aliorum jurium prædictorum
,, eiſdem Cameræ, Collegio & Officialibus, ra-
,, tione earundem Unionum &c. ſingulis XV.
,, annis &c. teneri &c. nè Cameræ prædictæ ex
,, Monaſteriorum, aliorùmque Beneficiorum
,, Unionibus &c. detrimentum aliquod induce-
,, retur, volens propterea prædictæ Cameræ,
,, & eorundem Cardinalium Collegio, nec non
,, Cancellariæ Apoſtolicæ Officialibus, de
,, Communibus, annatis, & Quindenniis Par-
,, ticipantibus jura præſervare &c. ad ſolutio-
,, nem Communium, & Annatarum, & alio-
,, rum jurium prædictorum eiſdem Cameræ,
,, Collegio, & Officialibus, ratione Unio-
,, num &c. prædictarum ſingulis XV. annis &c.
,, faciendam teneri &c. decrevit, & declara-
,, vit &c. attendens, quòd tantundem detri-
,, menti, Cameræ, Collegio, & Officialibus
,, prædictis ex Unionibus &c. proveniebat &c.
,, volens propterea tàm Cameræ prædictæ,
,, quàm eorundem Cardinalium Collegio, ac
,, Officialibus, de Annatis Participantibus con-
,, ſulere &c. Cùm autem &c. exactiones jurium
,, ratione Quindenniorum huiuſmodi decurſo-
,, rum, & eorundem Cardinalium Collegio de-
,, bitorum ob Procuratorum dicti Collegii in-
,, curiam non ſine maximo illius damno, &
,, præiudicio, non ſolum neglectæ fuerint &c.
,, Communia, Minuta Servitia, annatas, &
,, alia jura, Cameræ, & Collegio, ac Officiali-
,, bus prædictis, ratione Unionum &c. in &c.
,, Cameræ, ac Collegii, Officialiùmque prædi-
,, ctorum detrimentum, perſolvere recuſent,
,, Nos verò nolentes Cameræ noſtræ Apoſtoli-
,, cæ &c. jura &c. negligere, quinimmò tàm il-
,, lius, quàm &c. S.R.E. Cardinalium, ac &c.
,, Cancellariæ Apoſtolicæ Officialium de An-
,, natis Participantium, indemnitatibus de cæ-
,, tero obviare &c. ratione ſolutionis Commu-
,, nium, Quindenniorum, aliorùmque jurium
,, prædictorum, Cameræ, Collegio, & Officia-
,, libus prædictis faciendæ &c. Ideòque &c. ad
,, ſolutionem Communium, & Minutorum Ser-
,, vitiorum, & Annatarum, aliorùmque jurium
,, prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, &
,, Officialibus, ratione earundem Unionum &c.
,, faciendam teneri &c. ad ſolutionem Quinden-
,, niorum, aliorùmque jurium, ratione Penſio-
,, num perpetuarum huiuſmodi &c. eiſdem Ca-
,, meræ, Collegio, & Officialibus faciendam
,, teneri &c. ,, *repetit poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* I. III. V. VI. VII. VIII & XI. *ac int. prætermiſſ. in ordine la I. ſivè Unic.* & obſervant *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *nu.* 17. ibi: *Officiales autem Participantes de Annatis &c. videlicet Sollicitatores literarum Apoſtolicarum, vulgò Jannizzeri nuncupati, & iſti participant ad rationem duorum cum dimidio pro centenario, Scriptores Archivii, & iſti participant ad rationem ſex pro centenario, Cubicularii, & Scutiferi, et iſti participant ad rationem decem pro centenario, Milites SS. Petri, et Pauli, et iſti participant ad rationem quindecim pro centenario, Portionarii Ripales, et iſti participant ad rationem ſimiliter quindecim pro centenario; & hi omnes reſident in Cancellaria Apoſtolica; deindè extrà Cancellariam participant de annata Clerici Cameræ Apoſtolicæ ad rationem unius cum dimidio pro centenario, quæ ſummæ invicem junctæ, conſtituunt ſummam quinquaginta, quæ ſolvuntur pro Annata, videlicet Ducati centum, ſi totidem Beneficium, fuerit taxatum, ſivè expreſſi illius fructus &c.* n. 18. ibi: *Commune Servitium, et Minutum Servitium non habere locum in Beneficiis non Conſiſtorialibus, quia pro hujuſmodi Beneficiis ſolvitur annata Officialibus Cancellariæ tantùm &c. ſed illa locum habent in proviſione Eccleſiarum, aut Monaſteriorum, ſivè aliorum quorumcumque Beneficiorum Conſiſtorialium, hoc modo, videlicet, Beneficium Conſiſtoriale, ſi taxatum reperitur in Libris Cameræ, verbi gratia, ad Ducatos tercentum, Annata ad hanc ſummam non ſolvitur Officialibus Cancellariæ, ſed tribus generibus perſonarum, nempè Sacro Collegio Cardinalium pro tertia parte, pro alia tertia Cameralibus, & pro reliqua tertia Officialibus in Cancellaria, qui Annatiſtæ dicuntur; adeò, ut Taxa in ſingulis excedat tertiam partem, & hæc*

& hæc ſolutio Annatæ dicitur Servitium Commune, ex eo exiſtimo, quòd tota, & integra Annata dividatur inter Cardinales, Camerales, & Annatiſtas communiter, hoc eſt pro æquali portione. Minutum verò Servitium ſolvitur iiſdem, ſed non pro æquali portione, et Taxa illa non excedit tres cum dimidio pro centenario, quæ non cedunt in gravamen Proviſi, nam quando integra Taxa dividitur in tres partes, puta, ſi Eccleſia ſit taxata ad mille, & quingenta, Taxa ſtatuitur ad quingenta tantùm, de qua, ut dixi, Cardinales, Camerales, & Annatiſtæ æqualia percipiunt emolumenta, nunquam tamen ſolutio hujuſmodi tripartita aſcendit ad eam ſummam, quæ ſolvitur pro integra Annata, ſi diviſio facta non eſſet &c. et nu.56. ac ibid. §. 4. de quindenn. ſub. nu.15. et 26. Veſtr. in prax. lib. 1. cap. 4. n. 4. ibi: Quòd, ſi materia ſubjecta talis ſit, pro qua veniat ſolvenda Annata, ſolvi ſolet omnibus Participantibus, in Cancellaria reſidentibus, pro rata eis contingente, utpotè Jannizzeris, ſeu Sollicitatoribus Apoſtolicis, Scriptoribus Archivii, Cubiculariis, Scutiferis, & Ripalibus Portionariis &c. & n.9 in fin. Maſſ. Galleſ. de annat. nu. 3. ibi: Commune Servitium appellatur, quia ejus dimidium datur Papæ, reliquum Collegio Reverendiſſimorum Cardinalium, quod inter ipſos Cardinales præſentes dividitur. Illa verò, quæ ſpecialiter, & propriè retinet nomen Annatæ, ſolvitur pro aliis &c. inferioribus Beneficiis &c. quæ tota ipſi Papæ relinquitur. Minuta verò Servitia ſunt quinque portiunculæ, quæ ſecundùm proportionem Taxæ fructuum Epiſcopatus, vel Monaſterii, inter certos Papæ Miniſtros, & Officiales diſtribuuntur, & num.23. in princip. ibi: vacantium Epiſcopatuum, & Monaſteriorum Papa, & Collegium Cardinalium, ex fructibus primi anni ſub nomine Communis, & Minutorum Servitiorum, debeant habere illam ſummam, quæ &c. in Libris Cameræ jamdudùm taxata eſt, & inferiorum Beneficiorum Papa debeat habere dimidium &c. Fagnan. in cap. prætereà 1. nu. 16. nè Prælat. vic. ſuas, Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.89. num.3. in princip. ibi: Beneficiorum Uniones &c. præjudicantes Papæ, ac Sacro Collegio Cardinalium, aliiſque Officialibus circà ſolutionem dictorum Servitiorum, & Annatarum, quæ occaſione novarum Proviſionum facienda eſſet &c. et n.14. in principio, ibi: iſta exactio debetur Papæ &c. iſtam verò partem hujuſmodi emolumentorum applicavit Sacro Collegio Cardinalium, aliiſque Officialibus, demandata ipſi Collegio, tanquàm inter Officiales digniori, ſimplici adminiſtratione &c. & de Regal. diſcurſ.162. n.2. in princip. ibi: cùm Annatiſtæ, aliique Officiales Cancellariæ, Annatarum, aliorùmque emolumentorum, quæ per noviter Proviſos de Beneficiis ſolvuntur pro expeditione literarum, participationem habent ex cauſa dupliciter oneroſa &c. & de Offic. Venal. cap.5. n. 4. cum ſeqq. ibi: In expeditione literarum Apoſtolicarum ſuper Proviſionibus Eccleſiarum &c. et Beneficiorum &c. quæ per organum Datariæ, & Cameræ Apoſtolicæ fiunt per Sedem Apoſtolicam, ultrà quædam Minuta emolumenta, quæ ratione materialis expeditionis literarum ſolvi ſolent Scriptoribus, Reviſoribus, Regiſtratoribus, Plumbatoribus, aliiſque Datariæ, & Cameræ Officialibus &c. quando Beneficia, vel Dignitates excedunt valorem XXIV. Ducatorum Cameræ, ſolvitur Annata juxta illam Taxam, quæ reperitur deſcripta in Libris Cameræ, & reſpectu non deſcriptorum, juxta valorem narratum &c. iſtòſque terminos paſſim habemus purificatos in ſolutione quindenniorum facienda per manus mortuas, quando Beneficia &c. in eas tranſeunt; adeò, ut ceſſent vacationes, & per conſequens novæ Proviſiones, & Annatarum ſolutiones, &c. D. Advoc. Fargn. de Jurepatronat. tom.3. par. 6. Canon. 10. & 11. caſ. unic. num. 2. ibi: Alia eſt (ideſt Annata) quæ dicitur Commune Servitium, eò quòd ejus dimidium tribuitur Papæ, reliquum Sacro Collegio Cardinalium, et inter ipſos Cardinales præſentes dividitur, et quæ ſolvitur pro Beneficiis Conſiſtorialibus, et eſt quantitas certa pro quolibet Epiſcopatu, vel Abbatia Conſiſtoriali ſecundùm antiquam Taxam ſolvenda. Alia, quæ dicitur Minuta Servitia, quæ ſunt quinque portiunculæ, quæ ſecundùm proportionem Taxæ fructuum Epiſcopatus, vel Abbatiæ inter certos Papæ Miniſtros, et Officiales diſtribuuntur, et appellantur Minuta, quia ſunt minutæ partes Annatæ, et quia partiuntur inter minores Miniſtros &c.

Tandem propter urgentes Sedis Apoſtolicę ne- 2
ceſſitates portio Cōmunium, ac Minutorū Servi-
tiorum Papæ contingens, aſſignata fuit ex titulo
oneroſo Clericis Cameræ Apoſtolicæ, & Officia-
libus Cancellariæ vulgò Annatiſtis nuncupatis
juxta proportionē eiſdē præfinitam per peculia-
res Conſtitutiones; verumtamen ſub Pontificatu 3
S.M. Innocentii XII. per Cameram Apoſtolicam
redempta fuit portio per prius aſſignata Clericis
Cameræ, & ipſamet Camera ſucceſſit in locum
Clericorum Cameræ; ità, ut hodiè Papa denuò
participet de memoratis emolumentis, prout
olim participabat, quamvis non in eadem quan-
titate, dum adhùc redempta non eſt portio aſ-
ſignata Officialibus Cancellariæ, cùmque hac
temporum diſtinctione conciliari poterunt; nec
non intelligi Doctores de hac re loquentes: quan- 4
ta autem ſit portio omnium Participantium hodiernis temporibus, ac ſecundùm ſtatum præſentem, dicimus, exemplificando, quòd portio Sacri Collegii Cardinalium, compræhenſis Communi, & Minuto Servitio, unà cum rogitu quietantiæ, eſt in Florenis 540. & Sol.45. Portio Cameræ Apoſtolicæ eſt in Florenis 211. 34. ac portio demùm Officialium Cancellariæ vulgò Annatiſtarum eſt in Florenis 537. 25. ità, ut integra ſumma in totum aſcendat ad Florenos 1290. 4. quod ignorare non valet manus mortua, quæ reportaverit ab omnibus recenſitis Participantibus quietantias occaſione perſoluti quindennii.

ARGUMENTUM.

Quindenniorum ſolutiones faciendæ ſunt in tot Ducatis, & Scutis aureis Stamparum currentibus in Urbe pro perpetua Penſione ad favorem manus mortuæ in tot Ducatis, & Scutis aureis reſervata, etiamſi Titularis gravatus, poſteà de conſenſu ejuſdem manus mortuæ Penſionariæ, vel ob ipſius incuriam, ſeu inadvertentiam, ſolvat Penſionem in Scutis argenteis in eodem numero Scutorum aureorum; exempli gratia pro an-

annua Penſione Scutorum centum aureorum ſolvatur Penſio Scutorum centum argenteorum.

SUMMARIUM.

1 *Quandoque inadvertenter, vel libenter manus mortua Penſionaria in tot Ducatis, & Scutis aureis, poſteà contenta eſt recipere Penſionem in tot Scutis argenteis.*

2 *Factum Titularis, aut Penſionarii nocere non debet Annatiſtis.*

3 *Manus mortua Penſionaria ſibi imputet, ſi contenta eſt ſuam Penſionem recipere in tot Scutis argenteis; quando illam recipere poterat in tot Ducatis, & Scutis aureis.*

4 *Aliàs pulſet ad ſolvendum in tot Ducatis, et Scutis aureis.*

5 *Rejicitur contrarium tenens.*

CAPITULUM XVIII.

CUm in caſu reſervationis perpetuæ Penſionis favore manus mortuæ, ſeu Loci Pii Annatiſtæ habeant electionem exigendi Annatam in proviſione Tituli pro integra ſumma, non detracta Penſione, quotiès pro rata Penſionis ſolutum non fuerit quindennium, quo caſu datur Proviſo mandatum de retinendo pro rata perpetuæ Penſionis, vel poteſt directè agere contrà manum mortuam, ſeu Locum Pium Penſionarium; ſicque cùm Annatiſtæ jus habeant dumtaxat exigendi quindennium ad menſuram fructuum Beneficii, ſivè illud integrè exigant à Titulari, ſivè partim à Titulari, & partim à Penſionario, præſens inſpectio videtur ad praxim parùm reducibilis; nihilominùs evenire quandòque poteſt, 1 quamvis perrarò, quod inadvertenter, vel libenter ex quadam urbanitate ad faciendam rè gratam creditori, manus mortua Penſionaria in tot Ducatis, & Scutis aureis, poſteà contenta ſit recipere Penſionem in tot eiſdem Scutis argenteis, exempli cauſa habens annuam Penſionem Ducatorum, & Scutorum centum aureorum, exigat Penſionem Scutorum centum argenteorum, adeò notabile perpeſſa præiudicium, & læſionem ſentiens etiam longè ultrà medietatem ſui crediti: ſub quo prætextu prætendit eadem manus mortua teneri ſolvere quindennia in tot Scutis argenteis, in eodem tamen numero Ducatorum, & Scutorum aureorum, pro intrante quantitate debiti quindennialis, reſpectu tamen ad menſuram exactæ quantitatis Penſionis, vel in Ducatis quidem, & Scutis aureis, ſed correſpondentibus ad exactam quantitatem Penſionis; ità, ut, quamvis manus mortua ſit creditrix Penſionis Ducatorum, & Scutorum centum aureorum in auro, quia nihilominùs exigit Scuta centum argentea, putat, ſe teneri pro media annata ad quindennium in Scutis quinquaginta argenteis, quæ conſtituunt dimidiam annatam, vel in tot Ducatis, & Scutis aureis correſpondentibus dictis Scutis quinquaginta argenteis; verumtamen meo judicio fallitur manus mortua, malùmque jus fovet; adeò, ut teneatur ſolvere quindennium in præfatis Ducatis, & Scutis quinquaginta aureis in auro, non ſolùm ex eo, quòd Penſio reſervata ſit in tot Ducatis, & Scutis auri in auro, ſed quia, etiamſi illa non eſſet reſervata in Ducatis, & Scutis aureis, adhùc ſemper in Ducatis, & Scutis aureis ſolvendum eſſet quindennium pro intrante quantitate ad dimidiam annatam: quamobrem reſolvimus in præſenti, quod quindenniorum ſolutiones faciendæ ſunt in tot Ducatis, & Scutis aureis Stamparum currentibus in Urbe, pro perpetua Penſione ad favorem manus mortuæ in tot Ducatis, & Scutis aureis reſervata, etiamſi Titularis gravatus, poſteà de conſenſu eiuſdem manus mortuæ Penſionariæ, vel ob ipſius incuriam, ſeu inadvertentiam, ſolvat Penſionem in Scutis argenteis in eodem numero Scutorum aureorum; exempli gratia pro annua Penſione Scutorum centum aureorum ſolvatur Penſio Scutorum centum argenteorum; factum namque Titularis, 2 longèque minùs illud Penſionarii debet nocere Annatiſtis, qui aliàs juribus ſuis notabiliter defraudati, in longè minori quantitate quindennium reciperent, ſi inviti recipere cogerentur monetam argenteam pro aurea, non tamen correſpondentem valori monetæ aureæ in obligationem deductæ per textus capitales in *l. ſed ſi certos nummos* 51. *ff. de legat.* 1. *l. mutuum damus* 2. §. *Mutui datio* 1. *ff. de reb. credit. ſi cert. petet. l. nummis* 75. *ff. de legat.* 3. *l. Paulus* 99. *ff. de ſolution. l. eum, à quo* 16. *juncta Auth. hoc niſi debitor C. de ſolution. Baſil. de Leone de monet. par.* 2. *verſ. ſed explicemus, Surd. conſ.* 242. *num.* 2. *cum ſeqq. lib.* 2. *Spad. conſ.* 58. *n.* 5. *lib.* 3. *Valenzuela Velazquez conſ.* 30. *n.* 27. *Cephal. conſ.* 31. *nu.* 12. *lib.* 1. *Tondut. de Penſion. cap.* 40. *n.* 24. *cum ſeq. Salgad. labyr. cred. par.* 2. *cap.* 8. *n.* 86. *cum ſeqq. Card. de Luca de Penſion. diſc.* 34. *per tot. et de credit. diſc.* 140. *n.* 12. *Ktſel de Jure monetæ clauſula* 29. *Sect.* 1. *n.* 25. *Scacc. de commerc.* § 2. *gloſ.* 5. *ſub. nu.* 142. *Caſtill. controv. Jur. lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 35. *Guzman de evict5ion. qu.* 22. *n.* 12. *Theſaur. dec. Pedem.* 174. *n.* 6. *Carocc. dec.* 54. *nu.* 7. *cum ſeqq. Maſtrill. dec. Sicil.* 7. *per tot. ac ſignanter n.* 5. *cum ſeqq. et nu.* 9. *par.* 1. *Larrea dec. Granat.* 22. *nu.* 6. *et dec.* 24. *per tot. Rota poſt Cenc. de cenſib. dec.* 216. *nu.* 2. *et cor. Innocent. X. dec.* 129. *num.* 1. *cum ſeqq. ubi* Adden. *n.* 8. *in fin.* §. *Cæterùm ſi debitor, et* §. *Non obſtante, Coccin. dec.* 2339. *n.* 2. *cum ſeq. Priol. dec.* 261. *n.* 7. *cum ſeqq. Dunozet. Sen. dec.* 139. *n.* 1. 4. *et* 5. *Dunozet. Jun. dec.* 745. *n.* 3. *et* 5. *to.* 2. *Benincaſa dec.* 22. *n.* 2. Adden. *ad Gregor. XV. dec.* 42. *num.* 8. *Bich. dec.* 250. *num.* 3. *cum ſeqq. & per tot. tom.* 1. *dec.* 682. *n.* 1. *et per tot. dec.* 686. *n.* 1. *et dec.* 688. *n.* 5. *cum ſeqq. par.* 4. *diverſ. dec.* 149. *n.* 4. *cum ſeq. ac per tot. par.* 2. *recentior. tom.* 1. *dec.* 430. *per tot. par.* 4. *recentior. to.* 1. *dec.* 225. *n.* 8. *et* 10 *dec.* 309. *n.* 2. *et dec.* 394. *n.* 1. *cum ſeqq. ac per tot. part.* 16. *dec.* 742. *n.* 1. *et per tot. p.* 18. *tom.* 2. *dec.* 329. *n.* 1. *et per tot. par.* 19. ac in proximioribus, imò fraternizantibus terminis Annatarum *dec.* 500. *n.* 5. *in med.* §. *Quamquàm par.* 14. ibi: *ſpecialem eſſe obſervantiam, & æſtimari Ducatum auri de Camera antiqua æſtimatione à tempore erectionis Officii mediarum annatarum &c.* manus autem mortua 3 Penſionaria ſibi imputet, ſi contenta eſt ſuam Penſionem recipere in Scutis centum argenteis, quando illam recipere poterat in Ducatis, & Scutis centum aureis: vel, ſi non eſt contenta, pul- 4 ſet Titularem ad ſolutionem Penſionis in dictis Ducatis, & Scutis centum aureis ad formam reſervationis Penſionis; contrarium autem te- 5 nens, reiiciendus.

A R-

ARGVMENTVM.

Ex Beneficio manui mortuæ unito, excedente in modico tantùm annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera, etiam adhuc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Aliquando contingere poteſt, quòd Beneficium excedat viginti quatuor Ducatos in uno tantùm, vel dimidio Ducato, vel in uno tertio, vel in duobus tertiis.*

2 *Verba, potiſſimùm in Bullis Apoſtolicis, ſumenda ſunt, prout ſonant.*

3 *Verbum* excedere *ſtrictè ſumendum.*

4 *In claris non eſt locus conjecturis.*

5 *Semper facienda eſt interpretatio ſalvo jure tertii.*

6 *Nuncius Apoſtolicus conferre nequit Beneficium excedens viginti quatuor Ducatos, etiamſi excedat in modico.*

7 *Exceſſus etiam in minimo obolo ultrà dimidiam ſufficit pro læſione.*

8 *Exceſſus etiam in obolo ultrà tertiam in Vrbe ſufficit ad læſionem.*

9 *Mandatum de ſubhaſtando, exceſſivum etiam in obolo eſt nullum.*

10 *Juriſdictio in Cauſis appellationum in Hiſpaniis uſque ad tot Marapetinos, ceſſat dato exceſſu in uno tantùm marapetino.*

11 *Mala expreſſio valoris* Beneficii *excuſat in ſexta parte.*

12 *Parum pro nihilo reputatur.*

13 *In tantum toleratur mala expreſſio in ſexta parte, in quantum hac via evitatur pœna nullitatis gratiæ ipſo Jure incurrenda.*

14 *Verus valor Beneficiorum exprimitur ad evitandum præjudicium Annatiſtarum.*

15 *Valor Beneficii uniti toleratur in ſexta parte ad evitandam nullitatem unionis.*

16 Regula Cancellar. 55. de valor. *etiam inducta fuit, nè occaſione unionis defraudarentur Annatiſtæ.*

17 *Fraus non ceſſat in unionibus.*

18 *Parum pro nihilo reputatur, ubi non adeſt tertii præjudicium.*

19 *Tertii præjudicium ſemper ſalvum eſſe debet.*

20 *Annatiſtæ ſemper habent intentionem fundatam in quindenniis.*

CAPITULUM XIX.

PRæmiſſo in *Cap. I.* alibique paſſim, quindennia deberi ex Beneficiis excedentibus viginti quatuor Ducatos, haud incongruum eſt in *præſenti Cap.* inquirere, an ſolvendum ſit quindennium ex Beneficio unito, quantumvis in modico
1 tantùm excedat viginti quatuor Ducatos, cùm aliquando contingere poſſit, quòd Beneficium, ſeu (ut meliùs dicam) eius valor excedat in uno, vel dimidio Ducato, vel in uno tertio, vel in duobus tertiis, ideſt in tertia parte, vel in duabus tertiis partibus unius Ducati, vel in ſimilibus; quapropter reſolvimus, quòd ex Beneficio manui mortuæ unito, excedente in modico tantùm annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera, etiam adhùc debentur quindennia, quia Bullæ Pontificiæ ſuper quindenniis emanatæ tribuunt jus percipiendi quindennia ex Beneficio unito, dummodò excedat viginti quatuor Ducatos, nulla facta declaratione, quòd exceſſus ad hoc, ut ſit locus ſolutioni quindenniorum, non debet eſſe in modica ſumma, proindèque vigore verbi *excedere*, ac juxta illius ſonum ſatis eſt, quòd in modico excedat, ut verè excedere dicatur Beneficium Ducatos viginti quatuor, ac conſequutivè ſubiacere quindenniis, quæ pro ſcopo habent ipſum exceſſum, 2
cùm verba, potiſſimùm in Bullis Apoſtolicis, prout ſonant, ſumenda veniant in proprio ſignificato ad *text. in cap. ad audientiam 12. de Decim. l. non aliter 69. ff. de legat. 3. Lotther. de re benef. lib. 1. qu. 24. n. 65. et lib. 2. qu. 47. n. 62. Pignatell. conſult. Can. tom. 9. conſult. 18. n. 32. et tom. 10. conſult. 75. n. 26. Gallin. de verb. ſignif. lib. 1. cap. 9. n. 22. et cap. 17. nu. 33. et lib. 10. cap. 1. num. 5. Vvames de Jure Pontific. conſ. 16. n. 8. lib. 1. Guinipar. à Drepano in diſput. Commentar. pro Jur. Pontific. defenſ. diſp. 5. par. 2. ca. 4. n. 11. cum ſeq.* propria autem verbi *excedere* ſignificatio ea eſt, 3
quæ ſtricta, non quæ larga eſt, *cap. Oratorium 6. cap. in Oratorio 7. diſtinct. 42.* nec eſt locus in caſu interpretationibus, ſeu coniecturis, cùm verſemur in claris, *Barboſa axiom. 222. n. 32.* immò 4
ſemper facienda eſt interpretatio, ſalvo præiudicio, ſeu Jure tertii, quale eſt illud, quod habent Annatiſtæ ſuper Beneficio excedente viginti quatuor Ducatos, *Maſcard. de general. Statut. interpretat. conc. 4. n. 119.* 5

Quibus accedit, quòd, ſicuti, ſi Beneficiũ excederet in modico viginti quatuor Ducatos, ſubiaceret annatis, ità & ſubiacere debet quindenniis uti earum ſoboli ex vulgata regula ſubrogatorũ, & ſicuti vice verſa ſi Beneficium non excederet viginti quatuor Ducatos in modico, puta, quia ad exceſſum deeſſet unus, vel dimidius Ducatus, vel tertia, vel alia pars unius Ducati, adhùc non ſubiaceret annatis, aut quindenniis ex eo, quòd verè non diceretur excedere viginti quatuor Ducatos, ità eodem fermè pacto, arguendo à non exceſſu ad exceſsũ, ſi Beneficium excedit viginti quatuor Ducatos in modico, puta, quia ultrà viginti quatuor Ducatos, reddit unũ, aut dimidiũ Ducatum, vel tertiam, vel aliam partem unius Ducati, profectò adhùc ſubiacebit annatis, aut quindenniis, verè enim excedere dicitur viginti quatuor Ducatos; immò in affinibus terminis, ſicuti Nuncius Apoſtolicus habens in facultatibus, jus conferendi Beneficium non excedens viginti quatuor Ducatos, conferre nequit, etiamſi exceſſus ſit in modico, *Garzias de Benefic. par. 5. cap. 3. n. 182. cum ſeq.* ubi de hoc deciſiones Rotales, ità in ſimili Beneficium excedens in modico viginti quatuor Ducatos, ſubiacere debet quindenniis. 6

Prætereà videmus, quòd ad intentandum notiſſimum remedium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* ſub prætextu læſionis, ſufficiat exceſſus ultrà dimidiam, ſeu beſſem etiam in minimo obolo, *Garz. de Benef. par. 5. cap. 3. n. 186. in principio, verſiculo et pro prædicta reſolutione, ego in alio Tractatu de Quindenniis, cap. 77. n. 28.* eodem modo, quo ex *Statuto Vrbis libro 1. cap. 153. & 154.* pro reſcindendo contractu contrà diſpoſita per Jus commune, allegari poteſt læſio ultrà ſolam tertiam 7

8 tiam partem juſti pretii, & eo caſu ſufficit exceſſus ultra tertiam partem etiam in obolo; quanto magis ſufficere debet exceſſus in modico viginti quatuor Ducatorum ad effectum ſolvendi quindennia: non enim minùs privilegiata eſſe debet cauſa publica, qualis eſt illa ſolutionis quindenniorum, Papæ, eiuſque Cameræ, & illius Officialibus, ſeu Annatiſtis debitorum, quàm cauſa privata, qualis eſt illa reſciſionis contractuum ex cauſa læſionis, quando immò cauſa publica, quæ in hoc caſu etiam oneroſa eſt, ut privata, potiùs potior, ac magis privilegiata eſſe
9 deberet. Hinc fit, quòd mandatum de ſubhaſtando, ob illius exceſſivitatem, ſeu exceſſum etiam in obolo, eſt nullum, nec tamquàm individuum ſuſtinetur pro parte debita, *Mangil. de ſubhaſtat. qu.*180. *n.*5. *in fine*, *Rota penès eund. dec.*61. *n.*4. *et poſt Poſth eod. tract. dec.*69. *nu.*20. *et dec.* 101. *n.* 8. hinc Juriſdictio Conſiſtorii, ſeu Conſilii Civitatum in Cauſis appellationum per legem Hiſpanam reſtricta ad cauſas decem millium marapetinorum, in illis Partibus *vulgò maravedis* (eſt genus monetæ minutiſſimæ ereæ)
10 & jam viginti millium non habet locum dato exceſſu etiam modico, ſeu in uno marapetino, *Garzias de Benefic. par.* 5. *cap.*3. *n.* 186. *verſiculo et pro prædicta reſolutione*, *ſivè veriùs verſiculo et magis facit*, *in fine*.

Quantumvis autem benè firma videatur firmata noſtra principalis reſolutio, non tamen definit ſequentibus impugnari, ac everti obiectis, ſed nequaquam expugnari.

11 I. Mala expreſſio valoris Beneficii in modica quantitate, ſivè ſaltem in ſexta parte excuſat, tamquàm non habita in conſideratione, *Lotther. de re benef. lib.*1. *qu.*38. *nu.*53. *et lib.*3. *quæſt.*20. *n.*65. *in fine antè verſic. quin*, *in ſtatuenda menſura*, *et num.*104. *Garzias de Benefic. par.*1. *cap.*5. *n.*405. *cum ſeqq. et par.*5. *cap.*3. *n.*180. *cum ſeqq. Roſa de exequut. liter. Apoſtolic. part.* 1. *cap.* 6. *nu.*238. *in addit. et cap.*7. *n.*165. *Card. de Luca de Benefic. diſc.*26. *n.*10. *diſc.*72. *n.* 10. *et diſc.*90. *n.*17.

II. Cùm exceſſus verſetur in modico, videtur
12 aſſiſtere regula parum pro nihilo reputatur, veluti multifariam exemplicavi ſuo loco in alio meo Tractatu de *Quindenniis*.

Nihilominùs adhùc validiſſimè ſubſiſtit præfata reſolutio, in nihilum faceſſentibus recitatis, ſeu excitatis obiectis.

Non equidem obſtat I. quia in tantum exceſſus valoris Beneficii toleratur in ſexta parte, in quantum huiuſmodi indulgentia fuit in-
13 troducta ad evitandum pœnam nullitatis gratiæ, ſeu impetrationis Beneficii ipſo Jure incurſam per *Regul.* 61. *aliàs* 54. *hodiè* 55. *Cancellar. de valore*, *ubi Chokier nu.*22. *in fine cum ſeqq.* non autem toleratur ad evitandum ſolutionem annatæ, ſi Beneficium exceſſerit viginti quatuor Ducatos in modico, cùm *Regula prædicta* excogitata fuerit, nè defraudarentur, perque conſequens Annatiſtæ de illis participantes, ſeu (ut meliùs inquàm) annatis Annatiſtæ, aliique Curiæ, ſeu Cameræ, & Cancellariæ Apoſtolicæ Officiales, ob jus ſibi debitarum annatarum, qui bona fide ſub prætextu diſtributionum Taxæ, & annatæ ex fructuum Beneficiorum expreſſione provenientium à Papa in Urbe ſua Officia emunt; ſuper quibus quidem Taxis maior Officiorum Curiæ pars fundata exiſtit: undè ſi verus valor ta- 14
ceretur, magnum illis præiudicium inferretur, qui Officia pro ſua ſuſtentatione propriis pecuniis quæſierunt, & acquiſierunt; quod fieri nequiret citrà conſcientiæ illaqueationem, & ſcandalum, veluti ponderant *Alphonſ. Sott. ad eand. Regul.*55 *Cancellar. de valor. n* 4. *Chokier ad eand. n.*20. *Lotther. de re benefic. lib.*3. *qu.*20. *num.*47. *Tholoſan. de Benefic. cap.* 15. *n.*8. *Monet. de diſtribution. quotidian. par.*4 *qu.* 9. *n.*28. *Pyrrh. Corrad. in prax. benefic. lib.* 3. *cap.*7. *n.* 25. Eodem fermè pacto toleratur quidem exceſſus valoris Beneficii 15
uniti, in ſexta parte quoad evitandum pœnam nullitatis Unionis etiam ipſo facto incurſam per *Regul.*21. *aliàs*, *& hodiè* 22. *Cancellar. de union. ubi Alphonſ. Sott. antiquus gloſſator*, *n.*4. *Chokier n.*19. 21. *&* 22. non autem toleraretur ad evitandum ſolutionem quindennii, ſi Beneficium exceſſerit viginti quatuor Ducatos in modico, cùm *Regula præfata* etiam inventa fuerit, nè defrau- 16
darentur quindennia; ſeu (ut meliùs dicam) ipſi Annatiſtæ in quindenniis, *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *qu.*20. *n.*48. omiſſo, quod in tantum relaxatur valor in ſexta parte, in quantum agitur in impetrando Beneficio de exprimendo etiam valore aliorum Beneficiorum per prius obtentorum ab impetrante, pro quibus, quamvis excedant viginti quatuor Ducatos, nunquam ſolvitur annata, ſicque ceſſat præſumptio defraudandi annatas ex ſuppoſitione nullius utilitatis, proindèque hoc caſu non requiritur adeò ſcrupuloſa in- 17
dagatio: quæ fraus non ceſſat in Beneficiis obtinendis, ſeu impetrandis, pro quibus, ſi exceſſerint viginti quatuor Ducatos ſolvitur Annata, *Lotther. de re benefic. lib.*3. *qu.*20. *n.*66.

Non obſtat II. quia enunciatum axioma pa- 18
rum pro nihilo reputatur, procedit in caſu, in quo non adſit tertii præiudicium; quale in præſenti adeſt, & quidem notabile, ac graviſſimum Annatiſtarum, tamquàm habens tractum perpetuum, ac ſucceſſivum ob hinc indè intentatum ſubterfugium ſolutionis quindenniorum ſub ſpecioſo prætextu exceſſus viginti quatuor Ducatorum in minimo tantùm, quando potiùs omnes regulæ, & axiomata Juris ſilere debent, ſi de præiudicio tertii agatur, quod ſemper ſalvum, 19
ac illæſum eſſe debet: præterquàmquòd Annatiſtæ habentes vigore Bullarum ſæpiùs laudatarum regulam pro ſe, habent intentionem fundatam 20
ſuper prætenſione quindenniorum ſibi debitorum ex Beneficio quomodocumqne excedente viginti quatuor Ducatos etiam in minimo; *Barboſa axiom.* 198. *n.*2.

ARGUMENTUM.

Ex pluribus Beneficiis manui mortuæ ſub unicis literis unitis, omnibus inſimul annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, quantumvis quodlibet ex Beneficiis unitis ſingulariter ſumptum, de per ſe dictos viginti quatuor Ducatos non excedat, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Juxta Bullas ſuper quindenniis editas debentur quindennia etiam ex pluribus Beneficiis ſub unicis literis unitis, inſimul tranſcendentibus viginti quatuor Ducatos, licet quodlibet illos non tranſcendat.*

2 *Per unionem plurium Beneficiorum ſub unicis literis, unicum quodammodò intelligitur conſtitutum Beneficium.*

3 *Annata ſolvenda eſt ex Beneficiis inſimul excedentibus* 24. *Ducatos, quorum ſingula etiamſi illos non excedant.*

4 *Pater, & filius reputantur fictione legis pro una perſona.*

5 *Affertur locus* Eccleſiaſtic. cap.30. verſ.4.

6 *Vox patris, & filii reputatur pro una.*

7 *Pater, & filius unicum quodammodò videntur poſſidere patrimonium.*

8 *Æſtimum patris prodeſt filio.*

9 *Si nemo recipi poſſit, niſi allibratus in appretio Univerſitatis, in mille Ducatis, & pater plurium filiorum habeat allibrata Ducatorum mille; donec pater vivit, illud appretium prodeſt omnibus filiis in ſolidum.*

10 *Pater cum filiis pro uno capite reputantur.*

11 *Domus habitationis patris, cenſetur domus habitationis filii, donec in eadem domo inſimul habitant.*

12 *Inter patrem, & filium nulla eſt obligatio.*

13 *Diſtinctio perſonarum eſſe debet inter ſtipulatorem, & promiſſorem.*

14 *Cautio interponi nequit inter patrem, & filium.*

15 *Teſtamentum paternum, & pupillare unum eſt teſtamentum.*

16 *In tabulis patris, & filii una tantùm falcidia ſervatur.*

17 *Inter patrem, & filium nulla lis.*

18 *Filiofamilias non datur actio injuriarum adversùs patrem.*

19 *Pater non poteſt agere furti cum filiofamilias.*

20 *In dividendis prædiis, quibus accedunt ſervi adſcriptitii, liberi à parentibus ſejungendi non ſunt, puta uni pater, alteri filius adjudicandus non eſt, ſed eidem pater, & filius adjudicandus eſt.*

21 *Fratres captivi, ſi veneant ſub haſta, non ſegregantur ob paternam conjunctionem, ad quod adducitur* Seneca controverſ. lib.9. controverſ.3.

22 *Duo, vel plures correi, fictione Juris pro uno habentur.*

23 *Affertur locus* lib. 1. Reg. cap. 18. verſic. 1. & cap.20. verſic.3. & 4.

24 *Unaquæque pars cum ſuo toto, cenſetur una, & eadem res.*

25 *Fictio idem operatur in caſu ficto, quod operatur veritas in caſu vero.*

26 *Pluralitas reſolvitur in ſingularitatem.*

27 *Singularitas è contrà reſolvitur in pluralitatem.*

28 *Singula, quæ non proſant, multa collecta juvant.*

29 Regula 22. Cancellar.de Unionibus *ad quid fuerit introducta.*

30 *Rejicitur* Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 139. num. 8.

31 *Prævalere debet authoritas Tractatiſtæ authoritati Conſulentis.*

32 *Reprobatur quædam extranea interpretatio Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper quindenniis emanatarum, quòd illæ nempè procedant, quando plura Beneficia non excedentia viginti quatuor Ducatos, uniuntur alteri Beneficio, quod ſtante augumento fructuum ex unione proveniente tranſcendat Ducatos viginti quatuor.*

CAPITULUM XX.

IN *Cap.I.* per tranſenam delibavi aliquid ſuper
mox dicendis, cùmque ſoleant aliquando uniri manui mortuæ plura Beneficia ſub unicis literis,
inſimul quidem viginti quatuor Ducatos tranſcendentia, illos tamen non excedente quolibet
ex Beneficiis unitis: ideò monemus in præſenti, 1
quòd ex pluribus Beneficiis manui mortuæ ſub unicis literis unitis, omnibus inſimul annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, quantumvis quodlibet ex Beneficiis unitis ſingulariter ſumptum, de per ſe dictos viginti quatuor Ducatos non excedat, etiam adhùc debentur quindennia; ità, ut declinari nullatenùs valeat in hoc caſu quindenniorum ſolutio, ſtante ſuper hoc literali Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper quindenniis editarum diſpoſitione, quæ nullo pacto tergiverſari valet, dum expreſſiſſimis verbis noſtrum caſum declarant, & quidem illa 33. *Sixti V.* §.2. *Bullar. nov. Rom. tom.2. repetit. poſt Tract. in ordine la VII.* ibi „ ſtatuimus &c. & declaramus, quòd „ uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. quorum ſingulorum, vel ſi „ plura Beneficia unicis literis compræhenſa „ ſint, quorum quilibet annuus valor viginti „ quatuor Ducatos auri de Camera &c. non ex„ cedat, dummodò tamen omnium inſimul il„ lum tranſcendat, cuicumque Eccleſiæ &c. „ hactenùs factæ, & faciendæ &c. ſub dictorum „ Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò „ compræhendantur &c. „ prout non minori emphaſi, ac energia idem explicat alia ſucceſſiva *Conſtitutio* 38. *Urbani VIII. in principio. antè* §.1. *Bull. nov. Rom. tom.* 4. *repetit. poſt Tract. in ordine la VIII.* ibi „ uniones &c. de quibuſcum„ que Beneficiis Eccleſiaſticis &c. quorum ſin„ gulorum, vel, ſi plura Beneficia unicis literis „ compræhenſa ſint, quorum quilibet annuus „ valor XXIV. Ducatos auri de Camera &c. „ non excederet, dummodò tamen omnium in„ ſimul illum tranſcenderet, cuicumque Eccle„ ſiæ &c. hactenùs factæ, & in futurum facien„ dæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſti„ tutionibus &c. omninò compræhendi &c. & „ ad ſolutionem quindenniorum teneri &c. & „ ad id cogi &c. poſſe &c. „ tandèmque idem ſtatuitur in *Conſtitutione* 50. *Clementis X.* §.4. *eod. Bullar. tom. 6.* ibi „ Uniones &c. de quibu„ ſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. quorum „ ſingulorum, vel ſi plura Beneficia unicis lite„ ris compræhenſa eſſent, quorum quodlibet „ annuum valorem viginti quatuor Ducatorum „ auri de Camera &c. non exceſſiſſet, dummo„ dò tamen omnium inſimul illum tranſcende„ ret, cuicumque Eccleſiæ &c. eatenùs factæ, „ & in futurum faciendæ &c. ſub prædictorum „ Prædeceſſorum Conſtitutionibus, & Ordina„ tionibus omninò compræhendi &c & ad ſolu„ tionem quindenniorum teneri, & obligatos
eſſe, & ad id cogi &c. poſſe &c. „ cuius ſanctio- 2
nis juſtitia ſatis deſumitur ex eo, quòd per unionem plurium Beneficiorum ſub unicis literis conceptam, & factam unicum quodammodò intelligitur conſtitutum Beneficium excedens viginti qua-

quatuor Ducatos; adeò, ut quemadmodùm
annata ſolvitur ex Beneficiis recenter fundatis,
ità etiam debitum eſt quindennium ex pluribus
Beneficiis unitis, ac incorporatis ſub unicis li-
teris, quantumvis ea ſingulariter, ſeu ſeparatim
ſumpta, non excedant dictos Ducatos viginti
quatuor, veluti benè ponderat Amayden. de ſtyl.
Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindennio num. 13.
& 14. Undè eſt, quòd, ſi ſub unicis literis fiat
3 proviſio de pluribus Beneficiis, quorum ſingula
ſejunctim ſumpta non excedant annuum valo-
rem Ducatorum viginti quatuor, inſimul ta-
men, ac unitim juncta dictam ſummam exube-
rent, ſolvenda eſt Annata, eo namque caſu re-
putatur tamquàm unicum Beneficium, ut eſt in
praxi notorium; nec eſt novum in Jure, quòd
duæ, vel plures perſonæ habeantur pro una, fi-
4 ctione legis, exemplo patris, & filii, l. fin. C. de
impuber. & al. ſubſtit. Alteſerra de fiction. Jur.
tract. 1. cap. 10. in princip. cap. 15. in principio. &
cap. 21. in princ. Robles Salzed. de repræſentation.
lib. 1. cap. 6. n 4. et cap 7. nu. 3. Paſchal. de virib.
patr. poteſt. par. 4 cap. 1. in princip. & (quod plus
eſt, magiſque ſtringit ad intentum noſtrum,
5 etiam in Sacris Paginis, patris, & filii una,
eadèmque perſona exiſtimatur, pater enim, qui
relinquit poſt ſe liberos, quaſi non moritur, ſi-
bique in liberis ſuperſtes eſt, juxta Eccleſiaſt.
cap. 30. verſ. 4. ibi: mortuus eſt pater ejus, et quaſi
non eſt mortuus; ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe.
Hinc (redeundo ad patrem carnalem, ob iden-
6 titatem cum filio) vox patris, & illa filii repu-
tantur pro una voce, §. Siquis alii 4. verſ. ei ve-
rò, Inſtitution. de inutil. ſtipulation. Alteſerra de
fiction. Jur. tract. 1. cap. 10. in med. §. Si pater,
in princip. verſ. quia vox, et cap. 21. in principio
verſ. et vox, Robles Salzed. de repræſentat. lib. 1.
cap. 7. nu. 4. undè eadem quoque arcta conjun-
7 ctio, & unicitas patris cum filio operatur, quòd
unicum quodammodò videantur poſſidere pa-
trimonium; ità quòd promiſcua eſt poſſeſſio pa-
tris, & filii, & quod ab uno poſſidetur, cenſe-
tur adinvicem ab alio poſſideri, Paſchal. de patr.
8 poteſt. par. 4. cap. 1. n. 1. cum ſeqq. indè æſtimum
patris prodeſt filio etiam ſeorsùm à patre habi-
tanti, Gulielm. de Benedict. in celebri cap. Ray-
nutius 16. verbo mortuo itaque teſtatore, par. 2.
n. 45. de teſtam. indè, ſi vigeat Statutum, quòd
9 nemo poſſit recipi inter antianos, niſi allibra-
tus, ſeu cataſtratus ſit in appretio Univerſitatis
ſivè Communitatis, in mille Ducatis, & pater
plurium, ſeu multorum filiorum habeat bona
allibrata Ducatorum mille, donec pater vivit,
illud appretium prodeſt omnibus filiis in ſoli-
dum, Tiraquell. in l. ſi unquam in præfat. nu. 23.
C. de revoc. donat. Alberic. de Statut. par. 1. q. 71.
et 109. per tot. et in l. in ſuis ff. de liber. et po-
ſthum, Jaſon in l. filius, paciſcendo, nu. 3. C. de
pact. et in l. ſciendum n. 25. cum ſeq. ff. qui ſatiſdar.
cog. Paſchal. de virib. patr. poteſt par. 4. cap. 1.
10 n. 3. ex eo, quòd pater cum filiis pro uno capite
reputantur, Bald. in l. etiam n. 15. C. de exequut.
11 rei judic. & domus habitationis patris, cenſetur
domus habitationis filii, donec in eadem domo
inſimul habitant, gloſa ſingularis in l. 2. C. qui
ætat. liber. lib. 10. Bald. in l. 1. §. Illud num. 2. C.
commun. de manumiſſion. Jaſon in l. ſciendum
n. 28. ff. qui ſatiſdar. cog. Boer. dec. Burdegal. 213.
12 num. 13. cum ſeqq. par. 2. indè inter patrem, &
filium, qui eſt in poteſtate, obligatio nulla eſt,
§. Item inutilis Inſtitution. de inutilib. ſtipulation. 13
quia diſtinctio perſonarum eſſe debet inter ſtipu-
latorem, & promiſſorem, inter dantem, & ac-
cipientem, nemo autem poteſt ſibi metipſi obli-
gari, l. hæres §. Quòd ſi ſtipulator ff. de fidejuſſor. 14
ideòque nec cautio interponi poteſt inter pa-
trem, & filium, ſaltem durante patria poteſta-
te, l. Imperator ff. ad Senatusconſult. Trebellian. 15
indè pari fictione legali teſtamentum paternum,
& pupillare, unum eſt teſtamentum, licet duæ
ſint hæreditates, l. 2. §. Prius autem ff. de vulgar.
et pupillar. ſubſtitution. l. paterfamilias l. patris, ff.
de privileg. creditor. indè in tabulis patris, & 16
filii una tantùm Falcidia ſervatur, l. ratione,
§. Quod vulgò ff. ad leg. Falcid. l. 1. §. 1. ff. ſi cui pluſq.
per leg. Falcid. indè inter patrem, & filium nulla 17
lis, nullave actio eſſe poteſt, ſaltem niſi petita
venia per filium, l. lis nulla, l. ſi à me ff. de judic.
l. actiones ff. de obligation. et action. indè filiofa- 18
milias non datur actio injuriarum adversùs pa-
trem, l. Prætor. §. Sed etſi quis ff. de injur. indè 19
pater non poteſt agere furti cum filiofamilias ex
eo, quòd nemo agere poteſt contrà ſemetipſum,
quod repugnat naturæ, & naturali defenſioni,
l. nè cum filiofamilias ff. de furt. indè, nè videa-
tur pater abſcindi à filio, in dividendis prædiis, 20
quibus accedunt ſervi, ſeu adſcriptitii, liberi à
parentibus, ſejungendi non ſunt, puta uni pater,
alteri filius adiudicandus non eſt; ſed eidem pa-
ter, & filius adiudicandus eſt, l. ſi domus §. Qui
confitetur ff. de legat. 1. l. poſſeſſionum diviſiones 11.
C. commun. utriuſq. judic. indè fratres captivi, ſi 21
veneant, ſeu vendantur ſub haſta, ob pater-
nam coniunctionem non ſegregantur juxta illud
Senec. controverſ. lib. 9. controverſ. 3. ibi: in au-
ctione fratres quamvis hoſtilis haſta non dividitur,
hinc duo, vel plures correi, fictione Juris pro 22
uno habentur, ità, ut unum, ſit debitum, una
obligatio, & æquè pluribus reis ſtipulandi, vel
promittendi, ſingulis in ſolidum debetur, & ſin-
guli in ſolidum debent, petitionèque, ac exa-
ctione, vel acceptilatione unius, tota ſolvitur
obligatio, l. ſi rem §. Si duo ff. de novation. l. qui
hominem §. Si duo ff. de ſolution. l. cùm dub. 2. l. in
duobus reis 3. §. Ubi duo rei, l. ex duobus reis 7. ff.
de duob. reis conſtituend. l. fin. C. eod. Alteſerra de
fiction Jur. tract. 1. cap. 20. in fin. §. Æquè ſi plu-
res, §. ſi plures, & §. Et ſi plures: hinc etiam in
ſenſu myſtico, ſeu morali, Sacræ literæ, animas 23
David, & Jonathæ, præ mutuæ benevolentiæ
vi, ac efficacia reputant pro anima una, utentes
pulcherrima phraſi lib. 1. Reg. cap. 18. verſ. 1. ibi:
anima Jonathæ conglutinata eſt animæ David, &
dilexit eum Jonathas quaſi animam ſuam, &
cap. 20. verſ. 3. & 4. ibi: vivit anima tua, quia
uno tantum gradu ego, morſque dividimur: undè
quoque fit, quòd unaquæque pars cum ſuo toto 24
cenſeatur una, & eadem res, Robles Salzed. de
repræſentat. lib. 1. cap. 6. num. 18. in fin. & cap. 7.
num. 3. in princip. & fictio idem operatur in caſu 25
ficto, quod operatur veritas in caſu vero, §. Item
per acceptilationem 2. Inſtitution. quib. mod. toll.
oblig. l. 1. ff. de adoption. l. cùm ex oratione 44. ff.
de excuſation. tutor. l. ſi mulier debitori 77. ff. de
jure dot. l. qui ad certum 14. ff. locat. Robles Sal-
zed. de repræſentat. lib. 2. cap. 8. n. 24. Coſta de re-
trotraction. regul. 2. ad cap. 2. n. 8. cum ſeqq. Vela
diſſert. 6. n. 10. Tiraquell. de jure Conſtituti par. 2.
limit. 4.

limit.4.& 5. per tot. Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſ. 51. *num.* 26. *Barboſa axiom.97. nu.1. cum ſeq. ego in alio meo Tract. de Quindenniis cap.23. n.20. & cap.99. nu.13.* indè
26 intrat vulgata regula, quòd pluralitas reſolvitur in ſingularitatem, *Cyriac. controv.* 114. *& 276. per tot. Coſta de rata qu. 223. nu.5. Card. de Luca de feud. diſc.41. num.2. & in annotat. de fideicom. diſc.52. n.3. cum ſeqq. diſc.244. n.3. & in Summ. nu.154. Conflict. obſ. 95.* ſicuti quandoque vice verſa intrat haud minùs vulgata regula, quòd
27 ſingularitas reſolvitur in pluralitatem, *Caſtill. controv. Jur. tom.6. cap.21. per tot. Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſ.* 21. *per tot. Card. de Luca de ſervitut. diſc.72. num.2. & 3. alter de Luca de pluralitate hominis legali per tot. tractatum*: nobis autem, noſtròque intentui
28 favet alia regula pariter tritiſſima, quòd ſingula, quæ non proſunt, multa collecta juvant, *Barboſa axiom.209. n.1.*

Quibus accedit, quòd in unione plurium Beneficiorum ſub unicis literis facta, eorum annuus valor non exprimitur ſeparatim, & diſtributivè quò ad ſingula, ſed ſub unica ſumma coacervatim, & unitim reſpectu omnium Beneficiorum; Undè, ſi valor expreſſus excedit Ducatos viginti quatuor, ex illis utique debetur quindennium quod regulatur à valore expreſſo in actu
29 Unionis, ad hunc namque principaliter finem edita fuit *Regula 22. Cancellar. de Unionibus*, veluti tradunt *Lotther. de re benefic. lib.3. qu.20. n.48. & 86. Zypeus in conſult.7. de exceſſ. Prælat. §. Et ut verum*, ubi firmat, *Regulam præfatam de Unionibus*, ſolam quindenniorum rationem
30 præ oculis habere. Nec in aliquo refragatur auctoritas *Card. de Luca de Benefic. diſc. 139. nu. 8. in ſupplem.* contendentis, quòd ſuprà prælaudata Conſtitutio Sixtina non ſit in uſu; viridique obſervantia, ut ex verbis ibi: *dicebam, id continere nimiam exorbitantiam, nullamque ſubeſſe rationem, cui id initatur, ideòque meritò non eſſe in uſu &c.* eidem enim ſcribenti tamquàm Advocato, ſicque tamquàm conſulenti ad favorem ſui Clientis pro opportunitate Cauſæ, debet prævalere authoritas *Amayden.* ſuprà relati tamquàm
31 Tractatiſtæ, nec non in praxi, & ſtylo Cancellariæ verſatiſſimi, juxta regulam deferendi Doctorum authoritatibus relatam per *Magon. dec. Florent.83. n. 8. in fin.* Minùs turbat, quòd ſuperiùs inſinuatæ Conſtitutiones Apoſtolicæ intelligendæ veniant, quando plura Beneficia non excedentia Ducatos 24. uniuntur inſimul uni corpori inanimato, nunquam tamen defecturo, aut perituro, qualis eſt manus mortua, vel alteri Beneficio, quod ſtante augumento fructuum ex unione proveniente tranſcendat Ducatos viginti quatuor, *Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.10. num.21.* hujuſmodi enim interpretatio uti extra-
32 nea, & claris, ac cubitalibus verbis Conſtitutionum prædictarum penitus contraria, non eſt admittenda, ſed potiùs omninò rejicienda, dum eædem Conſtitutiones expreſsè loquuntur de pluribus Beneficiis unitis, quorum quodlibet non excedat Ducatos viginti quatuor, inſimul tamen ſumpta dictum valorem tranſcendant, nec ibidem præfatæ Conſtitutiones per ſomnium quidem juxta earum lecturam, faciunt aliquam imaginabilem mentionem de Beneficio, cui ſit unio, reſpectu cujus eſt certum, quòd, eveniente illius vacatione, exprimendus eſt quoque valor habita ratione ad Beneficium, illi unitum ad ſatisfaciendum *Regulæ 55. Cancellariæ de Valore*.

ARGUMENTUM.

Ex pluribus Beneficiis manui mortuæ ſub unicis literis etiam auctoritate Ordinaria unitis, omnibus inſimul annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, quantumvis quodlibet ex Beneficiis unitis ſingulariter ſumptum, de per ſe dictos viginti quatuor Ducatos non excedat, etiam adhùc debentur quindennia, tàm attenta *Bulla Sixti V. in ordine la* 33. *Bullar. nov. Roman. tom.* 2. (qui fuit primus ex Pontificibus hoc etiam caſu illa ſolvi præcipientibus) quàm attenta *Bulla Urbani VIII. in ordine la* 18. *eod. Bullar. tom. 5. & Bulla Clementis X. in ordine la 50. Bullar. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la VII. VIII. & XI.* quindennia autem incipiunt currere à die promulgationis Sixtinæ, non à die unionis factæ antè Sixtinam.

SUMMARIUM.

1 *Quindennia debentur à die tantùm promulgationis Sixtinæ, ex Beneficiis unitis auctoritate Ordinariorum, Nunciorum Apoſtolicorum, & Legatorum.*

2 *Antè Sixtum V. Prædeceſſores non declararunt, quòd etiam deberentur quindennia ex pluribus* Be*neficiis ſub unicis literis unitis, inſimul excedentibus viginti quatuor Ducatos, quamvis ſingula, de per ſe illos non excedant.*

3 *Sixtus V. fuit acerrimus Jurium Cameræ propugnator.*

4 *Urbanus VIII. & Clemens* X. *ſumma cum ratione confirmarunt* B*ullam Sixtinam, qua cavebatur, quòd etiam* Beneficia *unita auctoritate Ordinaria, quæ ſingula non excederent viginti quatuor Ducatos, omnia tamen juncta illos excederent, adhùc ſubjacerent quindenniis, & refellitur diſtinctio inter auctoritatem Ordinariam, & Delegatam allata à* Card. Farratino apud Amayden. de ſtyl. Datar. lib.1. cap.18. §.4. nu.20. & 21.

5 *Refellitur* Card. de Luca de Benefic. diſc.139. n.8. in principio.

6 *Lex, quamvis rigoroſa, ſervanda eſt.*

7 *Sixtus V. fuit juſtiſſimus, & æqui amator.*

8 *Eccleſia eſſe debet cultrix juſtitiæ.*

9 *Contrà Bullas Apoſtolicas dari nequit de non uſu, ſeu de contrario uſu.*

10 *Sixtina habet in ventre derogatoriam contrariæ conſuetudinis.*

11 *Pontifices ſcire præſumuntur, an Conſtitutiones ſuorum Prædeceſſorum ſint in uſu, vel non.*

12 *In Sixtina, Urbana, & Clementina derogatur contrariæ conſuetudini.*

13 *Iterùm rejicitur* Card. de Luca , *ubi ſuprà* .

14 *Notatur differentia , quæ adeſt inter caſum proviſionis , & caſum unionis* .

15 *Leges accommodantur ad ea , quæ frequenter accidunt , non autem ad ea , quæ rarò* .

16 *Non cumulantur diverſæ ſummæ ad conficiendam quantitatem Scutorum ſeptem aureorum , pro qua conceditur exequutio perſonalis* .

17 *Conſtitutiones Apoſtolicæ ſuper quindenniis promulgatæ , intelliguntur tàm de unione facta ab Ordinario auctoritate Ordinaria , quàm auctoritate Delegata* .

18 *Rejicitur* Card.Farratin. apud Amayden . de ſtyl. Datar. lib.1. cap.18. §.4. n.20. in princip. §. In hac materia unionum , & quindenniorum , & §. Quoad uniones verò .

19 *Perpenditur* Bulla Sixtina §. 2. Bulla Urbana in principio , & §.2. & Bulla Clementina §.4. & 5.

20 *Lex ubi non diſtinguit , nec nos diſtinguere debemus* .

21 *Si Pontifices intelligere vellent de ſola unione facta ab Ordinario auctoritate Delegata , non verò Ordinaria , id facilè declarare poſſent , addito uno verbo* Delegati *poſt verbum* Ordinarii .

22 *Afferuntur varia loca* Sacri Concilii Tridentini .

23 *Bona fides , in qua eſt manus mortua antè Sixtinam , facit , ut non teneatur ad quindennia uſque ad Sixtinam* .

CAPITULUM XXI.

1 CUm alibi inſinuavimus , deberi quindennia à die tantùm promulgationis Sixtinæ , ex Beneficiis manui mortuæ unitis per Ordinarios , Nuncios Apoſtolicos , ſeu Legatos , ſequitur inſinuare in præſenti , quòd ex pluribus Beneficiis manui mortuæ ſub unicis literis etiam auctoritate Ordinaria unitis , omnibus inſimul annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus , quantumvis quodlibet ex Beneficiis unitis ſingulariter ſumptum , de per ſe dictos viginti quatuor Ducatos non excedat , etiam adhùc debentur quindennia , tam attenta *Bulla Sixti V. in ordine la* 33. *Bullar. nov. Roman. tom.* 2. (qui fuit primus ex Pontificibus hoc etiam caſu illa ſolvi præcipientibus) quàm attenta *Bulla Urbani VIII. in ordine la* 18. *eod.* Bullar. *tom.*5. *& Bulla Clementis X. in ordine la* 50. *Bullar. tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſt. in ordine la* VII. VIII. & XI. quindennia autem incipiunt currere à die promulgationis Sixtinæ , non à die unionis factæ
2 antè Sixtinam . Præmiſſo autem , quòd antè Sixtum V. Pontifices Prædeceſſores non declararunt , quindennia etiam deberi ex unione plurium Beneficiorum ſub unicis literis facta , quamvis ſingula de per ſe non excederent viginti quatuor Ducatos , dummodò tamen omnia di-
3 ctam ſummam excederent ; idcircò Sixtus V. Jurium Cameræ Apoſtolicæ acerrimus propugnator , & cuſtos , prudenter hoc declaravit , quod Succeſſores poſteà confirmarunt , Urbanus videlicet VIII. & Clemens X. ac profectò ſumma
4 cum ratione ob evidens præjudicium illinc Annatiſtis notabiliter reſultans , ut proſequitur *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindennio n.*13. *cum ſeqq. juncto num.*20. *in fine* , §. *Hactenùs & n.*21. *ubi n.* 20. *in principio* , §. *In hac* , *&* §. *Quoad uniones , antè med. verſic. quare , Card. Farratin. tunc Cancellariæ Regens* , ibi ,, In hac materia unionum , & quindenniorum ità mihi videtur diſtinguendum , quòd quoad uniones , quæ fiunt ab Ordinariis ex diſpoſitione Juris communis , nihil innovetur , nam ſicut in eorum proviſionibus non exigitur annata , ità ſimiliter in eorum unionibus non debetur quindennium , & ità fuit perpetuò obſervatum , quod hodiè immutari non poſſet , niſi cum maximo incommodo &c. quo caſu non eſt cogitandum de quindennio &c. Quoad uniones verò , quæ vigore Decretorum Concilii Tridentini per Ordinarium fiunt , aliter ſentirem &c. quo caſu Delegatus debet præſervare Jura Delegantis , & ejus ſtylum in omnibus ſequi , & obſervare tenetur , nam Concilium &c. noluit tamen adimere Jura Sedi Apoſtolicæ , aut in aliquo ei præjudicare , &, cùm ſolutiones annatarum non ſubſtulerit , præcisè credendum eſt , quòd voluerit , illas firmas remanere &c. quare ubicumque Ordinarius utitur hac facultate ſibi à Concilio conceſſa , crederem , quindennium legitimè per Sedem Apoſtolicam exigi poſſe &c. ,, *idem Amayden. dic. n.*20. *propè fin. dic.* §. *Hactenùs , juncto nu.*21. *in principio* , ibi ,, Hactenùs Farratinus &c. cujus ratio in primo capite excludens quindennii ſolutionem in unione , quam facit Ordinarius auctoritate Ordinaria , nempè quindennium non deberi eo , quòd in proviſione Ordinarii non ſolvatur annata , non eſt bona , nam &c. quindennium etiam aliquando debetur , ubi antè non fuit ſoluta annata . Quamvis hoc caſu dici poſſet eſſe debitam annatam , quam non metimur ex qualitate collatoris , ſed ex qualitate Beneficii , ut videlicet illud ſit ejus valoris , quod ſpectante collatione ad Papam annata ſit ſolvenda , quamvis , ſi vacatio contingat in menſe Ordinarii , annata non ſolvitur ; nam hoc eſt per accidens , poteſt enim contingere vacatio in menſe reſervato , & tunc ſolvetur annata , propter quod eſt debitum quindennium , aliàs enim Camera Apoſtolica , & Cancellaria pateretur damnum ex eo , quòd unio per Ordinarium facta operaretur , quòd nunquam rediret vacatio hujus Beneficii ad Cancellariam , quod eſt præcipua cauſa quindennii &c. quod tàm reſultat ex unione facta per Ordinarium auctoritate Ordinaria , quàm auctoritate Delegata , & proptereà diſtinctio illa , quam affert Farratinus , non diverſificat Jus Cancellariæ , & Cameræ Apoſtolicæ &c.

Qua occaſione mihi non arridet opinio , ſivè 5
veriùs opinamentum *Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.*139.*n.*4.*&* 8. *in principio in ſupplem.* frivolè putantis , Sixtinam eſſe in hac parte nimis exorbitantem , nullâque fulcitam ratione , immò (quod magis frivolum eſt) non eſſe in uſu , præcipiendo , ut ſolvantur quindennia etiam ex pluribus Beneficiis , quantumvis ſingulis de per ſe non excedentibus viginti quatuor Ducatos , dummodò inſimul juncta illos excedant , veluti *dicto nu.* 4. *in verbis* ibi ,, Neque obſtaculum facere dicebam modernam Conſtitutionem Clementis X. cum magna verborum , & clauſularum amplitudine conceptam adversùs retroacti temporis negligentiam , & inobſervantiam , quoniam benè inſpecto ejus tenore , illa non

„ non continet inductionem novi ordinis, &
„ gravaminis in illis caſibus, in quibus de Ju-
„ re, & ad præſcriptum dictarum Conſtitutio-
„ num non intraret, ſed ſolùm confirmat, &
„ innovat dictas antiquiores Conſtitutiones,
„ demandando earum obſervantiam, ac tollen-
„ do illam inobſervantiam, quæ reſultaret à
„ culpa non ſolventium, vel à negligentia non
„ exigentium, & ſic ubi obſervantia ſit illicita
„ juxta naturam innovantis, vel confirmantis,
„ quod non alterat innovatum, vel confirma-
„ tum &c.„ *& dic. n.8. in princip.* ibi „ In hoc
„ itaque propoſito quindenniorum, cum unica
„ pariter informatione ſub incerto exitu; ſcripſi
„ coram Judice Annatarum pro Capitulo Ca-
„ thedralis Nolanæ &c. convento ad ſolutio-
„ nem quindenniorum pro dictis Eccleſiis, di-
„ cebam igitur etiam cum aliquo ſenſu veritatis,
„ improbabilem videri prætenſionem, quam
„ credo, non habuiſſe ulteriorem progreſſum,
„ ex eodem motivo ceſſantis rationis ſubroga-
„ torum, dum disjunctæ, & ſingulariter conſi-
„ deratæ, non erant talis redditus, quòd pro
„ eis ſolverentur annatæ; adeò, ut, ſi unio
„ diſſolveretur, nullum jus Annatiſtæ haberent;
„ Et quamvis in contrarium conſiderarentur
„ quædam verba Conſtitutionis Sixti V. quæ
„ probare videntur, ut quindennia ſolvi de-
„ beant, etiamſi Eccleſiæ disjunctæ non ſubja-
„ ceant annatis, dummodò ſimul junctæ dent
„ talem fructum, ut intrent annatæ; attamen
„ dicebam, id continere nimiam exorbitan-
„ tiam, nullàmque ſubeſſe rationem, cui id in-
„ nitatur, ideòque meritò non eſſe in uſu &c.„
Nihilominùs ad nos non ſpectat cognoſcere, an
6 lex ſit exorbitans, nec nè, cùm lex, quamvis du-
ra, & rigoroſa, ſervanda ſit, veluti tradit *idem
Card. de Luca de dote diſcurſ. 196. num. 6.* præ-
terquamquòd è converſo ſemper lex præſumitur
juſta, ac rationabilis, præſertim illa Supremi
Principis Eccleſiaſtici, qualis eſt Summus Pon-
7 tifex, multòque fortiùs illa Sixti V. Pontificis
8 juſtiſſimi, ac æqui amatoris, cùm Eccleſia,
quam Papa repræſentat, eſſe debet cultrix juſti-
tiæ, taliſque eſſe præſumitur: in quantum verò,
quòd Sixtina non ſit in uſu, facilis parari poſſet
9 reſponſio, quòd nempè contrà Bullas Apoſtoli-
cas dari nequeat de non uſu, ſeu de contrario
uſu, ut firmat *idem Card. de Luca de alienat.
diſc.35. n. 12. de judic. diſc. 35. nu.58. & de Pa-
roch. diſc.24. n.14. & diſc.25. nu.5.* potiſſimùm
cùm Sixtina munita legatur *Decreto irritanti*,
10 habeàtque in ventre derogatoriam contrariæ
conſuetudinis, ex §. 3. & 5. ad quod advertit
*idem Card. de Luca de Beneſic. diſcurſu 89. nu. 14.
in principio, juncto* §. *Quinimmò*, ibi„quoniam&c.
„ iſta exactio debetur Papæ in recognitionem
„ dominii, iſtam verò partem hujuſmodi emo-
„ lumentorum applicavit Sacro Collegio Cardi-
„ nalium, aliiſque Officialibus, demandata
„ ipſi Collegio, tamquàm inter Officiales di-
„ gniori, ſimplici adminiſtratione, & conſe-
„ quenter intrat eadem ratio, quòd geſta per
„ adminiſtratorem præiudicare non poſſunt do-
„ mino abſque ejus ſcientia, & conſenſu. Qui-
„ nimmò quòd neque poſitivè geſta per ipſoſmet
„ Prædeceſſores Pontifices attendi debeant, ac
„ præjudicare poſſint in hac materia quinden-
„ niorum &c. *& diſcurſ. 139. nu. 2.* ibi: negli-
„ gentia eorum, penès quos hæc adminiſtratio
„ fuit, non potuerit, nec debuerit præjudicare
„ Collegio Cardinalium, aliiſque intereſſatis,
„ & participibus, ac etiam ob Decretum irri-
„ tans contentum in dictis Apoſtolicis Conſti-
„ tutionibus &c.

Omiſſo, quòd, ſi Sixtina (ut malè ſupponit
Card. de Luca loco citato) non eſſet in uſu, pro-
fectò alii Pontifices, qui præſumuntur ſcire, 11
utrùm Conſtitutiones ſuorum Prædeceſſorum
ſint in uſu, vel non, etiam in hoc illam non con-
firmarent, prout cum effectu in hac etiam parte
confirmarunt, quales fuerunt Urbanus VIII. &
Clemens X. ex jam deductis; adeò, ut proban-
dus eſſet etiam non uſus, ſivè contrarius uſus
quoad moderniores Conſtitutiones, & totum
hoc dependet à facto, ſeu certa obſervantia, ve-
rumtamen, quantumvis probaretur in facti con-
tingentia non uſus, crederem, illum adhùc non
ſuffragari ex eo, quòd tàm in Sixtina, quàm in 12
Urbana, & Clementina derogatur contrariæ
conſuetudini: aliàs, ſi admitteremus opinionem
Card. de Luca, facilè, ac ſæpè Annatiſtis graviſ-
ſimum pararetur præjudicium, dari enim poſ-
ſet, quamplura Beneficia quampluribus manibus
mortuis uniri, quorum tamen ſingula non exce-
derent viginti quatuor, ac per conſequens non
ſubjacere quindenniis; nec motivum *Card. de* 13
Luca, pro ſalvanda ejus opinione, ſubſiſtit in
eo, quòd uni providendo de pluribus Beneficiis
ſingulis disjunctis non excedentibus viginti qua-
tuor Ducatos, quæ omnia juncta illos excedant,
non tamen ſolvitur annata, ità nec ſolvendum
quindennium, quia id ad ſummum procederet,
ſi proviſio plurium Beneficiorum non fiat ſub
unicis literis, vel ſi non ſolvitur annata (quod
non credo) diverſa adhùc meo judicio militat
ratio, dum ſemper in Cancellaria, ſeu Dataria
Apoſtolica aliquid ſolvitur pro expeditione lite-
rarum proviſionis ſingulorum Beneficiorum; pro
Beneficiis verò unitis, cùm nunquam ampliùs
vacent; nihil unquam ſolveretur, undè non niſi
mediante quindenniorum ſolutione præjudicium
hujuſmodi valet reparari: immò adaugetur di- 14
verſitas rationis, quæ adeſt inter caſum provi-
ſionis, & caſum unionis, cùm in caſu proviſio-
nis conferantur plura Beneficia non conſiderata
tamen per modum unius ex eo, quòd, morien-
te proviſo, illa remanent ſeparata ut prius in ſuo
antiquo ſtatu, in caſu autem unionis conferun-
tur plura Beneficia per modum unius, ac ſi nem-
pè unum tantùm conferretur Beneficium abſor-
bens, ac excedens viginti quatuor Ducatos,
quos ſingula Beneficia de per ſe juncta non exce-
dunt, ut depræhenditur ex ſæpè laudata Sixtina,
Urbana, & Clementina in verbis ibi: *vel, ſi plu-
ra Beneficia unicis literis compræhenſa ſint &c.*

Nec obſtat, quòd, ſi diſſolveretur unio, tunc illa
plura Beneficia, redeundo ad eorum priſtinum
ſtatum collativum, non conſiderarentur ampliùs
per modum unionis, ſed uti disjuncta, ac uti
ſingula, & tamquàm non excedentia in eorum
ſingularitate viginti quatuor Ducatos, non ſub-
jacerent annatis, ſi illa uni conferrentur; quia,
ut jam dictum eſt, ſaltem pro eorum collatione
vel ſolveretur annata, vel aliquid pro annata in
Cancellaria, & quia perrarò diſſolutio hujuſ-
modi contingere valet, leges autem ad ea, quæ 15
frequenter accidunt, non ad ea, quæ raro,

accommodantur , *l. nam ad ea* 5. *ff. de legibus* .
Minùs obſtat , quòd ſicuti non cumulantur,
16 ſeu coacervantur diverſæ ſummæ ad conficiendam quantitatem Scutorum ſeptem aureorum , pro qua conceditur exequutio perſonalis , ſeu carceratio , *Scanaroll. de viſitat. Carcerat. lib.* 1. *cap.*4. §.16. *n.*46. *& lib.* 3. *cap.*8. *n.* 14. *cum ſeq.* quia in caſu noſtro expreſsè voluerunt Pontifices plura Beneficia ad ejuſmodi effectum haberi pro uno, ſicque ſumus extrà omnem controverſiam. Quibus poſitis , & compoſitis , unica inſurgit non aſpernanda difficultas , ſuprà *n.*4. per tranſenam deguſtata , ſed nondùm digeſta ; utrùm nempè Conſtitutiones Apoſtolicæ intelligendæ ſint tàm de unione facta ab Ordinario auctoritate Ordinaria vigore Juris communis, quàm de unione facta ab Ordinario auctoritate Dele-
17 gata vigore *S. Concilii Tridentini ſeſſ.* 21. *de Reform. cap.* 5. ibi : *poſſint Epiſcopi , etiam tamquàm Apoſtolicæ Sedis Delegati , &c. facere uniones perpetuas &c.* quòd etiam habetur in *cap. ſicut unire* 8. *de exceſſ. Prælat.* & arbitror, memoratas Conſtitutiones intelligendas eſſe de utraque
18 unione , quidquid ſentiat *Card. Farratinus* , *tunc Cancellariæ Regens* , *apud Amayden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.* 18. §. 4. *de quindennio num* 20. *in princip.* §. *In hac materia unionum , & quindenniorum* , & §. *Quoad uniones verò* , perperàm putans , Conſtitutiones prædictas intelligendas eſſe de unione tantùm ab Ordinario facta auctoritate Delegata , non utem Ordinaria : qui tamen *Card. Farratinus* juſtè reprobatur ab *Amayden. loc. citat. n.*20. *propè fin* §. *Hactenùs* , *juncto nu.*21. *in principio* . Quod quidem ex contextu ipſo earundem Bullarum meo judicio ſatis videtur comprobari , dum ibidem ſæpiùs adhibetur phraſis per nomen *Ordinarii* , ſine adjuncto *Delegati* ; ità , ut magis adaptabiles ſint Epiſcopo uti Ordinario , ſeu utenti auctoritate Ordinaria , quàm Epiſcopo uti Delegato , ſeu utenti
19 auctoritate Delegata ; legatur (quæſo) *Bulla Sixtina* §. 2. ibi „ illud idem & fortiùs in unionibus per ipſos Ordinarios factis , & faciendis „ obſervetur &c. per quemcumque loci Ordinarium &c. hactenùs factæ , & faciendæ &c. „ „ *Bulla Urbana in principio* ibi „ ex unionibus , „ quæ ab Ordinariis locorum , & aliis fiunt &c. „ illud idem & fortiùs in unionibus per ipſos „ Ordinarios factis , & faciendis obſervaretur &c. per quemcumque loci Ordinarium &c. „ hactenùs factæ , & in futurum faciendæ &c. „ „ & §. 2. ibi „ quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. fuerint quavis auctoritate Apoſtolica , ſeu Ordinaria , aut Subdelegata eis unita &c. „ & *Bulla Clementina* §. 4. ibi „ ex „ unionibus , quæ ab Ordinariis locorum , & „ aliis fiebant &c. illud idem & fortiùs in unionibus per ipſos Ordinarios factis , & faciendis obſervaretur &c. quòd uniones &c. per „ quemcumque loci Ordinarium &c. factæ , & „ in futurum faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. comprærhendi &c. voluit , & ad ſolutionem Quindenniorum teneri &c. declaravit &c. „ & §. 5. *poſt med.* ibi „ quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. quavis auctoritate Apoſtolica , ſeu Ordinaria , aut Subdelegata eis unita &c. „ Undè Bullæ Pontificiæ indiſtinctim loquentes , non admittere debent affectam diſtinctionem à mox laudato *Card. Farratino* traditam , dum lex ubi non diſtinguit , nec nos diſtinguere debemus , 20
l. non diſtinguemus ff. de recept. arbitr. l. Præſes ff. de offic. Præſid. l. 1. §. *Generaliter ff. de legat. præſtand. Barboſa axiom.*136. *n.* 4. ſi namque Pontifices intelligere vellent de ſola unione facta ab 21
Ordinario auctoritate Delegata , non verò Ordinaria , id facilè declarare poſſent , addito uno verbo *Delegati* , poſt verbum *Ordinarii* , prout facere ſolet Sacroſancta Tridentina Synodus , quando intendit loqui de Ordinario , non uti Ordinario , ſed uti Delegato ; exemplo *ſeſſ.* 7. *de Reform. cap.*6. ibi : *ab Ordinariis , tamquàm à Sede Apoſtolica Delegatis &c. ſeſſ.* 21. *cap.* 5. ibi : *poſſint Epiſcopi , tamquàm Apoſtolicæ Sedis Delegati &c. ſeſſ.* 22. *de Reformat. cap.* 6. ibi : *Epiſcopi tamquàm Legati Sedis Apoſtolicæ &c. & ſeſſ.* 24. *de Reform. cap.*14. *in fine*, ibi : *Epiſcopus , tanquàm Apoſtolicæ Sedis Delegatus &c.* è contra , quan- 22
do idem ſacrum Concilium intendit loqui de Ordinario uti Ordinario , loquitur per verbum abſolutum , & generale *Ordinarii* , ſeu *Epiſcopi* abſque alio additamento , exemplo *ſeſſ.*7. *de Reform. cap.* 5. ibi : *Ordinarii locorum &c. ipſi Ordinarii &c. & cap.*7. ibi : *ab Ordinariis locorum &c. ipſius Ordinariis &c. arbitrio ipſorum Ordinariorum &c. ſeſſ.* 24. *de Reform. cap.* 6. ibi : *liceat Epiſcopis &c. cap.* 13. ibi : *curabit Epiſcopus &c. revideantur ab Ordinariis &c cap.* 15. ibi : *liceat Epiſcopis &c. & cap.* 16. ibi : *Epiſcopus verò &c. eidem quoque Epiſcopo &c. & ſeſſ.* 25. *de Reform. cap.* 4. ibi : *facultatem dat Epiſcopis &c. cap.* 16. ibi : *arbitrio Ordinarii &c. & cap.*17. ibi : *audiens Epiſcopos aliquos &c.*

Quod autem ſpectat ad ſecundam partem noſtræ principalis reſolutionis , quindennia incipiunt currere à die promulgationis Sixtinæ , non à die unionis factæ antè Sixtinam ; cùm enim iſte caſus eſſet omiſſus in præcedentibus Bullis ſuper materia quindenniorum editis , ſolumque in Bulla Sixtina primùm deciſus , æquum videtur , ut quindenniorum debitum currere incipiat dumtaxat à die promulgatæ legis primi Pontificis ſuper hoc , non verò à die perantea effectuatæ unionis , quaſi quòd nova lex non poſſit aliquem conſtituere debitorem in præteritum pro eo , quòd non teneatur , nec debitor exiſtebat in præteritum : ac ſanè exuberare debet pro non ſolutione quindenniorum uſque ad Sixtinam , ipſa poſſeſſio libertatis non ſolvendi quindennia medio tempore ex Beneficiis hujuſmodi unitis etiam auctoritate Apoſtolica , quamvis omnibus inſimul junctis excedentibus viginti quatuor 23
Ducatos ; immò bona fides , in qua eſt manus mortua , antequàm Sixtus V. ſuam declarationem deſuper faceret , eidem manui mortuæ ſuffragari debet , nè quindennia ſolvat per totum tempus uſque ad ſuperventam declarationem Pontificis .

Neque obſtat , quòd Sixtina expreſsè etiam loquatur de unionibus peranteà factis , non verò de ſolis impoſterùm faciendis ; quippè , ſi non loqueretur etiam de unionibus jam factis , adeò extrà controverſiam eſſemus , ut eo caſu non ſolùm in præteritum , ſed etiam nec in futurum putarem ſolvenda eſſe quindennia , veluti alibi in genere ſermo erit ; loqui autem de unionibus factis , ſolummodò operari poteſt , ut ad ſenſum noſtrum debeantur quidem quindennia ex unionibus

nibus etiam antè Sixtinam factis, illa verò debeti incipiant à die promulgationis Sixtinæ, non à die effectuatarum unionum.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficio manui mortuæ unito, gravatòque Penſione, qua deducta, non excèdat annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium unitum, non eſt ampliùs Beneficium.*
2 *Unio operatur ſuppreſſionem onerum Beneficii.*
3 *Præſertim, ſi unio fiat cum Clauſula præſervativa onerum Beneficii antè unionem exiſtentium.*
4 *Benè etiam ſolvi poteſt Penſio ex Beneficio unito.*
5 *Bapa per unionem non videtur præjudicare velle tertio in jure quæſtio.*
6 *Qui ſentit commodum, ſentire quoque debet incommodum.*
7 *Penſio, Penſionarii vita extinguitur.*
8 *Nuncius Apoſtolicus conferre nequit, etiamſi* Beneficium, *detracta Penſione, non excedat viginti quatuor Ducatos.*
9 Beneficium *non excedens viginti quatuor Ducatos, non ſubjacet quindenniis.*
10 *Valor Beneficii computatur, deductis oneribus.*
11 *Mille Ducati pro Epiſcopo, & centum pro Rectore liberi eſſe debent.*
12 *Nuncius Apoſtolicus conferre nequit Beneficium, quamvis, dempta Penſione, non excedat viginti quatuor Ducatos.*
13 *Contrarium apud* Garz. de Benef. par. 5. cap. 3. num. 173.
14 *Subſidium, & Excuſatum pro una parte videtur perpetuum, & pro alia temporale.*
15 *Auctor putat, ſolvendum eſſe quindennium etiam ex* Beneficio *gravato Subſidio, & Excuſato.*
16 *Fortiùs ſolvendum eſt quindennium ex* Beneficio *unito, Penſione gravato, ſi reſervatio Penſionis non ſemper fiat, vel ſi quandoque fiat, illa ſit fixa, ac invariabilis in ſubſtantia, & quantitate, & Annata pro illa ſolvi conſueta, non adæquet tertiam partem fructuum: undè certum præjudicium amiſſionis Annatæ* Beneficii *uniti non remanet compenſatum cum Annata Penſionis variæ, & eventualis.*

CAPITULUM XXII.

VIderetur prima facie, ſuperflua præſens inſpectio, cùm per unionem Beneficii Penſione gravati ceſſare videatur, ac penitùs extingui Penſio per prius reſervata ex eo, quòd Be-
1 neficium unitum, deſinat eſſe Beneficium, & extinguatur titulus, ac nomen Beneficii, *Turricell. de union.* Benefic. *cap.4. n.4. & 20 cum ſeqq.*
2 unióque operatur ſuppreſſionem onerum Beneficii uniti, omniàque emolumenta acquirantur poſſeſſori Beneficii, qualis eſt manus mortua, *Amayden de ſtyl. Datar. lib.1. cap.18. §.3. n. 59. Turricell. de union.* Benefic. *cap.4. nu.13. Garzias* de Benefic. *par.12. cap.2. n. 1. cum ſeq.Tondut. de*
3 *Penſion. Eccleſ. cap.3. n. 11. in principio*, præſertim, ſi unio legatur facta cum Clauſula præſervativa onerum Beneficii antè unionem exiſtentium, *Turriccell. mox allegat. cap. 2. num. 24. in fine verſiculo quod eò magis*; ac in terminis Penſionis habemus, quòd, quamvis titulus Beneficii per unionem extinguatur, remanent tamen fructus, cum ſuo onere pro Penſione penès manum mortuam, in cujus gratiam facta fuit unio
ob compatibilitatem ſolvendi Penſionem etiam 4
ex Beneficio unito, quidquid, ſi eſſet incompatibile cum unione, veluti bènè diſtinguit *Turricell. de union. Benefic. mox cit. cap.2. nu.25. antè med. verſiculo vel ſi Penſio*; & quamvis non detur quidem poſt unionem ampliùs vacatio Beneficii, non hinc tamen datur vacatio, ſeu extinctio
Penſionis, quippè Papa per unionem non vide- 5
tur velle præjudicare tertio in jure quæſito, quale eſt illud Penſionis impoſitæ ſuper Beneficio, anteqùàm manui mortuæ uniretur, *Turricell. de union. Benefic. laudato cap.2. n.11. cum ſeq.* adeò,
ut æquium eſt, ut manus mortua, quæ ſentit 6
commodum ex unione Beneficii ſui favore facta, ſentiat etiam incommodum, ac onus ſolvendi Penſionem reſpectu Beneficii ſui favore uniti *Turricell.ſæpè laudat.tract.de union. Benefic. cap.4. n. 13. in fine, verſiculo non tamen ſequitur.*

Quibus prænotatis, meritò in præſenti firmatur, quòd ex Beneficio manui mortuæ unito, gravatòque Penſione, qua deducta, non excedat annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera, etiam adhùc debentur quindennia; Penſio enim non eſt onus perpetuum, nec transferri poteſt, niſi ex ſpeciali Indulto Pontificis, ſed temporale tantùm, quod in uno momento ceſſare poteſt, uti pendens à
vita Penſionarii, quo mortuo, illa extinguitur, 7
Garzias de Benefic. par.5. cap 3. n.171. Gonzalez ad Regul 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſ. 5. §.5. n. 21. 37. 38. & 40 Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.10. n.27. Card. de Luca eod. tract. cap.15. n.24. Fatinell. de translat. Penſion. cap.1. num. 1. Pariſ.de reſign. Benefic. *lib.6. qu.4. n.13. Lotther. de re benefic. lib.1. qu. 36. n. 56. Gomez Sarnen. in Regul. 19. de viginti, alias de infirm. reſignant. qu.16. per tot. Rota dec.129. num.3. par.1. recen-*
tiorum: hinc fit, quòd è converſo in ſimili Nun- 8
cius Apoſtolicus habens in facultatibus jus conferendi Beneficium non excedens viginti quatuor Ducatos, ſi illud gravatum ſit Penſione, qua detracta, non valet Ducatos viginti quatuor, & ſic eos non excedat, illud conferat, adhùc illius collatio non ſuſtinetur, cùm ſatis ſit, quòd poſteà ceſſante Penſione, Beneficium verè excedat viginti quatuor Ducatos, *Garzias de Benefic. par.5. cap.3. nu. 171. cum ſeq.*

Nihilominùs firmatæ noſtræ principali reſolutioni videntur obſtare ſequentia duo objecta. I. Quia ſaltem pro tempore, quo durat Penſio, videretur, non eſſe ſolvendum quindennium, cùm, deducta Penſione, verè non excedat Be-
neficium viginti quatuor Ducatos, & tamquàm 9
non excedens, non compræhendatur ſub Bullis de quindenniis loquentibus.

II. Quia valor Beneficii computatur, deductis
oneribus, quæ illud diminuunt, ſicque non venit 10
in ipſius valore cōputanda Penſio, quæ onus eſt, pro inducendo exceſſu ad *text. in cap. præſenti 9. de offic. Ordinar.in 6. l.fructus 17.ff. ſolut.matrim. l. quod fructibus 46. ff. eod. l. 1. C. de uſufruct.*

Gar-

Garzias de Benefic. *par.5. cap.3. nu.164. Barboſa in l. fructus 7. ff. ſolut. matrim. n.73. alter* Barboſa *de Epiſcop. par.3. alleg.87. nu.79. cum ſeqq. Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. §.7. proœm. n.163. Roſa de exequut. liter. Apoſtol. par.1. cap. 7. num. 191. cum ſeqq. & in additione num.378. cum ſeqq. Card. de Luca de Benefic.*
11 *diſcur.90. nu.80.* Hinc mille Ducati pro Epiſcopo, & centum pro Rectore, ſeu Parocho in figura congruæ per *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ.24. de Reform. cap.* 13. reſervari in reſervatione Penſionis, liberi eſſe debent, ſicque deductis oneribus, *Roſa de exequutor. liter. Apoſtolicar. par.1. cap.7. n.194. & in additione n.333.*

Vera tamen ſemper emicat, & ovat inexpugnabilis noſtra principalis reſolutio.

Non enim obſtat I. quia non eſt habenda in conſideratione hujuſmodi temporalis duratio Penſionis reſpectu ad perpetuam durationem Beneficii penès manum mortuam, corpus quidem inanimatum, nunquam tamen defecturum, aut periturum, ſicque (ut ità dicam) ferè immor-
12 tale; idèmque videmus, quòd Nuncius Apoſtolicus conferre nequit Beneficium excedens viginti quatuor Ducatos, quantumvis, habita ratione ad Penſionem, qua illud Beneficium gravatum reperitur, eàque deducta, verè illos non excedat, ſaltem pro tempore, quo durat Penſio, *Garzias de Benefic. par.5. cap.3. nu.* 17.

Non obſtat II. quia procedit in oneribus perpetuis, inter quæ enumerari nequit Penſio tamquàm in ſe de ſui natura temporalis, & duratura uſque ad vitam Penſionarii: Undè è contrà, ſi Penſio fuerit, reſervata nempè favore manus mortuæ, & Beneficium, ea deducta, non exceſſerit viginti quatuor Ducatos, tunc procul dubio quindennium non eſſet ſolvendum ob
13 perpetuitatem oneris; ſicuti tunc etiam Nuncius Apoſtolicus illud conferre poſſet, non obſtante, quòd verè excederet viginti quatuor Ducatos, habita ratione ad ratam Penſionis, veluti ità diſtinguit *Garzias de Benefic. par.5. cap.3. n.*173.

Supereſt tandem Difficultas, quid dicendum, ſi Beneficium aliquod Regni Hiſpaniarum uniatur manui mortuæ, quod antè unionem gravatum erat Subſidio, & Excuſato in illis Partibus vulgò nuncupato, ſolvi ſolito ex Indulto Apoſtolico, Regi Catholico, quod conceditur de quinquennio in quinquennium, Beneficium autem excedit viginti quatuor Ducatos, deducto tamen Subſidio, & Excuſato, illos non excedit, utrùm eo caſu ſolvendum ſit, nec nè quinden-
14 nium, cùm ex una parte videatur hujuſmodi onus perpetuum ex eo, quòd à tot annis ſolvi conſueverit, & ſemper ſoleat talis conceſſio ſucceſſivè prorogari, nec ſit ampliùs ſpes in contrarium, *Garzias de Benefic. par.5. cap.3. n.175. cum ſeqq. Lotther. de re benefic. lib.1. qu.43. n.17.* ex alia autem parte videatur prædictum onus merè temporale, tamquàm non fixum, ac immobile, verè namque de ſui natura ſolummodò concedi aſſolet ad quinquennium Regi per Sedem Apoſtolicam, ſicque ad modicum, & determinatum tempus Subſidium, ac Excuſatum, licet per accidens ex munificentia Sanctæ Sedis illud quodammodò perpetuetur, & quaſi invariabile evaſerit; attamen, attento ſuo principio temporalitatis, ob Annatiſtarum valdè indè ſenſibile præjudicium, cùm in Hiſpaniis frequens ſit Beneficiorum ejuſmodi qualitas; cenſerem, adhùc eſſe locum quindenniis; à qua qui- 15
dem opinione in conſulendo, & judicando nunquam recederem, hæc enim ſecundùm me eſt pura veritas; dum exiſtimo, ex tali Beneficio, quantumvis non excedente viginti quatuor Ducatos, deducto Subſidio, & Excuſato, antè unionem in ſua proviſione eſſe ſolvendam annatam.

Principalis autem noſtra reſolutio poſita ſu- 16
prà poſt *n.*7. fortiùs intrat, ſi Penſionis reſervatio non ſit fixa, ac invariabilis in ſubſtantia, & quantitate, ſed vel contingat, quòd quandoque nulla fiat reſervatio, vel quandoque illa fiat in minori ſumma, quòdque Annata ſoluta pro Penſione, non adæquet tertiam partem fructuum, proindèque certum præjudicium amiſſionis Annatæ Beneficii uniti nullatenùs remaneat compenſatum cum Annata Penſionis de ſui natura variæ, & eventualis, nec non attingentis tertiam tantùm partem fructuum, veluti in ſimili contrà Capitulum Inſignis Collegiatæ, ac Baſilicæ SS. Laurentii, & Damaſi de Urbe reſpondet *Rota poſt Antonell. de jur. & oner. Cleric. deciſ.* 17. *n.*13. *in fin. §. Vel tale aſſertum præjudicium.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis quibuſdam parvis, in Hiſpaniis vulgò *Graderiis* nuncupatis, manui mortuæ unitis, ſi in totum uti conjunctim conſiderata, exceſſerint annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Quindennium debetur ex Beneficiis uti conjunctim conſideratis, excedentibus viginti quatuor Ducatos, quantumvis uti ſingula disjunctim conſiderata, illos non excedant.*
2 Graderiæ *in Hiſpaniis quid ſint.*
3 Graderiæ *ſunt vera Beneficia in ſtatu collativo.*
4 *Ut ex* Graderiis *debeatur quindennium, ſufficit, quòd iſtæ* Graderiæ *conjunctim ſumptæ, excedant viginti quatuor Ducatos.*
5 *Auctor idem putat, ſtatuendum in* Fratantiis *Neapolitanis.*
6 *Horæ Canonicæ recitandæ non ſunt, quando Beneficium non eſt congruæ ſubſtentationis.*
7 *Auctor proviſus olim fuit quaſi à ſua infantia de Beneficio tenuiſſimo à claræ mem. Card. Marcello Durazzo tunc Nuncio Apoſtolico Portugalliæ.*
8 Graderiæ *ſaltem habent onus recitandi Canticum Graduum.*
9 *Penſiones Eccleſiaſticæ non ſunt Beneficia.*
10 *Adhùc illæ, tamquàm debitæ ex fructibus Beneficiorum, ſubjacent quindenniis.*
11 Urbanus VIII. *revocavit reſervationes perpetuarum Penſionum factas Locis Piis.*
12 *Idem valdè intentus fuit fidei propagationi.*
13 San. Mem. Clemens Papa XI. *ampliavit Collegium Urbanum ab* Urbano VIII. *fundatum de Propaganda Fide de Urbe.*
14 *Penſiones ſubjacent annatis.*

C A-

CAPITULUM XXIII.

FIrmato in *Cap. XX.* quòd ex Beneficiis uti
conjunctim conſideratis, excedentibus vi-
1 ginti quatuor Ducatos auri de Camera debean-
tur quindennia, quantumvis uti ſingula disjun-
ctim conſiderata illos non excedant, cùmque in
Hiſpaniis, præſertim apud Diæceſim Palenti-
nam exiſtant Beneficia quædam adeò parva, in
illis Partibus vulgò Hiſpano ſermone *Graderias*
nuncupata, ut non ſit ità certum, quòd obli-
gent ad recitandum Horas Canonicas, vel ſit
aliquis uſus illas non recitandi, vel ad ſummum
recitandi tantùm Canticum Graduum, proin-
dèque dictæ *Graderiæ*, qui uſus ſecundùm ali-
quos fuit confirmatus per Sedem Apoſtolicam,
teſte *Sanchez conſil. moral. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2.
*dub.*69. *n.*1. *&* 3. benè conſequitur, firmandum
2 eſſe in *præſenti Cap.* quòd ex Beneficiis quibuſdam
parvis, in Hiſpaniis vulgò *Graderiis* nuncupatis,
manui mortuæ unitis, ſi in totum uti conjun-
ctim conſiderata, exceſſerint annuum valorem
viginti quatuor Ducatorum auri de Camera,
etiam adhùc debentur quindennia; quippè ad
inducendum onus ſolvendi quindennia, ſatis
3 eſt, quòd *Graderiæ* hujuſmodi ſint vera Beneficia
in ſtatu collativo, quamvis in ſe communiter
ſint valdè tenuia, ut ait *Sanchez loco citato nu.*2.
4 cùm etiam ſatis ſit, ex alio capite, quòd iſtæ
Graderiæ tamquàm conjunctim ſumptæ, & con-
ſideratæ, excedant viginti quatuor Ducatos,
licet tamquàm ſingulæ conſideratæ, illos non
excedant, ex alibi firmatis *Cap.XX.* in caſu alio-
5 rum Beneficiorum: idem quoque exſtimarem,
ſtatuendum in *Fratantiis* Civitatis Neapolitanæ,
quæ pariter ſunt collativæ adinſtar Eccleſiaſti-
corum Beneficiorum, & conſiſtentes in certis
emolumentis pro cadaverum aſſociatione debi-
tis, ac per quandam Congregationem Confra-
trum inde in illis Partibus *Fratanſariorum* nun-
cupatorum adminiſtratis, ut teſtatur *Card. de
Luca in annotat. ad Sacr. Concil. Tridentin. di-
ſcurſ.* 24. *nu.*15. *& de Paroch. diſcurſ.*28. *per tot.*

In nihilum relevante, quòd, ſi *Graderiæ* eſ-
ſent Beneficia, profectò introduci non poſſet uſus
non recitandi Horas Canonicas, minùſque ta-
lem uſum uti abuſum, & corruptelam confir-
maret, ſed potiùs eliminaret, ac penitùs repro-
baret Sedes Apoſtolica ex eo, quòd de ſui natu-
ra ineſt Beneficiis Eccleſiaſticis originale onus
recitandi; quia benè ſtare poteſt, eſſe Beneficia,
6 & tamen per accidens ex juſta cauſa non habere
onus recitandi ob nimiam tenuitatem redditum
ad congruam ſubſtentationem haud ſufficien-
tium, *Eſcobar à Corro de Hor. Canonic. qu.*3. §.5.
7 *nu.*23. qui caſus mihi pluribus abhinc annis con-
tigit, dum à claræ memoriæ Card. Marcello
Durazzo tunc Nuncio Apoſtolico Portugalliæ,
cùm Romæ degerem, proviſus fui de tenuiſſimo
Beneficio ſimplici S. Petri loci, ſeu Oppidi de
Pinhel Viſen Diæceſis: indèque evenit, quòd
8 juxta nonnullorum ſenſum ſaltem *Graderiæ*
habent onus recitandi Canticum Graduum.

Minùs relevat, quod non comprobetur eſſen-
tia Beneficii, præſertim in odioſis, & præjudi-
cialibus, ad effectum nempè ſolvendi quinden-
nium ex ſola recitatione Cantici Graduum, cùm
in fortioribus terminis Penſiones Eccleſiaſticæ
obligent ad Officium parvum Beatæ Mariæ Vir-
ginis, vel ad certos Pſalmos, (quod procul
dubio, ut patet ad ſenſum, plus eſt, quàm obli-
gare ad ſolum Canticum Graduum) attamen 9
non ſunt Beneficia, *Navarr. de Oration. cap.*21.
*nu.*10. *Eſcobar à Corro de Hor. Canonic. qu.*3. §.5.
*limit.*2. *n.*14. *& quæſt.* 5. §.4. *num.* 5. *Tondut. de
Penſion. Eccleſ. cap* 17. *n.* 21. *&* 29. *Moya ſelect.
tom.*1. *tract.*2. *diſp.*2. *qu.*4. quia adhùc tamquàm 10
debitæ ex fructibus Beneficiorum, etiam ipſæ
ſubjacent quindenniis, quamvis in re non ſint
Beneficia, dummodò tamen ſint perpetuæ, ſeu
perpetuò reſervatæ ad favorem manuum mor-
tuarum, & excedant viginti quatuor Ducatos,
ut noviſſimè cautum legitur in *Conſtitutione Cle-
mentis X. la* 50. §. 7. *in med. verſic. & alia jura*,
§.8. *in princip.* §.9. §.10. *in fine*, *&* §.11. *poſt med.
in Bullar. nov. Roman. tom.* 6. *repetit. poſt Tract.
int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la XI.* & pru-
dentiſſimè Clemens X. declaravit, etiam ex per-
petuis Penſionibus manui mortuæ reſervatis de-
beri quindennia, quod non declararunt alii Pon-
tifices Prædeceſſores, relinquentes aliquam
anſam dubitandi, an etiam ex perpetuis hujuſ-
modi Penſionibus ſolvenda eſſent, nec nè quin-
dennia. Eſt benè verum, quòd Urbanus VIII. 11
in ſua *Conſtitutione la* 69. *Bullar. tom.*4. revocavit
reſervationes perpetuarum Penſionum Locis Piis
factas, niſi inſervierint pro fundatione, ſeu do-
tatione, augumento, vel conſervatione eorun-
dem, vel pro fidei propagatione, cui adeò in-
tentus fuit, Collegium Urbanum (à ſuo nomi- 12
ne) de Propaganda Fide, & Congregationem
aliquorum Eminentiſſimorum Cardinalium ere-
xit, quod quidem Collegium pientiſſimè am- 13
pliavit clementiſſimus Princeps, San. Mem. Cle-
mens Papa XI. prout ſubjacent eodem modo 14
annatis Penſiones juxta *Conſtitutionem* 33. *Cle-
mentis VII. in Bullar. tom.* 1. *Tondut. de Penſion.
cap.*10. *n.* 23.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis non habentibus fructus cer-
tos, proindèque in actu proviſionis ex-
primi ſolitis per non exceſſum in 24. Du-
catis auri de Camera, ac conſequutivè
non ſubjectis annatæ, manui mortuæ
unitis, etiam adhùc debentur quinden-
nia.

SUMMARIUM.

1 *Pro Beneficio non excedente viginti quatuor Ducatos
non ſolvitur annata.*
2 *Officiali publico plena adhibetur fides in ſpectantibus
ad ejus officium.*
3 *Quindennium debetur ex Beneficio non habente fru-
ctus certos, & expreſſo in viginti quatuor tan-
tùm Ducatis ad evitandam ſolutionem annatæ, nè
aliàs indè ſenſibile inferatur præjudicium Anna-
tiſtis.*

CAPITULUM XXIV.

EX eo, quòd vel ex generali conſuetudine,
vel ex laudabili ſtylo, inveterataque praxi
Datariæ, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ, quando
Be-

Beneficia conſiſtunt in fructibus incertis, exprimi ſolent in viginti quatuor tantùm Ducatis per
1 non exceſſum, ad hoc ut non ſolvant annatam, quam aliàs ſolverent, ſi exprimerentur in viginti quatuor Ducatis per exceſſum, occaſione proviſionis in Curia per ceſſum, vel deceſſum, ut notorium eſt juxta literalem diſpoſitionem *Conſtitutionis Clementis VII. la* 33. *in Bullar. nov. Roman. tom.* 1. ac tradita per *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*18. §.3. *n.*20. *&* 21. *Lotther. de re benefic. lib.*3. *quæſt.*20. *nu.*42. *Maſſa Galleſ. de annat. in principio*, & iſta eſt ptaxis in Curia omnibus nota; ideòque ex hoc capite non ſolutionis annatæ ob expreſſionem fructuum in ſolis Ducatis viginti quatuor, ſolvendum venit quindennium, proindèque firmatur in præſenti, quòd ex Beneficiis non habentibus fructus certos, proindèque in actu proviſionis exprimi ſolitis per non exceſſum in viginri quatuor Ducatis auri de Camera, ac conſequutivè non ſubjectis annatæ, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia; ex eademmet namque ratione, quòd non ſolvitur annata, pro Beneficio unito ſolvi debet quindennium, veluti punctualiter diſtinguit Card. Farratin. apud *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*18. §.4. *ſub num.*20.

Nec meliùs remanet comprobatum ſolitum non ſolvendi annatam, quàm ex fide Collectoris Generalis Annatarum, teſtantis non inveniri in regeſtris, in quibus ſolutio annâtæ adnotari ſolet, deſcriptam ullam ſolutionem talis Beneficii, cui
2 quidem Officiali tamquàm publico deponenti de re ad proprium Officium ſpectanti plena fides venit adhibenda, *Rota recentior. dec.*26. *num.* 5. *&* 11. *par.*7. *dec.*221. *n.*5. *par.*9. *dec.*95. *num.* 7. *par.*16. *& in Vilnen. Juriſdictionis* 11. *Maji* 1696. §. *Contrà quam, coram del Olmo Magno Cancellario Mediolani*: comperto igitur pro indubitato, quòd ex Beneficio in actu proviſionis exprimi ſolito in Ducatis viginti quatuor tantùm per non exceſſum, uti non conſiſtente in fructibus certis, indèque non ſubjecto annatæ, clarum
3 fit, & evidens damnum Annatiſtarum, ac proptereà ad illud reparandum, tàm in litera, quàm in ratione finali ſubintrat diſpoſitio Conſtitutionum Apoſtolicarum demandans ſolutionem quindennii ſubrogati loco annatæ in Proviſione debitæ: quod tranſit ſine dubio.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis manui mortuæ unitis, quorum annuus valor ex Indultis Apoſtolicis exprimi ſolet per non exceſſum in viginti quatuor tantùm Ducatis auri de Camera, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Alicubi valor Beneficiorum quantumvis opulentiſſimorum exprimitur per non exceſſum in ſolis Ducatis viginti quatuor.*
2 *Prout in Hiſpaniis.*
3 *In Gallia non ſolùm Canonicatus, ſed etiam Parochiales exprimuntur dumtaxat in viginti quatuor Ducatis.*
4 *Prout in Urbe Canonicatus S. Petri.*
5 *Indultum non exprimendi verum valorem procedit ad effectum dumtaxat annatæ, non verò ad alium.*
6 *In Conſtitutionibus ſuper materia quindenniorum editis derogatur cuicumque privilegio cum Clauſula* quorum tenores.
7 *Dicta Clauſula operatur derogationem etiam privilegii non ſpecificati.*
8 *Ex majoribus* Beneficiis *Galliæ ſolvi ſolent quædam compoſitiones loco annatarum.*
9 *Ex Beneficiis Galliarum unitis ſolvuntur quindennia.*
10 *Unio facta in caſum diſtributionum, operatur, ut ſit locus quindenniis.*
11 Beneficia *non excedentia viginti quatuor Ducatos, non ſunt obnoxia quindenniis.*
12 *Si tamen plura uniantur ſub unicis literis, illòſque inſimul excedant, tunc erunt obnoxia quindenniis.*
13 *Beneficia de Jurepatronatus Laycali, etiam Imperiali, & Regali, unita ſubjacent quindenniis.*
14 *Forſitan quia aliquandò proviſi de talibus* Beneficiis, *indigent diſpenſatione in Curia ſuper aliquo defectu.*
15 *Conſuetudo non exprimendi verum valorem, in ſolis Proviſis Apoſtolicis procedit.*
16 *Diſtributiones quotidianæ non ſunt propriè fructus Beneficiorum.*
17 *Conſuetudo exprimendi in viginti quatuor tantùm Ducatis fuit introducta ad evitandam annatam.*
18 Per *dictam conſuetudinem, & indultum derogatur* Regulæ 55. Cancellar. de valor.
19 *Non autem derogatur alteri* Regulæ 22. Cancellar. de union.
20 *Derogatio, uti odioſa, reſtringenda.*
21 *Etiam in Gallia exprimendus eſt verus valor* Beneficiorum *unitorum, & uniendorum.*

CAPITULUM XXV.

PErpenſis Conſtitutionibus Apoſtolicis ſuper materia quindenniorum editis, ac repetitis poſt *Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic.* paradoxica videtur præſens propoſitio, dum regula eſt in contrarium, quòd nimirùm ex Beneficiis unitis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum de Camera non excedentibus non debeantur quindennia; undè ſuperfluum eſt ſuper hoc diſputare, immò falſum videtur convinci præſens aſſertum: attamen ex inferiùs deducendis veriſſimum apparebit. Præmittendum autem eſt pro clariori dicendorum intelligentia, quòd alicubi 1
valor Beneficiorum etiam opulentiſſimorum, ſeu pinguiſſimorum exprimitur per non exceſſum in Ducatis viginti quatuor de Camera, ut de generali conſuetudine, & vigore Concordatæ in Germania, & Belgio, *Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.*10. *num.*5. *Chokier. in Regul.* 61. *hodiè* 55. *de valor. num.*21. *&* 27. *in fine*, *Branden ſuper Concordat. German. notabil.* 2. *Lotther. de re benefic. lib.*2. *qu.*15. *n.*38. *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*18. §. 3. *n.* 22. *cum ſeq. Paſqualig. qu. moral. & Canonic. centur.*2. *quæſt.*200. *num.* 1. *Rota poſt eund. nu.* 17. *verſ. nec ſuffragatur Gulielmo, quæ eſt dec. coram Merlino la* 139. *num.* 6. *tom.* 1. in
Hiſpaniis, ubi ferè omnes Canonicatus nihil valent (ut ajunt) in portatis, quamvis ad mille 2
Ducatos, reſidendo, aſcendant, cùm omnes ferè fructus conſiſtant in diſtributionibus quotidia-

dianis, & reliqui non excedunt viginti quatuor
Ducatos, *Gomez Sarnen. in Regul. Cancellar.* 55.
de valor. exprim. qu. 8. *circà fin. verſ. & iſta om-
nia, in med. Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè* 9 *Can-
cellar. de Menſib. §. Proœm.* 7. *n.* 167. *cum ſeq* in
3 Gallia, ubi non ſolùm Canonicatus, ſed etiam
Parochiales valutantur in viginti quatuor Du-
catis, *Tholoſan. partit. Jur Canon. lib.* 1. *tit.* 25.
cap. 1. *in Schol. circà fin. litera N. verſ. extat ta-
men, Rebuff. de nomination. qu.* 9. *nu.* 34. *Tondut.
reſol. benefic. & Canonic. par.* 2. *cap.* 3. §. 6. *n.* 16.
cum ſeq. & de Penſion. Eccleſ. cap. 10. *nu.* 6. *Rota
coram Innocent.* X. *dec.* 186. *n.* 4. 8. *&* 9. *Buratt.*
4 *dec.* 303. *n.* 4. & denique in Urbe, ubi Canonica-
tus Baſilicæ Patriarchalis S. Petri in Vaticano
exprimuntur in viginti quatuor Ducatis, quam-
vis eorum valor ad ferè mille Ducatos aſcendat,
Gonzalez in Regul. 8. *hodiè* 9. *de Menſib.* §. 7.
proœmial. nu. 167. *in principio*. Eſt benè verum,
quòd pro ejuſmodi Canonicatibus in eorum ex-
peditione exprimuntur fructus certi ad centum
Ducatos auri de Camera, pro quibus ſolvitur
media Annata, & cum diſtributionibus quoti-
dianis, quæ non ſubjacent tali ſolutioni, ad
ſexcentum Ducatos. Omiſſo, quòd militat ra-
tio generalis diverſitatis inter Proviſionem, ac
Unionem, dum in hoc ſecundo caſu requiritur
expreſſio veri valoris juxta *Regul.* 22. *Cancellar.
de Union.* Quibus pro notitia præhabitis, firma-
tur in præſenti, quòd ex Beneficiis manui mor-
tuæ unitis, quorum annuus valor ex Indultis
Apoſtolicis exprimi ſolet per non exceſſum in vi-
ginti quatuor tantùm Ducatis auri de Camera,
5 etiam adhuc debentur quindennia; Indulta enim
hujuſmodi procedunt ad effectum annatæ tan-
tùm, non autem ad quemcumque alium diver-
ſum, *Lotther. de re benefic. lib.* 2 *quæſt* 15 *num* 39.
Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. *cap.* 18. §. 3. *nu.* 23. *in
princip. verſic. & poſteà etiam in aliis*; ſiquidem
cùm pluribus in locis, ut inſinuavimus, adſint
Beneficia, quorum annuus valor exprimitur in
ſolis viginti quatuor Ducatis, perque conſe-
quens Officiales, ſeu Annatiſtæ non conſequan-
tur annatas in eorum vacationibus, contrà om-
nem juſtitiam nec conſequerentur quindennia,
quando tamen Indultum, ſeu gratia Principis,
quantò minùs poteſt, lædere debet jus tertii,
qualis eſt Camera Apoſtolica, ejuſque Officia-
les, in quindenniis; immò, Papa, concedendo
tale Indultum, præſumitur voluiſſe ſibi quantò
minùs poteſt, præjudicare in quindenniis ſibi
(ut ità inquam) originaliter debitis; & ſatis
eſt, quòd Pontifices in eorum Conſtitutionibus
6 ſuper materia quindenniorum editis derogave-
rint cuicumque privilegio cum Clauſula *quorum*
7 *tenores*, qua mediante, cenſetur ſublatum etiam
privilegium non ſpecificatum, ſed ignotum de-
roganti, *Federic. de Senis conſil.* 47. *antè fin Butr.
conſil.* 49. *n.* 6. *Rota coram Gregor. XV. dec.* 240. *n.* 2.
& ibi Adden. n. 20. *&* 21. *ac in recentior. dec.* 297.
per tot. par. 4. *tom.* 2. quòd procedit in majoribus
8 Beneficiis Galliæ, ex quibus, cùm ſolvi ſoleant
quædam compoſitiones loco annatarum, *Tholo-
ſan. partit. Jur. Canon. lib.* 1. *tit.* 25. *cap.* 1. *in Schol.
circà fin. litera N. verſ. ſolvunt tamen Galli*, con-
gruum videtur, ut eædem compoſitiones loco
9 quindenniorum ſolvantur, prout quindennia
ſolvi ex Beneficiis Galliarum manui mortuæ uni-
tis notorium eſt. Eo ſanè modo, quo, ſi Bene-
ficium antè unionem exprimatur in ſolis viginti
quatuor Ducatis, & poſteà uniatur Parochiali
Eccleſiæ, profectò Parochus pro tempore tene-
bitur ad quindennia; ex diſtributionibus quoti-
dianis non ſolvuntur annatæ, attamen, ſi unio 10
ſequatur in earum uſum, locus eſt quindenniis
juxta inconcuſſam praxin Cancellariæ, *Monet.
de diſtribution quotidian. par.* 3. *qu.* 9. *n.* 30. *cum ſeq.*
Hinc videmus, quòd, quamvis Beneficia non 11
excedentia viginti quatuor Ducatos, non ſint
obnoxia annatis juxta *Conſtitution.* 33 *Clemen-
tis VII. in nov. Bullar. Roman tom* 1. nihilomi- 12
nùs, ſi plura ex his uniantur ſub unicis literis,
obnoxia remanent quindenniis, dummodò inſi-
mul juncta dictos viginti quatuor Ducatos exce-
dant juxta literales Bullas ſuper quindenniis con-
ditas, perque nos ſuprà *Cap. XX.* de hoc articulo
ad ſatietatem diſcuſſa. Et Beneficia de Jurepa- 13
tronatus Laycali etiam Imperatoris, aut Regis,
unita ſubjacent quindenniis juxta apertas, &
cubilitales Conſtitutiones Pontificum deſuper
emanatas, quantumvis antè unionem non ſubja-
cerent annatis ob non contingentem proviſio-
nem in Curia, forſitan ex ratione, quòd aliquan- 14
do de hujuſmodi Beneficiis proviſi indigerent di-
ſpenſatione Apoſtolica ſuper defectu ætatis, aut
natalium, aut ſuper alio canonico impedimen-
to, vel quando factus eſt locus devolutioni ob
non factam præſentationem in tempore, vel ob
lapſum tempus ad præſentandum, vel quando
petitur derogatio minoris partis, vel medietatis
vocum, vel quando proviſus habet plura Benefi-
cia, Dignitatem, vel Canonicatum, vel pro-
movetur à Papa ad aliud Beneficium cum De-
creto vacationis primi jam obtenti, vel ſi con-
tingat, Beneficium reſignari in favorem certæ
perſonæ de conſenſu Imperatoris, ſeu Regis,
quoties Rex reſervat Penſionem, vel quando
præſentaretur irregularis, aut bigamus, vel
quando proviſus expeteret Coadiutorem, veluti
plures alios caſus enumerant, *Rebuff. In prax. be-
nef par* 1. *in* 3. *par Signatur. verbo nec nos Ju-
riſpatronatus n.* 14 *cum ſeqq. Rota in Romana Cle-
ricatus S Laurentii in Damaſo* 2. *Martii* 1698 §. *So-
lùmque, coram Molines Decano Inquiſitore Generali
Hiſpaniarum*: poſt ſequutam autem unionem im-
poſſibile eſt, quòd aliquis ex recenſitis caſibus
contingat; eſt benè verum, quòd in Beneficiis
collatis ab Ordinariis, immò etiam à Nunciis,
& Legatis Apoſtolicis non ſuffragaretur Indulta-
riis enunciata conſuetudo, cùm illa in Proviſis 15
Apoſtolicis tantùm procedat, *Lotther. de re be-
nefic lib.* 2. *qu.* 15. *nu* 38. *Amayden. de ſtylo Datar.
lib.* 1. *cap* 18. § 3 *nu.* 24 *Tondut. de Penſion. Eccleſ.
cap.* 10. *n.* 13. undè in Beneficiis ejuſmodi unititis
manui mortuæ auctoritate Ordinariorum, Nun-
ciorum Apoſtolicorum, ſivè Legatorum puta-
rem, nulla m poſſe cadere controverſiam, quòd
manus mortua Indultaria teneatur ad quinden-
nia; nec æquum eſt, ut valor fictus præjudicet
Officialibus cauſam habentibus à Principe ex
titulo oneroſo.

Quibus firmatis, videtur valdè obſtare, quòd
indultum exprimendi valorem in viginti qua-
tuor Ducatis tantùm, non operetur ſuum effe-
ctum, niſi quoad non ſolutionem annatæ, quan-
do ex hujuſmodi Beneficiis in tantum non ſolvi-
tur annata, ac per conſequens in tantum hujuſ-
modi Beneficia non ſubjiciuntur vulgatæ *Regulæ*

L *Can-*

Cancellariæ 55. *de exprimend. valor* inquantum eorum fructus, tamquàm conſiſtentes in emolumentis incertis, ſivè diſtributionibus quotidianis, non ſubjacent annatæ, proindèque videretur nec quindennio ejus ſoboli ſubjacere de-
16 bere, quaſi quòd diſtributiones ex labore acquiſitæ, non ſint propriè fructus, vel longè à fructibus diſtent, *Maſſa Galleſ. de annat. nu.* 23 *in princip. verſ. item & pro Beneficiis*, *Chokier ad Regul.* 61. *hodiè* 55. *Cancellar. de valor. nu.* 27. *in fine*, *Paſqualig. reſol. moral. Canonic. centur.* 2. *qu.* 200. *n.* 1. *in princip. & n.* 10. *Rota poſt eund. verſ. nec ſuffragatur*, *antè med. Gonzalez ad Regul.* 8 *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib.* §. 7. *proœm. n.* 166. *Monet de diſtribution. quotidian. par.* 3. *qu.* 20. *n* 43. *cum ſeq.* attamen, nè Annatiſtæ duplex damnum ſentiant ex gratia Principis, immò nè ipſe Princeps ex propria gratia etiam duplex damnum tàm nempè in annata, quàm in quindennio, conſuetudo, ſeu indultum ex gratia Pontificis uti contrà Jus, & uti odioſum, venit potiùs reſtringendum, nè habeat locum, & operetur alium effectum quoad quindennia.

Minùs obſtat, quòd, ſicuti legitima conſuetudo, ſivè Indultum exprimendi valorem in viginti quatuor tantùm Ducatis, & à Sacra Rota approbata, excuſat à ſolutione annatæ, immò
17 ſicuti illa ad annatam evitandam fuit introducta, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *n.* 20. *cum ſeqq.* ità eadem conſuetudo, aut Indultum excuſare deberet à ſolutione quindennii uti in locum annatæ ſubrogati; immò ità quoque præſumitur eadem conſuetudo, ſivè Indultum introductum ex eadem ratione ad evitandam duriorem ſolutionem quindennii habentem tractum perpetuum, ac ſucceſſivum, quia, cùm
18 tàm per prædictam conſuetudinem, quàm per prædicta Indulta in certis Partibus vigentia derogetur quidem *Regulæ* 61. *hodiè* 55. *Cancellar.* circà expreſſionem veri valoris in impetratione
19 Beneficiorum vacantium facienda, non autem derogatum remaneat alteri *Regulæ* 21. *aliàs*, & *hodiè* 22. *Cancellar. de union.* circà expreſſionem veri valoris in unione Beneficiorum, patet per derogationem unius *Regulæ* non cenſeri indu-
20 ctam derogationem alterius *Regulæ* ex eo, quòd derogatio regulariter, ac ſignantèr *Regularum Cancellariæ*, ſit reſtringenda intrà ſuos limites tamquàm odioſa, valdèque præjudicialis Sedi Apoſtolicæ: undè videmus, quòd, quamvis in Gallia pro Beneficiorum impetratione non requiratur exacta, ac rigida juſtificatio veri valoris, ubi fructus certi exprimuntur in viginti qua-
21 tuor Ducatis tantùm, attamen etiam ibidem in unionibus Beneficiorum exprimendus eſt verus valor tàm Beneficiorum unitorum, quàm uniendorum, *Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap* 10. *num.* 15. *Rebuff. de nomination. quæſt.* 9. *num.* 35. *verſ. dicunt etiam*, & puto hoc fieri, ut in caſu, quo Beneficium unitum excedat annuum valorem viginti quatuor Ducatorum, ſolvat quindennium, nevè aliàs ultrà præjudicium annatarum ſentiant Annatiſtæ etiam aliud præjudicium quindenniorum.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis non Conſiſtorialibus Nationum Germanicæ, Gallicanæ, & Polonæ reſpectivè, etiamſi ex generali conſuetudine, & Concordatis Germaniæ juxta *Bullam Nicolai V. in ordine la I. in Bullar. nov. Roman. tom.* 1. & juxta aliam *Bullam Gregorii XIII.* declaratoriam *in ordine la IV. eod. Bullar. tom.* 2. & ex Concordatis Galliæ juxta *Bullam Leonis X. in ordine la XX. eod. Bullar. tom.* 1. & ex Concordatis Poloniæ communiter exprimi ſolitis in actu Proviſionis per non exceſſum in viginti quatuor tantùm Ducatis auri de Camera, ac proindè non ſubjectis annatæ, poſteà tamen manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Nationes Germanica, Gallicana, & Polona, ex generali conſuetudine, & ex Concordatis exprimere ſolent annuum valorem Beneficiorum non Conſiſtorialium in viginti quatuor tantùm Ducatis.*
2 *Prout ex ſimili conſuetudine Dignitates, & Canonicatus Hiſpaniarum pariformiter exprimuntur.*
3 *Prædicta conſuetudo non intrat in unione Beneficiorum.*
4 *In unione exprimendus verus valor, nè fiat fraus annatæ.*
5 *Non ſemper benè infertur, quòd ubi non ſolvitur annata, nec ſit ſolvendum quindennium.*
6 *Beneficia Germaniæ ſi graventur Penſione Ducatos viginti quatuor excedente, ex tali Penſione ſolvenda eſt annata.*
7 *Beneficio Germaniæ unito Monaſterio taxato in libris Cameræ, Taxa Monaſterii augetur.*
8 *Dantur plures caſus, in quibus non ſolvitur annata, & tamen ſolvitur quindennium.*
9 *Etiam in Germania dantur plures caſus, in quibus Beneficia ſolvunt annatam.*
10 *Ut ſit locus quindenniis, ſatis eſt, quòd Beneficia antè eorum unionem debeant quandoque ſolvere annatam.*
11 *Perpenduntur Concordata: duæ fictiones dari non poſſunt.*
12 *Obſervantia affirmativa exigendi quindennia etiam ex Beneficiis exprimi ſolitis in viginti quatuor tantùm Ducatis, valdè efficax eſt.*
13 *Obſervantia negativa non ſolvendi quindennia, in concurſu obſervantiæ affirmativæ illa exigendi, non attenditur, ad quem effectum perpenduntur Conſtitutiones quindenniorum, &* Card. de Luca de Benefic. diſc. 89 & 139.
14 *Etiamſi ex generali conſuetudine, & ex Concordatis Beneficia non Conſiſtorialia Nationum Germanicæ, Gallicanæ, & Polonæ exprimi ſoleant per non exceſſum in viginti quatuor tantùm Ducatis, ſi uniantur, ſubjacent quindenniis.*
15 *Concordata eximentia ab annatis, non intelliguntur eximere à quindenniis.*

16 *Pa-*

16 *Papa non præſumitur velle præjudicare tertio, & ponderantur Bullæ quindenniorum.*

17 *In dubio reſpondendum pro iis, qui tractant de damno vitando.*

18 *Recenſetur abſurdum, ſi ſub prætextu Concordatorum non eſſet locus quindenniis.*

19 *Non præſumitur, Pontifices voluiſſe per Concordata ſubvertere jura quindenniorum.*

20 *Gravatus in uno, debet relevari in alio.*

21 *Concordata loquuntur de Beneficiis non unitis.*

22 *Aliqua Beneficia etiam dato, quòd non ſolverent annatam, ſolvunt tamen certam taxam.*

23 *Supradicta Beneficia Nationalia immunia ſunt quoad annatam.*

24 *Concordata uti favorabilia, latiſſimè interpretanda contrà concedentem.*

25 *Quindennia ſucceſſerunt in locum annatarum.*

26 *Concordata habent vim pacti, & contractus.*

27 *Sed hoc non eſt verum, quia per Concordata hinc indè nihil datum fuit.*

28 *Non obſtantibus Concordatis, Papa tamquàm Ordinarius Ordinariorum prævenire poteſt in conferendo, nè aliàs videatur ſibi, & ſucceſſoribus per Concordata velle manus ligare.*

29 *Concordata potiùs continent merum privilegium, quod Pontifex etiam ſine cauſa tollere poteſt.*

30 *Vel, ſi ſuſtinent nomen contractus, hoc erit impropriè, adeò, ut ceſſet jus pacti.*

31 *Privilegio, ſeu Indulto per Clauſulas generales ſatis remanet derogatum.*

32 *Concordata uti deſinentia in privilegium, veniunt potiùs ſtrictim interpretanda.*

CAPITULUM XXVI.

1 CUm Germanica, Gallicana, & Polona Nationes ex generali conſuetudine, & ex earum Concordatis exprimere ſoleant valorem Beneficiorum non Conſiſtorialium, ſeu inferiorum per non exceſſum in viginti quatuor tantùm Ducatis auri de Camera, perque conſequens ſolvere non teneantur annatas ex Beneficiis non Conſiſtorialibus *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 3. num. 22. cum ſeqq. Nicolars ad Concordat. German. tit. 2. de annat. §. 2. Rota coram Card. Cerro dec. 400. n. 13. & dec. 575. n. 2. ac in recentior. dec. 49. n. 3. cum ſeqq. par. 12. dec. 185. num. 1. par. 17. dec. 665. num. 4. par. 18. tom. 2. dec. 552. n. 4. cum ſeqq. par. 19. tom. 2. & apud Card. de Luca ſuper mater. Benefic. dec. 8.*
2 *n. 16. vol. 2.* prout ex ſimili conſuetudine generali, ac ſtylo Datariæ Apoſtolicæ inconcuſsè ſervato in Proviſione Dignitatum, & Canonicatuum Hiſpaniarum à Sede Apoſtolica facienda, eorum fructus certi exprimuntur ſimpliciter in Ducatis viginti quatuor, ſivè Proviſio ſequatur ex cauſa vacationis per obitum, ſivè ex cauſa Reſignationis, Permutationis, & Coadjutoriæ, ut teſtantur *Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. §. 7. proœm. n. 167. Tondut. reſol. benefic. par. 2. cap. 3. § 6. ſub nu. 13. Nicolars ad Concordat. German. tit. 2. de Annat. §. 2. Kochier ad Regul. Cancellar. in Regul. 61. hodiè 55. de valor. nu. 20. Rota coram Zarat. dec. 88. num. 18. cum ſeqq.* proindèque nulla debetur Annata ex talibus Beneficiis, quorum fructus ſivè ex natura rei, ſivè ex conſuetudine exprimuntur in ſolis Ducatis viginti quatuor, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 3. nu. 20. cum ſeqq. Maſſ. Galleſ. de annat. n. 30. Lotther. de re benefic. lib. 3. qu. 20. num. 42. Fagnan. in cap. prætereà nu. 93. nè Prælat. vices ſuas, Rota coram Coccino dec. 568. n. 11.* conſuetudo autem, ſeu ſtylus exprimendi valorem Beneficio- 3
rum illarum Partium in viginti quatuor tantùm Ducatis procedit in Proviſionibus, non in unionibus, in quibus verus, & naturalis valor narratur juxta communem æſtimationem vigore *Regul. 22. Cancellar. de Union.* etiam in iis locis, in quibus reſpectu Proviſionum valor conſuetudinarius, ſeu (ut ità inquam) indultarius in viginti quatuor Ducatis exprimitur, procedendo in primo caſu per fictionem, & in ſecundo per veritatem, *Bleyman. de Benefic. tit. de Benefic. propr. vel impropr. dictis pag. 367. litera D. Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap. 10. nu. 14. & 15. Kochier ad Regul. Cancellar. in Regul. 21. hodiè 22. de Union. nu. 17. Baunis de Benefic. diſp. 7. qu. 4. pag. 250. litera D. in fine, Rebuff. de nomination. qu. 9. n. 31. 33. & 38. & in prax. benefic. tit. de Union. gloſſ. 5. & gloſſ. 7. in fine, & in addition. ad Regul. 23. Cancellar. verſiculo aliud eſt*; nec eſt totaliter verum, quòd in Unionibus fiat expreſſio veri valoris ad effectum evitandi ſubreptionem, & dijudicandi, an adſit, nec nè legitima cauſa concedendi gratiam Unionis; quia non fit expreſſio veri valoris propter has ſolùm cauſas, ſed principalis, ac 4
fundamentalis ratio conſiſtit, ut ſerventur indemnes Annatiſtæ, & illis fraus non fiat, *Lotther. de re benef. lib. 3. qu. 20. n. 48. & 86. Zipeus in conſult. 7. de exceſſ. Prælat. §. & ut verum*, ubi firmat, Regulam de Unionibus ſolam quindenniorum rationem præ oculis habere, expendens, quòd omnes Conſtitutiones Pontificiæ Jura Cameræ, & Officialium præſervare intendunt, nec ullam aliam exprimunt cauſam: nec ſemper be- 5
nè infertur, quòd ubi non ſolvuntur annatæ, non ſolvantur quindennia, in tantum enim in caſu Proviſionum non ſolvitur annata, in quantum tunc ſtylus, & praxis, ſeu indultum fingit, quòd Beneficia non reddant, niſi Ducatos viginti quatuor: ſed cùm in caſu Unionis ceſſet hæc fictio, & fiat expreſſio ſecundùm verum, ac naturalem valorem, reviviſcit obligatio ſolvendi annatas, & quindennia ad ratam veri valoris expreſſi; Et in Beneficiis memoratarum Partium exemptio, ſeu liberatio ab annatis non eſt inſita Beneficio, ſed indirectè tantùm conceditur, ob prædictam fictionem; quotieſcumque verò exprimendus eſt verus valor, eo ipſo ceſſat conſuetudo, aut privilegium, & fictio, immò ob detectam rei veritatem manus mortua ſe conformare tenetur legibus ordinariis, *Nicolars ad Concordat. German. tit. 2. de Annat. § 3. Zypeus in Analyt. Jur. Pontific. lib. 3. tit. ut Benefic. ſine diminution. confer. controverſ. 4.* Hæcque eſt ratio, propter quam, ſi Beneficia dictarum Partium gra- 6
ventur annua Penſione Ducatos viginti quatuor excedente, ex ejuſmodi Penſione ſolvatur Annata, etenim nempè eo caſu per neceſſe exprimendus eſt valor ſecundùm nudam rei veritatem, proindèque ſilente fictione, & pura rei veritate detecta, legibus ordinariis tenentur ſe uniformare Beneficia, prout explicant *Nicolars, & Zypeus* mox relati. Inconcuſſa namque viget praxis in omnibus aliis caſibus contingentibus, ut quotieſcumque in Beneficiis enunciatorum locorum, exprimitur verus, ac naturalis valor Beneficiorum, non autem valor conſuetudinarius, ſeu indultarius fictitius, ſemper ſolvitur Annata, quæ re-

regulam, & normam, ſeu menſuram, & proportionem ſemper ſumit à valore expreſſo; adeò, ut impoſſibile ſit exprimere valorem ultrà Ducatos viginti quatuor per exceſſum, & non ſol vere Annatam: proindèque cùm in Unionibus annuus verus valor exprimendus ſit, ad ratam valoris expreſſi, per neceſſarium conſequens præſtanda ſunt quindennia, dum, evaneſcente fictione, res reaſſumit ſuam propriam nativam, ac primordialem indolem, omnèſque qualitates ipſi Beneficio à ſuo principio, & origine inſitas.

Quòd mirè comprobatur ex alio affini
7 exemplo, ſi nimirùm aliquod Beneficium inferius eorundem præfatorum Locorum, exprimi ſolitum in Ducatis viginti quatuor, vigore conſuetudinis, aut indulti, poſteà uniatur alicui Monaſterio taxato in libris Cameræ Apoſtolicæ, procul dubio Taxa hujus Monaſterii augetur, veluti videre eſt in Taxis impreſſis poſt *Tamburin. de jure Abbat. tom. 1. ſignanter in verbo Leodien. in Alemania.* Cur igitur antè Unionem non ſolvebatur Annata, & in ſuccedaneo ſtatu Unionis ſolvitur etiam ex Beneficio unito? Alia ratio profectò reddi nequit, quàm quia antè Unionem vigebat fictio exprimendi non verum, ſed fictum valorem in viginti quatuor tantùm Ducatis, & conſequenter non ſolvebatur Annata; per Unionem autem detecta mera, ac ſimplici veritate, narratòque vero, & naturali annuo valore Beneficiorum unitorum, ceſſat, ac penitùs evaneſcit adumbrata, ſeu imaginaria illa fictio, perque conſequens ſolvendæ ſunt eo caſu diverſo Annatæ, & loco illarum ſubrogata, ac ſubſtituta quindennia; adeò, ut quantumvis diſſoluta Unione Beneficiorum, non debeantur ampliùs Annatæ, nihilominùs id provenit ex eo, quòd res iterùm redit ad priſtinum, ſeu primitivum caſum fictionis, quæ perſeverante Unione, ceſſabat. Undè fit, quòd regula illa trita, ac brocardica, quòd ubi non ſolvuntur Annatæ, non debeantur Quindennia, non eſt ſemper ve-
8 ra, dum plures occurrunt caſus, in quibus non penditur Annata, & tamen debetur quindennium, ex *Amayden de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindennio n. 12. cum ſeqq & n. 20. verſiculo hactenùs, ac n. 23. virſiculo concludendum,* ubi tradit quamplura exempla, & caſus: quæ quidem exempla non eliduntur, ex quò in hiſce caſibus hujuſcemodi Beneficia amittant primævam, ac originariam naturam, & aſſumant, ſeu induant aliam novi Beneficii, quod ſubjicitur Annatis; quippè hoc ad unguem conducit præſenti hypotheſi, in Unione namque Beneficiorum memoratarum Partium privilegiatarum, ſeu indultariarum amittunt illam extrinſecam, idealem, & fictitiam qualitatem exprimendi in viginti quatuor tantùm Ducatis, & recuperant, quaſi jure poſtliminii propriam qualitatem veri, ac naturalis valoris, cujus ratione, Annatæ, & Quindennia debentur.

9 Quæ fortiùs urgent, cùm plurimi dentur caſus in dictis Locis, ſignanter in Germania, in quibus Beneficia, quæ providentur, in ipo actu Proviſionis ſolvunt Annatam, cùm Penſio imponitur ſivè ex cauſa Reſignationis, & Permutationis, ſivè Beneficio pleno, ſivè ad litem componendam, verùs annuus valor exprimitur, & cùm effectu ſolvitur Annata, exemplo Leodien. Diæceſis, ubi frequentiſſimæ extare aſſolent hujuſmodi Reſignationes cum Penſione, & lite. Eodem fermè modo cùm impetrantur Beneficia proviſa à Nunciis Apoſtolicis pro tempore, vel ab Univerſitatibus Germaniæ, quæ habent facultatem limitatam providendi certa Beneficia, teſte *Card. de Luca de Benefic. diſcur. 90. n. 22. cum ſeq.* exprimitur verus annuus valor, & ſolvitur Annata; indè eſt, quòd in Diæceſi Leodien. Univerſitas, ſeu Academia Lovanien, quæ gaudet jure conferendi Beneficia in certis Menſibus, ſæpiſſimè excedit facultates ſuas certo modo coarctatas, in conferendo: qui ſanè, ſimilèſque reliqui caſus non ſunt omninò extraordinarii, deque raró contingibiles, ſed in dies eveniunt, paſſimque practicantur, ità, ut innumera legi poſſe exempla in libris Cancellariæ Apoſtolicæ aſſerant Annatiſtæ. Nec ad effectum præjudicii reſultantis Annatiſtis, oportet, quòd ſemper, & quandocumque vacant Beneficia, ſolvant Annatam, ſed ſatis eſt, quòd poſſint aliquando, 10
imò debeant illam ſolvere, ſicuti Beneficia Patronalia, & manualia ex eo, quòd aliquando ſubjacent Annatis, ſubſunt etiam poſt eorum Uniones quindenniis.

Prætereà ex quindenniorum præſtatione nullum imaginari um præjudicium infertur Concordatis: in ipſis enim Concordatis cavetur, quòd 11
Annatæ ſolvantur ex Beneficiis Ducatos viginti quatuor excedentibus. Fingit quidem ſtylus Curiæ, ſeu praxis Datariæ, ut ea Beneficia non excedant Ducatos viginti quatuor, ſed hic ſtylus, ſeu praxis extendi non valet ad caſus, in quibus verus annuus valor Beneficiorum exprimitur, prout in Unionibus, incompatibile namque eſt, ac contradictorium, quòd exprimatur verus valor Beneficii, & non ſolvatur Annata, perindè ac ſi etiam adhùc duraret fictio de ſui natura odioſa, & inimica, quod eſſet cumulare plures fictiones, eaſque de caſu ad caſus extendere *l. 1. C. de dot. promiſſ. Alteſerra de fiction. Jur. tract. 1. cap. 6. in principio, Coſta de fact. ſcient. & ignorant. inſpect. 92. num. 2. Vela diſert. 31. num. 20.* omiſſo, quòd ponit falcem ad radices, ſi in dictis Partibus aſſiſtat Cameræ Apoſtolicæ, & Annatiſtis, extentque exempla plurium manuum mortuarum earundem Partium, quæ ſpontè perſolverunt, ac perſolvere perſeverant adhùc quindennia abſque ulla tergiverſatione, hæc namque 12
diù continuata obſervantia affirmativa exigendi quindennia ex talibus Beneficiis unitis exprimi ſolitis in ſolis Ducatis viginti quatuor, demonſtrat ad hominem, quindennia deberi, non obſtantibus Concordatis; ità, ut, ſi vice verſa in eiſdem Partibus extet etiam obſervantia negativa non ſolvendi quindennia ex parte nonnullarum manuum mortuarum, & ex parte aliarum obſervantia affirmativa ſolvendi, obſervantia ne- 13
gativa in concurſu affirmativæ nullam vim facit, nec captivat intellectum, quia ſi talis obſervantia ſit in gradu, ſeu linea interpretativæ, intrare illa non poteſt, cùm verſemur in claris, & Subcollectorum incuria in non exigendo quindennia præjudicare nequit Cameræ, & Annatiſtis, & quia non ſemper Officialibus notæ ſunt omnes Uniones, præſertim remotarum Partium, ideòque Pontifices ſæpè ſæpiùs demandarunt, ut teneantur manus mortuæ notificare uniones ſibi factas, prout videre eſt in *Conſt. 20. Julii III. §. 5. Bullar. nov. Roman. tom. 1.* ibi,, ex incuria agen-
,, tium

tium pro Camera prædicta &c. *Conſt.*17.*Pauli IV.* §.8. *eodem Bullar. eodèmque tom.* 1. ibi ,, Collegio Cardinalium, & Officialium Romànæ Curiæ &c. præjudicare non potuiſſe, & propterea jus noſtrum, & Collegii, ac Officialium &c. illæſum remanſiſſe, & remanere &c. ,, *&* §. 11. ibi ,, omnes, & ſinguli, in quorum favorem uniones &c. Beneficia Eccleſiaſtica, quæ poſſident &c. unà cum illorum fructuum &c. vero annuo valore &c. notificaſſe, & intimaſſe debeant &c. cogi, & compelli poſſint, *Conſt.* 38. *S. Pii V.* §. *6. eod. Bullar. tom.*2. ibi ,, & pro faciliori indagatione unionum &c. omnia, & ſingula &c. Collegia &c. ad indicandum, & profitendum medio juramento, omnia, & ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica, quæ &c.poſſideant, & quo titulo illa poſſideant, illorùmque annuos valores &c. ,, *Conſt.*33.*Sixti V.*§.4. *eod.Bullar. eodèmque to.*2. ibi ,, ut pro faciliori indagatione unionum præfatarum, omnia, & ſingula &c. Capitula, & Collegia &c. ad indicandum, & profitendum medio jaramento omnia, & ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. quæ ipſa Collegia &c. poſſideant, illorùmque annuos veros valores &c. in Romana Curia, & extrà eam moneant, & requirant &c. ipſoſque debitores ad indicandum Beneficia unita, & ſolvendum quindennia decurſa &c. ,, *Conſtit.*18.*Urbani VIII. in princip. eod.Bullar.tom.*5. ibi ,, ut pro faciliori indagatione unionum prædictarum, omnia, & ſingula &c. Capitula, Collegia &c. ad indicandum, & profitendum medio juramento omnia, & ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica, quæ ipſa Capitula &c. poſſiderent, & quo titulo illa poſſidebant, illorùmque annuos valores &c. in Romana Curia, & extrà eam moneret, & requireret&c. ut pro faciliori indagatione unionum prædictarum omnia, & ſingula &c. Capitula &c. moneret, & requireret, ut profiterentur medio juramento omnia, & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, quæ vigore ſimilium unionum quomodolibet poſſidebant, illorùmque annuos valores &c. §. 1. ibi ,, cùm autem &c. adſint quamplurimæ uniones &c. quarum notitia à Camera, & Cancellaria Apoſtolica deſideratur &c. §. 2. ibi ,, ut pro faciliori indagatione unionum &c. omnia, & ſingula Capitula, Collegia &c. ad indicandum, & profitendum medio juramento omnia, & ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. quæ ipſa Capitula, Collegia &c. vigore unionum hujuſmodi poſſident, illorùmque annuos valores &c. in Romana Curia, & extra eam moneant, & requirant&c. & §.3.ibi ,, ipſòſque debitores ad indicandum Beneficia unita, & ſolvendum Quindennia decurſa &c. ,, *& Conſt.*50.*Clementis X in princip. eod Bullar. tom. 6.* ibi ,, nec non illorum damnis plerumque ex incuria illorum jurium exactorum provenire ſolitis obviare cupientibus &c. § 1. ibi ,, & per conſequens Collegio Cardinalium hujuſmodi, & Officialibus Romanæ Curiæ cauſam ab ipſis Romanis Pontificibus habentibus præjudicare non potuiſſe &c. §. 2. *in fin.* ibi ,, omnia, ſingula Monaſteria, & alia Beneficia Eccleſiaſtica unita hujuſmodi, unà cum illorum fructuum annuo valore &c. notificaſſe, & intimaſſe debuiſſent &c. §.3. *propè fin.* ibi ,, ut pro faciliori indagatione unionum prædictarum, omnia, & ſingula &c. Capitula, Collegia &c. ad indicandum, & profitendum medio juramento omnia, & ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica, quæ ipſa Capitula &c. poſſiderent, & quo titulo illa poſſediſſent, illorùmque annuos valores &c. in Romana Curia, & extrà eam moneret, & requireret &c. §. 4. *in fin.* ibi ,, ut pro faciliori indagatione unionum prædictarum omnia, & ſingula &c. Capitula &c. moneret, & requireret, ac profiterentur medio juramento omnia, & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, quæ vigore ſimilium unionum quomodolibet poſſidebant, illorùmque annuos valores &c. §.5. ibi ,, cùm &c. adeſſent quamplurimæ uniones &c. quarum notitia à Camera, & Cancellaria Apoſtolica deſiderabatur &c. ut pro faciliori indagatione unionum &c. prædictarum, omnia, & ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. quæ ipſa Capitula, Collegia &c. vigore unionis hujuſmodi poſſidebunt, illorùmque annuos valores &c. in Romana Curia, & extrà eam monerent, & requirerent &c. ipſòſque debitores ad indicandum Beneficia unita, & ſolvendum quindennia decurſa &c. §.*6.in princip.* ibi ,, cùm autem &c. exactiones jurium ratione quindenniorum hujuſmodi decurſorum, & eorundem Cardinalium Collegio debitorum ob Procuratorum dicti Collegii incuriam &c. neglectæ fuerint &c. Nos verò nolentes Cameræ noſtræ Apoſtolicæ &c. jura pro poſſe noſtro negligere &c. *&* §.9. ibi ,, ut pro faciliori indagatione unionum prædictarum omnia, & ſingula &c. Capitula &c. Collegia &c. moneat, ut profiteantur medio juramento omnia, & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, quæ vigore ſimilium unionum, & Penſiones perpetuas hujuſmodi quomodolibet poſſident, ac percipiunt, illorùmque annuos valores &c. ut pro faciliori indagatione unionum hujuſmodi omnia, & ſingula Capitula, Collegia &c. ad indicandum, & profitendùm medio juramento omnia, & ſingula Monaſteria, & quæcumque alia Beneficia Eccleſiaſtica quomodolibet eis unita, & conceſſa, & Penſiones perpetuas illis reſervatas, & aſſignatas, quæ, & quas ipſa Capitula, Collegia&c. vigore unionum hujuſmodi poſſident, & percipiunt reſpectivè, illorùmque, & illarum valores annuos &c. in dicta Curia, & extrà eam moneat, & requirat &c. ipſòſque debitores ad indicandum Beneficia unita, ac Penſiones reſervatas hujuſmodi, & ſolvendum quindennia decurſa &c. ,, quæ quidem Conſtitutiones Apoſtolicæ repetitæ leguntur poſt *Tract. in ordine la* III. V. VI. VII. VIII.& XI. ad quod in ſpecie quindenniorum reflectit ſcribens pro veritate *Card.de Luca de Benefic.diſcur.*89 *.num.*14. *in principio* ibi: *geſta per adminiſtratorem præjudicare non poſſunt domino abſque ejus ſcientia, & conſenſu, &* §. *Quinimò in princip.* ibi: *quòd neque poſitivè geſta per ipſoſmet Prædeceſſores Pontifices attendi debeant, ac præjudicare poſſint in hac materia*

ria

*ria quindenniorum &c. & diſcur.*139.*num.*2. ibi: *negligentia eorum, penès quos hæc adminiſtratio fuit, non potuerit, nec debuerit præjudicare Collegio Cardinalium, aliiſque intereſſatis, & participibus &c. & n.* 4. ibi: *tollendo illam inobſervantiam, quæ reſultaret à culpa non ſolventium, vel à negligentia non exigentium &c.* Si igitur Sedes Apoſtolica, & Annatiſtæ reperiantur in quaſi poſſeſſione exigendi quindennia à manibus mortuis præfatarum Partium pro Beneficiis unitis, non obſtante, quòd in Proviſionibus ibidem ex conſuetudine, aut Indulto exprimi ſoleant in Ducatis viginti quatuor tantùm, hæc quaſi poſſeſſio ratione cauſæ univerſalis extenditur ad omnia alia Beneficia ſimilis naturæ, ut in terminis quindenniorum tradunt *Rubeus ſingular. part.*1.*pag.*398.*num.*3.*&* 4.*Lotther. de re benefic. lib.*3.*qu.*20.*n.*14.*&* 15. *Rota dec.*139.*n.*11.*&* 12. *par.*2.*diverſ.*

Cùm itaque perſæpè dari poſſit caſus, quòd Beneficia hujuſmodi minora, ſeu non Conſiſtorialia uniantur manui mortuæ, ac proindè manus mortua, cui facta fuerint unio, prætendat, ſe liberam eſſe, penitùſque immunem à quindenniorum præſtatione ſub captioſo prætextu particularis qualitatis Beneficii uniti, quod antè unionem ob peculiarem circumſtantiam non ſolvebat annatam vigore Concordatorum, è contrà verò Annatiſtæ hinc notabile ſentientes incommodum, ac grave, immò aliàs irreparabile damnum, prætendant ſibi deberi quindennia ratione unionis, non obſtante clypeo levis armaturæ; ideò in præſenti reſolvitur, quòd ex
14 Beneficiis non Conſiſtorialibus Nationum Germanicæ, Gallicanæ, & Polonæ reſpectivè, etiamſi ex generali conſuetudine, & Concordatis Germaniæ juxta *Bullam Nicolai V. in ordine la I. in Bullar. nov. Roman. tom.*1. & juxta aliam Bullam Gregorii XIII. declaratoriam *in ordine la IV. eod. Bullar. tom.*2. & ex Concordatis Galliæ juxta *Bullam Leonis X. in ordine la XX. eod. Bullar. tom.* 1. & ex Concordatis Poloniæ communiter exprimi ſolitis in actu Proviſionis per non exceſſum in viginti quatuor tantùm Ducatis auri de Camera, ac proindè non ſubiectis annatæ, poſteà tamen manui mortuæ unitis, etiam
15 adhùc debentur quindennia: etenim Concordata, quæ eximunt Beneficia à ſolutione annatarum, non intelliguntur illa etiam eximere à ſolutione quindenniorum, nè adeò conſiderabile, ac omninò irreſarcibile inferant detrimentum Cameræ Apoſtolicæ, eiùſque Officialibus vulgò Annatiſtis ob eadem cauſam habentibus onero-ſam ob eorum Officia propriis pecuniis coem-
16 pta; immò in dubio Papa præſumitur, quominùs poſſit, præiudicare voluiſſe tertio, ac ſuæ Cameræ, quam illæſam manutenere, ac conſervare debet, tamquàm pupillam oculi ſui illam tuendo, protegendo, & fovendo, ità ſuadente Paſtoralis Officii obligatione, prout ſumma emphaſi profitetur *Paulus II. in ſua Conſtitut.* 6. §.3. *in princip. Bullar. nov. Rom. tom.*1. ibi: *Nos, quorum intereſt, eorundem Cameræ, Collegii, & Officialium indemnitati proſpicere &c. Julius III. in ſua Conſtitut.*20.*in princip. eod.* Bullar. *eodèmque tom.* 1. ibi: *cupientes Cameræ Apoſtolicæ &c. indemnitati conſulere, & jura, ut tenemur, præſervare &c Paulus IV. in ſua Conſtitut.*11.*in princip. eod. tom.*1. ibi: *nos admonent, & cogunt, ut indemnitati ipſius Cameræ, quantum cum Deo poſſumus, diligenter intendamus, & in alia ſua Conſtitut.*17. *in princip. eod. tom.*1. ibi: *decens eſſe cenſemus, & æquum, ut &c. Cameræ noſtræ Apoſtolicæ jura non negligamus &c. S. Pius V. in ſua Conſtitut.*38.§.3.*in princip. eod.* Bullar. *tom.* 2. ibi: *Volentes Cameræ noſtræ Apoſtolicæ &c. jura præſervare, illorùmque indemnitati conſulere &c. Sixtus V. in ſua Conſt.* 33. *in princip. eod. tom.*2. ibi: *Cameræ noſtræ Apoſtolicæ &c. indemnitati, prout tenemur, conſulere, & jura illæſa præſervare volentes &c. Urbanus VIII. in ſua Conſtitut.*18.*in princip. tom.*5. ibi: *volens propterea dictæ Cameræ &c. jura præſervare &c. indemnitati conſulere &c. &* § 1.*in princip.* ibi: *Volentes igitur tàm Cameræ noſtræ Apoſtolicæ &c. conſulere &c. & Clemens X. in ſua Conſtitut.* 50. *in princip. tom.*6. ibi: *Cameræ Apoſtolicæ &c. indemnitati conſulere, immò jura manutenere &c.* §. 3. *in principio* ibi: *volens propterea prædictæ Cameræ &c. jura præſervare, illorùmque indemnitati conſulere invigilans &c. &* §. 5. *in princip.* ibi: *volens propterea tàm Cameræ prædictæ &c. conſulere &c.* prædictæ autem Conſtitutiones Pontificiæ habentur poſt *Tract. in ordine la* I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. & XI. ad quod advertit *Card. de Luca de Benefic. diſcur.*23.*num.*5. *diſcur.*24.*n.*5.*& diſcur.*52.*num.*16.*de Regalib. diſcurſ.*4.*n.*10.*& diſcur.*142.*nu.*2.*de feud. diſcur.*27. *n.*6.*& de Decim. diſcur.*11.*n.*12. non omiſſo, quòd manus mortua, vigore Concordatorum, prætendens ſe immunem à quindenniis, agit de lucro captando, Annatiſtæ verò prætendentes exigere quindennia ex cauſa oneroſa, agunt de 17
damno vitando, quo caſu in dubio reſpondendum eſt pro illis, *Card. de Luca de donation. diſc.*1. *num.* 21.

Alias intolerabile ſequeretur abſurdum, quòd 18
ſub ſpecioſo prætextu Concordatorum nulla Beneficia Germaniæ, Galliæ, aut Poloniæ, manibus mortuis unita ſolverent quindennia, ſicque actum eſſet de quindenniis & Bullæ quindenniorum, ſeu ſuper quindenniis editæ inſervirent de vento contrà mentem Pontificum, qui voluerunt aſſecurare, ac tutam reddere Cameram Apoſtolicam, ejùſque Officiales de Annatis Par- 19
ticipantes, nec ità de facili præſumendum, voluiſſe Pontifices per Concordata uno verbo ſubvertere jura quindenniorum Sedi Apoſtolicæ debita, ab antiquiſſimo tempore introducta, totque Bullis Apoſtolicis ſtabilita, ad tradita per *Epiſcop. Matt. de Concordat. nu.*167. ità, ut, ſi vigore Concordatorum Annatiſtæ haud leve patiuntur damnum, ac præiudicium in amittendis annatis, non debent alio haud minùs levi gravari damno, ac præiudicio in amittendis etiam quindenniis: gravatus namque in uno, debet re- 20
levari in alio, *l. ſecundùm naturam* 10.*ff. de regul. Jur. Barboſa axiom.*108.*nu.*5.

Nec obſtat, quòd etiam videtur oriri abſurdum, quòd nulla Beneficia Germaniæ, Galliæ, aut Poloniæ ſolvant annatas.

I. Quia Pontifices ità ſtatuerunt, & indulſerunt, dum contenti fuerunt, ut Beneficiorum valor exprimeretur in ſolis viginti quatuor Ducatis; ità, ut, ſi voluiſſent idem ſtatuere, ac indulgere etiam in Beneficiis unitis, id procul dubio exprimerent, decernendo pariter Beneficia huiuſmodi omnimoda impoſterùm gaudere debere libertate, ac immunitate à quindenniis:

qua-

quapropter caſus Beneficiorum unitorum tamquàm omiſſus, remanet ſub diſpoſitione, ac cenſura Bullarum ſuper quindenniis editarum,
21 proindèque non comphræhenſus in Concordatis loquentibus de Beneficiis tantùm non unitis, *Barboſa axiom.39.n.8.*

22 II. Quia, etiamſi Beneficia huiuſmodi non ſolvant annatas, ſaltem tamen aliquam Taxam ſolvunt, quando vacant apud Curiam, & in Curia conferuntur, expeditis deſuper literis proviſionis, ut de Beneficiis Galliæ inquit *Amayden.de ſtyl.Datar.lib.1.cap.18.§.3.n.26.cum ſeqq.* unita autem Beneficia, uti nunquam ampliùs vacantia, nihil unquam ſolviſſent, ſi quindennia non ſolviſſent; quando tamen, ſi unita non eſſent, vacando, ſaltem aliquid, ut dictum eſt, ſolviſſent. Præterquamquòd Beneficia Germa-
23 niæ, Galliæ, & Poloniæ reperiuntur privilegiata, ac immunia quoad annatam tantùm, non autem quoad alios effectus, ſicque non quoad quindennia, *Amayden. loc.mox allegato n.23.*

24 Minus obſtat, quòd Concordata ſunt favorabilia, ac tamquàm talia latiſſimè veniunt interpretanda contrà concedentem, & etiam tamquàm favorabilia, cùm redeant ad Jus commune, per quod non debentur annatæ, minùſque quindennia, *Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar.de Menſib.gloſ.25.n.9.Chokier ad dict.Regul. gloſ.11.nu.11.Granucc.ad Simonet de reſervation. Benefic.qu.99.n.24.Rota coram Caſſador. dec.unic. n.2.de pact.& in recentior.dec.291.nu.1.cum ſeqq. par. 15.* proindèque extendenda veniunt ab an-
25 natis ad quindennia in earum locum ſubrogata, ex per nos ſuprà fusè traditis in *Cap.I.* quia imò ex hoc capite ſunt ſtrictim intelligenda Concordata, & operari debent quantum ſonant, nec ultrà cancellos protendenda, reſiſtente ad hoc natura contractus, ſeu pacti.

26 Longèque minùs obſtat, quòd Concordata habent vim pacti, & contractus, & tamquàm talia ſunt ſervanda, neque cenſetur illis derogatum per poſteriores Bullas ſuper quindenniis editas, derogantes quibuſcumque Conſtitutionibus in contrarium, niſi ſpecialis detur Concordatorum derogatio, *Amayden.de ſtylo Datariæ lib.1.cap.15.§.1.n.117.Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9 Cancellar.de Menſib gloſ.25.n.8.& gloſ.26. n.5.& 28.& gloſ.28.nu.11.Lotther. de re benefic. lib.2.qu 28.n.61 & 65 Granuc. ad Simonet.de reſervat Benefic.qu.99 n.26.Rota coram Card.Puteo dec.45.n 1.& 10.in fin.lib 1.Mohedan.dec.23.n.4. de Præbend. ac in recentior. dec.580.num 1.par.2. dec.2.nu.3.dec.398.n.4.par.4.tom.1.dec.185.nu.5. cum ſeq & dec.215.nu.6 par.17.* quia non eſt verum, quòd Concordata habeant vim contractus, cùm ſpiritualia non cadant in commercio, ſed expediantur per viam gratiæ, & Papa per
27 huiuſmodi Concordata nihil de novo acquiſiverit, ſed tantùm de Jure ſuo remiſerit, cùm ex parte Germaniæ, Galliæ, aut Poloniæ nihil fuerit datum Sedi Apoſtolicæ, prout eſſet neceſſarium ad hoc, ut verè diceretur contractus initus: omiſſo, quòd præter annatas, in reliquis jura Sedis Apoſtolicæ, inter quæ connumerantur quindennia, remanere debent illæſa, ac in-
28 tacta; hinc fit, quòd, non obſtantibus Concordatis, Papa tamquàm Ordinarius Ordinariorum prævenire poteſt in conferendo, nè aliàs videatur ſibi, & ſucceſſoribus per Concordata velle manus ligare, *Gonzalez in Regul.8.hodiè 9. Cancellar.de Menſib.gloſ.25.nu.20.Branden.ſuper Concordat.German.notabil.1.n.2. cum ſeqq.Rota recentior.dec.2.nu.1. cum ſeqq.par.3.* ad quod coincidit *Bulla Clementis VII.in ordine la 41.in Bullar.nov. Roman. tom. 1.* Unde Concordata potiùs conti- 29
nent merum privilegium, quod Pontifex etiam ſine cauſa non tamquàm contrahens, ſed tamquàm Superior, & quidem Eccleſiaſticus, multòque magis (ut in caſu) cum cauſa, tollere poteſt, veluti ait *Suarez adversùs Angl. error. lib.4. cap.34. nu.24.* vel, ſi ſuſtinent nomen contractus, hoc erit impropriè, adeò, ut ceſſet jus 30
pacti, & intret jus privilegii, ſeu indulti, cui 31
per Clauſulas generales ſatis remanet derogatum, ut notat *Rota coram Card.Seraphin.dec.510. n.1.cum ſeqq.& in recentior.dec.266. n.1.circà fin. verſic. & quæ aliàs, par.3.dec.398. nu.4.in fine, par.4.tom 1.* ſicque Concordata uti deſinentia in 32
privilegium, veniunt potiùs ſtrictim interpretanda juxta naturam privilegii, vel ad omne peius Concordata huiuſmodi reſpectu Nationum continent pactum cum Sede Apoſtolica, reſpectu verò Papæ continent privilegium conceſſum Nationibus, nè aliàs in totum videatur etiam quoad quindennia ſibi ligaſſe manus, veluti diſtinguit *Rota in recentior.dec.114.nu.3.cum ſeq. par.6.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis in Hiſpania nuncupatis Confraternitatibus, ſeu Societatibus, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, vel ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper Beneficiis hujuſmodi ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſint Beneficia dicta Societates, ſeu Confraternitates, in Hiſpania:*
2 *Iſta Beneficia exiſtunt in Civitate Tauri.*
3 *Et in Placentina Civitate in Hiſpaniis.*
4 *Etiam ex Beneficiis nuncupatis Confraternitatibus, ſi excedant viginti quatuor Ducatos, unitis, vel ex Penſionibus, ſi illos excedant, reſervatis ſuper talibus Beneficiis, debentur quindennia.*
5 *Tales Confraternitates verè ſunt Beneficia, & perpenduntur Bullæ quindenniorum.*
6 *Sub genere compræhenduntur ſpecies.*
7 *Ex Fratantiis Neapolis unitis debentur quindennia.*

CAPITULUM XXVII.

Præmittendum pro intelligentia, in Hiſpaniis exiſtere quædam Beneficia electiva, quæ 1
nuncupantur Societates, ſeu Confraternitates, quia conferri ſolent, prævia electione, ſolis Clericis certarum Confraternitatum, Sodalitatum, ſeu Congregationum, prout in ſpecie practica- 2
tur in Civitate Tauri Zamoren. Diæceſis, juxta *dec.1.aliàs 39.dec.2.aliàs 40.dec.3.aliàs 41.dec.4. aliàs*

aliàs 42. *& dec.* 5. *aliàs* 43. *de reſtitution. ſpoliat. coram Cæſar. de Graſſ. & dec. unic. aliàs* 3. *de Cleric.*
3 *non reſid. coram eod. Cæſar. de Graſſ.* & in Placentina Civitate apud Hiſpanos, ut in *recentior. deciſ.* 193. *&* 665. *par.* 4. *tom.* 1. cùm autem quandoque evenire poſſit, quòd Beneficia huiuſmodi electiva uniantur, vel ſuper illis perpetuæ reſerventur Penſiones ad favorem manus mortuæ; proindèque diſceptandum occurrit, an etiam Beneficia huiuſce generis capiant quindennia,
4 eiſque ſubiiciantur, ideò reſolvitur, quòd ex Beneficiis in Hiſpania nuncupatis Confraternitatibus, ſeu Societatibus, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus manui mortuæ unitis, vel ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper Beneficiis huiuſmodi ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia:
5 etenim verè ſunt Beneficia Eccleſiaſtica, dum poſt electionem indigent confirmatione Ordinarii, ut ſupponitur in mox prælaudatis deciſionibus Rotalibus, qua, procul dubio, non indigerent, ſi talia non eſſent, vel pro talibus non haberentur; ità, ut ob eorum Eccleſiaſticitatem videantur virtualiter incluſa in Bullis Apoſtolicis de materia quindenniorum loquentibus, & generaliter omnia, & quæcumque Beneficia compræhendentibus, adhibita effrænatiſſimorum verborum phraſi, ut in *Conſtit.* 6. *Pauli II.* §. 3. 5. *&* 6. *Bullar. nov. Roman. tom.* 1. ibi „ omnia, & „ fingula Monaſteria &c. de omnibus Monaſteriis & Beneficiis &c. unitis &c. cuiuſvis qualitatis, aut generis Beneficia &c. „ *in Conſt.* 20. *Julii III.* §. 1. *&* 6. *eod. tom.* 1. ibi „ quorumcumque Beneficiorum &c. omnia, & ſingula „ Monaſteria, & Beneficia Eccleſiaſtica &c. „ quomodolibet qualificata &c. „ *in Conſtit.* 17. *Pauli IV.* §. 7. 8. *&* 11. *eod. tom.* 1. ibi „ ratione „ quorumvis Monaſteriorum &c. perpetuò unitorum &c. de quibuſvis Monaſteriis &c. Officiis, & Beneficiis Eccleſiaſticis &c. omnia, „ & ſingula Monaſteria &c. & alia Beneficia Eccleſiaſtica &c. „ *in Conſtitut.* 38. *S. Pii V.* §. 2. 3. *&* 6. *tom.* 2. ibi „ cæteràque Beneficia Eccleſiaſtica quocumque titulo nuncupata &c. omnia, „ & ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque „ Beneficia Eccleſiaſtica &c. „ *in Conſtitut.* 33. *Sixti V.* §. 1. 2. *&* 4. *eod. tom.* 2. ibi „ ratione proviſionum, & ſeu unionum perpetuarum „ quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum &c. uniones &c. de quibuſcumqne Beneficiis Eccleſiaſticis &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. „ *in Conſtit.* 18. *Urbani VIII. in princip. juncto* §. 1. *&* 2. *tom.* 5. ibi „ & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. ratione Proviſionum, ſeu Unionum „ perpetuarum quorumcumque Beneficiorum „ Eccleſiaſticorum &c. omnia, & ſingula, Monaſteria &c. & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. „ *& in Conſtit.* 50. *Clementis X. in princip. juncto* §. 1. 3. 4. 5. 6. 7. *&* 9. *tom.* 6. ibi „ ratione unionum Monaſteriorum &c. aliorùmque Beneficiorum Eccleſiaſticorum &c. „ qualificatorum &c. omnes, & ſingulas uniones &c. de quibuſvis Monaſteriis &c. & Beneficiis Eccleſiaſticis &c. & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. uniones &c. de „ quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. „ omnia, & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica &c. „ ratione proviſionum, ſeu unionum perpetuarum quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum &c. & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. ratione Penſionum perpetuarum &c. ſuper quorumcumque Beneficiorum „ Eccleſiaſticorum quomodolibet qualificatorum fructibus &c. reſervatarum &c. & quæcumque alia Beneficia Eccleſiaſtica &c. unita, „ & conceſſa &c. „ quas equidem Conſtitutiones Apoſtolicas legere eſt poſt *Tract. in ordine la* I. II. IV. V. VI. VIII. & XI. quibus ſuppetit exemplum Beneficiorum Patronalium, quorum Rectores, licet eligantur à Patronis, etiamſi laicis, non tamen deſinunt eſſe Beneficia Eccleſiaſtica, cùm ab Ordinario inſtituantur.

In nihilum refragante, quòd Bullæ ſuper quindenniis editæ non loquantur nè quidem per ſomnium de iſtis Beneficiis, minùſque de Penſionibus ſuper illis reſervandis; quia loquuntur (ut jam animadvertimus) de Beneficiis in genere, 6
& ſub genere compræhenduntur ſpecies, niſi ſint particulariter exceptæ, ad *text. in l. ſemper* 189. *ff. de regul. Jur. l. omnes* 4. *C. de præſcript.* 30. *ann. Barboſa axiom.* 107. *n.* 29.

Quibus ſtantibus, unica ſupereſt difficultas, quid dicendum de aliis Beneficiis Neapoli nuncupatis Fratantiis, ſeu Confratantiis, ſi iſta uniantur manui mortuæ, vel ſuper illis perpetuæ reſerventur Penſiones ad favorem manus mor- 7
tuæ, & crederem, idem firmandum eſſe, quod firmatum eſt de hùc uſque dictis Beneficiis, & appellatis Confraternitatibus Hiſpaniarum, ſed ſuper hoc particularis eſt ſermo infrà *Cap. XXIX.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis non integris in Hiſpania dimidiis Portionibus nuncupatis, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, vel ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper Beneficiis hujuſmodi ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *In Hiſpania exiſtere ſolent dimidia Beneficia.*
2 *In illis Partibus vulgò dicta* medias Rationes.
3 *Etiam ex dimidiis Beneficiis unitis, vel ex Penſionibus ſuper talibus Beneficiis reſervatis debentur quindennia.*
4 *Dimidiæ Portiones ſunt adinſtar integrarum.*
5 *Dimidii Portionarii adæquantur integris.*
6 *Diſpenſatus ad integram Præbendam, non eſt diſpenſatus ad dimidiam.*
7 *Mandati fines cuſtodiendi ſunt.*
8 *Si mandaretur fieri proviſionem de Beneficio, provideri poteſt de dimidio Beneficio.*
9 *Mandatum non implens, aliud aget, quàm mandatum eſt.*
10 *In materia ſtricta nomine Beneficiorum non compræhenduntur dimidiæ Præbendæ.*

11 Ex

11 *Ex Hebræis deſcendentes in Portugallia inhabilitantur ad Canonicatus, & Dignitates.*
12 *Non tamen cenſentur inhabilitati ad dimidias Portiones.*
13 *Quidquid contrarium ibidem ſervetur.*
14 *Dimidia Portio quantum ad ſe integra eſt.*

CAPITULUM XXVIII.

1 SOlent, præſertim in Hiſpania exiſtere dimidia Beneficia, dimidiique Beneficiati, nuncupata dimidiæ Portiones, ſeu dimidiæ Præbendæ, nuncupatique dimidii Portionarii, ſeu
2 dimidii Præbendati, vulgò in illis Partibus *medias Raziones & medios Razioneros*: at quia dari poteſt caſus, quòd dimidiæ huiuſmodi Portiones uniantur manui mortuæ, vel ſuper illis reſerventur perpetuæ Penſiones ad favorem manus mortuæ,& ambigi, utrùm tali caſu ſit locus ſolu-
3 tioni quindennii, firmatur in præſenti, quòd ex Beneficiis non integris in Hiſpania dimidiis Portionibus nuncupatis, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, vel ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper Beneficiis huiuſmodi ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam, adhùc debentur quindennia; quantumvis enim nullibi appareat in Bullis de quindenniorum materia agentibus, ſermonem haberi de dimidiis Beneficiis, ſed potiùs de integris tantùm, nihilominùs virtualiter dimidia Beneficia includuntur ob identitatem rationis, cùm tàm Beneficia collativa ſint integra, quàm dimidia, quæ non deſinunt eſſe talia ob ſolum accidentalem minorem proventum; aliàs enim impoſſibile eſt diminuere Dignitates, ſicuti homines nec dimidiantur, commodam
4 ſui non recipientes diviſionem: proindèque dimidiæ Portiones quoad eſſentiam Beneficii Eccleſiaſtici, ſunt eiuſdem indolis cum integris Portionibus, veluti in ſimili ponderat *Rota dec.* 1. *verſiculo non obſtat, quòd dicta, penès Cypr. de las Pabordias de la S. Igleſia Metropolitana de Valen-*
5 *cia*, ideſt de *Præpoſituris*, & dimidii Portionarii adæquantur integris Portionariis, ut in proximioribus terminis dimidiorum, & integrorum Canonicorum *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.4. nu.*45.*Themud. de Fonſeca dec. Vlyxbon.* 95. *per tot. par.* 1. ſivè ſint redditus modici, ſivè magni, dummodò excedant ſummam Ducatorum viginti quatuor auri de Camera, non ſunt exempta ab onere quindennii.

Non obſtat, quòd in materia quindenniorum uti à Jure exorbitante, ſtrictim procedendum
6 ſit, prout in materia diſpenſationis: exempli gratia, diſpenſatus ad obtinendum Beneficium integrum, ſeu integram Præbendam in una Eccleſia, non cenſetur diſpenſatus ad obtinendum dimidiam Præbendam in eadem Eccleſia, quamvis difficilius ſit obtinere integram Præbendam,quàm dimidiam Præbendam, *cap. cui de non Sacerdotali* 27. §.1. *de Præbend. in* 6. *Molina de Primogen. Hiſpan. lib.*2. *cap.*4. *num.*48. quia valdè differunt inter ſe diſpenſatio in ſpecie ad integram Præbendam, & quindennium pro Beneficiis, non facta mentione de integris, cùm in caſu diſpenſationis, gratia reſtringatur ad integram Præbendam; ſicque fines mandati, ut etiam ſubditur in mox *citato cap. cui de non Sa-* 7
cerdotali, cuſtodiendi ſunt, in caſu autem quindennii, Bullæ non reſtringantur ad integra Beneficia, ſed genericè loquantur de Beneficiis; ſi verò illæ de Beneficiis integris loquerentur, procul dubio dimidia Beneficia non comprehenderent; ſicuti, ſi mandaretur fieri proviſionem 8
ſimpliciter de Beneficio, profectò provideri poſſet de dimidio Beneficio, cùm ſit certum, & determinatum per ſe, *Monach. in prælaudato cap. cui de non Sacerdotali* 27. *nu.*1. *in principio, verſiculo quid, ſi eſt mandatum, litera C. de Præbend. in* 6. *Archidiacon. ibid. in principio, verſiculo ſimiliter*, ità mandando ſolvi quindennia ſimpliciter de Beneficiis in abſtracto,intelligitur mandatum quoque ſolvi de dimidiis Beneficiis, in quibus neſcio videre, quòd militet diverſa ratio; & vis gratiæ hujuſmodi eſt in mandato, quod diligenter cuſtodiendum eſt; ità, ut qui mandatum 9
non implet, ſivè excedendo, ſivè diminuendo, aliud aget, quàm mandatum eſt *l. diligenter* 5. *ff. mandat.*

Minùs obſtat, quòd nomine Beneficiorum, 10
maximè in materia quindenniali à Jure exorbitante, ſicque ſtricta, de quibus loquuntur Bullæ, non comprehendantur dimidiæ Portiones, ſeu dimidiæ Præbendæ, *Barboſa in ſæpiùs præallegato cap. cui de non Sacerdotali nu.*3. *de Præbend. in* 6. *& de Epiſcop. par.* 1. *tit.*2. *gloſ.*17 *n.*31. *Gonzalez ad Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſ.*5. *n.*97. *Zerb. gemm. Epiſcop tit.*48. *num.*3. quia hoc procedit in materia odioſa, puta ſi deſcendens ex Hebræis inhabilitetur ad Canonicatus, & Di- 11
gnitates (prout in noſtro Portugalliæ Regno) non cenſetur inhabilitatus ad dimidias Portio- 12
nes, ut benè infert *Barboſa loc. mox allat.* quid- 13
quid contrarium mordicùs ſuper hoc ſervetur in Luſitania contrà omne Jus,& mentem notiſſimarum Conſtitutionum Clementis VIII. ac Pauli V. in illo Regno ultrà modum vigentiũ, in Civium notabile detrimentum, & indelebile dedecus.

Omiſſo, quòd omne dimidium Beneficium ex eo, quòd diviſum eſt, integrum eſt, quia pars à toto ſeparata, jam non eſt pars, ſed totum, & licet dicatur dimidium Beneficium, ſeu dimidia Portio, reſpectu perceptionis alterius, qui habet integram, adhùc nihilominùs 14
dimidia Portio, quantum ad ſe integra eſt, *Monach. in ſæpè citat. cap. cui de non Sacerdotali* 27. *n.*2. *de Præbend. in* 6. *Archidiacon. ibidem in principio, verſiculo ſimiliter dimidiæ.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis vulgò Fratantiis, ſeu Confratantiis Neapoli exiſtentibus, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper dictis Fratantiis, ſeu Confratantiis ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſint Fratantiæ, ſeu Confratantiæ Neapolis.*
2 *Ex Ferculis, Graderiis, & Confraternitatibus Beneficiis nuncupatis, unitis debentur quindennia.*
3 *Fratantiæ cur uniri non ſoleant.*
4 *Etiam ex Fratantiis, ſeu Confratantiis, ſivè ex Penſionibus ſuper eiſdem reſervatis debentur quindennia.*
5 *Fratantiæ ſunt verè, ac propriè Beneficia.*
6 *Hujuſmodi Clerici Confratres percipiunt redditus Fratantiarum pro ſola aſſociatione cadaverum.*
7 *Confraternitates in Urbe percipere ſolent pro aſſociatione cadaverum ſcutum unum.*
8 *Fratantiæ habent requiſita Beneficii Eccleſiaſtici.*
9 *Fratantiæ capax non eſt, ſimpliciter deſtinatus ad Clericatum.*

CAPITULUM XXIX.

PRo intelligentia præmittendum eſt, exiſtere
1 Neapoli Fratantias, ſeu Confratantias, ex
eo ità nuncupatas, uti conſiſtentes in redditibus
applicandis favore Fratrum, ſivè Confratrum,
ſeu Fratanſariorum onus habentium cadavera
2 aſſociandi, prout *Cap.*XXIII. XXVII. *&* XXXI.
dicimus, etiam ex Beneficiis nuncupatis Ferculis,
Graderiis, & Confraternitatibus, ſi illa manui
mortuæ uniantur, vel, ſi ſuper illis ad favorem ma-
nus mortuæ reſerventur perpetuæ Penſiones, de-
beri quindennia, idèmque dicimus de Fratantiis,
ſeu Confratantiis, ſi illæ pariter manui mortuæ
unirentur, vel ſuper illis perpetuæ imponerentur
3 Penſiones; quia verò credimus, illas uniri non
ſolere, nè pius finis, ad quem inſtitutæ fuerunt,
ineffectuatus remaneat, undè ſaltem abſque pii
inſtituti defraudatione ſuper eiſdem reſervari
poſſunt perpetuæ Penſiones ad favorem manus
mortuæ; attamen, cùm tàm unio, quàm reſer-
4 vatio Penſionis accidere poſſint, reſolvimus in
præſenti, quòd ex Beneficiis vulgò Fratantiis,
ſeu Confratantiis Neapoli exiſtentibus, annuum
valorem viginti quatuor Ducatorum auri de
Camera excedentibus, manui mortuæ unitis,
ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam
excedentibus, ſuper dictis Fratantiis, ſeu Con-
fratantiis ad favorem manus mortuæ reſervatis,
etiam adhùc debentur quindennia; hujuſmodi
namque Fratantiæ ſunt ſubjecta capacia quin-
5 denniorum; tamquàm verè, ac propriè Benefi-
cia Eccleſiaſtica, cùm verè illæ habeant onus
ſpirituale, vel ſpirituali annexum, quale eſt aſ-
ſociare cadavera, illas obtinentes, fori privile-
gio gaudeant, ſolis Clericis in perpetuum titu-
lum illæ conferantur ab Ordinario loci, deque
illis proviſi, tamquàm veri Beneficiati tenean-
tur ad Horas Canonicas, imò illas obtinentes
teneantur in impetratione alterius Beneficii, de
illis mentionem facere, nec abſque diſpenſatione
Apoſtolica poſſint duas inſimul Fratantias re-
tinere: quæ omnia procul dubio ſunt requiſita
Beneficii Eccleſiaſtici, ut in puncto hujuſmodi
Fratantiarum *Genuenſ.in prax.Cur.Archiep.Nea-
polit.cap.7.nu.9.cum ſeqq. Ricc.in prax.for.Eccleſ.
par.1.reſol.326.& par.2. reſol.151.358.& 359.
per tot. Card. de Luca in annotat. ad Sacr. Concil.
Tridentin.diſcurſ.24.n.15.& de Paroch.diſcurſ.28.
per tot.*
6 Non obſtat, quòd, cùm hujuſmodi Clerici
Confratres percipiant præfatos redditus Fratan-
tiarum, ſivè Confratantiarum pro ſola aſſocia-
tione cadaverum, Fratantiæ conſiſtunt in mero
ſervitio perſonali, non redolente titulum benefi-
cialem, quando etiam Confraternitates layca- 7
les in Urbe percipere aſſolent pro aſſociatione
cujuſlibet cadaveris ſcutum unum argenteum,
& tamen non indè percipiunt aliquo titulo Bene-
ficii, imò tale aſſerere, evidens error eſſet, quia
ſatis eſt ad effectum exigendi quindennia, quòd
ex altera parte juxta auctoritates mox conge-
ſtas, Fratantiæ habeant omnia requiſita Benefi- 8
cii Eccleſiaſtici, veluti reſpondet *Ricc. in prax.
for.Eccleſ.par.1.reſol.326.nu.3.in fin.verſiculo nec
obſtat.* Undè Fratantia adeò ſapit Beneficium,
quòd Fratantiæ capax non eſt, ſimpliciter deſti- 9
natus ad Clericatum, prout notat *Ricc.mox citat.
reſol.151.n.3.par.2.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Altari in Germania unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper Beneficiis ad favorem Altaris ibidem, reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Paſſim Beneficia uniuntur non Beneficio.*
2 *Altare non eſt Beneficium Eccleſiaſticum.*
3 *Altare in Germania habetur pro Beneficio Eccleſiaſtico.*
4 *Quindennium etiam ſolvendum eſt ex Beneficio unito Altari in Germania, ſivè ex Penſione ad favorem Altaris reſervata.*
5 *Majus Altare S. Petri in Vaticano de Urbe eſt quodammodò Beneficium Eccleſiaſticum.*
6 *Vox* Altariſta *etiam referri poteſt ad Rectorem, ſeu Miniſtrum Altaris, vel ad Sacerdotem.*
7 *Ut dicatur* Beneficium, *curandum de illis requiſitis.*
8 *Altaria, præſertim in Germania dantur in titulum.*
9 *Altaria in toto ferè Orbe non dantur in titulum.*
10 *Altare dari ſolitum in adminiſtrationem tantùm, poſteà unitum, adhùc ſubjacet quindenniis.*

CAPITULUM XXX.

PAſſim Beneficia uniuntur non Beneficio, 1
puta Seminario, Hoſpitali, ac ſimilibus,
& quantumvis Altare non ſit Beneficium Eccle- 2
ſiaſticum, ac tamquàm carens requiſito Benefi-
cii Eccleſiaſtici, videatur incapax alterius Bene-
ficii Eccleſiaſtici ſibi uniendi, vel Penſionis Ec-
cleſiaſticæ ſibi reſervandæ, *Pyrrh.Corrad.in prax.
benefic.lib.2.cap.8.n.79.cum ſeqq.* attamen, cùm
in Germania habeatur Altare pro Beneficio Ec- 3
cleſiaſtico, & conferatur in titulum, proindè-
que ſit verè in ſtatu collativo, aſſerimus, quòd 4
ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor
Ducatorum auri de Camera excedentibus, Al-
tari in Germania unitis, ſivè ex perpetuis Pen-
ſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper
Be-

Beneficiis ad favorem Altaris ibidem, reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia, ad tradita per *Nicolars in prax.benefic.ſeu in Concordat. German. tit.1. dub. 3. §.3. in principio, Corrad. in prax.benefic.lib.1.cap.2.nu.18. cum ſeqq. & lib.2.*

5 *cap.8.n.80.* Hinc puto, Majus Altare Vaticanæ Baſilicæ S. Petri de Urbe eſſe quodammodò Beneficium Eccleſiaſticum, dum illius curam habere ſolet particularis Canonicus ejuſdem Eccleſiæ, *Altariſta*, ſeu *Altarius* Canonicus, quaſi Aſſiſius, ſeu Manſionarius, nuncupatus, & conſervare Pallia ſuo tempore Archiepiſcopis concedenda, priùs ſuperimponenda ad dictum Altare in Vigilia SS.Petri, & Pauli, *Macr.in Hierolexic. verbo Altariſta, & verbo Aſſiſius, poſt med.verſiculo hoc officium, & verbo Pallium, in principio,*

6 *verſiculo cura verò*; quæ vox *Altariſta* etiam referri poteſt ad Rectorem, ſeu Miniſtrum Altaris, ſivè etiam ad ipſum Sacerdotem uti in Altaris miniſterio miniſtrantem, *Lotther de re benefic. lib.1.qu.30. num.43. Rota in recentior.dec.216.ſub nu.2. verſiculo tùm quia verbum Altariſta part.2.* nec curandum de nomine ad hoc, ut propriè dicatur Beneficium Eccleſiaſticum, ſed benè cu-

7 randum de neceſſariis requiſitis Beneficii Eccleſiaſtici, quorum principale eſt ſtatus collativus, nulla habita conſideratione ad nomen, ſimplicémque denominationem, *Garz.de Benefic.par.1. cap.2.nu.61.cum ſeq.Corrad. in prax.benefic.lib 1. cap.1.n.12.16.& ſeqq.Nicolars in prax.benefic.ſeu in Concordat.German.tit.1. dub.3.§.5. poſt princip. Leo de offic.Cappellan. qu.3. num.35. ego in altero Tract.de Quindenniis, cap.50.num.570.cum plur.*

8 *ſeqq.* cùmque Altaria, præſertim in Germania, dari ſoleant in titulum, verèque habeantur pro Beneficiis Eccleſiaſticis, in illis collimare videtur eadem ratio, quæ collimat in aliis Beneficiis perpetuis, ſivè Eccleſiaſticis, proindèque manibus mortuis appellatis, quibus Beneficia ſemel unita, ampliùs non vacant; quidquid eſſet, ſi Altaria non eſſent collativa, prout in toto ferè

9 Orbe Catholico non ſunt, nec dari ſolent in titulum, ſed in nudam adminiſtrationem, quæ longè diſtat à Beneficio Eccleſiaſtico, *Corrad. in*

10 *prax.benefic.lib.1.cap.2.n.21.cum ſeqq.* attamen, ſi Altaria dari ſoleant in adminiſtrationem, non verò in titulum, & uniantur manui mortuæ, adhùc debentur quindennia, licet forſan non deberentur eo caſu annatæ, *Gomez Sarnen. in Regul. 61. aliàs 54. hodiè 55. Cancellar. de valore quæſt.4. circà fin. verſiculo & quod dictum eſt de Hoſpitalibus.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis, Ferculis nuncupatis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper Beneficiis, ſeu Ferculis hujuſmodi ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ferculum etiam dicitur edulium, ſeu dapes.*
2 *Ferculum præberi ſolet ex Camera* Cardinali *egeno.*
3 *Laus* Cardinalis Caſini.
4 *Quid ſit vulgò* per il Piatto del Cardinale povero.
5 *Ferculum eſt additamentum Præbendæ ad augendum illius redditus tenues.*
6 *Etiam ex Ferculo unito, vel ex perpetua Penſione ſuper Ferculo reſervata debentur quindennia.*
7 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*
8 *Hoſpitale acceſsoriè unitum* Beneficio *Eccleſiaſtico, de illo judicatur, ſicut de* Beneficio.
9 *Ferculum, ſi non eſſet unitum, eſſet vacabile per obitum Præbendati.*

CAPITULUM XXXI.

PRo intelligentia dicendorum præmittendum, quid ſit Ferculum, omittendum tamen, quòd hic non agimus de Ferculo in ſuo proprio ſignificato, quod eſt edulium, ſeu da- 1
pes à ferendo ductum, nec de Ferculo ex conceſ- 2
ſione Summi Pontificis per Cameram Apoſtolicam præberi ſolito S.R.E. Cardinalibus egenis, potiſſimùm ex Regulari Ordine promotis, ut noſtris temporibus contigit Cardinali Caſſino 3
Tituli Eccleſiæ S. Priſcæ Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini Calceatorum Congregationis Lombardiæ promoto ex Religione Fratrum Minorum Cappuccinorum S. Franciſci, tunc perquàm egregio Concionatori Apoſtolico, ſeu Cappellæ Pontificiæ; quod quidem Ferculum in dicto ſenſu eſt portio quædam alimentaria, ſeu cibaria, proindèque vulgò *per il* 4
Piatto del Cardinale povero nuncupata. Monemus igitur, Ferculum in præſenti articulo nihil aliud 5
eſſe, quàm certum additamentum, ſeu ſupplementum Præbendæ ad augendum illius redditus tenues, *Pyrrh. Corrad. in prax. beneficiar. lib.1. cap.2.n.34. cum ſeq.*

Quibus præhabitis, cùm interdum contingere poſſit, non ſemper uniri Beneficium in nomine manui mortuæ, ſed Ferculum tantùm, vel uniri Beneficium in nomine, & Ferculum ipſi Beneficio per prius unitum, vel reſervari perpetuam Penſionem ſuper Ferculo, cujus unionis, vel reſervationis occaſione facilè eſt controvertibilis præſens materia ſub prætextu exorti dubii, utrùm Ferculum ſit Beneficium, nec nè; cùm verò Ferculum verè ſit Beneficium, illùdque verè conferatur in titulum adinſtar Beneficii, ideò firmatur in præſenti, quòd ex Benefi- 6
ciis, Ferculis nuncupatis, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper Beneficiis, ſeu Ferculis hujuſmodi ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia, *Corrad. in prax beneficiar. lib.1.cap.2.num.34.cum ſeqq.* ibi: *ubi autem dicta prædia, aut alia* Bona, *ſivè poſſeſſiones unita, ſeu addita fuerint alicui* Beneficio, *tunc quidem de eis judicandum erit, ſicut de Beneficio. Undè notat Cancellaria Apoſtolica, quòd aliàs fuit expedita proviſio cujuſdam Ferculi, ſivè additamenti tamquàm de* Beneficio, *& in titulum* Beneficii, *ſicut aliæ proviſiones; quod quidem Ferculum ajunt eſſe certum additamentum Præbendæ, & eſſe diſtincta*

Fercula à Præbenda, & quòd non tenentur per alios, quàm Canonicos, nec ſunt unita Præbendæ, ſed per Canonicos tenentur, & dantur in titulum Beneficii, *ac conferuntur, & vacant, ſicut alia* Beneficia, *& iſta Fercula ſunt poſſeſſiones, ſeu certi redditus deputati pro ſupplemento, & additamento Præbendarum, quæ dantur in titulum, & conferuntur &c. & quod occurrit in iſtis Ferculis, ſicut in quibuſdam poſſeſſionibus ſolitis dari in titulum* Beneficii, *ut in notabilibus ejuſdem Cancellariæ folio mihi* 192. Ferculum enim unitum, ſeu Penſio reſervata ſuper eodem, ſubjacere debet Bullis ſuper quindenniorum materia editis, tamquàm ratione additamenti, ſeu appendicis participans de natura Beneficii: nec eſt novum in Jure,
7 quòd acceſſorium ſequatur naturam ſui princi-
8 palis; hinc eſt, quòd Hoſpitale acceſſoriè unitum Beneficio Eccleſiaſtico, de illo judicatur, ſicut de Beneficio, *Mareſcott. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 20.

Præterquamquòd eo ipſo, quòd Ferculum eſt
9 conferibile adinſtar Beneficii, ſi idem non eſſet unitum manui mortuæ, profectò eſſet etiam vacabile per obitum Præbendati, ac ſubjaceret annatæ in actu novæ Proviſionis, dummodò excedat viginti quatuor Ducatos, imò in qualibet ſucceſſiva Proviſione ſemper ſubjaceret perpetuæ, ac reiterabili annatæ, prout procul dubio ſubjaceret Beneficium, de quo Proviſus teneretur annatam ſolvere: quamobrem ad reparandum Annatiſtarum damnum, etiam ex Ferculi unione, vel ex perpetuæ Penſionis ſuper Ferculo reſervatione ortum, locus eſſe debet quindennio ob identitatis rationem inter Beneficium, ac Ferculum ex ſuprà deductis.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis, Eremitoriis nuncupatis, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper Beneficiis, ſeu Eremitoriis hujuſmodi ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Etiam ex Eremitorio debentur quindennia.*
2 *Eremitorium eſt Beneficium Eccleſiaſticum.*
3 *Etiam in Eremitorio cadere poteſt ſimonia.*

CAPITULUM XXXII.

Poteſt aliquando contingere, quòd non ſolùm Beneficia, & Eccleſiæ uniantur, ſed etiam Eremitoria, vel ſuper Eremitoriis perpetuæ reſerventur Penſiones; qua occaſione datur anſa dubitandi, utrùm pari modo ex hujuſmodi unione Eremitorii, aut reſervatione Penſionis ſuper eodem Eremitorio, debeatur quindennium, nec nè: quapropter firmatur in præſenti,
1 quòd ex Beneficiis, Eremitoriis nuncupatis, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus ſuper Beneficiis, ſeu Eremitoriis hujuſmodi ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; Eremi- 2
torium enim procul dubio eſt Beneficium Eccleſiaſticum, eodèmque paſſu ambulat cum Eccleſia, proindèque eoſdem effectus parere debet, *Pariſ. de reſignat. Benefic lib.* 2. *qu.* 1. *num.* 122. *Rota coram Mohedano dec.* 3. *aliàs* 180. *ut lite pendente*: hinc fit, quòd etiam in Eremitorio cadere po- 3
teſt ſimonia.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis, Canonicatibus, & Choriſtiis, ſeu Chorariis, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, erectis in Eccleſia quoad Beneficiatos, Canonicos, & Choriſtas, ſeu Chorarios non numerata, ſivè non habente certum numerum Beneficiatorum, Canonicorum, & Choriſtarum, ſivè Chorariorum, proindèque non vacantibus Beneficiis, Canonicatibus, & Choriſtiis, ſeu Chorariis per obitum alicujus ex Beneficiatis, Canonicis, & Choriſtis, ſeu Chorariis, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper Beneficiis, Canonicatibus, & Choriſtiis, ſeu Chorariis ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Quænam ſint Eccleſiæ numeratæ.*
2 *In Regno Neapolitano, & in Diœceſi Calaguritana eſt magnus numerus Eccleſiarum non numeratarum.*
3 *In Gallia vigent Beneficia Choriſtarum.*
4 *Choriſtiæ in Eccleſia non numerata non vacant per obitum Choriſtarum.*
5 *Annata non ſolvitur ex Beneficiis Eccleſiæ non numeratæ.*
6 *Ceſſante cauſa annatarum, ceſſant quindennia.*
7 *Quindennia non intrant in Beneficiis, in quibus verba legis non conveniunt.*
8 *Facere immortale Beneficium Eccleſiæ non numeratæ, eſt contrà illius naturam.*
9 *Ex Beneficio, Canonicatu, & Choriſtia Eccleſiæ non numeratæ, vel ex Penſione ſuper eodem reſervata debentur quindennia.*
10 *Papa, uniendo Beneficium non vacabile, vel ſuper eo reſervando Penſionem; cenſetur removere voluiſſe obſtaculum non vacationis.*
11 *Quindennium quibus, & ex quibus debeatur.*
12 *Cùm lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
13 *Quindennia non debentur ex Beneficiis de tempore unionis habentibus Conventum, aut Curam.*
14 *Quæ exprimi volunt Pontifices, facilè exprimerent.*
15 *Beneficium Eccleſiæ non numeratæ, ad hoc, ut ſit Beneficium, ſatis eſt, quòd tamquàm tale enuncie-*

cietur à Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 24. de Reformat. cap.18.

16 *Idem jus eſt de eo Beneficio, quòd poteſt eſſe perpetuum.*

CAPITULUM XXXIII.

1 PRo dicendorum notitia ſciendùm eſt, duplex dari genus Eccleſiarum, aliæ namque ſunt numeratæ, & tales dicuntur, in quibus ex Statuto, conſuetudine, vel privilegio certus, præfixus, & taxatus reperitur Clericorum numerus, aliæ vice verſa ſunt non numeratæ, ſeu receptitiæ, in quibus non adeſt certus miniſtrorum numerus, ſed ſecundùm fructuum ſuperexcreſcentiam, vel decreſcentiam Beneficiati creſcunt, vel decreſcunt, *cap. dilectus 27. de Præbend. Tondut. reſol Canonic & benefic. par. 2. cap. 2. §. 5. per tot. Barboſa de Canonic & Dignitat. cap. 3. num. 7. Milaz. diſſert. 1. nu 1. cum ſeqq & per tot. Lotther. de re benefic. lib. 1 qu. 14. num. 12. cum ſeq. Gonzalez ad Regul. 8 hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſ 9 §. 3. per tot. Pyrrh. Corrad in prax. benefic. lib. 1 cap 6. n. 296. & lib. 3. cap. 5. nu. 17. cum ſeqq. Clericat. diſcord. forenſ.* de Benefic. & *Penſion. par. 1. diſcord. 25. nu. 9. Maſſobr. in prax. habend. Concurſ. prælud. 5. n 3. & 5.* ubi refert, in Regno Neapoli-
2 tano, & in Diæceſi Calaguritana eſſe magnum numerum Eccleſiarum receptitiarum, ſeu non numeratarum, & *prælud. 6.* Sciendum inſuper
3 quoque, eſt, præſertim in Gallia vigere Officia, ſeu Beneficia Choriſtarum, ſivè Chorariorum forſitan non creata, ſeu in re, attamen in titulum conferri ſolita, teſte *Franciſco Marco dec. Delphin. 207. num. unic. dec 1176. per tot. par. 1. & dec. 318 per tot. cum addition. par. 2.* cùm autem tàm Canonicatus, quàm Beneficia, & Chori-
4 ſtiæ, ſeu Chorariæ in Eccleſia non numerata non vacent per obitum hujuſmodi Canonicorum, Beneficiatorum, & Choriſtarum, ſeu Chorariorum, proindèque nec impetrari poſſint, ſed extinguantur, ſupprimantur, ceſſent, ac eſſe deſinant illicò cum poſſeſſore, ſeu titulari ad *textum in cap. dilecto 25. verſiculo præterea, de Præbend. cap. ex parte 10. de conceſſion. Præbend. Gonzalez in Regul. 8 hodiè 9. Cancellar de Menſib. gloſ 9 §. 3. n. 10. Clericat diſcord. forenſ.* de Benefic. *& Penſion. par. 1 diſcord. 25. num. 23. cum ſeqq.* per conſequens primo aſpectu videretur, non eſſe locum ſolutioni quindennii ex eo, quòd antè unionem Beneficia hujuſmodi forſitan non eſſent obnoxia ſolutioni annatæ, uti nunquam vacabilia per obitum, ſicque nunquam impetrabilia, nec Proviſionis capacia, tamquàm extingui
5 ſolita cum vita poſſeſſoris, veluti in puncto non ſolvendæ annatæ ex Beneficiis Eccleſiæ non numeratæ ob ſolum motivum defectus vacationis, *Gonzalez ad Regul. 8 hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſ. 9. §. 3. n. 17 antè med. verſiculo prout etiam vi-*
6 *demus*: undè, ceſſante cauſa annatarum, ceſſare quoque deberent quindennia earum ſoboles, *cap. cùm ceſſante cauſa 60. de appellation. Barboſa axiom. 40. num. 4.* ità, ut Bullæ Apoſtolicæ ſuper quindenniis editæ, & congeſtæ poſt *Tract.* introducentes uſum quindenniorum, ex cauſa deſperatæ impoſterùm vacationis Beneficiorum unitorum, ac conſequutivè defraudationis annatarum, pernecesſè ſupponant loqui de Beneficiis duntaxat Eccleſiæ numeratæ, in quibus tantùm antè unionem dabatur vacatio, non verò de Beneficiis Eccleſiæ non numeratæ, ſeu receptitiæ, in quibus antè unionem nulla dabatur vacatio, ſed illa unà cum Titulari expirabat, & confeſtim eſſe deſinebat, ac ſi per prius in rerum natura non eſſent; undè forſitan probabiliter prima fronte videretur, non intrare quindennia in 7
iſtis Beneficiis, in quibus verba legis non conveniunt, *l. dies cautioni 4 § Totiès 6. ff. de damn. infect. l. 1. §. Loquitur 5. ff. de aqu. quotidian. & æſtiu. l. bos accuſare 12. §. Omnibus 4. ff. de accuſation. Barboſa axiom. 136. n. 8.* nè aliàs ſequatur abſurdum, quòd unio poſſit facere, Beneficiatum mortuum reviviſcere, aut facere, rem, & Beneficium neceſſariò periturum in ſua perſiſtentia per obitum Beneficiati, permanere, illùdque, quod eſt mortale, facere immortale; quod procul 8
dubio utrumque eſt contrà naturam tàm hominis, quàm Beneficii Eccleſiæ non numeratæ, *Gonzalez in Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſ. 9. §. 3. num 12 cum ſeqq.* nihilominùs contrarium reſolvimus, firmando, quòd ex Beneficiis, 9
Canonicatibus, & Choriſtiis, ſeu Chorariis, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, erectis in Eccleſia quoad Beneficiatos, Canonicos, & Choriſtas, ſeu Chorarios non numerata, ſivè non habente certum numerum Beneficiatorum, Canonicorum, & Choriſtarum, ſivè Chorariorum, proindèque non vacantibus Beneficiis, Canonicatibus, & Choriſtiis, ſeu Chorariis per obitum alicujus ex Beneficiatis, Canonicis, & Choriſtis, ſeu Chorariis, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper Beneficiis, Canonicatibus, & Choriſtiis, ſeu Chorariis ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia:
eo enim ipſo, quòd Papa, ſcienter providendo 10
per viam unionis de Beneficio ſui natura non vacabili, vel reſervando Penſionem ſuper tali Beneficio, cenſetur habuiſſe intentionem removendi obſtaculum non vacationis, & providendi de Beneficio, ac ſi Beneficium re vera vacaſſet, & reſervandi Penſionem, perindè ac ſi etiam Penſio re vera vacaſſet, *Pyrrh. Corrad. in prax. benefic. lib. 1. cap. 6 n. 296. cum ſeqq. Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſ. 9. §. 3. nu. 20. 23. & 24.* nè aliàs contrà mentem unientis hac via derogatum remaneat juri ſuæ Cameræ, Sacri Collegii Cardinalium, & Annatiſtarum, qui-
bus omnibus debetur quindennium ex unione 11
Beneficii, vel reſervatione Penſionis, juxta literaliter diſpoſita in Bullis ſuper quindenniorum materia emanatis, & *repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſtolic.* Nec obſtat, quod, licet Conſtitutiones Pontificiæ de quindenniis loquentes, generaliter loquantur de omnibus Beneficiis qualitercumque qualificatis, ac ubicumque exiſtentibus, ex identitate tamen rationis reſtringi debeant ad Beneficia tantùm vacabilia, ſeu vacatura, ſecùs verò ad ea, quæ vacare nequeunt;
quia, cùm non diſtinguat lex, an quindennia 12
ſolvenda ſint, vel non etiam ex Beneficiis Eccleſiarum non numeratarum, ſivè ex perpetuis Penſionibus ſuper hujuſmodi Beneficiis, nec nos diſtinguere debemus, *l. non diſtinguemus 32. ff. de Publician. in re action. l. conſenſiſſe 2 § Convenire 1. in fin. ff. de judic. l. quos prohibet 7. ff. de poſtuland. Barboſa axiom. 136. nu. 4.* ſicuti namque quando vo-

voluerunt Pontifices, quòd in certis caſibus non ſolverentur quindennia, id expreſſerunt, ut in
13 caſu, quò Beneficia de tempore unionis haberent Conventum, Curam, aut Hoſpitalitatem juxta Bullas Apoſtolicas ſuper quindenniis editas, ac
14 *repetitas poſt Tract.* ità, ſi etiam ex Beneficiis Eccleſiæ non numeratæ, exque Penſionibus ſuper hiſce Beneficiis voluiſſent, quòd non ſolverentur quindennia, profectò expreſſiſſent, cùm facilè id exprimere potuiſſent, *Barboſa axiom. 136. n.5. cum ſeq.*

Minùs obſtat, quòd Beneficium Eccleſiæ non numeratæ non videatur obnoxium eſſe debere quindenniis, uti carens eſſentiali requiſito Beneficii Eccleſiaſtici, nempè perpetuitatis, cùm tamen abſit, quòd illud ſit perpetuum, ut potiùs cum Beneficiato extinguatur ex jam dictis: quia imò ad effectum, de quo agitur, ſatis eſt, quòd
15 tamquàm tale enuncietur à *Sacra Tridentina Synodo ſeſſ.24.de Reformat.cap.18.in principio, ver-*
16 *bo receptivis.* & ſatis quoque eſt, quòd de eo, quod poteſt eſſe perpetuum, idem jus eſt, *Maſſobr.in praxi habendi Concurſum præludio 5.dub.1. n.2.& 4.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis, Cappellaniis, Manſionariis, ſeu Aſſiſiariis nuncupatis, Eccleſiarum, non tamen Canonicalium, ſicque non Cathedralium, nec Collegiatarum, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, in quibus quidem Eccleſiis Cappellani, Manſionarii, ſeu Aſſiſiarii intitulati ſunt, & participant de maſſa inſimul cum Beneficiatis, immò habent ſtallum, & locum in Choro, ac vocem in Capitulo, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper Beneficiis Cappellaniis, Manſionariis, ſeu Aſſiſiariis prædictis ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex Cappellaniis, Manſionariis, ſeu Aſſiſiariis unitis debentur quindennia.*
2 *Tales Cappellaniæ verè ſunt Beneficia.*

CAPITULUM XXXIV.

CUm ambigi poſſet, an ex certis Beneficiis, & ex perpetuis Penſionibus ſuper certis Beneficiis deberentur quindennia, firmatur in
1 præſenti, quòd ex Beneficiis, Cappellaniis, Manſionariis, ſeu Aſſiſiariis nuncupatis, Eccleſiarum, non tamen Canonicalium, ſicque non Cathedralium, nec Collegiatarum, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, in quibus quidem Eccleſiis Cappellani, Manſionarii, ſeu Aſſiſiarii intitulati ſunt, & participant de maſſa inſimul cum Beneficiatis, immò habent ſtallum, & locum in Choro, ac vocem in Capitulo, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus ſuper Beneficiis Cappellaniis, Manſionariis, ſeu Aſſiſiariis prædictis ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; quippè tales Cappellaniæ 2
tamquàm perpetuæ, nec amovibiles, verè ſunt Beneficia Eccleſiaſtica, & tales Cappellani verè ſunt Beneficiati, proindèque eodem onere gravari debent, quo gravantur reliqua Beneficia, reliquique Beneficiati in ſuis Eccleſiis, *Tondut. reſol Canonic.& beneficial.par.2.cap.1.n.3.Gratian. diſcept.397. num.14. cum ſeqq.* ac ſanè decet, ut hujuſmodi Cappellaniæ, & Cappellani pares ſint in onere cum Beneficiis, & Beneficiatis, quando pares ſunt in lucro cum eiſdem.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis, Vicedominatibus nuncupatis, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper Vicedominatibus hujuſmodi ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Alii Vicedomini dicuntur Patroni Eccleſiarum.*
2 *Hinc Vicecancellarius S.R.E.*
3 *Commendatur* Emus D. Cardinalis Otthobonus.
4 *Commendatur* S. M. Alexander Papa VIII.
5 *Hinc Vicelegatus.*
6 *Hinc Viceſgerens Eminentiſ. Urbis Vicarii.*
7 *Laudatur bon.mem.* R. P. D. de Zaulis.
8 *Hinc Vicerector, & ſimilia.*
9 *Undè Vicecomitum præclariſſima familia.*
10 *Ex Comitibus dicta nobiliſſima alia de Comitibus, de qua eſt* S. M. Innocentius Papa XIII.
11 *Alii Vicedomini ſunt Advocati, ſeu Protectores Eccleſiarum, præſertim Germaniæ.*
12 *In Gallia* Vidames *nuncupati.*
13 *Alii dicuntur Vicedomini perſonæ Eccleſiaſticæ.*
14 *Laudatur* Sebaſtianus Cæſar de Menezes.
15 *Etiam ex Vicedominatu, ſivè ex Penſione ſuper eo reſervata debentur quindennia.*
16 *Laycis non traditur poſſeſſio à Capitulo.*
17 *Vicedominatus ad effectum incurrendi in ſimoniam, enumeratur inter Beneficia Eccleſiaſtica, & ponderantur Bullæ quindenniorum.*

CAPITULUM XXXV.

PRo dicendorum intelligentia præmittendum eſt, plura dari in Jure Vicedominatuum, & Vicedominorum genera, alii namque Vice- 1
domini, quaſi Domini locum tenentes dicuntur Patroni Eccleſiarum, ut in *cap. volumus 2. cap. Diaconum 3.diſtinct.89.cap.Salvator 1.qu.3.* hinc 2
Vicecancellarius S. R. E. qui hodiè eſt Eminentiſſimus D. Cardinalis Petrus Otthobonus, in- 3
ter

ter præclaras animi dotes, pietate, munificen-
tia,& liberalitate apud omnes Nationes notus,
4 S. M. Alexandri VIII. Juriſperiti doctiſſimi, ac
Sacræ Rotæ Romanæ Auditoris celeberrimi, ex
5 Fratre Pronepos digniſſimus; hinc Vicelegatus,
6 hinc Viceſgerens Emi Urbis Vicarii,qui olim ex-
7 titit meritiſſimè bon. mem. R. P. D. *Dominicus
de Zaulis*, poſteà S. Officii Aſſeſſor, præſtantiſ-
ſimus Juriſconſultus Faventinus, qualem com-
probant aurea illius Comentaria ad Patrium
Statutum Faventiæ in duobus elaboratiſſimis
voluminibus mirè, ac peregrinè diſtincta, nec
non aliud opus poſthumum *Obſervation. practic.*
ad majora ſanè promovendus, niſi ad Superos
de anno 1722. in bona ſenectute eveheretur;
8 hinc Vicerector, hinc Viceprinceps, hinc Vice-
dux, hinc Vicemarchio, hinc Vicecomes, undè
9 forſitan præclariſſima Vicecomitum familia Me-
diolani, qui illius Ditionis Duces olim perſtite-
10 rant, prout ex Comitibus alia nobiliſſima fami-
lia Romana de Comitibus; de qua eſt S. M. In-
nocentius XIII. die 7. Martii 1724. è vivis erep-
tus; hincque infinita alia vocabula, quæ idem
ſonant, *Boer. de ordin.& præcedent.grad. utriuſq.
11 for.n.1.cum ſeq.* Alii Vicedomini ſunt Advocati,
ſeu Protectores Eccleſiarum, potiſſimùm Ger-
12 maniæ, in Gallia *Vidames* nuncupati, *cap. præ-
tereà 23. de Jurepatronat. cap. in quibuſdam Pro-
vinciis 12.in fin.de pœn.Chokier de Advocat.feudal.
Mager de Avocat.armat.cap.2.num.*177. & 253.
*cum ſeqq.Ciron.in Jus Canonic.tit.*38.*in principio,
verſiculo fuiſſe tamen, Florent. ad lib.*3. *Decretal.
tit.*38.*de Jurepatronatu in cap.*23 *circà fin.* §.*Non
valdè diſtant, Lantmeter. de veter. Cleric. lib.* 2.
13 *cap.* 54. alii tandem dicuntur Vicedomini, per-
ſonæ quædam Eccleſiaſticæ, de quibus, & de
quorum officio in præſenti, quæ ab Epiſcopis
præponuntur hoſpitibus recipiendis, ac eleæmo-
ſynis erogandis, reliquiſque peragendis cum
libera rerum adminiſtratione, etiam cauſis Ec-
cleſiaſticis pertractandis, proindèque quaſi vi-
ces Epiſcoporum gerentes, & Epiſcopalium di-
tionum adminiſtratores, *cap.*1. *in fin.verſic. vo-
lumus autem, de calumn.cap.conſulere* 37.*de ſimo-
nia, cap. examinata* 7.*de confirmat.util. vel inutil.
Macr. Hierolexic. verbo Vicedominus, Gonzalez
Tellez in cap.contingit* 8.*n.*7.*de arbitr.& in not.ad
cap.*1.*nu.*4.*verbo volumus, de calumn. & ad cap.
conſulere* 37.*n.*2. *verbo Vicedominatum, de ſimon.*
14 *Sebaſtian.Cæſar de Menezes,non minùs Juris ſcien-
tia, quam generis ſplendore præclarus noſter Luſi-
tanus, de Hierarch.Eccleſ.qu.*2.*proæm.* §.5.*nu.*13.
*Ziegler.in Jus Canonic.lib.*3.*tit.*2.*de Procurat.*§.1.
*verbo vel quaſi Domini, Panciroll. var. lection.
lib.*1.*cap.*86. *in med. poſt liter.D. verſic. hi quibuſ-
dam in locis, Lavor. de election. Canonic. cap.* 4.
*n.*12.*cum ſeqq. Fermoſin. in cap.ſua nobis* 5. *qu.*3.
*n.*42.*cum ſeqq. de offic.Vicar.Mager de Advocat.
armat.cap* 2 *n.*178.*cum ſeqq & n.*260. ubi memi-
nit de Canonico Capitulari Eccleſiæ Bambergen.
eodem tempore Vicedomino perpetuo Epiſco-
patus in Carinthia.

Quibus præmiſſis, cùm contingere poſſit,
quòd alicui Pio Loco uniantur Vicedominatus,
in ultimo ſenſu ſumptus, vel quòd perpetua re-
ſervetur Penſio ſuper Vicedominatu ad favorem
Pii Loci, proindèque dubium oriatur, utrùm
ex unione Vicedominatus, ſivè ex reſervatione
Penſionis ſuper Vicedominatu debeatur quin-
dennium, nec nè, prout illud debetur ex unione
Beneficii Eccleſiaſtici, vel ex reſervatione Pen-
ſionis ſuper Beneficio Eccleſiaſtico, retenta ſem-
per generali hipotheſi exceſſus viginti quatuor
Ducatorum, reſolvimus, quod ex Beneficiis, 15
Vicedominatibus nuncupatis, annuum valorem
viginti quatuor Ducatorum auri de Camera ex-
cedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex per-
petuis Penſionibus dictam ſummam excedenti-
bus, ſuper Vicedominatibus hujuſmodi ad fa-
vorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc
debentur quindennia: quantumvis enim Vice-
dominatus poſſit eſſe, & non eſſe Officium, ſeu
Beneficium Eccleſiaſticum, ſecundùm qualita-
tem miniſterii, quod ei eſt annexum, quando
tamen ex reiteratis collationibus effectuatis ap-
pareat, ſemper collatum fuiſſe in titulum, ac in
perpetuum à perſona Eccleſiaſtica in perſonam
Eccleſiaſticam tantùm, & poſſeſſionem de illo
traditam capitulariter in Choro; undè repu-
gnat, quòd in tali caſu ſit Officium laycale, ex 16
quò laycis non traditur poſſeſſio à Capitulo, mi-
nùſque datur locus in Choro inter Canonicos,
ſeu Beneficiatos, qui ſunt ſolæ perſonæ Eccleſia-
ſticæ, tunc uti verè Beneficium exiſtens in ſtatu
collativo, debet ſubjacere quindenniis ratione
perpetuæ Eccleſiaſticitatis, ut de Vicedominatu
in Cathedrali Eccleſia Anagnina *Rota coram
Card. Millino dec.* 257. *per tot.* adeò, ut Vicedo- 17
minatus ad effectum incurrendi in labem ſimo-
niacam, enumerari ſoleat inter alia Officia, &
Beneficia Eccleſiaſtica ex *cap. conſulere* 37. *de ſi-
mon.* ibi: *Vicedominatum, vel aliam Eccleſiaſti-
cam adminiſtrationem*; & ità veniunt intelligendæ
Bullæ quindenniorum, non ſolùm loquentes de
Beneficiis Eccleſiaſticis, ſed etiam expreſsè de
Officiis, nec ſolùm Beneficia Eccleſiaſtica ſubji-
cientes quindenniis, ſed etiam Officia, quæ ob
eorum Eccleſiaſticitatem pari paſſu ambulare
debent cum Beneficiis Eccleſiaſticis, ut videre
eſt in *Conſtitut.*6. *Pauli II.*§.1. 4. 5. & 6. *Bullar.
nov. Roman. tom.*1. ibi „ Officia &c. univimus,
„ incorporavimus &c. Officia &c. unita, pro
„ quibus Cameræ Apoſtolicæ annata, ſeu alia
„ jura ſolvi conſueverant, vel debebant &c. an-
„ natam, ſivè medios fructus unius anni in po-
„ ſterum ſingulis quindecim annis perpetuò ſe-
„ quuturis, eidem Camerario ſolvere teneantur,
„ & debeant &c. Et quòd de omnibus &c. Of-
„ ficiis &c. unitis &c. Communia, Minuta, &
„ alia jura, ſeu annatas, & medios fructus
„ hujuſmodi ſolvere adſtringantur etiam ſingu-
„ lis annis quindecim in futurum &c. alioqui ſi
„ à ſolutione &c. ceſſare præſumpſerint &c. Of-
„ ficia &c.tamquàm verè vacantia poſſint liberè
„ à Sede præfata impetrari, & canonicè retine-
„ ri, ac ſi uniones ipſæ &c. nullatenùs emanaſ-
„ ſent &c. „ *in Conſtitut.* 17. *Pauli IV.* §. 8. *eod.
tom.* 1. ibi „ omnes, & ſingulas uniones &c.
„ de quibuſvis &c. Officiis &c. perpetuò fa-
„ ctas, & de cætero &c. perpetuò faciendas ſub
„ literis Pauli &c compræhendi &c. & propte-
„ reà &c. ad ſolutionem Communium, & Mi-
„ nutorum Servitiorum, & annatarum, & alio-
„ rum jurium prædictorum eiſdem Cameræ,
„ Collegio, & Officialibus ratione earundem
„ unionum &c. ſingulis quindecim annis &c.fa-
„ ciendam teneri &c. nec non &c. Officia &c.
„ unita hujuſmodi onus ſolutionis Commu-
nium,

„ nium, & Minutorum Servitiorum, ac annatarum, & aliorum jurium ſemper habuiſſe, & ad præſens habere &c. „ *in Conſtit.*38. *S.Pii V.* §.3. *tom.* 2. ibi „ Officia &c. unita &c. ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi compræhendi, & includi &c. „ *& in Conſtitut.*50.*Clementis* X.§.1. *&* 2.*tom.*6. ibi „ omnes, & ſingulas uniones &c. de quibuſvis &c. Officiis &c. perpetuò factas, & de cætero &c. perpetuò faciendas ſub literis Pauli II. &c. includi &c. Officia &c. hujuſmodi onus ſolutionis Communium, & Minutorum Servitiorum, ac annatarum, & aliorum jurium prædictorum ſemper habuiſſe, & habere decrevit &c. „ quæ quidem Conſtitutiones Apoſtolicæ ſunt repetitæ poſt *Tract.in ordine la* I. V. VI.& XI.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis Monocularibus, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper Beneficiis hujuſmodi ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit Beneficium monoculare.*
2 *Cur dicatur* beati monoculi in terra cæcorum.
3 *Etiam ex Beneficiis monocularibus unitis, ſivè ex Penſionibus ſuper illis reſervatis, debentur quindennia.*
4 *Lex quindenniorum, nulla Beneficia excipit.*
5 *Etiam* Beneficia *Parochialia ſubjiciuntur quindenniis.*
6 *Omnia ferè* Beneficia *Curata ſunt monocularia.*
7 *Etiam* Beneficia *manualia ſubjiciuntur quindenniis.*
8 *Caſus omiſſus debet remanere ſub cenſura Juris.*
9 Beneficia *manualia, etiamſi expreſsè non ſubjicerentur quindenniis, adhùc illa ſubjecta remanerent ob generalitatem verborum* Bullarum *ſuper quindenniis.*
10 *In monocularitate poſſunt conſiderari qualificata Beneficia.*
11 *In Orbe Catholico infinita adſunt Beneficia unita, & Penſiones, ex quibus ſolvuntur quindennia.*
12 *Papa eſt omnium Princeps.*
13 *Canonicatus Doctorales in Hiſpania ſolvunt annatam in caſu eorum vacationis apud Sedem.*
14 *Declaratur* Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar.de Menſib.gloſ.9.§.2.n.4. in fine.
15 *Canonicatus Doctorales in Hiſpania, ſunt duo tantùm in qualibet Cathedrali.*
16 *Inibi in qualibet Diæceſi adſunt pluſquàm duo millia Beneficia.*
17 *Canonicatus Doctorales in Hiſpania ſolvunt annatam.*
18 *Beneficia monocularia, licet unica, ſicque licet agatur de modico præjudicio ob multiplicitatem aliorum Beneficiorum non monocularium unitorum, ſolvere debent quindennium.*

CAPITULUM XXXVI.

PRo intelligentia terminorum, ſciendum eſt,
quòd monocularitas Beneficii conſiſtit in il- 1
lius unicitate; ità, ut in Eccleſia unicum ſit,
*Tondut.reſol.benefic.par.*2. *cap.*2. §.6.*per tot. Lot-
ther.de re benefic.lib.*2.*qu.*39.*n.*3.*cum ſeq.Clericat.
diſcord.forenſ. de Benefic. & Penſion. part.* 1. *di-
ſcord.*77.*n.*1.hinc tritum adagium *beati monoculi* 2
in terra cæcorum. Cùm autem aliquando evenire
poſſit, quòd uniantur Beneficia monocularia
manui mortuæ, vel quòd perpetuæ reſerventur
Penſiones ad favorem manus mortuæ ſuper talibus
Beneficiis, hincque manus mortua ſub prætextu
qualitatis Beneficiorum hujuſmodi unitorum,
ſivè ſub prætextu reſervationis perpetuarum
Penſionum ſuper hujuſmodi Beneficiis
præſumat, ſe non teneri ad quindennia ex eo,
quòd de talibus Beneficiis nulla fiat mentio in
Conſtitutionibus Apoſtolicis ſuper materia
quindenniorum editis, & è contra Annatiſtæ,
propriæ indemnitati conſulendo, procurent co-
gere manum mortuam ad ſolutionem quinden-
niorum, uti habentes pro ſe legem de illis ſolven-
dis pro Beneficiis unitis, proque perpetuis Pen-
ſionibus reſervatis; quamobrem reſolvitur in
præſenti, quòd ex Beneficiis Monocularibus, 3
annuum valorem viginti quatuor Ducatorum
auri de Camera excedentibus, manui mortuæ
unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam
ſummam excedentibus, ſuper Beneficiis hujuſ-
modi ad favorem manus mortuæ reſervatis,
etiam adhùc debentur quindennia: etenim lex 4
quindenniorum generalis, nulla penitùs Benefi-
cia excipiens, de ſui natura eſt apta compræhen-
dere quæcumque Beneficia, etiamſi indigerent
ſpeciali mentione, *Maſcard.de general.Statut. in-
terpretat.conc.*5.*n.*1.*cum ſeqq.*Barboſa *axiom.*136.
num. 1.

Corroboratur veritas ſolidiſſimo argumento
deducto ex contextu ipſarum Conſtitutionum
ſuper quindenniis emanatarum, dum namque
iſtæ ſubjiciunt quindenniis etiam Beneficia Paro- 5
chialia, ut habetur in *Bulla* 20.*Julii III.*§.6.*poſt
med.Bullar.nov.Roman. tom.*1. ibi: *cum cura &c.
in Bulla* 17. *Pauli IV.*§.8.*antè med.eod.tom.*1. ibi:
cum cura &c. in Bulla 38. *S.Pii V.*§.6. *in fin. eod.
Bullar. tom.* 2. ibi: *Parochiales &c. in Bulla* 33.
Sixti V.§.2.*in princip.&* §.4.*in princip.eod.tom.*2.
ibi: *cura &c. Parochiales &c. in Bulla* 18.*Urba-
ni VIII. in princip.juncto* §.2.*poſt med.eod. Bullar.
tom.*5.ibi: *cura&c.Parochiales &c.&in Bulla* 50.
Clementis X.§.1.*circà fin.*§.3.*in fin.*§.4. *in principio
&* §.5.*in med.eod.Bullar.tom.*6. ibi: *cum cura &c.
Parochiales&c.* quæ quidem Conſtitutiones ſin-
gillatim repetitæ leguntur poſt *Tract. in ordine
la* III. V. VI. VII. VIII. & XI. ſignum evidens
eſt, immò neceſſaria depromitur conſequentia,
quòd ſubjicere voluerint quindenniis etiam Be-
neficia monocularia, ex quò omnia ferè Benefi- 6
cia Curata, ut plurimùm, ſunt ſola, ac mono-
cularia; aliter igitur ſentire, eſſet ex diametro
contrà verba Bullarum expreſſam mentionem fa-
cientia de Beneficiis Curatis, veluti ità arguit
ad aliud propoſitum reſervationis *Gonzalez ad
Regul.*8.*hodiè* 9.*Cancellar. de Menſibus gloſ.*9.§.4.
num. 18.

Neque obſtat, quòd, ſi Pontifices vellent
ſubjicere quindenniis etiam Beneficia monocu-
laria,

laria, & Penſiones ſuper talibus Beneficiis impoſitas, profectò illa expreſsè ſubjeciſſent, prout
7 expreſsè ſubjecerunt etiam Beneficia manualia, ut patet ex *Bulla* 38. *S. Pii V.* §. 3. *poſt med. ex Bulla* 33. *Sixti V* §. 2. *poſt med. &* §. 4. *in princip. Bullar. nov. Rom. to.* 2. *ex Bulla* 18. *Urbani VIII.* §. 2. *poſt med. circà fin. to.* 5. *et ex Bulla* 50. *Clement. X.* §. 4 *poſt med. circà fin. &* §. 5. *in med. tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* VI. VII. VIII. & XI. maximè in materia, ut iſta quindenniorum, exorbitante à Jure: undè uti caſus omiſ-
8 ſus, debet remanere ſub cenſura Juris, *Barboſa axiom.* 39. *per tot.* etenim ad cauthelam tantùm expreſſerunt Pontifices manualia Beneficia, non autem ex eo, quòd aliqua indigerent expreſſione, cùm, etiamſi illa expreſsè non ſubjicerentur
9 quindenniis, crederem, ſubjecta remanſiſſe ob generalitatem verborum, quibus loquuntur Bullæ ſuper quindenniis editæ, incipiendo à *Paulo II.* primo quindenniorum inventore, ſivè veriùs regulatore, in *Conſtitutione* 6. §. 6. *Bullar. nov. Roman. tom.* 1. ibi: *cujuſvis qualitatis, aut generis &c. Julius III. in Conſtitutione* 20. §. 6. *poſt med. verſic. & quorumvis*, *eod. tom.* 1. ibi: *quomodolibet qualificata &c. Paulus IV. in Conſtitutione* 17. §. 7. *in princip.* §. 8. *in princip. &* §. 11. *in fin. eod. tom.* 1. ibi: *quibuſvis &c. omnia*, *& ſingula &c. Sanctus Pius V. in Conſtitutione* 38. §. 2. *in fin.* §. 3. *circà fin. &* §. 6. *in fin. eod. Bullar. tom.* 2. ibi: *quocumque titulo nuncupata &c. quæcumque Beneficia &c. Sixtus V. in Conſtitutione* 33. §. 1. *in princip.* §. 2. *in princ. et* §. 4. *in princ. eod. to.* 2. ibi: *quorumcumque Beneficiorum &c. omnia*, *& ſingula &c. quæcumque &c. Urbanus VIII. in Conſtitutione* 18. *in princip. juncto* §. 1 *in med. &* §. 2. *in med. circà fin. tom* 5. ibi: *quæcumque &c. omnia*, *& ſingula &c. quibuſcumque &c. quorumcumque &c. & Clemens X. in Conſtitutione* 50. *in princip. juncto* §. 2. *in fin.* §. 3. *in princip. & fin.* §. 4. *in princip. & fin.* §. 5. *in princip. & med.* §. 6. *poſt med. circà fin. & in fin.* §. 9. *in princip. &* §. 10. *circà fin. tom.* 6. ibi: *qualificatorum &c. omnia*, *& ſingula &c. quæcumque &c. quibuſcumque &c. quorumcumque &c. quibuſvis &c. omnium*, *& ſingulorum &c.* quæ quidem Bullæ repetitæ reperiuntur poſt *Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* I. III. V. VI. VII. VIII. & XI. undè ob earundem Bullarum generalitatem aptam ad compræhendendum quæcumque Beneficia, benè compræhenduntur monocularia, quæ, licet unica ſint, non indè tamen deſinunt eſſe Beneficia ſæcularia Eccleſiaſtica, potiſſimùm quando memoratæ Bullæ faciunt mentionem de Beneficiis qualitercumque qualificatis, & in mo-
10 nocularitate poſſunt conſiderari qualificata, *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſibus gloſ.* 9. §. 4. *n.* 16. præterquamquòd militabat forſitan major ratio exprimendi manualia, quàm monocularia, cùm illa ſint perpetua, ſed ad nutum amovibilia, ſicque minùs propriè Beneficia, quæ debent eſſe perpetua: undè aliqua remanebat ambiguitas, an manualia ſubjacerent, nec nè quindenniis; iſta verò, nempè monocularia ſunt perpetua, propriè, ac verè Beneficia; undè minor dubitatio de monocularibus, quàm de manualibus.

Minùs obſtat, quòd, cùm agatur de modico præjudicio Sedis Apoſtolicæ, ac Annatiſtarum, reſultante ex unione Beneficii monocularis, ſivè ex reſervatione Penſionis ſuper Beneficio monoculari, quando in Orbe Catholico infinita 11
adſunt Beneficia unita, & Penſiones, ex quibus ſolvuntur quindennia, veluti ad aliud propoſitum modici præjudicii, quòd ſentit Sedes Apoſtolica ex conceſſione Indulti ad duos tantùm Canonicatus Doctorales, & Magiſtrales in qualibet Cathedrali Regnorum Hiſpaniarum reſpectu ad pluſquàm duo millia Beneficia in qualibet Diæceſi, ponderat *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſibus gloſ.* 9. §. 2. *num.* 28. non præſumitur, Summos Pontifices adeò tenaces fuiſſe, ut, qui alios de avaritia notare debent, velint reſpicere etiam ad modicum præjudicium reſultans ex non ſolutione quindennii pro Beneficiorum monocularium unione, ſeu Penſionum reſervatione ſuper Beneficiis monocularibus; & modicum quidem eſt præjudicium
reſpectu ad Papam, qui eſt omnium Princeps, 12
ut in ſimili de Papa, notat *Card. Pariſ. conſil.* 42. *nu.* 2. *cum ſeqq. lib.* 4. quia, quantumvis præjudicium forſitan ſit modicum reſpectu aliorum Beneficiorum non monocularium, tamen ſatis eſt, quòd aliquale præjudicium ſit, & quòd non agatur de ſolo præjudicio Papæ, ſeu Cameræ Apoſtolicæ, ſed etiam de præjudicio tertii, ſeu Annatiſtarum, cui Princeps, præſertim Eccleſiaſticus, æqui amator, non ità facilè derogare ſolet: & quia erit præjudicium modicum quoad Papam, ejúſque Cameram, ſed non quoad Annatiſtas cauſam oneroſam habentes propter ſuorum Officiorum emptionem de propriis pecuniis: & quia nec Sedes Apoſtolica in caſu *Gonzalez mox prælaudati ad Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſibus gloſ.* 9. §. 2. *num.* 28. aliquod ſentit
præjudicium, & juxta dictum ejuſdem *Gonzalez* 13
loc. citat. n. 4. *in fin.* exigit annatam de Canonicatibus Doctoralibus in caſu eorum vacationis apud Sedem à Proviſis, ſeu electis ab Ordinariis, & Capitulis dictam annatam ſolvere debentibus ratione novæ Proviſionis, & expeditionis literarum Apoſtolicarum in Dataria intrà quadrimeſtre impetrandæ; undè argumentum *Gon-*
zalez per modum tantùm dubitandi excita- 14
tum, ſtringit potiùs, ſicuti enim Canonicatus 15
Doctorales in Hiſpania, non obſtante, quòd ſint duo tantùm in qualibet Cathedrali, ſicque
agatur de modico præjudicio; quando è contrà 16
inibi Beneficia in qualibet Diæceſi adſint pluſ-
quàm duo millia, nihilominùs ſolvunt annatam, 17
eodem fermè pacto Beneficia monocularia; licet
unica; ſicque, licet agatur de modico præjudi- 18
cio ob multiplicitatem aliorum Beneficiorum non monocularium unitorum, ſolvere debent quindennium.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis Menſalibus, de Menſa nuncupatis, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Menſæ Epiſcopali, ſeu Abbatiali unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper Beneficiis hujuſmodi ad favorem Menſæ Epiſcopalis, ſeu Abbatialis reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit Beneficium Menſale, ſeu de Menſa.*
2 *Quid ſit Bona amenſari.*
3 *Ex Beneficio Menſali unito Menſæ Epiſcopali, ſeu Abbatiali, ſivè ex Penſione ad favorem dictæ Menſæ ſuper illo reſervata debentur quindennia.*
4 *Ob præjudicium annatæ intrant quindennia.*
5 *Nemo gravandus duplici onere.*
6 *Quindennium ſolvitur ex Beneficiis unitis Menſæ Capitulari.*
7 *Pontifices volentes, ſolvi quindennia ex Menſa Capitulari, cenſentur voluiſſe, illa etiam ſolvi ex Menſa Epiſcopali, aut Abbatiali.*
8 *Caſus omiſſus habetur pro omiſſo.*
9 *Quindennia ſunt Juri incognita.*
10 *Odioſa ſtrictim interpretanda.*
11 *Ex Beneficiis manualibus unitis debentur quindennia.*
12 *Beneficia manualia poſſunt aliquando à Papa conferri in titulum, quæ, ſi provideantur, evadunt perpetua pro illa vice.*
13 *Beneficia Menſalia conferri non ſolent à Papa perſonis, tamquàm jam unita Menſæ.*
14 *Papa diſmembrare non ſolet talia Beneficia.*

CAPITULUM XXXVII.

1 PRo dicendorum intelligentia præmittendum eſt, Beneficium Menſale, ſeu de Menſa dici illud, quod unitur, ac perpetuò incorporatur alicui Menſæ Epiſcopali, Abbatiali, Capitulari, Dignitatiſve cujuſpiam; ità quòd nunquam vacet, ſed per mortem Prælati conſolidatur Menſæ, *Barboſa de Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 58. *n.* 16. *Garzias de* Benefic. *par.* 11. *cap.* 2. *nu.* 3. *cum ſeqq. Paul. Roman. de Penſion. Eccleſ. cap.* 1. *num.* 8. *cum ſeqq. Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſibus gloſ.* 5. §. 6. *n.* 63. *cum ſeqq. &* §. 7. *nu.* 21. *in fin. verſic. accedit etiam, Maſſobr. in prax. habend. Concurſ. prælud.* 12. *n.* 1. *cum ſeqq.* hinc dicuntur Bona menſalia, ſeu de Menſa, illa, quæ Epiſcopatui, Abbatiæ, Capitulo, aut alteri Dignitati unita, & incorporata ſunt, *Paul. Roman. de Penſion. Eccleſ. cap.* 1. *num.* 7. *cum ſeq.* Barboſa *de Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 95. *nu.* 67. *cum ſeqq. Rota in recentior.*
2 *dec.* 204. *per tot. par.* 2. *tom.* 1. hinc Bona amenſari dicuntur, quando ab Abbate, vel Prælato data in Emphyteuſim, poſteà ob caducitatem, vel lineam finitam, prævia ſolidatione dominii utilis cum directo, devolvuntur ad Menſam Abbatialem, ab eaque retinentur in futurum, illa incorporando, ac uniendo inter cætera Bona Abbatialia, latè *Menoch. conſil.* 79. *per tot. & de præſumption. lib.* 6. *præſ.* 87. *per tot. & de arbitrar. Judic. lib.* 2. *centur.* 5. *cap.* 433. *per tot. Lotther. de re benefic. lib.* 1. *qu.* 42. *n.* 65.

3 Quibus præhabitis, aſſeritur in præſenti, quòd ex Beneficiis Menſalibus, de Menſa nuncupatis, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Menſæ Epiſcopali, ſeu Abbatiali unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper Beneficiis hujuſmodi ad favorem Menſæ Epiſcopalis, ſeu Abbatialis reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; talia enim Beneficia non ampliùs vacant poſt perpetuam unionem, ac incorporationem factam Menſæ Epiſcopali, aut Abbatiali, quamvis de iſtis Beneficiis taliter unitis ſemper ſolvatur annata per conſiſtorialiter Proviſos, cùm uniantur alteri Beneficio de ſui natura vacabili, perque conſequens conferibili, qualis eſt Epiſcopatus, ſeu Abbatia, mediante ceſſu, vel deceſſu Epiſcoporum, ſivè Abbatum pro tempore, adinſtar Beneficiorum unitorum Menſæ Capitulari, quæ nunquam moritur, quo caſu ob præjudicium annatæ intrant quin- 4
dennia, proindèque ſolvendum eſt quindennium tàm ex Beneficio unito Menſæ Epiſcopali, aut Abbatiali, quàm Menſæ Capitulari, alteriuſque Dignitatis, ſub motivo, quòd Beneficium hujuſmodi per talem perpetuam unionem perveniſſe dicatur ad manus mortuas, & tranſitus Beneficii ad manus mortuas de per ſe ſolus eſt ſufficiens ad inducendum onus quindennii, maximè ſi ex hoc tranſitu reſultet etiam annatæ amiſſio, & per conſequens Cameræ, ac Annatiſtarum præjudicium, ad quod reſarciendum introducta fuerunt quindennia ex latè per nos deducta ſuprà in *Cap. I.* atque ſi Beneficium uniatur alteri Beneficio non conferibili, & non vacabili, ſeu manui mortuæ, qualis eſt Menſa Epiſcopalis, aut Abbatialis, quæ adinſtar Menſæ Capitularis, nunquam moritur, quantumvis Epiſcopatus, aut Abbatia, cui Beneficium unitur, de ſui natura verè ſit vacabilis per ceſſum, aut deceſſum Epiſcoporum, ſeu Abbatum pro tempore, nec non conferibilis per promotionem novorum Prælatorum; ideòque quindennium quoque ſolvendum eſt de Beneficio unito Epiſcopatui, aut Abbatiæ, prout ſolvitur de Beneficio unito Capitulo, aut alteri Dignitati, *Maſſa Galleſ. de annat. in fin. verſiculo eſt aliud, in principio,* ibi: *Cùm inter alia proviſionum genera, quæ ab Apoſtolica Sede impetrantur, ſint illæ, per quas Beneficia Eccleſiaſtica uniuntur, & annectuntur aliis, ità quòd non ſint ampliùs vacatura, quod contingit, ſi unio ſit perpetua, nec Beneficium uniatur alteri Beneficio de ſua natura vacabili (puta Epiſcopatui, aut Abbatiæ alicujus Menſæ, aut alii cuivis Beneficio conferibili) tunc enim augetur Epiſcopatus, aut Abbatiæ taxa, pro tertia parte quantitatis fructuum uniti Beneficii, ſi illud non ſit inter taxata in libris Cameræ; & ſi ſit taxatum, tantundem augetur taxa Beneficii, cui fit unio: & ſic de conſueta uniti Beneficii annata, Sedi Apoſtolicæ nihil detrahitur &c. Maſſobr. in prax. habend. Concurſ. prælud.* 12. *per tot. ac ſignanter n.* 3. *in fin.* ibi: *De Beneficiis de Menſa; Beneficia de Menſa non vacant, & dicuntur tranſire ad manus mortuas, pro eiſque ſolvitur quindennium, quando ſunt unita &c. Eſt autem Beneficium de Menſa illud, quod unitur alicui Menſæ Epiſcopali, vel Capitulari, Dignitatiſve cujuſpiam &c. & pro hujuſmodi Beneficiis, ex quò dicuntur perveniſſe ad manus mortuas, ſolvitur Quindennium Cameræ Apoſtolicæ &c.* quamvis 5
non debeat eſſe locus duplici oneri in una, eadèmque re, ſolvendo pro uno, eodèmque Beneficio annatam, & quindennium, quod Jura abhorrent, *l. navis* 4. §. *Sed ſi navis* 1. *ff. ad leg. Rhod. de jactu*; eodem ſanè modo, quo de Beneficio unito Capitulo, ſeu alteri Dignitati, æquum eſt, ut ſolvatur quindennium, cùm iſtud hoc caſu verè uniatur alteri Beneficio non conferibili, nec vacabili, quale eſt Capitulum, aut altera Dignitas, & tale Beneficium unitum nunquam ampliùs ſolvat annatam ob ceſſationem vacationis in futurum; non enim hoc caſu uni-

unitur hujuſmodi Beneficium Canonicatui alicujus particularis, qui mori poteſt, imò debet tamquàm mortalis, & novus Canonicus ſucceſſor in Canonicatu, proviſus de eodem in Dataria Apoſtolica poteſt ſolvere annatam; quo caſu non eſſet locus quindennio; ſed quando unitur Beneficium ipſi Menſæ Epiſcopali, aut Abbatiali, non autem Epiſcopatui, aut Abbatiæ, prout quando illud unitur Menſæ Capitulari, ſeu ipſi Capitulo in communi, verè unitur manui mortuæ, dum tàm Menſa Capitularis, quàm Epiſcopalis, aut Abbatialis, ſivè ipſum Capitulum, tamquàm manus mortua, ampliùs mori nequeat, ideòque eſt locus in hoc caſu quindenniis; quidquid forſitan ſit, quando Beneficium unitur Epiſcopatui, aut Abbatiæ alicujus particularis, qui tamquàm mortalis mori poteſt, & debet, atque ſucceſſor in Epiſcopatu, ſeu Abbatia, conſiſtorialiter proviſus debet omnino ſolvere integram annatam Commune Servitium
6 nuncupatam: ſicuti namque Pontifices ſtatuerunt, ſolvendum eſſe quindennium ex Beneficiis unitis Menſæ Capitulari, juxta *Bullam 6. Pauli II. §. 1. poſt med. Bullam 17. Pauli IV. §. 8. antè med. in Bullar. nov. Roman. tom. 1. Bullam 38. S. Pii V. §. 3. in fine, eod. Bullar. tom. 2. & Bullam 50. Clementis X. §. 1. circà fin eod. Bullar. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la I. V. VI. & XI.* & notat *Pyrrh. Corrad. in prax. benefic. lib. 2. cap. 8. nu. 67. antè med. verſic. cùm verò unio*, ità etiam ſolvendum eſt quindennium de Beneficiis unitis Menſæ Epiſcopali, aut Abbatiali, quia inter unam, & aliam Menſam ex jam dictis in-
7 trat parificatio: ultraquamquòd Pontifices volentes ſolvi quindennia ex Beneficiis Menſæ Capitulari unitis, cenſentur voluiſſe quoque ſolvi quindennia ex Beneficiis Menſæ Epiſcopali, aut Abbatiali unitis, ob identitatem rationis; nec
8 in hoc caſu militat regula, quòd caſus omiſſus in hac materia quindenniorum habendus ſit pro
9 omiſſo, quæ cùm ſint Juri incognita, non habemus Jus commune, cujus diſpoſitioni cenſeatur remiſſus, *Barboſa axiom. 39. n. 1. cum ſeq.* etiamſi
10 verſemur in re odioſa, exindè ſtrictim ad pedem literæ interpretanda, ad *textum in cap. odia 15. de regul. Jur. in 6.*

Eodem fermè pacto, quo ex Beneficiis ma-
11 nualibus, quæ de ſui natura ſunt amovibilia ad nutum Superioris, occurrente ſaltem legitima cauſa, ſi uniantur manui mortuæ, debentur quindennia, juxta diſpoſita per Pontifices in *Conſtitutione 33. Sixti V. §. 4. in princip. Bullar. nov. Roman. tom. 2. Conſtitutione 18. Urbani VIII. §. 2. poſt med. circà fin. tom. 5. & Conſtitutione 50. Clementis X §. 4. poſt med. & §. 5. in med tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* VII. VIII. & XI. ità etiam ex Beneficiis Menſalibus indiſtinctim cuicumque Menſæ unitis, annexis, & incorporatis debentur quindennia, cùm tàm Beneficia manualia, quàm menſalia ejuſdem ſint naturæ, neutraque vacent, vel
12 neutra ſint in ſtatu collativo, licet Beneficia manualia ſua aptitudine poſſint aliquando à Papa uti Domino abſoluto in beneficialibus, ſi velit (quod tamen raró practicatur) conferri in titulum, perque conſequens perpetua evadere pro illa vice, & data poſtmodùm eorum vacatione redire ad primævum ſtatum manualitatis, cùm res de facili ad priſtinam naturam revertatur, *Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 5. §. 6. n. 36. Lotther de re benef lib. 1 quæſt. 34. n. 63. Caſtropal. moral tom. 2.* de *Benefic diſput. unic. punct. 5. num. 15. Pyrrh. Corrad. in prax. beneficiar. lib. 1. cap. 6. n. 305. cum ſeqq Sylva* de *Benefic. par. 3. qu. 11. n. 131. Rota poſt Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. dec. 47. n. 5. cum ſeq.* & è contrà Beneficia 13
Menſalia non ſolent conferri à Papa perſonis, tamquàm jam unita Menſæ; aliàs diſmembranda eſſent, quod Papa non ità facilè permittet in 14
non leve præjudicium Menſæ.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis Parochialibus, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis cum perpetuis Vicariis, ad ornatum *Bullæ S. Pii V. in ordine la 47. §. 3. Bullar. nov. Rom. tom. 2. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. prætermiſſ. in ordine la I.* dempta tamen congrua Vicariorum, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Perpetua unio Eccleſiæ Parochialis prohibetur per* Sacr. Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. de Reformatione cap. 13.

2 *Perpetua unio* Beneficiorum *ſimplicium permittitur per* idem Sacr. Concil. Tridentin. ſeſſ. 23. de Reformatione cap. 18.

3 *De Jure communi permiſſa erat perpetua unio etiam Eccleſiarum Parochialium, & in hoc correctum fuit Jus commune per* Sacrum Concilium Tridentinum.

4 *Per Papam etiam poſt Concilium benè fieri poteſt perpetua unio Eccleſiæ Parochialis, & adducitur locus* Matthæi cap. 16. verſ. 19. & 20. & cap. 18. verſ. 18. & Joann. cap. 20. verſ. 23. & 24.

5 *Præſervata cenſetur auctoritas Papæ in omnibus Decretis Conciliaribus.*

6 Sacr. Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de Reformat. cap. 6. *prohibuit, quòd Beneficia Curata convertantur in ſimplicia.*

7 Idem Sacr. Concil. *non prohibet unionem, quæ temporalia tantùm transfert in Eccleſiam, cui fit unio cum aſſignatione congruæ pro Vicario perpetuo.*

8 Idem Sacr. Concil. ſeſſ. 7. de Reformatione cap. 7. *tolerat tales uniones, dummodò exerceatur cura animarum per Vicarium.*

9 *In* Conſtitutione 33. Sixti V. Bullar. nov. Roman. tom. 2. *ſupponitur, Beneficia Curata uniri poſſe etiam ab Ordinario.*

10 *Exceptio firmat regulam.*

11 *Idem deprehenditur ex mente* Conſtitutionis 47. S. Pii V. Bullar. nov. Roman. tom. 2.

12 *Cura actualis reſidet penès Vicarium perpetuum.*

13 *Intellectus* Sac. Concil. Trident. *circà prohibitionem unionis.*

14 *Quando Ordinarius unire valeat Eccleſias Parochiales Eccleſiis Parochialibus.*

15 *Manus mortua, nunquam moritura eſt.*

16 *Perſona particularis indiget unione temporali, & ad-*

adducitur locus Job cap. 10. verſic. 20. cap. 14. verſic. 1. & 5. & cap. 17. verſic. 1. & Geneſ. cap. 47. verſic. 9.

17 *Unio Beneficiorum, exiſtente juſta cauſa, permittitur.*

18 *Ex* Parochiali *unita cum perpetua Vicaria, manus mortua tenetur ad quindennium, dempta tamen congrua Vicarii.*

19 Supradicta Bulla Piana §. 3. *onerat conſcientiam Vicarii in caſu non ſolutionis integri quindennii.*

20 *Oneratio conſcientiæ Vicarii refertur ad caſum non factæ à Vicario ſolutionis annatæ.*

21 *Canonicus Coadiutus patitur punctaturas ob non reſidentiam Canonici Coadjutoris.*

22 *Solvens uſurario uſuras, eſt cooperator peccati alterius.*

23 *Rejicitur* Duard. reſol. moral. parte 5. tract. 7. reſol. 12. verſiculo his tamen.

24 *Intellectus Bullarum quindenniorum.*

25 *Argumentum à contrario ſenſu in Jure validiſſimum eſt.*

26 *Bullæ quindenniorum excipientes à contrario ſenſu à quindenniis Beneficia de tempore Unionis, Curam habentia, non intelligunt de Cura Animarum, ſed benè de Cura ægrotorum.*

27 *In tantum Hoſpitalia de tempore Unionis, Curam ægrotorum habentia eximuntur à quindenniis, in quantum non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica.*

28 *Adſunt etiam Hoſpitalia, in quibus exercetur ſola Hoſpitalitas, ratione hoſpitationis peregrinorum, abſque Cura ægrotorum.*

29 *Mentio celeberrimæ Archiconfraternitatis Sanctiſſimæ Trinitatis Peregrinorum de Urbe.*

30 *Etiam Beneficia Parochialia ſubjiciuntur quindenniis.*

31 *Manus mortuæ tenentur indicare Beneficia Parochialia ſibi unita, non ad alium effectum, quàm ad ſolvendum ex illis quindennia.*

32 *Bullæ quindenniorum ſi aliter intelligendæ eſſent, daretur in eis contradictio, ſeu correctio in continenti, & cur.*

33 *In quo caſu verbum* Cura *in* Bullis *quindenniorum referatur ad Curam Animarum.*

34 *Et in quo caſu referatur ad Curam ægrotorum.*

35 *Eſſet contradictorium in eiſdem* Bullis *quindenniorum mandari, modò ſolvi, & modò non ſolvi quindennia ex* Beneficiis *Curam habentibus.*

36 *Contraria concordanda ſunt.*

37 *Ex Parochialibus Ducatos XXIV. excedentibus debetur Annata in Proviſione.*

38 *Conſequens eſt, quòd vigore ſubrogationis quindennii loco annatæ, ex Unione Parochialium debeatur quindennium.*

39 *Eadem ratio, eadèmque diſpoſitio militat in* Beneficiis *Parochialibus unitis, quæ militat in aliis* Beneficiis *non Parochialibus unitis.*

40 *Idem damnum, quod reſultat Annatiſtis ex Unione* Beneficiorum *non* Parochialium*, reſultat ex Unione* Beneficiorum *Parochialium.*

41 *Ubi eſt eadem ratio, ibi debet eſſe eadem Juris diſpoſitio.*

42 Bull*æ quindenniorum ſubjiciunt quindenniis etiam* Beneficia *Parochialia unita.*

43 *Dictæ Bullæ ponunt rem in claris, & faciunt caſum legis.*

44 *In* ſupradicta Bulla Piana §. 3. *dicitur, quòd ſolvi debeat integrum quindennium in caſu omiſſæ à Vicario ſolutionis annatæ.*

45 *In* eadem Bulla *dicitur, iniquum eſſe, quòd ſolvatur integrum quindennium, quando non percipiuntur integri fructus, ſtante erectione Vicariæ.*

46 *Leges Grammaticæ etiam in legibus noſtris, quantumvis non adeò exacto rigore regularum grammaticalium ſervandæ ſunt.*

47 *Nec ſemper eſt verum, quòd leges noſtræ* Priſciano *non ſubjacent.*

48 Perpenditur Bulla 47. S. Pii V. §. 3. Bullar. nov. Rom. tom. 2.

49 *Quis ultrà modum gravandus non eſt, juxta mentem prælaudatæ* Bullæ Pianæ.

50 *Res non eſt reducenda ad inæqualitatem.*

51 *Qui non ſentit commodum, non debet ſentire incommodum.*

52 *Vicarius* Parochialis *unitæ eſt perſona particularis, & habet tantùm fruitionem vitalitiam ſuper ſua congrua.*

53 *In* eadem Bulla *dicitur, quòd manus mortua non teneatur ad integrum quindennium, dummodò Vicarius ſolvat annatam.*

54 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

55 *Argumentum à contrario ſenſu in Jure validiſſimum eſt.*

56 *Iterùm perpenditur citata* Bulla Piana.

57 *Verba imperſonaliter concepta quando reduci videantur ad perſonalitatem.*

58 *Verba dubia, benè declarantur per ſubſequentia.*

59 *Verba referenda ſunt ad ea, quibus magis conveniunt.*

60 *Verba* integrum quindennium ſolvi debere *magis, immò ſolummodò conveniunt manui mortuæ.*

61 *Manus mortua, juxta Bullas quindenniorum, eſt ſola debitrix quindennii.*

62 Ponderantur Bull*æ quindenniorum.*

63 *Adducitur earundem* Bullarum *interpretatio.*

64 Per *organum Superiorum, & Procuratorum Locorum* Piorum*, ſeu manuum mortuarum fieri ſolent quindenniorum ſolutiones, dum etiam per eorundem organum fieri ſolent* Unionum *petitiones.*

65 *Ad quem effectum adducitur* Bulla 23. Innocentii X. Bullar. nov. Rom. tom. 5.

66 *Cauſa perpetuitatis manus mortuæ præbuit anſam introducendi quindennia.*

67 *Dictio* alioquin *diverſificat caſus, eſtque conditionalis.*

68 *Intellectus* Regul. 22. Cancellar. de Union.

69 *Intellectus* Regul. 34 hodiè 35. Cancellar. de annal.

70 *Intellectus* Statut. Urb. lib. 1. cap. 145.

71 *Ex obſervantia interpretationem ſumere debent verba ſæpè laudatæ* Bullæ Pianæ*, quando etiam forſitan aliquam paterentur ambiguitatem.*

72 *Ob imperſonalitatem verborum utraque pars obligatur.*

73 *Magis expedit habere plures obligatos.*

74 *Verba intelligenda ſunt ſecundùm ſubjectam materiam.*

75 *Subjecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant.*

76 *Sublata materia, & ſubjecto, tollitur etiam prædicatum.*

77 *Inobediens, & delinquens non debet eſſe melioris conditionis.*

78 *Iniqua conditio inferenda non eſt.*

79 *Nemo locupletari debet cum jactura aliena.*

80 *Pœna tenere debet ſuos auctores.*

81 *Affertur locus* Ezechiel. cap. 18. verſ. 20.

82 Perpenditur *prælaudata* Bulla Piana §. 3.

83 *Clauſula* nec aliàs *importat præciſam neceſſitatem.*

84 *Iterùm expenditur* Bulla Piana.

C A-

CAPITULUM XXXVIII.

1 PRæmittendum eſt, quòd, etiamſi prohibita ſit per *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ.24. de Reformat. cap.13. in principio, verbo dum tamen Curata non ſint, & in med. verſic. in unionibus, verbo Eccleſiæ Parochiales*, perpetua unio Eccleſiæ Parochialis ad favorem Loci Pii, ſic-
2 que manus mortuæ, permiſſa tantummodò unio perpetua Beneficiorum ſimplicium per *eandem Sacroſanctam Tridentinam Synodum ſeſſ.23. de Reformat.cap.18. in med. verbo nec non* Beneficia *aliquot ſimplicia, & ſeſſ.24. de Reformat. cap.15. verſic. ſimplicia* Beneficia, correcto in hac parte
3 Jure communi permittente perpetuas uniones etiam Eccleſiarum Parochialium, juxta *cap. expoſuiſti 33.de Præbend.ubi Abb.n.4.Fagnan.nu.3. Barboſa de Epiſc. par.3.alleg.66.n.3.Caccialup. de*
4 *union.artic.4. num.16.* attamen per Papam etiam poſt Concilium benè fieri poteſt perpetua unio, cùm iſtud illum non liget, ſed ligetur ab illo, non auferens, nec auferre valens Summo Pontifici, cui dici nequit cur ità facis, omnimodam auctoritatem ſibi à Deo traditam, (juxta illud *Matth.cap.16.verſ.19. & 20. & cap.18. verſ.18. & Joann.cap.20.verſic.23. & 24. quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis*) accedente potiſſimùm neceſſitate manus mortuæ, cui fit unio, *Oldrad. conſ. 223. per tot.* ubi de perpetua unione quatuor Parochialium per Papam facta ad favorem Menſæ Epiſcopalis Monacen., & *conſ. 257. per tot.* ubi meminit perpetuæ unionis Parochialis Eccleſiæ S. Medardi de Benaſſato Minoten. Diæceſis à Nicolao IV. & Clemente V. approbatæ ad favorem Menſæ Epiſcopalis ex ſola quidem cauſa leviſſima, penuriæ nempè (quis crederet, niſi bonus potator) boni vini in Cathedrali, quo abundabat Parochialis unita, & *conſ.260.& 262.* ubi de unione decem Parochialium facta decem Dignitatibus Cathedralis, *Fagnan. in cap. expoſuiſti 33.num.5. & 11. in fine, verſiculo ſecùs, de Præbend. Paſtor de Benefic.lib.1.tit.4.nu.9.* ubi de unione Parochialis Eccleſiæ Ruralis loci de Tournes in Gallia facta poſt Concilium favore Collegii Aquen. PP. Societatis Jeſu, & de unione Parochialis favore PP. Oratorii Jeſu Miniſtrantium in Eccleſia B. Mariæ Virginis Gratiarum Cotignacen. pariter in Gallia, ex cauſa, quòd de anno 1609. Virgo Deipara bis apparuerit in eodem loco Joanni dela Sacco pio viro, & quòd PP. prædicti Peregrinos piè hoſpitentur, *Velaſc. de privileg. pauper. parte 1. qu. 12. num.7. Florez Diaz de Mena var.quæſtion. lib.1. qu. 10. artic.1. §. 1. per tot.* ubi de unione Parochialis facta Monaſterio Monialium de Vega in Hiſpania, & *n 5.in med.verſiculo & in Hiſpania*, ubi de unione plurium Parochialium favore percelebris Monaſterii Monialium delas Huelgas, ſeu Guelgas Burgen, *Rodriguez quæſt. Regular. tom 3.quæſt.80.artic.2.in principio*, ubi de unione ab Eugenio IV. facta ad favorem Monaſterii S. Juſtinæ Ordinis Benedictinorum, ſeu Caſſinenſium Paduæ, *Card. de Luca in annotat. ad Sacr.Concil.Tridentin. diſcurſ.8.n.18 circà fin.* ubi refert, Papam paſſim conſueviſſe Parochiales Eccleſias unire Cathedralibus Eccleſiis, ſeu Capitulis ex cauſa neceſſitatis, *Clericat. diſcord. forenſ. de Benefic.& Penſion. par.1. diſcord.75.n.1. 2.& 8.ac per tot.* ubi de Parochiali Eccleſia S.Bartholomæi Villæ, ſeu Oppidi Faræ per Papam unita Menſæ Capitulari Patavinæ ob tenues Canonicatuum proventus, *Tondut. reſol.Canonic.& beneficial.par.2.cap.151.n.5.* ubi de unione Parochialis facta Monaſterio, *Rota poſt Tamburin. de jure Abbat. tom. 3. dec. 102 in principio*, ubi de unione Parochialis Eccleſiæ S. Stephani Auguſtanæ Diæceſis ad favorem Monaſterii, & *poſt Murg. ad Conſtitution. Apoſtolic. dec.7. cum ſeqq.* ubi de unione Parochialis Eccleſiæ S. Pelagii de Arredondo Burgen. Diæceſis ad favorem Monaſterii S. Salvatoris de Oña Ordinis S. Benedicti Congregationis Hiſpaniarum, & coram *Card. Cavaler. dec.595.nu.1.* ubi de unione Parochialis per Pium IV. Capitulo Derthuſen. in Hiſpaniis facta, & in *recentior. dec.565. in principio, juncto n.4 in principio, part.5. tom.2.* ubi de unione Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ in Poſterula de Urbe in Via vulgò *all'Orſo*, à Sede Apoſtolica facta de anno 1626. ſicque longè poſt Concilium, Collegio Congregationis Monachorum Cæleſtinorum Ordinis S. Benedicti, *deciſ.617. per tot. par.18. tom. 2.* ubi de unione Parochialis Eccleſiæ S. Stephani Cracovien. Civitatis de Jurepatronatu Regis Poloniæ facta poſt Concilium etiam auctoritate Ordinaria de anno 1602. per Epiſcopum ad favorem Domus Probationis PP. Societatis Jeſu, poſteàque per eundem Epiſcopum ad Cardinalatum promotum, ac pro Poloniæ Regno Legatum de Latere creatum, auctoritate Apoſtolica confirmata, & approbata vigore ſpecialis facultatis ſibi in literis Apoſtolicis impertitæ, & *Sacra Congregatio Concilii in Compoſtellana Unionis 20. Septembris 1692. regiſtrata in libro 42.Decretor.fol. 544.* cenſuit, concedendam eſſe unionem Parochialis Eccleſiæ de loxo ad favorem Monaſterii S. Dominici, præſervata 5
namque cenſetur ampliſſima auctoritas Papæ in omnibus Decretis Conciliaribus, prout ipſummet *Sacrum Concilium Tridentinum* venerabundè proteſtatur in hypotheſi perpetuæ unionis, *ſeſſ.7. de Reformat.cap.6. in fine*, & in terminis generalibus *ſeſſ.25.de Reformat.cap.21.*

Omiſſo, quòd forſitan Decretum Conciliare videtur prohibere uniones Parochialium in ſolo caſu, quo Parochiales uniendæ, penitùs amitterent curam animarum, & converterentur in Be- 6
neficia ſimplicia, quod fieri prohibuit *idem Concilium ſeſſ.25. de Reformat.cap.6.ubi Barboſa*; ſicque prohibet dumtaxat unionem extinctivam curæ in primæva Eccleſia unienda, non autem 7
unionem, quæ temporalia tantùm transfert in Eccleſiam, cui fit unio cum aſſignatione congruæ pro Vicario perpetuo, cùmque ſpiritualium reſervatione in primæva Eccleſia per Vicarium pro tempore adminiſtrandorum, *Monet.de commutatione ultim.voluntat.cap.11.conc.3.n.99. antè med. verſiculo ità, ut*: quod mirè comprobatur, dum *idem Sacrum Concilium ſeſſ. 7. de Re-* 8
format. cap. 7. tolerat ejuſmodi uniones, dummodò mediantibus illis non deferatur cura animarum, ſed illa exerceatur per Vicarium perpetuum pro tempore ab Ordinario deputandum, in apertiſſimus verbis ibi: *Beneficia Eccleſiaſtica Curata, quæ Cathedralibus &c. perpetuò unita, & annexa reperiuntur, ab Ordinariis &c. viſitentur, qui &c. providere procurent, ut per idoneos Vica-*

rios etiam perpetuos &c. deputandos Animarum
cura laudabiliter exerceatur &c. ad quod advertit
*Moneta de commutat.ultim.volunt. cap.*11.*conc.*3.
*num.*99 *poſt med. verſiculo undè ipſum Concilium*;
9 immò poſt ipſum Concilium in *Conſtitutione* 33.
Sixti V. §.2. *Bullar.nov Rom. tom* 2. ſupponitur,
Beneficia Curata uniri poſſe etiam ſola auctori-
tate Ordinaria, dum à Beneficiis ſic unitis nec
excipit quoad ſolutionem quindennii Beneficia
10 Curata, ut §.4. etenim exceptio firmat regulam,
ad quod benè reflectit *Monet loc.mox citat propè*
fin.verſiculo ac p.ſt ipſum Concilium Tridentinum,
11 idèmque fermè depræhenditur ex mente *Conſti-*
tutionis 47.*S. Pii V. eod. Bullar. eodèmque tom.*2.
ut notat *Moneta loc. relat. circà fin. verſiculo id*
ipſum.

Mens autem Concilii prohibendi perpetuas
hujuſmodi Parochialium uniones, non alia
fuit, quàm, ut Parochialibus quoad fieri poſſet
ob animarum ſalutem proſpiceretur, nè anima-
rum cura defereretur, non verò, ſi unio Paro-
chialis perpetuò fiat abſque deſertione curæ, quæ
12 habitualis remanere debet penès manum mor-
tuam, cui fit unio, & actualis cura penès Vica-
rium perpetuum pro tempore deputandum, ad
textum in cap.ſuper eo 6.*ubi gloſſa verbo annexæ*,
de Præbend.in 6. *Turricella de union.Benefic.cap.*4.
*n.*4. *cum ſeqq.Rota recentior.dec.*10.*nu.*2.*cum ſeqq.*
*par.*14.*dec.*817.*n.*16 *par.*18. *tom.*2. vel prælauda-
13 tum Decretum Conciliare venit intelligendum
de perpetuis unionibus Parochialium faciendis
manui mortuæ ſitæ in loco alterius Diæceſis ab
ea, cujus ſunt Parochiales uniendæ, nè aliàs
Diæceſes, & Eccleſiaſticus ordo confundantur,
ut *ſeſſ.*14. *de Reformat. cap.*9. ibi: *Beneficia unius*
Diæceſis, etiamſi Parochialis Eccleſiæ &c. etiam
ratione augendi cultum divinum &c. alterius Diæ-
ceſis Beneficio, aut Monaſterio, ſeu Collegio, vel
Loco etiam Pio perpetuò non uniantur &c. quod
ponderat *Monet. loc. ſæpè relat. in med. verſiculo*
14 *denique*; *& idem Concilium ſeſſ.* 21. *de Reformat.*
*cap.*5. permittit Ordinariis Locorum, ut perpe-
tuò unire valeant Parochiales Parochialibus ob
earum paupertatem, de qua fusè *Novar. var.*
*practic.nov.Jur.Pontific.concluſ.*124.*per tot.*

15 His accedit, quòd manus mortua, uti nun-
quam moritura, *cap.liberti* 12. *quæſt.*2.*cap.ſi gra-*
tiosè 5.*de Reſcript.in* 6. indiget perpetua unione,
16 nec eſt adinſtar perſonæ particularis, quæ non
indiget, niſi vitalitia & temporanea unione, cùm
perſona tamquàm mortalis, non ſit perpetua,
ut eſt manus mortua tamquàm immortalis, ve-
luti diſtinguit *Rota coram Card.* Puteo *deciſ.* 240.
*n.*5. *lib.* 1. & procul dubio etiam conſiderari po-
teſt utilitas ex parte Eccleſiæ Parochialis unitæ,
dum illius Bona ſecuriùs conſervabuntur à manu
mortua, quæ nunquam moritur, eſtque ſemper
eadem, quàm à Parocho, qui nunquam eſt
idem, nec unquam idem, etiamſi vellet, eſſe
poteſt ob humanæ conditionis mortalitatem:
per viam enim perpetuæ, ac plenariæ unionis
perpetuò incumbere debet manui mortuæ cura,
& cultura Bonorum Parochialis unitæ, quæ po-
tiùs meliorabit, quàm deteriorabit tamquàm
effecta propria in perpetuum, è contrà Paro-
chus brevi diſceſſurus, quia brevi victurus tam-
quàm homo (juxta illud *Job.cap.*10. *verſic.*20.
nun quid non paucitas dierum meorum finietur bre-
*vi &c. cap.*14. *verſic.*1. & 5.: *brevi vivens tem-*
pore &c. breves dies hominis ſunt &c. & cap. 17.
verſ. 1.: *dies mei breviabuntur, & ſolum mihi ſu-*
*pereſt ſepulchrum &c. & Geneſ.cap.*47. *verſic.*9.:
dies peregrinationis vitæ meæ &c. parvi, & ma-
li &c.) non adeò fidelis cuſtos, & diligens cul-
tor Bonorum eſſe ſolet, cùm Bona hujuſmodi
non ſint tranſitoria ad ejus hæredes, ſed in illis
ſe habet adinſtar ſimplicis affictuarii, qui curat
omni meliori modo emungere fructus, nulla
habita ratione ſucceſſoris in Beneficio, & dete-
riorationis rei, ac inſuper ægrotante Vicario per-
petuo pro tempore manus mortua, cui facta fuit
unio, invigilabit adminiſtrationi Sacramento-
rum, quando è contrà ægrotante Rectore, ne-
ceſſe eſt adire Ordinarium pro Æconomi depu-
tatione, ac interim fideles tàm expedito, prom-
ptòque pabulo eſuriunt; ità, ut, exiſtente juſta 17
cauſa, in Jure paſſim admittitur unio Beneficio-
rum, *cap. ſicut unire* 8. *ubi Gonzalez Tellez nu.*3.
& 5.*de exceſſib.Prælat.cap.expoſuiſti* 33. *ubi Bar-*
*boſa n.*4. *de Præbend. Rebuff.in prax.benefic.tit. de*
*union.n.*22. *Pax Jordan.de re benefic.tom.*2.*lib.*10.
*tit.*32.*n.*1. *Garzias de Benefic par.*12. *cap.*2. *n.*62.
Card.de Luca in annotat. ad Sacr Concil.Tridentin.
*diſcurſ.*8. *num.*13. *alter de Luca ad Ventrigl. prax.*
*Eccleſ.annotat.*8 §.1.*n* 13. & §.2.*n.*21. *cum ſeqq.*
*Gonzalez ad Regul.*8 *hodie* 9 *Cancellar.de Menſib.*
*gloſ.*2.*num.*20. *Mandoſ. ad Regul.*22.*Cancellar. de*
*union.qu.*5.*n.*3.*Frances de Eccleſ.Cathedral.cap.*8.
*n.*20.*Lotther.de re benefic.lib.*1.*qu.*28.*n.*111.*Fuſc.*
*de viſitation. lib.*2.*cap.*2.*num.*19. *Barboſa ad Sacr.*
*Concil.Tridentin.ſeſſ.*7.*de Reformat.cap.*6. *num.*11.
& 19.& *ſeſſ.*21.*de Reformat.cap.*5.*n.*7 *cum ſeq.*&
*de Epiſcop.par.*3.*alleg.*66.*nu.*3. & *de Jure Eccleſ.*
*lib.*3.*cap.*16.*n.*37. *cum ſeq.Rota coram Card.Sera-*
*phin. dec.*1078. *n.*1.& 4.*tom.*2. *Bich. dec.* 140. *n.*1.
*to.*1.*Gregor.XV.dec.*49.*n.*3 *et in recen.dec.*91.*n.*19.
*par.*4.*tom.*1.*dec.*317.*nu.*2.*par.*14. *dec.*817. *num.*2.
*par.*18.*tom.*2.

Quibus ad ſaturitatem pro clariori dicendo-
rum intelligentia præhabitis, reſolvimus in præ-
ſenti, quòd ex Beneficiis Parochialibus, annuum 18
valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Ca-
mera excedentibus, manui mortuæ unitis cum
perpetuis Vicariis, ad ornatum *Bullæ S.*Pii *V. in*
ordine la 47.§.3.*Bullar.nov Rom.tom.*2.*repetit.poſt*
Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. prætermiſſ. in or-
dinene la I. dempta tamen congrua Vicariorum,
etiam adhùc debentur quindennia, attenta lite-
rali diſpoſitione memoratæ Bullæ Pianæ in ver-
bis ibi: *Et quoniam iniquum eſſet, eos, qui com-*
modis privantur, eadem onera, quæ priùs ſuſtine-
bant, debere ſufferre, volumus, & ſtatuimus,
quòd Eccleſiæ, Monaſteria, Collegia, Beneficia,
& Pia *Loca hujuſmodi, in quorum Parochialibus*
Eccleſiis unitis continget Vicarias prædictas erigi,
pro quantitatibus fructuum ipſis Vicariis perpetuis
aſſignatorum, ad ſolutionem quindenniorum, quam
Nobis, & Cameræ Apoſtolicæ ſolvunt, ulteriùs
non teneantur, ſed eis detractio fiet ad ratam certo-
rum, quæ de fructibus dictarum Parochialium per-
cipiuntur. Ità tamen, quòd Vicarii perpetui, qui
pro tempore deputabuntur, teneantur accipere à
Sede Apoſtolica novam proviſionem ſuæ deputatio-
nis, & ſolvere annatam pro portione fructuum,
reddituum, & proventuum certorum ſibi aſſignata,
& expediri literas Apoſtolicas, nec aliàs ad poſſeſ-
ſionem dictarum Vicariarum perpetuarum, & ſer-
vitium earundem Parochialium admitti poſſint, niſi
ſolu-

ſoluta annata, *& expeditis literis Apoſtolicis novæ proviſionis*, *ut præfertur*, *alioquin integrum quindennium ſolvi debere*, *nec Vicarii prædicti anteà tuta conſcientia fructus percipere poſſint*. Cui aſſiſtit fortiſſima ratio, quòd ſicuti Annatiſtæ ſequeſtrare poſſunt congruam Vicarii pro rata Annatæ non ſolutæ, ità ad evitandos inanes circuitus poſſunt directè agere contrà ipſam manum mortuam tamquàm debitricem ſui debitoris, facta tamen diſtinctione inter Vicarias perpetuas, & manuales, quales eſſe ſolent Vicariæ Regulares, & quamplures etiam Sæculares.

Nec obſtat, quòd hoc modo ex culpa Vicarii non ſolventis annatam in actu proviſionis ſuæ Vicariæ, condemnanda non ſit manus mortua ad integrum quindennium, non dempta portione fructuum aſſignatorum Vicario: quia benè conſultum remanet indemnitati manus mortuæ, mediante condictione indebiti, poſteà nempè repetendo à Vicario illud plus, quod ſolvit manus mortua, ſicque illud, quod ſolvere teneretur Vicarius, ſi ſolveret annatam, prout illam ſolvere tenetur; & ex abundantiori cauthela reportare poterit eadem manus mortua ab Annatiſtis, ſeu Officialibus Cameræ Apoſtolicæ, ceſſionem jurium contrà Vicarium retorquendorum ex vulgatis.

Minùs obſtat, quòd in *fine mox citati* §. 3.
19 *Bullæ Pianæ* oneretur conſcientia Vicarii in caſu non ſolutionis integri quindennii; undè ſolutio integri quindennii videtur directa Vicario, quia
20 oneratio conſcientiæ Vicarii refertur ad caſum non factæ à Vicario ſolutionis annatæ, ex traditis per *Barboſ. de clauſul. clauſ.* 24. *per tot. & ſignanter num.* 8. *cum ſeqq.* omiſſo, quòd manus mortua in præſenti materia ſe habet adinſtar
21 Canonici Coadjuti, qui patitur punctaturas ob non reſidentiam Canonici Coadjutoris, quantumvis Coadjutus non ſit in culpa: habet tamen iſte contrà Coadjutorem actionem pro relevatione, & repetere poteſt, ad cumulata per *Remocamp. de Coadjutor. cap.* 13. *n.* 3. *cum ſeq.* æquitas enim ſuadet, ut, cùm per omiſſionem Coadjutoris damnum patiatur Coadjutus, ab ipſo relevetur. Hinc fit, quòd, ſi Vicarius annatam non ſolverit, detractio habetur, ac ſi facta non eſſet; ergò manus mortua, cui facta fuit unio, tenebitur ad integrum quindennium: quandoquidem Summus Pontifex imperſonaliter ſtatuit, *integrum quindennium ſolvi debere* (ſunt verba Bullæ;); & hæc imperſonalitas refertur ad eum, qui antè detractionem portionis Vicarii, debitor erat quindennii, qualis eſt procul dubio manus mortua: neque in aliquo remanet præjudicatum manui mortuæ, dum in caſu, quo ſolvit integrum quindennium, non ſolvit congruam Vicario, neque in conſcientia illam ſolvere poteſt, cùm Vicarius in conſcientia juxta prælaudatam *Bullam Pianam*, congruam recipere nequeat: alias, ſi illam ſolveret manus mortua Vicario, eſſet profectò particeps peccati, ſicut
22 ille, qui uſurario ſolvit uſuras, tamquàm cooperator peccati alterius, ipſi dans proximam (ut inquiunt Moraliſtæ) materiam peccandi, adinſtar propinantis vinum ebrio, vel deponentis Virginem penès luxurioſum, *Hurtad. de Mendoza in* 2. 2. *diſput.* 173. *ſect.* 14. §. 182. *Valentia diſpu.* 21. *quæſt.* 21. *punct.* 4. *tom.* 3. *Azor. inſtitution. moral. par.* 3. *lib.* 5. *cap.* 17. *qu.* 2. *&* 3. quidquid in contrarium inclinaverit, ſeu declinaverit minùs delicatæ conſcientiæ *Duard. reſol. moral. parte* 5. 23
tract. 7. *reſol.* 12. *verſiculo bis tamen*, ſub debili fundamento, quòd qui ſolvit uſuras, non offert materiam proximam peccati, prout illam offert, qui propinat vinum ebrio, quive deponit Virginem penès luxurioſum; cùm ſolvens uſuras, non agit, ſed patitur injuſtitiam, dum ab eo extorquentur pecuniæ; pati autem injuſtitiam nullum peccatum eſt, imò meritum: ſed quàm falſum ſit hujuſmodi ratiocinium, patet ex eo, quòd aliàs ſequeretur, quòd præſtans lenocinium, non peccaret, nec peccato cooperaretur, hocque aſſerere eſt erroneum in bona Theologia: ſicque (deveniendo ad rem noſtram) miniſtri manus mortuæ, puta Eccleſiæ, Monaſterii, aut cujuſcumque Loci Pii peccarent mortaliter, & peccare facerent Vicarium, ſi tali caſu eidem congruam ſolverent, quam in conſcientia recipere nequit.

Longè minùs obſtat, quòd Parochiales unitæ, videantur à quindenniis immunes juxta le- 24
cturam *Conſtitutionis* 33. *Sixti V.* §. 2. *Bullar. nov. Roman. tom.* 2. ibi: *ſtatuimus*, *& declaramus*, *quòd uniones*, *annexiones &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis tàm Sæcularibus*, *quàm Regularibus*, *etiamſi Monaſteria Monialium*, *& Hoſpitalia fuerint*, *quæ tamen tempore ipſarum unionum*, *Cura*, *Conventu*, *& Hoſpitalitate caruerint &c. cuicumque Eccleſiæ &c. factæ*, *& faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendantur &c. & Conſtitutionis* 18. *Urbani VIII. in principio circà fin.* per edemmet verba, *tom* 5. *& Conſtitutionis* 50. *Clementis X.* §. 4. *in principio*, per eademmet verba, *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* VII. VIII. & XI. quaſi quòd memoratæ Bullæ ſubjicientes quindenniis Beneficia Parochialia, ſeu Curata de tempore unionis, Parochialitate, ſeu Cura carentia, à contrario ſenſu (quod ar- 25
gumentum in Jure ex traditis per *Everard. in Topic. legal. loc.* 4. *per tot. Barboſ. loc. commun.* 27. *n.* 1. *cum ſeqq. Card. de Luca de feud. diſc.* 3. *num* 3. validiſſimum eſt) videantur per neceſſarium conſequens in bona Philoſophia ſaltem legali, voluiſſe excipere, ac eximere à quindenniis Beneficia Parochialia, ſeu Curata, de tempore unionis, Parochialitate, ſeu Cura non carentia: prædictum tamen obſtaculum (neſcio, an ſubtiliter, vel groſſolanè excitatum,) in ſola ſuperficie ſumpto verbo *Cura*, nullo pacto ſubſiſtere valet, ſed verbum *Cura* concordandum cum proximè ſequentibus verbis in eadem oratione prolatis, ſuum recipit ſenſum, ab eiſque regitur; ità, ut hùc uſque literaliter, ſeu ad pedem literæ recitata dicta verba (quæ etiam repetita leguntur penès *Lotther. de re beneficiar. lib.* 1. *quæſt.* 29. *n.* 4.) ibi: *quæ tamen tempore ipſarum Unionum*, *Cura*, *Conventu*, *& Hoſpitalitate caruerint*, non loquuntur, nec per umbram quidem (citrà læ- 26
ſionem boni ſenſus) de Beneficiis Parochialibus, ſeu Curatis habentibus Curam Animarum, ſed de Hoſpitalibus tantùm habentibus Curam ægrotorum, vel Hoſpitalitatem, ut, declarando, & gloſſando mox prælaudatas Bullas Sixtinam, Urbanam, & Clementinam, ponderat *Amayden de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindennio*, *n* 10. *cum ſeqq.* ibi,, habemus, quindennia non ſolvi pro Unionibus factis de Hoſpi-,, tali-

„ talibus &c. niſi &c. Hoſpitalia hujuſmodi de
„ tempore unionis careant Cura &c. nam cùm
„ illa non ſolvant Annatam, neque etiam ſub-
„ jacent ſolutioni quindenniorum; aliud enim
„ eſt, quòd quindennia ſolvantur pro Benefi-
„ ciis, quæ uniuntur &c. Hoſpitalibus, &
„ aliud, quòd ſolvantur pro &c. Hoſpitalibus,
„ quando uniuntur &c. priori enim caſu Came-
„ ra Apoſtolica, & Officiales Cancellariæ dam-
„ num paterentur, quia pro illis Beneficiis ſol-
„ vebatur Annata, quæ cum per unionem fuerit
„ ſublata, æquum eſt, quòd ſubintret quinden-
„ nium. Secundo verò caſu pro &c. Hoſpitali
„ habente Curam non ſolvitur Annata, quia
„ adminiſtratio eſt quid manuale, & omnes
„ fructus ſunt addicti ægrotis &c. ſi verò Hoſpi-
„ tale careat Cura, tunc redditur adinſtar Be-
„ neficii ſimplicis, pro cujus unione rectè exi-
„ gitur quindennium &c. „ Et in tantum Hoſpi-
27 talia de tempore unionum, Cura ægrotorum non
carentia, eximuntur à quindenniis, in quantum
non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica, minùſque col-
lativa, ſed dantur in ſimplicem adminiſtratio-
nem Deputatis, eorùmque fructus unicè deſti-
nati ſunt ipſis ægrotis, ut ex verbis *Amayden.*
mox citat. n. 11. ibi *quia adminiſtratio eſt quid ma-*
nuale, & omnes fructus ſunt addicti &c. ægro-
tis&c. & facit *gloſſa in Clement. ſi Beneficiorum 2.*
de Decim. Decius conſ. 164 *ſub nu. 2. in fine, lib* 1.
nec eſt novum adeſſe quoque Hoſpitalia magis
28 in figura hoſpitii pro recipiendis ſanis, aut con-
valeſcentibus, in quibus exercetur ſola Hoſpita-
litas ratione hoſpitationis peregrinorum, abſque
Cura ægrotorum, ex latè per nos cumulatis in
alio Tractatu de *Quindenniis cap. 6. per tot.* ad
29 quam veritatem eruendam ſuppetit exemplum
iſtius generis Hoſpitalis apud celeberrimam Ar-
chiconfraternitatem Sanctiſſimæ Trinitatis Pere-
grinorum, & Convaleſcentium vulgò *de Ponte*
Siſto de Urbe.

Imò tantum abeſt, quòd Conſtitutio *Sixtina,*
Urbana & Clementina in illis verbis *Cura carue-*
rint, loquantur de Beneficiis Parochialibus,
habentibus nempè Curam Animarum, illàque
eximant, ac præſervent à ſolutione quindennii,
poſt eorum unionem, ſeu fructuum applicatio-
30 nem favore manus mortuæ, ut potiùs contra-
rium decernant, veluti legere eſt in ſæpè decan-
tata *Sixtina* §. 4. ibi „ *mandantes &c. ad indican-*
dum, & profitendum medio juramento &c. Paro-
chiales Eccleſias &c. in Urbana *in principio* ibi „
mandans &c. ad indicandum, & profitendum &c.
chiales Eccleſias &c. & §. 2 ibi „ *mandan-*
tes &c. ad indicandum &c. Parochiales Eccle-
ſias &c. et in Clementina §. 1. ibi: *omnes, et ſingu-*
las uniones &c. de quibuſvis &c. Beneficiis Eccle-
ſiaſticis, cum Cura, et ſine Cura &c. perpetuò
factas, et de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub
literis Pauli II. &c. includi &c. §. 3. ibi: *man-*
dans &c. ad indicandum &c. Parochiales Eccle-
ſias &c. §. 4. ibi: *mandans &c. ut &c. Parochia-*
les Eccleſias &c. monerent, et requirerent &c.
et §. 6. ibi: *omnes, et ſingulas uniones de quibuſ-*
vis &c. quibuſcumque Eccleſiis etiam Parochiali-
bus &c. perpetuò factas, et de cætero &c. ſimiliter
perpetuò faciendas, ſub literis Pauli Prædeceſſoris
hujuſmodi compræhendi, et includi &c. ità, ut
enunciatæ Bullæ literaliter compræhendant Be-
neficia Curam Animarum habentia, eaque ex-
preſsè ſubjiciunt quindenniis, & cogant manus 31
mortuas ad illa indicandum, non ſanè ad alium
effectum, quàm ad ſolvendum quindennia etiam
de Beneficiis Curam Animarum habentibus;
prout longè anteà de anno 1553. mandaverat
etiam *Julius III. Conſtitutione* 20. §. 6. *Bullar. nov.*
Roman tom 1. *repetit poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol.*
in ordine la III. ibi: *et à quibuſcumque &c. in-*
violabiliter obſervari &c. quoad omnia, et ſingu-
la &c. Beneficia Eccleſiaſtica, cum Cura, et ſine
Cura &c. quæ &c. communiter poſſident &c. dum-
modò &c. poſſideant &c. decernimus &c. et de an-
no 1558. *Paulus IV. Conſtitut.* 17. § 8. *eod. tom.* 1.
repetit. poſt Tract. in ordine la V. ibi: *omnes, et ſin-*
gulas uniones &c. de quibuſvis &c. Beneficiis Ec-
cleſiaſticis, cum Cura, et ſine Cura &c. & de an-
no 1567. *S. Pius V. Conſtitutione* 38. §. 6. *tom.* 2.
repetit. poſt Tract. in ordine la VI. ibi: *mandan-*
tes&c. ad indicandum, et profitendum medio jura-
mento &c. Parochiales Eccleſias &c. et Conſtit. 47.
§ 3. *eod. tom.* 2. *repetit. poſt Tract. int. prætermiſſ. in*
ordine la I. ibi: *in quorum Parochialibus Eccleſiis*
unitis contingat Vicarias prædictas erigi, pro quan-
titatibus fructuum ipſis Vicariis perpetuis aſſigna-
torum, ad ſolutionem quindenniorum &c. ulteriùs
non teneantur, ſed eis detractio fiat ad rationem
certorum, quæ de fructibus dictarum Parochialium
percipiuntur. Ità tamen, quòd Vicarii perpetui&c.
teneantur &c. ſolvere Annatam pro portione fru-
ctuum &c. ſibi aſſignata &c. alioquin integrum
quindennium ſolvi debere &c.

Aliàs, ſi aliter intelligendæ eſſent prædictæ 32
Conſtitutiones Apoſtolicæ, daretur in eis pal-
pabilis contradictio, ſeu correctio in continen-
ti, dum peranteà, & poſteà ibidem expreſsè
mandant ſolvi quindennia etiam ex Beneficiis
cum Cura; quo caſu verbum *Cura*, quo utun- 33
tur, tunc refertur ad Curam Animarum: quan-
do autem infertur ex eiſdem Conſtitutionibus, 34
quòd non debeantur quindennia ex Beneficiis
unitis, Curam habentibus, verbum *Cura* refertur
ad Curam ægrotorum, ex jam dictis; eſſet 35
autem contradictorium intolerabile, mandari
in eiſdemmet Conſtitutionibus modò ſolvi, &
modò non ſolvi quindennia ex Beneficiis Curam
habentibus: quando tamen ad evitandum ab-
ſurdum non præſumitur contradictio, ſeu corre-
ctio, præſertim in Conſtitutionibus Apoſtolicis
maturo judicio editis, ſed potiùs contraria, ac
inter ſe repugnantia, concordanda ſunt per me- 36
dium adaptabilis intelligentiæ Conſtitutionum
ſuperiùs allatæ, ad *textū in l. ubi repugnantia* 148.
ff. de regul. Jur. l. non ad ea 89. *ff. de condition. et de-*
monſt. Bellon. de his, quæ in contin. fiunt, lib. 1.
cap 37. *n.* 2. *Barboſa axiom* 58. *num.* 1. *et axiom.* 60.
n. 1 *cum ſeqq. et per tot. Maſcard. de gener. Statut.*
interpretat. concl. 8. *n.* 65. *cum ſeq. et concl.* 12. *n.* 11.
Card. de Luca de ſervitut. diſc. 53. *num.* 9. *in fine, de*
Jurepatronat. diſc. 16. *ſub n.* 5. *et diſc.* 21. *nu.* 7. *et de*
teſtam. diſc. 69. *n.* 6. *Rota in recentior. dec.* 305. *n.* 11.
par. 14. *dec.* 33. *n.* 4 *par.* 15. *dec.* 219. *num.* 11 *par.* 16.
dec. 6. *n.* 5. *dec.* 265. *n.* 6. *dec* 390. *num.* 9. *et dec.* 400.
n. 30. *et* 32. *par.* 18. *tom.* 1. *dec.* 619. *num.* 8. *dec.* 671.
n. 24. *dec.* 747. *n.* 6. *et dec.* 791. *num.* 27. *ead. par.* 18.
tom. 2. *dec.* 103. *n.* 7. *dec.* 303. *n.* 13. *et dec.* 385. *nu.* 23.
par. 19. *dec.* 492. *nu.* 21. *cum ſeqq. dec.* 513. *num.* 5.
dec. 518. *nu.* 14. *et dec.* 601. *n.* 8. *ead. par.* 19. *tom.* 2. *ac*
alibi paſſim.

Solvenda inſuper eſſe quindennia pro Benefi-
ciis

ciis etiam Parochialibus unitis, comprobatur ad
hominem à priori ex viviſſima ratione; cùm
37 enim ex Parochialibus Ducatos viginti quatuor
excedentibus procul dubio debeatur Annata in
actu Proviſionis, conſequens eſt vigore ſubro-
38 gationis quindennii loco annatæ, quòd ex unio-
ne, ſeu applicatione fructuum earundem Paro-
chialium facta manui mortuæ, ob indè ceſſatam
annatam debeatur quindennium introductum
ad reparandum damnum Cameræ, & Annati-
ſtarum ob ceſſationem Annatæ ex cauſa ſequutæ
unionis ex eo, quòd Parochiales ſemel unitæ,
non ampliùs vacant, ſicque non ampliùs ſolvunt
39 Annatam ex defectu ſucceſſivarum vacationum;
ità, ut militet eadem ratio, eadémque diſpoſitio
in Beneficiis Parochialibus, quæ militat in aliis
40 Beneficiis non Parochialibus, dum idem dam-
num, quod reſultat Annatiſtis ex unione Bene-
ficiorum non Parochialium, reſultat ex unione
Beneficiorum Parochialium, quæ etiam non
41 ampliùs vacant; undè ubi eſt eadem ratio, ibi
debet eſſe eadem Juris diſpoſitio, *Barboſa*
axiom. 97. n. 3. et 7. Marſcard. de general. Statut.
interpret. concl. 5. nu. 7. cum ſeqq. Card. de Luca de
ſeud. diſc. 87. nu. 4. cum ſeqq. Rota coram Benincaſa
dec. 27. n. 6. dec. 113. n. 10. et dec. 181. nu. 9. et in re-
centior. dec. 348. n. 13. dec. 662. nu. 4. par. 18. tom. 2.
dec. 18. n. 9. par. 19. quæ tamen dicta ſint ex abun-
42 danti; cùm (ut ſatis demonſtravimus) habea-
mus clariſſimas ſupradictas Conſtitutiones Apo-
ſtolicas expreſſis, ac intergiverſalibus verbis
ſubjicientes quindenniis etiam Beneficia Paro-
chialia unita, quæ ponunt rem in claris, & fa-
43 ciunt caſum legis juxta vulgatiſſima.
Unica tandem Difficultas videtur adhùc ſu-
44 pereſſe, cùm in *fine præcitati* §. 3. *Bullæ Pianæ in*
ordine la 47. Bullar. Rom tom. 2. repetit poſt Tract.
in ordine la I. ſivè unic. int. prætermiſſ. dicatur,
quòd ſolvi debeat integrum quindennium in ca-
ſu omiſſæ à Vicario ſolutionis annatæ; quis
nempè teneatur ad integrum quindennium, an
manus mortua, an Vicarius: ſi manus mortua
tenetur, non videtur æquum, quia iſta non per-
cipit fructus Vicariæ, quos percipit Vicarius;
45 proindèque in principio ſæpè laudati §. 3. *Bullæ*
Pianæ dicitur, iniquum eſſe, quòd ſolvatur in-
tegrum quindennium à manu mortua, quando
ab eadem non percipiuntur integri fructus Bene-
ficii Parochialis uniti, ſtante erectione Vicariæ
perpetuæ, prout re vera in tali caſu a manu mor-
tua integri fructus non percipiuntur, quod pa-
tet ad ſenſum; ex fructibus enim Parochialis
unitæ demenda eſt congrua præſervata Vicario;
ſicque in iſta parte fructus patiuntur diminutio-
nem, & pro parte defalcantur, nempè quoad
congruam: quod jure merito magna emphaſi
exagerat verè pietate præditus, & æquitate re-
fertus S. Pius V. *loc. mox citat. in verb.* ibi: *ini-*
quum eſſet eos (loquitur de miniſtris, ſeu Supe-
rioribus manuum mortuarum) *qui commodis*
privantur, eadem onera, quæ priùs ſuſtinebant,
debere ſufferre, volumus, et ſtatuimus, quòd &c.
Pia Loca hujuſmodi, in quorum Parochialibus Ec-
cleſiis unitis contingent Vicarias prædictas erigi, pro
quantitatibus fructuum ipſis Vicariis perpetuis aſ-
ſignatorum, ad ſolutionem quindenniorum &c. ulte-
riùs non teneantur, ſed eis detractio fiat ad ratam
certorum, quæ de fructibus dictarum Parochia-
lium percipiuntur &c. Si è contrà Vicarius tene-
tur ad integrum quindennium, quaſi in pœnam
ab eo non ſolutæ annatæ in actu ſuæ proviſionis
Vicariæ ex verbis ejuſdem *Bullæ Pianæ loco mox*
citato ibi: *Vicarii perpetui &c. teneantur &c. ſol-*
vere annatam pro portione fructuum &c. certorum
ſibi aſſignata &c. alioquin integrum quindennium
ſolvi debere &c. & notetur (quæſo) verbum (ut
ajunt Grammatici) imperſonale, ac infinitivi,
quod neſcitur ad quas perſonas referatur, & à
quo alio verbo regatur dictum verbum infiniti-
vi, ſivè veriùs (quod deterius eſt) dicta duo
verba infinitivi: *ſolvi debere*, contrà leges bonæ
Grammaticæ, quæ etiam in legibus noſtris, 46
quantumvis non adeò exacto rigore regularum
grammaticalium ſervandæ ſunt, per *text. in l.*
Plautius 8. ff. de aur. et argent. legat. Gryphiand. de
Inſul. cap. 1. num. 2. Card. de Luca in annot ad Sacr.
Concil. Trident. diſc. 1. n. 8. Rota in recentior. dec. 176.
n. 10. par. 18. tom. 1. nec ſemper eſt verum id (ut 47
inquit Baldus *conſil. 33. nu. 2. vol. 1.*) leges noſtræ
Priſciano non ſubjacent, ego in alio *Tract. de*
quindenniis, cap 6. nu. 161. cum ſeqq. ſi igitur (ut
ajebam) Vicarius tenetur ad integrum quinden-
nium, nec æquum videtur ex duplici capite.
I. Quia Vicarius non percipit integros fru-
ctus, immò nec tuta conſcienria percipit fructus 48
ſuæ congruæ ex verbis memoratæ *Pianæ* § 3. ibi:
nec Vicarii prædicti anteà tuta conſcientia fructus
percipere poſſint &c. ergò non tenetur ad inte-
grum quindennium juxta mentem *Pianæ*, nè 49
aliàs ultrà modum gravaretur, ſolvendo inte-
grum quindennium, & non percipiendo integros
fructus; quod eſſet ad inæqualitatem rem redu- 50
cere, quando tamen Vicario aſſiſtit regula,
quòd qui non ſentit commodum, non debeat 51
ſentire incommodum, *cap qui ſentit 55. de regul.*
Jur. in 6. l. ſecundùm naturam 10. ff. eod. Barboſa
axiom. 44. n. 1. 2. et 6 axiom. 63. n. 2. et axiom. 121.
per tot. Card. de Luca de Regalib. diſc. 45. ſub nu. 6.
et diſc. 121. in fine.
II. Quia Vicarius non eſt manus mortua,
ſed eſt perſona particularis, & habet tantùm 52
fruitionem vitalitiam ſuper ſua congrua, non
autem ſuper reliquis fructibus Parochialis non
ſuæ, ſed ſpectantis ad manum mortuam vigore
unionis ſibi factæ: ergò *Bulla Piana* intelligenda
omninò venit de manu mortua, quòd iſta nem-
pè in dicto caſu teneatur ad integrum quinden-
nium; et hoc quidem mirè comprobatur ex *prin-*
cipio dicti § 3. *enunciatæ Pianæ*, ſi enim ibidem
dicitur, quòd manus mortua non teneatur ad 53
integrum quindennium, dummodò Vicarius
ſolvat annatam pro deputatione ſuæ Vicariæ, ex
verbis ibi: *Pia Loca &c. ad ſolutionem quinden-*
niorum &c. ulteriùs non teneantur &c. Ità tamen,
quòd Vicarii &c. teneantur &c. ſolvere anna-
tam &c. nec aliàs ad poſſeſſionem dictarum Vicaria-
rum &c. admitti poſſint, niſi ſoluta annata &c.
ergò in caſu non ſolutæ à Vicario annatæ, ma-
nus mortua poſſeditrix Parochialis ſibi unitæ te-
nebitur ad integrum quindennium, contrario- 54
rum enim eadem diſciplina, ad tradita per *Barboſ.*
axiom. 58. n. 11. ductòque argumento a contrario 55
ſenſu, quod in Jure validiſſimum eſt, *Everard.*
in Topic. legal. loc. 4. per tot. Barboſa loc. com-
mun. 27. n. 1. cum ſeq. Card. de Luca de feud diſcur. 3.
num. 3.
Nec contrarium deduci poteſt ex verbis §. 3.
dictæ Bullæ Pianæ, in fine, ubi poſtquàm Pon-

tifex declaravit per verbum imperſonale, in caſu
non ſolutæ à Vicario annatæ, *integrum quinden-
nium ſolvi debere* (ſunt verba Bullæ) ſtatim in
eadem oratione, ſeu periodo adjicit, ac ſubdit,
onerando conſcientiam Vicarii non ſolventis an-
56 natam, quòd tuta conſcientia fructus ſuæ Vica-
riæ percipere nequeat ibi: *nec Vicarii prædicti an-
ted tuta conſcientia fructus percipere poſſint*; quaſi
57 quòd dicta verba: *integrum quindennium ſolvi
debere*, imperſonaliter concepta, ad perſonalita-
tem reduci videantur ex dictis aliis verbis im-
mediatè ſequentibus ibi *nec Vicarii &c. fructus
percipere poſſint*, ſicque eadem verba: *integrum
quindennium ſolvi debere*, referantur ad Vica-
rium, uti poſita in una, eadèmque oratione, &
uti proxima, ac immediata ſequentibus verbis
ibi: *nec Vicarii &c. fructus percipere poſſint*,
veluti in ſimili ponderat *Rota in recentior.dec.*476.
*n.*12.*cum ſeq. par.*19.*tom.*2. ibi: *Nec obſtat, quòd
dicta verba ſemper eidem Cappellæ provideatur,
ſint imperſonaliter concepta, quia ad perſonalita-
tem reducuntur ex aliis immediatè ſequentibus* ibi:
*in hoc aggravando conſcientias dictorum Abbatis,
et Monachorum pro tempore exiſtentium, quas gra-
vare non potuiſſet, niſi de ipſis intellexiſſet in præ-
cedenti oratione de providendo, juxta regulam
gravare non poſſum quem non honoro &c. imò ex
hoc etiam gravamine cenſetur, fundatricem exclu-
ſiſſe à proviſione facienda quamcumque aliam per-
ſonam, ex quò hoc modo Abbatis, et Monachorum
induſtriam elegiſſe dicitur &c. aliàs non verificare-
tur, quòd ſemper ab Abbate, et Monachis provi-
deretur iſti Cappellæ, prout ex præfatis exoptavit
58 fundatrix &c.* ità, ut verba dubia, ob eorum
imperſonalitatem, benè declarentur per ſubſe-
quentia, *Barboſa axiom.*222. *n.*48. *Rota recentior.
dec.*556.*n.*5 *par.*19. *tom* 2.

Objectum tamen, penitùs inſubſiſtens eſt;
quippè verba ſæpè laudatæ Bullæ Pianæ: *inte-
grum quindennium ſolvi debere*, quantumvis im-
mediatè proxima ſequentibus verbis: *nec Vica-
rii &c. fructus percipere poſſint*, nihilominùs,
59 congrua congruis referendo, referenda ſunt ad
ea, quibus magis conveniunt, & adaptantur,
*Barboſa axiom.*222.*nu.*30. *Vela diſſert.*7.*num.*14.
*Caſtill.controv.lib.*5.*cap.*82.*nu.*11.*cum ſeqq. Rota
coram Gregor.XV.dec.*384.*nu.*2. *Coccin. dec.*2305.
*n.*62. *et in recentior.dec.*582 *n.* 5. *cum ſeqq.par.*19.
60 *tom.* 2. illa namque verba: *integrum quindennium
ſolvi debere*, magis, imò ſolummodò conve-
61 niunt manui mortuæ, quæ juxta Bullas quinden-
niorum, eſt ſola debitrix quindennii, ad teno-
rem *Bullæ* 6. *Pauli II.* §. 3. 4. 5. *et* 6. *Bullar. nov.
Roman.tom.*1.*repet. poſt Tract. int.Conſtit. Apoſtol.
in ordine la I.* ibi „ Monaſteria &c. Communia,
„ et Minuta Servitia, atque alia jura debita, et
„ conſueta, tàm ipſis Cameræ, et Collegio, et
„ Officialibus præfatis. Reliqua verò Monaſte-
„ ria &c. annatam, ſivè medios fructus unius
„ anni in poſterum ſingulis quindecim annis
„ perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſolve-
„ re teneantur, et debeant &c. Communia,
„ Minuta, et alia jura, ſeu annatas, et medios
„ fructus hujuſmodi ſolvere adſtringantur etiam
„ ſingulis annis quindecim in futurum &c. alio-
„ qui, ſi à ſolutione, aut obligatione præmiſſis
„ ceſſare præſumpſerint&c. „ *Bullæ* 20. *Julii III.*
§.6.*eod.tom.*1.*repet. poſt Tract. in ordine la* III.
„ ibi „ à quibuſcumque &c. virorum, et mu-
„ lierum Sæcularibus, et quorumvis Ordinum
„ Regularibus Congregationibus &c. inviolabi-
„ ter obſervari &c. quoad omnia, et ſingula
„ Monaſteria, et Beneficia &c. quæ Congrega-
„ tiones prædictæ quomodolibet communiter
„ poſſident &c. per ipſas Congregationes poſſi-
„ deantur &c. ad quaſcumque tàm Sæculares,
„ quàm Regulares Virorum, et Mulierum Con-
„ gregationes &c. „ *Bullæ* 17. *Pauli IV.* §. 7. 8.
et 11.*eod.tom.*1.*repet. poſt Tract. in ordine la V.*
„ ibi „ tàm S. Georgii in Alga &c. Rectores, et
„ Canonicos ipſos Congregationis S. Geor-
„ gii &c. et Caſſinen. &c. ipſam Congregatio-
„ nem Caſſinenſem &c. ad ſolutionem annata-
„ rum, Communium, Minutorum Servitiorum,
„ et aliorum jurium &c. quaſcumque alias Con-
„ gregationes &c. ad ſolutionem Communium,
„ et Minutorum Servitiorum, et annatarum, et
„ aliorum jurium prædictorum eiſdem Cameræ,
„ Collegio, et Officialibus ratione earundem
„ unionum &c. ſingulis quindecim annis&c. fa-
„ ciendam teneri &c. Capitula, et tàm viro-
„ rum, quàm mulierum Sæculares, et quorum-
„ vis etiam exemptorum Ordinum Regulares
„ Congregationes, et Collegia, ac Hoſpitalia,
„ et alia Pia Loca &c. omnia, et ſingula Mona-
„ ſteria &c. et alia Beneficia Eccleſiaſtica, quæ
„ poſſident &c. notificaſſe, et intimaſſe de-
„ beant &c. „ *Bullæ* 38.*S.Pii V.*§.4.6.*et* 7.*tom.*2.
repet. poſt Tract. in ordine la VI. ibi „ omnia,
„ et ſingula &c. Capitula, Congregationes, Uni-
„ verſitates, Collegia, Hoſpitalia, et Pia Lo-
„ ca &c. in quorum favorem uniones &c. factæ
„ reperiuntur &c. dummodò Monaſteria, et
„ Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem
„ Communium, annatarum, et aliorum jurium
„ prædictorum eidem Cameræ&c. ratione unio-
„ num &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam
„ teneri &c. quaſcumque Congregationes, Ca-
„ pitula, Collegia &c. nec non tàm virorum,
„ quàm mulierum Sæculares, et quorumvis Or-
„ dinum Regulares Congregationes, ſeu Col-
„ legia, et Pia Loca &c. ad indicandum &c.
„ omnia, et ſingula Monaſteria &c. quæ ipſa
„ Capitula, Congregationes, et alia Pia Loca
„ prædicta poſſideant &c. Congregationibus,
„ Capitulis, et aliis Piis Locis prædictis &c. „
Bullæ 33.*Sixti V.*§.2.4.*et* 5.*eod.tom.*2.*repet.poſt
Tract.in ordine la VII.* ibi „ Capitula, Congre-
„ gationes, Societates, Univerſitates, Colle-
„ gia, Seminaria, Hoſpitalia, Monaſteria, et
„ Pia Loca &c. dummodò Beneficia ipſa poſſi-
„ deant, ad ſolutionem quindenniorum præfa-
„ torum eidem Cameræ, ac Collegio, et Offi-
„ cialibus, ratione unionum &c. ſingulis XV.
„ annis &c. faciendam teneri &c. Capitula, et
„ Collegia, nec non tàm virorum, quàm mu-
„ lierum Sæculares, et quorumvis Ordinum
„ Regulares Congregationes, ſeu Collegia,
„ Seminaria, et Pia Loca &c. ad indicandum&c.
„ Beneficia Eccleſiaſtica&c. non obſtantibus&c.
„ privilegiis &c. Capitulis, Congregationibus,
„ Collegiis, Seminariis, Hoſpitalibus, et aliis
„ Piis Locis &c. „ *Bullæ* 18.*Urbani VIII.in prin-
cipio, juncto* §.2. *et* 4.*tom.*5. *repet.poſt Tract. in
ordine la VIII.* ibi „ omnia, et ſingula &c.
„ Capitula, Congregationes, Univerſitates,
„ Collegia, Hoſpitalia, ac Pia Loca &c. dum-
„ modò &c. Beneficia ipſa poſſiderent, ad ſo-
„ lu-

,, lutionem Communium, Annatarum, et aliorum jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus ratione unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. mandans &c. ut &c. omnia, et ſingula &c. Capitula, Collegia, nec non tàm virorum quàm mulierum Sæculares, et quorumvis Ordinum Regulares Congregationes, ſeu Collegia, et Pia Loca &c. ad indicandum &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica, quæ ipſa Capitula, et Congregationes, et alia Loca prædicta poſſiderent &c. ſtatuit &c. quòd uniones &c. cuicumque Eccleſiæ, Monaſterio, Collegio, Domui, Societati, Congregationi, Ordini, Militiæ, Hoſpitali, Seminario, aut alii Loco Pio &c. hactenùs factæ, et in futurum faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendi &c. voluit, et ad ſolutionem quindenniorum teneri &c. mandavitque &c. ut &c. omnia, et ſingula &c. Capitula, et alia Loca Pia prædicta moneret, et requireret, ut profiterentur &c. omnia, et ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, quæ vigore ſimilium unionum quomodolibet poſſideant &c. Mandantes &c. quaſcumque Congregationes, Capitula, Collegia, Loca Pia &c. ſuper ſolutione Annatarum, Communium, et aliorum jurium, Quindenniorum eorundem &c. ut &c. omnia, et ſingula Capitula, Collegia, Congregationes, Seminaria, Societates, et alia Loca Pia prædicta &c. ad indicandum &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. eis unita, et conceſſa, quæ ipſa Capitula, Collegia, Seminaria, Congregationes, & alia Loca Pia præfata vigore unionum hujuſmodi poſſident &c. moneant, & requirant &c. dicta Capitula, Collegia, Congregationes, Seminaria, Societates, Hoſpitalia, et alia Loca prædicta &c. Non obſtantibus &c. privilegiis &c. Capitulis, Congregationibus, Collegiis, Seminariis, Societatibus, Hoſpitalibus, et aliis Piis Locis præfatis &c. ,, *et Bullæ* 50. *Clementis X.* §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. *et* 15. *tom. 6. repet. poſt Tract. in ordine la XI.* ibi ,, nonnullæ Congregationes &c. ob non ſolutionem mediorum, ſeu integrorum fructuum primi anni &c. Beneficiorum &c. Locis eatenùs unitorum &c. omnes, & ſingulas uniones &c. quibuſcumque Collegiatis Eccleſiis, ſeu earum Menſis Capitularibus, vel Collegiis, Univerſitatibus, & utriuſque ſexus Congregationibus &c. nec non Domibus, Fabricis, Hoſpitalibus, & aliis Piis Locis &c. perpetuò factas, & de cætero &c. perpetuò faciendas ſub literis Pauli II. &c. includi &c. quaſcumque Congregationes &c. omnia, & ſingula &c. Capitula, Congregationes, Univerſitates, Collegia, Hoſpitalia, ac Pia Loca &c. dummodò &c. Beneficia ipſa poſſiderent, ad ſolutionem Communium, & Annatarum, & aliorum jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus ratione unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. omnia, & ſingula &c. Capitula, Collegia, nec non virorum, quàm mulierum Sæculares, et quorumvis Ordinum Regulares Congregationes, ſeu Collegia, et Pia Loca &c. ad indicandum &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica, quæ ipſa Capitula, Congregationes, & alia Loca prædicta poſſiderent &c. quod uniones &c. cuicumque Eccleſiæ, Monaſterio, Collegio, Domui, Societati, Congregationi, Ordini, Militiæ, Hoſpitali, Seminario, aut alii Loco Pio &c. eatenùs factæ, et in futurum faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendi &c. voluit, et ad ſolutionem Quindenniorum teneri &c. declaravit, mandavitque &c. ut &c. omnia, et ſingula &c. Capitula, et alia Loca Pia moneret, et requireret, ac profiterentur &c. omnia, et ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, quæ vigore ſimilium unionum quomodolibet poſſidebant &c. mandans &c. quaſcumque Congregationes, Capitula, Collegia, Loca Pia &c. ſuper ſolutione Annatarum, Communium, et aliorum jurium quindenniorum &c. ut &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. eis unita, et conceſſa, quæ ipſa Capitula, Collegia, Seminaria, Congregationes, et alia Loca Pia prædicta vigore unionis hujuſmodi poſſidebunt &c. monerent, et requirerent &c. dicta Capitula, Collegia, Congregationes, Seminaria, Societates, Hoſpitalia, et alia Loca Pia prædicta &c. monendi, et requirendi &c. ad indicandum Beneficia unita, et ſolvendum Quindennia decurſa &c. Congregationes &c. quibuſvis Congregationibus &c. ratione ſolutionis Communium, Quindenniorum, aliorùmque jurium prædictorum Cameræ, Collegio, et Officialibus prædictis faciendæ &c. omnes, et ſingulas uniones &c. quibuſcumque Eccleſiis &c. et utriuſque ſexus Congregationibus &c. et aliis Piis Locis, nullis penitùs excluſis, quæ ex eorum perpetuitate non vacant &c. perpetuò factas, et de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli &c. compræhendi, et includi &c. quaſcumque Congregationes &c. ad ſolutionem Communium, et Minutorum Servitiorum, et Annatarum, aliorumque jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus ratione earundem unionum &c. faciendam teneri &c. utcumque per quæcumque Loca Pia &c. Quindennia, et alia jura ratione Penſionum perpetuarum hactenùs &c. in favorem dictorum Locorum Piorum, ſeu illorum fabricam &c. reſervatarum, et impoſterùm &c. reſervandarum, et Locis Piis aſſignatarum, et aſſignandarum &c. Cameræ Apoſtolicæ, et Collegio, et Officialibus prædictis perſolvere debeant, et teneantur &c. quaſcumque Congregationes &c. cæteràque prædicta Loca Pia, in quorum favorem ſimiles Penſiones perpetuò &c. reſervatæ fuerint, et in poſterum reſervari contigerit &c. ad ſolutionem Quindenniorum, aliorùmque jurium ratione Penſionum perpetuarum hujuſmodi &c. eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus faciendam teneri, et obligata exiſtere &c. ut &c. omnia, et ſingula &c. Capitula, Congregationes, Collegia, aliàque Loca prædicta moneat, ut profiteantur &c. omnia, et ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, quæ vigore ſimilium unionum, et Penſiones perpetuas hujuſmodi poſſident, ac percipiunt &c. mandamus,

,, ut &c. omnia ; et ſingula Capitula , Collegia,
,, Congregationes , Seminaria , Societates , et
,, alia Loca Pia prædicta , eorùmque Superiores
,, ad indicandum &c. omnia , et ſingula &c. Be-
,, neficia Eccleſiaſtica &c. cum poteſtate dicta
,, Capitula , Collegia , Congregationes , Semi-
,, naria , ac Parochialia , et alia Loca Pia , nec
,, non Quindenniorum , et jurium debitores &c,
,, citandi , monendi , et requirendi&c. per qua-
,, ſcumque Congregationes, et alia Loca Pia&c.
,, nec non quaſcumque Congregationes , aliâ-
,, que Loca Pia hujuſmodi , in quorum favo-
,, rem &c. Beneficia unita , ac Penſiones perpe-
,, tuæ hujuſmodi reſervatæ fuerint &c. etiam
,, cum poteſtate dicta Capitula , Collegia, Con-
,, gregationes , Seminaria , Societates , Hoſpi-
,, talia , et alia Loca prædicta &c. citandi , mo-
,, nendi, et requirendi&c. Superiores Congrega-
,, tionum , et Monaſteriorum &c. non obſtanti-
,, bus &c.Congregationum, et Monaſteriorum,
,, et quorumvis aliorum Locorum Piorum Sta-
,, tutis &c. privilegiis &c. et Collitigantium
,, ſingulorum Monaſteriorum , et Congregatio-
,, num , et aliorum Locorum Piorum unitorum
,, hujuſmodi denominationes , et qualitates
,, habeantur pro expreſſis &c.

62 In nihilum relevante , quòd uniones Bene-
ficiorum videantur poſſe fieri etiam perſonis
particularibus , proindèque quòd etiam par-
ticulares teneantur ad quindennia , juxta *Bul-
lam Julianam* §. *6. in principio* , ibi ,, à qui-
,, buſcumque , ac omnibus aliis &c. perſonis&c.
,, inviolabiliter obſervari&c. ,, *Bullam Paulinam*
§.3 *in principio*,ibi ,, obligati &c.ſi &c.ſatisfa-
,, cere defeciſſent &c. Beneficiis , pro quibus in
,, dicta Camera ſe obligaſſent &c. ônibus privati
,, eſſe cenſerentur&c. ,, *et* §.10.*in principio*, ibi ,,
,, ratione annatarum , ſeu quindenniorum &c.
,, aliquid ſolvere obligati , ſeu in aliquo debito-
,, res &c. omnes pœnas &c. incurrant &c. ac
,, privatos eſſe &c. decernimus&c. ,, *aliam Bul-
,, lam Paulinam* §.8.*poſt med*.ibi ,, quoſvis alios,
,, in quorum favorem uniones&c. factæ fuerunt,
,, etiamſi ſe ſuperindè in Camera non obligave-
,, rint , ad ſolutionem Communium , et Minu-
,, torum Servitiorum , ac annatarum , et alio-
,, rum jurium prædictorum , eiſdem Cameræ ,
,, Collegio , et Officialibus , ratione earundem
,, unionum &c. faciendam teneri , et obligatos
,, eſſe, et ad id , nec non ad ſe Communibus , et
,, Minutis Servitiis , ac annatis , ac aliis juribus
,, prædictis de XV. annis in XV. annos &c. ſol-
,, vendis &c. obligandum &c. ,, *et* §. 11. ibi ,,
,, volumus &c. quòd omnes, et ſinguli , in
,, quorum favorem uniones &c. Beneficia Eccle-
,, ſiaſtica , quæ poſſident &c. notificaſſe , et in-
,, timaſſe debeant , et &c. cogi , et compelli
,, poſſint&c. ,, *Bullam Pianam, in principio*,ibi ,,
,, contrà pro tempore in Camera Apoſtolica ,
,, aut aliàs ratione annatarum , Communium, et
,, aliorum jurium prædictorum ſemel tantùm
,, aut de XV. in XV. annos ſolvendorum obli-
,, gatos , aut alios quoſcumque Beneficia Ec-
,, cleſiaſtica , abſque eo , quòd annatas , Com-
,, munia , et quindennia prædicta ſolviſſent, pro
,, tempore poſſidentes &c. ,, §. 4. ibi ,, quivis
,, alii , in quorum favorem uniones &c. factæ
,, reperiuntur &c. etiamſi ſe ſuperindè in Came-
,, ra Apoſtolica non obligaverint , dummodò
,, Monaſteria , et Beneficia ipſa poſſideant , ad
,, ſolutionem Communium, annatarum, et alio-
,, rum jurium prædictorum , eidem Cameræ &c.
,, ratione unionum &c. ſingulis XV. annis &c.
,, juxta tenorem literarum &c. ſuper applicatio-
,, ne quindenniorum prædictorum eidem Came-
,, ræ facta deſuper emanatarum faciendam te-
,, neri , et obligatos eſſe &c. ,, *et* §.*6*. ibi ,, man-
,, dantes &c. ut omnes , et ſingulas Cauſas &c.
,, inter &c. ejuſdem Cameræ Collectorem &c.
,, et quaſvis alias perſonas , ſuper ſolutione an-
,, natarum , Communium , et aliorum jurium ,
,, quindenniorum eorundem &c. pendentes &c.
,, decidat &c. ,, *Bullam Sixtinam* §. 2. *in fine* ,
,, ibi ,, quivis alii , in quorum favorem unio-
,, nes&c.factæ reperiuntur, aut poſthac fient&c.
,, etiamſi ſe ſuperindè in Camera Apoſtolica
,, non obligaverint , dummodò Beneficia ipſa
,, poſſideant , ad ſolutionem quindenniorum
,, præfatorum eidem Cameræ , ac Collegio , et
,, Officialibus , ratione unionum &c. ſingulis
,, XV. annis &c. faciendam teneri &c. et &c.co-
,, gi &c. poſſe &c. ,, *et* §.4 ibi ,, dantes &c. fa-
,, cultatem pro eorundem quindenniorum , et
,, jurium exactione , omnes , et ſingulos illorum
,, debitores &c. citandi , monendi , et requiren-
,, di &c. ipſóſque debitores ad indicandum Be-
,, neficia unita , et ſolvendum quindennia de-
,, curſa , etiamſi ad id in Camera Apoſtolica
,, non ſe obligaverint &c. cogendi &c. ,, *Bullam
Urbanam in principio* , ibi ,, quoſvis alios , in
,, quorum favorem &c. quæcumque Beneficia
,, Eccleſiaſtica unita &c. et illorum uniones eis
,, factæ reperiuntur &c. etiamſi ſe ſuperindè in
,, Camera Apoſtolica non obligaſſent , dummo-
,, dò &c. Beneficia ipſa poſſiderent , ad ſolutio-
,, nem Communium , Annatarum , et aliorum
,, jurium prædictorum eiſdem Cameræ , Colle-
,, gio , et Officialibus ratione unionum &c. ſin-
,, gulis XV. annis &c. teneri et obligatos eſſe ,
,, et ad id &c. cogi , et compelli poſſe decre-
,, vit &c. ,, *juncto* §. 2. *in principio* , ibi ,, man-
,, dantes &c. cui &c. omnes , et ſingulæ Cau-
,, ſæ &c. inter &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Ge-
,, neralem Subcollectorem &c. et &c. quaſvis
,, perſonas &c. ſuper ſolutione Annatarum ,
,, Communium , et aliorum Jurium , Quinden-
,, niorum eorundem commiſſæ reperiuntur&c.,,
et §. 3. ibi ,, nec non eorundem Quindennio-
,, rum , et Jurium debitores &c. citandi , mo-
,, nendi , et requirendi &c. ſub &c. pœnis &c.
,, privationis Beneficiorum unitorum &c. inhi-
,, bendi , ipſóſque debitores ad indicandum Be-
,, neficia unita , et ſolvendum Quindennia de-
,, curſa ; etiamſi ad id in Camera Apoſtolica
non ſe obligaverint &c. ,, *et Bullam Clementi-
,, nam* §. 2. ibi ,, quoſvis alios , in quorum fa-
,, vorem uniones &c. factæ fuerant , etiamſi ſe
,, ſuperindè in Camera non obligaviſſent,ad ſo-
,, lutionem Communium , et Minutorum Servi-
,, tiorum , ac Annatarum , et aliorum Jurium
,, prædictorum eiſdem Cameræ , Collegio , et
,, Officialibus ratione earundem unionum &c.
,, ſingulis XV. annis &c. teneri , et ad id , nec
,, non ad ſe Communibus, et Minutis Servitiis,
,, ac Annatis , et aliis Juribus prædictis de XV.
,, annis in XV. annos &c. ſolvendis &c. obli-
,, gandum &c. cogi &c. poſſe &c. decrevit &c.
,, mandans&c. ut omnes, et ſingulas Cauſas&c.
in-

,, inter Procuratorem Fiſcalem dictæ Cameræ,
,, Officiales prædictos &c. et &c. alias perſo-
,, nas &c. ſuper ſolutione Communium, et Mi-
,, nutorum Servitiorum, ac Annatarum, et alio-
,, rum Jurium prædictorum &c. pendentes &c.
,, deciderent, quòdque omnes, et ſinguli, in
,, quorum favorem uniones &c. emanaſſent &c.
,, Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. notificaſſe,
,, et intimaſſe debuiſſent, et ad id &c. cogi &c.
,, poſſent, decrevit, ſtatuit &c. ,, §. 3. ibi ,,
,, quoſvis alios, in quorum favorem &c. quæ-
,, cumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. exi-
,, ſterent, et illorum uniones eis factæ reperiren-
,, tur &c. etiamſi ſuperindè in Camera Apoſto-
,, lica ſe non obligaſſent, dummodò &c. Beneficia
,, ipſa poſſiderent, ad ſolutionem Communium,
,, et Annatarum, et aliorum Jurium prædicto-
,, rum eiſdem Cameræ, Collegio, et Officiali-
,, bus ratione unionum &c. ſingulis XV. an-
,, nis &c. cogi &c. poſſe decrevit, et declara-
,, vit &c., §. 5. ibi ,, mandans &c. cui &c. om-
,, nes, et ſingulæ Cauſæ inter &c. Cancellariæ
,, Apoſtolicæ Generalem Subcollectorem &c.
,, et &c. quaſvis alias perſonas &c. ſuper ſolu-
,, tione Annatarum, Communium, et aliorum
,, Jurium Quindenniorum commiſſæ reperie-
,, bantur &c. ut pro faciliori indagatione unio-
,, num &c. ad indicandum &c. quæcumque
,, Beneficia Eccleſiaſtica &c. eis unita, et con-
,, ceſſa &c. monerent, et requirerent, cum po-
,, teſtate &c. Quindenniorum, et Jurium debi-
,, tores &c. citandi, monendi, et requirendi &c.
,, ipſòſque debitores ad indicandum Beneficia
,, unita, et ſolvendum Quindennia decurſa,
,, etiamſi ad id in Camera Apoſtolica non ſe
,, obligaviſſent &c. ,, §. 6. *in principio*, ibi ,,
,, Communia, Minuta Servitia, Annatas, et
,, alia Jura, Cameræ, et Collegio, ac Officia-
,, libus prædictis ratione unionum &c hactenùs
,, factarum debita &c. cenſuras, et pœnas &c.
,, damnabiliter incurrendo in maximum ani-
,, marum ſuarum periculum &c. perſolvere re-
,, cuſent &c. omnia, et ſingula privilegia &c.
,, quibuſvis aliis ratione ſolutionis Commu-
,, nium, Quindenniorum, aliorùmque Jurium
,, prædictorum Cameræ, Collegio, et Officia-
,, libus prædictis faciendæ hactenùs quomodo-
,, libet conceſſa revocantes, et annullantes &c. ,,
,, §. 7. ibi ,, quoſvis alios, in quorum favorem
,, uniones hujuſmodi factæ fuerint, etiamſi ſe
,, ſuperindè in Camera non obligaverint, ad ſo-
,, lutionem Communium, et Minutorum Servi-
,, tiorum, et Annatarum, aliorùmque Jurium
,, prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et
,, Officialibus ratione earundem unionum &c.
,, faciendam teneri, et ad idem, nec non de
,, Communibus, et aliis Juribus prædictis ſol-
,, vendis obligandum &c. cogi, et compelli
,, poſſe &c. ſtatuimus, et decernimus &c. ,, §. 9.
poſt med. in fine, ibi ,, cum poteſtate Quin-
,, denniorum, et Jurium debitores &c. citandi,
,, monendi, et requirendi &c. ipſòſque debito-
,, res ad indicandum Beneficia unita, ac Pen-
,, ſiones reſervatas hujuſmodi, et ſolvendum
,, quindennia decurſa, etiamſi in Camera præ-
,, dicta non ſe obligaverint &c. cogendi &c. ac
,, eos &c. prævia ſatisfactione, abſolvendi, et
,, liberandi &c. ,, §. 11. *in principio*, ibi ,, cum
,, poteſtate &c. eorundem quindenniorum de-
,, bitores &c. citandi, monendi, et requiren-
,, di &c. ipſòſque debitores ad indicandum Be-
,, neficia unita, et Penſiones aſſignatas hujuſ-
,, modi, et ſolvendum quindennia decurſa,
,, etiamſi ad id in Camera Apoſtolica non ſe
,, obligaverint &c. et eos &c. abſolvendi, et li-
,, berandi &c. ,, *et* §. 12. *in principio*, ibi ,, cæ-
,, teri quicumque in præmiſſis intereſſe haben-
,, tes, ſeu habere quomodolibet prætendentes,
,, præmiſſis non conſenſerint, nec ad ea vocati,
,, et auditi fuerint &c. ,, quippè ſupradicta 63
verba perſonalia, adiecta in mox recitatis Bullis
quindenniorum, juxta ſubjectam materiam non
denotant perſonas particulares, ſed perſonas
corporis myſtici, ſeu inanimati, et nunquam
defecturi, qualis eſt manus mortua; ità, ut in
recto ſermone, referri videantur ad Superiores,
Miniſtros, Procuratores, ſeu negociorum geſto-
res manuum mortuarum, eaſdem manus mor-
tuas repræſentantes, prout videntur ſe declarare
eædem Bullæ quindenniorum, illa nempè *Piana*
§. *6. propè fin.* ibi ,, eorundèmque Prælatos, et
,, Procuratores, ad indicandum &c. quæcum-
,, que Beneficia Eccleſiaſtica, quæ ipſa Capitu-
,, la, Congregationes, et alia Pia Loca prædi-
,, cta poſſideant &c. moneat, et requirat &c. ,,
,, *Sixtina* §. 4. *in principio*, ibi ,, eorundèmque
,, Prælatos, et Procuratores, ad indicandum &c.
,, quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. quæ
,, ipſa Collegia, Seminaria, Congregationes,
,, et alia Pia Loca præfata poſſideant &c. mo-
,, neant, et requirant &c. ,, *Urbana in principio*,
,, ibi ,, eorundèmque Prælatos, et Procuratores,
,, ad indicandum &c. quæcumque Beneficia Ec-
,, cleſiaſtica, quæ ipſa Capitula, Congregatio-
,, nes, et alia Loca prædicta poſſiderent &c. mo-
,, neret, et requireret &c. ,, *juncto* §. 2. *propè fin.*
,, ibi ,, eorùmque Prælatos, et Procuratores,
,, ad indicandum &c. quæcumque Beneficia Ec-
,, cleſiaſtica &c. unita, et conceſſa, quæ ipſa
,, Capitula, Collegia, Seminaria, Congrega-
,, tiones, et alia Loca Pia præfata vigore unio-
,, num hujuſmodi poſſident &c. moneant, et re-
,, quirant &c. ,, *et Clementina* §. 3. *in fine*, ibi ,,
,, eorundèmque Prælatos, et Procuratores, ad
,, indicandum &c. quæcumque Beneficia Eccle-
,, ſiaſtica, quæ ipſa Capitula, Congregationes,
,, et alia Loca prædicta poſſiderent &c. mone-
,, ret, et requireret &c. ,, §. 9. *in principio*, ibi ,,
,, eorùmque Superiores, ad indicandum &c.
,, Beneficia Eccleſiaſtica quomodolibet eis uni-
,, ta, et conceſſa, et Penſiones perpetuò illi re-
,, ſervatas, et aſſignatas, quæ, et quas ipſa
,, Capitula, Collegia, Seminaria, Congrega-
,, tiones, et alia Loca Pia prædicta vigore unio-
,, num hujuſmodi, et percipiunt reſpectivè &c.
,, moneat, et requirat &c. ,, *et* §. 12. *in principio*,
,, ibi ,, etiam ex eo, quòd Superiores Congre-
,, gationum, et Monaſteriorum &c. præmiſſis
,, non conſenſerint, nec ad ea vocati, et auditi
,, fuerint &c.

Sanèque notiſſimum eſt, per organum Supe- 64
riorum, et Procuratorum Locorum Piorum, ſeu
manuum mortuarum fieri ſolere quindenniorum
ſolutiones, dum etiam per eorundem organum
fieri ſolent unionum petitiones, imò manus
mortuæ uti corpora inanimata, nihil agere poſ-
ſunt, niſi per medium earundem Superiorum, et
Procuratorum, ut patet ad ſenſum, ac habemus 65
in

in ſpecie ſolutionis quindennii *Bullam* 23. *Innocentii X. Bullar. nov. Rom. tom.* 5. *repetit. poſt Tract. in ordine la IX.* ibi „ Exponi Nobis nuper fecit &c.
„ Abbas Monaſterii B. Mariæ de Pace de Urbe,
„ et Procurator Generalis Canonicorum Regu-
„ larium Congregationis Lateranen., Ordinis
„ S. Auguſtini, quòd in „ 2. *par. Conſtitut. &c. cap.* 24. *&c.* „ ſtatuitur &c. ut omnes, et ſin-
„ guli Prælati dictæ Congregationis, quorum
„ Monaſteria Cameræ Noſtræ Apoſtolicæ quin-
„ dennia ſolvunt &c. quotannis in publica
„ Capſa ſui Monaſterii eam pecuniarum ratam,
„ et portionem, quam in fine cujuſlibet quin-
„ dennii eidem Cameræ ſolvere tenentur, de-
„ ponere debeant. Cùm autem &c. nonnulli
„ ejuſdem Congregationis Superiores &c. quò
„ quindennia ſolvi debebant, ratas, et portiones
„ prædictas pecuniarum &c. minimè depoſue-
„ rant &c. propteràque &c. Abbas Generalis,
„ nec non Viſitatores, et alii Diffinitores ejuſ-
„ dem Congregationis &c. ediderint Decre-
„ tum &c. tenoris ſequentis, videlicet &c. reaſ-
„ ſumpto tractatu de proviſione pro certa ſolu-
„ tione quindenniorum, concluſum fuit à Re-
„ verendiſſimo Diffinitorio &c. debere omnes
„ Prælatos, quorum Monaſteria habent onus
„ quindenniorum &c. mittere per literas Cam-
„ bii, vel alio quovis modo certo, et ſine peri-
„ culo Romam in manibus Reverendiſ. P. Pro-
„ curatoris Generalis totam illam quantitatem
„ pecuniæ, quæ uſque adhùc depoſitata fuit
„ annis jam elapſis, et de cætero quolibet an-
„ no &c. ſimiliter eidem P. Procuratori Gene-
„ rali &c. mittent ſummam, quæ depoſitari te-
„ nebitur ad ratam totius quindennii, ad hoc,
„ ut ſerventur, ſolvenda ſuo loco, et tempore,
„ contrafacientes declarantur privati &c. vo-
„ ce &c. idem P. Procurator Generalis &c. ſi
„ partem aliquam, quantumvis minimam præ-
„ dictorum quindenniorum auſus fuerit in
„ alium uſum implicare, et niſi in fine ſuæ ad-
„ miniſtrationis, et gubernii totam ſummam
„ omnium quindenniorum receptorum conſi-
„ gnaverit ſucceſſori &c. decrevit per P. Pro-
„ curatorem Generalem &c. impetrandum eſ-
„ ſe &c. Breve convalidationis. D. Theodorus
„ Fantonus Abbas Viſitator, et Scriba. Nobis
„ propterea idem Abbas, et Procurator Gene-
„ ralis hujuſmodi ſupplicari humiliter fecit, ut
„ Decretum præinſertum &c. Apoſtolicæ con-
„ firmationis noſtræ patrocinio communire &c.
„ dignaremur. Nos &c. Decretum præinſer-
„ tum &c. confirmamus, et approbamus &c.

Aliàs, ſi manus mortuæ, quaſi vicibus perſonarum fungentes, in Bullis quindenniorum canonizantur tamquàm perſonæ particulares, loquuntur impropriè: cujus quidem manus
66 mortuæ perpetuitatis cauſa præbuit anſam introducendi quindennia ex *Bulla* 17. *Pauli IV.* §. 8 *in med. Bullar. nov. Roman. tom.* 1. *repet. poſt Tract. in ordine la V.* ibi: *omnes, et ſingulas uniones &c. de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Collegiatis Eccleſiis &c. et aliis Piis Locis, quæ ex eorum perpetuitate non vacant &c. perpetuò factas, et de cætero &c. ſimiliter perpetuò faciendas, ſub literis Pauli &c. comprænhendi &c. et* ex *Bulla* 50. *Clementis X.* §. 1. *poſt med. et propè fin. et* §. 7. *in fin. tom.* 6. *repet. poſt Tract. in ordine la XI.* ibi: *omnes, et ſingulas uniones &c. de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. quibuſcumque Collegiatis Eccleſiis &c. et aliis Piis Locis &c. quæ ex eorum perpetuitate non vacant &c. perpetuò factas, et de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli II. &c. includi &c. omnes, et ſingulas uniones de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. quibuſcumque Eccleſiis &c. et aliis Piis Locis &c. quæ ex eorum perpetuitate non vacant &c. perpetuò factas, et de cætero &c. ſimiliter perpetuò faciendas, ſub literis Pauli &c. comprænhendi, et includi &c.*

Quæ quidem veritas ad hominem comprobatur ex enumeratione duorum caſuum inter ſe contrariorum in memorata *Bulla Piana* recenſitorum, factæ nempè ſolutionis (quia faciendæ) à Vicario annatæ, in actu proviſionis ſuæ Vicariæ, & non factæ ſolutionis ab eodem Vicario annatæ: in primo itaque caſu factæ ſolutionis à Vicario annatæ ſtatuitur, manum mortuam non teneri ad integrum quindennium, ſed defalcari debere à quindennio congruam Vicarii, pro qua ipſe Vicarius annatam ſolvere tenetur, nè aliàs manus mortua gravaretur in eo, in quo non honoratur, nempè in ſolvendo etiam quindennium pro congrua, quam non percipit manus mortua, ſed Vicarius; quod ſanè inquitatem redoleret contrà regulam qui non ſentit 67
commodum, non debet ſentire incommodum, et è contrà, *cap. qui ſentit* 55. *de regul. Jur. in* 6. *l. ſecundùm naturam* 10. *ff. eod. Barboſa axiom.* 44. *n.* 1. 2. *et* 6. *axiom.* 63. *num.* 2. *et axiom.* 121. *per tot.* et primus præfatus caſus figuratur, ejuſmodi inconvincibili ratione veſtitus, ex verbis *dicti* §. 3. *Bullæ Pianæ, in principio,* ibi: *quoniam iniquum eſſet, eos, qui commodis privantur, eadem onera, quæ priùs ſuſtinebant, debere ſufferre* (hæc eſt epichæja) *volumus, et ſtatuimus, quòd Eccleſiæ &c. et Pia Loca hujuſmodi, in quorum Parochialibus Eccleſiis unitis continget Vicarias prædictas erigi, pro quantitatibus fructuum ipſis Vicariis perpetuis aſſignatorum, ad ſolutionem quindenniorum &c. ulteriùs non teneantur, ſed eis detractio fiat ad ratam certorum, quæ de fructibus dictarum Parochialium percipiuntur. Ità tamen, quòd Vicarii perpetui &c. teneantur &c. ſolvere annatam pro portione fructuum &c. certorum ſibi aſſignata, nec aliàs ad poſſeſſionem dictarum Vicariarum perpetuarum, et ſervitium earundem Parochialium admitti poſſint, niſi ſoluta annata &c.* in ſecundo autem caſu diverſo, ac penitùs primo contrario, nimirùm non factæ ſolutionis à Vicario annatæ ſtatuitur, manum mortuam teneri ad integrum quindennium, prout ſecundus præfatus caſus figuratur ex verbis *Bullæ Pianæ dicto* §. 3. *in fine,* ibi: *alioquin integrum quindennium ſolvi debere &c.* accedente præſertim dictione, 68
ſeu adverbio *alioquin*, de ſui natura diverſificante caſus, et adverſativa ad præcedentem caſum, ac conditionali, idem importante, ac *alio caſu, aliter; aliàs, vel alio modo,* videlicet non ſolutæ annatæ à Vicario, vel *ſi non*, ideſt ſi non ſolvatur annata à Vicario, ſolvatur integrum quindennium à manu mortua, vel *eatenùs, quatenùs,* ideſt eatenùs integrum quindennium ſolvi debere per manum mortuam, quatenùs annatam non ſolverit Vicarius, *Barboſa de diction. diction.* 16. *nu.* 3. *cum ſeqq. diction.* 17. *num.* 2. *cum ſeqq. diction.* 24. *n.* 1. *ſivè unic. et diction.* 51. *num.* 1. *ſivè unic. Richter de ſignificat. adverb. litera A. adverb.* 28.

verb.28.in principio.adverb.32.per tot.adverb.36. in principio., et litera C. adverb. 2. et 3. in principio, Cened. ſingular.3 num.1. cum ſeqq. et per tot. Gonzalez ad Regul.8 hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſ.14. n. 18. cum ſeqq. gloſ. 18. num. 51. et gloſ.49 n.2. cum ſeqq. Mandoſ. in Regul 22.Cancellar. de union. quæſt. 6. num. 5. et in Regul. 34. hodiè 35. de annali quæſt 81. n. 1. et 2. Tiraquell. de retract. lignag. §.8 gloſ.6. n. 1. cum ſeqq. et de retract. convention. §. 1. gloſ.7. n. 14. Rot. coram Dunozet. Jun. dec. 557. num. 11. tom. 1. Coccin. dec.1505. nu.9. dec.1396. nu.1. ſivè unic. parte 3. lib.3. diverſ. dec. 501. nu. 2. parte 4. diverſ. et in recentior. dec.539. nu.10. parte 4. tom.2. deciſ.51. n.4. et dec.183. n.11. parte 8. dec. 43. nu.34. cum ſeq. par. 10. ſicque venit intelligenda *Regula 22. Cancellar. de union.* volens, quòd petens unio-
69 nem Beneficiorum, teneatur exprimere verum annuum valorem tàm Beneficiorum uniendorum, quàm Beneficii, cui uniri petitur, *alioquin unio non valeat* (ſunt verba *Regulæ*) ideſt, quòd in caſu non expreſſi veri valoris, unio corruat,
70 ut explicat *Mandoſ. ad dict. Regul. quæſt.6. num.5. et 6.* eandem pariter recipere debet intelligentiam *Regula 34. hodiè 35. de annali*, volens, quòd annalis poſſeſſor pacificus Beneficii, moleſtari nequeat; ejuſque impetrator intrà ſemeſtre poſſeſſorem Beneficii judicialiter pulſet, ac Cauſam ſuper impetratione Beneficii infrà annum proſequi teneatur uſque ad ſententiam diffinitivam incluſivè, *alioquin impetratio prædicta* (ſunt verba *Regulæ*) *et quæcumque indè ſequuta, nullius exiſtant firmitatis &c.* ideſt, quod, ſi impetrator Beneficii, intrà annum proſequutus non fuerit Cauſam, & prædicta non ſervaverit, impetratio corruat, ut explicat *Mandoſ. ad dict. Regul.*
71 *quæſt.81 num.1. et 2.* ità quoque interpretandum *Statut. Urb. lib.1. cap.145.* volens, quòd filiæ, aut neptes dotatæ, & nuptæ non ſuccedant parentibus ab inteſtato, exiſtentibus filiis maſculis, quòdve ſorores, ſivè ex fratre neptes indotatæ, & innuptæ pariter non ſuccedant, ſi germanus frater, ſivè patruus, ſit paratus illas dotare: *alioqui* (ſunt verba *Statuti*) *ſuccedant dictæ mulieres cum maſculis &c.* ideſt, quòd, ſi frater, aut patruus non ſit paratus dotare, tunc fœminæ, non ampliùs excluſæ ſint a ſucceſſione communis parentis, ſed unà cum maſculis pro æquali portione ſuccedant: omitto mille alia exempla ſuper intelligentia memoratæ *Bullæ Pianæ*.

Fortiùſque intrabit hùc uſque allatus intellectus *Bullæ Pianæ*, ſi in caſu non factæ à Vicario ſolutionis annatæ pro deputatione ſuæ Vicariæ, ſemper manus mortua ſolverit quindennium, nunquam autem Vicarius, ejuſmodi namque obſervantia, præſertim longæva, fortiùſque proxima editioni *Bullæ Pianæ*, dicitur optima in-
72 terpres *Bullæ Pianæ*, exque tali obſervantia interpretationem ſumere debent verba *Pianæ*, quando etiam forſitan aliquam paterentur ambiguitatem, *Card de Luca de Benef. diſc.1. nu. 15. 17. et 39. diſc.19. n.11. diſc.27. n.17. et diſc.67. n.6. de Paroch. diſc.1. nu.15. et diſc.14 num.9. de judic. diſc.35. n.65. de præem diſc.38. nu.11. verſ. omnem, de ſucceſſion. diſc.9. n.13. diſc.13. nu.14. et diſc.17. n.11. de legit. diſc.10. n.5. et de credit. diſc.13. n.15. Rota poſt Oleam de ceſſion. jur. dec.16. n.10. et cor. Duran dec.41. n.3. ac in recentior. dec.203. num.8. par.1. dec.253. n.8. par.16. dec.510. nu.9. dec.573. n.11. dec.582. n.10. et 11. dec.631. n.15.16. et 18. et dec.674. n.20. et 22. par.19. tom.2.*

Nec refragatur, quòd verba *Bullæ Pianæ laudato* §. 3.: *alioquin integrum quindennium ſolvi debere &c.* uti imperſonaliter prolata, poſſunt compræhendere manum mortuam, et Vicarium; ità, ut Annatiſtæ poſſint dirigere actionem, et experiri jura ſua pro quindenniis contra utramque partem, vel habeant electionem pulſandi quem maluerint, habendo utramque partem 73
obligatam ad quindennia ex ipſa imperſonalitate verborum Bullæ, ad *text. in l. ſi ſervus legatus* 108. §. *Qui margaritam* 13. *ff. de legat.1. Rota cor. Card. Seraphin. dec.1384. nu.3. tom.2.* quaſi quòd *Bulla Piana* non abſque myſterio *dicto* §. 3. indefinitivè, ac imperſonaliter loquuta fuerit, ut ſic Camera Apoſtolica, & Annatiſtæ haberent plures obligatos, quod profectò magis expedit pro ſecuriori quindenniorũ exactione, *Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. §.7. proœm. n.246.*

Quod tamen objectum non ſubſiſtit, 74
quippè ad vitandum abſurdum, imò novitatem, quæ hinc reſultaret, quòd videlicet etiam Vicarius, adinſtar manus mortuæ, teneretur quindennium ſolvere, prædicta verba *Bullæ* intelligi debent ſecundùm ſubjectam, & 75
proportionatam materiam, ſuper qua cadere poſſint, imò, quantumvis generalia, ac indefinita, reſtringuntur ad ſubjectum habile, quale procul dubio non eſt Vicarius, qui non eſt manus mortua, ſed homo mortalis, ſicque non perpetuus, et ſola ſubjecta materia, ſeu ſolum ſubjectum habile ad debendum quindennia eſt ipſa manus mortua, & non alius, ut patet ad ſenſum: itaque in præſenti hypotheſi, nullo modo, quanvis generalia, indefinita, & imperſonalia, ſunt adaptabilia ad Vicarium perſonam particularem, citòque defecturam uti mortalem, cùm Bullæ quindenniorum reſpexerint ad ſolam perpetuitatem corporis myſtici, ſeu inanimati, quæ conſideratur in manu mortua, quæ nunquam moritur, non autem in Vicario, qui ſemper moritur, *Barboſa axiom. 2. num. 3. et axiom.122. n.8.9.40. et 41. Rota cor. Card. Seraphino mox laudata dec.1384. n.4. et 7. tom 2.* quando 76
tamen ſubjecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant, *Barboſa axiom. 212. per tot.* ſublata 77
ergò materia, & ſubjecto, tollitur etiam prædicatum, *Rota cit. dec.1384. num. 32. coram Card. Seraphin. tom. 2.*

Longè minùs turbat, quòd, ſi prædicta verba *Pianæ* indefinita reſtringantur ad manum mortuam, aliàs ſequeretur abſurdum intolerabile, quòd nempè Vicarius non ſolvens annatam, in actu deputationis ſuæ Vicariæ debitam ex *eadem* Piana *prælaudato* §. 3. ibi: *Vicarii perpetui, qui pro tempore deputabuntur, teneantur accipere à Sede Apoſtolica novam proviſionem ſuæ deputationis, et ſolvere annatam &c. et expedire literas Apoſtolicas &c.* ſequeretur, inquam, ab- 78
ſurdum, quòd Vicarius inobediens *Pianæ*, ſicque delinquens, eſſet melioris conditionis, quàm manus mortua, quæ non deliquit; quod fas non eſt, *Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. §.7. proœm. n 134. Rota cor. Card. Seraphin. dec.1384. n.7. verſic. aliàs, tom.2.* quando tamen manus mortua non eſſet gravanda debito alieno, nimirùm Vicarii proprium debitum, qualis eſt annata, non ſolventis, nec per Vicarium infe- 79
ren-

renda iniqua conditio manui mortuæ, illam cogendo ad quindennium in caſu non ſolutæ à Vicario annatæ cõtrà omnes Juris tramites, *cap. non debet 22. de regul. Jur. in 6. l. non debet 74. ff. eod. Barboſa axiom. 22. n. 1.* imò Vicarius non ſolvens
80 annatam, nec obligatus ſolvere quindennium, locupletaretur cum jactura manus mortuæ ſolũmodò condemnatæ ad ſolvendum quindennium, *l. Jure naturæ 206. ff. de regul. Jur. l. nam hoc natura 14. ff. de condict. indeb. Barboſa axiom. 139.*
81 *n. 1.* & nihilominùs pœna debet tenere ſuos tantùm auctores, & delinquentes, ſeu quaſi delinquentes, inter quos enumerandus eſt Vicarius non ſolvens annatam, uti inobediens mandatis Apoſtolicis, ſeu *Bullæ Pianæ*, ad textum in *l. abſentem 199. ff. de pœn. l. ſancimus 22. C. eod. Barboſa axiom. 181. n. 4.* indè ex divino oraculo nemo pro alterius delicto, vel quaſi delicto (ut in caſu) pu-
82 niendus eſt, juxta illud *Ezechiel. cap. 18. verſ. 20.* ibi: *filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii &c.*

Sed objectum facilè eliditur, reſpondendo, eſſe æquivocum aſſerere, quòd Vicarius non ſolvens annatam, nec quindenniũ, evadat melioris conditionis, quàm manus mortua illud ſolvens, quòdque idem locupletetur cum aliena jactura, nempè ipſius manus mortuæ, dum potiùs evadit deterioris conditionis Vicarius non ſolvendo annatam, quàm manus mortua ſolvendo quindennium ex eo, quòd Vicarius in tali caſu immitti nequit in poſſeſſionem ſuæ Vicariæ; ſicque nullos penitùs fructus ſuæ congruæ percipere poteſt,
83 ex literali contextu *Bullæ Pianæ ſæpè laudato §. 3. propè fin. et in fin.* ibi: *nec aliàs ad poſſeſſionem dictarum Vicariarum perpetuarum, et ſervitium earundem Parochialium admitti poſſint, niſi ſoluta annata, et expeditis literis Apoſtolicis novæ proviſionis &c. nec Vicarii prædicti anteà tuta conſcientia fructus percipere poſſint*; & notetur Clauſula prædicta *nec aliàs*, quæ importat præciſam
84 neceſſitatem, indiſpenſabilem conditionem, vimque habet decreti irritantis, ad tradita per *Barboſ. de Clauſul. clauſul. 81. num. 6. 8. 9. et 11.* manus autem mortua, in caſu non ſolutæ à Vicario annatæ, ſolvendo quindennium, evadit potiùs melioris conditionis, quàm Vicarius non ſolvendo annatam, ex eo, quòd in tali caſu eadem manus mortua percipit omnes fructus Parochialis ſibi unitæ; ideòque æquum, & juſtum eſt, quòd manus mortua ad integrum quindennium teneatur, prout ad integrum quindennium non tenetur in caſu ſolutæ à Vicario annatæ, in quo Vicarius facit fructus ſuos Vicariæ, ut depromitur ex viſceribus relati §. 3. *Bullæ Pianæ* ibi: *Pia Loca hujuſmodi, in quorum Parochialibus Eccleſiis unitis contingent Vicarias prædictas erigi, pro quantitatibus fructuum ipſis Vicariis perpetuis aſſignatorum, ad ſolutionem quindenniorum &c. ulteriùs non teneantur, ſed eis detractio fiat ad ratam certorum, quæ de fructibus dictarum* Parochialium *percipiuntur. Ità tamen, quòd Vicarii &c. teneantur ſolvere annatam pro portione fructuum &c. certorum ſibi aſſignata &c. nec aliàs ad poſſeſſionem &c. admitti poſſint, niſi ſoluta annata &c. alioquin integrum quindennium ſolvi debere, nec Vicarii prædicti anteà &c. fructus percipere poſſint.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis Parochialibus, vel non Parochialibus, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, aliis Beneficiis Parochialibus, quantumvis vacabilibus, unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem Parochialium reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Perpenditur* Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de Reform. cap. 18.
2 *Quindennia etiam ſolvuntur ex Beneficiis unitis aliis Beneficiis* Parochialibus.
3 *Ubi militat eadem ratio, ibi debet ſtatui eadem Juris diſpoſitio.*
4 *Rejicitur* Card. Farratin. ap. Amayden de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quinden. num. 20. §. Quoad Uniones verò, poſt med. verſic. & hoc caſu, & idem Amayden. ibidem n. 22.
5 *Doctor loquens contrà textum expreſſum, attendendus non eſt.*
6 *Bullæ quindenniorum compræhendunt etiam Beneficia unita aliis Beneficiis vacabilibus.*
7 *Dictio* invicem *quid importet.*
8 *Dictio* aliis *quid importet.*
9 *Bullæ quindenniorum confirmatæ.*
10 *Quando ſit, et quando non ſolvendum quindennium.*
11 *Damnum Annatiſtarum fuit cauſa finalis Conſtitutionum demandantium ſolutionem quindenniorum.*
12 *Bullæ quindenniorum ſolummodò ſupponunt, Beneficia unita non ampliùs vacare.*
13 *A diverſis non eſt facienda illatio.*

CAPITULUM XXXIX.

Firmato in *præcedenti Cap.* quòd ex Beneficiis Parochialibus manui mortuæ unitis debeantur quindennia, ſupereſt idem firmandum de Beneficiis Parochialibus, vel non Parochialibus unitis aliis Beneficiis Parochialibus, reſolvendo, quòd ex Beneficiis Parochialibus, vel non Parochialibus, annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, aliis Beneficiis Parochialibus, quantumvis vacabilibus, unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem Parochialium reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; quippè Pontifex Clemens X. quantumvis optimè ſciens, Beneficia Parochialia de ſui natura eſſe vacabilia inſtar aliorum Beneficiorum non Parochialium, perque conſequens conferibilia, immò citiùs, quàm alia Beneficia non Parochialia, ſtatimque conferenda, nè interim ex diutina eorum vacatione, in ſuſpenſo remanentibus abſque Paſtore, Cura Animarum aliquod ſentiat detrimentum, grexque ſpirituali deſtituatur 1
pabulo, contrà mentem *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de Reform. cap. 18.* attamen in ſua *Conſti-* 2
tutione 50. §. 6. in fin. §. 8. et 9. poſt med. propè fin.

Bul-

Bullar. nov. Rom. tom. 6. repet. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la XI. mandat, quindennia etiam ſolvi pro Beneficiis unitis aliis Beneficiis Parochialibus, ibi: *Parochialia, exteraque prædicta Loca Pia, in quorum favorem &c. Penſiones perpetuæ &c. reſervatæ fuerint, & in perpetuum reſervari contigerit &c. ad ſolutionem Quindenniorum &c. ratione Penſionum perpetuarum &c. faciendam teneri, & obligata exiſtere &c. omnes, et ſingulas Uniones &c quibuſcumque Eccleſiis etiam Parochialibus &c. nullis penitùs excluſis &c. perpetuò factas, et de cætero &c ſimiliter perpetuò faciendas, ſub literis Pauli &c. comprehendi, et includi &c. cum poteſtate &c. Parochialia et alia Loca Pia &c. citandi, monendi, et requirendi &c.* & notat De Luca Melphiten. poſt Schol. ad deciſion. Gratian. in Appendic. ad aliq. diſceptat. fol. mihi 306. col 2. in fin repetit. poſt alterum meum Tractatum editum de Quindenniis inter Doctor. liter. B. B. ibi: *De Beneficiis unitis Eccleſiæ Parochiali ſolvitur quindenniũ* equidem (prout ſatis in præcedenti Cap. demonſtravimus) ex Beneficiis Parochialibus unitis aliis Beneficiis non Parochialibus debentur quindennia, ita pari paſſu ex Beneficiis Parochialibus, vel non Parochialibus unitis aliis Beneficiis Parochialibus debentur quindennia, ob rationis identitatem, cùm tàm Beneficia Parochialia unita aliis Beneficiis non Parochialibus, ſint æquè vacabilia, proindéque conferibilia, quam Beneficia Parochialia, quibus uniuntur alia Beneficia Parochialia, vel non Parochialia; ita, ut ubi
3 militat eadem ratio, ibi debet ſtatui eadem Juris diſpoſitio, Barboſa axiom. 197. num. 3. et 7. Card. de Luca de feud. diſc. 105. n. 5.

4 Nec audiendi ſunt Card. Farratin apud Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1 cap. 18. §. 4. de quinden nu. 20 §. Quoad Uniones verò poſt med. verſic. et hoc caſu, et idem Amayden. ibidem num 22. tenentes, non deberi quindennium ex Beneficiis unitis aliis Beneficiis Parochialibus, ſub motivo, quòd vacant Beneficia Parochialia, ut ex verbis dicti Card. Farratin. loc. cit. ibi: *crederem, quindennium non deberi, nam, cùm ex hujuſmodi Unionibus fructus Parochialium augeantur, et ubi Proviſio ſpectet ad Sedem Apoſtolicam, exprimantur fructus cum tali augumento, et annexorum, in hoc non video, quòd fiat præjudicium aliquod Sedi Apoſtolicæ, cùm ſolvatur Annata etiam pro fructibus annexis &c.* & ex verbis ejuſdem Amayden. loc. citat. ibi: *Tertiò notandum, quòd in Unione facta Eccleſiæ Parochiali non debetur quindennium, quia augentur fructus, pro quibus ſolvitur annata, adveniente vacatione; undè, ſi etiam ſolveretur quindennium, imponeretur unis, et eiſdem fructibus duplex onus, cùm tamen unum iſtorum tantùm ſolvendum ſit, annata nempè, vel quindennium, annata in vacatione, et quindennium, ubi*
5 *vacatio fuit ſublata per Unionem &c.* quia præfati D D. uti loquentes contrà expreſſum textum prælaudatæ Conſtitutionis 50. Clementis X. §. 6. in fin §. 8. et 9. poſt med. propè fin. mandantis ſolvi quindennia etiam pro Beneficiis unitis aliis Beneficiis Parochialibus, attendendi non ſunt, Card. de Luca de empt. diſcur. 52. ſub num. 2. de credit. diſc. 33. n. 4. et de fideicom. diſc. 126. num. 2.

In quorum corroborationem valdè ſtringit
6 validiſſima ponderatio, quòd Bullæ quindenniorum, juxta literam, non modò comprehendunt Beneficia perpetuò unita, & fructus applicatos manibus mortuis, ſeu Locis Piis non vacabilibus, verùm etiam Beneficia unita, ac reſpectivè fructus applicatos alteri Beneficio vacabili, prout ſignanter cavetur in Conſtitutione 6. Pauli II. §. 1. Bullar. nov. Rom. tom. 1. repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I. ibi: *Nos &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. invicem, vel aliis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, vel Collegiatis Eccleſiis, earùmque Capitularibus Menſis, ac Menſariis, Dignitatibus, Collegiis, Univerſitatibus, & Beneficiis &c. Apoſtolica auctoritate univimus, incorporavimus &c.* dum enim expreſsè ſub prælaudata Paulina comprehenduntur Uniones Beneficiorum factæ invicem, inficiari nequit, quin ſub hac phraſi contineantur etiam Uniones factæ aliis Beneficiis ejuſdem naturæ, & qualitatis Beneficiorum unitorum, præcedenter expreſſorum juxta indolem dictæ dictionis *invicem*, quæ in 7
ſuo ſignificatu importat reciprocam, & mutuam inter ſe unionem, ac incorporationem, Barboſa de diction. diction. 176. num. 2. & in puris terminis Unionis Rota dec. 631. n 5. par. 19. recentior. tom. 2. ibi: *Idque eò magis procedit, attentis verbis in narrativa Bullæ appoſitis, & pluries in diſpoſitiva repetitis, ibi: Invicem unit, & annectit. Dictio enim Invicem, compoſita ex in, & vicem, cadit inter duos æqualiter, & mutuò inter ſe complectentes &c.*

Quod quidem motivum fortiùs urget, accedente ſpecifica nominatione Beneficiorum unitorum, cum dictione *aliis*, in mox laudata Piana adjecta, ibi: *aliis &c Beneficiis &c.* quæ pariter dictio *aliis* intelligitur de Beneficiis ſimili- 8
bus cum præcedenter expreſſis, in qualitate nempè, & ſubſtantia, Surd. conſ. 21. n. 12. lib. 1. Lotther. de re benefic. lib 3. quæſt. 32. n. 27. et 28. Barboſa de diction. diction. 26 num. 1. cum ſeqq. Palm Nep alleg. 234. n. 53. ego in alio meo Tract. edito de Quindenniis, cap. 50 nu 582. Rota coram Bich dec 493 n. 23. to. 2. ac in recentior. dec. 218. n. 14 par. 11 dec. 69 n 14 par. 17. dec. 476. n. 6. et dec. 631. num. 14 par. 19. tom. 2. et poſt Card. de Luca dec. 9. n. 24 et dec. 10 num. 10. lib. 4. vol. 1. dec 6. n. 15. lib. 13 et dec. 27. nu. 18. lib. 16. vol. 4. & in præciſis terminis quindenniorum Barboſa collect. Apoſtol. dec 626. verbo quindennia, nu. 1.

Longèque fortiùs ſtringit mox deducta ponderatio, dum indicata Conſtitutio 6. Pauli II. 9
fuit confirmata per poſteriores Conſtitutiones, & Conſtitutiones illius confirmatoriæ, fuerunt pariter confirmatæ per alias æquè ſucceſſivas Conſtitutiones, veluti videre eſt in Conſtitutione 20. Julii III. in principio, juncto §. 2. et 6 Bullar. nov. Rom. tom 1. ibi: *his, quæ à Prædeceſſoribus noſtris ad hoc providè emanarunt, libenter adjicimus noſtri muniminis firmitatem &c. Et piæ memoriæ Paulus etiam Papa II. &c Nos &c. omnia, et ſingula in eis contenta &c. approbamus, et innovamus &c et à quibuſcumque &c tàm pro præterito, quàm futuro tempore inviolabiliter obſervari &c quoad omnia, et ſingula &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. decernimus &c.* Conſtitutione 38. S. Pii V. in principio, juncto §. 1. eod. Bullar. to. 2. ibi: *plurimùm interſit, et neceſſarium exiſtat, ut tàm Julii III. et Pauli IV. &c literas &c. quàm alias quaſcumque Conſtitutiones &c. per &c. Pium II. Paulum etiam II. Innocentium VIII. Julium ſimiliter II. ac Julium, et Paulum præfatos, alióſ-*

que diverſos Romanos Pontifices &c. per nos innoventur, approbentur, et confirmentur. Nos igitur &c. approbamus, et confirmamus &c. Conſtitut. 33. Sixti V. §. 1. cod. tom. 2. ibi: *Itaque &c. Literas &c. Pauli II. &c. III. Pauli IV. ac Pii V. nec non quorumcumque aliorum &c. Pontificum &c. ſuper ſolutione Annatarum, Communium, Quindenniorum, et aliorum jurium &c. editas, confirmatas, et innovatas &c. approbamus, et confirmamus &c. atque illas &c. innovamus &c. Conſtitutione 18.* Urbani *VIII. §. 1. eod. Bullar. tom. 5.* ibi: *quaſcumque &c. Literas eorundem Pii, et Sixti V. nec non quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum &c. approbamus, et confirmamus &c. atque illas &c. innovamus &c. et Conſtitutione 50. Clementis X. §. 5. et 6. eod. Bullar. tom. 6.* ibi: *quaſcumque &c. Literas dictorum Pii V. et Sixti V. nec non quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum &c. cum omnibus Clauſulis &c. confirmavit, et approbavit &c. atque illas &c. innovavit &c. quaſcumque &c. Literas eorundem Pauli IV. et Pii, ac Sixti V. atque* Urbani *VIII. nec non quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum &c. approbamus, et confirmamus &c. atque illas &c. innovamus &c. repet. poſt Tractat int. Conſt. Apoſtol. in ordine la* III. VI VII. VIII. & XI.

In nihilum relevante, quòd Doctores, & Interpretes ſuper ſæpè laudata Conſtitutione Pauli II. reliquiſque confirmatoriis, ac declaratoriis ſucceſsivè editis, conſideraverint, illas eſſe promulgatas, ut auferretur præjudicium, & detrimentum ex Unionibus obveniens Cameræ Apoſtolicæ, nec non Annatiſtis, dum Beneficia ſemel unita, poſteà ampliùs non vacant, perque conſequens deſinunt ſolvere Annatam, quam procul dubio, ſi unita non eſſent, prout prius, ſolverent, proindèque, arguendo a ratione legis non autem à nuda litera, tradiderint, quòd ubi Uniones fiebant alicui Beneficio vacabili, & collativo, non intraret ſolutio quindennii, ejuſcemodi tamen regula non eſt abſolutè, & genericè, ſeu in abſtracto ſumenda, ſed juxta mentem legis, rationèmque in ea expreſſam: procedit enim, quando Unio fit Beneficio vacabili, pro quo in actu Proviſionis ſolvatur Annata pro fructibus quoque Beneficii uniti eo, quòd tunc ceſſat præjudicium, ſeu damnum Cameræ, & Annatiſtarum, qui, ex fructibus Beneficii uniti exigentes Annatam in illius Proviſione, æquum, & juſtum eſt, quòd pro eiſdem
10 exigant quoque quindennium, in quo ſenſu, & cum qua declaratione, ac modificatione loquuntur *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. num. 22. Capon. controv. for. 30. ſub num. 9. Filliucc oper. moral. lib. 3. tract. 41. de Benefic. Eccleſ. cap. 6. num. 59. Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap. 10. n. 21.* ſecùs verò, ſi in actu Proviſionis non ſolvatur Annata pro fructibus Beneficii uniti, cùm tunc ſemper ſubſiſtat, & duret
11 præjudicium, ac damnum Annatiſtarum, quod fuit cauſa finalis ipſarum Conſtitutionum ſolutionem quindenniorum demandantium, veluti egregiè diſtinguit *Card. Farratin. apud Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. ſub n. 20. verſic alia eſt facultas.*
12 Omiſſo, quòd Bullæ quindenniorum nullibi ſupponunt, quòd Beneficia, quibus fit Unio, non ſint, vel non eſſe debeant vacabilia, ſed benè ſupponunt, quòd vice verſa Beneficia, quæ uniuntur, non ſint ampliùs vacabilia juxta tenorem *Bullæ 6. Pauli II. §. 2. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ibi: *Proptereàque &c. Beneficia unita hujuſmodi ampliùs nequaquam vacare ſperantur &c. Bullæ 17. Pauli IV. §. 8. eod. tom. 1.* ibi: *omnes, et ſingulas Uniones &c. de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. quæ ex eorum perpetuitate non vacant &c. perpetuò factas, et de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli &c. compræhendi &c. Bullæ 38. S. Pii V. §. 3. eod. Bullar. tom. 2.* ibi: *ex &c.* Beneficiorum *Eccleſiaſticorum* Unionibus, *quæ ampliùs vacare non ſperabatur &c. Bullæ 33. Sixti V. §. 2. eod. tom. 2.* ibi: *Præterea quoniam quindenniorum uſus, et ſolutio ratione Beneficiorum unitorum conſtituta ſunt, quia illorum vacatio ampliùs non ſperatur &c. Bullæ 18.* Urbani *VIII. in principio eod. Bullar. tom. 5.* ibi: *ex &c.* Beneficiorum *Eccleſiaſticorum* Unionibus, *quæ ampliùs vacare non ſperabantur &c.* et Bullæ *50. Clementis X. §. 1. 3. et 6. eod.* Bullar. *tom. 6.* ibi: *omnes, et ſingulas* Uniones *&c. de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. quæ ex eorum perpetuitate non vacant &c. perpetuò factas, et de cætero &c perpetuò faciendas, ſub literis Pauli II. &c. includi &c. ex &c.* Beneficiorum Unionibus, *quæ ampliùs vacare non ſperabantur &c. repetit. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſtol. in ordine la* I. V. VI.
VII VIII. *et* XI. à diverſis autem non eſt facien- 13
da illatio, *l. Papinianus 20. ff. de minor. cum vulgat.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, aliis Beneficiis, quantumvis vacabilibus, puta Dignitatibus, aut Canonicatibus, unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Pro* Beneficiis *non excedentibus XXIV. Ducatos non ſolvitur Annata.*
2 *Canonicatus non ſubjacent* Regul. 55. Cancellar. de valor.
3 Bullæ *quindenniorum mandant ſolvi quindennium loco Annatæ.*
4 *Omnia Capitula ſolvunt quindennia ex* Beneficiis *ſibi unitis, etiamſi Canonicatus ſint collativi.*
5 *Per ſolutionem quindennii dumtaxat reparatur damnum Annatiſtarum reſultans ex* Unione.
6 *Succeſſor in Dignitate, et Canonicatu ſolvere debet Annatam, & laudatur* Alvarez Pegas.
7 *Hujuſmodi* Unio *non fit manui mortuæ, ſed Beneficiis tenuibus.*
8 *Pro Dignitatibus, et Canonicatibus in ſolis Ducatis XXIV. exprimi ſolitis non ſolvitur Annata, proindèque debetur quindennium ratione præjudicii Annatiſtis ex* Unione *reſultantis.*
9 *Fructus* Beneficiorum *ſuppreſſorum redigi ſolent in Maſſam communem, quantumvis de Maſſa hujuſmodi participent Dignitates, et Canonici.*
10 *Solutio quindenniorum intrat in caſu ceſſationis Annatarum ob damnum indè Annatiſtis reſultans.*
11 *Annatæ ceſſant per ceſſationem vacationis.*

12 Bul-

12 *Bullæ quindenniorum ſolummodò reſpexerunt damnum Annatiſtarum.*

13 *Prima Dignitas eſt reſervata Sedi Apoſtolicæ vigore* Regul.4. Cancellar. de reſervat. Dignitat.

14 *Sedes Apoſtolica providet in ſuis octo menſibus, vigore* Regul.8. hodiè 9. Cancellar.de Menſib.

15 *Quamvis pro Proviſione primæ Dignitatis ſemper reſervatæ S. Sedi, eidem ſolvantur conſueta emolumenta, non tamen ſolvitur Annata.*

16 *Uniendo Beneficia Dignitatibus, aut Canonicatibus, propriè non reſultat* Unio*, de qua loquuntur Bullæ quindenniorum, ſed potiùs crectio* Beneficiorum *in Dignitates, aut Canonicatus.*

17 *Perpenditur* Card. de Luca de Benefic. diſcur.139. num. 3.

18 *Doctori unico in ſuo dicto non eſt deferendum.*

CAPITULUM XL.

VIſo in *Cap.præcedēti*, quòd ex Beneficiis unitis aliis Beneficiis, quātumvis vacabilibus,
puta Parochialibus, debeantur quindennia, ſupereſt idem videndum in Beneficiis unitis Dignitatibus, aut Canonicatibus, quantumvis
vacabilibus. Videtur quidem paradoxum primo
aſpectu, aſſerere, quòd ex Beneficiis unitis aliis
Beneficiis, etiam poſt Unionem vacabilibus, ſeu
vacaturis, puta ſpecialibus, ſivè particularibus
Dignitatibus Eccleſiaſticis, veluti Decanatui,
Archidiaconatui, Archipresbyteratui, Præpoſitatui, ſeu Præpoſituræ, vel alteri quocumque
nomine Dignitati nuncupatæ, debeantur quindennia: nihilominùs eſt Evangelium, quòd ex
Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorū auri de Camera excedentibus, aliis Beneficiis, quantumvis vacabilibus, puta Dignitatibus, aut Canonicatibus, unitis, etiam adhùc debentur quindennia, ut in ſimili de Beneficio unito
alteri Beneficio Parochiali notat. *De Luca Melphiten. in Appendic. ad aliq. diſcept. Gratian fol. mih.
206. col. 2. in fin. repetit. poſt alterum meum Tact. de
Quindenniis int. Doctor. litera* BB. *fol.* 529 *col* 1.
antè med. quippè, cùm ex privilegio, vel conſuetudine, ſeu ſtylo fructus certi Canonicatuum
exprimi ſoleant in ſolis Ducatis XXIV. per non
exceſſum, licet in rei veritate illos excedant; &
quamvis hujuſmodi Canonicatus verè ſint pro
tempore vacabiles, perque conſequens collativi, quia tamen ob valorem conſuetudinarium,
ſeu indultarium nunquam eſt locus Annatæ ex
1 cauſa ficti non exceſſus: pro Beneficiis namque,
quorum fructus exprimuntur in Ducatis dumtaxat XXIV. per non exceſſum, non ſolvitur annata, juxta literalem diſpoſitionem *Conſtitutionis 33. Clementis VII. Bullar. nov Rom. tom.* 1.
& tradunt *Lotther. de re benef. lib. 3. qu. 20 n. 42.
Amayden de ſtyl. Datar lib 1. cap* 18. §. 3. *de
annat. num.* 21. *Maſſ. Galleſ. de annat. in princip.*
atque eſt praxis in Curia notoria, hincque inolevit univerſalis ſtylus Datariæ, & Cancellariæ
2 Apoſtolicæ: undè Canonicatus non ſubjacent
Regul. 55. *Cancellar de valor. Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib.* §. 7. *proœm.
nu.* 167. *Rot. ap. Garz. de Benefic. part.* 10. *cap.* 1.
n. 74. *et coram Zarat. dec.* 88. *num.* 18. *cum ſeqq.
Coccin. dec.* 516. *n.* 1. *et dec.* 536 *n.* 6. quamobrem
Cameræ, & Annatiſtarum indemnitati conſulendum omninò eſt, prævia quindennii ſolutione, propterea tàm in litera, quàm in ratione
finali ſubintrat diſpoſitio Conſtitutionum Apo- 3
ſtolicarum demandantium ſolutionem quindennii ſubrogati loco Annatæ debitæ in actu Proviſionis, prout in ſpecie de Unione facta Eccleſiæ Collegiatæ, & Menſæ Capitulari, non
obſtantibus quibuſcumque, ac eorundem Capitulorum privilegiis, literaliter cavetur in *Conſtitutione 6. Pauli II.* §. 1. 4. 5. *et* 7. *Bullar. nov. Rom.
tom.* 1. ibi „ Beneficia Eccleſiaſtica &c. Collegiatis
„ Eccleſiis, earùmque Capitularibus Menſis &c.
„ Apoſtolica auctoritate univimus, incorpora-
„ vimus &c. Beneficia, ut præfertur, unita &c.
„ Annatam &c. in poſterum ſingulis XV. annis
„ perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſolvere
„ teneantur, et debeant &c. Et quòd de omni-
„ bus &c. Beneficiis, ut præfertur, unitis &c.
„ Communia, Minuta, et alia jura, ſeu Anna-
„ tas &c. ſolvere adſtringantur etiam ſingulis
„ annis XV. in futurum &c. Non obſtantibus &c.
„ cæteriſque contrariis quibuſcumque &c. „ *in
Conſtitut 17. Pauli IV.* §. 8. *et* 11. *eod. tom* 1.
„ ibi „ omnes, et ſingulas Uniones &c. de qui-
„ buſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Colle-
„ giatis Eccleſiis, ſeu earum Menſis Capitula-
„ ribus &c. perpetuò factas, et de cætero &c.
„ perpetuò faciendas, ſub literis Pauli &c. com-
„ præhendi &c. Et propterea &c ad ſolutionem
„ Communium, et Minutorum Servitiorum, ac
„ Annatarum, et aliorum jurium prædictorum
„ eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus,
„ ratione earundem Unionum &c. ſingulis XV.
„ annis &c. faciendam teneri &c. et Beneficia
„ unita hujuſmodi onus ſolutionis Commu-
„ nium, et Minutorum Servitiorum, ac Anna-
„ tarum, et aliorum jurium ſemper habuiſſe, et
„ ad præſens habere. Et &c. ut ratio Commu-
„ nium, Minutorum Servitiorum, ac Annata-
„ rum, et aliorum jurium prædictorum clara
„ habeatur &c. volumus &c. quòd &c. Colle-
„ giatarum Eccleſiarum Capitula &c. omnia,
„ et ſingula Monaſteria &c. et alia Beneficia
„ Eccleſiaſtica, quæ poſſident &c. notificaſſe,
„ et intimaſſe debeant, et ad id &c. cogi, et
„ compelli poſſint „ *in Conſtitutione 38. S. Pii V.*
§. 3. 4. 6 *et* 7. *eod. Bullar. tom.* 2. ibi „ et alia
„ quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. Colle-
„ giatis Eccleſiis, aut Capitularibus Menſis &c.
„ Apoſtolica auctoritate unita &c. ſub literis
„ Pauli II. et aliorum Prædeceſſorum hujuſmo-
„ di compræhendi, et includi, et propterea om-
„ nia, et ſingula Cathedralium etiam Metro-
„ politanarum, Eccleſiarùmque Collegiatarum
„ Capitula &c. dummodò Monaſteria, et Be-
„ neficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem Com-
„ munium, Annatarum, et aliorum jurium
„ prædictorum eidem Cameræ &c. ratione
„ Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. facien-
„ dam teneri &c. Mandantes &c. ut omnes, et
„ ſingulas Cauſas coram eo inter &c. eiuſdem
„ Cameræ Collectorem &c. et &c. Capitula &c.
„ ſuper ſolutione Annatarum, Communium,
„ et aliorum jurium Quindenniorum eorun-
„ dem &c. juxta præſentium tenorem terminet,
„ et decidat. Et &c. omnia, et ſingula Cathe-
„ dralium etiam Metropolitanarum, et Colle-
„ giatarum Eccleſiarum Capitula &c. ad indi-
„ candum &c. omnia, et ſingula Monaſteria &c.
„ et alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica,
„ quæ ipſa Capitula &c. poſſideant &c. mo-

 neat,

,, neat, et requirat. Non obſtantibus &c. Pri-
,, vilegiis &c. Capitulis &c. conceſſis &c. cæte-
,, riſque contrariis quibuſcumque ,, *in Conſtitu-
tione* 33. *Sixti V.* §. 2. 4. *et* 5. *eod. tom.*2. ibi ,,
,, Et propterea omnia, et ſingula Cathedra-
,, lium, et Metropolitanarum, et Collegiatarum
,, Eccleſiarum Capitula &c. dummodò Benefi-
,, cia ipſa poſſideant, ad ſolutionem Quinden-
,, niorum præfatorum eidem Cameræ, ac Col-
,, legio, et Officialibus, ratione Unionum &c.
,, ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c.
,, et ad id &c. cogi &c. poſſe. Mandantes &c.
,, ut &c. omnia, et ſingula Cathedralium,
,, etiam Metropolitanarum, et Collegiatarum
,, Eccleſiarum Capitula &c. ad indicandum&c.
,, omnia, et ſingula &c. Beneficia Eccleſiaſti-
,, ca &c. moneant, et requirant. Non obſtanti-
,, bus &c. Privilegiis &c. Capitulis &c. conceſ-
,, ſis &c. ,, *in Conſtitutione* 18. *Urbani VIII. in
princip. juncto* §. 2. 3. *et* 4. *eod. Bullar. tom.* 5. ibi ,,
,, omnia, et ſingula Cathedralium, etiam Me-
,, tropolitanarum, Eccleſiarùmque Collegiata-
,, rum Capitula &c. Beneficia Eccleſiaſtica
,, unita &c. dummodò &c. Beneficia ipſa poſſi-
,, derent, ad ſolutionem Communium, Anna-
,, tarum, et aliorum jurium prædictorum eiſdem
,, Cameræ, Collegio, et Officialibus, ratione
,, Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. facien-
,, dam teneri &c. et ad id &c. cogi, et compelli
,, poſſe decrevit, et declaravit. Mandans pro-
,, pterea &c. ut &c. omnia, et ſingula Cathe-
,, dralium, etiam Metropolitanarum, et Colle-
,, giatarum Eccleſiarum Capitula &c. ad indican-
,, dum &c. omnia, et ſingula &c. Monaſteria
,, &c. et alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſti-
,, ca, quæ ipſa Capitula &c. poſſiderent &c.
,, moneret, et requireret &c. Mandavitque &c.
,, ut &c. omnia, et ſingula Cathedralium,
,, etiam Metropolitanarum, et Collegiatarum
,, Capitula &c. moneret, et requireret, ut pro-
,, fiterentur &c. omnia, et ſingula Beneficia
,, Eccleſiaſtica, quæ vigore ſimilium Unionum
,, quomodolibet poſſidebant &c. cum facultate
,, citandi &c. Mandantes &c. cui &c. omnes,
,, et ſingulæ Cauſæ inter &c. Cancellariæ Apo-
,, ſtolicæ Generalem Subcollectorem &c. et &c.
,, Capitula &c. ſuper ſolutione Annatarum,
,, Communium, et aliorum jurium Quinden-
,, niorum eorundem commiſſæ reperiuntur, et
,, aliis &c. ut &c. omnia, et ſingula Capitula &c.
,, ad indicandum &c. omnia, et ſingula Mona-
,, ſteria &c. et alia quæcumque Beneficia Eccle-
,, ſiaſtica &c. unita &c. quæ ipſa Capitula &c.
,, vigore Unionum hujuſmodi poſſident &c.
,, moneant, et requirant, cum poteſtate dicta
,, Capitula &c. citandi, monendi, et requiren-
,, di &c. Non obſtantibus &c. Privilegiis &c.
Capitulis &c. conceſſis &c. ,, *et in Conſtitutio-
ne* 50. *Clementis X.* § 1. 3. 4. 5 9. *et* 11. *eod. Bul-
lar. tom.*6. ibi ,, omnes, et ſingulas Uniones &c.
,, de quibuſvis Monaſteriis &c. et Beneficiis Ec-
,, cleſiaſticis &c. quibuſcumque Collegiatis Ec-
,, cleſiis, ſeu earum Menſis Capitularibus &c.
,, perpetuò factas, et de cætero &c. perpetuò
,, faciendas, ſub literis Pauli II. &c. includi &c.
,, omnia, et ſingula Cathedralium, etiam Me-
,, tropolitanarum, et Collegiatarum Eccleſia-
,, rum Capitula &c. in quorum favorem &c.
,, quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c.
,, exiſterent &c. quantumcumque exempta, et
,, privilegiata exiſterent &c. dummodò &c. Be-
,, neficia ipſa poſſiderent, ad ſolutionem Com-
,, munium, et Annatarum, et aliorum jurium
,, prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et
,, Officialibus, ratione Unionum &c. ſingulis
,, XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad
,, id &c. cogi &c. poſſe decrevit, et declaravit,
,, mandans propterea &c. ut &c. omnia, et ſin-
,, gula Cathedralium, etiam Metropolitana-
,, rum, et Collegiatarum Eccleſiarum Capitu-
,, la &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingula
,, Monaſteria &c. et alia quæcumque Beneficia
,, Eccleſiaſtica, quæ ipſa Capitula &c. poſſide-
,, rent &c. moneret, et requireret &c. manda-
,, vitque &c. ut &c. omnia, et ſingula Cathe-
,, dralium, etiam Metropolitanarum, et Colle-
,, giatarum Eccleſiarum Capitula &c. moneret,
,, et requireret, ut profiterentur &c. omnia, et
,, ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, quæ vigore
,, ſimilium Unionum quomodolibet poſſide-
,, bant &c. cum facultate citandi, et inhiben-
,, di &c. mandans propterea &c. dictæ Cameræ
,, Clerico, cui &c. omnes, et ſingulæ Cauſæ
,, inter &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Generalem
,, Subcollectorem &c. et &c. Capitula &c. ſuper
,, ſolutione Annatarum, Communium, et alio-
,, rum jurium Quindenniorum commiſſæ repe-
,, riebantur, et aliis &c. ut &c. omnia, et ſin-
,, gula Capitula &c. ad indicandum &c. omnia,
,, et ſingula Monaſteria &c. et alia quæcumque
,, Beneficia Eccleſiaſtica &c. unita &c. quæ ipſa
,, Capitula &c. vigore Unionis hujuſmodi poſſi-
,, debunt &c. monerent, et requirerent, cum
,, poteſtate dicta Capitula &c. citandi, monen-
,, di, et requirendi &c. ut &c. omnia, et ſingula
,, quarumlibet Eccleſiarum Capitula &c. mo-
,, neat, ut profiteantur &c. omnia, et ſingula
,, Beneficia Eccleſiaſtica, quæ vigore ſimilium
,, Unionum &c. quomodolibet poſſident &c.
,, mandavimus, ut &c. omnia, et ſingula Capi-
,, tula &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingu-
,, la Monaſteria, et quæcumque alia Beneficia
,, Eccleſiaſtica quomodolibet eis unita &c. quæ
,, &c. ipſa Capitula &c. vigore Unionum hujuſ-
,, modi poſſident &c. moneat, et requirat, cum
,, poteſtate dicta Capitula &c. citandi, monen-
,, di, et requirendi &c. ,, *repetit. poſt Tract. int.
Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* I. V. VI. VII.
VIII. et XI. et communiter tradunt *Frances de
Eccleſ. Cathed. cap.* 80. *num.* 441. *Amayden. de ſtyl.
Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quinden. num.* 1. *cum ſeq.
Fagnan. in cap. præterea* 1. *num.* 13. *nè Prælat. vic.
ſuas*, *Lotther. de re benef. lib.* 1. *qu.* 29. *num* 1. *et* 2.
Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap. 10. *num* 19. *cum ſeq.
Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 89. *nu.* 3. *ac per tot.*
aliàs fuiſſet ſuperfluum, quòd Summi Pontifices
compræhendiſſent in eorum Conſtitutionibus
Capitula Canonicorum, quia omnes Canonica-
tus ſunt collativi, et tamen omnia Capitula,
quibus unita reperiuntur Beneficia, ſolvunt
quindennia, ut jam dictum eſt.

Quibus accedit univerſalis obſervantia om- 4
nium Capitulorum, quæ citra controverſiam
ſolvunt quindennia ex Beneficiis ſibi unitis,
etiamſi Canonicatus ſint collativi, *Rota in Vercel-
len. Penſionis* 26 *Junii* 1699. §. *Inſuper ſubmove-
tur*, *coram Molines Decano*, *et Inquiſitore Gene-
rali Hiſpaniarum*; ità, ut, licet Canonicatus, aut
Di-

Dignitates vacent, proque iſtis expediantur Bullæ in Cancellaria Apoſtolica, occurrente eorum, earùmve Proviſione in Curia, non tamen per hoc ex dictis ceſſat valdè ſenſibile præjudicium Cameræ,& Annatiſtarum ob ceſſationem Annatæ: ſicque remanet citrà dubium, quòd per Unionem evidenter damnificetur Annatiſtis, quòdve
5 nullum aliud ſuperſit remedium ad illud reparandum, quàm ipſa ſolutio quindennii, ut terminanter diſtinguens advertit *Amayden. de ſtyl. Datar.lib.1.cap.18.§.4. de quindennio, n.22.* ibi: *cùm tamen unum illorum tantùm ſolvendum ſit, annata nempè, vel quindennium, annata in vacatione, & quindennium, ubi vacatio fuit ſublata per Unionem &c.*

Nec obſtat, quòd, cùm particulares, ſeu ſpeciales Dignitates, et Canonicatus ſint Beneficia de ſui natura vacabilia, ſeu pro tempore vacatura per ceſſum, aut deceſſum Dignitatum, & Canonicorum, perque conſequens ſint conferibilia, ſeu collativa, mediante Proviſione novatum perſonarum intrantium per vacationem in Curia, vel apud Sedem ob reſervationem, & affectionem, non debeant ſubjacere quindenniis, quando ſolvuntur annatæ pro fructibus hujuſmodi annexis, expreſſis ad hunc effectum fructibus cum tali augumento, nullòque hinc illato Cameræ Apoſtolicæ, aut Annatiſtis præjudicio; quaſi quòd talis Unio ſit merè accidentalis, ſeu caſualis, per quam tamen non videtur propriè induci vacatio: etenim talia Beneficia vacare ſolent cum ipſa, cui adhærent, Dignitate, ſeu Canonicatu, ut, cùm moritur Præpoſitus, Decanus, Archidiaconus, Archipresbyter, vel alia
6 ſimilis Dignitas, & Canonicus; obque id ſucceſſor in Dignitate, & Canonicatu ſolvere debet annatam loco quindennii, exemplo Unionis factæ Beneficio Parochiali, ſui natura vacanti, *Amayden de ſtyl.Datar.lib.1. cap.18. §.4. de quinden.n.22.* ibi: *tertiò notandum, quòd in Unione facta Eccleſiæ Parochiali non debetur quindennium, quia augentur fructus, pro quibus ſolvitur annata, adveniente vacatione; undè, ſi etiam ſolveretur quindennium, imponeretur unis, & eiſdem fructibus duplex onus, cùm tamen unum iſtorum tantùm ſolvendum ſit, annata nempè, vel quindennium, annata in vacatione, & quindennium, ubi vacatio fuit ſublata per unionem: eadem eſt ratio in unione facta Canonicatui, ſivè Dignitati, modò detur vacatio &c. Scortia in ſelect. Summ.Pontific. Conſtitution. epitom. 44. theorem. 123. verſic. ſed quid, ſi Beneficium*, ibi: *Sed quid, ſi Beneficium non fuerit annexum Collegio, Societati, & generatim locis extructis cauſa communis pietatis, ſed annectatur in perpetuum certæ Eccleſiaſticæ Dignitati, vel Decanatui, Præpoſituræ &c. Reſpondeo, de his non ſolvi Quindennia; Licet enim tale Beneficium ſit in perpetuum annexum Dignitati, ſolet tamen vacare cum ipſa, cui adhæret, Dignitate, ut cùm moritur Præpoſitus, aut Decanus, & ob id ſucceſſor debebit annatam ſolvere loco Quindennii, quod tantùm debetur de non ampliùs vacaturis &c. Alvarez Pegas, ſui, noſtrique decus, de competent. part. 2. cap. 69. n. 6.* ibi: *Verùm ſi unio facta ſit non Collegio, vel alteri manui mortuæ, ſed Dignitati, vel alteri Beneficio vacabili, ſicut ſolvitur annata de Beneficio principali, ità & ſolvi debet de unito, quia, cùm unum non poteſt vacare ſine alio, & per conſequens cùm detur vacatio, locus erit ſolutioni annatæ tàm pro principali, quàm pro unito, vel pro utroque, ſi unio fuerit æquè principaliter facta de utroque Beneficio &c. Filliucc. qu. moral. tom. 2. aliàs 3. in Appendic. tract.41. aliàs 45. de Benefic.Eccleſ. cap.6. qu.10. n.59.* ibi: *Quartò ſiquod Beneficium unitum ſit alteri, ut Dignitati, quia hæc vacabilis eſt, jam non eſt ſolvendum Quindennium de Beneficio unito alteri vacabili: undè in Conſtitutionibus citatis dicitur, & ſolvatur ex Beneficiis unitis in perpetuum, non ampliùs vacaturis &c. Azor. inſtitut. moral.part.2. lib.7. cap.13.qu.4.* ibi: *Quartò quæritur, an quindennium ſolvi debeat ex quibuſvis Beneficiis in perpetuum unitis, & annexis, verbi gratia, aliquando Beneficium annectitur certæ Eccleſiaſticæ Dignitati, veluti Præpoſituræ, Decanatui; quò fit, ut, quemadmodùm Dignitas eſt perpetua, ità Beneficium illi in perpetuum adhærens? Reſpondeo, Pontificias Conſtitutiones de quindennio ſolvendo, hactenùs editas, locum habere tantummodò in Beneficiis, quæ annectuntur Collegiis &c. At qui Pontificiæ, dicet aliquis, Conſtitutiones decreverunt, ut quindennium ſolvatur ex Beneficiis in perpetuum unitis? Reſpondeo, in Pontificiis Conſtitutionibus dici, ut ſolvatur ex Beneficiis unitis in perpetuum non ampliùs vacaturis. Tale autem Beneficium non habetur, quod eſt unitum Dignitati: nam, licet ſit in perpetuum annexum, vacare tamen ſolet unà cum ipſa Dignitate, cui annectitur, & adhæret &c. Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.10. n. 21.* ibi: *Verùm ſi unio facta non fuerit Collegio, vel alteri Manui mortuæ, ſed Dignitati, vel alteri Beneficio vacabili, ſicut ſolvitur Annata de Beneficio principali, ità & ſolvi debet de unito: quia unum non poteſt vacare ſine alio, & per conſequens cùm detur vacatio, locus erit ſolutioni Annatæ tàm pro principali, quàm pro unito, vel pro utroque, ſi unio fuerit æquè principaliter facta de utroque Beneficio &c. Capon. contr. for. 30. n. 9. in fin. verſ. de unionibus verò antè verſ. poſita ergò.*

Siquidem non fit hujuſmodi Unio Beneficio-
rum ipſi corpori nunquam defecturo, ſeu manui 7
mortuæ, ſed aliis Beneficiis tenuibus, ut eorum fructus hac via, mediante Unione, augeantur; quæ Beneficia benè vacare poſſunt in Curia, vel apud S. Sedem per obitum ultimorum poſſeſſorum, factâque de illis proviſione, ſolvi Annatæ, dum proviſi percipiunt in particulari fructus Beneficiorum taliter unitorum, quidquid ſit, quando unio fit (ut ità inquam) in communi, Communitati videlicet, puta Capitulo, Ordini, aut cuicumque Loco Pio; tunc enim ex quò Communitas percipit in communi fructus, nec ampliùs vacant Beneficia, ſubjacere debet quindenniis loco Annatarum, quæ poſt unionem ampliùs ſolvi nequeunt ob deſperatam Beneficiorum vacationem, *Turricell. de union. Benefic. cap.4. n. 37. noſque latè ſuprà in Cap. I.* quæ ratio non militat in Beneficiis unitis aliis Beneficiis, cùm tàm Beneficia unita, antè unionem, quàm poſt unionem ſint vacabilia, quàm etiam ipſa Beneficia, quibus uniuntur, *Turricell. loc. mox citat. n. 32. cum ſeqq.*

Obiectum tamen non tegit, quia in Dignita-
tibus, & Canonicatibus, quamtumvis aliàs va- 8
cabilibus, nihilominùs exprimi ſolitis in Ducatis ſolis XXIV. occaſione earum, eorùmve vacationis in Curia, aut apud Sedem ratione reſerva-

ſervationis, ſeu affectionis non ſolvitur annata, nec augetur expreſſio fructuum, nec pro augumento ſolvitur annata, proindèque in tali caſu exigi poteſt, & debet quindennium ratione præjudicii, ſivè damni Annatiſtarum, veluti benè diſtinguunt *Monet de diſtrib. quotid. part. 3. qu. 9. n. 30. cùm ſeqq. Maſſobr. in prax. hab. conc. prælud.* 12. *n.* 2. *&* 3.
9 Et quia fructus Beneficiorum unitorum ſuppreſſorum redigi ſolent in Maſſam communem, ſicque unio fit ipſi Communitati, ſeu Capitulo in communi, quantumvìs per accidens de Maſſa hujuſmodi participent particulares, Dignitates nimirùm, & Canonici.

Minus obſtat, quòd per unionem Beneficiorum factam Dignitatibus, aut Canonicatibus fiat quodammodò transfuſio, ſeu transformatio, & quædam metamorphoſis in Dignitates, Canonicatus, ſeu Præbendas, ſive ſimplex ſubrogatio in locum Beneficiorum ad magis impinguandum Præbendas de tempore unionis forſitan tenues; ità, ut non ceſſaverit vacatio in effectu, perque conſequens ſicuti antè unionem ſolvebatur annata in actu Proviſionis, ità poſt unionem videtur etiam illa ſolvenda occaſione
10 vacationis: undè non intrat præjudicium Cameræ, & Annatiſtarum juxta regulam generalem ſubrogationis, de qua *Gratian. diſc. 624. n. 10 Rot. coram Emerix Jun. Decano deciſ.* 1088. *n.* 5 *&* 6 *& deciſ.* 1181. *num.* 30. *ac in recentior. deciſ.* 358. *n.* 7. *part.* 5. *tom.* 1. *deciſ.* 196. *n.* 15. *part.* 19. proindèque à ceſſante ratione ceſſat motivum exigendi quindennia, utique videtur, non poſſe introduci ſolutio quindenniorum, quæ ibi locum vindicat in caſu ceſſationis Annatarum, & ad reſtaurandum damnum redundans Cameræ, & Annatiſtis ex ceſſatione Annatæ ob defectum vacationis Beneficiorum unitorum, quem caſum unicè habuerunt præ oculis Summi Pontifices, quindenniorum ſolutionem præcipientes ex ejuſmodi cauſa, ut apertis, ac diſertis verbis cantant Bullæ Apoſtolicæ deſuper editæ, *Bulla* nempè *Pauli II in ordine la* 6. §. 2. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi: Beneficia unita hu„ juſmodi ampliùs nequaquam vacare ſperan„ tur, cùmque propterea Camera, Apoſtolica, „ nec non &c. S.R.E. Cardinalium Collegium, „ & Sedis Apoſtolicæ Officiales detrimentum „ non modicum patiantur &c. Bulla Pauli IV. „ in ordine la 17. „ §. 8. *eod. tom.* 1. ibi „ quæ ex „ eorum perpetuitate non vacant &c „ *Bulla S. Pii V. in ordine la* 38. *in princip. juncto* §. 3. *eod Bullar. tom.* 2. ibi: Cùm autem &c. ut An„ natarum, Communium, & aliorum jurium „ &c. de XV. in XV. annos, ob perpetuas Be„ neficiorum Eccleſiaſticorum uniones perſol„ vendorum &c. exactio, & exequutio fiat &c. „ quindenniorùmque uſus, & ſolutio ideò adin„ venti ſunt, nè Camera prædicta ex Monaſte„ riorum, Prioratuum, & aliorum Beneficiorum „ Eccleſiaſticorum unionibus, quæ ampliùs va„ care non ſperabatur, detrimentum aliquod „ pateretur, volentes Cameræ noſtræ Apoſtoli„ cæ, ac &c. S.R.E. Cardinalium, nec non &c. „ Romanæ Curiæ Officialium Participantium „ jura præſervare, illorùmque indemnitati con„ ſulere &c. „ *Bulla Sixti V. in ordine la* 33 §. 2. „ *eod. tom.* 2. ibi: prætereà quoniam quinden„ niorum uſus, et ſolutio Beneficiorum unito„ rum conſtituta ſunt, quia illorum vacatio am„ pliùs non ſperatur, et propterea damnum ex „ hoc Cameræ Apoſtolicæ, et Collegio Cardi„ nalium, et Romanæ Curiæ Officialibus præ„ dictis emergens ſarciatur &c., *Bulla Urbani VIII. in ordine la* 18. *in princip. tom.* 5. ibi, „ quindenniorùmque uſus, et ſolutio, ideò ad„ inventi fuerunt, nè Cameræ prædictæ ex &c. „ Beneficiorum &c. Unionibùs, quæ vacare non „ ſperabantur, detrimentum aliquod inducere„ tur, volens propterea dictæ Cameræ, ac &c. „ S. R. E. Cardinalium Collegio, nec non &c. „ Cancellariæ Apoſtolicæ Officialibus, de Com„ munibus, Annatis, et Quindenniis Partici„ pantibus jura præſervare, illorùmque indem„ nitati conſulere &c., *& Bulla Clementis X. in ordine la* 50. §. 1. *in fin* § 3. *in princip. &* §. 6. *in fin. tom.* 6. ibi, quæ ex eorum perpetuitate „ non vacant &c. Quindenniorum uſus, et ſo„ lutio ideò adinventi fuerant, nè Cameræ præ„ dictæ ex &c. Beneficiorum unionibus, quæ „ ampliùs vacare non ſperabantur, detrimen„ tum aliquod induceretur, volens propterea „ prædictæ Cameræ, et eorundem Cardinalium „ Collegio, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ „ Officialibus de Communibus, Annatis, et „ Quindenniis participantibus jura præſervare, „ illorùmque indemnitati conſulere invigilans „ &c. quæ ex eorum perpetuitate non vacant &c. „ *repetit poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la I. V. VI. VII. VIII. & XI.*

Quæ quidem Bullæ quindenniorum unicum finem, et ſcopum, ſeu cauſam finalem ceſſationis Annatarum poſt unionem contemplantur, *Capon controv. forenſ.* 32. *n.* 5. *cum ſeqq.* ibi: *Cauſæ finales Conſtitutionum fuere, nè Annatiſtis, & Cameræ Apoſtolicæ ſortiretur detrimentum, quod patiebantur ex unionibus, & ... ationibus factis de Beneficiis, quæ priùs vacabant, & Annatas DD. Annatiſtis ſolvere conſueverant, cùm deinde ob eorum uniones perpetuas ampliùs vacare non poterant &c Monacell formul. pract. Eccleſ. part* 2. *tit* 14. *formul.* 2 *n* 15 *antè med. verſic. hoc autem genus quindenniorum*, ibi: *cùm enim per unionem ampliùs non vacent, nè Annatiſtæ priventur jure ſuarum Annatarum, ſuper veriſimili ſuppoſito, quod illorum vacatio, & Annatæ ſolutio contingere poſſit ſingulis XV. annis, reiteratur illius ſolutio de quindennio in quindennium &c. Rota coram Card. Cerro deciſ.* 2 *n* 13. *&* 14. ità, ut cauſa finalis, quare quindennium fuerit introductum, non conſiſtit in qualibet unione materiali, ut ſic, ità, & taliter, quòd ſufficiat dicere, *Beneficium eſt unitum, ergò debetur quindennium*, ſed conſiſtit in qualitate, & natura unionis, quando ſcilicet ſit productiva præjudicii, & damni quoad Cameram, ſeu Cancellariam Apoſtolicam, & Annatiſtas in ordine ad Anna- 11
tas, quæ ceſſant per ceſſationem, & extinctionem vacationis, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quinden. n* 20. *in fin.* §. *hactenùs Faratinus*, ibi: *aliàs enim Camera Apoſtolica, & Cancellaria pateretur damnum ex eo, quòd unio &c. operaretur, quòd nunquam rediret vacatio hujus Beneficii ad Cancellariam, quod eſt præcipua cauſa quindennii &c. Rota coram Card. Seraphin. deciſ.* 1410. *per tot. ac ſignanter n.* 10. *tom.* 2. *repet. poſt Tract. int. Deciſion. Sacr. Rot. Rom. in ordine la V.* ibi: *ex eo, quòd per unionem extinguebantur Beneficia; ità, ut ampliùs eorum vacatio dari non poſ-*

poſſet &c. ubi autem unio non fit manui mor-
tuæ , ſed Beneficio vacabili , dum nempè de
uno Beneficio, ejùſque fructibus, mediante unio-
ne , erigitur alterum Beneficium jure quodam
ſubrogationis : quo caſu remanet eadem primæ-
va vacatio , quæ ſequebatur antè unionem ,
mutato tamen nomine Beneficii , de Beneficio
nimirùm transformato in Dignitatem , ſeu Ca-
nonicatum , ſolveretur annata , quæ nihilomi-
nùs ex jam dictis non ſolvitur ob expreſſionem
in ſolis Ducatis XXIV. aliàs reſultaret finis con-
trarius Conſtitutionibus Apoſtolicis , ſi quin-
dennia ſolvi deberent non ſolùm de Beneficiis
unitis aliis Beneficiis vacantibus , ſeu vacabili-
bus , ſed (quod magis eſt) etiam de Beneficiis ,
ex quorum Bonis pro impinguatione eri geren-
tur alia Beneficia vacantia , quæ eſt mera ſubro-
gatio : ſequeretur enim , quòd Camera , & An-
natiſtæ exigerent quindennium , & annatam
pro uno , eodèmque Beneficio , quod reſpectu
annatæ acciperetur uti vacans , & reſpectu quin-
dennii acciperetur uti non vacans , quod procul
dubio eſſet imponere onus duplicatum uni , ei-
dèmque rei , & lucrari per unionem , non autem
conſervare Cameram , ſeu Cancellariam indem-
12 nem , reſtaurando ejus damnum , quod ſolum-
modò reſpexerunt Conſtitutiones Apoſtolicæ, ut
in *Conſtitutione 6. Pauli II. in princip. juncto* §. 2.
& 3. *Bullar nov Rom.tom* 1. ibi ,, quod &c. con-
,, ceſſa , in Cameræ Apſtolicæ &c. præjudicium
,, non redundent &c.cùmque propterea Camera
,, Apoſtolica , nec non &c. S.R.E. Cardinalium
,, Collegium, et Sedis Apoſtolicæ Officiales de-
,, trimentum non modicum patiantur &c. Nos ,
,, quorum intereſt , eorundem Cameræ , Colle-
,, gii, et Officialium indemnitati proſpicere &c.
,, in Conſtitutione 20. Julii III. in *princip. juncto*
§. 5. *eod. tom.* 1. ibi : cupientes Cameræ Apo-
,, ſtolicæ &c. indemnitati conſulere &c. in &c.
,, Cameræ &c. non leve præjudicium &c. *in*
Conſtitutione 11. *Pauli IV. in princip. eod. tom.* 1.
,, ibi , ut indemnitati ipſius Cameræ &c. dili-
,, genter intendamus &c. *& in Conſtitutione* 17.
ejuſdem Pauli IV. in princip. juncto §. 7. *in fin.*
eod. tom. 1. ibi , Decens eſſe cenſemus , et
,, æquum, ut &c. Cameræ noſtræ Apoſtolicæ ju-
,, ra non negligamus &c. in &c. Cameræ &c. de-
,, trimentum &c. *in Conſtitutione* 38. *S. Pii V.*
§. 3. *in princip. eod. Bullar. tom.* 2. ibi , nè Ca-
,, mera &c. detrimentum aliquod pateretur .
,, Volentes Cameræ noſtræ Apoſtolicæ &c. ju-
,, ra præſervare &c. indemnitati conſulere &c.
in Conſtitutione 33. *Sixti V. in princip. juncto*
§. 2. *in princip. eod. tom.* 2. ibi , Cameræ noſtræ
,, Apoſtolicæ &c. indemnitati &c. conſulere &c.
,, volentes &c. ut propterea damnum ex hoc
,, Cameræ Apoſtolicæ &c. emergens ſarciatur ;
,, Nos attendentes, quòd tantundem detrimen-
,, ti , Cameræ &c. provenit &c. *in Conſtitutio-*
ne 18. *Urbani VIII. in princip. juncto* §. 1. *eod.*
Bullar. tom. 5. ibi , nè Cameræ &c. detrimen-
,, tum aliquod induceretur . Volens propterea
,, dictæ Cameræ &c. jura præſervare &c. indem-
,, nitati conſulere &c. attendens , quòd tan-
,, tumdem detrimenti Cameræ &c. provenit &c.
volentes &c. Cameræ noſtræ Apoſtolicæ &c.
conſulere &c. *& in Conſtitutione* 50. *Clemen-*
,, *tis X. in princip. juncto* §. 3. *in princip.* §. 4. *in*
princip. §. 5. *in princip. et* §. 6. *in princip. eod.*
Bullar. tom. 6. ibi , Cameræ Apoſtolicæ &c. in-
,, demnitati conſulere &c. cupientibus &c. nè
,, Cameræ &c. detrimentum aliquod inducere-
,, tur , volens propterea prædictæ Cameræ &c.
,, jura præſervare &c. indemnitati conſulere in-
,, vigilans &c. attendens , quòd tantumdem de-
,, trimenti Cameræ &c. proveniebat &c. volens
,, propterea Cameræ &c. conſulere &c. in &c.
,, Cameræ &c. detrimentum &c. Nos verò &c.
,, nolentes Cameræ noſtræ Apoſtolicæ &c. jura
,, pro poſſe noſtro negligere , quinimmò &c. il-
,, lius &c. indemnitatibus de cætero obviare ,
,, nec non &c. commodis , et utilitatibus con-
,, ſulere &c. *repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in*
ordine la I. III. IV. V. VI. VII. VIII. & XI.
ac proſequntur *Pariſ. de reſign. Benefic. lib.* 4.
qu. 10. *n.* 4. ibi , nè fraudetur Cancellaria , in-
,, troductus fuit ſtylus in Cancellaria , quòd la-
,, pſis XV. annis , à tempore unionis &c. ſolva-
,, tur denuò annata talis Beneficii ſic uniti &c.
,, quia per decurſum XV. annorum nova ſolutio
,, fieri debet &c. *Card. de Luca de Benefic. di-*
ſcurſ. 89. *n.* 3. ibi , Hinc pro hujuſmodi dam-
,, ni , ac præjudicii refectione , inolevit etiam
,, antiquus uſus ſolvendi dicta onera , et anna-
,, tas pro Eccleſiis , ac Beneficiis unitis &c.
Antonell. de temp. legal. lib. 2. *cap.* 25. *n.* 13. *in*
fin. verſic. cùm Beneficia unita , ibi , nè fraude-
,, tur Cancellaria, introductus fuit ſtylus, quòd
,, &c. ſolvatur denuò annata &c. *Capon. con-*
trov. for. 32. *n.* 5. *cum ſeqq.* ibi : cauſæ finales
,, Conſtitutionum fuere , ut Annatiſtis , et Ca-
,, meræ Apoſtolicæ ſarciretur detrimentum ,
,, quod patiebantur ex unionibus , et diſmem-
,, brationibus factis de Beneficiis , quæ priùs
,, vacabant , & annatam DD. Annatiſtis ſolve-
,, re conſuerant &c. Quòd autem cauſæ finales ,
,, quibus moti fuerunt Pontifices ad conceden-
,, da quindennia , fuerint ob damnum , quod
,, patiebantur Annatiſtæ ex unione Beneficio-
,, rum , quæ vacabant, & annatam ſolvere con-
,, ſueverant , elicitur ex prædictis Conſtitutio-
,, num verbis , tamqàum in proæmio appoſitis
,, &c. et ex adverbiis quia , & quoniam in di-
,, ctis proæmiis appoſitis , quæ regulariter po-
,, nuntur cauſativè , & reddunt finalem eorum
,, diſpoſitionem &c. *& n.* 36. ibi : Quindennia
,, ſunt inducta ad ſubveniendum indemnitati
,, Cameræ Apoſtolicæ, ut , ſicut anteà percipie-
,, bat annatam , ità etiam debeat percipere
,, quindennium , quando ſunt unita Beneficia
,, &c. ratione quorum anteà ſolvebatur anna-
,, ta &c. *Rota coram Card. Seraphin. deciſ.* 1410.
n. 28. *repet. poſt Tract. int. Deciſ. Sacr. Rot. Rom.*
in ordine la V. ibi : licet quindennia fuerint in-
,, troducta propter præjudicium , quod per
,, uniones inferebatur Cameræ Apoſtolicæ &c.

Objectum tamen prorsùs inſubſiſtens eſt ; ſemper enim occurrit decantata reſponſio, quòd non indè ceſſat damnum Cameræ , & Annatiſtarum , dum de Dignitatibus , & Canonicatibus in actu Proviſionis non ſolvitur annata , uti exprimi ſolitis in Ducatis XXIV. tantùm , ex jam deductis .

Eiuſdem fermè irrelevantiæ eſt aliud obje-
ctum , quòd immò nullum penitùs præiudicium
conſiderari poſſit reſpectu Cameræ , loquendo
de Dignitatibus unitis , dum prima Dignitas 13
remanet perpetuò reſervata collationi S. Sedis ,

vigo-

vigore *Regul.4. Cancellar.de reſervation. Dignitat.*
quando tamen antè unionem in primævo ſtatu
Beneficii tunc nondùm uniti, talis reſervatio
14 profectò non intrabat, nec Sedes Apoſtolica
providebat, niſi in ſuis octo menſibus, vigore
Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. & conſe-
quenter cùm Sedes Apoſtolica poſt unionem Be-
neficiorum factam Dignitatibus acquiſiverit jus
fixum, ac invariabile perpetuò conferendi pri-
mam Dignitatem, et recipiendi emolumenta
notiſſima pro expeditionibus, potiùs lucrum,
quàm damnum conſiderari debet in eiuſmodi
unione, ſeu erectione Beneficiorum in Dignita-
tes; ità, ut ceſſare videantur Conſtitutiones
Apoſtolicæ obligantes ad quindennia, tanquàm
fundatæ in eo, quod Beneficia unita non ſint
vacatura, neque ſpectet ampliùs ad Sedem Apo-
ſtolicam jus conferendi ob penitùs deſperatam
Beneficiorum unitorum vacationem.

Quod tamen eodem ſanè modo nullatenùs
15 regit obiectum: etenim, quamvis pro Proviſio-
ne primæ Dignitatis ſemper reſervatæ S. Sedi,
eidem ſolvantur conſueta emolumenta, non ta-
men ſolvitur annata; ſicque ſaltem in hac parte
ſemper Cameræ, & Annatiſtis damnum eroga-
tur, ut patet ad ſenſum.

Nullius quoque ponderis eſt ſuccedaneum
16 obiectum, quòd, uniendo Beneficia Dignitati-
bus, aut Canonicatibus, propriè non reſultat
unio, de qua loquuntur Bullæ quindenniorum,
ſed potiùs erectio Beneficiorum in Dignitates,
aut Canonicatus, veluti reflectit *Card. de Luca de
Benef. diſcur.* 139. *num.* 1. *&* 2. §. *In una itaque in-
formatione*, ibi: *cùm Collegium Græcum poſſideret
Abbatias, et Beneficium &c abſque eo, quòd un-
quam ſolverit quindennia, idemque ſequutum ſit in
Collegio Maronitarum &c. negari non poſſe vide-
batur, quia ſaltem caſus eſſet dubius an iſta ſpecies
unionis comprehenſa eſſet, nec nè ſub dictis Conſti-
tutionibus, ac ſubjaceret hujuſmodi oneri quinden-
niorum, iſtùdque probabile dubium ſufficere dice-*
17 *bam &c* quoniam *Card. de Luca* hoc non firmat
abſolutè, ſed dubitativè tantùm per verba *caſus
eſſet dubius &c. probabile dubium &c.* immò
18 *Card. de Luca* uti unico, & ſingulari in ſuo dicto
non eſt deferendum, etiamſi ſit maximi nomi-
nis Doctor, *Noal. conſ. 99. nu. 5. verſic. non obſtat*,
*Galvan conſ. 25. num. 19. Pedroch. conſ. 8. nu. 208.
Intrigliol. dec. Sicil. 3. n. 95. et 96. dec. 36. num. 43. &
44. et dec. 55. n. 48.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti qua-
tuor Ducatorum auri de Camera exce-
dentibus, Collegiatæ erigendæ unitis,
etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Unio Beneficii etiam fieri poteſt alteri futuro Benefi-
cio, ſeu futuræ manui mortuæ, ceſſante tamen
fraude.*

2 *Refelluntur* Valenzuel. Velazquez conſ. 22. nu. 3.
Barboſa ad Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 23. de Re-
form cap. 18. nu. 11. & de Epiſc. par. 3. alleg. 77.
num. 23. cum ſeqq. Ricc. in prax. Eccleſ. part. 1.
reſol 380. num. 1. & 2. Turricell. de union. Benef.
cap. 9. num. 24. Card. de Luca in annot. ad Sacr.
Concil. Trident. diſc. 25. nu. 15. Garz. de Benefic.
par. 12. cap. 2. num. 193. cum ſeqq. Lotther. de re
benef. lib. 1. qu 29 num. 47. Rot. coram Mer in.
dec. 837. num. 1. tom. 2. Coccin. dec. 1365. nu. 1.
Card. Millin. dec. 165. num. 1. dec. 835. num. 5. &
dec. 836. num 3. & 4. par. 4. diverſ. dec 361. nu. 3.
par. 2. recentior. dec 373. num. 2. & ibi Adden.
n. 20. par. 4. tom. 2. recent.

3 *Doctores loquentes contrà legem expreſſam, non
ſunt attendendi.*

4 *Contraria opinio tenentium, non poſſe uniri Benefi-
cium alteri futuro Beneficio, ad ſummum proce-
deret in Unione facta ab inferiore, non autem in
illa facta à Papa.*

5 *Papa habet pleniſſimam poteſtatem in beneficialibus.*

6 *Legari poteſt, et relinqui hæreditas futuro Collegio,
Hoſpitali, Monaſterio, vel Eccleſiæ.*

7 *In ſtatu Unionis futura Collegiata eſt, ventris no-
mine.*

8 *Unio fieri nequit Collegiatæ erigendæ.*

9 *Sufficit ſola deſtinatio erigendæ Collegiatæ, ut habea-
tur pro erecta.*

10 *De proximo accingendus habetur pro jam accincto.*

11 *Certa, & firma ſpes de præterito eſt, ac ſi effectus
jam eſſet conſequutus, ut dicatur adeſſe ſubje-
ctum, et non corruat qualitas.*

12 *Servitus prædialis imponi poteſt futuro prædio.*

13 *Perpenduntur Bullæ quindenniorum.*

14 *Iterùm perpenduntur eædem.*

15 *In Conſtitutionibus Pontificiis nè ſyllaba quidem de-
bet eſſe ſuperflua.*

16 *De proximo doctorandus habetur pro doctorato, cum
ſimilibus.*

17 *Infans adhùc in utero exiſtens, habetur pro jam nato.*

18 *Affertur* l. 3. Caſtell. tit. 23. partit. 4.

19 *Sapor Perſarum Rex, adhùc in utero matris exiſtens,
coronatus.*

20 *Adducitur locus* Matth. cap. 1. verſiculo 20. & 21.

21 *Nemo locupletari debet cum aliena jactura.*

22 *Cur adinventa fuerint quindennia.*

23 *Collegiata erigenda, habetur pro erecta in favora-
bilibus.*

24 *Expenditur locus* Levitic. cap. 22. verſiculo 28.

25 *Quindennia, antiquiſſima ſunt.*

26 *Qui ſentit commodum, debet ſentire incommodum.*

27 *Qui nondùm natus eſt, nondùm homo, vel animal
dicitur, ad quem effectum adducitur locus Sym-
boli fidei, et alia notabilia.*

28 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

29 *Nondùm natus, quando non agitur de illius favore,
ſed de favore alterius, non habetur pro nato.*

30 *Quod in favorem alicujus introductum eſt, in illius
odium retorquendum non eſt.*

31 *Aliquando, etiam non natus prodeſt alteri, &
quando.*

32 *Antè erectionem Collegiatæ non adeſt Collegiata.*

33 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

34 *Pro non ſcripto habetur, quod relinquitur non exi-
ſtenti in rerum natura.*

35 *Non poteſt concedi privilegium Collegio nondùm
erecto.*

36 *Privilegia conceſſa Monaſteriis ædificatis, quando-
que intelliguntur etiam conceſſa Monaſteriis ædifi-
candis, & Canonici etiam creantur poſt erectio-
nem Collegiatæ.*

37 *Melior eſſe debet conditio tractantis de damno vitan-
do, quàm tractantis de lucro captando.*

CA-

CAPITULUM XLI.

1 CUm Unio Beneficii fieri poſſit etiam alteri
futuro Beneficio, ſeu futuræ manui mor-
tuæ, ceſſante tamen fumo, vel ſuſpicione præ-
ſumptæ fraudis, ſi forſitan Beneficium uniendum
jam vacaviſſet in menſe reſervato, vel aliàs ip-
ſum eſſet indubitanter reſervatum, ob præjudi-
cium Sedis Apoſtolicæ, ex mente, immò literali
diſpoſitione *Sacri Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *de Re-
form.cap.*18.*antè med.verſic. & quia*, ubi expreſ-
sè agitur de eiuſmodi Unione ab Ordinario fa-
cienda Seminario erigendo, in verbis ibi: *Et
quia ad Collegii fabricam inſtituendam &c. certi
redditus erunt*, vel (ut alii legunt) *ſunt neceſſa-
rii &c. Beneficia aliquot ſimplicia &c. huic Colle-
gio applicabunt, & incorporabunt &c.* ac proſe-
quuntur *Gonzalez ad Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancellar.
de Menſ.gloſ.*5.§.7.*n.*76.*cum ſeqq. Antonell. de re-
gim.Eccleſ.Epiſc. lib.*3. *cap.*8 *n.*9. *verſic.cenſent*,
*Gratian.diſc.*358.*n.*5.*cum ſeqq.Adden. ad Gregor.*
2 *XV. dec.* 258.*n.*10. quidquid in contrarium ſen-
tiant *Valenzuela Velazquez conſ.*22. *n.*3.*Barboſa
ad dict. Sacr. Concil. loc. mox citat. num.*11.*& de
Epiſc.par.*3.*alleg.*77.*n.*23.*cum ſeqq.Ricc. in prax.
Ecc.par.*1.*reſol.*380. *nu.*1.*&* 2.*Turricell. de union.
Benef.cap.*9.*n.*24.*Card. de Luca in annot. ad Sacr.
Concil. Tridentin. diſc* 25. *num.*15. *Garz. de Benef.
par.*12.*cap.*2.*n* 193.*cum ſeqq.Lotther. de re benef.
lib.*1.*qu.*29. *num.*47. *Rot. coram Merlin. dec.*837.
*num.*1.*tom.*2. *Coccin.dec.*1365.*num.*1.*Card.Millin.
dec.*165.*num.*1.*dec.*835.*n.*5.*& dec.*836.*n.*3. *&* 4.
*par.*4.*diverſ.dec.*361.*n.*3.*par.*2.*recentior. dec.*373.
*n.*2.*&* ibi, *Adden. num.*20.*par.*4. *tom.*2. quia lo-
quuntur contrà textum expreſſum, ſeu literalem,
ac apertam ſanctionem Conciliarem, quo caſu
3 tales DD. non ſunt attendendi, *Card. de Luca de
credit.diſc.*33. *num.*4. *de emption. diſc.*52. *ſub n.*2.
*& de fideicom.diſc.*126 *ſub n.*2. præterquamquòd
4 contraria opinio ad ſummum procederet in
Unione facta ab inferiore, non autem in iſta
præſenti facta à Papa, ſicque Superiore, immò
Supremo, qui procul dubio poteſt unire Benefi-
cia etiam Collegiatæ erigendæ, *Antonell. de re-
gim. Eccl.Epiſc.lib.*3. *cap.*8. *num.*9. *verſiculo hoc
5 autem*: quippè Papa habet pleniſſimam, ac ab-
ſolutam poteſtatem, nullis cancellis coarctan-
dam, in beneficialibus, *cap.licet Eccleſiarum*, 2.
de Præbend.in 6.*Clement.*1.*ut lit.pend. Perez de La-
ra de Anniverſar. & Cappellan.lib.*2.*cap.*10. *n.*18.
Barboſa in cap. ex parte 2.*n.*5.*de Reſcript. Tondut.
reſol.benef.& Canon.lib.*1.*par.*2 *cap* 3.§.1. *Salgad.*
6 *de Reg.Protect.cap.*10.*n.*27.*&* 32. eo ſanè modo,
quo futuro Collegio, Hoſpitali, Monaſterio,
vel Eccleſiæ conſtruendæ legari poteſt, & relin-
qui hæreditas, tamquàm poſthumo alieno, per
textum in princ. Inſtitution.de bon.poſſeſſ.§. *Poſthu-
mus* 28.*Inſtit.de legat.l.à fratris poſthumo*127.*ff.de
legat.*1.*l ſervos* 17.*ff. de alim. & cibar. legat.* ibi:
*Quæſitum eſt, cùm Templum nondùm eſſet extru-
ctum, ex die mortis, an verò ex eo tempore, quo
Templum explicitum fuerit, percipere ſervi debeant
legatum. Reſpondit &c. ſervis relicta præſtare,
donec Templum extrueretur, l.ſervos* 35.*ff. de libe-
ral.cauſ.* ibi: *ſervos ad Templi cuſtodiam, quod
ædificari Titia voluit deſtinatos, neque manumiſ-
ſos, hæredi eſſe conſtitit*, *Beroi. conſ.*21. *nu.*6. *cum
ſeqq.lib.*2.*Gratian.diſc.*358.*n.*1. *&* 8.*Gonzalez ad
Regul.*8. *hodie* 9. *Cancellar. de Menſib.gloſ.*5. §. 7.
*nu.*82.*Tondut.reſol.Canon.par.*1 *cap.*83. *num.*1. *&
cap.* 84. *num.*1. cum maxima tamen differentia,
quòd poſthumus poteſt quidem non naſci, ſed
Eccleſia Collegiata non poteſt non fieri, ſeu non
naſci, aut non erigi: neceſſariò namque poſt
Unionem erigenda eſt, interimque in ſtatu
Unionis futura Collegiata eſt ventris nomine, 7
*Gratian.diſc.*358.*n.*9. *cum ſeqq.*

In nihilum turbante, quod non poſſit fieri 8
Unio Collegiatæ erigendæ, *Turricell. de union.
Benefic.cap.*9.*n.*25. *Rot. recentior. dec.*309. *num.*3.
par. 3. quia ex jam dictis hoc procedit in caſu,
quo adſit fraus; ſufficit enim ſola deſtinatio eri-
gendæ Collegiatæ, ut habeatur pro erecta, *l. 9
quid ergò* 3.§.*Quid ergò* 6.*ff.de contrar. judic. tutel.
Gonzalez ad Regul.*8.*hodiè* 9.*Cancellar.de Menſib.
gloſ.*5.§.7.*n* 92. *cum ſeqq.* quaſi quòd Collegiata
de proximo erigenda habeatur pro jam effectua-
liter erecta, ſicuti de proximo accingendus ha- 10
betur pro jam accincto, *l. filiusfamilias* 43. *ff. de
milit. teſtam. Gonzalez loc. citat. n* 93. §. *accedit*,
ego in alio Tract. edito de Quindennis, cap. 50.
n. 718.*cum ſeqq.* atque certa, & firma ſpes de
præterito proveniens, eſt, ac ſi effectus jam eſ- 11
ſet conſequutus, ut dicatur adeſſe ſubjectum, &
non corruat qualitas, *ad textum in l.huic ſcripturæ*
15.§.1.*l.ità vulneratus*51.*in princ ff.ad leg.Aquil.
Gonzalez loc. cit. n.*94. *et* 97. Cùmque quinden-
nium ſit quodammodò quædam ſervitus ratio-
ne Unionis, impoſita Beneficio unito, ſivè
manui mortuæ, cui illud unitur, benè ſequitur,
quòd etiam ejuſmodi ſervitus (ut ità inquam,
quindennialis imponi poſſit futuro Beneficio, ſeu
futuræ manui mortuæ, prout ſervitus prædialis 12
benè imponi poteſt futuro prædio, per *textum in
l.ſi ſervitus* 23. §.*Futuro* 1.*ſivè unic. ff. de ſervit.
urban.præd.* ibi: *futuro quoque ædificio, quòd non-
dùm eſt, vel imponi, vel acquiri ſervitus poteſt*,
l.Labeò 10.*ff.de ſervit.præd.ruſtic.* ibi *nam ſi liceat
nondùm ædificato ædificio ſervitutem conſtituere,
quare non æquè liceat nondùm inventa aqua ean-
dem conſtituere ſervitutem &c. l. fin. ff. ſi ſervit.
vindic. l.exiſtimo* 98. *ff.de verb.oblig. Cæpoll. de
ſervit.urban.præd cap.*16.*n.*2.

Quandoque ſanè contingere poteſt, quòd de
tempore petitæ Unionis Beneficiorum, illam
petentes nondùm ſint Canonici, ſicque non-
dùm adſit Capitulum, nec Collegiata, ſed ſpe-
retur fore, ut quo primùm adſint Canonici,
Capitulum, & Collegiata; ità, ut pro tunc non-
dùm Canonici petant uniri Beneficia Collegiatæ
mox erigendæ, proindèque putent non teneri
ſolvere quindennium in actu Unionis, ſub fri-
volo prætextu, quòd ipſi petentes Unionem,
nondùm ſint Canonici, nondùm adſit Capitu-
lum, nec adhùc ſit erecta Collegiata, ſed benè
tantùm erigenda; quaſi quòd dici nequeat unio
fieri manui mortuæ, niſi in ſpe: quando tamen
Bullæ quindenniorum videntur obligare ad
quindennia dumtaxat Collegiatas erectas, uti
verè manus mortuas, non autem Collegiatas
erigendas uti nondùm manus mortuas, reſpi-
ciendo, ac unicè contemplando ſolas Collegia-
tas exiſtentes, earùmque ſola Capitula exiſten-
tia, veluti depromitur ex *Bulla* 6.*Pauli II.*§.1.3. 13
4.et 5. *Bullar.nov.Rom.tom.*1.ibi „ tàm Nos &c.
„ quàm &c. Martinus V. Eugenius IV. Nico-
„ laus V. Caliſtus III.et Pius II. Pontifices &c.
„ quamplura &c. Monaſteria &c. et Beneficia

Q Ec-

Eccleſiaſtica &c. Collegiatis Eccleſiis, earùmque Capitularibus Menſis &c. Apoſtolica auctoritate univimus, incorporavimus &c. Nos &c. auctoritate Apoſtolica &c. ſtatuimus &c. et declaramus, quòd omnia, & ſingula Monaſteria &c. Communia, et Minuta Servitia, atque alia jura debita, et conſueta, tàm ipſis Cameræ, et Collegio, quàm Officialibus præfatis &c. et Beneficia, ut præfertur, unita &c. Annatam, ſivè medios fructus unius anni in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſolvere teneantur, et debeant, et quòd de omnibus Monaſteriis &c. et Beneficiis, ut præfertur, unitis &c. Communia, Minuta, et alia jura, ſeu Annatas, et medios fructus hujuſmodi ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in futurum, prout multi alii ad ſimiles Uniones, et gratias obtinendas faciunt, et facere conſueverunt &c. ,, *ex Bulla* 17. *Pauli IV*. §. 8. *et* 11. *eod. tom*. 1. ibi ,, Nos &c. omnes, et ſingulas Uniones &c. de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Collegiatis Eccleſiis, ſeu earum Menſis Capitularibus &c. perpetuò factas, et de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli &c. compræhendi &c. ut ratio Communium, Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, et aliorum jurium prædictorum clara habeatur &c. volumus &c. quòd &c. Collegiatarum Eccleſiarum Capitula &c. omnia, et ſingula &c. Beneficia Eccleſiaſtica, quæ poſſident &c. notificaſſe, et intimaſſe debeant, et ad id &c. cogi, et compelli poſſint ,, *ex Bulla* 38. *S. Pii V*. §. 3. 4. 6. *et* 7. *eod. Bullar. tom*. 2. ibi ,, Nos &c. omnia, et ſingula &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. Collegiatis Eccleſiis, aut Capitularibus Menſis &c. Apoſtolica auctoritate unita &c. literis Pauli II. et aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi compræhendi, et includi. Et propterea omnia, et ſingula &c. Collegiatarum Capitula &c. in quorum favorem Uniones &c. factæ reperiuntur &c. ad ſolutionem Communium, Annatarum, et aliorum jurium prædictorum eidem Cameræ &c. ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. Mandantes eidem &c. ut omnes, et ſingulas Cauſas &c. inter &c. ejuſdem Cameræ Collectorem &c. et &c. Capitula &c. ſuper ſolutione Annatarum, Communium, et aliorum jurium Quindenniorum eorundem, vel eorum occaſione &c. terminet, et decidat &c. omnia, et ſingula &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica, quæ ipſa Capitula &c. poſſideant &c. Non obſtantibus &c. Privilegiis &c. Capitulis &c. conceſſis &c. ,, *ex Bulla* 33. *Sixti V*. §. 2. 4. *et* 5. *eod. tom*. 2. ibi ,, Et propterea omnia, et ſingula Cathedralium, et Metropolitanarum, Collegiatarumque Eccleſiarum Capitula &c. in quorum favorem Uniones &c. factæ reperientur, aut poſthac fient &c. ad ſolutionem quindenniorum præfatorum eidem Cameræ, ac Collegio, et Officialibus, ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad id &c. cogi &c. poſſe. Mandantes &c. ut &c. omnia, et ſingula &c. Collegiatarum Eccleſiarum Capitula &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingula &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. moneant, et requirant &c. Non obſtantibus &c. Privilegiis &c. Capitulis &c. conceſſis &c. ,, *ex Bulla* 18. *Urbani VIII. in principio, juncto* §. 2. 3. *et* 4. *eod. Bullar. tom*. 5. ibi ,, omnia, et ſingula Cathedralium, etiam Metropolitanarum, Eccleſiarùmque Collegiatarum Capitula &c. et quoſvis alios, in quorum favorem &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. et illorum Uniones eis factæ reperirentur &c. ad ſolutionem Communium, Annatarum, et aliorum jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus, ratione Unionum &c. prædictarum ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad id &c. cogi, et compelli poſſe &c. Mandans propterea &c. ut &c. omnia, et ſingula &c. Collegiatarum Eccleſiarum Capitula &c. ad indicandum &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica, quæ ipſa Capitula &c. poſſiderent &c. moneret, et requireret &c. Mandavitque &c. ut &c. omnia, et ſingula &c. Collegiatarum Capitula &c. moneret, et requireret, ut profiterentur medio juramento omnia, et ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, quæ vigore ſimilium Unionum quomodolibet poſſidebant &c. Mandantes propterea &c. dictæ Cameræ Clerico, cui &c. omnes, et ſingulæ Cauſæ inter &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Generalem Subcollectorem &c. et &c. Capitula &c. ſuper ſolutione Annatarum, Communium, et aliorum Jurium, Quindenniorum eorundem commiſſæ reperiuntur &c. ut &c. omnia, et ſingula Capitula &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingula &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. eis unita &c. quæ ipſa Capitula &c. vigore Unionum hujuſmodi poſſident &c. moneant, et requirant, cum poteſtate dicta Capitula &c. citandi, monendi, et requirendi &c. Non obſtantibus &c. Privilegiis Capitulis &c. conceſſis &c. ,, *et ex Bulla* 50. *Clementis X*. §. 1. 3. 5. 9. *et* 11. *eod. Bullar. tom*. 6. ibi ,, omnes, et ſingulas Uniones &c. de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. quibuſcumque Collegiatis Eccleſiis, ſeu earum Menſis Capitularibus &c. perpetuò factas &c. et de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli II. &c. includi &c. omnia, et ſingula &c. Collegiatarum &c. Capitula &c. in quorum favorem &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. exiſterent, et illorum Uniones eis factæ reperirentur &c. ad ſolutionem Communium, et Annatarum, et aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus ratione Unionum &c. prædictarum ſingulis XV. annis &c. cogi &c. poſſe &c. mandans propterea &c. ut &c. omnia, et ſingula &c. Collegiatarum Eccleſiarum Capitula &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingula &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica, quæ ipſa Capitula &c. poſſiderent &c. Mandans propterea &c. dictæ Cameræ Clerico, cui &c. omnes, et ſingulæ Cauſæ inter &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Generalem Subcollectorem &c. et &c. Capitula &c. ſuper ſolutione Annatarum, Communium, et aliorum Jurium Quindenniorum commiſſæ reperiebantur &c. ut &c. omnia, et ſingula &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. eis unita &c. quæ ipſa Capitula &c. vigore Unionis hujuſmodi poſſidebunt &c.

bunt &c. monerent, et requirerent, cum poteſtate dicta Capitula &c. citandi, monendi, et requirendi &c. ut &c. omnia, et ſingula quarumlibet Eccleſiarum Capitula &c. moneat, ut profiteantur medio juramento omnia, et ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, quæ vigore ſimilium Unionum, et Penſiones perpetuas hujuſmodi quomodolibet poſſident, ac percipiunt &c. mandamus, ut &c. omnia, et ſingula Capitula &c. ad indicandum omnia, et ſingula &c. Beneficia Eccleſiaſtica quomodolibet eis unita &c. et Penſiones perpetuas illis reſervatas &c. quæ, et quas ipſa Capitula &c. vigore Unionum hujuſmodi poſſident, et percipiunt reſpectivè &c. moneat, et requirat, cum poteſtate dicta Capitula &c. citandi, monendi, et requirendi &c. ,, *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* I. V. VI. VII. et XI.

Nihilominùs totum contrarium reſolvimus in præſenti, nempè quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Collegiatæ erigendæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia; etenim ex ventre earundem Bullarum quindenniorum non ſolùm oritur obligatio Collegiatarum erectarum, ſed etiam erigendarum, ad quindennia, dum ipſæmet Bullæ obligant ad quindennia quoſvis petentes Uniones Beneficiorum, ſicque non ſola Capitula jam erecta, verùm etiam erigenda, ut
14 ex *citata Bulla Pauli II.* §. 5. ibi ,, et quòd de omnibus Monaſteriis &c. Officiis, & Beneficiis, ut præfertur, unitis &c. Communia, Minuta, et alia Jura, ſeu Annatas, et medios fructus hujuſmodi ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in futurum, prout multi alii ad ſimiles Uniones, & gratias obtinendas faciunt, et facere conſueverunt, et ad hoc ii &c, ſe in eadem Camera &c. obligare debeant &c. ,, *ex Bulla* 20. *Julii III.* §. 1. 5. *et* 6. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi ,, omnes, qui ex tunc de cætero pro annatis quorumcumque Beneficiorum in dicta Camera ſe obligarent, ſi &c. dictæ Cameræ, aut Collectoribus fructuum &c. eidem Cameræ debitorum &c. ſatisfacere deficerent &c. Beneficiis, pro quibus ſe in ipſa Camera obligaſſent, omninò privati eſſent, ii verò, qui ſe pro annatis hujuſmodi, non per ſe, ſed pro aliis, ut principales obligarent, eſſent omnibus Beneficiis Eccleſiaſticis &c. eo ipſo privati &c. Cùm autem &c. diverſæ aliæ Uniones &c. perpetuò factæ &c. fuerint &c. aliàs obligationes de ſolvendis Communibus, & Minutis Servitiis, ac Annatis, ſeu mediis fructibus, aut aliis Juribus ſolvi debitis, et conſuetis, factæ non fuerint, et quæ ſunt, exequutioni non demandentur, in eorum, ad quorum commodum Uniones &c. prædictæ factæ fuerunt, in animarum periculum &c. Nos volentes &c. omnia, & ſingula &c. à quibuſcumque &c. ac omnibus aliis &c. perſonis &c. inviolabiliter obſervari &c. quoad omnia, et ſingula &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. ,, *ex Bulla* 11. *Pauli IV.* §. 10. *eod. tom.* 1. ibi ,, ratione Annatarum, ſeu Quindenniorum &c. aliquid ſolvere, obligati, ſeu in aliquo debitores de eo, in quo Cameræ &c. tenentur, integrè ſatisfecerint &c. ad ſatisfactionem Cameræ Apoſtolicæ omninò teneantur &c. ,, *ex alia citata Bulla ejuſdem Pauli IV.* §. 8. *et* 11. ibi ,, Et propterea &c. quoſvis alios, in quorum favorem Uniones &c. factæ fuerunt &c. ad ſolutionem Communium, et Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, et aliorum Jurium prædictorum, eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus, ratione earundem Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri, et obligatos eſſe, et ad id, nec non ad ſe &c. in forma ſolita obligandum &c. omnes, et ſinguli, in quorum favorem Uniones &c. omnia, et ſingula &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. notificaſſe, et intimaſſe debeant, et ad id &c. cogi, et compelli poſſint &c. ,, *ex citata Bulla S. Pii V. in principio*, ibi ,, contrà pro tempore in Camera Apoſtolica, aut aliàs ratione Annatarum, Communium, & aliorum Jurium prædictorum ſemel tantùm, aut de XV. annis ſolvendorum obligatos, aut alios quoſcumque &c. abſque eo, quòd Annatas, Communia, et Quindennia prædicta ſolviſſent &c. ,, §. 4. ibi ,, quivis alii, in quorum favorem Uniones &c. factæ reperiuntur &c. ad ſolutionem Communium, Annatarum, et aliorum Jurium prædictorum eidem Cameræ &c. faciendam teneri, et obligatos eſſe &c. ,, §. 6. ibi: mandantes &c. ut omnes, et ſingulas Cauſas &c. inter &c. ejuſdem Cameræ Collectorem &c. et quaſvis alias perſonas ſuper ſolutione Annatarum, Communium, et aliorum Jurium Quindenniorum eorundem, vel eorum occaſione &c. terminet, et decidat &c. ,, *ex citata Bulla Sixti V.* §. 2. ibi: et propterea &c. quivis alii, in quorum favorem Uniones &c. factæ reperirentur, aut poſthàc fient &c. ad ſolutionem Quindenniorum præfatorum eidem Cameræ, ac Collegio, et Officialibus, ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad id &c. cogi &c. poſſe &c. ,, *ex citata Bulla Urbani VIII. in princip.* ibi ,, et quoſvis alios, in quorum favorem &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. et illorum Uniones eis factæ reperirentur &c. ad ſolutionem Communium, Annatarum, et aliorum Jurium prædictorum, eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus, ratione Unionum &c. prædictarum ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri, et obligatos eſſe, et ad id &c. cogi, et compelli poſſe ,, *et* §. 2. ibi ,, Mandantes propterea &c. dictæ Cameræ Clerico, cui &c. omnes, et ſingulæ Cauſæ inter &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Generalem Subcollectorem &c. et quaſvis perſonas &c. ſuper ſolutione Annatarum, Communium, et aliorum Jurium Quindenniorum eorundem commiſſæ reperiuntur, et aliis &c. ut &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingula &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. eis unita &c. moneant, et requirant &c. *et ex citata Bulla Clementis X.* §. 2. ibi ,, Et propterea &c. quoſvis alios, in quorum favorem Uniones &c. hujuſmodi factæ fuerant &c. ad ſolutionem Communium, et Minutorum Servitiorum, et Annatarum, et aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus, ratione earundem Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. teneri &c. et ad id, nec non ad ſe &c. in forma ſolita obligandum &c. mandans propterea &c.

Q 2 Car-

,, Cardinalibus &c.ut omnes, et ſingulas Cauſas
,, &c. inter Procuratorem Fiſcalem dictæ Ca-
,, meræ &c. ſeu alias perſonas &c.ſuper ſolutio-
,, ne Communium, et Minutorum Servitiorum,
,, ac Annatarum , et aliorum Jurium prædicto-
,, rum &c.terminarent, et deciderent, quòdque
,, omnes , et ſinguli , in quorum favorem Unio-
,, nes &c. emanaſſent &c. omnia , ſingula Mo-
,, naſteria , et alia Beneficia Eccleſiaſtica unita
,, &c. notificaſſe , et intimaſſe debuiſſent , et ad
,, id &c. cogi &c. poſſent &c. ,, §. 3. ibi ,, et
,, quoſvis alios , in quorum favorem &c. quæ-
,, cumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c.
,, exiſterent , et illorum Uniones eis factæ repe-
,, rirentur &c. ad ſolutionem Communium , et
,, Annatarum , et aliorum Jurium prædictorum
,, eiſdem Cameræ , Collegio , et Officialibus ,
,, ratione Unionum &c. prædictarum ſingulis
,, XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad id
,, &c. cogi &c. poſſe &c. ,, §.5. ibi ,, mandans
,, propterea &c. dictæ Cameræ Clerico , cui &c.
,, omnes , et ſingulæ Cauſæ inter &c. Cancella-
,, riæ Apoſtolicæ Generalem Subcollectorem&c.
,, et quaſvis alias perſonas &c. ſuper ſolutione
,, Annatarum , Communium , et aliorum
,, Jurium Quindenniorum commiſſæ reperie-
,, bantur , et aliis , ut &c. ad indicandum &c.
,, omnia , et ſingula &c. quæcumque Beneficia
,, Eccleſiaſtica &c. eis unita &c. monerent , et
,, requirerent , cum poteſtate &c. Quindennio-
,, rum , et Jurium debitores &c. citandi , mo-
,, nendi , et requirendi &c. ipsòſque debitores
,, ad indicandum Beneficia unita , et ſolvendum
,, Quindennia &c. ,, §.7. ibi ,, quoſvis alios , in
,, quorum favorem Uniones hujuſmodi factæ
,, fuerint &c. ad ſolutionem Communium , et
,, Minutorum Servitiorum, et Annatarum, alio-
,, rùmque Jurium prædictorum eidem Cameræ,
,, Collegio, et Officialibus, ratione earundem
,, Unionum &c. faciendam teneri , et ad idem
,, &c. cogi , et compelli poſſe &c. ſtatuimus ,
,, et decernimus &c. ,, §. 9. ibi ,, cum poteſtate
,, &c.Quindenniorum, et Jurium debitores &c.
,, citandi , monendi , et requirendi &c. ,, §. 11.
,, ibi ,, cum poteſtate &c. eorundem Quinden-
,, niorum , et Jurium debitores &c. citandi ,
,, monendi , et requirendi &c. ipsòſque debito-
,, res ad indicandum Beneficia unita &c. et
,, ſolvendum Quindennia &c.

Ex quarum quidem Bullarum lectura ſedulò
perpenſa ſatis apparet , etiam illas ſermonem
habere de Collegiatis erigendis: dum per verbum
quivis , vel *aliæ perſonæ* , eædem Bullæ intelligi
nequeunt de Canonicis jam exiſtentibus , ſicque
de ſolis Collegiatis jam erectis,deque earum Ca-
pitulis , & Canonicis jam creatis ; etenim Bullæ
ibidem loquuntur de Collegiatis erectis per ver-
bum *Collegiatæ* millies repetitum : aliàs dicta
verba *quivis* , vel *aliæ perſonæ* eſſent ſuperflua ,
& nihil operarentur , quod non eſt dicendum ,
præſertim verſando in Conſtitutionibus Pontifi-
15 ciis , in quibus nè ſyllaba quidem debet vacare ,
ſeu eſſe otioſa, *cap ſi Papa* 10.*de privileg.in 6 l. ait*
Prætor.3.*in princ.ff.de jurejur.l. ſi quando* 109.*ff. de*
legat.1.*Gonzalez ad Regul* 8 *hodiè* 9.*Cancellar. de*
Menſib gloſ.30.*num*.16.*et* 17.*Barboſa axiom*.136.
n.15.*et* 16.*et axiom*.222.*n*.11.*cum ſeqq. Solorzan.*
de Jur.Ind tom.2.*lib*.3. *cap*.26. *num*.87. ità ; ut ,
nè Cameræ , et Annatiſtis fiat fraus ob præten-
ſam ceſſationem quindenniorum ſub prætextu
nondùm ſequutæ erectionis Collegiatæ de tem-
pore Unionis , in præſenti hypotheſi Collegiata
de proximo erigenda , habetur pro jam erecta ,
adinſtar de proximo doctorandi , qui habetur 16
pro jam doctorato , de proximo matriculandi ,
qui habetur pro jam matriculato , de proximo
condemnandi , qni habetur pro jam condemna-
to , de proximo contrahendi matrimonii , quod
habetur pro jam contracto , de proximo perfi-
ciendæ præſcriptionis , quæ habetur pro jam
perfecta , de proximo complendæ centenariæ ,
ad præſumendum beneplacitum Apoſtolicum ,
quæ habetur pro jam completa , etiamſi deficiant
pauci anni , puta quadriennium , triennium ,
ſivè biennium , immò (quod plus eſt) etiam
decennium , et centenariæ , ſeu immemorialis à
Sacro Concil. Tridentino ſeſſ.25.*de Reformat cap*.9.
requiſitæ ad præſumendum Juſpatronatus in Be-
neficiis de proximo complendæ,quæ habetur pro
jam completa , etiamſi reſpectu adeò diutinæ
præſcriptionis deficiant 9. vel etiam 10. & 11.
menſes , qui videri poſſunt reſpectu tàm longi
temporis dies pauciſſimi , ad latè per me conge-
ſta in alio meo Tractatu de *Quindenniis cap*. 50.
nu.178.*cum plur.ſeqq*. & adinſtar infantis adhùc 17
in utero exiſtentis , ſicque nondùm in rerum na-
tura , qui tamen habetur pro jam nato quadam
fictione Juris, *l.qui in utero* 7.*la* 1.*l.Arethuſa* 15.
l.qui in utero 26. *la* 2. *ff. de ſtat.hom. l. intelligen-*
dus 153.*l.quod dicimus* 231.*ff.de verb.ſignif. l.an-*
tiqui 3.*ff.ſi pars hæred.pet. l.placet* 4. *ff.de liber. et*
poſthum.l.ſiquis prægnantem 147.*ff de regul.Jur.*
l.is,cui 18.*ff.quando dies legat.ced.l.vel ſi vivo* 7.*ff.*
*de ſuis,et legitim.hæred.l.*1.§.*Siquis proximior* 8.*ff.*
und.cognat. l.cùm quidam 30. §. *Quod dicitur ff. de*
acquir.hæredit.l.ex facto 17.§.*Ex facto* 5.*ff.ad Sena-*
tuscõſult.Trebellian.l.jubemus 6 §.*Sin autẽ* 2.*C.eod.*
l.ſiquis prægnante 23. *ff.de captiv.et poſtlim.reverſ.*
*l.*1.*in prin.juncto* §. *Et generaliter* 15.*ff de ventr. in*
poſſeſſion.mittend.l. à tutela 2.§.*Qui autem in ven-*
tre eſt 6.*ff.de excuſat.tut.l.*1.§. *Sed ſi matris* 5.*ff. ad*
Senatuſconſult. Tertyllian. quibus conſonat Jus 18
Hiſpanum in *l*.3.*tit*.23.*partit*.4. & proſequuntur
Alteſerr.de fiction.Jur. tract.1. *cap*.7. *per tot. Ca-*
ranz.de part.cap.2.§.2 *et* 4.*per tot*. hinc ex *Ago-*
thon.de bello Gothico lib.4. *Alteſerr. loc. citat. in*
principio , §.*Fictiones propè fin.verſiculo Saporem* ,
et Robert. rer. judicat. lib.3. *cap*.13. *in principio* ,
§.*Donationes poſt med.propè fin.verſic. ſic aliquan-*
do , legimus , Saporem adhùc in utero , Regem 19
Perſarum ſalutatum , cidari utero impoſita ,
audito Magorum vaticinio , maſculum naſcitu-
rum ; ità , ut aliquando venter (quis crederet)
coronatus fuerit , & in poſſeſſionem Regni miſ-
ſus ; hancque veritatem comperimus in altiſſi- 20
mo myſterio Verbi Incarnati , apud *Matthæum*
cap.1.*verſic*.20. *et* 21. ibi: *quod enim in ea natum*
eſt , de Spiritu Sancto eſt : pariet autem filium &c.
natum igitur vocat Chriſtum Evangeliſta , licet
adhùc in Sacratiſſimo Utero Virginali deliteſce-
ret ; quia omnibus natus erat , ideſt pro ſalute
omnium credentium (ſunt verba *Rebuff.*) *in l.*
quod dicimus 231. *in principio* , *ff. de verb. ſignif.*

Præterea cùm quotidiè accidat , quòd in ere-
ctione Collegiatæ ſupplicetur S. Sedi pro Unione
Beneficiorum , benè ſequitur , petentes uniri Be-
neficia futuræ Collegiatæ , validè poſſe obligare
Canonicos mox creandos , et Capitulum mox
eri-

erigendum ex eo, quòd Collegiata erigenda,
poſteà, quando jam erecta eſt, verè perceptura
eſt fructus Beneficiorum ſibi unitorum, proindè-
que æquum eſt, quòd, etiamſi de tempore
Unionis nondùm ſit erecta, teneatur nihilominùs
ad quindennium in ipſo actu Unionis ob ſo-
lam ſpem percipiendi fructus Beneficiorum ſibi
21 unitorum, nè aliàs contrà Juris tramites locu-
pletetur cum aliena jactura, Cameræ nempè, &
Annatiſtarum, *l. Jure naturæ* 206. *ff. de regul.
Jur. Barboſa axiom.* 139 *nu.* 1. Immò ſufficit ſim-
plex Unio Beneficii ad hoc, ut debeatur quin-
dennium; per Unionem namque ſublata penitùs
remanet vacatio Beneficiorum, & inducitur pri-
vatio, ſeu ceſſatio Annatarum antè Unionem
ſolvi conſuetarum Cancellariæ Apoſtolicæ: ad
22 quod damnum valdè ſenſibile, valdèque nota-
bile ob tractum ſucceſſivum reparandum, adin-
venta fuerunt quindennia in locum Annatarum
ſubrogata, ut in Bullis quindenniorum literaliter
exprimitur, ac notant *Amayden. de ſtyl. Datar.
lib.* 1. *cap.* 18 §. 4 *de quindenn. num.* 2. *cum ſeqq. Rot.
coram Card. Seraphin. dec.* 1410. *nu.* 1. *et* 28. *tom.* 2.
*repetit. poſt Tract. int. Deciſion. Sac. Rot. Rom. in ordi-
ne la V.* & alibi paſſim.
23 Nec obſtat, quòd Collegiata erigenda habea-
tur pro erecta in ſibi favorabilibus, puta in
acquirendo legata, vel ſimilibus, argumento
textus in *l.* 1. *ff de ventr. in poſſeſſ. mitt. l. prægnantis*
73. *ff. de pæn. l. qui in utero* 7. *la* 1. *ff de ſtat. homin.* ibi:
,, quotiès de commodis ipſius partus quæritur
&c.: *l. cùm quidam legationis* 30. §. 1. *ff. de
acquir. hæred. l. quod dicimus* 231. *ff. de verb.*
,, *ſignif.* ibi: quod dicimus, eum, qui naſci ſpe-
,, ratur, pro ſuperſtite eſſe, tunc verum eſt, cùm
,, de ipſius jure quæritur &c.: *ubi Rebuff. in prin-
cipio*, ibi: is, qui in utero eſt, & naſci ſpera-
,, tur, pro nato habetur quoad ſuam utilitatem
,, &c. *Alciat.* ibi: haberi pro nato &c. quotiès
,, de eius utilitate quæritur &c. *et poſt med.*
,, §. *Ultimò quando in principio*, ibi: pro nato
,, habetur quoad ſibi utilia; ſed ad ea, quæ ſibi
,, nocitura ſunt, non habetur pro nato &c. *Na-
varr. in cap ſiquis necandi* 10. *n* 3. *in med. verſic.
quartò quòd, de pænitent. diſtinct.* 1. *Giurb. de ſuc-
ceſſ. feud. cap.* 118. §. 2. *gloſ.* 4. *n.* 14. *in principio*,
verſic. tùm, quia, ibi, qui in utero eſt, in ſui
,, favorem pro nato habetur, ut nati gaudeat
,, privilegiis &c. *et n.* 17. *in fin. declarat.* 2. ibi: in
,, iis, quæ utilia ſunt, pro nato habetur, qui in
,, utero eſt, in odioſis verò, & damnoſis pro
,, mortuo &c. *Tiraquell. in l. ſi unquam* 8., *verbo ſu-
ſceperit liberos*, *nu.* 155. *C. de revoc. donat.* ibi:
,, pro nato cenſeri, cùm de ipſius jure, aut fa-
,, vore quæritur &c. *et de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 9.
num. 77. *in principio verſic. quod videtur*, ibi.
,, uterus in his, quæ ſuum ipſius commodum re-
,, ſpiciunt, pro jam nato habetur &c. *Robert.
rer. judicat. lib.* 3. *cap.* 13. *in princip* §. *Donatio-
nes*, *poſt med. verſic. nam ſi*, ibi: ſi quæratur,
,, an partus nondùm editus, pro nato haberi
,, debeat, diſtinctio iſta adhiberi ſolet, ut quo-
,, tiès de eius commodis agitur, æquum videa-
,, tur, eum, qui in utero eſt, pro jam nato, &
,, edito cenſeri &c. ſed ſi de ea conditione, vel
,, de ea cauſa, quæ partui noceatur, eique præ-
,, judicium aliquod afferat, vetat lex, nè par-
,, tum, qui nondùm editus eſt, pro jam nato
,, habeamus &c. quæ quidem fictio Juris, etiam
ad bruta, ſeu animalia irrationalia extendi va-
let, dum ex lege Moſayca immolari nequit inſi- 24
mul mater, & fœtus, *Levitic. cap.* 22. *verſic.* 28.
ibi: *non immolabunt cum fœtibus ſuis:* undè *Philon
Hebr. de charitate Moyſis apud Caranz. de part.
cap.* 2. §. 4. *n.* 23. inquit *vetitum eſt iiſdem legibus*,
*nè Templum ſubeat animans ulla gravida, nevè
mactetur, niſi partu levato: quòd latens in utero
fœtus non minoris æſtimetur, quàm in lucem edi-
tus &c.* non autem (ut in caſu) in odioſis, &
pœnalibus, vel ſaltem præjudicialibus ipſi Col-
legiatæ, veluti eſt ſolutio quindennii, ad quam
condemnatur manus mortua: quippè immò ſo-
lutio quindennii nullum continet odium, nul-
làmque pœnam, aut præjudicium, ſed potiùs
favorem reſpectu Cameræ, & Annatiſtarum, nè
aliàs defraudentur Annatis, antè Unionem
ſolvi conſuetis; & Bullæ quindenniorum unicè
reſpiciunt favorem Cameræ, ac Annatiſtarum,
quibus, prout par erat, proſpicere voluerunt, 25
introductione, ſeu mavis approbatione quin-
dennii antiquitùs introducti, juxta *Bullam Pau-
li IV. la* 17. § 1. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi ,, licet
,, Communium Servitiorum, & Annatarum
,, exactio &c. ſit antiquiſſima &c, ,, *Bullam
S. Pii V. la* 38. §. 3. *in princip. eod. Bullar. tom.* 2.
,, ibi ,, Nos conſiderantes, quòd Annatarum,
,, Communium, & aliorum Jurium prædicto-
,, rum exactio &c. eſt antiquiſſima &c. ,, *Bullam
Urbani VIII. la* 13. *in princip. eod. Bullar. tom.* 5
,, ibi ,, conſiderans, quòd Annatarum, Com-
,, munium, & aliorum Jurium Cameræ Apo-
,, ſtolicæ debitorum exactio &c. eſt antiquiſſi-
,, ma &c. ,, *Bullam Clementis X. la* 50. §. 3. *in
princip. &* §. 6. *in princip. eod. Bullar. tom.* 6. ibi ,,
,, conſiderans, quòd Annatarum, Commu-
,, nium, & aliorum Jurium &c. exactio &c. intro-
,, ducta, eſſet antiquiſſima &c. licet ſolutio hujuſ-
,, modi introducta, ſit antiquiſſima &c. ,, *& Bullam
S. M. Clementis XI. in ſuo Bullar. non inſertam*,
editam 23. *Novembr.* 1704. ibi ,, veterem in
,, ſolvendis Quindenniis obſervantiam incon-
,, cuſsè cuſtodiant &c. ,, *repetit. poſt Tract. int.
Conſtitution. Apoſtol. in ordine la* V. VI. VIII. XI.
& XII. & notant *Maſſ Galleſ. de Annat. in fin.
num.* 30. *in fin.* §. *Eſt aliud, antè med. verſic. ex
hujuſmodi Unionibus*, ibi: ex hujuſmodi Unio-
,, nibus &c. de totius Chriſtianitatis communi
,, conſenſu ab antiquiſſimis temporibus (quod
,, ex Regeſtis Cameræ Apoſtolicæ apparet) uſu
,, receptum fuit, ut illi, in quorum commodum
,, tales Uniones cedebant &c. promitterent &c.
,, pro ſolvendo in futurum &c. unitorum Bene-
,, ficiorum Annatas &c.: *Card. de Luca de Benefic.
diſc.* 89. *n.* 2. *in princip.* ibi: ex antiquiſſimo, ac
,, immemorabili Eccleſiæ Catholicæ, Sediſque
,, Apoſtolicæ uſu, introducta fuit in Beneficiis
,, Eccleſiaſticis exactio Communium Servitio-
,, rum, ac Annatarum &c. ideòque etiam antè
,, tempora Conciliorum Viennenſis, & Conſtan-
,, tienſis, hic Annatarum uſus habetur &c. *&
num.* 3. *in princip.* ibi: inolevit etiam antiquus
,, uſus ſolvendi dicta onera, & Annatas pro
,, Eccleſiis, ac Beneficiis unitis &c. *Lotther. de
re benef. lib.* 1. *qu.* 29. *nu.* 5. ibi: reducendo obli-
,, gationem de ſolvendo certum quid &c. anti-
,, quitùs uſitatum, ad tempus X. annorum &c.
Rota coram Card. Seraphin. dec. 1410. *n.* 10. *to.* 2. *re-
pet. poſt Tract. int. Deciſ. Sac. Rot. Rom. in ordine la V.*

Ità,

Ità; ut de aliquo præjudicio conqueri nequeat Collegiata erigenda, ob ſolutionem quindennii faciendam antè illius erectionem, dum habet certam ſpem percipiendi fructus Beneficii ſibi uniti, & in hoc ſolvit proprium debitum, cùmque ſenſura eſt quamprimùm poſt ſuam erectionem commodum fructuum Beneficii uniti, debet & ſentire incommodum ſolutionis quindennii debiti propter perceptionem fructuum Beneficii
26 uniti, ex vulgata regula *cap. qui ſentit* 55. *de regul. Jur. in 6.*

Minùs obſtat, quòd eodem modo, quo qui
27 nondùm natus eſt, nondùm homo, vel animal dicitur, ſed ſola ſpes hominis, vel animalis, ob defectum perfectionis, & organizationis corporalis, præſertim, ſi nondùm (ut ajunt Theologi) infuſa ſit anima rationalis, *l. 1. §. 1. ff de ventr. inſpic. l. negat 2. ff. de mort. inferend. l. in falcidiam 9. §. 1. ſivè unic. ff. ad leg. Falcid.* ibi: *partus nondùm editus, homo non rectè fuiſſe dicitur, Tiraquell. in l. ſi unquam 8. verbo ſuſceperit liberos, n. 148. cum ſeqq. C. de revoc. donat. Narbon de ætat. ann. 7. qu. 1. num. 9. cum ſeqq. Giurb. in Conſuetud. Meſſan. cap. 1. gloſ. 4. par. 1. num. 71. & cap. 3. gloſ. 14. n. 22. par. 1. & cap. 10. gloſ. 1. num. 1. par. 1. Caldas Pereyra in l. ſi Curatorem 3., verbo ſine Curatore, n. 75. C. de in integ. reſtit.* quam veritatem ex fidei ſymbolo mirè eruimus, in Sacratiſſima Verbi Incarnatione ex verbis: *Incarnatus eſt*, vel (ut alibi) *Conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, & homo factus eſt*; quaſi ſcilicet Chriſtus Dominus, nondùm homo fuerit, antequàm natus eſſet: veluti hinc fit, quòd qui in utero eſt, baptizari nequit, *ex Concilio Neocæſarienſi cap. 6. & 54. Capitulorum Græcarum Synodorum, cap. qui in maternis 115. de conſecrat. diſt. 4. Tiraquell. in l. ſi unquam 8., verbo ſuſceperit liberos, n. 153. C. de revoc. donat. Caranz. de part. cap. 2. § 4. n. 42.* renaſci enim ſecundùm Chriſtum quipiam non poteſt, antequàm natus ſit ſecundùm Adam: nec priùs quod ſpirituale eſt, ſed quod animale, & deindè quod ſpirituale eſt: nec regeneratio permittitur, niſi generatio præcedat, ex *Paul. Epiſt. 1. ad Corinth. cap. 15. verſic. 46. cum ſeq.* nec conferuntur Sacramenta à miniſtris Eccleſiæ militantis, niſi iis, qui ſuper terram ſunt, utpotè tùm primùm ipſi Eccleſiæ cognitis, & in foro, ſeu de foro ipſius conſtitutis; nam ſcriptum eſt apud *Matth. cap. 16. verſic. 19. & 20. & cap. 18. verſic. 18. et 19.* repetitum in *cap. ſolitæ 6. in fin. de majorit. & obed. quæcumq; ligaveritis ſuper terram, erunt ligata in cælo, & quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta in cælo*; qui autem in utero eſt, nondùm cenſetur eſſe ſuper terram, *Tiraquell. in l. ſi unquam 8., verbo ſuſceperit liberos, num. 153. C. de revoc. donat.* undè tùm primùm cadere in terram dicitur ille, qui naſcitur, *l. quod certatum 3. C. de poſthum. hæred. inſt.* ibi enim in terram, ſeu humum, à qua homo dicitur, cadere pro naſci ponitur; *Ruſtic. in l. cùm avus 102. lib. 4. cap. 15. n. 12. in princ. ff. de condit. & dem. Alciat. in l. hominis appellatione 152., n. 3. ff. de verb. ſignif.* prout etiam apud hominum ſapientiſſimum, & propter mulieres inſipientiſſimum, *Sapient. cap. 7. verſic. 3.* dicitur *ego natus accepi communem aerem, & in ſimiliter factam decidi terram*, ità Collegiata nondùm erecta, nondùm
28 nata dicitur, non enim entis nullæ ſunt qnalitates, ex *dictis infrà num. 33.* ſicque uti nondùm in rerum natura, nec adhùc manus mortua, non videtur eſſe ſubjectum capax debendi quindennia.

Objectum nihilominùs non militat, quando (prout in caſu) indè irrogatur præjudicium Cameræ, & Annatiſtis, per quam, & per quos non ſtat, quominùs Collegiata de tempore Unionis jam reperiatur erecta; quando tamen poſt erectionem illicò naſcitur dentibus, ſtatimque manducat, ac incipit percipere fructus jam maturatos Beneficii ſibi antè ſuam erectionem uniti: omiſſo, quòd adeſt differentia inter hominem, ſeu animal nondùm natum, ſed naſciturum, & inter Collegiatam nondùm natam, ſeu nondùm erectam, ſed naſcituram, ſeu erigendam, homo namque naſciturus, ſeu animal naſciturum ob ſolam incertam ſpem naſcendi, poteſt non naſci, ſed Collegiata naſcitura, ſeu erigenda, non poteſt non naſci, vel non erigi, immò habet ſpem certam naſcendi, ſeu ſuæ nativitatis, & erectionis, dum ad talem finem ei facta fuit Unio Beneficii.

Longè minùs obſtat, quòd, ſicuti nondùm 29
natus, quando non agitur de illius favore, commodo, ſeu utilitate, ſed de favore, commodo, ſeu utilitate alterius, non habetur pro nato, nec etiam in favorem patris, *l. ſi prægnantem 12. ff. de collat. bon. l. à tutela 2. §. Qui autem 6. ff. de excuſat. tut.* ibi: qui autem in ventre eſt, etſi in „ multis partibus legum comparetur jam natis, „ tamen neque &c. prodeſt patri &c. *l. qui in utero 7. la 1. ff de ſtat. hom.* ibi: qui in utero eſt, „ proindè ac ſi in rebus humanis eſſet, cuſto- „ ditur, quotiès de commodis ipſius partus „ quæritur, quamquàm alii, antequàm naſca- „ tur, nequaquam proſit, *l. qui in utero 16. la 2. ff. eod. l. quod dicimus 231. ff. de verb. ſignif.* ibi: „ aliis autem non prodeſt, niſi natus, ubi *Rebuff. in princip.* ibi: exiſtens in utero, natus „ non cenſetur quoad alios, nec ad eorum com- „ modum &c. *& in fin. §. Secunda regula*, ibi: „ exiſtens in utero, non cenſetur natus quò ad „ alios &c. quò ad commodum aliorum poſthu- „ mi nati non cenſentur, *& in dic. l. intelligendus 153. in princ. §. Verum in fin. verſic. quod etiam*, „ ibi; verùm eſſe, quando ageretur de ſuo com- „ modo, ſecùs, ſi de odio illius, qui eſt in „ utero &c. *Alciat. in dic. l. quod dicimus in princip. n. 1. litera F. col. 2.* ibi „ aliis enim non pro- „ deſt, niſi natus ſit, „ *& nu. 6. in princip.* ibi „ „ & quod diximus, in aliorum commodum non „ fingi, intelligendum eſt, ut nec patri quidem „ proſit &c. Quocircà nec matri quidem prode- „ rit, quæ, licet prægnans puniri ſummo ſup- „ plicio nequeat, & ventris nomine in poſſeſſio- „ nem mittatur, non tamen hoc ideò eſt, quia „ jam peperiſſe fingatur, ſed quia qualiſcumque „ futura eſt ſpes in lucem prodituri hominis, „ extinguenda non fuit &c. *Alteſerr. de fiction. Jur. tract. 1. cap 7. propè fin. §. Ratio dubitandi, verſic. poſthumus, Tiraquell. in l. ſi unquam 8., verbo ſuſceperit liberos, n. 155. in fin. C. de revoc. donation.* ibi „ aliis autem non prodeſſe, an- „ tequàm naſcatur &c. ac nè ipſi quidem paren- „ ti &c. quamvis certum ſit, non poſſe prodeſſe „ patri, qui ſibi etiam in conſequentia proſit „ &c. „ *Navarr. in cap. ſiquis necandi 10., n. 3. in med. verſic. quartò quòd, de pœnit diſtinct. 1.* ibi, „ non quoad ea, quæ aliis proſunt, „ *& poſt med. verſic.*

verſic. quintò quòd, ibi: fingitur, non eſſe homo
quoad utilitatem, vel nocumentum aliorum, donec
30 naſcatur &c. nè aliàs quod in favorem ejus in-
troductum eſt, in illius odium retorqueretur, con-
trà regulã in cap. quod ob gratiam 61. de regul. Jur.
in 6. l. quod favore 6. C. de legib. l. nulla Juris ratio 24.
ff. eod. l. non eo minùs 14. C. de Procur. Barboſ. axiom.
96 n. 1. Rebuff. in l. quod dicimus 231. poſt med. pro-
pè fin. § Ultimò quando, in princ. verſic. aliàs ff. de
verb. ſignif. ità Collegiata nondùm nata, ſeu
nondùm creata, & erecta, ſed tantùm erigenda,
non eſt habenda pro nata, ſeu creata, & erecta,
quando (ut in caſu) agitur de commodo alie-
no, nempè Cameræ, & Annatiſtarum in exa-
ctione quindennii.
31 Quod tamen objectum non ſubſiſtit: etenim
aliquando etiam non natus prodeſt alteri, præ-
ſertim quando (ut in caſu) agitur de præjudicio
alterius, Cameræ nimirùm, & Annatiſtarum ob
ceſſationem Annatarum per medium Unionis, &
quando non ſtat per Annatiſtas, quominùs de
tempore Unionis non reperiatur jam erecta Col-
legiata, forſitan ob tunc nondùm paratas pecu-
nias pro expeditione erectionis; immò agitur de
damno vitando ab Annatiſtis ſine eorum culpa
contingente, ſed potiùs ex facto petentis Unio-
nem nomine Collegiatæ erigendæ, ſicque ex fa-
cto futuræ manus mortuæ, l. is, cui 18. ff. quan-
do dies legat. ced. ibi: is, cui ità legatum eſt, quan-
doque liberos habuerit, ſi, prægnante uxore relicta,
deceſſerit, intelligitur expleta conditio deceſſiſſe &c.
ſi tamen poſthumus natus fuerit, l. 1. ff. de ventr. in
poſſeſſ. mitt. ibi: etiam eos, qui nondùm nati ſunt,
propter ſpem naſcendi non neglexit &c. dum ven-
trem mittit in poſſeſſionem &c. l. ſiquis prægnantem
14. ff. de regul. Jur. ibi: ſiquis prægnantem uxorem
reliquit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe, Alteſerr.
de fiction. Jur. tract. 1. cap. 7. antè med. §. Siquis præ-
gnantem, Giurb. ad Conſuetudin. Meſſan. cap. 1.
gloſ. 4. par. 1. n. 87. cum ſeqq. Caranz. de part. cap. 2.
§. 4. nu. 10. in princip. ibi. eum, qui in utero, an-
tequàm naſcatur, aliis non prodeſſe &c. fallit tamen
in damno, ſine culpa tertio contingente vitando, quo
caſu qui in utero eſt, ei prodeſt &c.
Ejuſdem irrelevantiæ eſt obiectum, quòd an-
32 tè erectionem Collegiatæ, non adeſt Collegiata,
ſeu Collegium, cui fit Unio, nec illa adhùc eſt
in rerũ natura, l. quidam referunt 14. §. 1 ff. de Jur.
Codicill. ibi: quia hæres, ad quem ſermonem con-
ferat, in rebus humanis non eſt; ſicque non adeſt,
qui obligetur ad quindennia, quaſi quòd Colle-
giata mox creanda, ſeu naſcitura, & erigenda
prodeſſe debeat circà quindennia Sedi Apoſtoli-
cæ ferè matri, & qualitas ſine ſubiecto adeſſe non
poteſt l. decem 116. ff. de verb. oblig. l. eſt enim uſuſ-
33 fructus. 2. ff. de uſufru. l. 1. ff. de uſufruct. legat. & non
entis nullæ ſunt qualitates, cap. bonæ il 1. de elect.
l. quidam referunt 14., in princ. ff. de jur. Codicill. l.
ejus, qui in Provincia 41. ff. ſi cert. pet. Medic. de regul.
Jur. regu. 6. ex n. 1. uſqu. ad n. 120. undè fit, quòd
34 pro non ſcripto habetur, quod relinquitur non
exiſtenti in rerum natura, l. ſi eo tempore 4. ff. de
his, quæ pro non ſcript hab. ibi: ſi eo tempore, quo
alicui legatum adſcribatur, in rebus humanis non
erat, pro non ſcripto hoc habebitur. l. 1 §. Et cùm 2.
C. de caduc. toll. ibi: ea etenim vel his relinqueban-
tur, qui in rerum natura tunc temporis, cùm con-
debantur ultima elogia, non fuerant &c. & ea pro
35 non ſcriptis eſſe leges exiſtimabant, nec poteſt con-
cedi privilegium Collegio nondum erecto, cap.
ad audientiam 5. il 2. de Eccleſ. ædif. ibi: cùm nulli
Canonici adhùc ibidem exiſtant, quibus privilegium
concedatur, vel (ut alii legunt) indulgeatur; quia
occurrunt plures reſponſiones ſuprà datæ: non 36
omiſſo, quòd privilegia conceſſa, exempli gra-
tia, Monaſteriis ædificatis, quandoque intelli-
guntur eſſe conceſſa etiam Monaſteriis ædifican-
dis, cùm lex ſemper loquatur, cap. unic. de exceſſ.
Prælat. in 6. Rot. poſt Tamburin. de jur. Abbat. to. 3.
dec. 20. n. 30. & 31. immò Canonici etiam crean-
tur poſt erectionem Collegiatæ, Barboſa de Ca-
nonic. cap. 2. n. 1. ibi: cùm Canonicatus erigantur,
& Canonici creentur, & inſtituantur, vel in ipſa
erectione Eccleſiæ Cathedralis, aut Collegiatæ, vel
poſt eam erectam &c. Præterquàmquod melior 37
eſſe debet conditio Cameræ, & Annatiſtarum
tractantium de damno vitando ob ceſſationem
Annatarum ex cauſa Unionis, quàm conditio
futuræ Collegiatæ tractantis de lucro captando
in non ſolvendo quindennium, & percipiendo
poſteà fructus Beneficii ſibi uniti, l fin. in fin. C. de
Codicil. l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. l. ſcimus 22. §. licen-
tia 5. C. de jur. deliber. Menoch. de præſ. lib. 2. præſ. 72.
n. 7. Carleval. de judic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſp. 25. nu.
15. in med. verſic. nunquã enim, et diſp. 30. n. 23. et 24.
Scacc. de commerc. §. 1. qu. 7. par. 2. ampl. 8. nu. 271.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad uſum tantùm, & augumentum diſtributionum quotidianarum, quantumvis Menſæ Capitulari unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, eodem modo ad favorem Menſæ Capitularis reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Non ſolvitur Annata pro diſtributionibus quotidianis.*
2 *Perpenduntur geminæ Bullæ quindenniorum.*
3 *Bullæ quindenniorum loquuntur in ſpecie de Unionibus factis, & faciendis Eccleſiis Collegiatis, ac Menſis Capitularibus.*
4 *Annata non ſolvitur pro Beneficiis expreſſis in Ducatis XXIV. tantùm.*
5 *Solvendum eſt quindennium pro Beneficiis unitis Canonicatibus ex eo, quòd non ſolvitur Annata pro Beneficiis unitis.*
6 *Quindennium debetur ob amiſſionem Annatæ, ex cauſa deſperatæ vacationis Beneficiorum unitorũ.*
7 *Expenditur* Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de Reform. cap. 15.
8 *Idem non intelligitur præjudicare voluiſſe Sedi Apoſtolicæ.*
9 *Refelluntur* Caſtropal. moral. par. 2. tract. 7. diſp. 3. punct. 7. num. 2. Corrad. in prax. benefic. lib. 2. cap. 8. n. 64. §. Quare, cum nn. ſeqq. *& infrà poſt* n. 13. & n. 16.
10 *Ex diſtributionibus regulariter non debentur Annatæ.*

11 Ex

11 *Ex diſtributionibus pariter videretur, non deberi quindennia.*

12 *Diſtributiones propriè non ſunt fructus Beneficii.*

13 *Affertur quædem reſolutio Sacræ Congregationis Concilii.*

14 *Cauſa finalis quindenniorum quænam fuerit.*

15 *Ex Vnionibus, de quibus agitur, ſolvitur quindennium ab omnibus ferè Cathedralibus, ac Collegiatis Vrbis.*

16 Corrad.citat.ſuprà nu.9. *faciens mentionem reſolutionis in una* Cortonen. *illamque afferre promittens, non tamen affert.*

17 *Difficile eſt creditu, quòd Vnio facta ſit pro augumento Præbendæ ſingulorum Canonicatuum.*

18 *Ex generali conſuetudine, & ſtylo Dataria, fructus certi Dignitatum, & Canonicatuum exprimi ſolent in Ducatis XXIV.*

19 *Annata non debetur ex Beneficiis exprimi ſolitis, ex natura rei, ſivè ex conſuetudine, in Ducatis XXIV.*

20 *In reparationem damni Cameræ, & Annatiſtarum ex ceſſatione Annatarum introductum fuit quindennium.*

21 *Declaratur* Bulla 38.S.Pii V.§.3.in fin.Bullar.nov. Rom. tom.2.

22 *Bullæ quindenniorum intendunt ſolvi quindennia ex fructibus Beneficiorum.*

23 *Diſtributiones dicuntur fructus Beneficiorum.*

24 *Præſertim, quando Beneficium conſiſtit in diſtributionibus.*

25 *In Hiſpaniis omnes ferè Canonicatus conſiſtunt in diſtributionibus.*

26 *Si Decima Papalis imponatur ſuper omnibus fructibus beneficialibus, illa debetur etiam de diſtributionibus.*

27 *Penſio regulariter imponi nequit ſuper diſtributionibus.*

28 *Niſi quando Beneficium in ſolis diſtributionibus conſiſtit.*

29 *Iterùm reprobatur* Corrad. ubi ſuprà n.9.& 16.

30 *Pro quindennii ſolutione habetur ratio ad ſtatum Beneficii, in quo erat antè Vnionem, non ad uſum, in quem facta fuit Vnio.*

31 *Quindennium debetur in reparationem damni ob amiſſam Annatam poſt ſequutam Vnionem Beneficii.*

32 *Camera, & Annatiſtæ idem patiuntur detrimentum amiſſionis Annatæ ex Vnionibus in uſum diſtributionum quotidianarum factis.*

33 *Fundamentalis baſis introductionis quindenniorum eſt, nè Camera, & Annatiſtæ ob ceſſationem Annatæ ex Beneficii Vnione reſultantem ſint in damno.*

34 *Conſtitutiones in ventre continentes expreſſam rationem, compræhendunt omnes caſus, quibus applicatur ratio expreſſa.*

35 *Ratio in lege expreſſa, ejus eſt potentiæ, ut determinet omnes caſus ſub ratione compræhenſos, etiam ad correctionem Juris communis.*

36 *Hoc argumento utuntur Bullæ quindenniorum, Bullarum præcedentium declaratoriæ, ac ſignanter* Bulla 38. S. Pii V. & Bulla 33. Sixti V. Bullar. nov.Rom.tom.2. repetit. poſt Tract. in ordine la VI.& VII.

37 *Capitulum Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitanæ fuit exemptum à ſolutione quindennii, per Gregorium* XIII.

38 *Prout Capitulum Patriarchalis Baſilicæ Sanctæ Mariæ Majoris de Vrbe, per Innocentium X.*

39 *Talis exemptio comprobat compræhenſionem exemptorum ſub diſpoſitione Bullarum quindenniorum.*

40 *Privilegium exemptivum à quindenniis ſuperfluum eſſet, ſi Vnio in cauſam diſtributionum non comprbænderetur ſub Bullis quindenniorum.*

CAPITULUM XLII.

SOlet ſæpiſſimè (quis crederet, & utinam
ità res ſe non haberet) Dei ſervitium (quod
ſemper augeri deberet) frigeſcere in Choro ob
inſufficientiam diſtributionum quotidianarum,
quas intereſſentes lucrantur; proindèque ad
Chori frequentationem, quod redundat in augumentum
divini cultus, ut pinguiori præmio
alliciantur Beneficiati, uniuntur ad uſum earundem
diſtributionum Beneficia, quorum fructibus
impinguantur, & augentur: cùm verò, ut
plurimùm ad ſolum uſum diſtributionum fieri
ſoleat Vnio Beneficiorum, non pro fructibus
earundem Præbendarum, nec in ſolum commodum
Menſæ Capitularis, ideò aſſerimus, quòd
ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum
auri de Camera excedentibus, ad uſum
tantùm, & augumentum diſtriburionum quotidianarum,
quantumvis Menſæ Capitulari unitis,
ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam
excedentibus, eodem modo ad favorem
Menſæ Capitularis reſervatis, etiam adhùc debentur
quindennia; cùm enim hoc modo omnes
fructus Beneficiorum unitorum, aut Penſiones
reſervatæ conſiſtant in diſtributionibus quotidianis,
pro comperto eſt, quòd in Proviſione
ejuſmodi Beneficiorum, ſivè in reſervatione
ejuſmodi Penſionum, quæ fiebat in Curia antè
Vnionem, procul dubio nulla ſolvenda eſſet 1
Annata, quæ de Jure non debetur, nec ſolvitur
pro diſtributionibus quotidianis, inter præſentes,
& divinis Officiis intereſſentes dividi ſolitis,
*Amayden. de ſtyl.Datar. lib.1.cap.18.§.3. de
annat.nu.19. Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9. Cancellar.
de Menſib. §.7. prohæm. num.166. cum ſeq.
Antonell. de regim. Eccleſ. lib.3. cap.16. num.19.
Fagnan in cap. prætereà 1. num. 94. cum ſeqq. nè
Prælat. vic.ſuas, Tondut. de Penſion. cap.10. n.4.
Rot. cor.Zarat.deciſ.88.num.8. Card.Put.dec.365.
num.7. lib. 2. in correct.* indè inolevit univerſalis
praxis Datariæ, & Cancellariæ, quòd fructus
Dignitatum, & Canonicatuum, qui conſiſtunt
ſimpliciter in diſtributionibus quotidianis, non
exprimuntur, niſi in Ducatis XXIV. nec ſubjacent
*Regul. 55. Cancellar. de exprim. ver. valor.
Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancell. de Menſib.
§.7.proæm.n.167. Garz. de Benefic. part.10.cap.1.
num.74. Rot.coram Zarat. dec.88.num.18. & 19.
Coccin. dec.516.num.1. dec.530.nu.1. & dec.536.
num. 6.* indè ad reparandum tale præjudicium
Annatiſtarum verificatum ob amiſſtonem Annatæ
debitæ in Proviſione, iidem Annatiſtæ
conſequi debent quindennium in præſenti caſu,
ex literali diſpoſitione geminarum Conſtitutionum
Apoſtolicarum ſuper materia quindenniorum
ſaluberrimè editarum, ut ex *Bulla 38.* 2
*S.Pii V. §.2.& 3. Bullar. nov.Rom. tom.2. repet.
poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la V.* ibi „
„ quoniam &c. hæſitatur, an Monaſteria &c.
„ cæteràque Beneficia, quorum fructus in di-
„ ſtributiones quotidianas convertuntur, ſub
„ literis Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum
hujuſ-

„ hujuſmodi compræhendantur &c. omnia, et
„ ſingula Monaſteria &c.et aliâ quæcumque Be-
„ neficia Eccleſiaſtica &c. quibuſcumque Ca-
„ thedralibus, etiam Metropolitanis, ſeu Col-
„ legiatis Eccleſiis, aut Capitularibus Menſis,
„ etiam pro quotidianis diſtributionibus &c.
„ unita &c. ſeu &c. obtenta, et poſſeſſa, ſub li-
„ teris Pauli II. et aliorum Prædeceſſorum hu-
„ juſmodi compræhendi, et includi, & ex *Bul-
la* 50. *Clementis X* §.7. *in fin.tom.6. repet. poſt
Tract. in ordine la XI.* ibi, quindennia, & alia
„ jura ratione Penſionum perpetuarum &c. ſub
„ quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſtico-
„ rum &c. fructibus &c. ac etiam Canonica-
„ tuum, et Præbendarum diſtributionibus quo-
„ tidianis reſervatarum, et impoſterùm &c. re-
„ ſervandarum, et Locis Piis aſſignatarum, et
„ aſſignandarum &c. Cameræ Apoſtolicæ, et
„ Collegio, et Officialibus prædictis perſolvere
„ debeant, et teneantur &c. ac proſequuntur
*Azor. inſtitution moral. part.2. lib.7. cap.13.
quæſt.6.* ibi „ Sextò quæritur, an quindennium
„ ſolvendum ſit ex Beneficiis Collegio unitis,
„ ſed in diſtributiones quotidianas converſis
„ &c. Reſpondeo &c. quindennium deberi; id
„ enim apertè conſtat ex ipſis ſanctionibus Pon-
„ tificiis de ſolvendo quindennio conſtitutis,
*Monet de diſtrib. quotid. part.3. quæſt.9 conc.5.
n.30. cum ſeqq.* ibi „ Fallit autem omninò hæc
„ concluſio in iis diſtributionibus, quæ conſla-
„ tæ ſunt ex Beneficiis unitis, et applicatis Men-
„ ſæ Capitulari reſidentiæ, quæ ſolet in diſtri-
„ butiones dividi; nam de iis tunc ſolvenda eſt
„ annata, ſed id potiùs dicendum eſt primum
„ quindennium &c. fructus Beneficiorum uni-
„ torum, et applicatorum Menſæ Capitulari, et
„ reſidentiæ, et ex iis fiant, et dividantur quo-
„ tidianæ diſtributiones ſingulis, qui interſunt
„ divinis Officiis, ſolvenda eſt ſingulis XV.
„ annis annata illa, quæ quindennium voca-
„ tur, ita expreſsè definitum reperio in Con-
„ ſtitutione Pii V. &c. Ratio eſt, quia quin-
„ dennium ſolvitur de hujuſmodi fructibus Be-
„ neficiorum ſic unitorum, et applicatorum
„ prædictæ Menſæ &c. Cùm igitur ex his pa-
„ teat, Beneficia illa unita Menſæ Capitulari,
„ retinere adhùc nomen, et naturam Beneficio-
„ rum, atque adeò eorum proventus verè fru-
„ ctus, ac redditus Beneficiorum eſſe, ac dici,
„ quamvis ex iis deindè fiant diſtributiones di-
„ videndæ inter divinis intereſſentes; nil mi-
„ rum, ſi ex iis ſolvendum eſt quindennium &c.
*Card. Farratin. apud Amayden. de ſtyl. Datar.
lib.1. cap 18.§.4. de quindenn. ſub n.20. verſic.
tertio loco datur facultas, antè med.* ibi „ cùm
„ fructus uniti ferè ſemper convertantur in di-
„ ſtributiones quotidianas &c. putarem ſimili-
„ ter, quindennium deberi &c. idem *Amayden.
loc. cit. n.23. propè fin. §. concludendum igitur*,
„ ibi „ concludendum igitur, quindennia de-
„ beri ex quibuſvis unionibus &c. etiam quan-
„ do unà cum fructibus uniuntur diſtributiones
„ quotidianæ, quia tunc ſolvitur quindennium
„ etiam pro illis diſtributionibus, etiamſi non
„ ſolvatur annata &c. *Fillinc quæſt. moral. tom.
3. in Appendic. tract.41. de Benefic. Eccleſ. cap.
6. quæſt. 4. n.59.* ibi „ Quòd ſi Beneficium
„ unitum, everſum ſit in quotidianas diſtribu-
„ tiones &c. parum refert, quoad obligationem
„ ſolvendi Quindennii, omnia enim illa ſolven-
„ di Quindennii ex Pontificiis Conſtitutioni-
„ bus obnoxia ſunt &c. *Bonacin. in compend.
verbo Diſtributiones n.61. in princip.* ibi „ XV.
„ quoque anno ſolvenda eſt annata, ſeu quin-
„ dennium ex fructibus Beneficiorum, quæ
„ Menſæ Capitulari, ſeu Collegiali unita fue-
„ runt, ut ipſorum fructus dividantur in quoti-
„ dianas diſtributiones iis applicandas, qui di-
„ vinis Officiis interſunt &c. Præterquam-
quòd Conſtitutiones Apoſtolicæ loquuntur in 3
ſpecie de Unionibus factis, & faciendis Eccleſiis
Collegiatis, ac Menſis Capitularibus, ut legere
eſt in *Bulla 6. Pauli II.* §.1.4.5. *& 6. Bullar.
nov. Rom.tom.1.* ibi „ Beneficia Eccleſiaſtica &c.
„ Collegiatis Eccleſiis, earùmque Capitulari-
„ bus Menſis &c. univimus, incorporavimus
„ &c. Beneficia, ut præfertur, unita &c. An-
„ natam, ſivè medios fructus unius anni in po-
„ ſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequutu-
„ ris, eidem Camerario ſolvere teneantur, &
„ debeant. Et quòd de omnibus &c. Beneficiis,
„ ut præfertur, unitis &c. Communia, Minu-
„ ta, et alia jura, ſeu Annatas, et medios fru-
„ ctus hujuſmodi ſolvere adſtringantur etiam
„ ſingulis annis XV. in futurum &c. alioqui, ſi
„ à ſolutione &c. ceſſare præſumpſerint, unio-
„ nes &c. habeantur penitùs pro infectis &c. in
*Bulla 17. Pauli IV.§.8.in princip.& §.11. eod.
tom 1.* ibi „ omnes, & ſingulas Uniones &c.
„ de &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Collegia-
„ tis Eccleſiis, ſeu earum Menſis Capitularibus
„ &c. perpetuò factas, et de cætero &c. perpe-
„ tuò faciendas, ſub literis Pauli &c. compræ-
„ hendi &c. Collegiatarum Eccleſiarum Capi-
„ tula &c. omnia, et ſingula &c. Beneficia Ec-
„ cleſiaſtica, quæ poſſident &c. notificaſſe, &
„ intimaſſe debeant, et ad id &c. cogi, et com-
„ pelli poſſint, in *Bulla 38. S. Pii V.* §.3. *in fin.
& §.4. eod. Bullar. tom.2.* ibi „ omnia, & ſin-
„ gula &c. Beneficia Eccleſiaſtica Collegiatis
„ Eccleſiis, aut Capitularibus Menſis &c. uni-
„ ta, ſeu &c. obtenta, et poſſeſſa, ſub literis
„ Pauli II. et aliorum Prædeceſſorum hujuſmo-
„ di compræhendi, et includi. Et propterea
„ omnia, et ſingula &c. Eccleſiarum Collegia-
„ tarum Capitula &c. in quorum favorem
„ Uniones &c. factæ reperiantur &c.ad ſolutio-
„ nem Communium, Annatarum, et aliorum
„ jurium prædictorum eidem Cameræ &c. ra-
„ tione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c.
„ faciendam teneri &c. in *Bulla 33. Sixti V.*§.2.
propè fin. & §.4. in princip. eod.tom.2. ibi „ &
„ propterea omnia, et ſingula Cathedralium,
„ & Metropolitanarum, Collegiatarùmque Ec-
„ cleſiarum Capitula &c. in quorum favorem
„ Uniones &c. factæ reperientur, aut poſthac
„ fient &c.dummodò Beneficia ipſa poſſideant,
„ ad ſolutionem quindenniorum præfatorum
„ eidem Cameræ, ac Collegio, et Officialibus,
„ ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c.
„ faciendam teneri &c. et ad id &c. cogi &c.
„ poſſe, Mandantes &c. ut &c. omnia, et ſin-
„ gula Cathedralium etiam Metropolitanarum,
„ et Collegiatarum Eccleſiarum Capitula &c.
„ ad indicandum &c. omnia, et ſingula &c.
„ quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. mo-
„ neant, et requirant &c. in *Bulla 18. Urba-
ni VIII. in princip. juncto §.2. in princip.& §.3.*

in princip. & §.4. eod. Bullar.tom.5. ibi ,, om-
,, nia, et ſingula Cathedralium, etiam Metro-
,, politanarum, Eccleſiarùmque Collegiatarum
,, Capitula &c. Mandantes &c. inter &c. Ca-
,, pitula &c. ut &c. omnia, & ſingula Capitu-
,, la &c. ad indicandum &c. omnia, & ſingu-
,, la &c.quæcumque Beneficia Eccleſiiaſtica &c.
,, quæ ipſa Capitula &c. vigore Unionum hu-
,, juſmodi poſſident &c. cum poteſtate dicta
,, Capitula &c. citandi, monendi, & requi-
,, rendi &c.Non obſtantibus &c.Privilegiis &c.
,, Capitulis &c. conceſſis, et in *Bulla* 50. *Cle-*
mentis X. §.3.in princip. & fin.§.4 in fin.§.5.in
princip. & med. §.9 in princip.& §.11. in med.
eod.Bullar.tom.6. repet. poſt Tract.int.Conſtitu-
tion.Apoſtol.in ordine la I.VI.VII.VIII.& XI.
,, ibi ,, omnia, et ſingula Cathedralium, etiam
,, Metropolitanarum, et Collegiatarum, Ec-
,, cleſiarùmque Capitula &c. in quorum favo-
,, rem &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſti-
,, ca unita &c. exiſterent, & illorum Uniones
,, eis factæ reperirentur &c. dummodo &c.
,, Beneficia ipſa poſſiderent, ad ſolutionem
,, Communium, et Annatarum, & aliorum ju-
,, rium prædictorum eiſdem Cameræ, Colle-
,, gio, & Officialibus, ratione Unionum &c.
,, prædictarum ſingulis XV. annis &c. facien-
,, dam teneri &c. et ad id &c. cogi &c. poſſe
,, &c. mandans propterea &c. ut &c. omnia,
,, & ſingula Cathedralium, etiam Metropoli-
,, tanarum, & Collegiatarum Eccleſiarum Ca-
,, pitula &c. ad indicandum &c. omnia, & ſin-
,, gula &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſti-
,, ca, quæ ipſa Capitula &c. poſſiderent &c.
,, moneret, & requireret &c. mandavitque &c.
,, ut &c. omnia, & ſingula Cathedralium,
,, etiam Metropolitanarum, & Collegiatarum
,, Eccleſiarum Capitula &c. moneret, & requi-
,, reret, ut profiterentur &c. omnia, & ſingula
,, Beneficia Eccleſiaſtica, quæ vigore ſimilium
,, Unionum &c.poſſidebant &c. mandans pro-
,, pterea &c. inter &c. Capitula &c. ut &c.
,, omnia, & ſingula Capitula &c. ad indican-
,, dum &c. omnia, & ſingula &c. quæcumque
,, Beneficia Eccleſiaſtica &c. eis unita &c. quæ
,, ipſa Capitula &c. vigore Unionis hujuſmodi
,, poſſidebunt &c. monerent, & requirerent,
,, cum poteſtate dicta Capitula &c. citandi,
,, monendi, & requirendi &c. ut &c. omnia,
,, & ſingula quarumcumque Eccleſiarum Capi-
,, tula &c. moneat, ut profiteantur &c. om-
,, nia, et ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, quæ
,, vigore ſimilium Unionum &c. poſſident &c.
,, mandamus, ut &c. omnia, & ſingula Capi-
,, tula &c. ad indicandum &c. omnia, & ſin-
,, gula &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſti-
,, ca &c. eis unita &c. quæ &c. ipſa Capitula
,, &c.vigore Unionum hujuſmodi poſſident &c.
,, moneat, & requirat, cum poteſtate dicta
,, Capitula &c. citandi, monendi, & requiren-
,, di &c.

Fortiùſque debetur in caſu quindennium;
cùm enim ex generali conſuetudine in Proviſio-
ne Canonicatuum, ſeu Præbendarum fructus ex-
4 primantur dumtaxat in Ducatis XXIV. quæ eſt
ſumma, pro qua non ſolvitur Annata, dum pro
Beneficiis, quorum fructus exprimuntur in Du-
catis dumtaxat XXIV. per non exceſſum, non
ſolvitur Annata juxta literalem diſpoſitionem
Conſtitutionis 33. Clementis VII. Bullar.nov.Rom.
tom.1. & tradunt *Lotther.de re benef.lib.3.qu.20.*
n.42.Ameyden de ſtyl. Datar. lib.1.cap.18. §.3. de
annat. n.21. Maſs. Galleſ.de Annat. in princip. &
n.30. propè fin. §.quod de Monaſteriis in fin.verſic.
etſi fructuum: & iſta eſt praxis in Curia notoria;
undè etiam ex hoc capite ſolvendum eſt quin- 5
dennium pro Beneficiis unitis Canonicatibus,
ex eadem ratione, quòd, dum non ſolvitur An-
nata pro Beneficiis unitis, ſolvi ſaltem debet
quindennium, veluti punctualiter ponderat *Card.*
Farratin.apud Ameyden. de ſtyl.Datar. lib.1. cap.
18 §.4. de quindenn.ſub n.20.verſic.tertio loco da-
tur facultas: indubitatum autem eſt, deberi 6
quindennium ob amiſſionem Annatæ ex cauſa
deſperatæ impoſterùm vacationis Beneficiorum
unitorum, indeque redundantis damni Cameræ,
ac Annatiſtis, ut clarè depromitur ex *Bulla 6.*
Pauli II. §.2.Bullar.nov.Rom.tom.1. ibi: propte-
,, reàque &c. Beneficia unita hujuſmodi am-
,, pliùs nequaquam vacare ſperantur, cùmque
,, propterea Camera Apoſtolica, nec non &c.
,, S.R.E. Cardinalium Collegium, et &c. Offi-
,, ciales detrimentum non modicum patiantur
,, &c. ex *Bulla* 17. *Pauli IV. §.8. in princip. eod.*
,, *tom.* 1. ibi ,, quæ ex eorum perpetuitate non
,, vacant &c. ex *Bulla* 38. *S. Pii V. §. 3. in prin-*
cip.eod.Bullar.tom.2. ibi, nè Camera prædicta
,, ex &c. Beneficiorum Eccleſiaſticorum Unio-
,, nibus, quæ ampliùs vacare non ſperabatur,
,, detrimentum aliquod pateretur &c. ex *Bul-*
la 33. Sixti V. §. 2. in princip. eod. tom.2. ibi ,,
,, quia illorum vacatio ampliùs non ſperatur,
,, ut propterea damnum ex hoc Cameræ Apo-
,, ſtolicæ, & Collegio Cardinalium, et &c. Of-
,, ficialibus prædictis emergens ſarciatur &c. ex
Bulla 18. Urbani VIII. in princip. eod. Bullar.
,, *tom.* 5. ibi ,, nè Cameræ prædictæ ex &c. Be-
,, neficiorum Eccleſiaſticorum Unionibus, quæ
,, ampliùs vacare non ſperabantur, detrimen-
,, tum aliquod induceretur &c. et ex *Bulla* 50.
Clementis X. §. 1. in fin. & §.3. in princip. eod.
Bullar. tom.6. ibi ,, quæ ex eorum perpetuita-
,, te non vacant &c. *repet. poſt Tract. int. Conſti-*
tution.Apoſtol. in ordine la I. V. VI. VII. VIII.
& XI. ac obſervant *Monet. de diſtrib. quotid.*
part.3.quæſt.9.conc.5.n.31.Filliucc.oper. moral.
lib. 3. tract. 41. cap. 6. n. 59. Azor. inſt. mor.
part.2.lib.7.cap.12.n.6. Lotther. de re benef.lib.
1.qu.29.n 3.Novar.in ſumm.Bullar.par.1 com-
mentar.145. n.11. Ameyden.de ſtyl. Datar.lib.1.
cap.18.§.4 n.20.in fin. ibi ,, alias enim Came-
,, ra Apoſtolica, & Cancellaria pateretur dam-
,, num ex eo, quod Unio per Ordinarium facta
,, operaretur, quòd nunquam rediret vacatio
,, hujus Beneficii ad Cancellariam, quod eſt
,, præcipua cauſa quindennii &c. Cùmque *Sacr.*
Concil.Tridentin. ſeſs.24. de Reformat.cap.15. ſan- 7
civerit, ut in Cathedralibus, & Collegiatis Ec-
cleſiis Inſignibus, in quibus tenues extiterint
Præbendæ, inſimul cum diſtributionibus liceat
Epiſcopis cum conſenſu Capituli, aliquibus ex
eis ſuppreſſis, illarum fructus applicare, ſeu unire
diſtributionibus quotidianis, atque ex hujuſmo-
di Unionibus, & applicationibus evidens oria-
tur damnum Sedis Apoſtolicæ circà amiſſionem 8
Annatæ, cui Sacrum Concilium non intelligitur
præjudicare voluiſſe, meritò ex eiſdem Præben-
dis ſuppreſſis, & applicatis, ſeu unitis prò di-
ſtribu-

ſtributionibus quotidianis debitum eſt quindennium, *Card. Farratinus apud Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.* 18. §.4. *de quindenn. ſub n.* 20. *antè med.* §. quoad Uniones in principio, *verſic. ubi univerſaliter*, *& verſic. quare*, ibi „ *quo caſu Delegatus debet præſervare jura Delegantis*, *& ejus ſtylum in omnibus ſequi*, *& obſervare tenetur*, *nam Concilium*, *licet hujuſmodi facultates Ordinariis conceſſerit*, *noluit tamen adimere jura Sedi Apoſtolicæ*, *aut in aliquo ei præjudicare*, *& cùm ſolutiones Annatarum non ſubſtulerit*, *præcisè credendum eſt*, *quòd voluerit*, *illas firmas remanere &c. quare ubicumque Ordinarius utitur hac facultate ſibi à Concilio conceſſa*, *crederem*, *quindennium legitimè per Sedem Apoſtolicam exigi poſſe &c.*

9 Nec audiendi ſunt DD. tenentes, quindendennium non deberi ex diſtributionibus quotidianis, eo fermè pacto, quo ex illis non ſolvitur Annata, ſub motivo, quòd iſtæ non ſint fructus Beneficii, inter quos *Caſtropal. moral. part.*2.*tract.*7. *diſp.*3. *punct.*7.*n.*2. ibi „ *Annata*, *& Quindennium regulariter non eſt ſolvendum ex diſtributionibus quotidianis. Quia ſolùm ſolvitur ex fructibus* Beneficii, *diſtributiones autem ſub fructuum nomine non compræhenduntur*, *quia non ex Beneficio*, *ſed potiùs ex perſonali labore*, *& divinis aſſiſtentia proveniunt &c. Corrad. in prax. benefic. lib.*2. *cap.*8.*n.*64. *juncto* §. *quare*, *cum nn. ſeqq.* ubi refert, ideò per Gregorium XIII. fuiſſe Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Neapolitanæ exemptum à ſolutione quindennii, quod aliàs ſolvere teneretur, ob Unionem Beneficiorum ſuppreſſorum, ac unitorum ad favorem ejuſdem Capituli non tantùm pro diſtributionibus quotidianis, verùm etiam ad alios uſus, ac neceſſitates Menſæ Capitularis, immò etiam pro fructibus Canonicatuum Eccleſiæ prædictæ, ibi „ *Quare*, *pro iſta praxi obiter eſt notandum*, *quòd præmiſſa videntur proceſſiſse*, *etiam ex benignitate ejuſdem Gregorii XIII. qui noluit*, *ratione præmiſſorum Capitulum remanere obnoxium ſolutioni Quindennii*, *ſicut fieri ſolet in his*, *& aliis caſibus*, *præſertim*, *quando fructus* Beneficiorum *ſuppreſſorum*, *non tantùm pro diſtributionibus quotidianis applicantur*, *verùm etiam ad alium uſum*, *prout patet in ſupradictis literis ſuppreſſionis*, *in quibus dicitur*, *quòd prædicti fructus applicentur in Capituli uſum*, *& neceſſitates*, *ſivè augumentum diſtributionum quotidianarum*, *nam*, *ſi abſolutè de diſtributionibus prædictis tantùm loquerentur*, *certum eſt*, *quòd ſecundùm uſitatum curſum Cancellariæ Apoſtolicæ*, *non ſolvitur quindennium*, *quod quidem ceſſare hic omnes ſciunt Curiales*, *quia*, *quidquid ſit de aliis Unionibus*, *& applicationibus &c. perpetuis*, *in quibus regulariter fit obligatio de ſolvendo Annatam ſingulis XV. annis*, *ſeu quindennium* (quod idem eſt) *fallit*, *quando Unio*, *ſeu applicatio fit pro uſu diſtributionum quotidianarum tantùm*, *quia de illis nunquam ſolvitur Annata*, *ſeu quindennium*, *prout fuit dictum in una Cortonen.* 27. *Maii* 1569.

10 *cujus deciſionem*, *ſuo loco adjiciam &c.* ſicuti namque ex diſtributionibus regulariter non debentur annatæ, per *textum in Extrovag. cùm nonnullæ la* 1. §. *præterea* 2. *de Præbend. int. commun. Pelliccion. illuſtr. quæſt. qu.*5. *cap.*2. *in med. verſic. & quia in percipiendis diſtributionibus*, *circà fin. bon. mem. R.P.D. Piton. diſc. Eccl. part.*1. *diſc.*18. *n.*19. *Lotther. de re benef. lib.*3. *qu.*20. *n.*43. *Monet. de diſtrib. quotid. part.*3. *qu.*9. *n.*25.28. *&* 29. *Tondut. de Penſion Eccleſ. cap.*42. *n.*3. *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *de annat. n.*19. *&* 31. etiamſi Beneficium in ſolis diſtributionibus conſiſteret, ut ſunt Canonicatus Cathedralium Eccleſiarum Toletanæ, Hiſpalen., Compoſtellanæ, reliquarùmque in Hiſpaniis, ac alibi, qui valorem duorum millium Ducatorum attingunt, *Maſs. Galleſ. de annat. n.* 23. *in principio*, *verſic. atque hoc adeò verum eſt*, *Caſtropal. moral. part.*2. *tract.*7. *diſp.*3. *punct.*7. *n.*2. *in med. verſic. quod eſt intelligendum*, *Gonzalez ad Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib.* §. 7. *proæm. num.*166. *&* 167. ità regulariter nec ex diſtributionibus 11
qnotidianis videretur deberi quindennia, *Caſtropal. moral. loc. mox citat. n.*2. *in principio*. Addito, quòd, licet diſtributiones dentur Beneficiato propter Beneficium, non ſunt tamen fru- 12
ctus Beneficii, ac uti tales, ſeu uti non fructus, videretur, non eſſe, nec debere eſſe obnoxias quindenniis, ad textum in *cap. unic. de Cleric non reſid. in* 6. *Pelliccion illuſtr. quæſtion. qu.*5. *cap.*2. *in princip. verſic. appellatione fructum*. Undè Sacra Congregatio Concilii, teſte *Nicolio in floſcul. verbo quindennium*, *& lucubr. Canonic. lib.*1. *tit.*29. §.13. *verſic. nota tamen*, reſolvit, quinden- 13
nium ſolvendum eſſe habita dumtaxat ratione Præbendarum, non autem diſtributionum quotidianarum.

Siquidem ſupradicti *DD. n.*9. *allegati*, putantes, ſolvendum non eſſe quindennium de diſtributionibus quotidianis, miſerè hallucinantur, imò ſtant contrà apertam literam ſuperiùs enunciatarum Bullarum quindenniorum, quæ clariſſimæ ſunt, nec declinari queunt, niſi directè impugnando (quod ſacrilegum eſt, ac hæreticale) incontrovertibilem auctoritatem Summi Pontificis, ut inquit *Azor. inſtitution. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 12. *qu.* 7. obſtat cauſa finalis quindenniorum fundata in damno Cameræ Apo- 14
ſtolicæ, & Annatiſtarum, quæ eſt cauſa juſtiſſima, ùt notant *Capon. controv. forenſ. controv.*30. *n.*3. *cum ſeqq. Novar. in ſumm. Bullar. part.*1. *commentar.*145. *n.*13. reſiſtit inſuper communis DD. ſuprà laudatorum *n.*2. opinio, & praxis, ſeu obſervantia omnium ferè Cathedralium, ac Collegiatarum Eccleſiarum, præſertim in hac Alma Urbe, quæ ex ſimilibus Unionibus factis, & ap- 15
plicatis pro diſtributionibus quotidianis ſolvunt quindennia, *Rota in Vercellen. Penſionis* 26. *Junii* 1699. §. *Inſuper*, *coram Molines Decano*, *& Inquiſitore Generali Hiſpaniarum*. Omiſſo, quòd *Corrad. ſuprà laudatus n.* 9. commemorans reſo- 16
lutionem in *Cortonen.* illamque afferre, & regiſtrare promittens, illam tamen non affert, quantum in me fuit ſedulò indagare.

Imò, (rem fortiùs perſtringendo) etiamſi Unio facta eſſet pro augumento Præbendæ ſingulorum Canonicatuum (quod tamen difficile 17
eſt creditu) adhùc non eò minùs deberetur quindennium, cùm enim in Proviſione Dignitatum, 18
& Canonicatuum à Sede Apoſtolica facienda, ex ferè generali conſuetudine, & ſtylo Datariæ, earum, eorùmque fructus certi exprimi ſoleant ſimpliciter in Ducatis XXIV. ſivè Proviſio ſequatur ex vacatione per obitum, ſivè ex cauſa Reſignationis, Permutationis, ſivè Coadiutoriæ, ut teſtantur *Nicolars ad Concordat. German. tit.*2.

tit. 2. de annat. §. 2. Chokier ad Regul. 61. aliàs 54. hodiè 55. Cancellar. de valor. n. 20. Tondut. reſol. benef. part. 2. cap. 3. §. 6. ſub n. 13. Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. §. 7. proæm. n. 167. Rota coram Zarat. deciſ. 68. n. 18. & 19. præſcindendo tamen à pluribus Eccleſiis, præſertim Hiſpaniæ, ubi fructus Canonicatuum exprimuntur ſuprà Ducatos viginti quatuor, exque iis ſolvitur Annata; indè fit, quòd fructus in Eccleſiis Cathedralibus Regni Hiſpaniarum Canonicatuum, ex conſuetudine exprimi ſolent reſpectu certorum ad Ducatos viginti quatuor, Dignitates verò in eo, ac etiam in noſtro Portugalliæ Regno exprimuntur in fructibus certis dumtaxat juxta earum verum valorem, quia carent diſtributionibus quotidianis inter Canonicos tantùm dividi ſolitis; attento, quòd proviſi de ſolis Dignitatibus non tenentur ad reſidentiam Chori, nec habent vocem in Capitulo. Reſpectu cæterarum Eccleſiarum Patriarchalium Urbis (exceptis Canonicatibus Baſilicæ S. Petri, pro quibus exprimuntur, ut ſuprà in *Cap. XXV. n. 4.* adnotatum eſt, fructus ad Ducatos centum) ſolvitur Annata pro Ducatis quinquaginta, attento, quòd fructus certi Canonicatuum earundem Eccleſiarum, videlicet S. Joannis Lateranenſium, & S. Mariæ Majoris, in eadem quantitate Ducatorum quinquaginta exprimi ſolent.

Ac propterea, loquendo in abſtracto, cùm
19 ratione fructuum Beneficiorum unitorum nulla amplius ſolvatur Annata, quæ non debetur ex Beneficiis, quorum fructus ſivè ex natura rei, ſivè ex conſuetudine exprimuntur in Ducatis XXIV. *Amey len. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 3. de annat. n. 20. cum ſeqq. Maſs. Galleſ. de annat. n. 23. in principio, verſic. atque hoc adeò, Fagnan. in cap. præterea 1. num. 93. nè Prælat. vic. ſuas, Lotther. de re benef. lib. 3. qu. 20. n. 42. Rota coram Coccino deciſ. 568. n. 11.* undè etiam in hoc caſu verificatur præjudicium Cameræ, & Annatiſta-
20 rum, in cujus reparatione introductum fuit quindennium, juxta *Bullam 6. Pauli II. §. 2. 3. 4. & 5. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ibi: cùmque pro„pterea Camera Apoſtolica, nec non &c. S.R.E. Cardinalium Collegium, et &c. Officiales detrimentum non modicum patiantur. Nos &c. ſtatuimus, & declaramus, quòd omnia, & ſingula Monaſteria &c. Communia, & Minuta Servitia, atque alia jura debita, & conſueta, tàm ipſis Cameræ, & Collegio, quàm Officialibus præfatis. Reliqua verò Monaſteria &c. et Beneficia, ut præfertur, unita &c. Annatam, ſivè medios fructus unius anni in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſolvere teneantur, & debeant. Et quòd de omnibus Monaſteriis &c. et Beneficiis, ut præfertur, unitis &c. Communia, Minuta, & alia jura, ſeu Annatas, & medios fructus hujuſmodi ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in futurum &c. *Bullam 20. Julii III. in principio, juncto §. 5. & 6. eod. tom. 1.* ibi: „Cupientes Cameræ Apoſtolicæ &c. et Collegii &c. S. R. E. Cardinalium, ac Officialium &c. indemnitati conſulere &c. in &c. Cameræ, ac Collegii Cardinalium, & Officialium detrimentum &c. *Bullam 11. Pauli IV. in principio, eod. tom. 1.* ibi: ut indemnitati ipſius Cameræ &c. diligenter intendamus, *Bullam 17. ejuſdem Pauli IV. in principio, juncto §. 7. in fin. & §. 8. in fin. eod. tom. 1.* ibi: ut „&c. Cameræ noſtræ Apoſtolicæ jura non negligamus. In &c. Cameræ, ac Collegii, & Officialium prædictorum detrimentum &c. ad ſolutionem Communium, & Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus, ratione earundem Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. nec non &c. Beneficia unita hujuſmodi onus ſolutionis Communium, & Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum jurium ſemper habuiſſe, & ad præſens habere &c. *Bullam 38. S. Pii V. §. 3. in principio, & §. 4. eod. Bullar. tom. 2.* ibi: Nos conſi„derantes, quòd Annatarum, Communium, & aliorum jurium prædictorum exactio &c. quindenniorùmque uſus, & ſolutio ideo adinventi ſunt, nè Camera prædicta ex Monaſteriorum, Prioratuum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum Unionibus &c. detrimentum aliquod pateretur. Volentes Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac &c. S. R. E. Cardinalium, nec non &c. Officialium &c. jura præſervare, illorùmque indemnitati conſulere &c. Et propterea &c. ad ſolutionem Communium, Annatarum, & aliorum jurium prædictorum eidem Cameræ &c. ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. *Bullam 33. Sixti V. in principio, juncto §. 2. in principio, eod. tom. 2.* ibi: „Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, & Collegii &c. S. R. E. Cardinalium, & Officialium &c. indemnitati &c. conſulere, & eorum jura illæſa præſervare volentes &c. et ut propterea damnum ex hoc Cameræ Apoſtolicæ, & Collegio Cardinalium, et &c. Officialibus prædictis emergens ſarciatur &c. *Bullam 18. Urbani VIII. in principio, juncto §. 1. in principio, eod. Bullar. tom. 5.* ibi: quindenniorumque uſus, & ſolutio ideò adinventi fuerunt, nè Cameræ prædictæ ex Monaſteriorum, Prioratuum, aliorùmque Beneficiorum Eccleſiaſticorum Unionibus &c. detrimentum aliquod induceretur. Volens propterea dictæ Cameræ, ac &c. S. R. E. Cardinalium Collegio, nec non &c. Officialibus &c. jura præſervare, illorùmque indemnitati conſulere &c. volentes igitur tàm Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, quàm &c. S. R. E. Cardinalium Collegio, ac &c. Officialibus &c. conſulere &c. et *Bullam 50. Clementis X. in principio, juncto §. 3. in principio, §. 4. in principio, §. 5. in principio, & §. 6. in principio, eod. Bullar. tom. 6.* ibi: „Cameræ Apoſtolicæ, & Collegii &c. S. R. E. Cardinalium, ac &c. Officialium &c. indemnitati conſulere cupientibus &c. Quindenniorum uſus, & ſolutio ideò adinventi fuerant, nè Cameræ prædictæ &c. detrimentum aliquod induceretur, volens propterea prædictæ Cameræ, & eorundem Cardinalium Collegio, nec non &c. Officialibus &c. jura præſervare, illorùmque indemnitati conſulere invigilans &c. volens propterea tàm Cameræ prædictæ, quàm eorundem Cardinalium Collegio, ac Officialibus &c. conſulere &c. Nos verò &c. nolentes Cameræ noſtræ Apoſtolicæ &c. jura &c. negligere, quini-

„ quinimò tàm illius, quàm &c. S.R.E.Cardi-
„ nalium, ac &c. Officialium &c. indemnita-
„ tibus de cætero obviare &c. *repet. poſt Tract.*
int.Conſt.Apoſt. in ordine la I. III. IV. V. VI. VII.
VIII. & XI. & obſervant *Lottber.de re beneſ. lib.*
1. qu.29. n.5. & 7. Ameyden.de ſtyl.Datar. lib.1.
cap. 18. §. 4. de quinden. n. 20. in fin. & n. 21. in
principio.

Minùs obſtat, quòd, quando Beneficia uniun-
tur Menſæ Capitulari non ad ſolum uſum ipſa-
rum diſtributionum quotidianarum, ſed etiam
ad alios uſus, & indigentias ejuſdem Menſæ,
tunc ſolummodò videatur ſolvendum eſſe quin-
dennium, non quando, ut in noſtra hypotheſi,
Beneficia uniuntur ad uſum diſtributionum,
abſque alia mixtura indigentiarum Capituli, cui
uniuntur, prout videtur diſtinguere unum ca-
ſum ab alio *Bulla 38. S. Pii V. § 3. in fin. Bullar.*
nov.Roman.tom.2. repet.poſt Tract.in ordine la VI.
ibi: *etiam pro quotidianis diſtributionibus, aut*
21 *aliis uſibus &c.* Bulla enim loquitur alternativè
per dictionem *aut*, ità, ut ad onus quindennii,
ſatis ſit, quòd Unio fiat pro diſtributionibus
quotidianis, aut pro aliis uſibus Menſæ Capitu-
laris, ità ſonante dictione *aut*, ex traditis per
Barboſ. de diction.dict.46. 363. 375. & 415. dum
ejuſmodi dictio uti disjunctiva, ſuapte natura
contentatur ſola verificatione alterutrius actus,
ſeu diſpoſitionis, præſertim cùm poſterior, ſeu
poſtrema, ac noviſſima *Bulla 50. Clementis X.*
§.7. in fin.eod.Bullar.tom 6.repet. poſt Tract. in or-
dine la XI. loquatur dumtaxat de uſu diſtribu-
tionum quotidianarum, nulla facta mentione
aliorum uſuum Menſæ Capitularis.

22 Præterquamquòd ſanè Bullæ ſuper quinden-
niis promulgatæ intendentes ſolvi quindennia ex
fructibus Beneficiorum unitorum, cenſentur vel-
le ſolvi quindennia etiam ex ipſis diſtributioni-
23 bus, quæ fructus ipſorum Beneficiorum dicun-
tur juxta ſtylum, & communem praxim Sacræ
Rotæ Romanæ, de qua teſtatur *Corrad. in prax.*
beneſic.lib.2.cap.16.n.31.& 32. præſertim, quan-
24 do Beneficium, ſeu Beneficii fructus omnes con-
ſiſterent in diſtributionibus, & Beneficium uni-
tum, totum converſum ſit in diſtributiones, ut
declarat *S. Pius V. in Conſtitutione 38. §.2. & 3.*
in fin. Bullar. nov. Rom tom 2 repetit. poſt.Tract.
in ordine la VI. ibi: *quorum fructus &c. in diſtri-*
butiones quotidianas convertuntur &c. etiam pro
quotidianis diſtributionibus, aut aliis uſibus &c.
& Clemens X. in Conſtitutione 50. §. 7. in fin. eod.
Bullar.tom 6.repetit.poſt Tract.in ordine la XI. ibi:
emolumentis univerſis, ac etiam Canonicatuum,
& Præbendarum diſtributionibus quotidianis &c.
ac proſequitur *Filliucc.quæſt.moral. tom.3 in Ap-*
pendic. tract.41. de Beneſic. Eccleſ cap 6. quæſt.4.
n.59. cùm tunc tamquàm ex fructibus procul
dubio ſolvendum venit quindennium, nè aliàs
ſub hoc prætextu diſtributionum quotidiana-
rum præjudicatum remaneat Annatiſtis, qui
hoc modo nec Annatas ob ceſſationem vacatio-
nis Beneficiorum unitorum, nec quindennia ob
qualitatem diſtributionum perciperent, ac pro-
25 fectò evidens eſſet damnum ex Canonicatibus
in Hiſpaniis, qui ferè omnes conſiſtunt in diſtri-
butionibus tantùm, *Corrad. loc. mox citat. n.31.*
in principio: hinc videmus, quòd, ſi imponatur
26 Decima Papalis ſuper Beneficiis, vel eorum fru-
ctibus beneficialibus omnibus genericè, tunc
ſanè illa debetur etiam de diſtributionibus, *Mo-*
net.de Decim cap.9. quæſt.2.n.77 cum ſeqq. ac ſi-
gnanter n. 81. hinc eſt, quod regulariter Penſio 27
Eccleſiaſtica, quæ aliàs ſuper diſtributionibus
imponi nequit, vel ſaltem non debet, *Tondut.*
de Penſion. Eccl. cap.42.n.1. & 13. benè imponi 28
poteſt, quando Beneficium in ſolis diſtributio-
nibus conſiſtit, *Bonacin.in Compend.verbo diſtri-*
butiones n. 64.

Palpabilior inſuper, proindeque inexcuſabi- 29
lior evadit error *Corrad.* ſuprà enunciati *n. 9. &*
16. qui, non recognita *Conſtitutione 38. S.Pii V.*
§ 2. & 3. Bullar.nov.Rom.tom 2.repet poſt Tract.
int. Conſt. Apoſtol. in ordine la VI. perperàm ar-
guit, quòd, ſicuti non debetur Annata ex di-
ſtributionibus quotidianis, ità nec ex eiſdem
debetur quindennium: aliud namque eſt, quòd
ex Beneficiis collativis non ſolvatur Annata pro
diſtributionibus quotidianis, aliud autem, quòd
poſt ſequutam Unionem Beneficiorum, eorùm-
que fructus manui mortuæ applicatos in uſum
diſtributionum quotidianarum non ſit ſolven-
dum quindennium, dum pro quindennii ſolu- 30
tione habetur ratio ad ſtatum Beneficii, in
quo erat antè Unionem, non ad uſum, in quem
facta fuit Unio; etenim quotieſcumque antè
Unionem ex Beneficio unito ſolvebatur Anna-
ta, poſt ſequutam Unionem etiam in cauſam
diſtributionum quotidianarum deſtinatam de-
betur quindennium in reparationem damni
amiſsæ Annatæ, prout hujuſcemodi fulcita ra- 31
tione, ſancivit prælaudata *Conſtitutio Piana*, &
ponderant *Capon. controv. forenſ.30. num 3. cum*
ſeqq. Pariſ. de reſign. Beneſic. lib.4. quæſt 10. n.4.
Ameyden. de ſtyl. Datar. lib 1.cap 18. § 4.de quin-
denn.n.2.Lottber. de re beneſic.lib 1. quæſt 29.n.5.
Card. de Luca de Beneſic. diſcurſ. 89. n.3. Camera 32
autem Apoſtolica, ac Annatiſtæ æquè, ac ex
aliis Unionibus, idem patiuntur detrimentum
amiſſionis Annatæ etiam ex Unionibus in uſum
diſtributionum quotidianarum factis, ut patet
ad ſenſum; ideòque ratio poſtulat, quòd ejuſ-
modi Uniones quoque includantur ſub cenſura,
& diſpoſitione Conſtitutionum Pontificiarum,
ſolutionem quindenniorum demandantium,
proindeque eædem adinſtar cæterarum Unio-
num, obnoxiæ remaneant quindenniis, quando
fundamentalis baſis introductionis quindennio- 33
rum, eſt, nè Camera, & Annatiſtæ ob ceſſatio-
nem Annatæ ex Beneficii Unione reſultantem,
deſtituantur prorsùs ſuis juribus, indèque ſint
in damno, non aliter reparabili, niſi per me-
dium ſolutionis quindennii in locum Annatæ
providè ſubrogati, ad quod reflectunt ſaluber-
rimæ Conſtitutiones Apoſtolicæ ſuper materia
quindenniorum promulgatæ, ac *repetitæ poſt*
Tractatum.

Ità, ut, re à ſuis principiis funditùs exami-
nata, palàm fit, fundamentum a *Corrado* alla-
tum nullam prorsùs habere ſubſiſtentiam: po-
tiſſimùm cùm Conſtitutiones generaliter, ac in 34
abſtracto de quindenniis ſermonem habentes,
contineant in ventre expreſſam rationem, præ-
judicii nempè indè orti ex Unione, ob deſpera-
tam vacationem Beneficii uniti, virtualiter, ſeu
extenſivè ſub ſe compræhendunt omnes caſus,
quibus applicatur ratio expreſſa, *Calderin. conſil.*
147. in principio, ut lit. pendent. Lottber.de re be-
neſic.lib.1. quæſt.13. num. 106. Fagnan. in cap. nè
inni-

innitaris, *n.* 224. *de Conſtitution.* etenim ratio in
35 lege expreſſa, ejus eſt potentiæ, ut decidat, ac determinet omnes caſus ſub ratione compræhenſos, etiam ad correctionem Juris communis, *Fagnan. in cap. nuper* 34.*n.* 4. *de Decim.* quo
36 quidem argumento utuntur Bullæ quindenniorum, Bullarum præcedentium declaratoriæ, ac ſignanter Piana, & Sixtina.

Quæ omnia hùc uſque deducta, ad hominem comprobantur ex iis, quæ quandoque practicata fuerunt per Summos Pontifices, occaſione Unionum factarum Menſis Capitularibus, aut Canonicatibus, in quibus per viam ſpecialis privilegii illis indulſerunt exemptionem à ſolutione
37 quindennii, prout practicatum fuit favore Capituli Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitanæ tempore Pontificatus Gregorii XIII. teſte *Corrad. in*
38 *prax. benefic. lib.*2.*cap.*8.*n.*64. & favore Capituli Patriarchalis Baſilicæ Liberianæ vulgò S. Mariæ Majoris de Urbe per *Innocentium X. in ſua Conſtitutione* 30.§.21. *Bullar.nov.Rom. tom.*5.*repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la X.* ibi: *de cætero perpetuis futuris temporibus ad ſolutionem alicujus quindennii minimè teneantur &c.* huju-
39 ſcemodi namque exemptio conceſſa, prævia derogatione Conſtitutionum Apoſtolicarum ſolutionem quindennii præcipientium, procul dubio ſatis comprobat compræhenſionem exemptorum ſub earum diſpoſitione, *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.*1. *diſput.*15. *quæſit.*9. *n.*33. *Rota coram Zarat. deciſ.* 53. *n.* 5. *deciſ.*207. *n.*2. & 3. *part.*1. *diverſ. ac in recentior. deciſ.*655.*n.*1. *part.*3. *deciſ.*97.*n.* 8. *part.* 13. aliàs, ſi Unio facta in cau-
40 ſam diſtr[illegible]onum, non compræhenderetur ſub B[illegible]s quindenniorum, ſuperfluum eſſet privilegium ab illis exemptivum, *Rota apud Scarfanton. in Animadverſion. ad Ceccoper. lucubr. Canonic. lib.*1. *tit.*7.*n.*50. & *deciſ.*18. *n.*85.*tom.*1.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Capitulis Cathedralium, aut Collegiatarum Eccleſiarum, pro neceſſaria Canonicorum ſuſtentatione, unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Bullæ quindenniorum obligant ad quindennia Capitula abſque diſtinctione Unionis Beneficiorum pro ſuſtentatione Canonicorum.*
2 *Res tranſit cum ſuo onere.*
3 *Etiamſi tranſeat ad privilegiatum.*
4 *Uniones* Beneficiorum *intelliguntur factæ ſine præjudicio tertii.*
5 *Perpenditur* Sacr. Concil. Trident. ſeſſ.23. de Reformat. cap. 18. poſt med. verſic. nec non Beneficia.
6 *Plurima Seminaria, ſeu Collegia erexit Gregorius XIII.*
7 *Non ex alia quidem cauſa, quàm pro neceſſaria ſuſtentatione Alumnorum.*
8 *Expenduntur Bullæ quindenniorum.*
9 *In materia ſolutionis quindenniorum pariſicantur Capitula cum Seminariis, ſeu Collegiis, & cur.*
10 *Ponderantur Bullæ quindenniorum.*
11 *Iterùm eædem ponderantur.*
12 *Exemptio à contributione taxæ Conciliaris habet locum proportionabiliter ad neceſſariam vitæ ſuſtentationem, non autem quoad ea, quæ ſuperſunt.*

CAPITULUM XLIII.

Poteſt aliquandò evenire, quòd fructus Beneficiorum unitorum alicui Capitulo, deſtinentur, ac erogentur in neceſſariam Canonicorum ſuſtentationem, eorùmque decoris conſervationem, proindèque Capitulum, cui Unio facta fuerit, ſub hoc privilegiato prætextu alimentorum, ut à ſolutione ſe ſubtrahat, putat, ſe exemptum penitùs eſſe à ſolutione quindennii: ideò ad tollendum adeò abominabile æquivocum, firmamus, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Capitulis Cathedralium, aut Collegiatarum Eccleſiarum, pro neceſſaria Canonicorum ſuſtentatione, unitis, etiam adhùc debentur quindennia: dum Bullæ quindenniorum 1
indiſtinctim obligant ad quindennia Capitula Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum, ratione Beneficiorum eiſdem unitorum, nulla deſuper adhibita diſtinctione circà fructuum applicationem pro ſuſtentatione Canonicorum, juxta *Bullam* 6. *Pauli II.* §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. *Bullar. nov. Rom tom.*1. ibi: Beneficia Eccleſiaſtica &c. Cathedralibus etiam Metropolitanis, vel Collegiatis Eccleſiis, earùmque Capitularibus Menſis &c. Apoſtolica auctoritate univimus, incorporavimus &c. Proptereàque &c. Beneficia unita hujuſmodi ampliùs nequaquam vacare ſperantur &c. auctoritate Apoſtolica &c. ſtatuimus, & declaramus, quòd omnia, & ſingula Monaſteria &c. reliqua verò Monaſteria &c. et Beneficia, ut præfertur, unita &c. Annatam, ſivè medios fructus unius anni in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſolvere teneantur, & debeant. Et quòd de omnibus Monaſteriis &c. et Beneficiis, ut præfertur, unitis &c. Communia, Minuta, & alia jura, ſeu Annatas, & medios fructus hujuſmodi ſolvere adſtringantur, etiam ſingulis annis XV. in futurum &c. Alioqui, ſi à ſolutione &c. ceſſare præſumpſerint, Uniones &c. habeantur pro infectis, & ſic Monaſteria &c. et &c. Beneficia hujuſmodi tamquàm verè vacantia poſſint liberè à Sede præfata impetrari &c. Non obſtantibus Unionibus &c. cæteriſque contrariis quibuſcumque &c. *Bullam* 17. *Pauli IV.* §.8. & 11. *eod. tom.*1. ibi: omnes, & ſingulas Uniones &c. de quibuſvis Monaſteriis &c. et Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Collegiatis Eccleſiis, ſeu earum Menſis Capitularibus &c. perpetuò factas, & de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli &c. compræhendi &c. Et propterea &c. ad ſolutionem Communium, & Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus, ratione earundem Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c.

„ ri &c. nec non Monaſteria &c. et Beneficia
„ unita hujuſmodi onus ſolutionis Commu-
„ nium, & Minutorum Servitiorum, ac Anna-
„ tarum, & aliorum jurium ſemper habuiſſe,
„ & ad præſens habere. Et inſuper, ut ratio
„ Communium, Minutorum Servitiorum, ac
„ Annatarum, & aliorum jurium prædictorum
„ clara habeatur &c. Cathedralium etiam Me-
„ tropolitanarum, ſeu Collegiatarum Eccleſia-
„ rum Capitula &c. omnia, & ſingula Mona-
„ ſteria &c. et alia Beneficia Eccleſiaſtica, quæ
„ poſſident &c. notificaſſe, & intimaſſe de-
„ beant, & ad id &c. cogi, & compelli poſſint,
Bullam 38. *S. Pii V.* §.3. 4. *6. & 7. eod. Bullar.*
„ *tom.* 2. ibi: omnia, & ſingula Monaſteria, &
„ alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c.
„ quibuſcumque Cathedralibus, etiam Metro-
„ politanis, ſeu Collegiatis Eccleſiis, aut Ca-
„ pitularibus Menſis &c. Apoſtolica auctorita-
„ te unita &c. ſub literis Pauli II. & aliorum
„ Prædeceſſorum hujuſmodi compræhendi, &
„ includi. Et propterea omnia, & ſingula Ca-
„ thedralium, etiam Metropolitanarum, Ec-
„ cleſiarùmque Collegiatarum Capitula &c. in
„ quorum favorem Uniones &c. factæ repe-
„ riuntur &c. dummodò Monaſteria, & Bene-
„ ficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem Com-
„ munium, Annatarum, & aliorum jurium
„ prædictorum eidem Cameræ &c. ratione
„ Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. facien-
„ dam teneri &c. Mandantes &c. ut omnes, &
„ ſingulas Cauſas &c. inter &c. ejuſdem Came-
„ ræ Collectorem &c. et &c. Capitula &c. ſu-
„ per ſolutione Annatarum, Communium, &
„ aliorum jurium Quindenniorum eorundem
„ &c. terminet, & decidat. Et &c. omnia, &
„ ſingula Cathedralium, etiam Metropolita-
„ narum, & Collegiatarum Eccleſiarum Capi-
„ tula &c. ad indicandum &c. omnia, & ſin-
„ gula Monaſteria &c. et alia quæcumque Be-
„ neficia Eccleſiaſtica, quæ ipſa Capitula &c.
„ poſſideant &c. moneat, & requirat. Non
„ obſtantibus &c. Privilegiis &c. Capitulis &c.
„ conceſſis &c. cæteriſque contrariis quibuſ-
„ cumque &c. *Bullam* 33. *Sixti V.* §. 2. 4. *&* 5.
„ *eod. tom.* 2. ibi: Et propterea omnia, & ſingu-
„ la Cathedralium, & Metropolitanarum, Col-
„ legiatarùmque Eccleſiarum Capitula &c. in
„ quorum favorem Uniones &c. factæ reperien-
„ tur, aut poſthàc fient &c. dummodò Benefi-
„ cia ipſa poſſideant, ad ſolutionem Quinden-
„ niorum præfatorum eidem Cameræ, ac Col-
„ legio, & Officialibus, ratione Unionum &c.
„ ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c.
„ & ad id &c. cogi &c. poſſe. Mandantes &c.
„ ut &c. omnia, & ſingula Cathedralium,
„ etiam Metropolitanarum, & Collegiatarum
„ Eccleſiarum Capitula &c. ad indicandum &c.
„ omnia, & ſingula Monaſteria &c. et alia
„ quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. mo-
„ neat, & requirat &c. Non obſtantibus &c.
„ Privilegiis &c. Capitulis &c. conceſſis &c.
Bullam 18. *Vrbani VIII. in principio*, *juncto*
§.2. 3. *& 4. eod. Bullar. tom* 5. ibi: omnia, &
„ ſingula Cathedralium, etiam Metropolitana-
„ rum, Eccleſiarùmque Collegiatarum Capi-
„ tula &c. in quorum favorem &c. Monaſteria
„ &c. et alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſti-
„ ca unita &c. et illorum Vniones eis factæ re-
„ perirentur &c. dummodò Monaſteria, ſeu
„ Beneficia ipſa poſſiderent, ad ſolutionem
„ Communium, Annatarum, & aliorum ju-
„ rium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio,
„ & Officialibus, ratione Unionum &c. prædi-
„ ctarum ſingulis XV. annis &c. faciendam te-
„ neri &c. et ad id &c. cogi, et compelli poſſe
„ decrevit, & declaravit; Mandans propterea
„ &c. ut &c. omnia, et ſingula Cathedralium,
„ etiam Metropolitanarum, et Collegiatarum
„ Eccleſiarum Capitula &c. ad indicandum &c.
„ omnia, et ſingula Monaſteria &c. et alia quæ-
„ cumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. eis unita
„ &c. quæ ipſa Capitula &c. vigore Unionis
„ hujuſmodi poſſidebunt &c. monerent, et re-
„ quirerent, cum poteſtate dicta Capitula &c.
„ citandi, monendi, & requirendi &c. ut &c.
„ omnia, et ſingula quarumlibet Eccleſiarum
„ Capitula &c. moneat, ut profiteantur &c.
„ omnia, et ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, quæ
„ vigore ſimilium Unionum &c. poſſident &c.
„ cum facultate citandi, et inhibendi &c. man-
„ damus, ut &c. omnia, et ſingula Capitula
„ &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingula
„ Monaſteria, et quæcumque alia Beneficia Ec-
„ cleſiaſtica &c. eis unita &c. quæ &c. ipſa Ca-
„ pitula &c. vigore Vnionum hujuſmodi poſſi-
„ dent &c. moneat, et requirat, cum poteſtate
„ dicta Capitula &c. citandi, monendi, et re-
„ quirendi &c. etiam cum poteſtate dicta Capi-
„ tula &c. citandi, monendi, et requirendi &c.
et *Bullam* 50. *Clementis X.* §.1.3.5. 9. *&* 11. *eod.*
„ *Bullar. tom* 6. ibi: omnes, et ſingulas Vnio-
„ nes &c. de quibuſvis Monaſteriis &c. et Be-
„ neficiis Eccleſiaſticis &c. quibuſcumque Col-
„ legiatis Eccleſiis, ſeu earum Menſis Capitula-
„ ribus &c. perpetuò factas, et de cætero &c.
„ perpetuò faciendas, ſub literis Pauli II. inclu-
„ di &c. omnia, et ſingula Cathedralium, etiam
„ Metropolitanarum, et Collegiatarum Eccle-
„ ſiarum Capitula &c. dummodò Monaſteria,
„ ſeu Beneficia ipſa poſſiderent, ad ſolutionem
„ Communium, et Annatarum, et aliorum ju-
„ rium prædictorum &c. ſingulis XV. annis &c.
„ faciendam teneri &c. et ad id &c. cogi &c.
„ poſſe decrevit, et declaravit, mandans pro-
„ pterea &c. ut &c. omnia, et ſingula Cathe-
„ dralium, etiam Metropolitanarum, et Colle-
„ giatarum Eccleſiarum Capitula &c. ad indi-
„ candum &c. omnia, et ſingula Monaſteria &c.
„ et alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica,
„ quæ ipſa Capitula &c. poſſiderent &c. mone-
„ ret, et requireret &c. mandans propterea &c.
„ ut &c. omnia, et ſingula Capitula &c. ad in-
„ dicandum &c. omnia, et ſingula Monaſteria
„ &c. et alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſti-
„ ca &c. eis unita &c. quæ ipſa Capitula &c.
„ vigore Vnionis hujuſmodi poſſidebunt &c.
„ monerent, et requirerent, cum poteſtate di-
„ cta Capitula &c. citandi, monendi, et requi-
„ rendi &c. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol.*
„ *in ordine la I. V. VI. VII. VIII. & XI.*

Siquidem Vniones Beneficiorum intelligun-
tur factæ ſemper cum ſuo onere, quale eſt iſtud
quindennii, ex vulgata regula, quòd res tranſit 2
cum ſuo onere, præſertim reali, ut iſto, tam-
quàm Beneficio unito, *Barboſa axiom.* 169 *n.* 5.
& axiom. 199. *n.* 5. *& 6.* etiamſi tranſeat ad pri- 3
vilegiatum, *Duennas regul.* 100. *num.* 14. *Bellett.*
diſquiſ.

*diſquiſ.Cleric.part.*1. *tit. de exempt.Cleric.* §.8.*n.*8.
*Barboſa axiom.*199. *n.*5. *cum ſeqq.* prout eodem
4 modo factæ intelliguntur ſine præjudicio ju-
rium tertii, qualis eſt Camera Apoſtolica, &
Annatiſtæ, certi, ac indubitati quindenniorum
concreditores, vigore Conſtitutionum Apoſto-
licarum, veluti in ſimili ponderant *Pignatell.*
conſult. Canonic. tom. 1. *tertiæ edition. Venet. con-*
*ſult.*223. *n.*10. *Panimoll. deciſ.*27.*n.*12. *part.*1.

In quorum corroborationem nonnulla ſuppedi-
tari poſſunt exempla conſimilium manuum mor-
tuarſi etiam privilegiatarum, nihilominùs adhùc
quindennia ſolventium; inter quæ valdè urget
exemplum Vnionis Beneficiorum factæ ad favo-
rem Seminariorum, ſeu Collegiorum juxta pro-
5 vidam, ac ſaluberrimam ſanctionem *Sacri Con-*
cilii Tridentini ſeſſ. 23. *de Reformat. cap.* 18. *poſt*
med. verſic. nec non Beneficia, ubi Barboſa, & de
*Epiſcop. part.*3. *alleg.*77. *n.*23.*cum ſeqq. Lotther.*
*de re benef.lib.*1. *qu* 29. *n.*60. *Turricell. de union.*
*Benef. cap.*9. *n.* 20. *&* 21. *Card. de Luca in annot.*
*ad Sacr. Concil. Tridentin. diſc.*25.*n.*15. *&* 16. *&*
*de Benefic diſc.*37. *n.*5. *Rot. coram Card.Cavaler.*
6 *deciſ* 472. *n.*5. *& deciſ.* 628. *n.* 2. quorum Colle-
giorum, ſeu Seminariorum plurima erexit Gre-
gorius XIII. ſumma pietate ipſe Seminariorum
7 Seminariorum, non ex alia quidem cauſa, quàm
pro neceſſaria Alumnorum ſuſtentatione, in
quam convertuntur ejuſmodi fructus Beneficio-
rum unitorum, et tamen talia Beneficia unita
8 ſubjacent quindenniorum ſolutioni juxta *Bul-*
lam 6.*Pauli II.* §.1. *&* 4.*Bullar. nov.Rom.tom.*1.
„ ibi: Beneficia Eccleſiaſtica &c. Collegiis &c.
„ Apoſtolica auctoritate univimus, incorpora-
„ vimus &c. Beneficia, ut præfertur, unita &c.
„ Annatam, ſivè medios fructus unius anni in
„ poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequu-
„ turis, eidem Camerario ſolvere teneantur, et
„ debeant. Et quòd de omnibus &c. Beneficiis,
„ ut præfertur, unitis &c. Communia, Minu-
„ ta, et alia jura, ſeu Annatas, et medios fru-
„ ctus hujuſmodi ſolvere adſtringantur etiam
„ ſingulis annis XV. in futurum &c. *Bullam* 17.
„ *Pauli IV.* §.11. *eod. tom.* 1. ibi: et inſuper, ut
„ ratio Communium, Minutorum Servitiorum,
„ ac Annatarum, et aliorum jurium prædicto-
„ rum clara habeatur &c. volumus &c. Colle-
„ gia &c. omnia, et ſingula Beneficia Eccleſia-
„ ſtica, quæ poſſident &c. notificaſſe, et inti-
„ maſſe debeant, et ad id &c. cogi, et compelli
„ poſſint, *Bullam* 38. *S. Pii V.* §.3.4. *&* 6. *eod.*
„ *Bullar. tom.* 2. ibi: quæcumque Beneficia Ec-
„ cleſiaſtica &c. Collegiis &c. Apoſtolica au-
„ ctoritate unita &c. ſub literis Pauli II. et alio-
„ rum Prædeceſſorum hujuſmodi compræhen-
„ di, et includi. Et propterea omnia, et ſingu-
„ la &c. Collegia &c. in quorum favorem Vnio-
„ nes &c. factæ reperiuntur &c. dummodò Be-
„ neficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem Com-
„ munium, Annatarum, et aliorum jurium
„ prædictorum eidem Cameræ &c. faciendam
„ teneri &c. Mandantes &c. ut omnes, et ſin-
„ gulas Cauſas &c. inter &c. ejuſdem Cameræ
„ Collectorem &c. et &c. Collegia &c. ſuper ſo-
„ lutione Annatarum, Communium, et alio-
„ rum jurium quindenniorum eorundem &c.
„ terminet, et decidat. Et &c. omnia, et ſin-
„ gula &c. Collegia &c. ad indicandum &c.
„ omnia, et ſingula &c. Beneficia, quæ &c.
„ poſſideant &c. moneat, et requirat, et *Bul-*
„ *lam* 47. *ejuſdem S. Pii V.*§.3.*eod.tom.*2. ibi vo-
„ lumus, et ſtatuimus, quod &c. Collegia &c.
„ in quorum Parochialibus Eccleſiis unitis con-
„ tinget Vicarias prædictas erigi, pro quanti-
„ tatibus fructuum ipſis Vicariis perpetuis aſſi-
„ gnatorum, ad ſolutionem quindenniorum
„ &c. ulteriùs non teneantur, ſed eis detractio
„ fiat ad ratam certorum, quæ de fructibus di-
„ ctarum Parochialium percipiuntur &c. alio-
„ quin integrum quindennium ſolvi debere &c.
„ *Bullam* 33. *Sixti V.* §.2.4. *&* 5. *eod.tom.*2. ibi:
„ ſtatuimus, et declaramus &c. quòd Uniones
„ &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſti-
„ cis &c. Collegio &c. Seminario &c. hactenùs
„ factæ, et faciendæ &c. ſub dictorum Præde-
„ ceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò com-
„ præhendantur &c. Et propterea omnia, et ſin-
„ gula &c. Collegia &c. in quorum favorem
„ Uniones &c. factæ reperientur, aut poſthàc
„ fient &c. dummodò Beneficia ipſa poſſi-
„ deant, ad ſolutionem quindenniorum præfa-
„ torum eidem Cameræ, ac Collegio, et Offi-
„ cialibus, ratione Unionum &c. ſingulis XV.
„ annis &c. faciendam teneri &c. et ad id &c.
„ cogi &c. poſſe. Mandantes &c. ut &c. om-
„ nia, et ſingula &c. Collegia &c. ad indican-
„ dum &c. omnia, et ſingula &c. Beneficia Ec-
„ cleſiaſtica &c. quæ ipſa Collegia &c. poſſi-
„ deant &c. moneant, et requirant &c. Non
„ obſtantibus &c. Privilegiis &c. Collegiis &c.
„ Seminariis &c. conceſſis &c. *Bullam* 18. *Ur-*
„ *bani VIII. in principio juncto* §.2.3. *&* 4.*eod.*
„ *Bullar.tom.*5. ibi: omnia, et ſingula &c. Col-
„ legia &c. Seminaria &c. in quorum favorem
„ &c. Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. et illo-
„ rum Uniones eis factæ reperirentur &c. dum-
„ modò &c. Beneficia ipſa poſſiderent, ad ſo-
„ lutionem Communium, Annatarum, et alio-
„ rum jurium prædictorum eiſdem Cameræ,
„ Collegio, et Officialibus, ratione Unionum
„ &c. prædictarum ſingulis XV. annis &c. fa-
„ ciendam teneri &c. et ad id &c. cogi, et com-
„ pelli poſſe decrevit, et declaravit. Mandans
„ propterea &c. ut &c. omnia, et ſingula &c.
„ quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica, quæ &c.
„ poſſiderent &c. moneret, et requireret &c.
„ Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Ec-
„ cleſiaſticis &c. cuicumque &c. Collegio &c.
„ hactenùs factæ, et in futurum faciendæ &c.
„ ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutioni-
„ bus &c. omninò compræhendi &c. et ad ſolu-
„ tionem Quindenniorum teneri &c. et ad id
„ cogi &c. poſſe declaravit &c. Mandantes pro-
„ pterea &c. dictæ Cameræ Clerico, cui &c.
„ omnes, et ſingulæ Cauſæ inter &c. Cancella-
„ riæ Apoſtolicæ Generalem Subcollectorem
„ &c. et Collegia &c. ſuper ſolutione Annata-
„ rum, Communium, et aliorum jurium Quin-
„ denniorum eorundem commiſſæ reperiuntur,
„ et aliis &c. omnia, et ſingula &c. Collegia
„ &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingula &c.
„ quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. eis
„ unita &c. quæ ipſa &c. Collegia &c. vigore
„ Vnionum hujuſmodi poſſident &c. moneant,
„ et requirant, cum poteſtate dicta &c. Colle-
„ gia &c. citandi, monendi, et requirendi &c.
„ Non obſtantibus &c. Privilegiis &c. Colle-
„ giis &c. Seminariis &c. conceſſis &c. et *Bul-*
lam 50.

lam 50. *Clementis X.* §. 1. 3. 4. 5. 9. & 11. *eod. Bullar. tom.* 6. ibi: omnes, et ſingulas Unio-
„ nes &c. de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſia-
„ ſticis &c. Collegiis &c. perpetuò factas, et de
„ cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis
„ Pauli II. includi &c. omnia, et ſingula &c.
„ Collegia &c. in quorum favorem &c. quæ-
„ cumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c.
„ exiſterent, et illorum Uniones eis factæ repe-
„ rirentur &c. dummodò &c. Beneficia ipſa
„ poſſiderent, ad ſolutionem Communium, et
„ Annatarum, et aliorum jurium prædictorum
„ eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus,
„ ratione Unionum &c. prædictarum ſingu-
„ lis XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad
„ id &c. cogi &c. poſſe decrevit, et declara-
„ vit, mandans propterea &c. ut &c. omnia,
„ et ſingula &c. Collegia &c. ad indicandum
„ &c. omnia, et ſingula &c. quæcumque Bene-
„ ficia Eccleſiaſtica, quæ &c. poſſiderent &c.
„ moneret, et requireret &c. Uniones &c. de
„ quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c.
„ Collegio &c. Seminario &c. eatenùs factæ, et
„ in futurum faciendæ &c. ſub dictorum Præ-
„ deceſſorum Conſtitutionibus &c. comprahen-
„ di &c. ad ſolutionem quindenniorum teneri
„ &c. mandans propterea &c. cui &c. omnes,
„ et ſingulæ Cauſæ inter &c. Cancellariæ Apo-
„ ſtolicæ Generalem Subcollectorem &c. et Col-
„ legia &c. ſuper ſolutione Annatarum, Com-
„ munium, et aliorum jurium Quindenniorum
„ commiſſæ reperiebantur, et aliis &c. ut &c.
„ omnia, et ſingula &c. Collegia &c. Semina-
„ ria &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingu-
„ la &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c.
„ eis unita &c. quæ ipſa &c. Collegia, Semi-
„ naria &c. vigore Unionis hujuſmodi poſſi-
„ debunt &c. monerent, et requirerent, cum
„ poteſtate dicta &c. Collegia &c. Seminaria
„ &c. citandi, monendi, et requirendi &c. ad
„ indicandum Beneficia unita, et ſolvendum
„ Quindennia decurſa &c. ut &c. omnia, et
„ ſingula &c. Collegia &c. moneat, ut profi-
„ teantur &c. omnia, et ſingula Beneficia Ec-
„ cleſiaſtica, quæ &c. Collegia &c. Seminaria
„ &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingula
„ quæcumque alia Beneficia Eccleſiaſtica &c.
„ unita &c. quæ &c. ipſa &c. Collegia, Semi-
„ naria &c. vigore Unionum hujuſmodi poſſi-
„ dent &c. moneat, et requirat, cum poteſtate
„ dicta &c. Collegia, Seminaria &c. citandi,
„ monendi, et requirendi &c. ac notant *Card. Farratin. apud Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. n.* 20. *poſt med. propè fin. verſiculo quartò Uniones* ibi: Uniones fieri poſ-
„ ſunt à prædictis Ordinariis, Clericorum Se-
„ minariis &c. Et cum ſupradictæ Uniones ſint
„ multùm damnoſæ Sedi Apoſtolicæ, quia Se-
„ minaria nunquam conferuntur, crederem,
„ cum aliquo moderamine quindennia exigi
„ poſſe &c. et idem *Ameyden. loc. cit. n.* 23. *in*
„ *principio*, ibi: Quartò notandùm, quod dicit
„ Farratinus, ſe credere, quòd in Unionibus
„ factis Seminariis quindennium cum aliquo
„ moderamine exigi poſſet, quaſi verò hoc ali-
„ quod admitteret dubium, cùm id ipſum ſta-
„ tuant Conſtitutiones Pii, et Sixti V. ut ex
„ præmiſſa Conſtitutione Urbani, et nulla
„ prorsùs eſt differentia inter Unionem factam
„ Seminario, ac Unionem factam Monaſterio,
„ quoad damnum, quod reſultat Cameræ;
„ undè neſcio, excogitare, quod moderamen
„ hic requirat Farratinus, de quo nos latè in-
„ frà *Cap. XLV.*

9 Nec diverſa profectò militat ratio in Capitulis, quàm in Seminariis, ſeu Collegiis, dum tàm Canonici Capitulorum, quàm Seminariſtæ Seminariorum, ſeu Collegiales Collegiorum, aliàs Convictores, ſeu Alumni indigent neceſſaria ſuſtentatione, & tàm Capitula, quàm Seminaria; ſeu Collegia ſtatim dentibus naſcuntur, ac quærunt pro ſuis Alumnis, ſeu Convictoribus aliquid manducandum; cibus namque inſeruit viventibus.

Aliud non diſſimile ſuppetit exemplum fructuum Beneficiorum unitorum Monaſteriis, & Congregationibus tàm Virorum, quàm Mulierum, qui ſanè impenduntur in alendis Regularibus, ac Monialibus, quæ nihilominùs, non ſuffragante clypeo alimentariæ cauſæ, non eximuntur à ſolutione quindennii, ſed literaliter, ac expreſsè leguntur omnes comprahenſi ſub obligatione ſolvendi quindennia, per *Conſtitution.* 20. *Julii III.* §. 6. *Bullar. nov. Rom tom.* 1. ibi: 10
„ à quibuſcumque &c. Virorum, et Mulierum
„ &c. quorumvis Ordinum Regularibus Con-
„ gregationibus &c. inviolabiliter obſervari &c.
„ quoad omnia, et ſingula &c. Beneficia Eccle-
„ ſiaſtica &c. quæ Congregationes prædictæ
„ &c. poſſident &c. dummodò per ipſas Con-
„ gregationes poſſideantur &c. decernimus &c.
„ atque omnia ad quaſcumque &c. Regulares
„ Virorum, et Mulierum Congregationes &c.
„ extendimus, et ampliamus, per *Conſtitution.* 17. *Pauli IV.* § 8. & 11. *eod. tom.* 1. ibi: omnes, et
„ ſingulas Uniones &c. de quibuſvis &c. Bene-
„ ficiis Eccleſiaſticis &c. quorumvis Ordinum,
„ ſeu Militiarum Regularibus quibuſcumque
„ &c. et utriuſque ſexus Congregationibus &c.
„ Regularibus &c. perpetuò factas &c. et de
„ cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis
„ Pauli &c. comprahendi &c. Et propterea &c.
„ quaſcumque alias Congregationes &c. ad ſo-
„ lutionem Communium, et Minutorum Servi-
„ tiorum, ac Annatarum, et aliorum jurium
„ prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et
„ Officialibus, ratione earundem Unionum
„ &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam tene-
„ ri &c. Nec non &c. Beneficia unita hujuſmo-
„ di onus ſolutionis Communium, et Minuto-
„ rum Servitiorum, ac Annatarum, et aliorum
„ jurium ſemper habuiſſe, et ad præſens habe-
„ re. Et tàm Virorum, quàm mulierum &c.
„ Regulares Congregationes &c. omnia, et
„ ſingula &c. Beneficia Eccleſiaſtica, quæ poſ-
„ ſident &c. notificaſſe, et intimaſſe debeant,
„ et ad id &c. cogi, et compelli poſſint, per *Conſtitution.* 38. *S. Pii V.* §. 3. 4. 6. & 7. *eod. Bul-*
„ *lar. tom* 2. ibi: quæcumque Beneficia Eccle-
„ ſiaſtica &c. Congregationibus &c. quorum-
„ vis Ordinum, Monaſteriis &c. Apoſtolica
„ auctoritate unita &c. ſub literis Pauli II. et
„ aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi compræ-
„ hendi, et includi. Et propterea &c. Congre-
„ gationes &c. dummodò &c. Beneficia ipſa
„ poſſideant, ad ſolutionem Communium,
„ Annatarum, et aliorum jurium prædictorum
„ eiſdem Cameræ &c. ratione Unionum &c.

„ ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. „ Mandantes &c. ut omnes, et ſingulas Cauſas &c. inter &c. ejuſdem Cameræ Collectorem &c. et quaſcumque Congregationes &c. „ ſuper ſolutione Annatarum, Communium, „ et aliorum jurium Quindenniorum eorundem &c. terminet, et decidat &c. Et &c. tàm „ Virorum, quàm Mulierum &c. et quorumvis „ Ordinum Regulares Congregationes &c. ad „ indicandum &c. omnia, et ſingula &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica, quæ &c. „ Congregationes &c. poſſideant &c. moneat, „ et requirat. Non obſtantibus &c. Privilegiis „ &c. Congregationibus &c. conceſſis &c. et per *Conſtitution.* 47. *ejuſdem S. Pii V.* §. 3. *eod. tom.* 2. ibi: volumus, et ſtatuimus, quòd &c. „ Monaſteria &c. in quorum Parochialibus Eccleſiis unitis continget Vicarias prædictas „ erigi, pro quantitatibus fructuum ipſis Vicariis perpetuis aſſignatorum, ad ſolutionem „ quindenniorum &c. ulteriùs non teneantur, „ ſed eis detractio fiat ad ratam certorum, quæ „ de fructibus dictarum Parochialium percipiuntur &c. Ità tamen, quòd Vicarii perpetui &c. teneantur &c. ſolvere Annatam &c. „ alioquin integrum quindennium ſolvi debere &c. per *Conſtitution.* 33. *Sixti V.* § 2. 4. *&* 5. *eod. tom.* 2. ibi: ſtatuimus &c. et declaramus, „ quòd Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Monaſterio &c. Congregationi, Ordini, Militiæ &c. hactenùs factæ, et faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendantur &c. Et propterea &c. Congregationes &c. Monaſteria &c. dummodò Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem „ Quindenniorum præfatorum eidem Cameræ, ac Collegio, et Officialibus, ratione „ Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad id &c. cogi &c. „ poſſe. Mandantes &c. ut &c. tàm Virorum, quàm Mulierum &c. et quorumvis Ordinum Regulares Congregationes &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingula &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. quæ &c. „ Congregationes &c. poſſideant &c. moneant, et requirant &c. Non obſtantibus &c. „ Privilegiis &c. Congregationibus &c. conceſſis &c. per *Conſtitution.* 18 *Urbani VIII. in principio, juncto* §. 2. 3. *&* 4. *eodem Bullar tom* 5. „ ibi: Congregationes &c. et quoſvis alios, in „ quorum favorem &c. quæcumque Beneficia „ Eccleſiaſtica unita &c. et illorum Uniones eis „ factæ reperirentur &c. dummodo &c. Beneficia ipſa poſſiderent, ad ſolutionem Communium, Annatarum, et aliorum jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus, ratione Unionum &c. prædictarum ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad id &c. cogi, et compelli poſſe „ decrevit, et declaravit. Mandans propterea „ &c. ut &c. tàm Virorum, quàm Mulierum „ &c. et quorumvis Ordinum Regulares Congregationes &c. ad indicandum &c. omnia, „ et ſingula &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica, quæ &c. Congregationes &c. poſſiderent &c. moneret, et requireret &c. ſtatuit, „ quòd Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. cuicumque &c. Monaſterio &c. Congregationi, Ordini, Militiæ „ &c. hactenùs factæ, et in futurum faciendæ &c. ſub prædictorum Prædeceſſorum „ Conſtitutionibus &c. omninò compræhendi „ &c. voluit, et ad ſolutionem Quindenniorum „ teneri &c. et ad id cogi &c. poſſe declaravit „ &c. Mandantes propterea &c. dictæ Cameræ „ Clerico, cui &c. omnes, et ſingulæ Cauſæ inter &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Generalem „ Subcollectorem &c. et quaſcumque Congregationes &c. ſuper ſolutione Annatarum, „ Communium, et aliorum jurium Quindenniorum eorundem commiſſæ reperiuntur, et „ aliis &c. ut &c. Congregationes &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingula &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. eis unita „ &c. quæ &c. Congregationes &c. vigore „ Unionum hujuſmodi poſſident &c. moneant, „ et requirant, cum poteſtate &c. Congregationes &c. citandi, monendi, et requirendi „ &c. Non obſtantibus &c. Privilegiis &c. Congregationibus &c. conceſſis &c. per *Conſtitution.* 50. *Clementis X.* §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 14. *&* 15. *eodem Bullar. tom.* 6. ibi: Paulus Papa IV. &c. nonnullas Congregationes Regulares à ſententiis, cenſuris, et pœnis, quibus „ ob non ſolutionem mediorum, ſeu integrorum fructuum primi anni Monaſteriorum, et „ Beneficiorum &c. eorum Monaſteriis &c. eatenùs unitorum innodatæ erant &c. abſolvit „ &c. ac medios, ſeu integros fructus hujuſmodi eis liberaliter remiſit &c. ſucceſſoribus ſuis „ Romanis Pontificibus, et per conſequens &c. „ Collegio Cardinalium hujuſmodi, et Officialibus &c. præjudicare non potuiſſe &c. omnes, „ et ſingulas Uniones &c. de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. utriuſque ſexus Congregationibus &c. perpetuò factas, et de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli II. &c. includi &c. Et propterea quaſcumque Congregationes &c. ad ſolutionem Communium, et Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, et aliorum jurium prædictorum „ eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus, „ ratione earundem Unionum &c. ſingulis XV. „ annis &c. teneri &c. et ad id &c. cogi &c. „ poſſe, nec non &c. Beneficia hujuſmodi onus „ ſolutionis Communium, et Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, et aliorum jurium „ prædictorum ſemper habuiſſe, et habere decrevit, et declaravit, mandans propterea &c. „ ut omnes, et ſingulas Cauſas &c. inter Procuratorem Fiſcalem dictæ Cameræ, Officiales prædictos &c. et quaſcumque Congregationes &c. terminarent, et deciderent &c. „ Congregationes &c. quorumvis Ordinum „ Regularium &c. dummodò &c. Beneficia ipſa „ poſſiderent, ad ſolutionem Communium, et „ Annatarum, et aliorum jurium prædictorum „ eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus, „ ratione Unionum &c. prædictarum ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad „ id &c. cogi &c. poſſe decrevit, et declaravit, „ mandans propterea &c. ut &c. tàm Virorum, „ quàm Mulierum &c. et quorumvis Ordinum „ Regulares Congregationes &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingula &c. quæcumque „ Beneficia Eccleſiaſtica, quæ &c. Congregationes &c. poſſiderent &c. moneret, et re„ qui-

,, quireret &c. Uniones &c. de quibuſcum-
,, que Beneficiis Eccleſiaſticis &c. cuicum-
,, que &c. Monaſterio &c. Congregationi, Or-
,, dini, Militiæ &c. hactenùs factæ, et in futu-
,, rum faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſ-
,, ſorum Conſtitutionibus &c. omninò com-
,, præhendi &c. et ad ſolutionem Quindennio-
,, rum teneri &c. et ad id cogi &c. poſſe decla-
,, ravit &c. Mandans propterea &c. Cameræ
,, Clerico, cui &c. omnes, et ſingulæ Cau-
,, ſæ inter &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Ge-
,, neralem Subcollectorem &c. et quaſcumque
,, Congregationes &c. commiſſæ reperiebantur,
,, et aliis &c. ut &c. Congregationes &c. omnia,
,, et ſingula &c. quæcumque Beneficia Eccle-
,, ſiaſtica &c. eis unita &c. quæ &c. Congrega-
,, tiones &c. vigore Unionis hujuſmodi poſſi-
,, debunt &c. monerent, et requirerent, cum
,, poteſtate &c. Congregationes &c. citandi,
,, monendi, et requirendi &c. Cùm autem &c.
,, diverſæ Regularium &c. perſonarum Con-
,, gregationes &c. ſub literis prædictis minimè
,, compræhendi contendant &c. Nos verò
,, omnia, et ſingula Privilegia &c. per quo-
,, ſcumque Romanos Pontifices &c. quibuſvis
,, Congregationibus &c. ratione ſolutionis
,, Communium, Quindenniorum, aliorùmque
,, jurium prædictorum, Cameræ, Collegio, et
,, Officialibus prædictis faciendæ, hactenùs
,, quomodolibet conceſſa revocantes, et annul-
,, lantes &c. literas eorundem Pauli IV. et Pii,
,, ac Sixti V. atque Urbani VIII. nec non quo-
,, rumcumque aliorum Romanorum Pontifi-
,, cum Prædeceſſorum noſtrorum ſuper ſolutio-
,, ne Annatarum, Communium, Quindennio-
,, rum, et aliorum jurium, ratione Proviſio-
,, num, ſeu Unionum perpetuarum quorum-
,, cumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum &c.
,, approbamus, et confirmamus &c. ac omnes,
,, et ſingulas Uniones de quibuſvis &c. Benefi-
,, ciis Eccleſiaſticis &c. utriuſque ſexus Con-
,, gregationibus &c. Regularibus &c. perpetuò
,, factas, et de cætero &c. perpetuò faciendas,
,, ſub literis Pauli Prædeceſſoris hujuſmodi
,, compræhendi, et includi. Ideoque quaſcum-
,, que Congregationes &c. ad ſolutionem Com-
,, munium, et Minutorum Servitiorum, et An-
,, natarum, aliorùmque jurium prædictorum
,, eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus,
,, ratione earundem Unionum &c. faciendam
,, teneri &c. et ad id &c. cogi, et compelli poſ-
,, ſe &c. ſtatuimus, et decernimus &c. utcum-
,, que per quæcumque Loca Pia &c. quorum-
,, vis Ordinum Regularia, Quindennia, et alia
,, jura, ratione Penſionum perpetuarum &c. re-
,, ſervatarum, et impoſterùm &c. reſervanda-
,, rum &c. Cameræ Apoſtolicæ, et Collegio, et
,, Officialibus prædictis perſolvere debeant, et
,, teneantur &c. quaſcumque Congregationes
,, &c. ad ſolutionem Quindenniorum, alio-
,, rùmque jurium ratione Penſionum perpetua-
,, rum hujuſmodi &c. eiſdem Cameræ, Colle-
,, gio, et Officialibus faciendam teneri &c. et
,, ad id &c. cogi, et compelli poſſe declaramus
,, &c. ut &c. Congregationes &c. moneat, ut
,, profiteantur &c. omnia, et ſingula Beneficia
,, Eccleſiaſtica, quæ vigore ſimilium Unionum
,, &c. poſſident &c. cum facultate citandi, et
,, inhibendi &c. mandamus, ut &c. Congrega-
,, tiones &c. ad indicandum &c. omnia, et ſin-
,, gula &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. eis unita
,, &c. et Penſiones perpetuas illis reſervatas &c.
,, quæ, et quas &c. Congregationes &c. vigore
,, Unionum hujuſmodi poſſident, et percipiunt
,, reſpectivè &c. moneat, et requirat, cum po-
,, teſtate &c. Congregationes &c. citandi, mo-
,, nendi, et requirendi &c. Non obſtantibus &c.
,, Congregationum, et Monaſteriorum &c. Pri-
,, vilegiis &c. conceſſis &c. ſingulorum Mona-
,, ſteriorum, et Congregationum &c. et *Conſti-
tution. S. M. Clementis XI. in principio*, 29. *No-
vembris* 1704. ibi: Neque &c. ab eiſdem im mu-
,, nes, aut exemptos ſe reputaſſe Religioſos Vi-
,, ros &c. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apo-
ſtol. in ordine la III. V. VI. VII. VIII. XI. & XII.
& int. prætermiſs. in ordine la I. ſivè Unic.* et proſe-
quuntur *Filliucc. quæſtion. moral. tom 2. tract* 45.
de Benefic. Eccl. cap. 6. quæſt. 10. n. 59. ibi: Quòd
,, ſi Beneficium unitum &c. ſit annexum &c.
,, Monaſterio exempto, parùm refert quoad ob-
,, ligationem ſolvendi Quindennii, omnia enim
,, illa ſolvendi Quindennii ex Pontificiis Con-
,, ſtitutionibus obnoxia ſunt &c. *Azor. inſtitu-
tion. moral. part. 2. lib. 7. cap. 13. quæſt. 6.* ibi: Sextò
,, quæritur, an quindennium ſolvendum ſit ex
,, Beneficiis &c. unitis &c. Præterea, an etiam
,, ex Beneficiis unitis &c. Congregationi, pri-
,, vilegio, vel aliquo alio ſpeciali jure exemptis?
,, Reſpondeo, ex omnibus hiſce Beneficiis &c.
,, quindennium deberi; id enim apertè conſtat
,, ex ipſis ſanctionibus Pontificiis de ſolvendo
,, quindennio conſtitutis &c. et *part. 3. lib* 12.
*cap. 11. quæſt. 10. in principio Maſs. Galleſ. de
Annat. num.* 30 *in fin.* §. *eſt aliud, in principio,
verſic. item ſi uniatur, & verſic. ex hujuſmodi
Unionibus, Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.* 139.
num. 5. *in principio*, ibi: quoniam, attentis ra-
,, tionibus, quibus innixa eſt introductio An-
,, natarum, et de conſequenti quindenniorum
,, &c. iſtud onus percutit illos, qui ex gratia,
,, et munificentia Sedis Apoſtolicæ, tamquàm
,, foventes cauſam lucrativam, potiuntur fru-
,, ctibus, et emolumentis Beneficiorum, ac
,, propterea commodiorem aſſequantur vitam
,, perſonæ illius &c. Monaſterii &c. ſivè in ipſa
,, Religio in univerſum exindè reportat com-
,, modum ratione Unionis, dum majorem nu-
,, merum Religioſorum in eo Monaſterio, vel
,, Conventu retinere poteſt &c.

Urget etiam alterum non minùs congruum exemplum Unionum, quæ fiunt Hoſpitalibus; fructus enim hujuſmodi Beneficiorum unitorum procul dubio ex natura rei, ſeu unici Inſtituti volitæ Hoſpitalitati, deſtinantur, ac convertuntur in neceſſariam Curam, & ſuſtentationem ægrotorum, attamen explorati Juris eſt, deberi quindennium de Beneficiis taliter unitis Hoſpitalibus, prout literaliter diſponunt Bullæ quin- 11
denniorum, ex *Bulla 6. Pauli II.* §. 1. 2. 3. 4. 5.
& 6. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi: Beneficia Ec-
,, cleſiaſtica &c. Hoſpitalibus &c. Apoſtolica
,, auctoritate univimus, incorporavimus &c.
,, Proptereàque &c. Beneficia unita hujuſmodi
,, ampliùs nequaquam vacare ſperantur &c.
,, Nos &c. ſtatuimus &c. et declaramus, quòd
,, omnia, et ſingula Monaſteria &c. Commu-
,, nia, et Minuta Servitia, atque alia jura debi-
,, ta, et conſueta, tàm ipſis Cameræ, et Colle-

„ gio, quàm Officialibus præfatis, reliqua verò Monaſteria &c. et Beneficia, ut præfertur, unita &c. Annatam, ſivè medios fructus unius anni in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis eidem Camerario ſolvere teneantur, et debeant. Et quòd de omnibus &c. Beneficiis, ut præfertur, unitis &c. Communia, Minuta, et alia jura, ſeu Annatas, et medios fructus hujuſmodi ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in futurum &c. Alioqui, ſi à ſolutione &c. ceſſare præſumpſerint, Uniones &c. habeantur penitùs pro infectis, et ſic &c. Beneficia hujuſmodi tamquàm verè vacantia poſſint &c. impetrari &c. *ex Bulla* 17. *Pauli IV* §. 8. *&* 11. *eod. tom.* 1. ibi: omnes, et ſingulas Uniones &c. de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Hoſpitalibus &c. perpetuò factas, et de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli &c. compræhendi &c. Et propterea &c. ad ſolutionem Communium, et Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, et aliorum jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus, ratione earundem Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad id &c. cogi &c. poſſe, nec non &c. Beneficia unita hujuſmodi onus ſolutionis Communium, et Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, et aliorum jurium ſemper habuiſſe, et ad præſens habere. Et inſuper, ut ratio Communium, Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, et aliorum jurium prædictorum clara habeatur &c. volumus &c. quòd &c. Hoſpitalia &c. omnia, et ſingula &c. Beneficia Eccleſiaſtica, quæ poſſident &c. notificaſſe, et intimaſſe debeant, et ad id &c. cogi, et compelli poſſint, ex *Bulla* 38. *S. Pii V.* §. 3. *&* 4. *eod. Bullar. tom.* 2. ibi: omnia, et ſingula &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. Hoſpitalibus &c. Apoſtolica auctoritate unita &c. ſub literis Pauli II. et aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi compræhendi, et includi. Et propterea omnia, et ſingula &c. Hoſpitalia &c. in quorum favorem Uniones &c. factæ reperiuntur &c. dummodò &c. Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem Communium, Annatarum, et aliorum jurium prædictorum eidem Cameræ &c. ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. *ex Bulla* 33. *Sixti V.* §. 2 *&* 5. *eod. tom.* 2. ibi: ſtatuimus &c. et declaramus, quòd Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Hoſpitali &c. hactenùs factæ, et faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendantur &c. Et propterea &c. Hoſpitalia &c. in quorum favorem Uniones &c. factæ reperientur, aut poſthàc fient &c. dummodò Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem Quindenniorum præfatorum eidem Cameræ, ac Collegio, et Officialibus, ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad id &c. cogi &c. poſſe. Non obſtantibus &c. Privilegiis &c. Hoſpitalibus &c. conceſſis &c. ex *Bulla* 18. *Urbani VIII. in principio, juncto* §. 2. *in fin. &* §. 4. *eod. Bullar. tom.* 5. ibi: omnia, et ſingula &c. Hoſpitalia &c. in quorum favorem &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. et illorum Uniones eis factæ reperirentur &c. dummodò &c. Beneficia ipſa poſſiderent, ad ſolutionem Communium, Annatarum, et aliorum jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus, ratione Unionum &c. prædictarum ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad id &c. cogi, et compelli poſſe decrevit, et declaravit &c. Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Hoſpitali &c. hactenùs factæ, et in futurum faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendi &c. veluti, et ad ſolutionem Quindenniorum teneri &c. et ad id cogi &c. poſſe declaravit. Non obſtantibus &c. Privilegiis &c. Hoſpitalibus &c. conceſſis &c. et ex *Bulla* 50. *Clementis X.* §. 1. 3. 4. 5. *&* 11. *eod. Bullar. tom.* 6. ibi: omnes, et ſingulas Uniones &c. de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Hoſpitalibus &c. perpetuò factas, et de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli II. &c. includi &c. omnia, et ſingula &c. Hoſpitalia &c. in quorum favorem &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. exiſterent, et illorum Uniones eis factæ reperirentur &c. dummodò &c. Beneficia ipſa poſſiderent, ad ſolutionem Communium, et Annatarum, et aliorum jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus, ratione Unionum &c. prædictarum ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad id &c. cogi &c. poſſe decrevit, et declaravit &c. Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Hoſpitali &c. eatenùs factæ, et in futurum faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendi &c. voluit, et ad ſolutionem Quindenniorum teneri &c. et ad id cogi &c. poſſe declaravit &c. cum poteſtate dicta &c. Hoſpitalia &c. *citandi, monendi, & requirendi &c.* „ atque in ſpecie tradunt *Maſſ. Galleſ. de Annat. n.* 30. *in fin.* §. *eſt aliud, in principio & fin. verſic ſed ſi Beneficium, & verſic. ex hujuſmodi Unionibus*, ibi: „ ſed ſi Beneficium annatæ ſolutioni obnoxium uniatur Hoſpitali &c. ex hujuſmodi Unionibus &c. uſu receptum fuit, ut illi, in quorum commodum tales Uniones cedebant &c. promitterent, obligarentque ſe, et ſucceſſores pro ſolvenda in futurum &c. finitis &c. XV. &c. annis, unitorum Beneficiorum annata &c. *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quinden. n.* 10. ibi: „ aliud enim eſt, quòd quindennia ſolvantur pro Beneficiis, quæ uniuntur Hoſpitalibus &c. priori enim caſu Camera Apoſtolica, et Officiales Cancellariæ damnum paterentur, quia pro illis Beneficiis ſolvebatur Annata, quæ, cùm per Unionem fuerit ſublata, æquum eſt, quòd ſubintret quindennium &c. *Novar. in Summ. Bullar. part.* 2. *commentar.* 144. *num.* 11. *&* 12. ego infrà *Cap. CXIX.*

Adeò, ut etiam apud Ethnicos deſignatus fuerit Jupiter hoſpitalis, ſeu xenius, veluti legitur *lib.* 2. *Machab. cap.* 6. *verſic.* 2. ibi: qui locum inhabitabant Jovis *hoſpitalis*, de quo *Solorzan. de jur. Ind. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 43. *Mager. de Advocat. armat cap.* 10. *n.* 247. *cum ſeqq. Tholoſan. ſyntagm. Jur. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 15. *cap.* 28. *num.* 36.

num. 36. Gallerat. de renunc. tom. 1. lib. 1. cap. 1. n. 10. Lancellott. poſt opuſcul. inſcript. l'Hoggidi part. 2. sfoghi di mente, sfogo 4. ego in altero meo Tractatu edito de Quindenniis, cap. 6. num. 23.
Longèque fortiùs procedit noſtra principalis
reſolutiò, ſi fructus Canonicales, ſeu Præben-
dales, ex Canonicatibus, ſivè Præbendis per-
cipi ſoliti, computatis certis, et incertis, non
ſint adeò tenues, et miſerabiles, ut, detracta
ſumma debita pro quindenniis, diſtributa in
ſingulos annos, non ſuperſit congrua ſuſtenta-
tio Canonicorum, vel Præbendatorum, juxta
Eccleſiaſticum eorundem decorem: quod ſatis
liquet ex eo, quòd ſæpiùs ſuper Canonicati-
bus, er Præbendis reſervantur annuæ Penſio-
nes, quibus Proviſi acquieſcunt; ideòque etiam
ex hoc capite inallegabilis evadit prætenſa exem-
ptio à quindenniis, quæ generaliter locum non
haberet, niſi proportionabiliter ad neceſſariam
vitæ ſuſtentationem, non autem quoad ea, quæ
12 ſuperſunt, veluti in ſimili de contributione taxæ
Conciliaris debitæ Seminariis vigore *Sacri Con-
cilii Tridentini ſeſſ. 23. de Reformat. cap.* 18. pro-
bant *Pignatell. conſultation. Canonic. tom. 1. con-
ſultat. 223. n. 23. cum ſeqq. tertiæ editionis Venetæ,
Panimoll. deciſ. 27. n. 15. part. 1.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Collegio, ſivè Seminario, pro ſuſtentatione Collegialium, ſeu Seminariſtarum, vigore *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 23. de Reformat. cap.* 18. ab Ordinario unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 Sacra Tridentina Synodus ſeſſ. 23. de Reformat. cap. 18. *facultatem tribuit Ordinariis, uniendi Beneficia Collegiis, ſeu Seminariis, pro eorum ſuſtentatione.*
2 *Dummodò tamen Unio non fiat abſque neceſſitate.*
3 *Etiam Collegia, ſivè Seminaria, quibus unita fuerunt Beneficia ab Ordinariis pro ſuſtentatione Collegialium, tenentur ad quindennia.*
4 *Refertur abſurdum aliàs oriturum.*
5 *Refertur aliud abſurdum.*
6 *Quindennia debentur etiam Pontifici, & Cardinalibus.*
7 *Alimentorum privilegium potentius eſt.*
8 *Per Unionem non intelligitur præjudicatum quindenniis.*
9 *Hoſpitalia etiam tenentur ad quindennia, & rejicitur* Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 139. n. 5. in principio antè med. verſic. ſecùs.
10 *Unio fit ad ſuſtentationem, & curam ægrotorum.*
11 Sacrum Concilium Tridentinum, *nihil diſponit circà quindennia.*
12 *Seminaria erecta vigore Decreti Conciliaris, etiam antè* Conſtitutionem Clementis X. *tenentur ad ſolutionem quindenniorum.*
13 *Patres Concilii non ignorarunt Conſtitutiones Apoſtolicas ſuper materia quindenniorum, minùſque præſumuntur illis derogare voluiſſe.*
14 *Sententia Supremi Tribunalis prævalere debet opinioni Doctorum.*
15 *Doctrina Doctoris rejecti non attenditur.*
16 *Collegia, ac Seminaria literaliter compræhenduntur ſub Conſtitutionibus ſolutionem quindenniorum præcipientibus.*
17 *Bullæ quindenniorum generaliter loquentes, proindèque continentes in ventre expreſſam rationem, includunt omnes caſus, quibus applicatur ratio expreſſa.*
18 *Ratio in lege expreſſa determinat omnes caſus ſub ratione compræhenſos, etiam ad correctionem Juris.*
19 *Bullæ quindenniorum utuntur hoc argumento.*
20 *Ratio introductionis quindenniorum fundatur in damno Cameræ, & Annatiſtarum ob ceſſatam Annatam poſt ſequutam Unionem Beneficiorum.*
21 *Cùm Camera Apoſtolica, & Annatiſtæ æquè ſentiant damnum amiſſionis Annatæ ex Unionibus factis pro ſuſtentatione Collegialium, ratio poſtulat, ut etiam illæ compræhendantur ſub dictis Conſtitutionibus, & ſubjaceant quindenniis.*

CAPITULUM XLIV.

CUm Sacroſancta *Tridentina Synodus ſeſſ.* 23. 1
*de Reformat. cap. 18. poſt med. verſic. nec non
Beneficia*, facultatem tribuat Ordinariis tam-
quam Delegatis Sedis Apoſtolicæ, uniendi Be-
neficia (perindè ac ſi Uniones Beneficiorum
fierent à Papa, ex regula, quòd qui per alium
facit, per ſe ipſum facere videtur) Collegiis,
ſeu Seminariis pro eorum ſuſtentatione, de quo
*Barboſa ad dict. loc. & de Epiſcop. part. 3. alleg. 77.
n. 23. cum ſeqq.* dummodò tamen Beneficiorum 2
Uniones non fiant præter mentem Decreti Con-
ciliaris pro commodiori ſuſtentatione, vel amæ-
nitate, et recreatione citrà præciſam neceſſita-
tem, *Lotther. de re beneficiar. lib. 1. qu. 29. n. 60.*
facilè oriri poteſt inter Collegia præfata, ſeu
Seminaria diſceptatio cum Annatiſtis, utrùm
Beneficia ſic unita, ſubjaceant quindenniis;
proindèque in præſenti reſolvitur, quòd ex Be- 3
neficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum
auri de Camera excedentibus, Collegio, ſivè
Seminario, pro ſuſtentatione Collegialium, ſeu
Seminariſtarum, vigore *Sacri Concilii Tridentini
ſeſſ. 23. de Reformat. cap.* 18. ab Ordinario uni-
tis, etiam adhùc debentur quindennia; ſi nam- 4
que ſolum privilegium alimentorum excuſaret
à ſolutione quindenniorum, actum eſſet de quin-
denniis, dum omnia ferè Collegia, ac Semi-
naria, quæ valdè numeroſa exiſtunt, quæve in
dies multiplicantur, cum evidenti juventutis
utilitate, facili negocio ſe ſubtraherent ab hu-
juſmodi onere quindenniali, quando tamen
omnes ferè Beneficiorum Uniones in Alumno-
rum alimoniam tendunt: aliàs ſuperfluæ eva- 5
derent Conſtitutiones Apoſtolicæ deſuper ema-
natæ, obligantes ad quindennia Collegia quo-
que, ac Seminaria, veluti legere eſt in *Bulla* 17.
Pauli IV. §. 8. & 11. Bullar. nov. Rom. tom. 1. ibi:
„ omnes, et ſingulas Uniones &c. de quibuſvis
„ &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Collegiis &c.
„ perpetuò factas, et de cætero &c. perpetuò
„ faciendas, ſub literis Pauli &c. compræhen-
„ di &c. Et inſuper, ut ratio Communium,
„ Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, et
alio-

„ aliorum jurium prædictorum clara habeatur
„ &c. volumus &c. quòd &c. Collegia &c. Be-
„ neficia Eccleſiaſtica, quæ poſſident &c. no-
„ tificaſſe, et intimaſſe debeant, et ad id &c.
„ cogi, et compelli poſſint, in *Bulla* 38. *S. Pii V.*
„ §. 3. 4. *& 6. eod. Bullar. tom.* 2. ibi: quæcum-
„ que Beneficia Eccleſiaſtica &c. Collegiis &c.
„ Apoſtolica auctoritate unita &c. ſub literis
„ Pauli II. et aliorum Prædeceſſorum hujuſ-
„ modi compræhendi, et includi. Et propte-
„ reà &c. Collegia &c. in quorum favorem
„ Uniones &c. factæ reperiuntur &c. dummo-
„ dò &c. Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutio-
„ nem Communium, Annatarum, et aliorum
„ jurium prædictorum eidem Cameræ &c. ra-
„ tione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c.
„ faciendam teneri &c. Mandantes &c. ut om-
„ nes, et ſingulas Cauſas &c. inter &c. ejuſdem
„ Cameræ Collectorem &c. et &c. Collegia &c.
„ ſuper ſolutione Annatarum, Communium,
„ et aliorum jurium Quindenniorum eorun-
„ dem &c. terminet, et decidat. Et &c. omnia,
„ et ſingula &c. Collegia &c. ad indicandum
„ &c. omnia, et ſingula &c. quæcumque Bene-
„ ficia Eccleſiaſtica, quæ &c. poſſideant &c.
„ moneat, et requirat, et in *Bulla* 47. *ejuſdem*
S. Pii V. §. 3. *eod. tom.* 2. *in Bulla* 38. *Sixti V.*
§. 2. 4. *&* 5. *eod. tom.* 2. ibi: ſtatuimus &c. et
„ declaramus, quod Uniones &c. de quibuſ-
„ cumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. cuicum-
„ que &c. Collegio &c. Seminario &c. hacte-
„ nùs factæ, et faciendæ &c. ſub dictorum Præ-
„ deceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò
„ compræhendantur &c. Et proptereà omnia,
„ et ſingula &c. Collegia, Seminaria &c. in
„ quorum favorem Uniones &c. factæ reperien-
„ tur, aut poſthac fient &c. dummodò Bene-
„ ficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem Quin-
„ denniorum præfatorum eidem Cameræ, ac
„ Collegio, et Officialibus, ratione Unionum
„ &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam tene-
„ ri &c. et ad id &c. cogi &c. poſſe. Mandan-
„ tes &c. ut &c. omnia, et ſingula &c. Colle-
„ gia &c. Seminaria &c. ad indicandum &c.
„ omnia, et ſingula &c. quæcumque Beneficia
„ Eccleſiaſtica &c. quæ ipſa Collegia, Semina-
„ ria &c. poſſideant &c. moneant, et requi-
„ rant. Dantes &c. plenam, et liberam facul-
„ tatem pro eorundem quindenniorum, et ju-
„ rium exactione &c. citandi, monendi, et re-
„ quirendi &c. Non obſtantibus &c. Privile-
„ giis &c. Collegiis, Seminariis &c. conceſſis
„ &c. in *Bulla* 18. *Vrbani VIII. in principio, jun-*
„ *cto* §. 2. 3. *&* 4. *eodem Bullar. tom.* 5. ibi: om-
„ nia, et ſingula &c. Collegia &c. in quorum
„ favorem &c. quæcumque Beneficia Eccleſia-
„ ſtica unita &c. et illorum Uniones eis factæ
„ reperirentur &c. dummodò &c. Beneficia ipſa
„ poſſiderent, ad ſolutionem Communium,
„ Annatarum, et aliorum jurium prædictorum
„ eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus,
„ ratione Unionum &c. prædictarum ſingulis
„ XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad
„ id &c. cogi, et compelli poſſe decrevit, et
„ declaravit. Mandans proptereà &c. ut &c.
„ omnia, et ſingula &c. Collegia &c. ad indi-
„ candum &c. omnia, et ſingula &c. quæcum-
„ que Beneficia Eccleſiaſtica, quæ &c. poſſi-
„ derent &c. moneret, et requireret &c. ſta-
„ tuit &c. quòd Uniones &c. de quibuſcumque
„ Beneficiis Eccleſiaſticis &c. cuicumque &c.
„ Collegio &c. hactenùs factæ, et in futurum
„ faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum
„ Conſtitutionibus &c. omninò compræhendi
„ &c. voluit, et ad ſolutionem Quindenniorum
„ teneri &c. et ad id cogi &c. poſſe declaravit
„ &c. Mandantes proptereà &c. dictæ Cameræ
„ Clerico, cui &c. omnes, et ſingulæ Cauſæ in-
„ ter &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Generalem
„ Subcollectorem &c. et &c. Collegia &c. ſuper
„ ſolutione Annatarum, Communium, ac alio-
„ rum jurium, Quindenniorum eorundem com-
„ miſſæ reperiuntur, et aliis &c. ut &c. omnia,
„ et ſingula &c. Collegia &c. Seminaria &c. ad
„ indicandum &c. omnia, et ſingula &c. quæ-
„ cumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. eis unita
„ &c. quæ ipſa &c. Collegia, Seminaria &c. vi-
„ gore Unionum hujuſmodi poſſident &c. mo-
„ neant, et requirant, cum poteſtate dicta &c.
„ Collegia &c. Seminaria &c. citandi, monen-
„ di, et requirendi &c. Non obſtantibus &c.
„ Privilegiis &c. Collegiis, Seminariis &c. con-
„ ceſſis &c. et in *Bulla* 50. *Clementis X.* §. 1. 3.
„ 4. 5. 9. *&* 11. *eod. Bullar. tom.* 6. ibi: omnes,
„ et ſingulas Vniones &c. de quibuſvis &c. Be-
„ neficiis Eccleſiaſticis &c. Collegiis &c. per-
„ petuò factas, et de cætero &c. perpetuò fa-
„ ciendas, ſub literis Pauli II. &c. includi &c.
„ omnia, et ſingula &c. Collegia &c. in quo-
„ rum favorem &c. quæcumque Beneficia Ec-
„ cleſiaſtica unita &c. exiſterent, et illorum
„ Vniones eis factæ reperirentur &c. dummodò
„ &c. Beneficia ipſa poſſiderent, ad ſolutionem
„ Communium, et Annatarum, et aliorum ju-
„ rium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio,
„ et Officialibus, ratione Vnionum &c. prædi-
„ ctarum ſingulis XV. annis &c. faciendam te-
„ neri &c. et ad id &c. cogi &c. poſſe decrevit,
„ et declaravit, mandans proptereà &c. ut &c.
„ omnia, et ſingula &c. Collegia &c. ad indi-
„ candum &c. omnia, et ſingula &c. quæcum-
„ que Beneficia Eccleſiaſtica, quæ &c. poſſide-
„ rent &c. moneret, et requireret &c. Vniones
„ &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſti-
„ cis &c. cuicumque &c. Collegio &c. Semina-
„ rio &c. eatenùs factæ, et in futurum facien-
„ dæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſti-
„ tutionibus &c. omninò compræhendi &c. vo-
„ luit, et ad ſolutionem Quindenniorum tene-
„ ri &c. et ad id cogi &c. poſſe declaravit &c.
„ mandans proptereà &c. dictæ Cameræ Cle-
„ rico, cui &c. omnes, et ſingulæ Cauſæ inter
„ &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Generalem Sub-
„ collectorem &c. et &c. Collegia &c. ſuper
„ ſolutione Annatarum, Communium, et alio-
„ rum jurium Quindenniorum commiſſæ repe-
„ riebantur, et aliis &c. ut &c. omnia, et ſin-
„ gula &c. Collegia &c. Seminaria &c. ad in-
„ dicandum &c. omnia, et ſingula &c. quæ-
„ cumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. eis unita
„ &c. quæ ipſa &c. Collegia, Seminaria &c.
„ vigore Vnionis hujuſmodi poſſidebunt &c.
„ monerent, et requirerent, cum poteſtate di-
„ cta &c. Collegia &c. Seminaria &c. citandi,
„ monendi, et requirendi &c. Nec non &c. ut
„ &c. omnia, et ſingula &c. Collegia &c. mo-
„ neat, ut profiteantur &c. omnia, et ſingula
„ Beneficia Eccleſiaſtica, quæ vigore ſimilium
„ Vnio-

,, Vnionum &c. poſsident &c. cum facultate
,, citandi, et inhibendi &c. mandamus, ut &c.
,, omnia, et ſingula &c. Collegia &c. Semina-
,, ria &c. ad indicandum &c. omnia, et ſin-
,, gula &c. quæcumque alia Beneficia Eccleſia-
,, ſtica &c. unita &c. quæ &c. ipſa &c. Colle-
,, gia, Seminaria &c. vigore Vnionum hu-
,, juſmodi poſſident &c. moneat, et requirat,
,, cum poteſtate dicta &c. Collegia &c. Semi-
,, naria &c. citandi, monendi, et requiren-
,, di &c. *repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol. in*
ordine la V. VI. VII. VIII. & XI. & int. præter-
miſſ. la I. ſivè Unic. ac in puncto advertit *Card.*
Farratin. apud Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap.
18. §. 4. *de quindenn. n. 20. in principio*, §. *quoad*
Uniones ibi: Delegatus debet præſervare jura
,, Delegantis, et ejus ſtylum in omnibus ſequi,
,, et obſervare tenetur, nam Concilium, licet
,, hujuſmodi facultates Ordinariis conceſſerit,
,, noluit tamen adimere jura Sedi Apoſtolicæ,
,, aut in aliquo ei præjudicare, et cùm ſolutio-
,, nes Annatarum non ſuſtulerit, præcisè cre-
,, dendum eſt, quòd voluerit, illas firmas re-
,, manere, ſicuti videmus in ſimili, quòd, ubi
,, voluit ſupprimere jura Sedis Apoſtolicæ,
,, hoc expreſsè fuit dictum &c. quare, ubicum-
,, que Ordinarius utitur hac facultate ſibi à
,, Concilio conceſſa, crederem, quindennium
,, legitimè per Sedem Apoſtolicam &c. exigi
,, poſſe &c. et propè *fin. verſic. Quartò Uniones*,
,, ibi: et cùm ſupradictæ Uniones ſint multùm
,, damnoſæ Sedi Apoſtolicæ, quia Seminaria
,, nunquam conferuntur, crederem cum aliquo
,, moderamine quindennia exigi poſſe &c.
Amayden. loc. citat. num. 23. *in principio*, ibi:
,, Quartò notandum quod dicit Farratinus, ſe
,, credere, quòd in Unionibus factis Semina-
,, riis quindennium cum aliquo moderamine
,, exigi poſſe, quaſi verò hoc aliquod admitte-
,, ret dubium, cùm id ipſum ſtatuant Conſti-
,, tutiones Pii, et Sixti V. ut ex præmiſſa Con-
,, ſtitutione Urbani, et nulla prorsùs eſt diffe-
,, rentia inter Unionem factam Seminario, ac
,, Unionem factam Monaſterio, quò ad dam-
,, num, quod reſultat Cancellariæ; undè ne-
,, ſcio excogitare, quod moderamen hic requi-
,, rat Farratinus.

Cùmque idem privilegium alimentorum ſit
quoque allegabile pro parte Annatiſtarum cau-
ſam habentium titulo oneroſo à Papa, & pro
parte Summi Pontificis, nec non Sacri Collegii
6 Emorum Cardinalium, quibus pariter de-
bentur quindennia in eorum condecentem ſu-
ſtentationem, juxta *Bullam 6. Pauli II.* §. 2. & 3.
Bullar. nov. Rom. tom. 1. Bullam 20. Julii III. in
principio, juncto §. 5. *eod. tom 1. Bullam 17. Pau-*
li IV. §. 7. & 8. *eod. tom. 1. Bullam 38. S. Pii V.*
§. 3. & 4 *eod. Bullar. tom. 2. Bullam 33. Sixti V.*
in principio, juncto §. 2. *eod. tom. 2. Bullam 18.*
Vrbani VIII. in principio, juncto §. 1. *eod. Bullar.*
tom. 5. Bullam 50. Clementis X. in principio, jun-
cto §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. & 10. *eod. Bullar. tom. 6.*
ibi: *ut &c. S. R. E. Cardinales, qui illius honora-*
bilia membra &c. exiſtunt &c. ſtatum illorum
juxta Cardinalatus ſublimitatem decentiùs tene-
re &c. valeant &c. et Bullam *S. M. Clementis XI.*
in principio, 16. Maii 1705. ibi: *tùm pro congrua*
dignitatis, quam gerit tamquàm viſibile caput
Eccleſiæ, ſuſtentatione &c. repet. poſt Tract. int.
Conſt. Apoſt. in ordine la I. III. V. VI. VII. VIII.
XI. & XV. iſtud ſanè privilegium potentius eſt,
quò nobilibus eſt caput ſuper omnia membra, 7
ac magis neceſſarium hujuſmodi Eccleſiaſtici
corporis conſervationi, *Gomez, aliàs Sarnen.*
ad Regul. 55. Cancellar. de valor. in præfat. in med.
verſic. & etiam, Fagnan. in cap. præterea 1. *n.* 24.
cum plur. ſeqq. nè Prælat. vices ſuas, Lotther de
re benefic. lib. 3. qu. 2. n. 26. proindeque nuper in
Camera ſuccubuit Collegium Germanicum, &
Hungaricum S. Apollinaris, & Græcum S. Atha-
naſii de Urbe, nec non Seminarium Mediola-
nen., cæteràque Collegia, quantumvis ad ſe à
quindenniis eximendum deduxiſſent memora-
tum motivum ſuſtentationis; præterquamquòd
per Unionem etiam factam favore alimentorum 8
nunquam intelligitur præjudicatum juri quin-
denniorum, *Lotther. de re benefic. lib. 3. qu. 20.*
n. 15. Novar. in ſumm. Bullar. part. 2. comment.
145. *n. 15. Rot. coram Card. Seraphin. deciſ.* 1401.
n. 1. & 2. & *deciſ.* 1410. *n. 1. to. 2. repet. poſt Tract.*
int. Deciſ. Sacr. Rot. Rom. in ordine la IV. & V.
Annata namque, & quindennium, illius ſobo-
les, tamquàm onus reale, inhærens fructibus
Beneficii, tranſit in quemcumque poſſeſſorem,
eique tantominùs cenſetur datum, ac conceſ-
ſum, *Pignatell conſult. Canonic. tom. 1 conſult.* 221.
n. 10. *Monet. de diſtrib. quotid. part. 3. qu. 9. n.* 34.
bon. me. R. P. D. Piton. diſc. Eccl. part. 1. diſc. 18.
n. 17. Panimoll. dec. 27. n. 12. par. 1. Hinc Conſtitu-
tiones Pontificiæ ſuper quindenniis editæ, man- 9
dant, ut etiam Hoſpitalia, quibus unita fuerint
Beneficia, ſolvere debeant quindennia, juxta
Bullam 6. Pauli II. § 1. 2. 3. 4. & 5. *Bullar. nov.*
Rom. tom. 1. ibi: Beneficia Eccleſiaſtica &c. Ho-
,, ſpitalibus &c. Apoſtolica auctoritate univi-
,, mus, incorporavimus &c. Proptereàque &c.
,, Beneficia unita hujuſmodi ampliùs nequa-
,, quam vacare ſperantur &c. Nos &c. auctori-
,, tate Apoſtolica &c. ſtatuimus &c. et decla-
,, ramus, quòd omnia, et ſingula Monaſteria
,, &c. Communia, et Minuta Servitia, atque
,, alia jura debita, et conſueta, tàm ipſis Ca-
,, meræ, et Collegio, quàm Officialibus præ-
,, fatis, reliqua verò &c. Beneficia, ut præfer-
,, tur, unita &c. Annatam, ſivè medios fru-
,, ctus unius anni in poſterum ſingulis XV. an-
,, nis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario
,, ſolvere teneantur, et debeant. Et quòd de
,, omnibus Monaſteriis &c. et Beneficiis, ut
,, præfertur, unitis &c. Communia, Minuta,
,, et alia jura, ſeu Annatas, et medios fructus
,, hujuſmodi ſolvere adſtringantur etiam ſin-
,, gulis annis XV. in futurum &c. *Bullam* 17.
Pauli IV. §. 8. & 11. *eod. tom. 1.* ibi: Nos &c.
,, decernentes &c. omnes, et ſingulas Unio-
,, nes &c. de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſia-
,, ſticis &c. Hoſpitalibus &c. perpetuò factas,
,, et de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub li-
,, teris Pauli &c. compraendi &c. Et propterea
,, &c. ad ſolutionem Communium, et Minu-
,, torum Servitiorum, ac Annatarum, et alio-
,, rum jurium prædictorum eiſdem Cameræ,
,, Collegio, et Officialibus, ratione earundem
,, Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. facien-
,, dam teneri &c. et ad id &c. cogi &c. poſſe,
,, nec non &c. Beneficia unita hujuſmodi onus
,, ſolutionis Communium, et Minutorum Ser-
,, vitiorum, ac Annatarum, et aliorum jurium
,, ſem-

„ ſemper habuiſſe, et ad præſens habere. Et
„ inſuper, ut ratio Communium, Minutorum
„ Servitiorum, ac Annatarum, et aliorum ju-
„ rium prædictorum clara habeatur &c. volu-
„ mus &c. quòd &c. Hoſpitalia &c. omnia, et
„ ſingula &c. Beneficia Eccleſiaſtica, quæ poſ-
„ ſident &c. notificaſſe, et intimaſſe debeant,
„ et ad id &c. cogi, et compelli poſſint, *Bul-*
lam 38. *S. Pii V.* §. 3. & 4. *eod. Bullar. tom.* 2. ibi:
„ omnia, et ſingula &c. et alia quæcumque
„ Beneficia Eccleſiaſtica &c. Hoſpitalibus &c.
„ Apoſtolica auctoritate unita &c. ſub literis
„ Pauli II. et aliorum Prædeceſſorum hujuſmo-
„ di compræhendi, et includi. Et propterea
„ omnia, et ſingula &c. Hoſpitalia &c. in quo-
„ rum favorem Uniones &c. factæ reperiun-
„ tur &c. dummodò &c. Beneficia ipſa poſſi-
„ deant, ad ſolutionem Communium, Anna-
„ tarum, et aliorum jurium prædictorum ei-
„ dem Cameræ &c. faciendam teneri &c. *Bul-*
lam 33. *Sixti V.* §. 2. & 5. *eod. tom.* 2. ibi: ſta-
„ tuimus &c. et declaramus, quòd Uniones
„ &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſti-
„ cis &c. Hoſpitali &c. hactenùs factæ, et fa-
„ cendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Con-
„ ſtitutionibus &c. omninò compræhendantur
„ &c. Et propterea omnia, et ſingula &c. Ho-
„ ſpitalia &c. in quorum favorem Uniones &c.
„ factæ reperientur, aut poſthàc fient &c. dum-
„ modò Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutio-
„ nem Quindenniorum præfatorum eidem
„ Cameræ, ac Collegio, et Officialibus, ra-
„ tione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c.
„ faciendam teneri &c. et ad id &c. cogi &c.
„ poſſe, Non obſtantibus &c. Privilegiis &c.
„ Hoſpitalibus &c. conceſſis &c. *Bullam* 18.
Urbani VIII. in principio, juncto §. 2. 3. & 4. *eod.*
Bullar tom. 5. ibi: omnia, et ſingula &c. Ho-
„ ſpitalia &c. in quorum favorem &c. quæcum-
„ que Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. et illo-
„ rum Uniones eis factæ reperirentur &c. dum-
„ modò &c. Beneficia ipſa poſſiderent, ad ſo-
„ lutionem Communium, Annatarum, et alio-
„ rum jurium prædictorum eiſdem Cameræ,
„ Collegio, et Officialibus, ratione Unionum
„ &c. prædictarum ſingulis XV. annis &c. fa-
„ ciendam teneri &c. et ad id &c. cogi, et com-
„ pelli poſſe decrevit, et declaravit. Uniones
„ &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſti-
„ cis &c. Hoſpitali &c. hactenùs factæ, et in
„ futurum faciendæ &c. ſub dictorum Præde-
„ ceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò com-
„ præhendi &c. voluit, et ad ſolutionem
„ Quindenniorum teneri &c. et ad id cogi &c.
„ poſſe declaravit &c. cum poteſtate dicta &c.
„ Hoſpitalia &c. citandi, monendi, et requi-
„ rendi &c. Non obſtantibus &c. Privilegiis
„ &c. Hoſpitalibus &c. conceſſis &c. et *Bul-*
lam 50. *Clementis X.* §. 1. 3. 4. 5. & 11. *eod. Bullar.*
„ *tom.* 6. ibi: omnes, et ſingulas uniones &c.
„ de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c.
„ Hoſpitalibus &c. perpetuò factas, et de cæ-
„ tero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pau-
„ li II. includi &c. omnia, et ſingula &c. Ho-
„ ſpitalia &c. in quorum favorem &c. quæcum-
„ que Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. exiſte-
„ rent, et illorum Uniones eis factæ reperiren-
„ tur &c. dummodò &c. Beneficia ipſa poſſi-
„ derent, ad ſolutionem Communium, et An-
„ natarum, et aliorum jurium prædictorum
„ eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus,
„ ratione Unionum &c. prædictarum ſingulis
„ XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad id
„ &c. cogi &c. poſſe decrevit, et declaravit &c.
„ Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Ec-
„ cleſiaſticis &c. Hoſpitali &c. eatenùs factæ,
„ et in futurum faciendæ &c. ſub dictorum Præ-
„ deceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò
„ compræhendi &c. voluit, et ad ſolutionem
„ Quindenniorum teneri &c. et ad id cogi &c.
„ poſſe declaravit &c. cum poteſtate dicta &c.
„ Hoſpitalia &c. citandi, monendi, et requi-
„ rendi &c. *repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol.*
in ordine la l. V. VI. VII. VII & XI. et proſequi-
tur *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de*
quindenn. num. 10. ibi: aliud enim eſt, quòd
„ quindennia ſolvantur pro Beneficiis, quæ
„ uniuntur &c. Hoſpitalibus, et aliud, quòd
„ ſolvantur pro &c. Hoſpitalibus, quando
„ uniuntur aliis Collegiis; priori enim caſu Ca-
„ mera Apoſtolica, et Officiales Cancellariæ
„ damnum paterentur, quia pro illis Benefi-
„ ciis ſolvebatur Annata, quæ, cùm per Unio-
„ nem fuerit ſublata, æquum eſt, quòd
„ ſubintret quindennium &c. quidquid miſerè
„ lapſus ſenſerit *Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.*
139. *n.* 5. *in principio, antè med. verſic. ſecùs, in*
ſupplemento, ibi: ſecùs autem ubi agitur de
„ Unionibus, quæ fiant Hoſpitalibus, et aliis
„ hujuſmodi piis locis, in quibus de nullius
„ privato commodo agatur, ſed totum eroge-
„ tur in actualem hoſpitalitatem, vel alia pia
„ opera &c. & *de Regalib. diſcurſ.* 162. *n.* 4. *in*
ſupplem. attamen ejuſmodi Unio Beneficiorum
fit ad ſuſtentationem, ac curam ægrotorum, 10
quod longè fortius eſt, *Amayden. loc. mox citat.*
noſque latè infrà *Cap. CXIX.*

Non omiſso, quòd *Sacrum Concilium Triden-*
tinum voluit quidem, quòd erigerentur Colle-
gia, ſeu Seminaria ex publica utilitate pro edu-
candis, ac erudiendis Adoleſcentibus, eiſque
per Ordinarios pro tempore unirentur Beneficia
ſimplicia, non tamen quidquam diſpoſuit circà 11
quindennia, nec Collegiis, ſeu Seminariis in-
dulſit privilegium exemptivum ſolutionis quin-
denniorum; cùmque etiam longè antè *Sacroſan-* 12
ctam Tridentinam Synodum editæ eſſent Conſti-
tutiones Apoſtolicæ de quindenniis ſolven-
dis pro quibuſcumque Beneficiis excedentibus
XXIV. Ducatos auri de Camera unitis quibuſ-
cumque Locis Piis, nullis exceptis, non cenſe-
tur idem *Sacrum Concilium* Conſtitutionibus
prædictis derogare voluiſſe, juxta indubitatam
theoricam, quòd, ubi nova Conſtitutio, ſeu 13
lex eſt compatibilis cum alia præcedente, ſemper
cenſetur illam præſervare, *Abb. in cap. quia Mo-*
naſterium 2. *n.* 5. *de Religioſ. Domib.* & in affini-
bus terminis ſequuntur *Pignatell. conſult. Canonic.*
tom. 1. *conſult.* 223. *n.* 12. *tertiæ editionis Venetæ*,
Panimoll. deciſ. 27. *n.* 13. *part.* 1. & in terminis ter-
minantibus, quòd Seminaria erecta ex diſpoſitio-
ne Conciliari, teneantur ad ſolutionem quinden-
niorum, etiam antè Conſtitutionem Clemen-
tis X. tenuerat *Card. Farratin apud Amayden. de*
ſtyl. Datar. lib. 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. n.* 20.
in principio, §. *quoad Uniones verò, in principio*,
verſic. quo caſu, & *in fin. verſic. Quartò Uniones*:
quod eò certiùs aſſerendum eſt, cùm prætendi
ne-

nequeat, quòd tot ſapientiſſimi Patres in Sacra Synodo ſedentes, ignoraverint Conſtitutiones Apoſtolicas ſuper materia Annatarum, & Quindenniorum editas, quando, præſertim ad inſtantiam nonnullorum Præſulum de illis ſpecialiter actum fuerat, ſed tamen exemplo Conciliorum Viennenſis, & Conſtantienſis intacta, ac illæſa relicta Sedi Apoſtolicæ, ut teſtatur *Card. Pallavicin. in Hiſtor. Sacri Concil. Trident. lib.* 23. ubi refert, Annatas per Cardinalem Lotharingium vindicatas, & defenſas fuiſſe, nec non obſcurè deducitur ex *Burſatt. conſil.* 126. *lib.* 2. ad petitionem Cardinalis Herculis Gonzagæ, tunc ejuſdem Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi Præſidis, elaborato, ubi *n.*88. *cum ſeqq.* commemorat Conſtitutiones Martini V. & Pauli II. ſuper materia Quindenniorum.

Neque turbat parva turba DD. contrarium ſentientium, non deberi nimirùm quindennia ex Beneficiis in cauſam alimentorum unitis, quales ſunt *Vermigliol. conſil.* 476. *n.* 7. *in principio*, ibi: Et præſertim, cùm in dictis S. M. „ Gregorii erectione, et Unione omnes Collegii redditus deſtinaverit pro alimentis puerorum in Collegio retinendorum; nam proprietas quoque hujus deſtinationis judicari debet exempta à quindenniorum ſolutione ex ipſorum alimentorum privilegio &c. et *conſil.* 477. *n.* 6. ibi: Et præſertim, cùm qualitas curæ, tempore Unionis, de qua agitur, concurreret in hoc Germanico, et Ungarico Collegio &c. ſiquidem abſque dubio in hoc Collegio onus curæ reſidet in alendis, ac inſtruendis Alumnis Partium, Eccleſiaſticis, ac ſacris diſciplinis &c. et *num.* 8. ibi: non proindè ſequitur, quin Collegia, mediante Unione &c. ſint à quindenniorum ſolutione exempta &c. *Amayden de ſty Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. n.*11. *in principio*, ibi: „ omnes fructus ſunt addicti Regularibus, ſivè ægrotis &c. *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *qu.*29. *n.*15. *cum ſeqq. Card. de Luca de Benef. diſcurſ.* 139. „ *num* 5. ibi: Quòd autem hujuſmodi Uniones non eſſent comprætenſæ, ideòque huic oneri non ſubjacerent &c. probari dicebam &c. quoniam, attentis rationibus, quibus innixa eſt introductio Annatarum, et de conſequenti Quindenniorum &c. iſtud onus percutit illos, qui &c. foventes cauſam lucrativam, potiuntur fructibus, et emolumentis Beneficiorum, ac propterea commodiorem aſſequuntur vitam &c. secùs autèm ubi agitur de Unionibus, quæ fiant Hoſpitalibus, et aliis hujuſmodi Piis Locis, in quibus de nullius privato commodo agitur, ſed totum erogatur in actualem hoſpitalitatem, vel alia pia opera &c. Iſtam itaque rationem exemptivam fortiùs intrare dicebam in hac ſpecie, quoniam in hujuſmodi Collegiis nullum eſt particulare commodum illorum, qui illa regunt, et adminiſtrant, vel aliorum, qui ex quadam prærogativa ſint Collegiales, ità de neceſſariis proviſi &c. et de *Regalib. diſcurſ.* 162. *num.* 4. *in ſupplem.* ibi: ſi etiam in Beneficiis unitis Hoſpitalibus, quæ actu hoſpitalitatem exerceant, vel aliis Locis Piis, quæ in opera pietatis integrum redditum erogent; adeò, ut non agatur de commodo, et utilitate poſſeſſorum, quindennia non debentur &c. ſub ſpecioſo fortaſsè motivo pietatis, ſeu charitatis ergà proximum ex eo, quòd alimonia in ſuſtentationem naturæ neceſſaria pro uſu proprio, & victu, eſt immunis, ac exempta à quacumque lege naturæ, & conſequenter à Divina, quæ non deſtruit, ſed perficit naturam humanam, veluti in ſpecie Decimarum tradunt Canoniſtæ omnes in *cap. ex parte* 10. *de Decim. ubi Abb. n.*3. *Anan. n.*2. *Anchar an. n.*2. *verſic. item quod dicit de herbis*, *Rebuff. de Decim. quæſt.* 14. *n.* 58. *verſic. intelligi debet*, *Card de Luca de Paroch. diſcurſ.* 29. *n* 7. *& de Regular. diſcurſ.*1. *ſub n.* 44. *verſic. præterquàm quoad illos hortos*, *Rota coram Penna deciſ.* 1272. *num.*3. *verſic. quia fuit reſponſum, impreſſion. Lugdunen.*

Quod tamen objectum, ſeu contraria recitata doctrina, nullius eſt ſubſiſtentiæ, dum ſemper 14
prævalere debet ſententia Supremi Tribunalis, maximè Collegialis, uti Cameralis, in contradictorio Judicio, & audito utroque Collitigante, condemnantis ad quindennia, opinioni Doctorum, per *textum in l. filius* 14. *ff. ad leg. Cornel. de falſ.* ibi: *ſic enim inveni, Senatum cenſuiſſe*, *l. fin. C. de legib Card de Luca in Relat. Cur. diſcurſ.*32. *n* 83. *&* 86. *de judic. diſcurſ.* 5. *n.*68. *de uſur diſc.* 22 *n* 3. *de feud. diſc.* 127. *ſub n.* 31 *& de teſtam. diſc* 90. *ſub n.*12. *Rota in Ariminen Caſtrorum* 5. *Maii* 1702. §. *Primum Fundamentum*, *coram Caſfarello Urbis Gubernatore*; ita, ut ſola ſententia lata in caſu individuo attendi omninò debeat pro deciſione ſimilis controverſiæ, proindèque nullam penitùs vim faciant contrariæ auctoritates *Vermigliol. & Card. de Luca* mox indicatæ, dum in concurſu eorundem tamquàm Advocatorum ad opportunitatem Cauſæ ſcribentium, attamen rejectorum à Supremo Prætorio Camerali vigore ſententiæ condemnatoriæ, iſta, ut jam inſinuatum eſt, præponderare debet, ac non attendi doctrina Doctoris rejecti, 15
ut exclamat idem *Card. de Luca de Penſion. diſcurſ.* 81. *n.* 19. *Rota in Ariminen. Caſtrorum* 3. *Junii* 1701 §. *Non officientibus*, *coram Molines Decano, & Inquiſitore Generali Hiſpaniarum*: imò *idem Card de Luca de Regalibus diſcurſ.* 162. *n.*4. *in ſupplement.* ingenuè fatetur, decantatum motivum alimentorum reprobatum fuiſſe à Congregatione quadam Particulari, in verbis ibi: *Quod tamen reſpectu Unionum, quæ factæ ſint, Puerorum, & Adoleſcentum Collegiis, moderno tempore per Congregationem particulariter Deputatam ſub Clemente X. in exequutionem ſuæ Conſtitutionis, vel Motus proprii admiſſum non fuit.*

Minùs refragatur, quòd ſi ſingulis XV. annis ſolvendum foret quindennium quoque ex Beneficiis unitis pro ſuſtentatione Alumnorum, Collegia, ſeu Alumni non haberent, nec perciperent ſingulis annis tot, eoſdemque fructus in eorum ſuſtentationem ſibi deſignatos, ſed perneceſſe ſingulis annis illos haberent pauciores, & forſitan vel fame perirent, vel non congruè ſuſtentarentur contrà mentem unientis, cum notabili, ac ſenſibili præjudicio Alumnorum propter tractum ſucceſſivum; dum enim Unio, ſeu applicatio ſemper cenſetur facta ſine præjudicio Annatæ, ſeu quindennii, aſſignatio fructuum Beneficii, quantumvis uniti in cauſam alimentorum, ſemper quoque cenſeri debet facta, dempta prius Annata, ſeu quindennio debitis ſuis temporibus ſolvendo, omnes namque

que Vniones ad favorem Collegiorum, ſeu Seminariorum fieri conſueſcunt pro ſuſtentatione Alumnorum ex mente ipſius unientis, & nihi-
16 lominùs Collegia, ac Seminaria literaliter compræhenduntur ſub Conſtitutionibus Pontificiis præcipientibus quindenniorum ſolutionem, veluti, omiſſis antiquioribus, videre eſt in *Conſtitutione* 50. *Clementis X.* §.4. *&* 5. *Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tractat. int. Conſtitut. Apoſtol. in ordine la XI.* & notat *Card. Farratin. apud Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1 *cap* 18. §.4. *de quindenn. n.*20. *propè fin.*§. *quò ad Vniones in fin. verſ. Quartò Vniones*, cùmque memoratæ Con-
17 ſtitutiones generaliter loquentes de quindenniis, contineant in ventre expreſſam rationem, includunt omnes penitùs caſus, quibus applicatur ratio expreſſa, *Calderin. conſ.* 147. *in principio, ut lit. pend. Fagnan. in cap. nè innitaris* 5.*n.*124.*de Conſtitut. Lotther. de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 13.
18 *num.* 106. etenim ratio in lege expreſſa, ejus eſt potentiæ, ut omnes caſus determinet ſub ratione compræhenſos etiam ad correctionem Juris communis, *Fagnan. in cap. nuper* 34.*n.*4.*de Decim.* atque in hac ipſa quindenniorum materia ejuſ-
19 modi utuntur argumento ipſæmet Conſtitutiones Apoſtolicæ, præcedentium declaratoriæ, occaſione comprehendendi quoque ſub Bullis quindenniorum, Uniones authoritate Ordinaria factas, prout legere eſt ſignanter in *Conſtitutione* 38. *S. Pii V.* §. 3. *in fin. & Conſtitutione* 33. *Sixti V.* §.2. *Bullar. nov. Rom. tom.* 2 *Conſtitutione* 18. *Vrbani VIII. in principio, eod. Bullar. tom.* 5 *& Conſtitutione* 50. *Clementis X.* § 4. *tom.* 6. *repet. poſt. Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la VI. VII. VIII. & XI.* ratio autem potiſſima quindennio-
20 rum ea eſt, nè Camera Apoſtolica, & Annatiſtæ, ex Beneficiorum Unionibus ob indè ceſſatam penitùs ſpem ſolutionis Annatæ ſuis juribus impoſterùm defraudentur, ut literaliter habetur in *Conſtitutione 6. Pauli II* §. 2. *Conſtitutione* 20. *Julii III.* § 5. *& Conſtitutione* 17. *Pauli IV.* §.7. *in fin & §.8. in princip Bull nov Rom. tom.* 1. *Conſtitutione* 38. *S. Pii V.* §. 3. *& Conſtitutione* 33. *Sixti V* §.2. *eod. Bullar tom.* 2. *Conſtitutione* 18. *Vrbani VIII. in princip juncto* § 1.*eod. Bullar. tom.*5. *& Conſtitutione* 50. *Clementis X. in princip. juncto* §. 3. *in princip.* §. 5. *in princip &* §.6. *in princip. eod. Bullar. tom.*6. *repet poſt Tract. int. Conſt Apoſt. in ordine la I. III. V. VI. VII. VIII. & XI.* & tradunt *Lotther. de re benef. lib.*1. *qu.* 29. *n.* 5. *Capon. controv* 30. *num.* 3. *cum ſeqq. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.*1.*cap.* 18. § 4 *de quindenn n.*2. *Pariſ. de reſign. Benef. lib.*4. *qu.*10. *n.*4. *Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.*89. *n.*3. Quamo-
21 brem cum Camera Apoſtolica, & Annatiſtæ æquè ſentiant damnum amiſſionis Annatæ ex Unionibus factis pro ſuſtentatione Collegialium, ratio poſtulat, ut etiam illæ compræhendantur ſub dictis Conſtitutionibus, & ſubjaceant quindenniis.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Collegio, ſivè Seminario Adoleſcentum, ſeu Puerorum unitis, abſque aliqua moderatione, prout ex Beneficiis, aliis Locis Piis unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 23. de Reformat. cap. 18. *mandat fieri Vniones etiam ab Ordinariis favore Seminariorum, ſeu Collegiorum.*

2 *Ex Beneficiis, Seminariis, ſeu Collegiis, unitis debentur quindennia abſque aliquæ moderatione.*

3 *Refellitur* Card. Farratin. apud Amayden. de ſtyl. Datar. lib.1. cap.18. §.4. de quindenn. num.23. in principio.

4 *Seminaria, cæteràque Loca Pia tenentur ad quindennia æqua lance.*

5 *Quod Conſtitutiones non diſtinguunt, nec nos diſtinguere debemus.*

6 Regula 13. Cancellar. revocator. Union. *quid diſponat.*

CAPITULUM XLV.

CUm ad præſcriptum *Sacri Concilii Tridentini* 1
ſeſſ 23. *de Reformat. cap.*18. *poſt med. verſiculo nec non Beneficia*, etiam ab Ordinariis Locorum fieri poſſint Uniones Beneficiorum favore Seminariorum, ſeu Collegiorum, ad ſuſtentationem Alumnorum literis operam dantium, poſſet aliquis ſub colorato prætextu pietatis putare, ad quindennia quidem teneri Seminaria, ſeu Collegia ex Beneficiis ſibi unitis tamquàm manus mortuas, aliqua tamen differentia, ac peculiari diſtinctione aliorum Piorum Locorum, in gratiam ſtudiorum, cum aliqua nempè moderatione, ſicque non integraliter; ideò ad tollendum omne dubium, reſolvitur in præ- 2
ſenti, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Collegio, ſivè Seminario Adoleſcentum, ſeu Puerorum unitis, abſque aliqua moderatione, prout ex Beneficiis, aliis Locis Piis unitis, etiam adhùc debentur quindennia, ut in puncto *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*18. §.4. *de quindenn.*
n. 23. *in principio*; ubi refellit *Card. Farratinum* 3
olim Cancellariæ Apoſtolicæ Regentem, tenentem, in caſu cum aliquo moderamine ſolvendum eſſe quindennium à Seminariis, in verbis ibi: *Quartò notandum, quod dicit Farratinus, ſe credere, quòd in Vnionibus factis Seminariis quindennium cum aliquo moderamine exigi poſſit, quaſi verò hoc aliquod admitteret dubium, cùm id ipſum ſtatuant Conſtitutiones Pii, & Sixti V. ut ex præmiſſa Conſtitutione Vrbani, & nulla prorsùs eſt differentia inter Vnionem factam Seminario, ac Unionem factam Monaſterio, quò ad damnum, quod reſultat Cancellariæ; undè neſcio, excogitare, quod moderamen hic requirat Farratinus. Concludendum igitur, quindennia deberi ex quibuſvis Unionibus quibuſcumque Locis Piis &c. factis &c.* ſumma equidem ratione, ex quò Bullæ ſuper quindenniis editæ noluerunt in hac parte exactionis quindenniorum, rationem habere ad ſtudia, eaque in præjudicium Cameræ, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ, ejùſque Officialium, ſivè Annatiſtarum privilegiata aliquantulùm efficere, minorando, ſeu diminuendo

quin-

quindennia à Seminariis, vel Collegiis ſolvenda, ſed tàm ipſa Seminaria, quàm cætera
4 omnia Pia Loca, æqua lance ad quindennia obligata eſſe declararunt, undè quod ipſæ Conſti-
5 tutiones de quindenniis ſtatuentes non diſtinguunt, nec nos diſtinguere debemus, ac *textum in l.non diſtinguemus 32.ff.de recept.Arbitr.Barboſa axiom.136. n. 3. Munoz de Eſcobar de ratiocin. cap. 18.n.42. D. Advoc. Urſaya Inſtitution. Crimin. lib. 1. tit. 10. §. 4. n.209. & diſcept. Eccleſ. tom. 2. part. 1. diſc. 21. n.115. & part. 2. diſc.2. num. 39.* ac ſanè, ſi in hoc Pontifices ſibi, ſuæque Cameræ, ac Annatiſtis præjudicare vellent, exprimerent in eorum Conſtitutionibus, privilegium hujuſmodi exemptivum à quindenniis expreſsè indulgendo Seminariis, ſeu Collegiis, prout per Paulum V. excipitur à Regula revocatoria Unionum ob illarum ineffectuationem, Unio facta favore Seminariorum, ſeu
6 Collegiorum etiam ineffectuata, veluti habetur in *Regul.11. aliàs 12. hodiè 13. Cancellar. revocator. Union. in med. verſiculo non tamen*, ibi: *non tamen &c. pro fundatione, ſeu dotatione, augmento, vel conſervatione Collegiorum &c. factas, quæ ſuum non ſunt ſortitæ effectum &c.* et proſequitur *Valenzuel. Velazquez conſ. 22. n.50. in fin. cum nn. ſeqq. Turricell. de Union. Benefic. cap. 15. n. 24. cum ſeqq. Barboſa ad Sacr. Concil. Tridentin.ſeſſ.7. de Reformat.cap 6.n.2. & ſeſſ 23. de Reform.cap. 18. n. 40. verſic. Regulam, & de jur. Eccleſ lib.3. cap. 16. n. 66. ad fin. Corrad. in prax. benef. lib.2. cap. 15. n. 23. Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 28. n. 69. cum ſeqq. ac ſignanter n. 75. 181. & 182. & quæſt. 29. n. 15. cum ſeqq. Chokier ad dict.Regul.11. hodiè 13.Cancellar.n.14. 15. & 17 Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9.Cancellar. de Menſib.gloſ.5. §.7. n.47. Rota coram Peutinger. deciſ. 86. n. 14. & deciſ. 124. n. 12. quæ eſt deciſ. 281. num. 16. part. 9. recentior. tom 1. Dunozett. Jun. deciſ. 525. num. 6. tom. 2. Card. Cavaler. deciſ. 449. num. 2.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Collegio, ſivè Seminario unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem Collegii, ſivè Seminarii, quantumvis non exigentis taxam Conciliarem ex Beneficiis eidem deſtinatam à *Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 23. de Reformat.cap.18. antè med.verſic. ex fructibus*, reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 23. de Reformat. cap. 18. *cogit omnes Beneficiatos ad aliquam contributionem fructuum* Beneficiorum, *favore Seminarii.*
2 *Taxa Conciliaris per Clementem VIII. & Sacram Congregationem Concilii præſcripta fuit ad rationem quinque pro centenario.*
3 *Seminarium, cui unitum eſt Beneficium, aut reſervata Penſio, quantumvis non exigat taxam Conciliarem ex Beneficiis, non indè tamen remanet exemptum à quindennio.*
4 *Locus Pius, etiamſi exemptus à ſolutione taxæ Conciliaris, non cenſetur exemptus à ſolutione quindennii.*
5 *Quindennium prævalere debet taxæ Conciliari.*
6 *Annatiſtæ habent intentionem fundatam.*
7 *Seminarium pro taxa Conciliari habet legem ſcriptam.*
8 *Non eſt verum, quòd, uniendo* Beneficium, *vel reſervando perpetuam Penſionem Seminario non exigenti taxam Conciliarem, videatur correſpectivè, ac reciprocè remiſſum quindennium.*
9 *Unienti non eſt notum, an Seminarium exigat, necnè taxam Conciliarem.*
10 *Seminarium ſibi imputet, ſi non inſtetit pro taxa Conciliari.*
11 *Idem ſemper eſt in tempore inſtandi.*

CAPITULUM XLVI.

PRo intelligentia præmittendum, quòd *Sacrum Concilium Tridentinum*, quantum po- 1
tuit, promovere ſatagens laudabiles, ac juventuti neceſſarias Seminariorum introductiones, proindè providè, prudenterque cogit *ſeſſ. 23. de Reformat. cap.18. antè med. verſiculo ex fructibus*, omnes Beneficiatos ad aliquam contributionem fructuum ſuorum Beneficiorum, pro-
indè taxam Conciliarem nuncupatam, quæ per 2
Clementem VIII. & Sacram Congregationem Concilii præſcripta fuit ad rationem quinque pro centenario, *Frances de Eccleſ. Cathedral.cap. 28.n.412. & 415.* quia verò contingere poteſt, ex aliquo accidenti, quòd Seminarium taxam hujuſmodi non exigat, hocque quæſito colore ſe confovere prætendat in libertate non ſolvendi
quindennia, ideò firmatur in præſenti, quòd ex 3
Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Collegio, ſivè Seminario unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem Collegii, ſivè Seminarii, quantumvis non exigentis taxam Conciliarem ex Beneficiis eidem deſtinatam à *Sacro Concilio Tridentino ſeſſ.23. de Reformat. cap. 18. antè med. verſic. ex fructibus*, re-
ſervatis, etiam adhùc debentur quindennia: 4
ſicuti enim Locus Pius, quantumvis exemptus à ſolutione taxæ Conciliaris, non cenſetur exemptus à ſolutione quindennii, quod uti debitum
Cameræ Apoſtolicæ, prævalere debet taxæ Con- 5
ciliari debitæ Seminario, *Pacion. alleg civil. & Canonic. alleg.42. n.7.* ibi: *Quibus additur Quindennium Cancellariæ Apoſtolicæ débitum, quod pariter prævalet taxæ Seminarii, ut in ſimili de quarta fructuum, quæ ſolvitur Cameræ, reſolvit Sacra Congregatio relata per Barboſá in dict. cap.18. num. 14.* ità Seminarium, licet non exigat taxam Conciliarem, non indè tamen cenſetur exemptum à quindennio, quod ſemper præva-
lere debet taxæ Conciliari: immò Annatiſtæ 6
ſemper habent eorum intentionem fundatam, ac legem pro ſe in Conſtitutionibus Apoſtolicis de quindenniis loquentibus, in nihilum illis refragante accidentali, ac potiùs culpoſa omiſſione exactionis taxæ Conciliaris; aliàs ob negligen-

gligentiam, ac incuriam Seminarii non petentis ſibi fieri debitam contributionem, notabile irrogaretur præjudicium Annatiſtis, ſicque ex facto, & culpa, vel quaſi culpa aliena, vel ſaltem ſocordia, ſeu negligentia tertius remaneret propriis juribus defraudatus contrà omnem juſtitiam, præſertim, quando, ut in caſu, Semi-
7 narium ſemper eſt in tempore petendi hujuſmodi contributionem, cùm habeat pro ſe legem ſcriptam, quæ ſemper loquitur, nempè *Sacroſanctam Tridentinam Synodum ſeſſ. 23. de Reformatione cap. 18. antè med. verſiculo ex fructibus*.

8 Nec eſt verum, quòd, uniendo Beneficium, vel reſervando perpetuam Penſionem Seminario non exigenti taxam Conciliarem, videatur correſpectivè, ac reciprocè remiſſum quindennium, quaſi quòd propter defectum taxæ tàm Beneficium, quàm Annatiſtæ ſentiant magnam utilitatem in præjudicium Seminarii, ex quò illa cenſeatur ſemper majoris redditus, & iſti in conſequentiam exigunt in actu expeditionis Bullarum majorem ſummam pro media Annata, quàm exigere deberent; omiſſo, quòd non eſt credibile, Seminarium negligere voluiſſe exactionem Taxæ Conciliaris, præſertim in magna quantitate, niſi adſit præſumptio reciprocæ, ac mutuæ remiſſionis Quindenniorum, & Taxæ abſque alio adjecto; ſed recurrit reſponſio
9 ad objectum, quòd nempè unienti non eſt notum, an Seminarium exigat, nec nè Taxam Conciliarem, uti quid dependens à facto, & quando etiam id notum eſſet, non induceret in uniente mentem, ſeu intentionem condonandi, ac remittendi quindennium, cùm ſibi im-
10 putet Seminarium, ſi non inſtetit coram Ordinario loci pro contributione ad ſui favorem facienda, ſeu Taxa Conciliari in exequutionem providæ ſanctionis Sacri Concilii Tridentini, &
11 ſemper eſt in tempore inſtandi coram eodem ſuper obſervantia Decreti Conciliaris.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, ob augumentum Divini cultus, ſeu Fidei propagationem manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ob eandem cauſam ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Expenduntur Bullæ quindenniorum.*
2 *Omnes* Uniones *Beneficiorum principaliter tendunt in divini cultus incrementum.*
3 *Iterum expenduntur Bullæ quindenniorum.*
4 *Uniones ſemper cenſentur factæ ſine præjudicio* Annatæ, *& quindennii.*
5 *Per gratiam Unionis etiam pro divini cultus augumento, aut fidei propagatione, & conſervatione, intelligitur tantò minus datum, ac conceſſum.*
6 *Rejiciuntur* Vermigliol. conſ. 476. & 477. & Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 139.
7 *Non attenduntur* DD. *contrà quos fuit judicatum.*
8 *Doctrinæ Conſulentium ſunt ſuſpectæ.*
9 *Non eſt attendendum quid Conſulentes favore Clientum in Cauſa deduxerint, ſed quid Judices judicarunt.*
10 *Attendi non debet auctoritas Doctoris, contrà quem fuit judicatum.*
11 *Perpenditur* Card. de Luca de Regalib. diſcurſ. 162. num. 4.
12 *Affertur abſurdum, quod reſultaret, ſi ex Unione facta pro cultu divino non deberentur quindennia, & ad hunc effectum iterùm ponderantur Bullæ quindenniorum.*
13 *Ubi lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus.*
14 *Ratio quindenniorum conſiſtit in reparatione damni Annatiſtarum.*
15 *In conflictu duarum opinionum prævalere debet illa Judicis.*
16 *Uniones fieri ſolent cum cauſa.*
17 *Unio ſine cauſa non ſubſiſtit.*
18 *Etiam in Unione à Papa facienda ſolet præcedere cauſæ cognitio in Sacra Congregatione Concilii, aut Epiſcoporum, & Regularium.*
19 *Unio intelligitur facta ſalvis quindenniis, & ſine præjudicio tertii, ad quem effectum ponderantur Bullæ quindenniorum.*
20 *Dictio* penitùs *nullam admittit reſtrictionem, neque limitationem, ſed etiam non compræhendenda compræhendit.*
21 *Collegia, ſeu Seminaria, niſi doceant de privilegio poſteriori Bullis quindenniorum, non ſolvendi quindennia, ad illa tenentur.*
22 *Bullæ quindenniorum habent in ventre Clauſulas derogatorias.*
23 *Legi quindenniorum omninò ſtandum eſt, relictis ſubtilibus interpretationibus, ac ratiociniis.*
24 *Adducitur locus* Deutoronom. cap. 4. verſic. 2. & cap. 12. verſic. 32.
25 *Monitum* S. Auguſtin. de Vera Religione cap. 2.
26 *Effatum* Card. de Laurea in Epiſtola ad Lector. Canonum.
27 *Lex, quantumvis dura, ſervanda.*
28 *In Unionibus non ſolum conſideratur recognitio univerſalis dominii penès Papam, ſed etiam ipſa ſuſtentatio Papæ, & Cardinalium.*
29 *Uniones ſemper cenſentur factæ cum onere ſolvendi quindennia.*
30 *Non eſt credendum, Pontificem ſibi, Cameræ, & Cardinalibus præjudicare.*
31 *Imò proteſtatur, præjudicare non poſſe.*
32 *Omnia Collegia, & Seminaria, reliquàque ſimilia Pia Loca literaliter compræhenduntur in Bullis quindenniorum.*
33 *Bullæ quindenniorum, tamquàm generaliter loquentes, compræhendunt omnes caſus, quibus applicatur ratio in eiſdem Bullis expreſſa.*
34 *Ratio in lege expreſſa determinat omnes caſus ſub ratione compræhenſos, ad correctionem Juris communis.*
35 *Perpenduntur Bullæ quindenniorum.*
36 *Ratio, ſeu introductio quindenniorum in eo verſatur, nè Cameræ, & Annatiſtis, ob ceſſationem Annatæ, præjudicetur.*
37 *Camera, & Annatiſtis idem damnum ſentientibus ex Unionibus etiam in divini cultus augumentum, vel Fidei propagationem factis, ratio poſtulat,*

ſtulat, ut illæ etiam compræbendanaur] ſub Bullis quindenniorum.

38 *Vniones factæ Collegiis, ſeu Seminariis, continentur quoque ſub Bullis quindenniorum.*

39 *Collegia, ſeu Seminaria fundata ſunt ad augendum divinum cultum, & deſtinata ad Religionis incrementum.*

40 *Etiam Vniones authoritate Ordinaria factæ compræhenduntur ſub* Bullis *quindenniorum.*

41 *Vniones authoritate Ordinaria factæ, ſemper fiunt in augumentum cultus divini.*

42 *Augumentum cultus divini eſt cauſa, ob quam ſuſtineantur Vniones authoritate Ordinaria factæ.*

43 *Vniones factæ Cathedralibus, & Collegiatis, literaliter compræhenduntur ſub Bullis quindenniorum.*

44 *Vnio facta ob cultus divini augumentum, & Fidei propagationem, cenſetur ſemper excepta à Conſtitutionibus, quantumvis amplisſimè onera imponentibus.*

45 *Vniones factæ pro divini cultus augumento, & Fidei propagatione, non compræhenduntur ſub* Regula 13. Cancellar. revocat. Vnion.

46 *Declaratur* dicta Regula 13.

47 *Vniones in ſupra dictam cauſam factæ, contineri debent in Bullis quindenniorum.*

48 *Bullæ quindenniorum expreſsè excipiunt dumtaxat Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia, de tempore Vnionis, Curam, & Hoſpitalitatem habentia.*

49 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

50 *Sacra Religio Hieroſolymitana ad fidem propagandam inſtituta, defuncto Commendatario, tenetur ad annuam Penſionem favore alicujus reſervatam ſuper Commenda.*

51 *Reprobatur* Vermigliol. conſ. 477.

52 *Omnis Vnio fit pro commodiori ſuſtentatione, vel augumento cultus divini.*

CAPITULUM XLVII.

POteſt quandoque contingere, quòd uniantur Beneficia, vel reſerventur perpetuæ Penſiones pro manutentione Fabricæ alicujus Loci Pii, vel pro ſimili cauſa pia, & neceſſaria; ità, ut fructus Beneficiorum unitorum inſervituri ſint cultui divino, ſivè ejus augumento. Undè manus mortua (ut ità inquam) Beneficiata, ſeu Penſionaria, ſub colorato prætextu piæ cauſæ, prætendere præſumit ſubeſſe non debere ſolutioni quindennii: nihilominùs malum jus fovet, proindèque docemus, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, ob augumentum Divini cultus, ſeu Fidei propagationem manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ob eandem cauſam ad favorem manus mortuæ reſervatis,
1 etiam adhùc debentur quindennia: etenim in Bullis quindenniorum ſpecificè compræhenduntur Uniones factæ etiam pro Fabrica Loci Pii, quod procul dubio tendit ad cultum divinum, ut literaliter legitur in *Bulla 6. Pauli II.* §. 1. 2. 3. 4. & 5. *Bullar. nov. Roman. tom.* 1. ibi: Bene„ ficia Eccleſiaſtica &c. Fabricis &c. Apoſto„ lica auctoritate univimus, incorporavimus „ &c. Proptereaque &c. Beneficia unita hu„ juſmodi ampliùs nequaquam vacare ſperan„ tur &c. Nos &c. ſtatuimus &c. et declaramus, „ quòd omnia, & ſingula Monaſteria &c. „ Communia, & Minuta Servitia, atque alia „ jura debita, & conſueta, tàm ipſis Camer„ ræ, & Collegio, quàm Officialibus præfatis, „ reliqua verò Monaſteria &c. et Beneficia, ut „ præfertur, unita &c. Annatam, ſivè medios „ fructus unius anni in poſterum ſingulis XV. „ annis perpetuò ſequuturis, eidem Camera„ rio ſolvere teneantur, & debeant. Et quòd „ de omnibus Monaſteriis &c. et Beneficiis, ut „ præfertur, unitis &c. Communia, Minuta, „ & alia jura, ſeu Annatas, & medios fructus „ hujuſmodi ſolvere adſtringantur etiam ſin„ gulis annis XV. in futurum &c. *Bulla* 17. „ *Pauli IV.* §. 8. *eod. tom.* 1. ibi: omnes, & ſin„ gulas Uniones &c. de quibuſvis Monaſteriis „ &c. et Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Fabri„ cis &c. quæ ex eorum perpetuitate non va„ cant &c. perpetuò factas, & de cætero &c. „ perpetuò faciendas, ſub literis Pauli &c. „ compræhendi &c. Et propterea &c. ad ſolu„ tionem Communium, & Minutorum Servi„ tiorum, ac Annatarum, & aliorum jurium „ prædictorum, eiſdem Cameræ, Collegio, & „ Officialibus, ratione earundem Unionum „ &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam tene„ ri &c. et ad id &c. cogi &c. poſſe, nec non „ Monaſteria &c. et Beneficia unita hujuſmodi „ onus ſolutionis Communium, & Minutorum „ Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum ju„ rium ſemper habuiſſe, & ad præſens habere, *Bulla* 38. *S. Pii V.* §. 3. *eod.* Bullar. *tom.* 2. ibi: „ omnia, & ſingula Monaſteria &c. et alia quæ„ cumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. Fabricis „ &c. Apoſtolica auctoritate unita &c. ſub li„ teris Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum hu„ juſmodi compræhendi, & includi, & *Bulla* 50. *Clementis X.* §. 1. & 7. *eod. Bullar. tom. 6.* „ ibi: omnes, & ſingulas Uniones &c. de qui„ buſvis Monaſteriis &c. et Beneficiis Eccleſia„ ſticis &c. Fabricis &c. quæ ex eorum perpe„ tuitate non vacant &c. perpetuò factas, & „ de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis „ Pauli II. &c. includi &c. ſtatuimus &c. et de„ cernimus &c. utcumque &c. Quindennia, & „ alia jura ratione Penſionum perpetuarum &c. „ in favorem dictorum Locorum Piorum, ſeu „ illorum Fabricam &c. reſervatarum, & im„ poſterùm &c. reſervandarum &c. Cameræ „ Apoſtolicæ, & Collegio, & Officialibus „ prædictis perſolvere debeant, & teneantur &c. *repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I. V. VI. & XI.*

Imò omnes Vniones Beneficiorum principaliter tendunt in divini cultus incrementum, ac ſignanter illæ, quæ fiunt Capitulis Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum; ideò, ut ratio conſervationis divini cultus præſtet Ordinariis juſtam, rationabilem, ac neceſſariam cauſam Vnionis Beneficiorum eiſdem faciendam, *Turricell. de union. Benefic. cap.* 8. *n.* 26. *Rota coram Card. Cavaler. deciſ.* 403. *n.* 2. & *in recentior. deciſ.* 757. *n.* 4. *part.* 3. *deciſ.* 109. *n.* 5. *part.* 6. *deciſ.* 337. *n.* 24. *part.* 9. *tom.* 2. *deciſ.* 320. *n.* 8. *part.* 12. ſicuti etiam Seminaria inſtituta ex ſaluberima diſpoſitione *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.* 23. *de Reformat. cap.* 18. aliaque quamplura Collegia à Gregorio XIII. in quamplurimis mundi Partibus etiam infidelium erecta, atque 2

inter

inter cætera Collegium Germanicum, & Hun-
garicum S. Apollinaris, Collegium Græcum
S. Athanaſii, Collegium Anglicum Sanctiſſimæ
Trinitatis, & S. Thomæ Canturien., Collegium
Scotorum, Collegium Hibernorum, Collegium
Maronitarum Montis Lybani, & reliqua de
Urbe præcipuum finem, ac primarium ſcopum
habent conſervandæ, propagandæque Ortho-
doxæ Religionis, nec non ſupra omnia Colle-
gium Urbanum de Vrbe ab Urbano VIII. fun-
datum, & ratione peculiaris Inſtituti de Pro-
paganda Fide meritò nuncupatum.

Si igitur ex deductis ſub obligatione ſolvendi
quindennia comprætienduntur Beneficia unita
Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis, in qui-
bus profectò militat cultus divinus ob miniſtro-
rum ſervitium, prout Beneficia quoque unita
Seminariis, atque Collegiis, & nominatim Be-
3 neficia illis unita etiam auctoritate Ordinaria,
ut diſponit *Conſtitutio* 33. *Sixti V.* §. 2. *Bullar.
nov. Rom. tom.*2. ibi: *Nos attendentes, quòd tan-
tundem detrimenti, Cameræ, Collegio, & Officia-
libus præfatis ex Vnionibus, quæ ab Ordinariis
Locorum, & aliis fiunt, provenit, & propterea
æquum eſſe cenſentes, ut quod in Vnionibus per
Sedem Apoſtolicam factis obtinet, illud idem, &
fortiùs in Vnionibus per ipſos Ordinarios factis, &
faciendis obſervetur &c. ſtatuimus &c. et decla-
ramus, quòd Vniones &c. de quibuſcumque Bene-
ficiis Eccleſiaſticis &c. per quemcumque Loci Or-
dinarium &c. hactenùs factæ, & facienda &c.
ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c.
omninò comprahendantur &c. Conſtitutio* 18 *Vr-
bani VIII. in principio, juncto* §. 2. *eod. Bullar.
tom.* 5. & *Conſtitutio* 50 *Clementis X.* §. 4 & 5.
*tom.*6. *repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtolic. in or-
dine la VII. VIII. & XI.* utique fateri oportet,
comprætiendi etiam Beneficia unita in augu-
mentum divini cultus, & Catholicæ Religionis
propagationem, ac conſervationem. Equidem
deductorum ratio fortiſſima eſt, quòd, cùm
4 Vniones ſemper factæ cenſeantur ſine præjudicio
Annatæ, & quindennii in ejus locum ſubroga-
ti, ex *Rota coram Card. Seraphin. deciſ.* 1410. *per
tot. tom.*2. *repetit. poſt Tractat. int. Deciſion. Sacr.
5 Rot. Rom. in ordine la V.* per gratiam Vnionis
etiam pro divini cultus augumento, aut fidei
propagatione, & conſervatione, intelligitur
tanto minus datum, ac conceſſum ad tradita
per *Burſatt. conſil.* 126. *n.* 83. *vol.* 2. In nihilum
relevante fortiſſimo pietatis clypeo, & Reli-
gionis pallio, ad omnia cohoneſtanda afferri
ſolito, & quidem in ſuperlativo gradu, qualis
eſt divini cultus augumentatio, & conſervatio,
nec non fidei propagatio, puta in erectione Col-
legiorum pro Neophytis, ſivè pro Alumnis ad
Miſſiones Apoſtolicas inſtruendis, quæ omnia
divini cultus incrementum, & fidei propaga-
tionem reſpiciunt: quamobrem prima fronte
videretur, potiùs in caſu non deberi quinden-
nia, veluti in puris terminis Collegii Germani-
ci, & Hungarici S. Apollinaris de Vrbe tenet
Vermigliol. conſil. 476. *num.* 5. ibi: Minimè in
„ hac diſpoſitione comprætienduntur Vniones
„ concernentes Divinum cultum, Fideique pro-
„ pagationem &c. *num.* 6. ibi: in his quoque
„ terminis quindenniorum, ut exceptæ ſint ab
„ eis Vniones factæ ex cauſa dotationis, vel
„ augumenti dotis neceſſariæ pro ſuſtentatione
„ cultus Divini &c. et *num* 7. ibi: Et præſertim
„ cùm in dictis S. M. Gregorii Erectione, &
„ Vnione omnes Colleg i redditus deſtinaverit
„ pro alimentis Puerorum in Collegio retinen-
„ dorum; nam proprietas quoque hujus deſti-
„ nationis judicari debet exempta à quinden-
„ niorum ſolutione ex ipſorum alimentorum
„ privilegio &c. et *conſil* 477. *n.* 9. ibi: funda-
„ mentum autem pro Collegio deſumptum ra-
„ tione conceſſæ dictæ Vnionis ob augumentum
„ divini cultus nec &c. eliditur &c. et *num.* 10.
„ ibi: quia quando ſequitur diminutio cultus
„ divini, quælibet conceſſio potiùs eſt reſtrin-
„ genda &c. ac in ſpecie Collegiorum Græco-
rum, & Maronitarum de Vrbe *Card. de Luca de
Benefic. diſcurſ.* 139. *num.* 2. *propè fin in ſupple-
ment.* ibi: negare non poſſe videbatur, quin tal-
„ tem caſus eſſet dubius, an iſta ſpecies Vnio-
„ nis comprætienſa eſſet, nec nè ſub dictis Con-
„ ſtitutionibus, ac ſubjaceret hujuſmodi oneri
„ quindenniorum &c. *num.* 5. *in principio* ibi:
„ quòd autem hujuſmodi Vniones non eſſent
„ comprætienſæ, ideòque huic oneri non ſubja-
„ cerent, vel ſaltem id eſſet probabiliter dubium
„ &c. et in *fin.* §. *iſtam itaque rationem*, ibi:
„ iſtam itaque rationem exemptivam fortiùs
„ intrare dicebam in hac ſpecie, quoniam in
„ hujuſmodi Collegiis nullum eſt particulare
„ commodum illorum, qui illa regunt, & ad-
„ miniſtrant, vel aliorum, qui ex quadam præ-
„ rogativa ſint Collegiales, ità de neceſſariis
„ proviſi; adeò, ut dicatur cum eis exerceri
„ gratia, & liberalitas, ſed erecta ſunt pro bo-
„ no publico Religionis Catholicæ, ut in eis
„ inſtruantur Pueri, & Adoleſcentes Natio-
„ num, in quibus vigeant hæreſes, vel ſchyſma-
„ ta, & per conſequens Papa, & Sedes Apoſto-
„ lica gerere dicuntur directè, ac immediatè
„ negocium proprium, atque ad ejus commo-
„ dum potiùs, quàm aliorum privatorum ce-
„ dunt unitorum Beneficiorum fructus, & emo-
„ lumenta: quippè *Vermigiol.* ſcripſit tamquàm 6
Advocatus favore Collegii Germanici de Vrbe,
ſui Clientis, & *Card. de Luca* favore Collegio-
rum Græcorum, ac Maronitarum pariter de
Vrbe, atque uterque ſcribens ad opportunita-
tem Cauſæ, in Judicio ſuccubuit cum ſubſequu-
to effectu actualis ſolutionis quindennii, in qua
de præſenti Collegia præfata ſine ulla ulteriori
contradictione ſponte continuant, idèmque
Card. de Luca de Regalib. diſcurſ. 162. *n.*4. *in ſup-
plemento*, teſtatur, per Congregationem Par-
ticularem reſolutum fuiſſe contrà Collegia ejuſ-
modi, in verbis ibi: *Quod tamen reſpectu Vnio-
num, quæ factæ ſint, Puerorum, & Adoleſcen-
tum Collegiis, moderno tempore per Congregatio-
nem particulariter deputatam ſub Clemente Deci-
mo, in exequutionem ſuæ Conſtitutionis, vel Mo-
tus proprii, admiſſum non fuit*; undè ſubintrat
regula, quòd attendenda non ſit auctoritas Do- 7
ctorum Conſulentium, contrà quos fuit poſteà
judicatum, idem *Card. de Luca de ſucceſſion. di-
ſcurſu* 16. *n.* 14. *in fin. Boſch. poſt eund. Card. de
Luca de feud. in controverſ. artic.* 3. *n.* 138. *cum
ſeqq.* præterquamquòd doctrinæ Conſulentium 8
ſunt ſuſpectæ, ac periculoſæ, facilè à propriæ
opinionis affectione, frequentèrque offuſcari,
ſeu faſcinari conſueto intellectu; quapropter
non omninò ſincerum, ac illibatum præſumen-
dum

dum eſt judicium Advocatorum (contrà me ipſum loquor) ut præſumendum eſt illud Judicum ſolum Deum præ oculis habentium, præſertim in caſu ſuccumbentium eorundem Conſulentium, *Card. de Luca de Camb. diſc.*31.*n.*11. *de fideicommiſſ. diſc.*27. *num.*2. 9. & 17. *diſc.*68. *n.* 11. *verſic. reflectendo*, *diſc.* 88. *n.*8. *diſc.* 209. *n.* 3. & *diſc.* 216. *n.*5. *cum ſeqq. de feud. diſc.*53. *ſub n.*5. & *diſc.*127. *n.* 31. *de donat. diſc.*19. *n.*10. *de dot. diſc.* 166. *n.*37. *de credit. diſc.* 154. *n.*13. *de teſtam. diſc.*5. *n.*8. & *diſc.*53. *n.*7. *de uſur. diſc.*22. *n.*3. & *de feud. diſc.*1. *n.*14. & *diſc.*104. *num.*13. *Boſch. poſt eundem Card. de Luca in controverſ. artic.* 3. *n.* 135. prout æquè ſubintrat alia regu-
9 la, quòd non eſt attendendum quid Conſulentes favore Clientum in Cauſa deduxerint, ſed id, quod Judices in contradictorio Judicio, auditis Partibus judicarunt, veluti monet idem *Card. de Luca de feud. diſcurſ.* 127. *ſub n.* 31. *de teſtament. diſcurſ.* 90. *n.* 12. *de uſur. diſcurſ.* 22. *n.* 3. *de alienat. diſcurſ.* 25. *n.* 13. & *de ſucceſſion. diſcurſ.* 16. *n.*14. *in fin.* & *n.*15. ex viva ratione,
10 quod attendi non debeat auctoritas Doctoris, contrà quem fuit judicatum, *Card. de Luca de teſtament. diſcurſ.*5. *n.* 8. & *diſcurſ.*53. *n.*7. *Boſch. poſt eund. Card. de Luca de feud. in controverſ. artic.*3. *n.* 138. *cum ſeqq.* Ultraquamquòd *Card.*
11 *de Luca*, in ſe reverſus, candidè fatetur, contrarium extitiſſe reſolutum, *de Regalib. diſcurſ.* 162. *n.* 4. ut ſuprà notavimus *n.*6. *in med. verſic. idèmque Card. de Luca*.

12 Aliàs Capitula Cathedralium, aut Collegiatarum Eccleſiarum, quibus uniuntur Beneficia, non tenerentur ſolvere quindennia, cùm Capitula ejuſmodi juxta eorum pia Inſtituta conſiſtentia in Dei ſervitio ob Chori frequentiam ad Divinas laudes peragendas, unicè, ac primariò dirigant ſuas operationes erga cultum divinum, mediante, ut inſinuavi, ſervitio Canonicorum in Choro laudes Altiſſimo decantantium; & tamen ſub Bullis quindenniorum literaliter compræhenduntur Capitula ad per nos ſuprà *Cap. XLIII.* fusè cumulata.

Minoris relevantiæ eſt ſpecioſum objectum, quòd Unio facta Collegiis, redoleat cauſam ſalubrium, ac piorum operum, quibus incumbunt Collegiales, & conſequenter contempletur cultus divini augumentum, quod deberet eſſe privilegiatum, imò privilegiatiſſimum; etenim Summi Pontifices optimè ſciebant, quòd etiam Uniones factæ Seminariis Adoleſcentum, præſertim ab Ordinariis Locorum, unicè, ac principaliter tendunt ad augumentum Religionis, & divini cultus ex diſpoſitione *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *de Reformat.* Imò omnes Religiones, tótque ſucceſſiva Collegia erecta per Gregorium XIII. potiſſimùm in Urbe, fuerunt inſtituta ad hunc præciſum, ac peculiarem finem augumenti cultus divini, & propagationis fidei: quamobrem, ſi compræhenderunt ſub Bullis quindenniorum Uniones factas, & faciendas Religionibus, Collegiis, & Seminariis, pernec ſsè dicendum eſt, voluiſſe compræhendere etiam Vniones, & applicationes fructuum beneficialium factas pro augumento divini cultus, & Religionis; exuberante nobis regula ge-
13 nerali, quòd, dum Conſtitutiones non diſtinguunt ſpecies Vnionum, & applicationum, ſed generaliter, imò generaliſſimè loquuntur, neque nos diſtinguere debemus, *l. non diſtinguemus* 32. *ff. de recept. arbitr. l.*1. §. *generaliter* 1. *ff. de legat. præſtand. Gonzalez ad Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancellar. reſervator. Menſ. gloſſ.* 9. §. 2. *n.*3. *Fagnan. in cap. ſiquis Presbyter* 2. *n.*6. *de Cleric. excommunicat. miniſtrant.* longèque magis cùm ratio fun- 14
damentalis quindenniorum conſiſtat in reparatione damni Annatiſtarum provenientis ex amiſſione Annatarum ob ceſſationem vacationis Beneficiorum unitorum, quæ ratio æquè militat, ſivè Vnio, & applicatio fiat pro alimentis miniſtrorum alicujus Loci Pii, ac pro augumento divini cultus, ſivè aliter, ut optimè ponderat *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. n.* 23. *in principio*, *verſiculo & nulla prorſus*, ibi: *& nulla prorſus eſt differentia inter Unionem factam Seminario, ac Unionem factam Monaſterio, quò ad damnum, quod reſultat Cancellariæ &c.*

Vndè mirum in modum retorquetur doctrina *Vermigliol. conſil.* 476. & 477. quem ſuprà refellimus *num.* 6. ipſe namque ſcripſit uti Advocatus pro Collegio Germanico Vrbis, cujus Cauſa in plena Camera propoſita, pro Annatiſtis reſoluta fuit contrà ea, quæ ſcripſerat *Vermigliol.* Ideòque in conflictu duarum opinionum 15
in præciſo caſu Vnionis factæ pro alimentis, proque augumento divini cultus, potius prævalere debet illa Judicis, potiſſimùm Supremi Tribunalis, quàm illa Advocati opportunitati Cauſæ magis, quàm veritati inſervientis, *Card. de Luca de uſur. diſcurſ.* 22. *n.* 3. *de feud. diſcurſ.* 127. *ſub num.* 31. & *de teſtament. diſcurſ.* 90. *ſub num.* 12.

Adaugetur inſuper inſubſiſtentia contrariæ opinionis ex eo, quòd Vniones ſemper fieri aſ- 16
ſolent cum cauſa, imò taliter fieri debent, præcipuè illæ ab Ordinariis Locorum factæ, *Turricell. de Vnion. Benefic. cap.* 7. *n.* 10. & 11. *Corrad. prax. benefic. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 89. *cap.* 5. *n.*26. & 27. & *cap.* 15. *n.* 55. & 76. *Rota coram Dunozett. Jun. deciſ.* 584. *n.* 12. *tom.* 2. *Bich. deciſ.* 152. *n.* 6. *tom.* 1. ſicque, quantumvis ex urgentiſſimis cauſis ad majorem Dei gloriam, & ſervitium tendentibus factæ eſſent Vniones Beneficiorum, ſemper procul dubio compræhenderentur ſub Conſtitutionibus Apoſtolicis de quindenniis loquentibus; nè aliàs admiſſis cauſis redderentur fruſtratoriæ Conſtitutiones Summorum Pontificum, quod ex vulgatis non eſt aſſerendum, & tamen quindennia paſſim ſolvuntur ab innumeris Collegiis, & Seminariis in augumentum cultus divini, & fidei propagationem inſtitutis, & quidem non niſi vigore Conſtitutionum Pontificiarum ſuper materia quindenniorum emanatarum, in quibus nullus omninò Locus Pius legitur exceptus; ità, ut verba Bullarum quindenniorum adeò effrænata includant quamcumque cauſam piam, imò piiſſimam ex traditis per *Barboſ. de diction. diction.* 210. *n.*2. Non omiſſo quod adeò verum eſt, Vnionem fieri ſolere cum cauſa, ut illa ſine cau- 17
ſa corruat, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 15. §. 4. *num.*7. *Garz. de Benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 113. *cum ſeqq. Corrad. prax. benefic. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 44. & 75. undè fit, quòd etiam in Vnio- 18
ne à Papa facienda debeat priùs præcedere cauſæ cognitio in Sacra Congregatione Concilii, aut Epiſcoporum, & Regularium, quamvis Papa

pa

pa pro ſuæ voluntatis libito uti Dominus abſo-
lutus Beneficiorum unire, vel diſmembrare va-
leat etiam ſine cauſa. *Corrad in prax. benefic.
lib. 2 cap. 3. n. 90. cum ſeqq. Rota coram Coccin.
deciſ. 721. n. 7. & in recentior. deciſ. 817. n. 13.
part. 18. tom. 2.*

Ejuſdem irrelevantiæ eſt objectum, quòd,
cùm ex præſtatione quindenniorum ſequatur
notabilis diminutio cultus divini ob indè red-
ditus diminutos, quælibet conceſſio eſt potius
reſtringenda, veluti arguit *Vermigliol prælaudat.
conſil. 477. n. 10.* quippè in materia quindennio-
rum agitur de præjudicio tertii ob Annatas Of-
ficialibus ex titulo oneroſo conceſſas, proindè-
que non intelligitur tertio jus ſublatum per
Unionem in augumentum cultus divini factam;
19 itá, ut potiùs Unio facta intelligatur ſalvis
quindenniis, nè tertio Officium ementi præjudi-
cetur, veluti expreſsè declaratum legitur in
Bullis quindenniorum, ac ſignanter in *Bulla 6.
Pauli II. in principio, juncto §. 2. & 3. Bullar.
nov. Rom. tom. 1.* ibi: Decet &c. quòd &c. con-
,, ceſſa, in Cameræ Apoſtolicæ, vel aliis præ-
,, judicium non redundent &c. cùmque pro-
,, ptereà Camera Apoſtolica, nec non &c.
,, S. R. E. Cardinalium Collegium, & Sedis
,, Apoſtolicæ Officiales detrimentum non mo-
,, dicum patiantur. Nos, quorum intereſt,
,, eorundem Cameræ, Collegii, & Officia-
,, lium indemnitati proſpicere &c. *Bulla 20. Ju-
lii III. in principio, juncto §. 5. eod. tom. 1.* ibi:
,, Cupientes Cameræ Apoſtolicæ &c. et Colle-
,, gii &c. S. R. E. Cardinalium, ac Officialium
,, Sedis Apoſtolicæ indemnitati conſulere, &
,, eorum jura, ut tenemur, illæſa præſervare
,, &c. in &c. Cameræ, ac Collegii Cardina-
,, lium, & Officialium detrimentum &c. *Bul-
la 11. Pauli IV. in principio, eod. tom. 1.* ibi: nos
,, admonent, & cogunt, ut indemnitati ipſius
,, Cameræ &c. diligenter intendamus, & *Bul-
la 17. ejuſdem Pauli IV. in principio, juncto §. 8.
eod. tom. 1.* ibi: Decens eſſe cenſemus, & æquum,
,, ut &c. Cameræ noſtræ Apoſtolicæ jura non
,, negligamus &c. Nos conſiderantes, præfa-
,, tum Eugenium &c. Collegio Cardinalium,
,, & Officialium &c. præjudicare non potuiſ-
,, ſe, & propterea jus noſtrum, & Collegii, ac
,, Officialium &c illæſum remanſiſſe, & rema-
,, nere &c. *Bulla 38. S. Pii V. §. 3. in principio,
eod. Bullar. tom. 2.* ibi: nè Camera prædicta ex
,, &c. Vnionibus &c. detrimentum aliquod pa-
,, teretur. Volentes Cameræ noſtræ Apoſtoli-
,, cæ, ac &c. S.R.E. Cardinalium, nec non &c.
,, Officialium Participantium jura præſervare,
,, illorùmque indemnitati conſulere &c. *Bul-
la 33. Sixti V. in principio, juncto §. 2. eod tom. 2.*
,, ibi: Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, & Collegii
,, &c. S.R.E. Cardinalium, & Officialium &c.
,, indemnitati, prout tenemur, conſulere, &
,, eorum jura illæſa præſervare volentes &c. ut
,, propterea damnum ex hoc Cameræ Apoſto-
,, licæ, & Collegio Cardinalium, et &c. Offi-
,, cialibus prædictis emergens ſarciatur &c. *Bul-
la 18. Vrbani VIII. in principio, juncto §. 1. eod.
Bullar. tom. 5.* ibi: nè Cameræ prædictæ ex &c.
,, Vnionibus &c. detrimentum aliquod indu-
,, ceretur. Volens propterea dictæ Cameræ, ac
,, &c. S. R. E. Cardinalium Collegio, nec non
,, &c. Officialibus &c. Participantibus jura
,, præſervare, illorùmque indemnitati conſule-
,, re &c. volentes igitur, tàm Cameræ noſtræ
,, Apoſtolicæ, quàm &c. S. R. E. Cardinalium
,, Collegio, ac &c. Officialibus &c. conſulere
,, &c. et *Bulla 50. Clementis X. in principio, jun-
cto §. 1. 3. & 5. in principio, eod. Bullar. tom. 6.*
,, ibi: Cameræ Apoſtolicæ, & Collegii &c.
,, S.R.E. Cardinalium, ac &c. Officialium &c.
,, Participantium indemnitati conſulere, im-
,, mo illorum jura manutenere, nec non illo-
,, rum damnis &c. obviare cupientibus &c. Col-
,, legio Cardinalium hujuſmodi, & Officiali-
,, bus &c. præjudicare non potuiſſe &c. nè Ca-
,, meræ prædictæ ex &c. Vnionibus &c. detri-
,, mentum aliquod induceretur, volens propte-
,, reà prædictæ Cameræ, & eorundem Cardi-
,, nalium Collegio, nec non &c. Officialibus
,, &c. Participantibus jura præſervare, illorum-
,, que indemnitati conſulere invigilans &c. vo-
,, lens propterea tàm Cameræ prædictæ, quàm
,, eorundem Cardinalium Collegio, ac Officia-
,, libus &c. Participantibus conſulere &c. *repet.
poſt Tract. int. Conſt Apoſt. in ordine la I. III IV.
V. VI. VII. VIII. & XI.* & proſequuntur *Amay-
den. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn.
n. 20 in fin. & n. 21. in principio, Card de Luca
de Benefic diſcurſ. 89. n. 3. & 14. cum aliis per
Adden. ad Rot. deciſ. 217. n. 32. cùm ſeqq. part. 9.
recentior. tom 1. ubi n. 34.* firmatur, quòd Papa
non cenſetur præjudicare juri tertii, etiamſi gra-
tia facta ſit ob publicam utilitatem.

Omiſſo, quòd Conſtitutiones Apoſtolicæ
nulla penitùs Loca Pia excepturiant à ſolutione
quindenniorum, proindèque ob generalitatem
includant etiam illa, quibus facta fuerit Vnio
ob augumentum cultus divini, ſignanter juxta
*Conſtitutionem 50. Clementis X §. 6. in fin. Bullar.
nov. Rom tom 6. repet. poſt Tract int Conſtitution.
Apoſtol in ordine la XI.* ibi: *nullis penitùs exclu-
ſis &c.* ſtante præſertim myſterioſa, valdèque
operativa illa dictione *penitùs*, quæ nullam ad- 20
mittit reſtrictionem, neque limitationem, ſed
etiam non compræhendenda compræhendit ad
tradita per *Barboſ de diction. dict. 149 n. 1. cum
ſeqq.* cumque omnia Collegia, ſeu Seminaria
non ad alium finem inſtituantur, niſi, ut ibidem
alantur Pueri, & Adoleſcentes ſcientiis erudien-
di pro ſervitio Eccleſiæ, perque conſequens pro
augumento cultus divini, ut de ſe patet, atten-
to unico, ac peculiari Inſtituto enixè directo
ad Religionem propagandam, bonáſque Artes
addiſcendas; attamen, niſi expreſsè doceant 21
de individuo privilegio poſt Bullas quindennio-
rum obtento, non ſolvendi quindennia, procul
dubio ab illis exceptuata, ſeu exempta nequa-
quam prædicantur ob nullorum Locorum Pio-
rum exceptuationem in Bullis quindenniorum,
*Capon. controv. forenſ. 32. n. 12. Amayden de ſtyl.
Datar. lib. 1. cap. 18 § 4. de quindenn num 23.*
adeò, ut, quantumvis Collegia exhiberent pri-
vilegium exemptivum à quindenniis, ſi illud eſ-
ſet poſterius Conſtitutionibus Apoſtolicis ſuper
materia quindenniorum editis, profectò non
ſuffragaretur Collegiis, tamquam revocatum 22
per ipſaſmet Bullas quindenniorum habentes in
ventre ampliſſimas, ac effrænatiſſimas clauſu-
las derogatorias, veluti legere eſt in *Bulla 20.
Julii III. §. 6. in fin. Bullar. nov. Rom. tom 1.* ibi:
,, eaque omnia ad quaſcumque tàm Seculares,
quàm

,, quàm Regulares Virorum, & mulierum
,, Congregationes quantumvis privilegiatas, &
,, exemptas &c. extendimus, & ampliamus,
Bulla 17. *Pauli IV.* §. 11. *eod. tom.* 1. ibi: & tàm
,, Virorum, quàm mulierum Sæculares, &
,, quorumvis etiam exemptorum Ordinum Re-
,, gulares Congregationes, & Collegia &c. et
,, alia Pia Loca &c. omnia, & ſingula &c. Be-
,, neficia Eccleſiaſtica, quæ poſſident &c. no-
,, tificaſſe, & intimaſſe debeant, & ad id &c.
,, cogi, & compelli poſſint ,, *Bulla* 38. *S. Pii V.*
§. 3. *in fin.* §. 4. *&* 7. *eod. Bullar. tom.* 2. ibi ,, quæ-
,, cumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. Collegiis
,, &c. utriuſque ſexus perſonarum Piis Locis,
,, quantumvis privilegiatis, et exemptis &c.
,, Apoſtolica auctoritate unita &c. ſub literis
,, Pauli II. et aliorum Prædeceſſorum hujuſmo-
,, di compræhendi, et includi, Congregatio-
,, nes &c. Collegia &c. quantumcumque &c.
,, exemptæ, et privilegiatæ exiſtant &c. dum-
,, modo &c. Beneficia ipſa poſſideant, ad ſo-
,, lutionem Communium, Annatarum, et alio-
,, rum jurium prædictorum eidem Cameræ &c.
,, ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c.
,, faciendam teneri &c. Non obſtantibus &c.
,, Privilegiis, exemptionibus, indultis, et li-
,, teris Apoſtolicis &c. Piis Locis prædictis,
,, ſub quibuſcumque tenoribus &c. conceſſis
,, &c. ,, *Bulla* 33. *Sixti V.* § 2. *in fin. &* §. 5. *eod.*
tom. 2. ibi ,, Congregationes &c. Collegia,
,, Seminaria &c. et Pia Loca hujuſmodi &c.
,, quantumcumque exemptæ, et privilegiatæ
,, exiſtant &c. ad ſolutionem quindenniorum
,, præfatorum eidem Cameræ, ac Collegio, et
,, Officialibus, ratione Unionum &c. ſingulis
,, XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad
,, id &c. cogi &c. poſſe. Non obſtantibus &c.
,, Privilegiis, exemptionibus, indultis, et li-
,, teris Apoſtolicis &c. Collegiis, Semina-
,, riis &c. et aliis Piis Locis præfatis, ſub qui-
,, buſcumque tenoribus &c. conceſſis &c. ,,
Bulla 18. *Urbani VIII. in principio, juncto* §. 4.
eod. Bullar. tom. 5. ibi ,, omnia, et ſingula &c.
,, Collegia &c. in quorum favorem &c. quæ-
,, cumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. et
,, illorum Uniones eis factæ reperirentur, quan-
,, tumcumque exempta, et privilegiata exiſte-
,, rent &c. dummodò &c. Beneficia ipſa poſſi-
,, derent, ad ſolutionem Communium, Anna-
,, tarum, et aliorum jurium prædictorum
,, eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus,
,, ratione Unionum &c. prædictarum ſingulis
,, XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad
,, id &c. cogi, et compelli poſſe decrevit, et
,, declaravit &c. Non obſtantibus &c. Privile-
,, giis, Exemptionibus, Indultis, et literis
,, Apoſtolicis &c. Collegiis, Seminariis &c. et
,, aliis Piis Locis præfatis, ſub quibuſcumque
,, tenoribus &c. conceſſis &c. ,, *&* *Bulla* 50.
Clementis X. § 1. 3 6. 7. *&* 14. *eod Bullar.*
tom 6. ibi ,, omnes, et ſingulas Uniones &c.
,, de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c.
,, quibuſcumque &c. Collegiis &c. etiam illis à
,, ſolutione hujuſmodi exemptionem habere
,, præſumentibus &c. perpetuò factas, et de
,, cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis
,, Pauli II. &c. includi &c. omnia, et ſingu-
,, la &c. Collegia &c. in quorum favorem &c.
,, quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c.
,, exiſterent, et illorum Uniones eis factæ repe-
,, rirentur, quantumcumque exempta, et pri-
,, vilegiata exiſterent &c. dummodò &c. Bene-
,, ficia ipſa poſſiderent, ad ſolutionem Com-
,, munium, et Annatarum, et aliorum jurium
,, prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et
,, Officialibus, ratione Unionum &c. prædi-
,, ctarum ſingulis XV. annis &c. faciendam
,, teneri &c. et ad id &c. cogi &c. poſſe decre-
,, vit, et declaravit &c. Cùm autem &c. ſub
,, literis prædictis minimè compræhendi con-
,, tendant, et proptereà, ac forſan aliis frivolis
,, prætextibus, Communia, Minuta Servitia,
,, Annatas, et alia jura Cameræ, et Collegio,
,, ac Officialibus prædictis, ratione Unio-
,, num &c. debita &c. perſolvere recuſent, Nos
,, verò &c. omnia, et ſingula privilegia, im-
,, munitates, et exemptiones per quoſcumque
,, Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros
,, quibuſvis &c. ratione ſolutionis Commu-
,, nium, Quindenniorum, aliorùmque jurium
,, prædictorum, Cameræ, Collegio, et Offi-
,, cialibus prædictis faciendæ, hactenùs quo-
,, modolibet conceſſa revocantes, et annullan-
,, tes, revocataque, et annullata ex nunc eſſe,
,, et fore decernentes, quaſcumque &c. literas
,, eorundem Pauli IV. et Pii, ac Sixti V. atque
,, Urbani VIII. nec non quorumcumque alio-
,, rum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum
,, noſtrorum ſuper ſolutione Annatarum, Com-
,, munium, Quindenniorum, et aliorum ju-
,, rium &c. editas, confirmatas, et innovatas,
,, cum omnibus Clauſulis, Decretis, deroga-
,, tionibus &c. approbamus, et confirma-
,, mus &c. omnia, et ſingula in contrarium
,, diſpoſita, tanquàm nulla, et irrita revocan-
,, tes &c. Non obſtantibus &c. Privilegiis quo-
,, que, indultis, et literis Apoſtolicis &c. ſub
,, quibuſcumque tenoribus &c. conceſſis &c.
,, Quibus omnibus &c. ſpecialiter, et expreſsè
,, Motu pari derogantes &c. cum Clauſulis op-
,, portunis ,, *repet. poſt Tract int. Conſt. Apoſt.*
in ordine la III. V. VI. VII. VIII. *&* XI.

Immò Collegiis pro augumento cultus divini, & fidei propagatione inſtitutis nequidem opitularetur privilegium (ut ità inquam) virtuale, ſeu generale, nullam faciens individuam mentionem exemptionis quindenniorum; dum enim habemus legem ſpecialem de quindenniis diſponentem, undique claram, ac indubitatam, minimè inſerviunt extraneæ, ideales, ſubtiles, magiſque Cathedræ, quàm foro accommodatæ interpretationes, & inutilia ratiocinia; ſed legi 23
prædictæ quindenniorum omninò ſtandum eſt, ad notorium textum in *l. ille, aut ille* 25. *ff. de legat.* 3. *Card. de Luca de Regalib. diſc.* 81. *num.* 26. *& de Matrimon. diſc.* 3. *num.* 4. *Tiraquell. de retract. lignag.* § 1. *gloſ.* 13. *n.* 3 *Gratian. diſc.* 74. *nu.* 17. *&* 18. *Rot. in recentior. deciſ.* 413 *n.* 15. *part.* 12. ibi: *ceſſat omnis diſputatio, cùm teneamus caſum legis &c.* adeò, ut lex ſemper ſervanda ſit ad pedem literæ, prout jacet, nec tergiverſanda additionibus, aut diminutionibus, veluti de lege divina dicitur *Deutoronom.* 24
cap. 4. *verſiculo* 2. ibi: *Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: cuſtodite mandata Domini Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis &c. ubi à Lapid. in med.* §. *Dico ergo*, ibi: *ſenſus hujus loci eſt, quaſi dicat, ad præcepta*

 mea,

*mea, quæ ego hoc capite, & ſequentibus præce-
pturus ſum vobis &c. non addetis aliquid, ſcilicet
eis repugnans, & contrarium &c. præcipit Deus,
ut ſua lex integrè ſervetur, ut nihil ex ea adden-
do, vel minuendo vitietur, aut mutiletur; ſed tota
ſarta tecta maneat, & obſervetur & propè fin.*
§. *Itaque*, ibi: *Non vult dicere, non ſervabitis
aliud, quàm id, quòd nunc præcipio, ſed in hoc,
quod præcipio, nihil mutabitis, addendo, vel mi-
nuendo, ſed integrè facietis, ut jubeo, & non ali-
ter &c. & cap.* 12. *verſiculo* 32. ibi: *Quod præ-
cipio tibi, hoc tantùm facito Domino: nec addas
quidquam, nec minuas*: undè intrat celebre mo-
25 nitum *S. Auguſtini de vera Religione cap.* 2 re-
latum in *cap. in iſtis* 3. *diſtinct* 4. ibi: *cùm fue-
rint inſtitutæ &c.* (loquitur de legibus) *non
licebit &c. de ipſis judicare, ſed ſecundùm ipſas*,
& proſequitur *D. Advoc Urſaya diſc. Eccleſ.
tom.* 2. *part.* 2. *diſc.* 37. *num.* 35. *cum ſeqq. &
tom.* 3. *part.* 1. *diſc.* 29. *num.* 70. ad quod valdè
26 confert effatum *Card de Lauræa in Epiſtola ad
Lectorem Epitom. Sacror. Canonum*, ibi: *nec am-
pliùs ad Amuſſim lapidem, juxta Philoſophi præ-
ceptum, ſed ad lapidem Amuſſim aptare conten-
dimus, non inquam legi voluntatem ſubjicimus,
ſed legem ipſam ad voluntatem trahere non formi-*
27 *damus &c.* immò lex, quantumvis dura, ſer-
vanda eſt, *l. proſpexit* 12. §. 1. *in fin. ff. qui, &
à quib. manumiſſi, liberi non fiunt*, ibi: *quod qui-
dem perquàm durum eſt: ſed ità lex ſcripta eſt,
Barboſa axiom.* 136 *n.* 10. *Cened. quæſt. Canonic.
& Civil. quæſt.* 2. *num* 9. *in principio, Rubeus in
annot. ad dec.* 460. *num.* 138. *part.* 4. *recentior.
tom.* 2. *& ad dec.* 67. *num.* 32 *cum ſeqq. part.* 9.
tom. 1. *Rota dec.* 172. *num* 59. *cum ſeqq. part.* 6.
dec. 378. *num.* 18. *cum ſeqq. part.* 18. *tom.* 1. *Man-
tiſſ. ad Card. de Luca dec.* 38. *nu.* 70. *de teſtament.
lib.* 9. *vol.* 3.
28 His accedit, quòd in Beneficiorum Unioni-
bus non ſolùm conſideratur recognitio univer-
ſalis dominii penès Papam uti abſolutum Do-
minum Beneficiorum, ſed etiam ipſa ſuſtentatio
Papæ, & Cardinalium publicæ inſervientium
utilitati ad commodum univerſalis Eccleſiæ,
juxta *Bullam* 17. *Pauli IV.* §. 1. *Bullar. nov.
Rom. tom.* 1. *Bullam* 38. *S. Pii V.* §. 3. *in principio,
eod. Bull. tom* 2. *Bullam* 18. *Urbani VIII. in prin-
cipio, eod. Bullar. tom.* 5. *Bullam* 50. *Clementis X.*
§. 3. *in principio, &* §. 10. *in principio, eod. Bullar.
tom.* 6. *repetit. poſt Tractat. int. Conſtitution. Apo-
ſtolic. in ordine la* V. VI. VIII. *&* XI. ibi: *provi-
dè conſiderans, quòd Annatarum, Communium,
& aliorum jurium Cameræ Apoſtolicæ debitorum
exactio in recognitionem univerſalis dominii in-
troducta, eſſet antiquiſſima &c. nec non, ut &c.
S. R. E. Cardinales &c. qui illius honorabilia
membra &c. exiſtunt &c. ſtatum illorum juxta
Cardinalatus ſublimitatem decentiùs tenere, et
expenſarum onera, quæ eos jugiter de neceſſitate
ſubire oportet, faciliùs perferre valeant &c. et
Bullam S. M. Clementis XI.* 16. *Maji* 1705. edi-
tam, *in principio, repetit. poſt Tractat. int. Conſt.
Apoſtol. in ordine la XV.* ibi: *Cùm nihil tàm
exploratum ſit, quàm &c. deberi Romano Ponti-
fici in recognitionem dominii univerſalis, ipſi com-
petentis in omnibus Bonis Deo, et Eccleſiæ dicatis,
tùm pro congrua dignitatis, quam gerit tamquàm
viſibile caput Eccleſiæ, ſubſtentatione &c.* & no-
tat *Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 139. *n.* 2. *cum
ſeqq.* qua de cauſa Uniones ſemper cenſeri de- 29
bent factæ cum iſto onere, ſolvendi nempè quin-
dennia, & non eſt credendum, Summum Pon- 30
tificem voluiſſe ſibi, ſuæque Cameræ, & Sacro
Cardinalium Collegio intereſſe habentibus cum
tractu ſucceſſivo, præiudicare, *Gabriel. con-
ſil.* 197. *num.* 5. *et* 6. *lib.* 1. *Rota in recentior. dec.* 4.
num. 4. *part.* 8. quando potiùs idem Pontifex 31
proteſtatur, ſe præiudicare non potuiſſe, veluti
literaliter legitur in *Bulla* 17. *Pauli IV.* §. 8. *in
principio*, *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi: *nos con-
ſiderantes, præfatum Eugenium &c. Collegio Car-
dinalium et Officialium &c. præjudicare non po-
tuiſſe, et propterea jus noſtrum, et Collegii, ac
Officialium &c. illæſum remanſiſſe, et remanere &c.
et Bulla* 50 *Clementis X.* §. 1. *in principio, eod.
Bullar. tom.* 6. ibi: *Romanis Pontificibus, et per
conſequens Collegio Cardinalium hujuſmodi, et Of-
ficialibus &c. præjudicare non potuiſſet &c. repet.
poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la* V. *&*
XI. ac obſervat *Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 89.
num. 14. ibi: *quinimò quòd neque poſitivè geſta
per ipſoſmet Prædeceſſores Pontifices attendi de-
beant, ac præjudicare poſſint in hac materia quin-
denniorum &c.*
Longè minùs faceſſit, quòd, ſi ſingulis XV. an-
nis ſolvendum eſt quindennium etiam pro Bene-
ficiis unitis ob augumentum cultus divini, manus
mortua non haberet ſingulis annis tot, eoſdèm-
que fructus ſibi aſſignatos in augumentum cul-
tus divini, ſed pernecceſſe ſingulis annis illos
haberet pauciores; ſicque potiùs diminueretur,
quam augeretur cultus divinus contra mentem
unientis, cum notabili damno manus mortuæ
ob tractum ſucceſſivum: etenim, dum Unio,
ſeu applicatio ſemper intelligitur facta ſine præ-
iudicio Annatæ, ſeu quindennii, aſſignatio fru-
ctuum Beneficii uniti ſemper quoque intelligi
debet, detracta priùs Annata, ſeu quindennio
ſuis debitis temporibus ſolvendo, prout patet
ad ſenſum ex eo, quòd omnes Uniones, quæ
fiunt Collegiis, & Seminariis, ſeu aliis ſimili-
bus Piis Locis, fieri ſolent ex mente unientis
pro augumento cultus divini, ac tamen om-
nia Collegia, & Seminaria, reliquaque ſimilia 32
Pia Loca literaliter fuerunt compræhenſa in
Conſtitutionibus Apoſtolicis ſolutionem quin-
denniorum demandantibus, veluti monuimus
ſuprà *num.* 1. *cum ſeqq.* quæ quidem Conſtitu-
tiones, tamquàm generaliter loquentes de quin- 33
denniis, quotieſcumque continent in ventre
expreſſam rationem, compræhendunt omnes
caſus, quibus applicatur ratio expreſſa, *Cal-
derin. conſ.* 147. *in principio, ut lit. pendent. Fa-
gnan. in cap. nè innitaris* 5. *n.* 124. *de Conſtitution.
Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 106.
quippè ratio in lege expreſſa, eius eſt potentiæ, 34
ut determinet omnes caſus ſub ratione compræ-
henſos ad correctionem Juris communis, *Fa-
gnan. in cap. nuper* 34. *n.* 4. *de Decim.* imò eædem-
met Apoſtolicæ Conſtitutiones præteritarum 35
declaratoriæ, in iſta re quindenniorum, hoc
utuntur argumento, occaſione Unionis ab Or-
dinariis factæ, pro qua decernunt etiam deberi
quindennium eodem fermè pacto, quo illud de-
betur pro Unione à Papa facta, ob identitatem,
vel maioritatem rationis, juxta *Bullam* 33. *Six-
ti V.* §. 2. *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. ibi „ Nos
„ attendentes, quòd tantundem detrimenti,
Ca-

,, Cameræ Apoſtolicæ, Collegio Cardinalium, et Officialibus præfatis, ex Unionibus, quæ ab Ordinariis Locorum, et aliis fiunt, provenit, & propterea æquum eſſe cenſentes, ut quod in Unionibus per Sedem Apoſtolicam factis obtinet, illud idem, & fortiùs in Unionibus per ipſos Ordinarios factis, & faciendis obſervetur, licètque in Conſtitutionibus &c. Prædeceſſorum præfatorum compræhendi videatur, tamen, ut cuivis dubitandi occaſio præcidatur &c. ſtatuimus &c. et declaramus, quòd Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. tàm per quoſcumque Romanos Pontifices &c. ac Nos, nec non Sedis præfatæ Legatos, Nuncios, et alios quoſcumque Subdelegatos, et alias quomodolibet auctoritate Apoſtolica, quàm per quemcumque Loci Ordinarium &c. hactenus factæ, et faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendantur &c. et propterea &c. ad ſolutionem Quindenniorum præfatorum eidem Cameræ, ac Collegio, & Officialibus, ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad id &c. cogi &c. poſſe ,, *Bullam* 18. *Vrbani VIII. in principio, juncto* §.2. *eod. Bullar. tom* 5. *& Bullam* 50. *Clementis X* §. 4. *eod. Bullar tom. 6. repetit. poſt Tractat. in ordine la* VII. VIII. *&* XI.

36 Potiſſima autem quindenniorum ratio, ſeu introductio alias antiquiſſima, in eo verſatur, nè Cameræ Apoſtolicæ, & Annatiſtis cauſam onerosam habentibus, ex Beneficiorum Unionibus ob ceſſatam ſolutionis Annatæ ſpem detrimentum aliquod inferatur juxta tenorem *Conſtitutionis 6. Pauli* II. §.2.3.4. *&* 5. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi ,, Proptereàque &c. Beneficia unita huiuſmodi ampliùs nequaquam vacare ſperantur, cumque propterea Camera Apoſtolica, nec non &c. S. R. E. Cardinalium Collegium, et &c. Officiales detrimentum non modicum patiantur. Nos, quorum intereſt, eorundem Cameræ, Collegii, et Officialium indemnitati proſpicere &c. auctoritate Apoſtolica &c. ſtatuimus, et declaramus, quòd omnia, & ſingula Monaſteria &c. Communia, et Minuta Servitia, atque alia jura debita, & conſueta tàm ipſis Cameræ, & Collegio, quàm Officialibus præfatis. Reliqua verò Monaſteria &c. & Beneficia &c. unita &c. Annatam, ſivè medios fructus unius anni in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſolvere teneantur, & debeant. Et quòd de omnibus Monaſteriis &c. et Beneficiis &c. unitis &c. Communia, Minuta, et alia jura, ſeu Annatis, & medios fructus huiuſmodi ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in futurum &c. ,, *Conſtitutionis* 20 *Julii* III. *in principio, juncto* §. 5. *& 6 eod. tom* 1. *Conſtitutionis* 11. *Pauli IV. in principio, juncto* §.3. *&* 10. *eod. tom* 1. *& Conſtitutionis* 17. *ejuſdem Pauli* IV. *in principio, juncto* §. 7. 8. *&* 11. *eod. tom.* 1. *Conſtitutionis* 38. *S. Pii V.* § 3 *&* 4. *eod. Bullar. tom.* 2. ibi ,, quindenniorùmque uſus, et ſolutio ideò adinventi ſunt, nè Camera prædicta ex &c. Beneficiorum Eccleſiaſticorum Unionibus, quæ ampliùs vacare non ſperabatur, detrimentum aliquod pateretur. Volentes Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac &c. S. R. E. Cardinalium, nec non &c. Officialium Participantium jura præſervare, illorùmque indemnitati conſulere &c. omnia, et ſingula Monaſteria &c. nec non &c. alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. Apoſtolica auctoritate unita &c. ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum huiuſmodi compræhendi, & includi. Et propterea &c. ad ſolutionem Communium, Annatarum, & aliorum jurium prædictorum eidem Cameræ &c. ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. ,, *Conſtitutionis* 33. *Sixti V. in principio, juncto* §. 2. *eod. tom.* 2. ibi ,, Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, & Collegii &c. S. R. E. Cardinalium, & Officialium &c. de Annatis, et quindenniis participantium indemnitati &c. conſulere, et eorum jura illæſa præſervare volentes &c. Prætereà quoniam quindenniorum uſus, & ſolutio ratione Beneficiorum unitorum conſtituta ſunt, quia illorum vacatio ampliùs non ſperatur, ut propterea damnum ex hoc Cameræ Apoſtolicæ, & Collegio Cardinalium, & &c. Officialibus prædictis emergens ſarciatur &c. ,, *Conſtitutionis* 18. *Urbani* VIII. *in principio, juncto* §.1. *eod. Bullar. tom.* 5. ibi ,, quindenniorùmque uſus, & ſolutio, ideò adinventi fuerunt, nè Cameræ prædictæ ex &c. Beneficiorum Eccleſiaſticorum Unionibus, quæ ampliùs vacare non ſperabantur, detrimentum aliquod induceretur. Volens propterea dictæ Cameræ, ac &c. S. R. E. Cardinalium Collegio, nec non &c. Officialibus, de Communibus, Annatis, & quindenniis participantibus jura præſervare, illorùmque indemnitati conſulere &c. Volentes igitur, tàm Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, quàm &c. S. R. E. Cardinalium Collegio, ac &c. Officialibus de Annatis participantibus conſulere &c. ,, *& Conſtitutionis* 50. *Clementis X. in principio, juncto* §.3.4.5. *& 6. eod. Bullar. tom.6. repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III. IV. V VI. VII. VIII. *&* XI. ac tradunt *Capon. controv. forenſ.* 30. *num.* 3. *cum ſeqq. & controv.* 32. *num.* 5. *cum ſeqq.* ibi ,, cauſæ finales Conſtitutionum fuere, ut Annatiſtis, & Cameræ Apoſtolicæ ſarciretur detrimentum, quod patiebatur ex Unionibus, & diſmembrationibus factis de Beneficiis, quæ potiùs vacabant, & Annatam DD. Annatiſtis ſolvere conſueverant, cùm deindè ob eorum Uniones perpetuas ampliùs vacare non poſſint &c. ,, *num.* 7. ibi ,, Quòd autem cauſæ finales, quibus moti fuerunt Pontifices ad concedenda quindennia, fuerint ob damnum, quod patiebantur Annatiſtæ ex Unione Beneficiorum, quæ vacabant, & Annatam ſolvere conſueverant, elicitur ex prædictis Conſtitutionum verbis, tanquàm in proœmio appoſitis &c. ,, *& num.* 36. ibi ,, Quindennia ſunt inducta ad ſubveniendum indemnitati Cameræ Apoſtolicæ, ut, ſicut anteà percipiebat Annatam, ità etiam debeat percipere quindennium, quando ſunt unita Beneficia, vel applicata Bona, ratione quorum anteà ſolvebatur Annata &c. ,, *Maſſ. Galleſ. de annat. nu.*30. *in fin.* §. *Eſt aliud, verſiculo ex hujuſmodi Vnionibus*, ibi ,, ex hujuſmodi Unionibus &c.

,, bus &c. per quas præcludatur via futuris uni-
,, torum Beneficiorum vacationibus; quoniam
,, inferebatur Sedi Apoſtolicæ detrimentum
,, percipiendi ex illis Annatam &c. uſu rece-
,, ptum fuit, ut illi, in quorum commodum
,, tales Uniones cedebant &c. promitterent,
,, obligarentque ſe, & ſucceſſores, pro ſolven-
,, do in futurum &c. finitis quibuſcumque
,, XV. &c. annis, unitorum Beneficiorum An-
,, natas &c. ut ſic Apoſtolicæ Sedis indemnitati
,, proſpiceretur, nè talium Unionum prætextu,
,, remaneret in perpetuum privata jure perci-
,, piendi conſuetam Annatam &c.,, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. num.* 1. ibi,, nam ubicumque per Unionem eſt
,, ſublata ſolutio Annatæ alicuius Beneficii,
,, quia non poteſt ampliùs contingere illius va-
,, catio, loco Annatæ ſolvitur quindennium &c.
,, pro fructibus Beneficii uniti &c. nè videlicet
,, Officiales, & Camera Apoſtolica ex huiuſ-
,, modi Unionibus nimium damnum patian-
,, tur &c.,, *num.* 10. *in fin.* ibi,, Camera Apo-
,, ſtolica, & Officiales Cancellariæ damnum
,, paterentur, quia pro illis Beneficiis ſolveba-
,, tur Annata, quæ, cùm per Unionem fuerit
,, ſublata, æquum eſt, quòd ſubintret quinden-
,, nium &c.,, *num.* 12. ibi,, Undè in ſolutione
,, quindennii, non ſolùm conſideratur dam-
,, num Cameræ Apoſtolicæ, & Officialium
,, Cancellariæ, ex jure de præterito, ſed etiam
,, utile, ex jure de futuro &c.,, *& num.* 20. *in fin. verſic. aliàs*, ibi,, Camera Apoſtolica, &
,, Cancellaria pateretur damnum ex eo, quòd
,, Unio per Ordinarium facta operaretur, quòd
,, nunquam rediret vacatio huius Beneficii ad
,, Cancellariam, quod eſt præcipua cauſa quin-
,, dennii &c.,, *Card. Farratin. apud eund. Amayden. loc. citat. nu.* 20. *circà fin.* §. *Quoad Uniones*, *in fin.* ibi,, Et cùm ſupradictæ Uniones
,, ſint multùm damnoſæ Sedi Apoſtolicæ &c. cre-
,, derem &c. quindennia exigi poſſe,, *Pariſ. de reſign. Benefic. lib.* 4. *qu.* 10. *num.* 4. ibi,, quia
,, Beneficia unita &c. non vacant ampliùs, nè
,, fraudetur Cancellaria, introductus fuit ſtylus
,, in Cancellaria, quòd lapſis XV. annis à tem-
,, pore Unionis &c. ſolvatur denuò Annata ta-
,, lis Beneficii ſic uniti &c.,, *Lotther. de re benef. lib.* 1. *qu.* 29. *num.* 5. ibi,, Ex his verò Conſti-
,, tutionibus ſatis liquet, quindennia hæc &c.
,, fuiſſe introducta juſtiſſima de cauſa, videli-
,, cet, ut, quia per Unionem extinguebantur
,, Beneficia, cùm deinceps impediretur vacatio;
,, undè inferebatur præiudicium Cameræ Apo-
,, ſtolicæ reſpectu Annatæ, neceſſe fuerit huic
,, damno adeò evidenti occurrere, reducendo
,, obligationem de ſolvendo certum quid ſtatis
,, temporibus, antiquitùs uſitatum ad tempus
,, X. annorum &c.,, *& num.* 7. ibi,, ex cauſa
,, oneroſa pro reparando præiudicio ab Unione
,, reſultante &c.,, *Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.* 89. *num.* 3. ibi,, Quia verò pariter anti-
,, quiſſimus inolevit uſus Apoſtolicæ Sedis, fa-
,, ciendi &c. Beneficiorum Vniones, ità impe-
,, dientes vacationes, ac perſonales, ſeu vitali-
,, tias Proviſiones, præiudicantes Papæ, ac
,, Sacro Collegio Cardinalium, aliiſque Offi-
,, cialibus circà ſolutionem dictorum Servitio-
,, rum, & Annatarum, quæ occaſione novarum
,, Proviſionum facienda eſſet; hinc pro huiuſ-
,, modi damni, ac præiudicii refectione, inole-
,, vit etiam antiquus uſus ſolvendi dicta onera,
,, & Annatas, pro Eccleſiis, ac Beneficiis uni-
,, tis &c. idcircò, ut his conſuleretur, prudenter
,, Paulus II. &c. præfinivit uniforme tempus 15.
,, annorum &c.,, *Rota coram Card. Seraphin. dec.* 1410. *nu.* 10. *&* 28. *tom.* 2. *repet. poſt Tract. int. Deciſion. Sac. Rot. Rom. in ordine la V.*

Cùm igitur Camera Apoſtolica, ac Annati- 37
ſtæ æquè perpetiantur idem detrimentum, amiſſionis nimirùm Annatæ, ex Unionibus etiam in divini cultus augumentum, vel Fidei propagationem factis, ratio poſtulat, ut illæ etiam compræhendantur ſub Conſtitutionibus de quindenniis diſponentibus, perque conſequens Beneficia in talem cauſam unita, ſubiacere debeant ſolutioni quindennii, juxta authoritates mox deductas.

In quorum confirmationem valdè urget;
quòd, ut ſuprà inſinuavimus *num.* 31. *in fin.* ſub 38
ſæpè laudatis Apoſtolicis Conſtitutionibus in litera continentur quoque Vniones factæ Collegiis, ſeu Seminariis, quæ dubio procul fundata 39
ſunt ad augendum divinum cultum, & deſtinata ad Religionis incrementum, ex mente *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.* 23. *de Reformat. cap.* 18. *in principio*, ibi: *ad pietatem, & Religionem informetur &c. alere, ac religiosè educare, et Eccleſiaſticis diſciplinis inſtituere teneantur &c. et ſtudium præſeferant Deo, et Eccleſiæ inſerviendi. Hos Pueros Epiſcopus &c. Eccleſiarum miniſterio addicet &c. ità, ut hoc Collegium, Dei miniſtrorum perpetuum Seminarium ſit &c. et propè fin. verſic. quòd ſi*, ibi: *ut quamprimùm hoc ſanctum, et pium opus, ubicumque fieri poterit, promoveatur, ſtudiosè curabit &c. ubi Barboſa num.* 2. ibi: *Seminaria ſunt introducta &c. pro &c. augumento divini cultus &c. et de Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 77. *num.* 1. *poſt med. propè fin. verſic. erecta enim, Valenzuel. conſ.* 22. *num.* 41. *lib.* 1. *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 33. *et* 34. *Card. de Luca in annot. ad Sac. Concil. Trident. diſc.* 25. *num.* 1. *Rota recentior. dec.* 295. *num.* 3. *part.* 19. ibi: *ad majus divini cultus augumentum &c.* adeò, ut ſub eiſdem Pontificiis Conſtitutionibus non ſolùm compræhendantur Vniones au-
thoritate Apoſtolica factæ, ſed etiam illæ ab 40
Epiſcopis authoritate Ordinaria factæ, veluti expreſsè declaravit *Sixtus V. in ſua Conſtitutione* 33. §. 2. *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. ibi: *ac propterea æquum eſſe cenſentes, ut quod in Vnionibus per Sedem Apoſtolicam factis obtinet, illud idem, et fortiùs in Vnionibus per ipſos Ordinarios factis, et faciendis obſervetur &c. ſtatuimus &c. et declaramus, quòd Vniones &c. de quibuſcumque* Beneficiis *Eccleſiaſticis &c. per quemcumque Loci Ordinarium &c. hactenùs factæ, et faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendantur &c. Vrbanus* VIII. *in ſua Conſtitutione* 18. *in principio, verſic. attendens*, *eod.* Bullar. *tom.* 5. *et Clemens X. in ſua Conſtitutione* 50. §. 4. *et* 5. *eod. Bullar. tom.* 6. *repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VII. VIII. *et* XI. & notat *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. n.* 6. *&* 20. *propè fin.* §. *Hactenùs*, *et num.* 21. *Card. Farratin apud eund.* Amayden. *loc. cit. nu.* 20. §. *Quoad* Vniones: quæ
quidem Vniones factæ authoritate Ordinaria, 41
ſemper fiunt in augumentum cultus divini, *Rota*

*ta recentior.dec.*337. *num.*23. *part.*9. *tom.*2. imò
42 augumentum divini cultus eſt cauſa, ob quam
ſuſtineantur Vniones Beneficiorum ab ipſis Lo-
corum Ordinariis factæ, veluti obſervat *Turri-
cell. de Vnion. Benefic. cap.*8. *num.*26. ità, ut ſub
43 memoratis Bullis quindenniorum literaliter
comprӕhendantur Vniones factæ Cathedrali-
bus, & Collegiatis Eccleſiis, nec non Menſis
Capitularibus, quæ etiam citrà dubium ten-
dunt in augumentum divini cultus.

Haud levioris momenti eſt, quòd Vnio facta
ob cultus divini augumentum, & fidei propa-
44 gationem, uti valdè favorabilis, cenſeatur ſem-
per excepta à quibuſcumque Papalibus Conſti-
tutionibus, quantumvis in ampliſſima forma
onera aliqua imponentibus, veluti arguit *Ver-
migliol. conſ.* 476. *num.* 4. *in principio*, *verſic. ſe-
cundò*, ibi: *prævia &c. declaratione*, *quòd id ad
divinum itaque cultum &c.cognovit pertinere&c.
et in fin.* §. *Idèmque*, ibi: *repetita declaratione
erectionis dicti Collegii ad divinum cultum*, *ſan-
ctàmque Catholicam Religionem tuendam*, *et am-
pliandam*, *Abbatiam perpetuò dicto Collegio univit
ad Fidei Catholicæ incrementum*; *quandoquidem
Pontificiæ diſpoſitiones emanatæ ratione augumenti
divini cultus*, *et ad Fidei incrementum*, *et propa-
gationem*, *talis ſunt efficaciæ*, *ut cenſeantur ſem-
per exceptæ à Conſtitutionibus quibuſcumque*,
quamvis ampliſſimè univerſalibus &c. quippè
Vermigliol. refellitur ſuprà *num 6. cum ſeqq.*

Longe inæſtimabilis ponderis eſt objectum,
45 quòd (arguendo à ſimili) hinc Uniones factæ
pro divini cultus augumento, & fidei propaga-
tione, non comprӕhenduntur ſub *Regula* 11.
aliàs 12. *hodiè* 13. *Cancellar.* revocatoria qua-
rumcumque Unionum effectum non ſortitarum,
ibi: *non tamen ad Fidei Catholicæ defenſionem*, *et
propagationem &c.* & notat *Vermigliol. mox al-
legat. conſ.* 476 *nu.* 5 *Chokier ad dict. Regul.n* 17.
Gonzalez ad Regul. 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Men-
ſib. gloſ.* 5. §. 7. *num* 47. *Barboſa de Jur. Eccl.
tom.* 2. *lib* 3. *cap.* 16. *num.* 66. *Maſſobr. in prax.
habend. Concurſ. prælud.* 13. *dub.*4. *num.*6. *et* 12.
*Lotther. de re benef. lib.*1. *qu* 29. *nu.*15. *Genuenſ.
practicabil. Eccleſ. qu.* 440. *num.* 2. *Rubeus in ſin-
gular. Rot. part.*2. *verbo Vnio* § 1. *fol. mihi* 112.
*Adden. ad Buratt. dec.*734. *num.*12. *tom.*2. *Rota
coram Peutinger. dec.*200. *num.*2. *Alexand.*VIII.
46 *dec.* 261. *num.* 12. quia memorata *Regula* 13.
Cancellariæ, expreſsè excipit Uniones ejuſmodi
ob cultum divinum, & propagationem Fidei
factas; ita, ut potiùs hinc probetur noſtra in-
tentio, dum, ſi aliàs in *dicta Regula* 13. non
exciperentur tales Uniones, profectò etiam
illæ in eadem continerentur, ut patet ad ſenſum;
47 ſicque tales Uniones quoque, uti non expreſsè
exceptæ, contineri debent in Bullis quinden-
niorum, præſertim, cùm *Sixtus V. in ſua Con-
ſtitutione* 33. §. 2. *antè med. verſic. de quibuſcum-
que Beneficiis*, *Bullar. nov. Rom. tom* 2. *Vrba-
nus VIII in ſua Conſtitutione* 18. *in principio*, *eod.
Bullar tom.*5. *et Clemens X. in ſua Conſtitutione* 50.
§. 4. *in principio*, *eod. Bullar. tom.* 6. *repetit. poſt
Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la* VII. VIII.
48 *et* XI. expreſsè excipiant à ſolutione quinden-
nii duntaxat Monaſteria Monialium de tempo-
re Unionis, Curam habentia, & Hoſpitalia
Hoſpitalitatem; undè, ſi Pontifices etiam Unio-
nes ex cauſa cultus divini, & propagationis fidei
excipere voluiſſent à quindenniis, facilè hoc ex-
primere poſſent, cùm aliàs exceptio firmet regu- 49
lam in contrarium, *Barboſa axiom.* 85. *num.* 4.
attamen non adeſt major ratio excipiendi à
quindenniis Monaſteria Monialium, & Hoſpi-
talia Curam, Conventum, ac Hoſpitalitatem
habentia, quàm Pia Loca ad divini cultus au-
gumentum, nec non Fidei propagationem;
imò longè major ratio in ejuſcemodi Locis
adeſt, ob Dei gloriam, & Ortodoxæ Religionis
favorem, qui præponderare debet.

Hinc videmus, quòd Sacra Religio Hiero- 50
ſolymitana, vulgò Melevitana, verè, ac unicè
ad fidem propagandam inſtituta, defuncto
Commendatario, pro tempore, quo percipit
fructus appellatos vacantes, & mortuarios, te-
netur ad annuam Penſionem favore alicuius re-
ſervatam ſuper Commenda, *Rota dec.*407. *nu.*6.
cum ſeqq. part. 3. *recentior.* ità, à ſimili manus
mortua, cui unitur Beneficium ex cauſa augu-
menti divini cultus, ſivè Fidei propagationis, te-
netur ad quindennia ob paritatem rationis,
quamvis hanc ſimilitudinem ſubterfugere fata- 51
gat *Vermigliol. ſæpè laudato conſ.* 477. *num.* 10.
verſ. non etiam authoritate, *juncto num.* 11. repli-
cando, ſimilitudinem eſſe inapplicabilem ex eo,
quòd in reſervatione Penſionis, de qua ageba-
tur in præfata *dec.* 407. *num.* 7. *et* 8. apparet de-
rogatum fuiſſe Conſtitutionibus particularibus,
cum Clauſula *quorum tenores*.

Quibus omnibus poſitis, & obiectis dilutis,
noſtra principalis reſolutio (ex abundanti di-
ctum ſit) fortius intrat, ſi Unio forſitan facta
fuerit ſolummodò ob cultus divini augumentum
(ut ità inquam) voluntarium, in caſu nimi-
rùm, quo per prius manus mortua, ſeu Locus
Pius abundaret redditibus, & Unio ſequuta
fuerit ad majorem commoditatem, cùm nul- 52
la detur Unio, quæ non fiat pro commodiori
ſuſtentatione, vel augumento cultus divini, *Ro-
ta coram Peutinger. dec.* 169. *num.* 18. *et dec.*200.
*nu.*18. *cum ſeq. Arguell. deciſ.*4. *nu.* 19. *Alexand.*
VIII. *dec.*261. *num.* 14. *cum ſeq.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Collegiis, ſeu Seminariis Nationum, ubi vigent hæreſes, unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, eiſdem reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Fit mentio Collegii de Propaganda Fide de Vrbe.*
2 *Fit mentio Collegiorum de Vrbe.*
3 *Fit mentio Collegiorum extrà Vrbem.*
4 *Beneficia ex quacumque cauſa unita cuicumque manui mortuæ etiam privilegiatæ, ſubjacent quindenniis.*
5 *Etiam Collegia, et Seminaria tenentur ad quindennia.*
6 *Monaſteria Monialium, et Hoſpitalia de tempore Vnio-*

Vnionum , Curam , Conventum , et Hoſpitalita-
tem habentia , excipiuntur à quindenniis .
7 *Exceptio firmat regulam .*
8 *Per Congregationem Particularem ſub Clemente X.*
Deputatam , in exequutionem ſuæ Conſtitutio-
nis 50. Bullar. nov.Rom. tom.6. *reſolutum fuit,*
Collegia Puerorum , et Adoleſcentum ſubjacere
quindenniis .
9 *Rejicitur* Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 139.
n.5. & per tot.
10 *Cauſa Fidei non compræhenditur ſub univerſalitate*
verborum .

CAPITULUM XLVIII.

NOn deſunt ſanè in Catholico Orbe Colle-
gia , ſeu Seminaria , ac præcipuè in Vrbe
Orbis capite , ac Regia , pro Adoleſcentibus ,
Alumniſque diverſarum Nationum , ubi vigent
1 hæreſes , qualia ſunt Collegium indè dictum
Vrbanum de Propaganda Fide ab Vrbano VIII.
erectum , unà cum Congregatione de Propa-
ganda Fide nuncupata , cui præficiuntur aliqui
2 Eminentiſſimi Patres , Collegium Græcorum à
Gregorio XIII. inſtitutum , ut ex illius *Bulla in*
ordine la 42. *Bullar. nov. Rom. tom.*2. Collegium
Anglorum ab eodem Gregorio XIII.inſtitutum,
ut ex illius *Bulla in ordine la* 53. *eod. tom.* 2. Col-
legium Maronitarum de Monte Lybano ab eo-
dem Gregorio , ut ex illius *Bulla in ordine la* 91.
*eod. to.*2. Collegium Scotorum à Clemente VIII.
inſtitutum , ut ex illius *Bulla in ordine la* 73. *eod.*
Bullar. tom. 3. Collegium Neophytorum in Ec-
cleſia B. Mariæ Montium , de quo fit mentio in
Bulla 46. *Alexandri* VII *et in Bulla* 33. *Clemen-*
tis IX. eod. Bullar. tom.6. Collegium aliud Neo-
phytorum à Cardinali Hieronymo Gaſtaldo
inſtitutum in Platea PP. Societatis Jeſu Pœni-
tentiariorum Sacroſanctæ Vaticanæ Baſilicæ
Principis Apoſtolorum è conſpectu Parochialis
Eccleſiæ S. Jacobi vulgò *Scoſcia Cavalli* : nec non
3 extrà Vrbem alia quoque extant ſimilia Colle-
gia, inter quæ adeſt Collegium Illyricorum vul-
gò Sclavonum indè Illyricum dictum (cujus
Nationis in Vrbe viget Eccleſia Collegiata
S. Hieronymi ad Ripettam è conſpectu Tyberis,
à Sixto V. reſtaurata , cujus Titularis præexti-
terat , dum Cardinalatus honore fulgebat) ere-
ctum ab Vrbano VIII.apud Sacram Ædem Lau-
retanam , ut ex illius *Bulla in ordine la 64. eod.*
Bullar. to. 4. & ex ejuſdem *Bulla in ordine la* 73.
*tom.*5. aliud Collegium Germanorum in Civita-
te Viennæ Auſtriæ erectum ab eodem Vrba-
no VIII. ut ex illius *Bulla in ordine la 67. tom.* 4.
& ex ejuſdem *Bulla la* 74.*tom.*5.aliud Collegium
Germanorum in Oppido , ſeu Civitate Fulden.
erectum ab eodem Vrbano VIII. ut ex illius
Bulla in ordine la 96. *tom.*4. & ex ejuſdem *Bulla*
in ordine la 113. *tom.*5.

Quibus pro neceſſaria notitia præhabitis , fir-
mamus in præſenti , quòd ex Beneficiis annuum
valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera
excedentibus , Collegiis , ſeu Seminariis Natio-
num , ubi vigent hæreſes , unitis , ſivè ex perpe-
tuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus,
eiſdem reſervatis , etiam adhùc debentur quin-
dennia ; in Bullis enim ſuper materia quinden-
niorum promulgatis , & repetitis poſt Tracta-
4 tum , declaratur , Beneficia cuicumque manui
mortuæ etiam privilegiatæ , ex quacumque cau-
ſa unita , quindenniis ſubjacere , ut in *Bulla* 38.
S. Pii. V. §. 3. *in fin. et* §. 4. *in principio* , *Bullar.*
nov. Rom. tom. 2. ibi ,, Piis Locis , quantumvis
,, privilegiatis , & exemptis , ſub quibuſcumque
,, tenoribus , & formis , Apoſtolica auctoritate
,, unita , ſeu aliàs quomodolibet , & quovis ti-
,, tulo obtenta , & poſſeſſa , ſub literis Pauli II.
,, & aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi com-
,, præhendi , includi &c. quantumcumque &c.
,, exemptæ , & privilegiatæ exiſtant &c. ,, *in*
Bulla 33. *Sixti V.* §. 2. *poſt med. et in fin. et* §. 5.
in princip. eod. tom. 2. ibi ,, quomodolibet &c.
,, factæ , et faciendæ &c. quantumcumque
,, exemptæ , & privilegiatæ exiſtant &c. non
,, obſtantibus &c. privilegiis , & exemptioni-
,, bus , Indultis &c. ,, *in Bulla* 18. *Vrbani VIII.*
in principio, et §.4. *in princip. tom.* 5. ibi ,, quan-
,, tumvis exempta , & privilegiata exiſtant &c.
,, non obſtantibus &c. privilegiis , exemptio-
,, nibus , Indultis &c. ,, *et in Bulla* 50. *Clemen-*
tis X. §. 3. *antè med. et* §. 14. *in princip. tom.* 6.
ibi ,, quantumcumque exempta , & privilegiata
,, exiſterent &c. non obſtantibus &c. privilegiis
,, quoque , Indultis &c. ,, *repetit. poſt Tract. int.*
Conſtitution. Apoſtol. in ordine la VI. VII. VIII.
et XI. ptoindèque ob generalitatem verborum
nullam cauſam quantumvis privilegiatam exci-
pientibus præfatis Bullis Apoſtolicis , etiam cau-
ſa fidei eſt compræhenſa , *Barboſa axiom.* 106.
num. 1. *cum ſeqq. et de diction. dict.* 315. *num.* 1.
cum ſeqq. et dict. 339. *num.* 1. *cum ſeqq.* præſer-
tim , dum in memoratis Bullis fit mentio de 5
Unionibus Beneficiorum Collegiis , & Semina-
riis factis , & tamen ſaltem de tempore S.Pii V.
Sixti V. Urbani VIII. & Clementis X. jam ade-
rant Collegia hujuſmodi Nationalia favore
fidei , ſicque tamquàm nota illis ſaltem Pontifi-
cibus , expreſsè in eorum Bullis excipienda erant
à ſolutione quindenniorum , prout expreſsè in
eiſdem Bullis excepta fuerunt à quindenniorum 6
ſolutione Monaſteria Monialium , & Hoſpita-
lia , de tempore Unionum , Curam , Conven-
tum , & Hoſpitalitatem reſpectivè habentia ;
undè exceptio firmat regulam in contrarium ex 7
vulgatis .

Propterеà ſicuti per Congregationem Parti- 8
cularem deputatam ſub Clemente X. in exequu-
tionem ſuæ *Conſtitutionis* 50. *in Bullar. nov. Rom.*
tom.6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol. in
*ordine la XI.*reſolutum fuit , Collegia Puerorum,
& Adoleſcentium ſubjacere quindenniis , teſte
Card. de Luca de Regalib. diſcurſ. 162. *num* 4. *in*
princip. in ſupplem. ibi : *Quod tamen reſpectu Vnio-*
num , quæ factæ ſint , Puerorum , et Adoleſcen-
tium Collegiis , moderno tempore per Congregatio-
nem particulariter deputatam ſub Clemente X. in
exequutionem ſuæ Conſtitutionis , vel Motus pro-
prii admiſſum non fuit &c. ità dicendum eſt in
Collegiis Nationum , ubi vigent hæreſes , nec
diverſa militat ratio inter iſta , & illa ex eo ,
quòd in Collegiis Puerorum conſiderari ne-
queat, niſi favor ſtudiorum, qui Summis Ponti-
ficibus viſus non fuit ſufficiens ad acquirendam
libertatem , ſeu exemptionem à quindenniis ,
quaſi , quòd in Collegiis hujuſmodi Nationum
militet longè fortior ratio fidei , quæ omni nota
digna , immò digniſſima , non videretur com-
præhenſa in Conſtitutionibus ; nihilominùs ex
jam

jam deductis palam fit , illam procul dubio comprӕhendi .

9 Nec audiendus eſt *Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 139. *num.* 5. *et per tot. in ſupplem.* in terminis terminantibus contrarium ſentiens ad favorem Collegiorum Græcorum , & Maronitarum de Urbe , in verbis ibi : *erecta ſunt pro bono publico Religionis Catholicæ , ut in eis inſtruantur pueri , et adoleſcentes nationum , in quibus vigeant hæreſes , vel ſchyſmata , et per conſequens Papa , et Sedes Apoſtolica gerere dicuntur directè , ac immediatè negocium proprium , atque ad ejus commodum potiùs , quàm aliquorum privatorum cedunt unitorum* Beneficiorum *fructus , et emolumenta &c.* quaſi quòd cùm Unio ejuſmodi quodammodò fiat in favorem Sedis Apoſtolicæ , & univerſalis Eccleſiæ , uti facta favore fidei , ſi ex tali Unione ſolvenda eſſent quindennia , intolerabile ſequeretur abſurdum , quòd nempe ipſa Sedes Apoſtolica , & Eccleſia univerſalis quindennia ſolvere teneretur ; ſicque ſibi ipſi ſolveret , quando tamen nemo ſibi metipſi ſolvere poteſt ex eo , quòd nemo ſui debitor , & creditor eſſe poteſt , nec in eodem ſubjecto dari actio , & paſſio ex vulgatis : attamen doctrina prælaudati *Card. de Luca* ſatis eliditur , reſpondendo , quòd illa per plenam Cameram exploſa fuerit , ac contra memorata Collegia judicatum , ut alibi inſinuavimus .

Minùs obſtat , quòd immò nulla habita ratione ad ſuperiùs enunciata univerſaliſſima verba Bullarum quindenniorum , ſeu ad illorum univerſalitatem , quantumvis effrænatiſſimam ,
10 ſemper cauſa fidei , & religionis , uti inter omnes favorabilior , ac uti talis , ſpeciali nota digna , non compræhendi debet ſub univerſalitate verborum , ſicque ſub Conſtitutionibus de quindenniis tractantibus , & quindennia ſolvi mandantibus ex Beneficiis quacumque de cauſa unitis , quaſi quòd veriſimiliter , Summi Pontifices de quindenniis tractantes , interrogati reſpondiſſent , eorum mentem non fuiſſe , compræhendendi ſub onere quindenniorum Uniones ex cauſa fidei factas , *Barboſa axiom.* 106. *nu* .4. *cum ſeqq Tondut. de prævention. judicial. par.* 2. *cap.*59 *num.* 19 *Rota poſt diſcept Contr. dec* 26. *num.* 5 *ac in recentior. dec.* 49 *num* 15. *part.* 7. etenim jam ſatis ſuperiùs demonſtravimus , etiam Uniones in favorem fidei factas profectò ſub Bullis quindenniorum contineri .

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus , manui mortuæ unitis pro prima dote (quam vocant manſum , ſeu paſſale) ſivè pro ſecunda dote , ſeu augumento , vel appendice primæ dotis ejuſdem manus mortuæ , ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus , ad favorem manus mortuæ ex eadem cauſa reſervatis , etiam adhùc debentur quindennia .

SUMMARIUM.

1 *Tàm neceſſaria eſt dos Eccleſiæ , quàm dos mulieris .*
2 *Pontifices non minùs religione armati , quàm juſtitia decorati .*
3 *Laudatur* Emus Petra , *et rejicitur* Vermigliol. conſ.476.n.6.
4 *Manſus Eccleſiæ debet eſſe liber ab omni onere .*
5 Bon. *mem.* R.P.D. Morara *olim Judex Annatarum.*
6 *Dos clericandi immunis eſt ab omnibus oneribus .*
7 *Quindennia dici poſſunt onera Cameralia .*
8 *In Hiſpania ex* Bonis *in dotem datis non ſolvitur gabella .*
9 De *rebus æſtimatis in dotem datis non ſolvitur laudemium .*
10 *Major eſt dotis Eccleſiæ favor , quàm mulieris dotis .*
11 *Manus mortua eſt corpus naſcens cum dentibus .*
12 *Bullæ ſuper quindenniis indicunt quindennii ſolutionem faciendam ex* Beneficiis *quacumque de cauſa unitis .*
13 Tales *Bullæ videntur reſtringendæ quaſi viſæ odioſæ , et pœnales .*
14 *Etiam cauſa dotis compræhenditur ſub univerſalitate verborum .*
15 *Manſus , ſeu dos Eccleſiaſtica immunis eſt à tributo quidem laicali .*
16 *Nullibi autem legitur , quòd etiam immunis ſit à tributo Eccleſiaſtico .*
17 *Dos , ſeu manſus Eccleſiæ , cur deſinat eſſe tributaria laici .*
18 *Dominium inhærens , et infixum ipſi rei , tranſit etiam in Eccleſiam .*
19 *Fundus Emphyteuticus , ſi conſtituatur in primam dotem Eccleſiæ , immò etiam pro ſitu Eccleſiæ conſtruendæ , et ædificandæ non evadit immunis ab onere Canonis , et quindennii .*
20 *Bona feudalia aſſignata pro dote Eccleſiæ , non ſunt immunia à præſtatione relevii Domino feudi pro illius renovatione .*
21 *Sedes Apoſtolica habet directum , et ſupremum dominium ſuper omnibus mundi* Beneficiis *.*
22 *Relevium ſolvitur Domino feudi pro illius renovatione .*
23 *Quindennia debentur , etiamſi Unio fiat pro prima dote .*
24 *Immunitas manſi procedit quoad onera laicalia .*
25 *Eccleſia non eſt immunis à ſubſidio charitativo , et Decimis .*
26 *Ex Bonis dotalibus Beneficiorum Eccleſiarum , ac hujuſmodi , et ex patrimonio Clerici debentur Decimæ .*
27 *Onus quindenniorum eſt Eccleſiaſticum , tamquàm debitum Summo Sacerdoti loco primitiarum , Decimarum , ſeu Redecimarum .*
28 *Diſpoſitio* cap. 1. de Cenſib. *locum habet quoad onera tantùm , et tributa debita laicis .*
29 *Non repugnat Eccleſiam eſſe cenſualem alterius Eccleſiæ inferioris .*
30 *Sub quacumque generali immunitate non compræhenduntur jura inſignia , ſpeciali nota digna .*
31 *Jura Annatarum , et quindenniorum ſunt jura inſignia*
32 *Debentur quindennia etiam ex Penſionibus reſervatis cum generali immunitate à quibuſcumque oneribus ordinariis , et extraordinariis .*
33 *Exempla debent habere eaſdem circumſtantias .*
34 *Judicatum Tribunalis Collegialis , præſertim in materia , de qua agitur , verſati , magni pendendum eſt.*

35 *Res*

35 *Res tranſit cum ſuo onere.*
36 *Regulare eſt, quòd omnia Beneficia excedentia XXIV. Ducatos ſubjacent quindenniis.*
37 *Quindennium eſt loco Annatæ.*
38 *Stante maxima generalitate verborum, cauſa dotis non videtur exceptuata.*
39 *Patrimonium Clerici non eſt immune à Decimis.*
40 *Decimæ de Jure divino, et naturali.*
41 *Decimæ omnia Bona habent obnoxia.*
42 *Quindennia ſubrogata in locum Annatarum.*
43 *Annatæ ſubrogatæ in locum Decimarum.*
44 *Non voto vivitur uno.*
45 *Beneficium tunc dignoſcitur, fuiſſe unitum pro dote, quando in Bulla Unionis dicitur, uniri Beneficium* pro dote, pro ſuſtentatione, pro manutentione, pro ſubventione, *vel ſimiliter.*
46 *Fructus dotis Eccleſiæ ſuperflui, non debent eſſe privilegiati.*
47 *Loca Pia locupletari non debent cum aliena jactura.*
48 *In perſonis componentibus Locum Pium non quæritur conſervatio ſplendoris alicujus, vel Dignitatis familiæ.*

CAPITULUM XLIX.

1 EX eo, quòd non minùs neceſſaria eſt dos Eccleſiæ, ſivè cujuſcumque Loci Pii pro illius ſpirituali conjugio, quod contrahitur cum Chriſto, quàm quæ mulieri conſtituitur pro ſubeundis oneribus matrimonii temporalis,
2 *Lottber de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 31. *nu.* 1. ſolent Romani Pontifices, non minùs religione armati, quàm juſtitia decorati, Beneficia unire Locis Piis pro eorum dote, ac etiam (ut vulgò ajunt) pro ſupradote, ſeu ſecunda dote, primæ nempè augumento, ac appendice, ſeu ſupplemento, cujus dotationis, aut ſupradotationis occaſione pullulare facilè poteſt controverſia inter Loca Pia, quibus ſupponitur facta Beneficiorum Unio, ſeu perpetuarum Penſionum reſervatio, & inter Annatiſtas ſuper ſolutione quindenniorum, cùm Annatiſtæ illa prætendant ob eorum intentionem fundatam ſuper Bullis Pontificiis quindennia ipſa indicentibus, & putent pro eorum parte ſub clypeo Bullarum, bonum jus fovere, è contrà Pia Loca prætendant hoc caſu exemptionem à quindenniis ſub ſpecioſo, ac colorato prætextu dotis: ad quam diluendam contrariam armaturam, & quidem levem manus mortuæ, reſolvitur in præſenti, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis pro prima dote (quam vocant manſum, ſeu paſſale) ſivè pro ſecunda dote, ſeu augumento, vel appendice primæ dotis ejuſdem manus mortuæ, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem manus mortuæ ex eadem cauſa reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia, cùm onus quindennii, uti infixum, ac inhærens ipſi rei, tranſeat etiam in Eccleſiam, *Lottber. de re*
3 *benefic. lib.* 1. *quæſt.* 31. *Eminentiſ. D. Cardinalis Vincentius Petra, olim Auditoris Cameræ Locumtenens rectiſſimus, poſteàque Sacrarum Congregationum Concilii, ac Epiſcoporum, et Regularium Secretarius, in doctiſſimis, ac elaboratiſſimis ſuis Commentariis ad Conſtitution. Apoſtolic. tom.* 1. *in Conſtitution. II. Paſchal. II. ſect.* 2. *num.* 30. & ità in plena Camera emanavit res judicata ad favorem Annatiſtarum contrà Collegium Germanicum, & Ungaricum S. Appollinaris de Urbe, prætendens exemptionem à quindenniis, ſub prætextu Unionis Abbatiæ, ſeu Monaſterii Fontis Avellanæ ſibi factæ pro prima ejus dote, non obſtantibus pro Collegio prædicto deductis per *Vermigliol. conſil.* 476. *et* 477. ità, ut Supremum Tribunal Camerale canonizaverit jus quindenniorum cum ſubſequuto effectu eorundem ſolutionis etiam in caſu primæ dotis; ac ulteriùs conferunt exempla plurium aliorum Collegiorum, quibus unita fuerunt Beneficia Eccleſiaſtica pro eorum dote, præſertim in Pontificatu Grgorii XIII. & proſequitur *D. Advoc. Fargn. de Jurepatronat. tom.* 3. *part.* 6. *Canon.* 10. *et* 11. *caſ. unic. num.* 3. 4. 7. *et* 11. ibi „ His præſuppoſitis videtur præfatum Beneficium in præſentiarum non eſſe ſubjectum ſolutioni quindenniorum, ſiquidem fuit unitum, & aſſignatum in dotem, ſivè in augumentum dotis Monaſterii, quo ſtante, non compræhenditur ſub diſpoſitione horum Canonum, nec pro illo ſolvi debent quindennia &c. Et quidem ſumma æquitate, nam erectiones, & dotationes Eccleſiarum ex natura ſua debent eſſe exemptæ ab omnibus oneribus, & gravaminibus tùm ſæcularibus, tùm Eccleſiaſticis juxta uſum ab initio naſcentis Eccleſiæ practicatum &c. Annatam verò, & quindennia onera eſſe non ambigitur &c Hinc ſicuti Bona Eccleſiaſtica primæ erectionis, & dotis non ſubjacent Decimis, redecimis, ſubſidiis, & aliis canonicis contributionibus, ità nec debent ſubjacere quindenniis propter Uniones debitis, ſicuti non ſubjacent Regulis ipſis Unionum revocatoriis &c. ſed, his non obſtantibus, cenſeo, Abbatem præfati Monaſterii teneri ſolvere quindennia pro dicto Beneficio &c. Minimè relevante, quòd ſæpè dictum Beneficium ſit unitum pro dote, ſivè augumento dotis Monaſterii, quæ debet eſſe exempta ab omnibus oneribus, & gravaminibus, quia exemptio ab oneribus, qua fruuntur Bona dotalia, ſeu primæ erectionis Monaſteriorum, intelligitur de illis oneribus, quæ de novo imponuntur, non verò de oneribus realibus, & infixis eiſdem Bonis, uti eſt ſolutio annatæ, quæ eſt realis, & infixa fructibus Beneficii excedentibus annuos Ducatos XXIV. &c. „ Undè deducitur obſervantia generalis favore Annatiſtarum, quæ tamquàm habens cauſam univerſalem procedentem à Conſtitutionibus Apoſtolicis ſuper hac materia editis, ſuffragari debet in quibuſcumque aliis caſibus particularibus, *Rota deciſ.* 297. *nu.* 10. *coram Royas, et dec.* 316 *nu.* 12. *cum ſeq part.* 9. *tom.* 2. *dec.* 266. *num.* 4. *part.* 15. *dec.* 251 *num.* 33. *cum ſeq. part* 16. *recentior. et in Novarien. Aggregationis* 20. *Julii* 1681. §. *Quibus ità poſitis, et* 12. *Junii* 1682. §. *Subſiſtente, coram Urſino Decano.*

Non obſtat *Vermigliol. conſ.* 476. *nu* 6. punctualiter contarium ſentiens, nimirùm non eſſe ſolvendum quindennium ex Beneficiis ex cauſa dotationis unitis, in verbis ibi: *Siquidem has deciſiones, aliáſque authoritates in his quoque terminis quindenniorum, ut exceptæ ſint ab eis Uniones factæ ex cauſa dotationis, vel augumenti dotis &c. adducit Lottber. de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 29. *num.* 17. *poſtquàm de quindenniis loquutus fuit n.* 5.

num. 5. *et ſeqq.* ex potiſſima, & genuina ratio-
4 ne, quòd manſus Eccleſiæ debet eſſe liber ab omni onere, *cap.* 1. *de Cenſib.* ibi: *ſancitum eſt, ut unicuique Eccleſiæ, unus Manſus integer abſque ullo ſervitio tribuatur: et Presbyteri in eis conſtituti, non de Decimis, neque de oblationibus Fidelium, non de domibus, neque de areis, vel de hortis, juxta Eccleſiam poſitis, neque de prædicto Manſo aliquod ſervitium faciant*, ubi *Barboſa num.* 4. *Gonzalez Tellez num.* 6. *in princip.* ubi quòd nec ſolvit Manſionaticum, quod eſt pro penſitatione Eccleſiaſtica, *Grananiet. num.* 1. *l. placet* 5. *C. de Sacroſ. Eccl.* ibi: *nè prædia uſibus cæleſtium ſecretorum dedicata, ſordidorum munerum fæce vexentur, nil extraordinarium abhinc, ſuperindictùmve flagitetur, Capon. diſcept. forenſ.* 61. *num.* 9. *tom.* 1. probans nec ſolvi Decimas, *Pignatell. conſult. Canonic. tom.* 2. *conſult.* 54. *n.* 103. *juncto num.* 79. *Suarez de Relig. lib.* 1. *cap.* 17. *per tot.* & ſignanter *num.* 16. *et* 28. *Barboſa de Jure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 26. §. 3. *num.* 8. *cum ſeqq. & Vot. Canon. dec.* 41. *num.* 6. *et* 7. *lib.* 2. *poſt eund. in prax. exig. Penſion. del Bene poſt* 2. *tom. de Immunit. in addition. verbo Bona data pro erectione Locorum Piorum in fin. et verbo Dos in princip.* ubi refert Reſcripta Sacrarum Congregationum Immunitatis, Boni Regiminis, & aliarum reſolventium, bona primæ dotis eſſe exempta ab omnibus oneribus etiam Cameralibus, inter quæ ad ſummum videtur, recenſeri poſſe iſtud onus Beneficiorum unitorum pro ſolutione Annatæ, & quindennii; immò Sacræ Congregationes Concilii, Immunitatis, & Boni Regiminis ſemper ità reſolverunt, inhærentes antiquioribus reſolutionibus, ac ſignanter in *Firmana* 27. *Martii* 1635. ibi: *Sacra Congregatio cenſuit*, Bona, *quæ aſſignantur pro dote Beneficii, eſſe immunia à quibuſcumque oneribus, et impoſitionibus &c. Ventrigl. in prax. Eccleſ. tom.* 2. *annot.* 17. §. 1. *num.* 17. *cum ſeqq. Eminentiſ. Petra ad Conſtitution. Apoſtolic. tom.* 1. *in Conſt. II. Paſchal. II. ſect.* 2. *num.* 1. *cum ſeqq. Rot. poſt Card. de Luca de ſervitut. dec.* 32. 33. 34. *et* 35. *et in Romana Locorum Montium* 20. *Aprilis* 1693. §. *Nec titulum, coram Muto*; quippè ad auctoritatem prælaudati *Vermigliol.* ſatis eſt reſpondere, quòd contrarium reſolverit Camera ſub *die* 26. *Junii* 1709. *in Romana Quindenniorum*, confirmando
5 ſententiam bo. me. R. P. D. Molaræ Judicis Anna-
6 tarum. Minùs obſtat, quòd Bona aſſignata pro dote, ſeu patrimonio perſonæ privatæ ſe promoveri facientis ad Sacros Ordines, immunia ſunt ab omnibus oneribus etiam Cameralibus, *Ricc. in prax. Eccleſ. part.* 1. *reſol.* 529. *n.* 3. *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 2. *nu.* 28. *Pignatell. conſult. Canonic. tom.* 2. *conſult.* 54. *num.* 102. *cum ſeqq. et tom.* 9. *conſult.* 34. *num.* 8. *cum ſeq. & conſult.* 47. *num.* 6. quantò magis immunia à quindenniis
7 (quæ etiam onera Cameralia dici poſſunt, uti Cameræ, & Annatiſtis ab ea cauſam habentibus debita) eſſe debent Beneficia aſſignata pro dote Loci Pii quodammodò perſonæ publicæ, & in ſe continentis longè majorem favorem, quàm quem meretur perſona particularis, qualis eſt promotus ad Sacros Ordines; quia inveriſimile videtur, mentem Pontificis unientis fuiſſe, quòd dos, ſivè prima, ſivè ſecunda habens privilegium primæ, inſervitura neceſſariæ ſubſtentationi Loci Pii, ſubjaceat quindenniis, etenim (quidquid ſit de hoc) Camera, non obſtante iſto motivo, condemnavit Collegium Germanicum, & Ungaricum S. Apollinaris de Urbe, ac Græcum pariter de Urbe, & Seminarium Mediolanen. ad quindenniorum ſolutionem; ità, ut authoritas ſupradicti *Vermigliol.* Conſulentis potiùs retorqueatur, eo quòd in conflictu prævalere debeat ſententia Judicis emanata in eadem Cauſa, ſuper qua præfatus Doctor more Advocati ſcripſit ad opportunitatem Cauſæ, ex allegatis per *Rot. in Ariminen. Caſtrorum* 3. *Junii* 1701. §. *Ac ſecunda, coram Molines Decano, & Inquiſitore Generali Hiſpaniarum, et in Callien. Caſtrorum* 17. *Junii* 1702. §. *Licet enim, coram eodem.*

Longè minùs obſtat, quòd dos temporalis, ſeu carnalis cujuſcumque particularis mulieris, vel etiam illa pro nuptiis ſpiritualibus, eſt libera
ab omni gravamine; undè in Hiſpania ex Bonis 8
in dotem datis non ſolvirur gabella, juxta *leg. Reg.* 35. *par.* 1. *tit.* 18. *lib.* 9. *nov. Collection. Molin. de rit. nupt. lib.* 2. *different.* 7. *num.* 83. *Sanchez conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 33. *num.* 1 *Laſſart. de Decim. vendit. et permut. cap.* 20. *num.* 35. *cum ſeqq. Gutierrez de gabell. quæſt.* 72. *per tot.* hinc
de tebus æſtimatis in dotem datis non ſolvitur 9
laudemium, *Gutierrez citat. quæſt.* 72. *num.* 2. *verſiculo quod in terminis ſimilibus*, quantò magis libera eſſe debet iſta dos inſerviens Eccleſiæ,
ſicque cultui divino, vel ejus miniſtris, cùm 10
major ſit favor dotis Eccleſiæ, quàm dotis mulieris, *Genuenſ. practicabil. Eccleſ. tricenar.* 12. *quæſt.* 334. *num.* 3. quia hæc motiva, quantumvis in ſe pia, attamen ob notabile præjudicium tertii non amplexata à Supremo Tribunali Camerali, ſicque Collegiali, non ſunt habenda in conſideratione.

Minùs inſuper relevat, quòd aliàs, ſi ſingulis XV. annis, manus mortua dotata emolumentis Beneficiorum, cogeretur perſolvere quindennium, quod eſt annata fructuum cujuſlibet decimi quinti anni, eo anno, quo incideret ſolutio quindennii, penitùs, vel ferè ſaltem indotata remaneret, dum abſorberet magnam partem dotis, proindèque miniſtri illius manus mortuæ eo anno (ut ità inquam) quindenniali, ſeu deſtinato ſolutioni quindennii, fame perirent, & annali jejunio inviti macerarentur: quod ſanè repugnat intentioni Summi Pontificis, qui præſumitur potiùs velle tanto inconvenienti obviare, quàm illud tolerare, & permittere, cùm
optimè ſciat, manum mortuam eſſe corpus, 11
quod naſcitur cum dentibus, *Bartol. conſil.* 58. *antè med. verſic. nam, ut ſic loquar, lib.* 2. ibi: *iſtud corpus naſcitur cum dentibus, et ſtatim quærit cibum &c. Rota coram Merlin. dec.* 837. *nu.* 4. *in principio tom.* 2. quia etiam aliàs reſultaret perpetuum præjudicium Annatiſtis, quod Papa velle non præſumitur, maximè ob cauſam oneroſam, quam iſti habent ex emptione Officiorum facta propriis pecuniis, quod præponderare debet. Præterquamquòd, ſi agatur de Unione Beneficii inferioris, ſeu non Conſiſtorialis, cùm tunc quindennii ſolutio conſiſtat in dimidia tantùm annata, ſeu in ſola medietate fructus unius anni, vel illius anni, in quo incidit ſolutio quindennii, alia medietas annui fructus libera remanet manui mortuæ, ut patet ad ſenſum; valdè quoque juvante effrænata generali-

tate Bullarum ſuper quindenniis editarum, & regiſtratarum poſt *Tract. int. Conſtitution. Apo-*
12 *ſtolic.* indicentium, ſolutionem quindennii faciendam ex Beneficiis quacumque de cauſa unitis, ut ſignanter habetur in *Bulla S. Pii V. la* 38. §. 3. *in fin. Bullar. nov. Rom. tom.* 2. ibi „ omnia, „ & ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque „ Beneficia Eccleſiaſtica &c. ſub quibuſcumque „ tenoribus &c. Apoſtolica auctoritate unita, „ ſeu aliàs quomodolibet, & quovis titulo obtenta, & poſſeſſa, ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi compræhendi, & includi „ *in Bulla Sixti V. la* 33. §. 2. *eod. tom.* 2. ibi „ Statuimus &c. & declaramus, „ quòd Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. quomodolibet auctoritate Apoſtolica &c. hactenùs factæ, & faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendantur &c. „ *in Bulla Urbani VIII. la* 18. *in princip. eod. Bullar. tom.* 5. ibi „ mandavitque &c. „ ut &c. moneret, & requireret, ut profiterentur medio juramento omnia, & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, quæ vigore ſimilium „ Unionum quomodolibet poſſidebant &c. „ *& in Bulla Clementis X. la* 50. §. 4. *in fin. & §. 9. in princip. eod. Bullar. tom.* 6. ibi „ quæ &c. quomodolibet poſſidebaut &c. quæ &c. quomodolibet poſſident &c. „ *repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VI. VII. VIII. *&* XI.

Nec obſtat, quòd in memoratis Bullis Apoſtolicis non videtur incluſa cauſa dotis tamquàm in ſe privilegiata, ſpeciali nota digna; adeòque Bullæ non facientes mentionem de Unione etiam ex cauſa dotis, non veniunt ad
13 illam extendendæ, ſed potiùs reſtringendæ, uti viſæ odioſæ, & pœnales ſaltem quoad manum mortuam ſolventem, ſeu ſolvere debentem, *l. fin. verbo ſancimus, C. de jure dot. Niger de laudem. tom.* 2. *quæſt.* 36. *num.* 10. *Fulgin. de jure Emphyt. tit. de contract. Emphyt. quæſt.* 38. *nu.* 6.
14 *in med. verſic. & ratio*; quia immò etiam cauſa dotis compræhenditur ſub univerſalitate verborum, nec eſt generaliter privilegiata, niſi in caſibus in Jure expreſſis, *Card. de Luca de dote diſc* 83. *num.* 5. *& diſc.* 156. *ſub nu.* 3. ſtringente
15 magis, quòd manſus, ſeu dos Eccleſiaſtica ad ſummum immunis eſt à quocumque onere, & tributo quidem laicali, impoſito nempè ratione Juriſdictionis temporalis ob indecentiam, quòd Eccleſia certo modo ſerviat laico, eidem contribuendo, ut depræhenditur ex capitali *textu in cap.* 1. *de Cenſibus, ubi Gonzalez Tellez num.* 6. & in ſimili de alio quindennio ex Emphyteuſi in manum mortuam tranſlata debito, *Rota coram Benincaſa dec.* 114. *num.* 9. *repetit. poſt alterum noſtrum Tractatum de Quindenniis, int. Deciſion Sacr. Rot. Rom. in ordine la X. num.* 8. *in*
16 *principio*; nullibi autem legitur, quòd etiam immunis ſit à tributo Eccleſiaſtico, quale profectò eſt quindennium, uti adinventum, ac impoſitum à Summis Pontificibus; undè etiam in caſu ſolvendum eſt quindennium Domino manſi, ſeu Beneficii, qualis eſt Papa, cùm tunc in tali caſu ceſſet omnis indecentia ex ſervitio per Eccleſiam præſtito Papæ, qui eſt Supremus Princeps Eccleſiaſticus, & tamquàm talis caput
17 viſibile univerſalis Eccleſiæ; nec dos, ſeu manſus Eccleſiæ deſinit eſſe tributarius laici ob ſolam indecentiam, ſed etiam ob favorem dotis, qui militat tàm in ſolvendo tributum laico, quàm in ſolvendo tributum Eccleſiaſtico, ut patet ad literam: etenim manſus Eccleſiæ, etiam acceptus in latiori ſignificatu, immunis dicitur ab omni onere, ac tributo, quod provenit à Juriſdictione etiam Supremi Principis, non autem ab onere, quod provenit à dominio rei, quod 18
utpotè rei ipſi inhærens, & infixum, tranſit etiam in Eccleſiam, juxta communem diſtinctionem, quam poſt antiquiores tradunt *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 31. *n.* 38. *cum ſeqq. Emus Petra in Comment. ad Conſtitution. Apoſtolic. to.* 1. *in Conſtit II. Paſchal. II. ſect.* 2. *num.* 30. *Rota coram Card. Cerro dec.* 2. *num.* 21. *cum ſeq.* undè, ſi conſtituatur in primam dotem Eccleſiæ, immò 19
etiam pro ſitu Eccleſiæ conſtruendæ, & ædificandæ, fundus Emphyteuticus, ille non evadit immunis ab onere Canonis, & quindennii, *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 31. *num.* 39. *Rota coram Card. Cerro dec.* 2. *per tot. ubi nu.* 21. *&* 22. declarat *textum in dict. cap.* 1. *de Cenſibus, Benincaſa dec.* 114. *nu.* 9. *cum ſeqq. repet. poſt Card. de Luca de ſervitutib. dec.* 32 *num.* 8. *lib.* 4. *vol.* 4. *& poſt alium meum Tractatum de Quindenniis, int. Deciſion. S. Rotæ Rom. in ordine la X. num.* 8.
eodem modo, quo Bona feudalia aſſignata pro 20
dote Eccleſiæ, non ſunt immunia à præſtatione relevii Domino feudi pro illius renovatione, *Monach. in cap. nonnulli* 1. *de immunit. Eccleſ. in* 6. *Rota coram Card. Cerro dec.* 2. *n.* 24. quindennia autem, de quibus agitur, non ſunt onera, & tributa provenientia à Juriſdictione, ſed à dominio alto, directo, & ſupremo, quod habet Sedes 21
Apoſtolica ſuper omnibus mundi Beneficiis Eccleſiaſticis, ut expreſsè declararunt *Paulus IV. Conſtitution.* 17. §. 1. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi: *licet Communium Servitiorum, & Annatarum exactio in recognitionem univerſalis dominii introducta, ſit antiquiſſima &c. S. Pius V. Conſtit.* 33. §. 3. *in princip. eod. Bullar. tom.* 2. *Urbanus VIII. Conſtitution.* 18. *in princip. eod. Bullar. tom.* 5. *& Clem. X. Conſtitut.* 50. §. 3. *in princip. tom.* 6. ac communiter ſentiunt *Burſatt. conſil.* 126. *nu.* 70. *cum ſeqq. lib.* 2. *Fagnan. in cap. prætered* 1. *n.* 43. *cum ſeqq. nè Prælat. vic. ſuas, Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 89. *num.* 2. & habentur ad inſtar laudemii, ſeu quindennii debiti Domino directo occaſione novæ inveſtituræ, vel potiùs ad inſtar relevii, quod à feudatario perſolvitur Domino 22
feudi pro illius renovatione, *Card. de Luca de Benefic. dict. diſcur.* 89. *num.* 8. *&* 9. proindèque debentur à qualibet manu mortua, cui unitum fuerit Beneficium Eccleſiaſticum, etiamſi Unio 23
fiat pro prima dote, ſeu pro manſo, veluti in fortioribus terminis, æquiparando quindennia beneficialia cum quindenniis Emphyteuticis, plenè firmat *Rota coram Card. Cerro dec.* 2. *num.* 14.

Præterquamquòd immunitas competens man- 24
ſo juxta diſpoſitionem *textus in cap.* 1. *de Cenſib.* procedit quoad onera laicalia, non verò quoad onera Eccleſiaſtica; undè eſto, quòd Eccleſia 25
non eſt immunis à ſubſidio charitativo, & Decimis, ut ex *Gloſſa in dict. cap.* 1. *verbo onere, de Cenſib.* de communi teſtantur *Pignatell. conſult. Canonic. tom.* 1. *conſult.* 177. *nu.* 61. *&* 62. *Emus Petra ad Conſtitution. Apoſtol. tom.* 1. *in Conſtitution. II. Paſchal. II. ſect.* 2. *num.* 30. & generaliter, quòd ex Bonis aſſignatis pro dote Anni- 26
ver-

verſariorum, Cappellaniarum, Beneficiorum,
Eccleſiarum, Confraternitatum, Hoſpitalium,
nec non in patrimonium Clerici debeantur De-
cimæ prædiales, ſequendo veriorem ſenten-
tiam, latè firmat *Rota coram Zarat. dec.74.n.23.*
cum plurib. ſeqq. Ninot dec. 1. num. 10. & 11. ac
in recentior. dec. 344. n.9. & 10. part.13. dec.27.
num. 16. part. 14. & in Calaguritana Decimarum
23. Januarii 1694. §. Detecta, coram Molines
Decano, ac Inquiſitore Generali Hiſpaniarum, & in
Calaguritana Decimarum de Anguiano 17. Fe-
bruarii 1696. §. Habet enim, coram eod. qua-
propter Beneficia unita pro prima dote manus
mortuæ, non debent eſſe immunia à ſolutione
27 quindenniorum, dum onus quindenniorum eſt
Eccleſiaſticum tamquàm debitum Summo Sa-
cerdoti loco primitiarum, Decimarum, ſeu Re-
decimarum, *Lotther. de re benef. lib.3. quæſt.20.*
nu. 23. cum ſeq. Fagnan. in cap. prætereà 1. n.17.
& 18. nè Prælat. vices ſuas.

28 Ulteriùs diſpoſitio decantati *textus in cap. 1.*
de Cenſib. locum habet quoad onera, & tributa
debita laicis, non autem quoad onera debita
alteri Eccleſiæ, cùm non ſit inconveniens, quòd
manſus Eccleſiæ ſit reddititius, & cenſuarius al-
terius Eccleſiæ, *Abb. in laudato cap.1. nu.4. de*
Cenſib. Guttierrez quæſt. Canonic. lib. 2. cap. 21.
num. 54. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 1. cap. 17.
num. 8. Leo theſaur. for. Eccleſ. part. 2. cap.12.
n.55. Emus Petra ad Conſtitution. Apoſtolic.tom.1.
in Conſtit.II. Paſchal.II. ſect.2. n. 15. Rota coram
Card. Cerro dec.2. n.24. Benincaſa dec. 114. per tot.
repet. poſt Card. de Luca de ſervitut. dec. 32. lib.4.
vol.4. & poſt alterum noſtrum Tractatum de Quin-
denniis int. Deciſion. Sacr. Rot. Rom. in ordine
la X. quæ quidem genuina ratio pariter deſtruit
prætenſam immunitatem manus mortuæ à præ-
29 ſtatione quindenniorum; ſi enim in nihilum re-
pugnat, Eccleſiam eſſe reddititiam, & cenſua-
riam alterius Eccleſiæ inferioris, longè minùs
repugnat, eſſe cenſuariam Eccleſiæ Romani, &
Summi Pontificis, cui ſolvuntur quindennia,
Fagnan. in ſæpè laudato cap. prætereà 1. num. 21.
30 *cum ſeqq. nè Prælat. vic. ſuas.* Omiſſo, quòd
ſub quacumque generali immunitate non com-
præhenduntur jura inſignia, ſpeciali nota digna,
per *textum in cap. conquerente 16. n. 49. de offic.*
Ordinar. Pignatell. conſult. Canonic. tom. 6. con-
ſult.8. n. 20. Barboſa de Epiſcop. alleg. 58. n. 44.
verſiculo non enim, Gratian. diſcept. 620. nu.11.
Antonell. de Jurib. & onerib. Cleric. lib.2. par.6.
cap. ult. num. 5. Pax Jordan. var. lucub. lib. 7.
tit.18. n.11.

31 Jura autem Annatarum, & quindenniorum
procul dubio ſunt jura inſignia, ac uti talia ſanè
non compræhenduntur ſub generalibus exem-
ptionibus, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.1. cap.18.*
32 *§. 3. num 50.* ex qua quidem ratione debentur
quindennia etiam ex Penſionibus perpetuò re-
ſervatis ad favorem manus mortuæ cum gene-
rali immunitate, exemptione, & libertate à
quibuſcumque oneribus ordinariis, & extraor-
dinariis impoſitis, ac in futurum imponendis,
prout in ſpecie declaravit *Clemens X. Conſtit.50.*
§.8. Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract.
int. Conſtit. Apoſtol. in ordine la X.

Quibus profectò non adverſatur exemplum,
ac res judicata in plena Camera contrà Annati-
ſtas in celebri Cauſa Reginen. Quindenniorum;
ejus enim caſus longè diſcrepat à præſenti, dum
ibi Capitulo Sacroſanctæ Patriarchalis Baſilicæ
S. Joannis Lateranen. de Urbe unita reperieba-
tur per Summum Pontificem Abbatia, ſeu Mo-
naſterium Monachorum Caſſinenſium Ordinis
S. Benedicti Terræ, ſeu Oppidi Balneariæ; quod
quidem Capitulum poſteà authoritate Apoſto-
lica ejus Bona vendidit Nobili Viro Jacobo Ruſ-
fo ejuſdem loci, Eccleſiam verò, Domùmque
ex eodem Beneplacito Apoſtolico conceſſit PP.
Prædicatoribus pro erectione Conventus, reſer-
vato ſibi dominio directo, annuòque Canone,
ſtante itaque conceſſione præfata Eccleſiæ, &
Domus, inſtabant Annatiſtæ pro quindennio,
deductis à memoratis PP. Prædicatoribus inter
cætera fundamentis, quòd ipſis nulla Unio
Beneficii Eccleſiaſtici facta fuiſſet, ſed ſimplex
conceſſio Eccleſiæ, & Domus ſuaptè natura
infructiferæ, pro qua nullum penitùs debebatur
quindennium, & quatenùs illud deberetur,
idem petendum eſſet à prædicto Capitulo Late-
ranenſi, cui unita fuerat Abbatia prædicta unà
cum omnibus fructibus; ex qua quidem potiſſi-
mùm ratione abſoluti fuerunt enunciati PP.
Prædicatores: hujuſmodi proindè exemplum
nequaquam adaptabile evadit ullo imaginabili
modo præſenti hypotheſi totaliter diverſæ, in
qua ſupponitur, jure merito prætendi poſſe
quindennium pro Beneficio manui mortuæ uni-
to cum omnibus fructibus; ſicque exempla, ut 33
probent, & allegari valeant ad deciſionem alte-
rius caſus, debent omni ex parte eaſdem habere
circumſtantias, maximè in iis, in quibus verſa-
tur ratio decidendi, *Alexand. conſil. 6. num. 2.*
lib.5. Rota coram Card. Cavaler. dec.132. num.5.
dec.799. num.3. part. 1. diverſ. dec. 304. num. 7.
part. 12. recentior. & in Aquiſgranen. Canonica-
tus 20. Januarii 1702. §. Fruſtra coram clar. mem.
Card. Priolo, ſed potiùs allegabile eſt pro Anna-
tiſtis aliud congruum exemplum Unionis Abba-
tiæ Fontis Avellanæ Collegio Germanico de
Urbe pro ejus prima Dote factæ, immò in ſu-
brogationem emolumenti Datariæ Apoſtolicæ
eidem in actu Erectionis aſſignati, ſuper quo
prodiit res judicata ſupremi Tribunalis Camera-
lis, canonizans jus quindenniorum cum ſubſe-
quuto effectu ſucceſſivæ eorum ſolutionis, non
obſtantibus pro Collegio præfato cumulatis per
Vermigliol. conſil. 476. & 477. habito præſertim
in conſideratione, quòd agatur de ſententia
lata à Tribunali Collegiali, inque materia quin-
denniorum verſatiſſimo, quo caſu magni pen- 34
dendum eſt tale judicatum, ut in ſimili de Judi-
cato Sacræ Congregationis Rituum arguit *Rota*
dec. 214. num. 7. & 8. part. 4. recentior. tom. 2.
ibi: *tamen viſum fuit Dominis, multum eſſe defe-*
rendum ſenſui Sacræ Congregationis; ſi enim de
Jure defertur doctrinæ alicujus inſignis Docto-
ris &c. quantò magis deferendum videtur doctrinæ
tantorum Patrum, & in materia, in qua ipſi quo-
tidiè verſantur.

His accedit, quòd res tranſit cum ſuo onere, 35
l. ſi convenerit. 18. §. Si fundus 2. ff. de pignoratit.
action. l. alienatio 67. ff. de contrah. empt. l. tra-
ditio 20. ff. de acqir. rer. domin. l. ſi debitor rem 12.
C. de diſtraction. pignor. l. ſi prædium 4. C. de evi-
ction. Barboſa axiom 169. num. 5. & axiom. 199.
num.5. cum ſeqq. regulare autem eſt, quòd om- 36
nia mundi Beneficia unita manui mortuæ, ſi

excedant XXIV. Ducatos auri de Camera, ſubjaceant quindenniis, ut ex Bullis deſuper editis, & *repetitis poſt Tractatum inter Conſtitution. Apoſtolic.*

Magiſque levioris momenti eſt, quòd Beneficia uti in ſe habenta antecedens onus ſolvendi Annatam, ſicque poſt Unionem obligata ad
37 ſolvendum quindennium, quod eſt loco Annatæ ex uberius per nos ſuprà in *Cap.I.* congeſtis, in tantum ſolvant annatam, in quantum conferuntur perſonæ particulari ex mera liberalitate conferentis, non verò ex cauſa dotis, prout in caſu noſtro uniuntur, inſervitura pro dote Loci Pii; ità, ut ob diſparitatem rationis non eſſet mirum, quòd non deberetur quindennium ex aliqua cauſa pro Beneficio, cui perantea impo-
38 ſitum eſt onus annatæ: quia ſtante maxima generalitate verborum, apta ad compræhendendum etiam non compræhendenda, in tali caſu cauſa dotis, quantumvis privilegiata per neceſſe citrà tergiverſationem non videtur exceptuata, ut ſuprà inſinuavimus *n.*14.

Corroboratur inſuper ſolidiſſima hæc veritas in eo, quòd, ſi patrimonium Eccleſiæ eſt ſimile, ac affine patrimonio Clerici, tantòque favore frui debet unum, quanto fruitur alterum, immò majori iſtud Eccleſiæ ex jam allatis: pa-
39 trimonium autem Clerici, ad cujus titulum ordinatus fuit, non efficitur immune à ſolutione Decimarum, *Lotther.de re benef.lib.*1.*quæſt.*2. *num.* 26. minùs immune effici debet à ſolutione quindenniorum patrimonium Eccleſiæ, cùm tamen tàm unum, quàm aliud aſſignetur in ſuſtentationem; quia in tantum patrimonium Clerici non excuſatur à Decimis, in quantum
40 illæ uti de Jure divino, & naturali inductæ juxta Canoniſtarum ſententiam, rejecta contraria Theologorum, ex *Geneſi cap.*14.*&* 28. ex *Exodo cap.* 22. *&* 23. ex *Levitico cap.* 27. ex *Numeris cap.*18. ex *Deutoronomio cap* 12. ex *Job cap.*1. ex *Malachia cap.* 3. & ex alibi paſſim in Sacra Pa-
41 gina, indiſtinctim omnia Bona habent obnoxia, *Barboſa de Paroch. part.*3. *cap.*28. *num.*6. *Antonell.de jurib. & onerib. Cleric.lib.*1.*part.*5.*cap.*62. *num.*2. *Tondut. reſol. Canonic. part.*1. *cap.*72. *n.*1. *&* 2. *Gutierrez canonic. quæſt. lib.*2. *cap.*21. *nu.*1. *cum ſeqq.* in tantum etiam quindennia, quan-
42 tumvis debita de Jure humano poſitivo, uti ta-
43 men ſubrogata in locum annatarum ſubrogatarum in locum Decimarum juxta per nos ſuprà tradita in *Cap.I.* habere debent pariter indiſtinctim omnia Beneficia obnoxia; eodèmque fermè pacto, quo patrimonium, ſeu dos (ut ità dicam) clericalis, deſerviens nempè Clerico, nè in dedecus ſui, totiuſque Ordinis Clericalis mendicare cogatur, adhùc ſubjacet Decimis, ut mox inſinuavi, ità dos, ſeu patrimonium Eccleſiæ, longè majorem continens favorem, ſubjacere quoque debet quindenniis ſubrogatis loco annatarum ſubrogatarum loco Decimarum.

Quibus omnibus propoſitis, & compoſitis
44 (non enim voto vivitur uno) ac ſuppoſito,
45 quòd facilè dignoſci poſſit, Beneficia fuiſſe unita pro dote, ex ipſamet Bulla Vnionis, ſi nimirùm dicat, uniri Beneficia *pro dote*, *pro ſuſtentatione*, *pro manutentione*, *pro ſubventione*, vel ſimiliter, eo caſu fortiùs debentur quindennia, ſi forſitan fructus Beneficiorum exuberaverint, vel ſuperaverint ſuſtentationem manus mortuæ, cui illa unita fuerunt, ſicque non omnes fructus fuerint neceſſarii ad ſuſtentationem, quaſi quòd ob eorum ſuperfluitatem nulla omninò debeant 46
gaudere immunitate, non inſervientes totaliter, nec omnes neceſſarii moraliter ad ſuſtentationem Loci Pii, ſicque in nihilo privilegiati; veluti in ſimili de manſo, ſeu dote non neceſſaria Eccleſiæ notat *Gonzalez Tellez in cap.* 1. *n.* 6. *in fin. de Cenſibus*, nè aliàs ſub pallio dotis, etiam reſidui fructus ſuperabundantes, ideòque jam non dotales, ſed benè extradotales, evaderent dotales, & Loca Pia locupletarentur cum aliena 47
jactura, Annatiſtarum videlicet contrà rectam Summorum Pontificum mentem.

Longè fortiùs debentur quindennia, ſi depræhendatur, non omnes fructus Beneficiorum unitorum eſſe neceſſarios ad dotem, ſed aliquos eſſe moraliter ſuperfluos, vel non rigorosè neceſſarios, quod dependet à dignoſcendo, quando iſta dos Eccleſiaſtica dicatur congrua, & uſque ad quam quantitatem fructuum, quod remittitur arbitrio Judicis, qui tamen illud regulare debet diverſo modo à dote mulieris, quæ non adæquatur rationi conſtituendi hanc dotem Eccleſiaſticam, ex eo, quòd in perſonis compo- 48
nentibus Locum Pium non quæritur conſervatio ſplendoris alicujus, vel Dignitatis familiæ cujuſpiam, ſed ſimplex, immò ſimpliciſſima ſuſtentatio, ad inſtar dotis Monialis, non autem commodior, *Menoch. de arbitrar. Judic.cas.*149. *ex num.* 39. *Lotther. de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 31. *num.*9. *cum ſeqq. Ventrigl. in prax. Eccleſ.tom.*2. *annot.*17. §.1. *nu.*24. *Turricell. de Vnion. Beneſic. cap.*15. *n.* 49. *cum ſeqq.*

ARGVMENTVM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, & dumtaxat in ipſo actu Unionis taxatis in Camera, ſeu Cancellaria Apoſtolica, vel tunc ſolummodò Annatam ſolventibus, quantumvis antè Unionem per prius nunquam fuiſſent taxata, vel per prius nunquam ſolviſſent Annatam, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Vt ſit locus quindenniis, ſatis eſt, quòd Beneficium, taxatum ſit de tempore Vnionis.*

2 *Vel ſatis eſt, quòd Annatam ſolverit de tempore Vnionis.*

CAPITULUM I.

POteſt aliquando contingere, quòd Beneficium nondùm reperiatur taxatum in libris Cameræ, vel quòd nunquam ſolverit Annatam ob accidens, quòd nunquam vacaverit apud Sedem, vel quòd fuerint ſuper eo expeditæ literæ gratis per viam ſecretam, vel ob aliam conſimilem cauſam, & ſub hoc captioſo prætextu, ac ſubterfugio palliato defectus taxæ, vel nunquam

quam ſolutæ annatæ, manus mortua putat, ſed in irritum, fovere bonum jus pro non ſolvendo quindennio ex tali Beneficio ſibi unito, ideò firmatur, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, & dumtaxat in ipſo actu Unionis taxatis in Camera, ſeu Cancellaria Apoſtolica, vel tunc ſolummodò Annatam ſolventibus, quantumvis antè Unionem per prius nunquam fuiſſent taxata, vel per prius nunquam ſolviſſent Annatam, etiam adhùc de-
1 bentur quindennia; quippè ad intentum Annatiſtarum, ut ſit locus quindenniis, ſatis eſt, quòd verè taxatum ſit Beneficium ſaltem de tempore Unionis, non curando de tempore,
2 quo taxatum fuit, vel ſatis eſt, quòd verè annatam ſolverit de tempore Unionis, non curando pariter de tempore, quo ſoluta fuit annata, prout de neutro curant Bullæ quindenniorum, nullibi præfinientes certum tempus taxationis, nec tempus ſolutionis annatæ, ſed indefinitè, ac in abſtracto illud expetentes, juxta *Bullam 6. Pauli II.* §. 3 *&* 4. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ Statuimus, & declaramus, „ quòd omnia, & ſingula Monaſteria, videlicet illa, quorum fructus &c. ſi in libris ejuſdem Cameræ taxati reperiuntur, Communia, „ & Minuta Servitia, atque alia jura debita, „ & conſueta, tàm ipſis Cameræ, & Collegio, „ quàm Officialibus præfatis &c. eidem Camerario ſolvere teneantur, & debeant &c. „ *Bullam* 38. *S. Pii V.* §. 2. 3. *&* 4. *eod. Bullar. to.* 2. ibi „ quoniam &c. hæſitatur, an Monaſteria, „ quorum fructus &c. in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur &c. ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi „ compræhendantur &c. Motu ſimili &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c. dummodò in „ libris ejuſdem Cameræ taxata reperiantur &c. „ Apoſtolica auctoritate unita &c. ſub literis „ Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum compræhendi, & includi. Et propterea &c. dummodò Monaſteria, & Beneficia ipſa poſſideant, „ ad ſolutionem Communium, Annatarum, & „ aliorum jurium prædictorum eidem Cameræ &c. ratione Unionum &c. ſingulis XV. „ annis &c. faciendam teneri &c. „ *& Bullam* 50. *Clementis X.* §. 10. *eod. Bullar. tom.* 6. ibi „ Particularem Congregationem &c. pro exactione Quindenniorum omnium, & ſingulorum „ Beneficiorum, ut præfertur, unitorum, & in „ libris Cameræ prædictæ taxatorum &c. debitorum, facienda, Motu ſimili &c. conſtituimus, & deputamus &c. „ *repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. VI. *&* XI.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, quantumvis non taxatis in Camera, ſeu Cancellaria Apoſtolica, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Datur duplex ſpecies Beneficiorum, una nimirùm valoris, & altera taxatorum.*
2 *Officiales præjudicare nequeunt Cameræ.*
3 *Qualitas Conſiſtorialitatis probatur per Proviſiones factas in Conſiſtorio.*
4 *Papa aliquando etiam Monaſteria, ſeu Beneficia Conſiſtorialia providet extrà Conſiſtorium.*
5 *Etiam ex Beneficiis de Jurepatronatus Regio ſolvi debent quindennia.*
6 *In quibus caſibus Beneficia de Jurepatronatus conferantur in Curia.*
7 *Etiam ex* Beneficiis *non taxatis debetur annata.*
8 *Quindennium ſobrogatum in locum annatæ.*
9 *Subrogatum debet eſſe ejuſdem naturæ, cujus eſt res, in cujus locum ſubrogatur.*
10 *Quindennium eſt ſoboles annatæ.*
11 *Recenſetur abſurdum oriturum, & expenduntur Bullæ quindenniorum.*
12 *Annatiſtæ habent fundatam intentionem.*
13 *Intellectus* Bullæ 6. Pauli II. §. 3. & 4. Bullar. nov. Rom. tom. 1.
14 *Bulla continere non debet verbum ſuperfluum.*
15 *Quindennia etiam ſolvenda ſunt ex* Beneficiis *unitis per Legatos, Nuncios, & Ordinarios.*
16 *Beneficia taliter unita, non taxantur in Camera.*
17 *Etiam de Beneficiis non taxatis ſolvitur annata.*
18 *Quindennium de* Beneficiis *non taxatis ſolvitur juxta valorem, qui exprimitur, non enim illud ſolvi poteſt juxta taxam, quæ non adeſt.*
19 *Annata ſolvitur contemplatione fructuum* Beneficii, *non verò propter* Beneficium.
20 *Quid requiratur, ut* Beneficia *ſolvant quindennia.*
21 *Expenduntur* Bullæ *quindenniorum.*
22 *Quindennia introducta fuerunt, ut conſuleretur indemnitati Cameræ, & Annatiſtarum.*
23 Bulla 6. Pauli II. Bullar. tom. 1. *apertiſſimè loquitur etiam de Beneficiis non taxatis.*
24 *Dictio* verò *quid operetur.*
25 *Ex Regeſtris librorum Annatarum, & Quindenniorum docetur de univerſali conſuetudine ſolvendi quindennia etiam de* Beneficiis *non taxatis.*
26 *Libris conſcriptis ad materiam, de qua agitur, valdè deferendum.*
27 *Affertur locus* Nehem. ſeu Eſdr. lib. 2. cap. 7. verſiculo 5. 6. 7. & 64.
28 Beneficia *tàm taxata, quàm non taxata, poſt Unionem non ampliùs vacant.*
29 *Quindennia debentur, quamvis manus mortua ſe non obligaverit ad illa ſolvenda.*
30 *Doctores indiſtinctim aſſerunt, tàm ex* Beneficiis *taxatis, quàm ex non taxatis deberi Annatas, quando conferuntur in Curia, & quindennia, quando uniuntur.*
31 *Obſervantia inſervire valet ad interpretationem Conſtitutionum Apoſtolicarum.*
32 *Lex adaptatur ad ea, quæ frequenter accidunt, non ad ea, quæ raro.*
33 *Etiam mulier rapiens virum, punitur pœna raptus impoſita in* l. un. C. de raptu Virgin. *quamvis dicta lex nullam faciat mentionem de muliere rapiente virum.*
34 *Leges loquuntur de Androgyno, ſeu Hermaphrodyto, quantumvis raro, & mirabili.*
35 *Prout de partu Cæſareo.*
36 *De partu monſtruoſo.*
37 *De partu quinquagenariæ.*
38 *De multiplici partu una vice.*

39 De

39 *De partu undecimo menſe.*
40 *De Inſula in mari nata.*
41 *De dedito hoſtibus, & non accepto, ſed in Civitatem reverſo.*
42 *Satis eſt, poſſe dari eventum, ſeu contigibilitatem.*
43 *In re eventuali nemo judicare poteſt, quot vicibus, & quantum* Beneficia *de Jurepatronatus ſolviſſent pro Annatis, ſi unita non fuiſſent.*
44 *Semper in omni caſu ſtandum eſt legi quindenniorum.*
45 *In corpore humano ſingula membra opem ferre debent jure naturæ capiti languenti.*
46 *In myſtico univerſalis Eccleſiæ corpore, reliqua membra, inferiores nempè Eccleſiæ, eorum capiti languenti pariter auxiliari debent.*
47 *Et car.*

CAPITULUM LI.

AD ſubterfugiendum ſolutionem quindenniòrum putat manus mortua, non debere quindennium ex Beneficio ſibi unito, non tamen taxato in Camera, ſub mendicato prætextu, quòd, ut Beneficium unitum, obnoxium ſit quindennio, debeat eſſe taxatum; aliàs, deficiente taxa, ceſſet quindennium, ſed quàm fallax, & inane fundamentum ſit, in præſenti articulo erit diſcutiendum, proindèque firmatur, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, quantumvis non taxatis in Camera, ſeu Cancellaria Apoſtolica, etiam adhùc debentur quindennia: quippè prætenſio manus mortuæ, quòd probandum ſit, Beneficia unita, per prius fuiſſe taxata in libris Cameræ, continet notorium æquivocum, dum in Camera non taxantur, niſi Beneficia majora, ſeu Conſiſtorialia, qualia ſunt Epiſcopatus, Abbatiæ, ſeu Monaſteria, & alia ejuſmodi, provideri ſolita conſiſtorialiter, pro quibus ſolvitur Commune, & Minutum Servitium non attingens dimidiam Annatam fructuum, juxta notiſſimam Conſtitutionem Joannis XXII. de quo ſuprà in *Cap. I. n.*44. Beneficia minora, ſeu inferiora, qualia ſunt ſimplicia, Parochialia, Canonicatus, Prioratus, & ſimilia non ſunt taxata in Camera, & pro his ſolvitur media annata, Bonifaciana nuncupata, juxta valorem in illorum Proviſionibus expreſſum; ideòque appellantur Beneficia 1
valoris ad illa contradiſtinguenda ab aliis Beneficiis taxatis, veluti, diſtinguendo unam ſpeciem ab alia, tradunt *Maſſ. Galleſ. de annat.n.*3. ibi „ Commune Servitium, eſt quantitas certa „ pro unoquoque Epiſcopatu, vel Monaſterio „ Conſiſtoriali, ſecundùm taxationem antiquam, aliàs à Joanne XXII. Pontifice moderatam ſolvenda &c. Illa verò, quæ ſpecialiter, & propriè retinet nomen Annatæ, ſolvitur pro aliis, ultrà Epiſcopatus, & Monaſteria „ Conſiſtorialia, inferioribus Beneficiis, & eſt „ dimidia pars veri annui valoris fructuum Beneficii vacantis &c. „ *n.* 4. ibi „ Altera verò „ ſpecies, quam Annatam appellari diximus, „ initium habuit à Bonifacio, ejus nominis Papa IX. Et quoniam taxatio Epiſcopatuum, „ & Monaſteriorum ſupradicta, non fuit ab „ initio facta, niſi pro tertia parte veri fructuum valoris &c. & Annata proximè dicta, „ non ſolvitur, niſi pro medietate veri valoris, „ qui per ſingulos impetrantes exprimitur &c.„ *n.*11. ibi „ univerſum annatarum, quæ nunc exiguntur, nomen, in duas eſſe diſtributum ſpecies: quarum unam diximus complecti Commune, & Minuta Servitia Epiſcopatuum, & „ Abbatiarum; alteram verò diximus eſſe, illam dimidiam veri valoris à Bonifacio IX. „ inſtitutam, quæ pro inferioribus Beneficiis „ exigitur „ *& nu.*30. *in fin.* §. *Eſt aliud, in princip.* ibi „ augetur Epiſcopatus, aut Abbatiæ taxa pro tertia parte quantitatis fructuum uniti „ Beneficii, ſi illud non ſit inter taxata in libris „ Cameræ; & ſi ſit taxatum, tantundem augetur taxa Beneficii, cui fit Unio &c. „ *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*18. §. 3. *n.* 25. ibi „ Solvitur itaque Annata ex fructibus Beneficii, „ vel ſecundùm expreſſionem in non taxatis&c. „ vel ſecundùm taxam in libris Cameræ, quæ, „ ſi minor ſit quantitate taxata, nihilominùs „ ſatisfacit, neque Cancellaria quærit de illo „ pluri, ſed taxa illa contenta eſt &c. „ *&* §.4. *de quindenn. n.*1. ibi „ loco annatæ ſolvitur quindenniũ &c. vel juxta taxam, vel juxta valorem „ expreſſum &c. „ *n.*2. ibi „ videlicet de Beneficio taxato, & Beneficio valoris &c. „ *& n.*14. *in principio* §. *Ut autem* ibi „ quindennia deberi „ juxta ſolutionem annatarum, videlicet, ſi Beneficium, quod unitur, ſit taxatum, illius „ quindennium deberi pro tertia parte Sacro „ Collegio, & pro duabus reliquis, Cancellariæ Officialibus; ſi verò Beneficium unitum, „ ſit valoris, totum quindennium deberi Officialibus Cancellariæ, contingit aliquando, „ quòd in ipſa Unione Beneficia, quæ uniuntur, in valore plus exprimantur, quàm deindè taxentur in Camera &c. „ *Tamburin. de Jure Abbat. tom.*1. *diſp.*9. *quæſit.*3. *num.*4. *&* 5. *& poſt dictum tom.*1. *à fol.* 489. *uſque ad fol.*514. *Fagnan. in cap. præterea* 1. *num.* 10. *cum ſeqq. & num* 69. *nè Prælat. vic. ſuas, Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.* 10. *nu.*3. 16. *&* 17. *Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.* 89. *num.* 2. *cum ſeqq. & de Offic. Vacabil. cap.*5. *n.*5. *et* 6. ibi „ ſolvitur annata juxta „ illam taxam, quæ reperitur deſcripta in libris „ Cameræ, & reſpectu non deſcriptorum juxta „ valorem narratum &c. iſtòſque terminos paſſim habemus parificatos in ſolutione quindenniorum &c.

Eodem fermè pacto, quo annata debetur etiam ex Beneficio non taxato, dummodò illud excedat XXIV. Ducatos auri de Camera, vel dummodò illud ſit Conſiſtoriale, cùm exceſſus valoris, vel Conſiſtorialitas Beneficii ſit conſtitutivum ſolutionis annatæ, non autem taxa, quæ quandoque poteſt per incuriam, inadvertentiam, ſeu oblivionem Officialium, vel Miniſtrorum omitti, qui tamen præiudicare nullo 2
modo queunt Cameræ Apoſtolicæ, ac Annatiſtis ab ea cauſam oneroſam habentibus, prævia ſuorum Officiorum emptione propriis pecuniis celebrata, prout (quod fortius eſt) Pontifex Prædeceſſor nec præiudicare valet, juxta *Conſtitution.*20. *Julii III.* §.5. *Bullar. nov. Rom. tom.*1. ibi „ ac ex incuria agentium pro Camera prædicta, ſeu aliàs obligationes de ſolvendis Communibus, & Minutis Servitiis, ac Annatis, „ ſeu mediis fructibus, aut aliis juribus ſolvi debitis, & conſuetis factæ non fuerint, & quæ „ ſunt, exequutioni non demandentur, in &c. Ca-

,, Cameræ , ac Collegii Cardinalium , & Offi-
,, cialium detrimentum &c. ,, *Conſtitution.* 17.
Pauli IV. §. 8. *eod. tom.*1. ibi ,, Nos conſideran-
,, tes , præfatum Eugenium &c. Collegio Car-
,, dinalium , & Officialium Romanæ Curiæ &c.
,, præiudicare non potuiſſe , & propterea jus
,, noſtrum , & Collegii , ac Officialium &c. il-
,, læſum remanſiſſe , & remanere &c. ,, *& Con-
ſtitution* 50. *Clementis X. in princip. juncto* §. 1.
*& 6. eod. Bullar. tom.*6. ibi ,, nec non illorum
,, damnis plerumque ex incuria illorum jurium
,, exactorum provenire ſolitis obviare cupienti-
,, bus ſuper ſolutione Communium , Annata-
,, rum , & aliorum jurium prædictorum &c.
,, Cùm autem &c. exactiones jurium ratione
,, quindenniorum huiuſmodi decurſorum , &
,, eorundem Cardinalium Collegio debitorum
,, ob Procuratorum dicti Collegii incuriam non
,, ſine maximo illius damno , & præiudicio , non
,, ſolùm neglectæ fuerint &c. ,, *repet. poſt Tract.
int. Conſtitut. Apoſt. in ordine la III. V. & XI.
Card. de Luca de* Benefic. *diſcurſ.* 89. *ſub nu.*13.
in fin. §. *Abſolutum autem eſt , verſic. tùm
etiam , quia* , ibi ,, ſi fortè aliqua deputatio
,, adfuit &c. illa fuit Cardinalis Camerarii Sa-
,, cri Collegii , vel alterius Officialis , non au-
,, tem totius dicti Sacri Collegii , cui factum
,, Officialis , vel adminiſtratoris præiudicare
,, non potuit &c. ,, *num.* 4. *in princip.* ibi ,, Et
,, nihilominùs , quando etiam fuiſſet facta de-
,, putatio ab ipſo Sacro Collegio , neque ſuffice-
,, ret , quoniam &c. iſta exactio debetur Papæ
,, in recognitionem dominii , iſtam verò par-
,, tem huiuſmodi emolumentorum applicavit
,, Sacro Collegio Cardinalium , aliiſque Offi-
,, cialibus demandata ipſi Collegio , tamquàm
,, inter Officiales digniori , ſimplici adminiſtra-
,, tione , & conſequenter intrat eadem ratio ,
,, quòd geſta per adminiſtratorem præiudicare
,, non poſſunt domino abſque eius ſcientia , &
,, conſenſu ,, *juncto* § *Quinimmò* ibi ,, Quinim-
,, mò , quòd neque poſitivè geſta per ipſoſmet
,, Prædeceſſores Pontifices attendi debeant , ac
,, præiudicare poſſint in hac materia quinden-
,, niorum &c. ,, *& num.* 17. *in princip.* ibi ,, Ne-
,, que prætenſa obſervantia &c. obſtare poſſet ;
,, tùm quia illa eſſet Procuratoris , vel Miniſtri ,
,, qui non poteſt præiudicare Principali &c.
,, Tùm quia agitur de præiudicio ipſius Sedis
,, Apoſtolicæ &c. ,, *& de donation. diſcurſ.* 12.
*num.*3. *& de Emphyteuſ. diſcur.* 78. *num.* 7. *& de
Regalib. diſcurſ.*23. *num.*19. *& ſub nu.*25. *verſi-
culo ut enim, & diſcurſ.*162. *num.* 9. ibi ,, negli-
,, gentia illorum Officialium , qui hujuſmodi
,, quindenniorum exactioni , & adminiſtrationi
,, præpoſiti ſunt , præjudicium inferri non de-
,, bet &c. ,, omiſſo , quòd nihil confert ad præ-
tenſam exemptionem à quindennio , quòd Be-
neficium non ſit taxatum , etenim , quantumvis
non ſit taxatum , adhùc ex eo debetur quinden-
nium ad menſuram fructuum expreſſorum .
3 Conſiſtorialitatis autem qualitas rectè probata
remanebit per Proviſiones factas in Conſiſtorio,
Tondut. reſol. Canonic. & benefic. part. 1. *cap.* 33.
nu 2. *& part.*2. *cap.*2. §.7 *per tot. & cap.*3. § 6.
num. 17. *Card. de Luca in Relat. Cur. diſcurſ.* 5.
*n.*18. *Rota poſt Tambur n. de Jure Abbat tom.*3.
*dec.*15. *num.*4. *cum ſeq. & dec.*16. *n.*7. *dec.* 540.
*n.*5. *part.*3. *lib.*3. *diverſ. & in recentior. dec.*791.
nu. 2. *&* 5. *part.* 3. quantumvis Papa , qui non 4
habet coanguſtatam , ſeu arctatam poteſtatem ,
aliquando etiam Monaſteria, ſeu Beneficia Con-
ſiſtorialia pro libito voluntatis provideat extrà
Conſiſtorium , *Pariſ. de reſignat. Benefic. lib.* 8.
*quæſt.*6. *n.*8. *Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic.
lib.*6. *cap.*4. *n.* 48. *cum ſeqq.*

His accedit , quòd , cùm Bullæ quindennio-
rum ſtatuant , quindennia ſolvi debere etiam 5
ex Beneficiis de Jurepatronatu Imperiali , Re-
gio , Ducali , ac ſimili laicali , prout videre eſt
in *Bulla* 20. *Julii III.* §.6. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1.
Bulla 38. *S. Pii V.* § 3. *tom.* 2. *Bulla* 33. *Sixti V.*
§.2. *eod. tom.*2. *Bulla* 18. *Urbani VIII. in principio ,
juncto* §.2. *tom* 5. *Bulla* 50. *Clementis X.* § 4 *&* 5.
tom. 6. *Bulla Clementis XI.* 23. *&* 29. *Novem-
bris* 1704. *& Bulla ejuſdem* 24. *Januarii , &* 16.
Maji 1705. *repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in
ordine la* III. VI. VII. VIII. XI. XII. XIII. XIV.
& XV. ſequitur , etiam ex Beneficiis non taxatis
deberi quindennia , hujuſmodi enim Beneficia
ad præſentationem Laicorum , non reperiuntur
taxata , dum ipſa perrarò conferuntur in Curia ,
niſi in caſibus præciſis , & neceſſariis , puta oc- 6
caſione diſpenſandi cum præſentato , prævia de-
rogatione minoris partis , vel medietatis vocum,
vel illum gravandi Penſione Regia , ſuper defe-
ctu ætatis , ſuper pluralitate Beneficiorum , vel
ex capite devolutionis ob non factam præſenta-
tionem in tempore , vel ob lapſum tempus ad
præſentandum , vel ſuper alio ſimili obſtaculo
ſola auctoritate Papæ tollendo, *Rebuff. in prax.
benef. part.* 1. *in* 3. *part. Signatur. verbo nec non
Jurispatronatus , num.* 14 *cum ſeqq Rot. in Ro-
mana Clericatus S. Laurentii in Damaſo* 3. *Mar-
tii* 1698. §. *Solùmque , coram Molines Decano* ; ſi
enim etiam ex Beneficiis non taxatis debetur 7
annata juxta ſuperiùs congeſta *n.*1. ſequitur per
neceſſarium conſequens , quòd etiam ex Benefi-
ciis non taxatis debeatur quindennium , cùm
iſtud ſubrogatum ſit in locum annatæ , ex latè 8
per nos ſuprà *Cap. I.* cumulatis : ſubrogatum 9
autem debet eſſe ejuſdem naturæ , cujus eſt res ,
in cujus locum ſubrogatur , ex vulgatis , præ-
ſertim ubi , ut in caſu , nulla adeſt ratio diſpari-
tatis inter annatam , & quindennium , immò
inter utrumque maxima,tantaque ſimilitudo, ut
quindennium ſit ſoboles annatæ , *Amayden. de* 10
*ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*18 § 4. *de quindenn n.*1. *Card.
de Luca de* Benefic. *diſcurſ.*27. *nu* 13. *diſcurſ.* 88.
*num.*8. *& diſcurſ.*89. *nu.*7. *de Regalib. diſcur.*33.
*num.*12. *& de Emphyteuſ. diſcur.* 36. *n.* 4. Aliàs ,
ſi Beneficia non taxata non ſubjacerent quin-
denniis , poſſet dari caſus , quòd omnia , vel 11
quamplura Beneficia alicujus Diœceſis non re-
perirentur taxata , ex quibus aliqua unirentur ,
non obſtante autem Unione , manus mortua
prætenderet exemptionem à quindenniis ſub ſo-
lo prætextu defectus taxæ ; proindèque irroga-
retur Cameræ , & Annatiſtis præjudicium per-
petuum , ac irreparabile , contrà mentem Pon-
tificum , qui introduxerunt quindennia ad repa-
randum tale præiudicium ortum ex Unione ob
indè ceſſatam in futurum vacationem Beneficio-
rum unitorum , juxta *Conſtit.*6. *Pauli II.* §. 2. 3.
4. *&* 5. *Bullar. nov Rom. tom.*1. ibi ,, Propterea-
,, que &c. Beneficia unita huiuſmodi ampliùs
,, nequaquam vacare ſperantur , cùmque pro-
,, pterea Camera Apoſtolica , nec non &c.
,, S.R.E.

,, S. R. E. Cardinalium Collegium , & Sedis
,, Apoſtolicæ Officiales detrimentum non mo-
,, dicum patiantur . Nos, quorum intereſt, eo-
,, rundem Cameræ , Collegii , & Officialium
,, indemnitati proſpicere &c. auctoritate Apo-
,, ſtolica &c.ſtatuimus &c.et declaramus, quòd
,, omnia , & ſingula Monaſteria &c. quorum
,, fructus &c. ſi in libris eiuſdem Cameræ taxa-
,, ti reperiuntur , Communia , & Minuta Servi-
,, tia , atque alia jura debita , & conſueta , tàm
,, ipſis Cameræ , & Collegio , quàm Officiali-
,, bus præfatis , reliqua verò Monaſteria &c. &
,, Beneficia , ut præfertur , unita &c. Annatam,
,, ſivè medios fructus unius anni in poſterum
,, ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis , ei-
,, dem Camerario ſolvere teneantur, et debeant.
,, Et quòd de omnibus Monaſteriis &c. & Be-
,, neficiis , ut præfertur , unitis &c. Communia ,
,, Minuta , & alia jura , ſeu Annatas , & me-
,, dios fructus huiuſmodi ſolvere adſtringantur
,, etiam ſingulis annis XV. in futurum &c. ,,
*Conſtit.*20. *Julii III. in princip. juncto* §.5.*eod.*
to. 1. ibi ,, Cupientes Cameræ Apoſtolicæ &c.
,, & Collegii &c. S. R. E. Cardinalium , ac Of-
,, ficialium Sedis Apoſtolicæ indemnitati con-
,, ſulere , & eorum jura , ut tenemur , illæſa
,, præſervare &c. Cùm autem &c. diverſæ aliæ
,, Uniones &c. perpetuò factæ &c. fuerint , ac
,, &c. obligationes de ſolvendis Communibus ,
,, & Minutis Servitiis , ac Annatis , ſeu mediis
,, fructibus , aut aliis juribus ſolvi debitis , &
,, conſuetis , factæ non fuerint , & quæ ſunt ,
,, exequutioni non demandentur &c.in &c. Ca-
,, meræ , ac Collegii , Cardinalium , & Officia-
,, lium detrimentum &c. ,, *Conſtit.* 17. *Pauli IV.*
§. 7. *in fin. &* §. 8. *eod. tom.* 1. ibi ,, Commu-
,, nia , Minuta Servitia , Annatas , & alia jura ,
,, Cameræ , & Collegio , ac Officialibus prædi-
,, ctis, ratione Unionum eis de Monaſteriis &c.
,, & aliis Beneficiis Eccleſiaſticis hactenùs fa-
,, ctarum debita perſolvere recuſent &c. in &c.
,, Cameræ , ac Collegii , & Officialium prædi-
,, ctorum detrimentum . Nos conſiderantes ,
,, præfatum Eugenium &c. Collegio Cardina-
,, lium , & Officialium Romanæ Curiæ &c.
,, præiudicare non potuiſſe , & propterea jus
,, noſtrum , & Collegii , ac Officialium &c. il-
,, læſum remanſiſſe , & remanere &c. omnes ,
,, & ſingulas Uniones &c. de quibuſvis Mona-
,, ſteriis &c. & Beneficiis Eccleſiaſticis &c. quæ
,, ex eorum perpetuitate non vacant &c. per-
,, petuò factas , & de cætero &c. perpetuò fa-
,, ciendas , ſub literis Pauli &c. compræhen-
,, di &c. Et propterea &c. ad ſolutionem Com-
,, munium , & Minutorum Servitiorum , ac
,, Annatarum , & aliorum jurium prædictorum
,, eiſdem Cameræ , Collegio , & Officialibus ,
,, ratione earundem Unionum &c. ſingulis XV.
,, annis &c. faciendam teneri &c. nec non Mo-
,, naſteria &c. & Beneficia unita huiuſmodi
,, onus ſolutionis Communium , & Minutorum
,, Servitiorum , ac Annatarum , & aliorum ju-
,, rium ſemper habuiſſe , & ad præſens habere ,,
,, *Conſtitut.* 38. *S. Pii V.* §. 3. *&* 4. *eod. Bullar.*
,, *tom.*2. ibi ,, quindenniorùmque uſus , & ſo-
,, lutio ideò adinventi ſunt , nè Camera prædi-
,, cta ex Monaſteriorum , Prioratuum , & alio-
,, rum Beneficiorum Eccleſiaſticorum Unioni-
,, bus , quæ ampliùs vacare non ſperabatur ,
,, detrimentum aliquod pateretur . Volentes
,, Cameræ noſtræ Apoſtolicæ , ac &c. S. R. E.
,, Cardinalium , nec non &c. Romanæ Curiæ
,, Officialium Participantium jura præſervare ,
,, illorùmque indemnitati conſulere &c. Motu
,, ſimili &c. omnia , & ſingula Monaſteria &c.
,, dummodò in libris eiuſdem Cameræ taxata
,, reperiantur , reliqua verò Monaſteria &c. &
,, alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c.
,, Apoſtolica auctoritate unita &c. ſub literis
,, Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum huiuſmo-
,, di compræhendi , & includi. Et propterea &c.
,, dummodò Monaſteria , & Beneficia ipſa poſ-
,, ſideant , ad ſolutionem Communium , Anna-
,, tarum , & aliorum jurium prædictorum ei-
,, dem Cameræ &c. ratione Unionum &c. ſin-
,, gulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. ,,
Conſtit. 33. *Sixti V. in princip. juncto* §. 2. *eod.*
tom. 2. ibi ,, Cameræ noſtræ Apoſtolicæ , &
,, Collegii &c. S. R. E. Cardinalium , & Offi-
,, cialium Romanæ Curiæ de Annatis , & Quin-
,, denniis Participantium indemnitati , prout
,, tenemur , conſulere , & eorum jura illæſa
,, præſervare volentes &c. Præterea quoniam
,, quindenniorum uſus,& ſolutio ratione Benefi-
,, ciorum unitorum conſtituta ſunt , quia illo-
,, rum vacatio ampliùs non ſperatur , ut propte-
,, reà damnum ex hoc Cameræ Apoſtolicæ , &
,, Collegio Cardinalium , & Romanæ Curiæ
,, Officialibus prædictis emergens ſarciatur &c.
,, ſtatuimus &c. & declaramus , quòd Uniones
,, &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſti-
,, cis &c.hactenùs factæ , et faciendæ &c.ſub di-
,, ctorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c.
,, omninò compræhendantur &c. Et propterea
,, &c. dummodò Beneficia ipſa poſſideant , ad
,, ſolutionem Quindenniorum præfatorum ei-
,, dem Cameræ , ac Collegio , et Officialibus ,
,, ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c.
,, faciendam teneri &c. ,, *Conſtitution.*18. *Urba-*
ni VIII. in princip.juncto §.1.*eod. Bullar.tom.*5.
,, ibi ,, quindenniorùmque uſus , et ſolutio ,
,, ideò adinventi fuerunt , nè Cameræ prædictæ
,, ex Monaſteriorum , Prioratuum , aliorùmque
,, Beneficiorum Eccleſiaſticorum unionibus ,
,, quæ ampliùs vacare non ſperabantur , detri-
,, mentum aliquod induceretur . Volens pro-
,, pterea dictæ Cameræ , ac &c. S. R. E. Cardi-
,, nalium Collegio , nec non &c. Cancellariæ
,, Apoſtolicæ Officialibus , de Communibus ,
,, Annatis , et Quindenniis Participantibus jura
,, præſervare , illorùmque indemnitati conſule-
,, re , Motu ſimili &c. dummodò Monaſteria ,
,, ſeu Beneficia ipſa poſſiderent , ad ſolutionem
,, Communium , Annatarum , et aliorum ju-
,, rium prædictorum eiſdem Cameræ , Collegio,
,, et Officialibus , ratione Unionum &c. prædi-
,, ctarum ſingulis XV. annis &c. faciendam te-
,, neri &c. volentes igitur , tàm Cameræ noſtræ
,, Apoſtolicæ , quàm &c. S. R. E. Cardinalium
,, Collegio , ac &c. Cancellariæ Apoſtolicæ
,, Officialibus de Annatis Participantibus con-
,, ſulere &c. ,, *& Conſtitution.*50. *Clementis X. in*
princip. juncto §.1.2.3.5.6. *&* 7. *tom.* 6. ibi ,,
,, Motu proprio &c. Cameræ Apoſtolicæ , &
,, Collegii &c. S. R. E. Cardinalium , ac &c.
,, Cancellariæ Apoſtolicæ Officialium de Com-
,, munibus , Annatis , et Quindenniis Partici-
,, pantium indemnitati conſulere , immò illo-
rum

,, rum jura manutenere, nec non illorum dam-
,, nis &c. obviare cupientibus &c. quòd &c.
,, Succeſſoribus ſuis Romanis Pontificibus, et
,, per conſequens Collegio Cardinalium huiuſ-
,, modi, et Officialibus Romanæ Curiæ &c.
,, præiudicare non potuiſſet &c. omnes, et ſin-
,, gulas Uniones &c. de quibuſvis Monaſte-
,, riis &c. et Beneficiis Eccleſiaſticis &c. quæ ex
,, eorum perpetuitate non vacant &c. perpetuò
,, factas, et de cætero &c. perpetuò faciendas,
,, ſub literis Pauli II. &c. includi &c. et Quin-
,, denniorum uſus, et ſolutio ideò adinventi
,, fuerant, nè Cameræ prædictæ ex Monaſterio-
,, rum, aliorùmque Beneficiorum Unionibus,
,, quæ ampliùs vacare non ſperabantur, detri-
,, mentum aliquod induceretur, volens propte-
,, reà prædictæ Cameræ, et eorundem Cardina-
,, lium Collegio, nec non Cancellariæ Apoſto-
,, licæ Officialibus de Communibus, Annatis,
,, et Quindenniis Participantibus jura præſer-
,, vare, illorùmque indemnitati conſulere invi-
,, gilans &c. Nos verò &c. nolentes Cameræ
,, noſtræ Apoſtolicæ &c. jura pro poſſe noſtro
,, negligere, quinimmò tàm illius, quàm S.R.E.
,, Cardinalium, ac &c. Cancellariæ Apoſtolicæ
,, Officialium de Annatis Participantium in-
,, demnitatibus de cætero obviare &c. ac omnes
,, et ſingulas Uniones de quibuſvis Monaſteriis,
,, et aliis Beneficiis Eccleſiaſticis &c. quæ ex eo-
,, rum perpetuitate non vacant &c. perpetuò
,, factas, et de cætero &c. perpetuò faciendas,
,, ſub literis Pauli Prædeceſſoris huiuſmodi
,, compræhendi, et includi. Ideòque &c. ad
,, ſolutionem Communium, et Minutorum Ser-
,, vitiorum, et Annatarum, aliorumque jurium
,, prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et
,, Officialibus, rationè earundem Unionum &c.
,, faciendam teneri &c. ſtatuimus, et decerni-
,, mus &c. ,, *repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt.*
in ordine la I. III. V. VI. VII. VIII. & XI. ac
notant *Maſſ. Galleſ. de annat. num.* 30. *in fin.*
§. *Eſt aliud*. ibi ,, Eſt aliud quoque annatæ
,, nomen Quindennium &c. Cùm inter alia Pro-
,, viſionum genera, quæ ab Apoſtolica Sede
,, impetrantur, ſint illæ, per quas Beneficia Ec-
,, cleſiaſtica uniuntur, & annectuntur aliis, ità,
,, quòd non ſint ampliùs vacatura, quod con-
,, tingit, ſi Unio ſit perpetua &c. Ex huiuſmo-
,, di Unionibus, et ſiquæ ſint aliæ, per quas
,, præcludatur via futuris unitorum Beneficio-
,, rum vacationibus; quoniam inferebatur Sedi
,, Apoſtolicæ detrimentum percipiendi ex illis
,, annatam &c. uſu receptum fuit, ut &c. pro-
,, mitterent, obligarentque ſe, et ſucceſſores,
,, pro ſolvenda in futurum &c. unitorum Bene-
,, ficiorum annata &c. ut ſic Apoſtolicæ Sedis
,, indemnitati proſpiceretur, nè talium Unio-
,, num prætextu, remaneret in perpetuum pri-
,, vata jure percipiendi conſuetam annatam
,, &c. ,, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18.
§. 4. *de quinden. ſub num.* 1. ibi ,, nè videlicet
,, Officiales, et Camera Apoſtolica ex huiuſ-
,, modi Unionibus nimium damnum patian-
,, tur, inducitur fictio, quòd ſingulo XV. anno
,, contingat vacatio &c. ,, *num* 10. *in fin. n.* 12.
& 20. *in fin. verſ. Et cùm ſupradictæ Uniones*,
& ſub. num. 21. *Capon. diſc. for.* 32. *nu.* 5. ibi ,,
,, cauſæ finales Conſtitutionum fuere, ut An-
,, natiſtis, et Cameræ Apoſtolicæ ſarciretur de-
,, trimentum, quod patiebantur ex Unionibus,
,, et diſmembrationibus factis de Beneficiis,
,, quæ prius vacabant, et annatam DD. Anna-
,, tiſtis ſolvere conſueverant, cùm deindè ob
,, eorum Uniones perpetuas ampliùs vacare
,, non poſſint &c. ,, *n.* 6. ibi ,, Et id apertè de-
,, clarant verba earundem Conſtitutionum &c.
,, *n.* 7. ibi ,, Quòd autem cauſæ finales, quibus
,, moti fuerunt Pontifices ad concedenda quin-
,, dennia, fuerint ob damnum, quod patieban-
,, tur Annatiſtæ ex Unione Beneficiorum, quæ
,, vacabant, & annatam ſolvere conſueverant,
,, elicitur ex prædictis Conſtitutionum verbis,
,, tanquam in proœmio appoſitis &c. & ex ad-
,, verbiis quia, & quoniam in dictis proœmiis
,, appoſitis, quæ regulariter ponuntur cauſati-
,, vè, & reddunt finalem earum diſpoſitio-
,, nem &c. ,, *& n.* 36. ibi ,, Quindennia ſunt in-
,, ducta ad ſubveniendum indemnitati Cameræ
,, Apoſtolicæ, ut, ſicut anteà percipiebat an-
,, natam, ità etiam debeat percipere quinden-
,, nium, quando ſunt unita Beneficia, vel ap-
,, plicata Bona, ratione quorum anteà ſolve-
,, batur annata &c. ,, *Lotther. de re benef. lib.* 1.
quæſt. 29. *nu.* 5. ibi ,, quindennia hæc &c. fuiſ-
,, ſe introducta juſtiſſima de cauſa &c. quia per
,, Unionem extinguebantur Beneficia, cùm
,, deinceps impediretur vacatio, undè infereba-
,, tur præiudicium Cameræ Apoſtolicæ reſpectu
,, annatæ, neceſsè fuerit huic damno adeò evi-
,, denti occurrere, reducendo obligationem de
,, ſolvendo certum quid ſtatis temporibus &c. ,,
Fatinell. reſponſ. 50. *num.* 12. *&* 13. *in princi-*
pio, tom. 2. ibi ,, cùm eorum vacatio ob Unio-
,, nem ampliùs non contingat, & conſequenter
,, nec Proviſio, in locum Annatæ ſubrogata
,, fuerunt Quindennia, nè Camera Apoſtolica,
,, & eius Officiales appellati Annatiſtæ detri-
,, mentum patiantur, ità ſancientibus Apoſto-
,, licis Conſtitutionibus &c. quòd Quindennia
,, ſucceſſerint loco Annatæ, ad relevandum Ca-
,, meram, & Officiales à præiudicio, quod ex
,, Unione Beneficii collativi ſentiebant &c. ,,
Mandoſ. de privileg. ad inſtar gloſ. 7. *num.* 49.
,, ibi ,, intrà illud tempus fingit Cancellaria,
,, dicta Collegia, aut Religiones periiſſe, nè
,, ſuis juribus ex huiuſmodi perpetuis Unioni-
,, bus defraudetur ,, *Pariſ. de reſign. Benef. lib.* 4.
quæſt. 10. *ſub num.* 4. *Azor. inſtit. moral. par.* 2.
lib. 7. *cap.* 13. *in principio, quæſt.* 1. *in fin.* ibi ,,
,, nè Pontificii Miniſtri, ob perpetuam Benefi-
,, ciorum, cum huiuſmodi Collegiis coniun-
,, ctionem, annatæ fructibus fraudarentur ,, *&*
part. 3. *lib.* 12. *cap.* 11. *propè fin. quæſt.* 10. *in*
fin. ibi ,, Quare, nè Camera, ſivè Fiſcus Pon-
,, tificius tot Annatas ammitteret, conſtitu-
,, tum eſt auctoritate Pontificum, ut Beneficia
,, ſic unita, Juris quadam fictione XV. quoque
,, anno quaſi vacantia cenſeantur, & ex illis
,, ſolvatur annata, perindè, ac ſi vacaſſent ,,
Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 89. *num.* 3. ibi ,,
,, Quia verò &c. inolevit uſus Apoſtolicæ Sedis,
,, faciendi &c. Beneficiorum Uniones, ita im-
,, pedientes vacationes, ac perſonales, ſeu vi-
,, talitias Proviſiones præiudicantes Papæ, ac
,, Sacro Collegio Cardinalium, aliiſque Offi-
,, cialibus circà ſolutionem dictorum Servitio-
,, rum, & annatarum, quæ occaſione novarum
,, Proviſionum facienda eſſet; hinc pro huiuſ-
,, mo-

„ modi damni, ac præiudicii refectione, inole-
„ vit etiam antiquus uſus ſolvendi dicta onera,
„ & annatas, pro &c. Beneficiis unitis &c. „
Rota coram Card. Seraphin. deciſ. 1410. *n.* 10. *&* 28.
to. 2. ibi „ cùm &c. quando fiebant Uniones &c.
„ obligarent ſe de ſolvendo certum quid &c. Ca-
„ meræ Apoſtolicæ ratione præiudicii, quod
„ oriebatur ex eo, quòd per Unionem extingue-
„ bantur Beneficia; ità, nt ampliùs eorum va-
„ catio dari non poſſet &c. licet quindennia fue-
„ rint introducta propter præiudicium, quod
„ per Uniones inferebatur Cameræ Apoſtolicæ
&c. „ *Card. Cerr. deciſ.* 2. *num.* 14. *repet. poſt Tract. int. Deciſion. Sacr. Rot. Rom. in ordine la V.* habentes igitur Camera, & Annatiſtæ pro ſe regulam,
12 dicuntur habere fundatam eorum intentionem, donec manus mortua doceat de contrario, *Card. de Luca de Regalib. diſcurſ.* 60. *n.* 7. *et de Judic. diſcur.* 2. *num.* 19. *in fin.*

Immò putarem, hanc veritatem depromi ex apertis verbis Bullarum Pontificiarum ſuper quindenniis editarum; & quidem ex ipſis viſce-
13 ribus *Bullæ 6. Pauli II.* primi quindenniorum regulatoris, §. 4. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *repet. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſtol. in ordine la I.* ubi apertiſſimè loqui etiam depromitur de Beneficiis non taxatis, dum, poſtquàm in *præcedenti* §. 3. expreſsè loquutus fuit de Beneficiis taxatis, in verbis ibi: *ſi in libris eiuſdem Cameræ taxati repeririuntur &c.* ſtatim in *prælaudato* §. 4. ſubdit diſcretivo, ſivè diſtinctivo modo, in verbis ibi: *reliqua verò Monaſteria &c. & Beneficia, ut præfertur, unita &c.* nulla ampliùs facta mentione, prout in *antecedenti* §. 3. fecerat, de Beneficiis taxatis: ergò in *dicto* §. 4. pernecesſè loquitur de Beneficiis non taxatis; de taxatis enim jam præcedenter in §. 3. loquutus fuerat, ad quid enim loqui illicò immediatè in *dicto* §. 4. de Beneficiis taxatis, ſi per prius in *antecedenti* §. 3. jam loquutus fuiſſet de Beneficiis taxatis, ex traditis per *Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.* 23. *nu.* 6. *Rot. deciſ.* 557. *num.* 15. *part.* 19. *recentior. tom.* 2. Aliàs, ſi etiam in §. 4. loqui intelligeretur de taxatis, idem repeteret abſque aliqua neceſſitate, quod jam dixerat in *præcedenti* §. 3. quando tamen
14 Bulla non debet continere verbum aliquod ſuperfluum, aut otioſum, nè in ſyllaba quidem, *cap. ſi Papa* 10. *verſic. cùm enim, de privileg. in* 6. *l. ait Prætor* 3. *in principio, ff. de jurejur. l. ſi quando* 109. *ff. de legat.* 1. *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodie* 9. *Cancellar. de Menſib.* §. 7. *proœm. n.* 127. *&* 128. *& gloſ.* 30. *num.* 16. *cnm ſeqq. Barboſa axiom.* 222. *num.* 11. quod idem videtur Pontifex repetere de non taxatis in *ſeqq.* §§. 5. *&* 6. nulla ampliùs facta mentione taxæ in Camera: quod comprobatur etiam ex *Rubrica Bullæ* 33. *Sixti V. eod. Bullar. tom.* 2. *repet. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la VII.* ubi nè verbum quidem de Beneficiis taxatis, ſed indeterminatè, ac in abſtracto, ſeu indifferenter de Beneficiis unitis, ſicque de taxatis, & non taxatis, in verbis *Cherubin.* ibi: *Quòd Monaſteria, Prioratus, & alia Beneficia Eccleſiaſtica perpetuò unita, & de cætero non vacantia teneantur R. Cameræ Apoſtolicæ debita jura, & Servitia, ut taxata ſunt, præſtare, alia verò Annatas perſolvere ſingulis XV. annis*; nec in corpore *Bullæ Sixtinæ* apparet aliquis fumus taxæ, idèmque mirè comprobatur ex tota ſerie *Bullæ* 18. *Urbani VIII. eod. Bullar. tom.* 5. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la VIII.* in qua nihil de taxatis: eadem quoque veritas corroboratur ex *Bulla* 28. *S. Pii V.* §. 2. *&* 3. *eod. Bullar. tom.* 2. *repet. poſt Tract. in oridne la VI.* ubi de taxatis etiam diſſerit, ibi „ an Monaſteria, quo-
„ rum fructus &c. in libris Cameræ Apoſtoli-
„ cæ taxati reperiuntur, nec non Prioratus &c.
„ cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica, quorum
„ fructus &c. in diſtributiones quotidianas con-
„ vertuntur, ſub literis Pauli II. & aliorum
„ Prædeceſſorum huiuſmodi compræhendan-
„ tur. Motu ſimili &c. omnia, & ſingula Mo-
„ naſteria &c. dummodò in libris eiuſdem
„ Cameræ taxata reperiantur, reliqua verò Mo-
„ naſteria &c. & alia quæcumque Beneficia Ec-
„ cleſiaſtica &c. etiam pro quotidianis diſtri-
„ butionibus &c. Apoſtolica auctoritate unita
„ &c. ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſ-
„ ſorum huiuſmodi compræhendi, & includi;
„ prout pariter ex „ *Bulla* 50. *Clementis X.* §. 10. *in fin. eod. Bullar. tom.* 6. *repet. poſt Tract. in ordine la* XI. ubi etiam de taxatis ſermonem facit, ibi „
„ Particularem Congregationem &c. pro exa-
„ ctione Quindenniorum omnium, & ſingulo-
„ rum Beneficiorum, ut præfertur, unitorum,
„ & in libris Cameræ prædictæ taxatorum &c.
„ Motu ſimli &c. conſtituimus, & deputamus „

Adeò, ut, ſi ex enunciatis Bullis palam in- 15
ſuper ſit, quindennia ſolvenda eſſe quoque ex Beneficiis per Legatos, Nuncios Apoſtolicos, Locorùmq; Ordinarios unitis, juxta *Bullam* 33. *Sixti V.* §. 2. *Bullar. nov. Rom tom.* 2. *Bullam* 18. *Urbani VIII. in principio, juncto* §. 2 *tom.* 5. *& Bullam* 50. *Clementis X.* § 4. *&* 5. *tom* 6. *repetit. poſt Tract. in ordine la VII. VIII. & XI.* quando 16
tamen Beneficia taliter unita procul dubio non taxantur in Camera, in qua ſolummodò taxantur Beneficia, quæ Papa confert, non autem illa, quæ conferuntur ab Ordinariis Locorum, aut Legatis, ſeu Nunciis Apoſtolicis, quia iſti non provident in Curia, jure quidem merito iſta venit omninò tenenda opinio, dum videmus, quòd juxta praxim ſolvitur quoque annata de Benefi- 17
ciis non taxatis; hac ſolùm intercedente differentia, quòd ſolvitur juxta valorem, qui expri- 18
mitnr ex eo, quòd non poſſit ſolvi juxta taxam, quæ non adeſt, veluti ponderat *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *nu.* 56. cùm, ſicuti ad hoc, ut Beneficia ſubiaceant annatis, ſatis eſt, quòd excedant valorem Ducatorum XXIV. auri de Camera, ad tenorem *Conſtitution* 33. *Clementis VII. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Ameyden. loc. cit. num.* 21. 42. *& ſeqq.* contemplatione 19
namque fructuum Beneficii, non verò propter ipſum Beneficium, aut illius collationem ſolvitur annata, *Cabaſſut. in notit. Concil. in appendice ad Concil. Baſilien. de Annat. fol.* 462. *Maſſ. Galleſ. de annat. num.* 4. *cum ſeqq. Fagnan. in cap. prætereà* 1. *num.* 8. *et* 10. *in fin. et num.* 79. *et* 83. *nè Prælat. vic. ſuas, bon. mem. R. P. D. Piton. diſcept. Eccl. part.* 1. *diſc.* 18. *num.* 1. 4. *et* 7. ità & ad hoc, ut Beneficia unita ſubiaceant quinden- 20
niis loco annatarum, ſatis eſt, quòd in rei veritate excedant præfatum annuum valorem, quamvis non reperiantur taxata, quòdve ſint Conſiſtorialia, ut ſtatuit *S. Pius V. Conſt.* 38. §. 3. *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. ibi: *Motu ſimili &c. omnia, et ſingula Monaſteria &c. et alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. quorum fructus &c. ſum-*

*ſummam XXIV. Ducatorum auri de Camera &c.
excedunt &c. Apoſtolica auctoritate unita &c. ſub
literis Pauli II. et aliorum Prædeceſſorum huiuſ-
modi compræhendi, et includi, Sixtus V. Conſt.* 33.
§. 2. *eod. tom.* 2. *Urbanus VIII. Conſt.* 18. *in prin-
cipio, tom.* 5. *et Clemens X. Conſt.* 50. §. 4. *et* 7.
tom. 6. *repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine
la* VI. VII. VIII. & XI. & notat *Ameyden. de
ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quinden. num.* 12.
cum ſeq.

Nec relevat, quòd Bullæ quindenniorum
mandantes quindennia ſolvi ex Beneficiis uni-
21 tis, intelligendæ ſint, quando antecedenter
Beneficia huiuſmodi taxata fuerint in Camera
Apoſtolica, & antè Unionem ex eiſdem ſolvi
conſueverint annatæ: etenim in his terminis vi-
detur eſſe id, quod indicat *Bulla* 6. *Pauli II.* §. 3. 4.
5. *et* 6. *Bullar. nov. Rom. to.* 1. *repet. poſt Tract. in or-
dine la I.* ibi,, ſtatuimus &c. & declaramus, quòd
,, omnia, & ſingula Monaſteria, videlicet illa,
,, quorum fructus &c. ſi in libris eiuſdem Came-
,, ræ taxati reperiuntur, Communia, & Minuta
,, Servitia, atque alia jura debita, & conſueta,
,, tàm ipſis Cameræ, & Collegio, quàm Offi-
,, cialibus præfatis. Reliqua verò Monaſteria
,, &c. & Beneficia, ut præfertur, unita, pro
,, quibus Cameræ Apoſtolicæ Annata, ſeu alia
,, jura ſolvi conſueverant, vel debebant tempo-
,, ribus retroactis &c. Annatam, ſivè medios
,, fructus unius anni in poſterum ſingulis XV.
,, annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario
,, ſolvere teneantur, & debeant. Et quòd de
,, omnibus Monaſteriis &c. & Beneficiis, ut
,, præfertur, unitis &c. Communia, Minuta, &
,, alia jura, ſeu Annatas, & medios fructus
,, huiuſmodi ſolvere adſtringantur etiam ſingu-
,, lis annis XV. in futurum, prout multi alii ad
,, ſimiles Uniones, & gratias obtinendas fa-
,, ciunt, & facere conſueverunt &c. Alioqui, ſi
,, à ſolutione &c. ceſſare præſumpſerint, Unio-
,, nes &c. habeantur pro infectis, & ſic Mona-
,, ſteria &c. et &c. Beneficia huiuſmodi tan-
,, quàm verè vacantia poſſint liberè à Sede præ-
,, fata impetrari &c. ac ſi Uniones ipſæ &c. nul-
,, latenùs emanaſſent,, juxta quam quidem
memoratam Bullam Paulinam in ſequelam in-
telligendæ ſunt aliæ ſucceſſivæ, illa nempè *Bu-
la* 38. *S. Pii V.* §. 2. 3. & 4. *eod. Bullar. tom.* 2.
repet. poſt Tract. in ordine la VI. ibi,, hæſitatur,
,, an Monaſteria, quorum fructus &c. in libris
,, Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur, nec
,, non Prioratus &c. cæteràque Beneficia Eccle-
,, ſiaſtica &c. quorum fructus &c. in diſtribu-
,, tiones quotidianas convertuntur, ſub literis
,, Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum huiuſmo-
,, di compræhendantur &c. Motu ſimili &c. om-
,, nia, et ſingula Monaſteria &c. dummodò in
,, libris eiuſdem Cameræ taxata reperiantur,
,, reliqua verò Monaſteria &c. et alia quæcum-
,, que Beneficia Eccleſiaſtica &c. Apoſtolica au-
,, ctoritate unita &c. ſub literis Pauli II. et alio-
,, rum Prædeceſſorum huiuſmodi compræhen-
,, di, & includi. Et propterea &c. dummodò
,, Monaſteria, et Beneficia ipſa poſſideant, ad
,, ſolutionem Communium, Annatarum, &
,, aliorum jurium prædictorum eidem Cameræ
,, &c. ratione Unionum &c. ſingulis XV. an-
,, nis &c. faciendam teneri &c.,, & *Bulla* 50.
Clementis X. §. 10. *eod. Bullar. tom.* 6. *repet. poſt
Tract. in ordine la XI.* ibi,, Particularem Con-
,, gregationem &c. pro exactione Quindennio-
,, rum omnium, & ſingulorum Beneficiorum,
,, ut præfertur, unitorum, & in libris Cameræ
,, prædictæ taxatorum &c. Motu ſimili &c. con-
,, ſtituimus, & deputamus,, eſtque eorum om-
nium ratio, quia, cùm principalis finis, & ſco- 22
pus legis quindenniorum fuerit conſulere in-
demnitati Cameræ, & Annatiſtarum, qui ob
Beneficiorum Uniones privantur annatis, prout
inſinuant ipſæmet Bullæ quindenniorum ex ſu-
prà perpenſis *num.* 11. hòcque damnum pati ne-
queunt Annatiſtæ, quando Beneficia antè eo-
rum Unionem, quindennia ſolvere non conſue-
verant, ſequi videtur, quòd Beneficia non
taxata in Camera, non ſolvant annatas, proin-
dèque poſteà unita nec ſolvere debeant quin-
dennia tanquàm in lege quindenniorum non
compræhenſa, vel ſaltem non compræhendi
viſa.

Obiectum tamen non regit; erroneum quippè
eſt, ac ſophyſticum aſſerere, & pertinaciter
velle contendere contrà omnes Juris tramites,
immò contrà ipſam legem quindenniorum;
quod *Paulus II.* primus quindenniorum adin-
ventor, ſivè veriùs regulator, cæterique ſucceſ-
ſores Pontifices dumtaxat loquantur de Benefi-
ciis taxatis, quando *Paulus II.* apertiſſimis ver- 23
bis loquitur non ſolùm de Beneficiis taxatis,
ſed etiam de non taxatis, affabrè, & myſterio-
sè, nec caſualiter figurando duos caſus inter ſe
diſtinctos Unionum duplicis generis, ſeu ſpeciei
Beneficiorum, nimirùm taxatorum, & non
taxatorum, ut ſuprà animadvertimus *num.* 13.
modò ſubdendo, in confirmationem huius veri-
tatis, quòd nempè idem *Paulus II. in dicto* §. 4.
loquatur de Beneficiis non taxatis, ſatis appare-
re, ac innoteſcere ex illa adverſativa *verò* ibidem
adiecta, in verbis ibi: *reliqua verò Monaſteria
&c. et Beneficia, ut præfertur, unita &c. Anna-
tam, ſivè medios fructus unius anni &c. ſolvere
teneantur &c.* huiuſmodi namque dictio adver- 24
ſativa affert diverſitatem ad proximè præce-
dentia, *Barboſa de diction. dict.* 47. *num.* 1. *cum
ſeqq. dict.* 360. *num.* 3. & 5. & *dict.* 420. *num* 1.
cum ſeqq. Rota coram Coccin. dec. 844. *num.* 5. *In-
nocent. X dec.* 439. *nu.* 12. *ac in recentior. dec.* 235.
num. 13. *part.* 16 *dec.* 188. *num* 28 *et dec.* 327.
n. 11. *part.* 17. *dec.* 340. *num.* 2. *part.* 19. præſer-
tim cum dicta dictio illicò apponatur poſt pro-
ximè præinſerta Beneficia taxata. 25

Opitulatur inſuper huic Bullæ intellectui, uni-
verſalis conſuetudo ſolvendi, ac reſpectivè exi-
gendi quindennia de Beneficiis totius mundi,
ſivè illa antè eorum Unionem eſſent taxata, ſivè
non eſſent taxata, quemadmodùm liquet ex pu-
blicis Regeſtris librorum Annatarum, & Quin-
denniorum, quibus uti conſcriptis ad materiam, 26
de qua agitur, valde deferendum eſt, ut in ter-
minis librorum Cameræ Apoſtolicæ, *Genua de
ſcript. priv. lib.* 5. *quæſt.* 5. *tit. de libr. Camer. Apo-
ſtol. nu.* 1. *ac per tot. Rota coram Coccin. dec.* 665.
num. 16. & in terminis librorum Datariæ Apo-
ſtolicæ *Ameyden. de ſtyl Datar. lib.* 1. *cap.* 30. *n* 20.
cum ſeqq. Roſa de exequut. liter. Apoſtol. part. 1.
cap. 1. *n.* 56. *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 36.
num. 94. *Garz. de* Benefic. *part.* 1. *cap.* 5. *num.* 270.
cum ſeqq. Corrad. in prax. benef. cap. 5. *num.* 255.
cum ſeqq. & in prax. diſpenſ. Apoſt. lib. 6. *cap.* 4.

n. 51.

num. 51. *Card. de Luca de Benef. diſc.*42. *num.* 7.
*& diſc.*143. *num.*9. *de Judic. diſc.* 30. *num.* 6. *in
Relat. Cur. diſc.*9. *num.*33. *cum ſeqq. & de Rega-
lib. diſc.* 14. *num.* 6. *Rota coram Card. Seraphin.
dec.*1088. *num.*4. *tom.*2. *Coccin. dec.*956. *num.*5.
*Anſald. Decan. dec.*30. *nu.*17. *cum ſeqq. dec.*618.
num. 2. *&* 3. *part.* 4. *diverſ. dec.*108. *num.* 4. *&
dec.*313. *nu.*20. *part.*11. *recentior. dec.*510. *n.*15.
*part.*14. *dec.*199. *num.*8. *& dec.*346. *n.*2. *par.*15.
*dec.*112. *num.* 34. *part.*16. ac in generalibus ter-
minis *Mandoſ. in Regul.* 18. *Cancellar. quæſt.* 9.
nu. 4. *Card. de Luca de Judic. diſc.*30. *n.*3. *&* 5.
27 quod mirè comprobatur ex *Nehem. ſeu Eſdr.
lib.* 2. *cap.* 7. *verſic.* 5. 6. 7. *&* 64. ibi : *inveni li-
brum cenſus eorum , qui aſcenderant primùm , &
inventum eſt ſcriptum in eo . Iſti filii Provinciæ ,
qui aſcenderunt de captivitate migrantium , quos
tranſtulerat Nabuchodonoſor Rex Babylonis , &
reverſi ſunt in Jeruſalem , & in Judæam , unuſ-
quiſque in Civitatem ſuam &c. Hi quæſierunt ſcri-
pturam ſuam in cenſu , & non invenerunt , &
eiecti ſunt de Sacerdotio &c.*

Alii inſuper Summi Pontifices , prælaudati
Pauli II. ſucceſſores nullam faciunt diſtinctio-
nem inter Beneficia taxata , & non taxata ad
obligandum ſolvere quindennia , ſed indefinitè,
ac generaliter præcipiunt , ut omnia Beneficia
28 unita , cùm tàm taxata , quàm non taxata ,
non ampliùs poſt eorum Unionem vacent , per-
que conſequens ob annatarum indè ceſſationem
inferatur perpetuum præiudicium Cameræ , &
29 Annatiſtis , ſolvant quindennia , quantumvis
manus mortuæ , quibus unita fuerint Beneficia,
ſe non obligaverint ad ſolvendum quindennia ,
(ad exemplum eiuſdem *Pauli II.* idem ſtatuen-
tis in *Conſtitut.* 6. §. 4. *Bullar. nov. Rom. tom.*1.
repet. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la I.
ibi ,, Beneficia , ut præfertur , unita &c. pro
quibus &c. de ſolvendo &c. obligatio in ea-
dem Camera per inadvertentiam facta non
fuit , annatam , ſivè medios fructus unius
anni in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò
ſequuturis , eidem Camerario ſolvere tenean-
tur , & debeant) ,, ut videre eſt in *Conſtit.*20.
Julii III. §.5. *&* 6. *eod. tom.*1. ibi ,, cùm au-
tem &c. Uniones &c. perpetuò factæ &c. fue-
rint , ac ex incuria agentium pro Camera
prædicta , ſeu aliàs obligationes de ſolvendis
Communibus , & Minutis Servitiis , ac An-
natis , ſeu mediis fructibus , aut aliis juribus
ſolvi debitis , & conſuetis , factæ non fuerint
&c. in &c. Cameræ , ac Collegii Cardina-
lium , & Officialium detrimentum &c. Nos
volentes &c. omnia , & ſingula &c. à qui-
buſcumque &c. Congregationibus &c. in-
violabiliter obſervari &c. quoad omnia ,
& ſingula &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c.
quæ Congregationes prædictæ quomodolibet
communiter poſſident &c. aut dummodò per
ipſas Congregationes poſſideantur &c. eaque
omnia ad quaſcumque &c. Congregatio-
nes &c. extendimus , & ampliamus ,, *in Con-
ſtit.*17. *Pauli IV.* §.7. *&* 8. *eod. tom.*1. ibi ,, ra-
tione quorumvis Monaſteriorum &c. perpe-
tuò unitorum , ſuper quibus nulla obligatio
in eadem Camera reperiebatur &c. & pro-
pterea &c. quaſcumque alias Congregatio-
nes , quàm quoſvis alios , in quorum favo-
rem Uniones &c. factæ fuerunt , etiamſi ſe
ſuperindè in Camera non obligaverint , ad
ſolutionem Communium , & Minutorum
Servitiorum , ac Annatarum , & aliorum ju-
rium prædictorum eiſdem Cameræ , Colle-
gio , & Officialibus ratione earundem Unio-
num &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam
teneri &c. & ad id , nec non ad ſe Commu-
nibus , & Minutis Servitiis , ac Annatis , ac
aliis juribus prædictis de XV. in XV. annos
&c. ſolvendis in forma ſolita obligandum &c.
cogi &c. poſſe , nec non Monaſteria &c. &
Beneficia unita huiuſmodi onus ſolutionis
Communium , & Minutorum Servitiorum ,
ac Annatarum , & aliorum jurium ſemper
habuiſſe , & ad præſens habere &c. ,, *in Con-
ſtit.*38. *S.Pii V.* §. 4. *eod. Bullar. tom.* 2. ibi ,,
Et propterea &c. Pia Loca , & quivis alii , in
quorum favorem Uniones &c. factæ repe-
riuntur &c. etiamſi ſe ſuperindè in Camera
Apoſtolica non obligaverint &c. ad ſolutio-
nem Communium , Annatarum , & aliorum
jurium prædictorum eidem Cameræ &c. ra-
tione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c.
faciendam teneri &c. ,, *in Conſtit.* 33. *Sixti V.*
§. 2. *&* 4. *eod. tom.* 2. ibi ,, Et propterea Pia
Loca huiuſmodi , & quivis alii , in quorum
favorem Uniones &c. factæ reperiantur , aut
poſthàc fient &c. etiamſi ſe ſuperindè in Ca-
mera Apoſtolica non obligaverint &c. ad
ſolutionem Quindenniorum præfatorum ei-
dem Cameræ , ac Collegio , & Officialibus ,
ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c.
faciendam teneri , & ad id &c. cogi &c. poſ-
ſe ; ipsòſque debitores ad &c. ſolvendum
quindennia decurſa , etiamſi ad id in Camera
Apoſtolica non ſe obligaverint &c. cogendi
&c. ,, *in Conſtit.*18. *Urbani VIII. in principio ,
juncto* §.3. *eod. Bullar. tom.*5. ibi ,, Pia Loca ,
& quoſvis alios , in quorum favorem &c. Mo-
naſteria &c. & alia quæcumque Beneficia Ec-
cleſiaſtica unita &c. & illorum Uniones eis
factæ reperirentur , etiamſi ſe ſuperindè in
Camera Apoſtolica non obligaſſent &c. ad
ſolutionem Communium , Annatarum , &
aliorum jurium prædictorum , eiſdem Came-
ræ , Collegio , & Officialibus ratione Unio-
num &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam
teneri &c. ipsòſque debitores ad &c. ſolven-
dum quindennia decurſa , etiamſi ad id in
Camera Apoſtolica non ſe obligaverint &c.
cogendi &c. ,, *& in Conſtit.* 50. *Clementis X.*
§. 2. 3. 5. 7. 9. *&* 11. *eod. Bullar. tom.* 6. ibi ,,
& propterea tàm quaſcumque Congregatio-
nes , quàm quoſvis alios , in quorum favo-
rem Uniones &c. factæ fuerant , etiamſi ſe
ſuperindè in Camera non obligaviſſent , ad
ſolutionem Communium , & Minutorum Ser-
vitiorum , ac Annatarum , & aliorum jurium
prædictorum eiſdem Cameræ , Collegio , &
Officialibus ratione earundem Unionum &c.
ſingulis XV. annis &c. teneri &c. & ad id ,
nec non ad ſe Communibus , & Minutis Ser-
vitiis , ac Annatis , & aliis juribus prædictis
de XV. annis in XV. annis ſolvendis in forma
ſolita obligandum &c. cogi &c. poſſe , nec
non Monaſteria &c. & Beneficia huiuſmodi
onus ſolutionis Communium , & Minutorum
Servitiorum , ac Annatarum , & aliorum ju-
rium prædictorum ſemper habuiſſe , & habe-
re &c.

„ re &c. Pia Loca, & quoſvis alios, in quorum favorem &c. Monaſteria &c. et alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. exiſterent, et illorum Uniones eis factæ reperirentur &c. etiamſi ſuperindè in Camera Apoſtolica ſe non obligaſſent &c. ad ſolutionem Communium, et Annatarum, et aliorum jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus ratione Unionum &c. prædictarum ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. et ad id &c. cogi &c. poſſe &c. ipsóſque debitores &c. ad &c. ſolvendùm quindennia decurſa, etiamſi ad id in Camera Apoſtolica non ſe obligaviſſent &c. cogendi &c. Ideóque quaſcumque Congregationes, et quoſvis alios, in quorum favorem Uniones huiuſmodi factæ fuerint, etiamſi ſe ſuperindè in Camera non obligaverint, ad ſolutionem Communium, et Minutorum Servitiorum, et Annatarum, aliorùmque jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus, ratione earundem Unionum &c. faciendam teneri, et ad id &c. nec non de Communibus, & aliis juribus prædictis ſolvendis, obligandum &c. cogi, & compelli poſſe &c. ipsóſque debitores ad &c. ſolvendum quindennia decurſa, etiamſi in Camera prædicta non ſe obligaverint &c. cogendi &c. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* III. V. VI. VII. VIII. & XI.

In quorum confirmationem accedit, quòd Doctores agentes de Bullis quindenniorum, nullam faciunt diſtinctionem inter Beneficia ta-
30 xata, & non taxata; dùm ex omnibus indiſcriminatim afferunt, Annatas deberi, quando in Curia conferuntur, & quindennia, quando uniuntur: hoc ſolo diſcrimine, quod inter alios notant *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 3. de annat. ſub num.* 25. ibi „ Solvitur itaque Annata ex fructibus Beneficii, vel ſecundùm expreſſionem in non taxatis &c. vel ſecundùm taxam in libris Cameræ &c. „ *& nu.* 56. *antè med.* §. *Primò aliud*, ibi Media Annata &c. ſolvitur pro Beneficiis inferioribus, in libris Cameræ non taxatis, & dicuntur Beneficia inferiora, omnia ea, quæ in libris Cameræ taxata non reperiuntur, etiamſi ſint Monaſteria, Prioratus Ordinum, ſivè aliæ Dignitates in Eccleſiis etiam Metropolitanis; & pro his &c. ſolvitur integrè media Annata ad rationem valoris expreſſi, Officialibus Cancellariæ tantùm; Commune verò &c. ſolvitur pro Eccleſiis taxatis, & participat Sacrum Collegium pro tertia parte „ *&* §. *Tertiò, quòd* ibi „ ſi contingat, aliquam Parochialem Eccleſiam, ſeu Beneficium valoris, hoc eſt non taxatum in libris Cameræ, uniri alicui Eccleſiæ, ſeu Monaſterio in libris Cameræ taxato, taxa illius augetur pro tertia parte valoris Beneficii uniti; adeò, ut in futuris vacationibus, & reſpectivè Proviſionibus Sacrum Collegium percipiat ratam Communis ad rationem taxæ auctæ; & ratio eſt, quia Sacrum Collegium habet fundatam intentionem in Monaſterio, ſeu Beneficio taxato, cui ſi unitur, vel applicatur aliquid aliud, hoc ipſum inducit naturam illius, cui unitur „ *&* §. *Quartò, quòd*, ibi „ licet taxa Eccleſiæ, ſeu Monaſterii veniat augenda ratione uniti, nihil tamen Sacrum Collegium percipit ex literis Unionis, ſeu applicationis fructuum uniti Beneficii non taxati in Camera Apoſtolica, ſed in huiuſmodi expeditione pro illa prima Annata ſolvitur ad rationem valoris integrè Officialibus Cancellariæ; & ratio eſt, quia de tempore applicationis Beneficium, ſivè fructus illius, qui applicantur, nondùm ſunt de taxatis in libris Cameræ, de quibus ſolis participat Sacrum Collegium „ *& nu.* 57. *in principio*, ibi „ Annatam ibi eſſe ſolvendam Officialibus Cancellariæ tantùm, non autem Sacro Collegio, attento, quòd ſolutio fit non juxta taxam, ſed pro tertia parte valoris expreſſi &c. „ *& dict cap.* 18. §. 4. *de quinden. num.* 1. 2. *&* 14. *in principio*, §. *Ut autem* ibi „ loco Annatæ ſolvitur quindennium, hoc eſt ſingulis XV. annis ſolvitur Annata pro fructibus Beneficii uniti, vel juxta taxam, vel juxta valorem expreſſum &c. et ſolvitur quindennium iiſdem Officialibus Cancellariæ, & aliis, quibus ſolvitur Annata &c. videlicet de Beneficio taxato, & Beneficio valoris &c. quindennia deberi juxta ſolutionem Annatarum, videlicet, ſi Beneficium, quod unitur, ſit taxatum, illius quindennium deberi pro tertia parte Sacro Collegio & pro duabus reliquis Cancellariæ Officialibus, ſi verò Beneficium unitum, ſit valoris, totum quindennium deberi Officialibus Cancellariæ &c. „ *Maſſ. Galleſ. de annat. num.* 3. 4. 11. *&* 30. *in fin* §. *Eſt aliud in principio*, *Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.* 10. *num.* 3. 16. *&* 17. *Fagnan. in cap. præterea* 1. *num.* 10. *cum ſeqq. & num* 69. *nè Prælat. vic. ſuas*, *Tamburin. de jure Abbat tom* 1 *diſp.* 9 *quæſit.* 3. *n.* 4. *&* 5. *Card. de Luca de* Benefic *diſcur.* 89 *num.* 2. *cum ſeqq. & de Offic. Vacabil. cap.* 5. *n.* 4.

Undè pro comperto eſt, quòd ad ſolvendum quindennia, neceſſe non eſt, quòd Beneficia unita, per prius antè Unionem taxata eſſent in Camera, ac per conſequens, quòd erroneum ſit, putare, Bullas quindenniorum poſtulare præcedentem taxam ad ſolutionem quindenniorum, quando inconcuſsè viget generalis conſuetudo Curiæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ſolvendi quindennia tàm ex Beneficiis antè Unionem taxatis, quàm ex non taxatis, ut patet ex Regeſtris librorum publicorum Annatarum, &
Quindenniorum; quo caſu eiuſmodi viridis, ac 31
longæva obſervantia inſervire valet ad interpretationem Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper materia quindenniorum emanatarum, quando etiam per hypotheſim iſtæ eſſent dubiæ, quæ tamen aliàs clariſſimæ ſunt, ad *text. in cap. cùm dilectus* 8. *de conſuetud. cap. cùm veniſſent* 6. *de inſtitution. l. minimè* 23. *l. ſi de interpretatione* 37. *l. nam Imperator.* 38. *ff. de legib. Capyc. Galeot. contr.* 12. *n.* 47. *cum ſeqq. & contr.* 20. *n.* 39. *lib.* 2. *Antonin. var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 6. *num.* 7. *Raudenſ. var. reſol. cap.* 17. *nu.* 58. *cap.* 19. *n.* 32. *& cap.* 61. *num.* 27. *Gratian. diſc.* 377. *num.* 20. *& diſc.* 522. *n.* 31. *Hodiern. controv. for. cap.* 47. *num.* 43. *cum ſeqq. Menoch. de arbitrar. Judic. lib.* 2. *centur.* 2. *caſ.* 199. *num.* 11. *Staiban. reſol. for.* 25. *num.* 14. *Prat. diſc. for. tom.* 2. *diſc.* 10. *num.* 14. *Corrad. in prax. benefic. lib.* 2. *cap.* 10. *il* 2. *num.* 135. *& in prax. diſpenſ. Apoſtol. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 70. *Maſcard. de general. Statut. interpret. concl.* 2. *n.* 139.

Card.

Card. de Luca de Benefic. diſcur. 1. nu. 15. & 39. diſcur. 19. n. 11. diſcur. 27. num. 17. & diſcur. 67. num 6 bon. me. R. P. D Piton. diſcept Eccl. par. 1. diſc. 9. num 22. & poſt eund. part. 2. Sev:roll. in Diſſert. ſeu Vot. num. 7. cum ſeqq. Pignatell. conſult. Canonic. tom 4. conſult. 35. n. 35. D. Advoc. Urſaya diſcept. Eccl. tom. 1. part. 2. diſc. 16 n. 101. & tom. 2. part. 1. diſc. 16 num. 11. & diſc. 23. num. 38. & tom. 3. part. 1. diſc. 30. num. 9. & 10. & part. 2 diſc. 11. num. 41. cum ſeqq. & diſc. 17. nu. 37. cum ſeq. Rot coram Card. Cavaler. dec. 80. n. 4. cum ſeqq. Card. Seraphin. dec. 1001. n. 5. tom. 2. Benincaſa *deciſ. 98. num. 4. Innocent. X. dec. 268. num. 6. dec. 291. num. 5. dec. 530. n. 2. & dec. 630. num. 5. ac in recentior. deciſ. 199. num. 17. part. 9. tom. 1. dec. 59. num. 12. part. 10. dec. 109. num. 6. part. 11. dec. 169. num. 22. part. 12. dec. 216. n. 6. part. 13. dec. 6. num. 8. part. 14. dec. 65. num. 13. & dec. 319. num. 3. part. 15. dec. 253. n. 8. par. 16. dec. 156. num. 9. part. 17. deciſ. 134. num. 12. part. 18. tom. 1. dec. 441. num 9. dec. 596. num. 11. & dec. 695. num. 17. ead. part. 18. tom. 2. dec. 21. num. 14. part. 19. tom. 1. dec. 631. num. 15. cum ſeqq. ead. part. 19. tom. 2.*

Minùs turbat, quòd, ut ſuperiùs *n. 6.* inſinuavimus, in certis caſibus Beneficia de Jurepatronatus etiam conferantur in Curia, perque conſequens ſubiaceant annatis, quantumvis non ſint taxata in Camera; non enim ità frequenter huiuſcemodi Beneficia expediri ſolent
32 in Curia, ſed raro; lex autem adaptatur ad ea, quæ frequenter accidunt, non ad ea, quæ raro, *l. Jura 3. l. his 4. l. nam ad ea 5. ff. de legib. l. ea, quæ raro 64 ubi Gothofred. ff. de regul. Jur. Novell. ut ſin. prohibit. 94. cap. 2. in principio, Eſcalon. Gazophyl. lib. 1. cap. 45. num. 15. Vela diſſert. 19. num. 17.* Barboſa *in Proœm. Decretal. num. 41.* nihilominùs ſatis eſt, quòd non ſit caſus fortuitus, fatalis, & inſperatus, ſed ſit dumtaxat inſolitus ob eius raritatem, prævideri tamen, ac cogitari valens, uti de facto aliquando, immò ſæpius contingibilis, exemplo
33 mulieris rapientis virum, pœna raptus puniendæ, licet in *l. un. C. de raptu Virgin.* pœna raptus imponatur ſolummodò viris raptoribus Virginum, *Ferrer ad Conſtitution. Cathalon. los Impubers gloſ. 2. nu. 36 in principio*, ibi: *lex namque ſolet exprimere caſus ratione frequentioris uſus, et per hoc non cenſetur alios ſimiles excludere minùs frequentes &c. quamvis in illa lege imponatur pœna raptoribus Virginum, tamen non per hoc mulier non tenebitur conſimili pœna, ſi virum rapuerit: quia caſus in viro fuit poſitus, ratione frequentio-*
34 *ris uſus &c.* exemplo Androgyni, ſeu Hermaphrodyti, de quo, quantumvis raro, & mirabili, attamen leges loquuntur, ut in *l. quæritur,*
35 *Hermaphrodytum* 10. *ff. de ſtat. homin.* exemplo partus Cæſarei, ideſt exſecti utero matris, de quo in *l. quod dicitur* 12. *ff. de liber. & poſthum.*
36 exemplo partus monſtruoſi, de quo in *l. non ſunt liberi* 14. *ff. de ſtat. homin. l. oſtentum* 38. *l. quæret aliquis* 135. *ff. de verb. ſignif. l. quod cer-*
37 *tatum* 3. *in fin. C. de poſthum. hæred. inſtit.* exemplo matris quinquagenariæ, ideſt partum edentis *l. ſi maior quinquagenaria* 12. *C. de legitim.*
38 *hæred.* exemplo mulieris multiplicem partum ſemel edentis *l. cùm quidam* 30. §. *Suum hæredem 6. ff. de acquir. hæred. l. inteſtato* 3. §. *Eſt autem* 10. *ff. de ſuis, & legitim. hæred. l. ſi pater* 36.
ff. de ſolution. l. ſed etſi 28. §. *fin. ff. de judic. l. antiqui* 3. *ff. ſi pars hæredit. l. Areſcuſa* 15. *ff. de ſtat. homin.* exemplo mulieris parientis undecimo 39
menſe, *Novell. de reſtitution. & ea, quæ parit in undecim. menſ. cap.* 2. exemplo inſulæ in mari 40
natæ *l. adeò* 7. §. *Inſula* 3. *ff. de acquir. rer. domin.* 41
exemplo deditì hoſtibus, & non accepti, ſed in Civitatem reverſi *l. eos* 4. *l. poſtliminii* 5. §. *fin. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ. l. fin. ff. de legation.* cùm ſatis ſit, poſſe dari eventum, ſeu contigi- 42
bilitatem, *Gratian. diſc.* 755. *num.* 43. ità; ut in re eventuali nemo judicare poſſit, quot vicibus, 43
& quantum ea Beneficia ſolviſſent pro Annatis, ſi unita non fuiſſent: quapropter ſemper in om- 44
ni caſu ſtandum eſt legi quindenniorum; ſiquidem quemadmodùm in corpore humano ſingu- 45
la membra opem ferre debent jure naturæ capiti languenti, ità & in myſtico univerſalis Eccleſiæ 46
corpore, reliqua membra, inferiores nempè Eccleſiæ, eorum capiti languenti ob multiplices, quibus aſſiduè premitur, neceſſitates; quomodò namque potuiſſet Romana Eccleſia tot ſum- 47
ptus ſubire pro recuperanda Terra Sancta, pro Conciliis congregandis, pro diſperdendis Hæreticis, pro ſalariis, & ſubſtentatione Miniſtrorum, qui Romanæ Eccleſiæ inſervientes, ad utilitatem omnium Eccleſiarum, & Chriſtifidelium inſudant, pro alendis Principibus, & Catholicis Regibus à Regno pulſis in odium fidei; pro ſacris bellis, & retundenda hoſtium Chriſtiani nominis perfidia, prout hùc uſque factum eſſe omnes norunt Nationes; omnes namque ſciunt quot theſauros Summi Pontifices in bellum adversùs Othomanos Cretæ Regnum, Viennam, aut Sarmatas invadentes profuderint, quot pecunias in Captivorum redemptionem, in Miſſiones Apoſtolicas, in ſubſtentationem Jacobi Anglorum Regis, & alterius moderni unà cum Regina, & filiis; profectò hæc facere non potuiſſent, neque in poſterum poſſent, ſi Annatæ, & quindennia nequaquam ſolverentur.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ex quibus antè Unionem non ſolvebantur annatæ, poſt Unionem in certis caſibus etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Paſſim uniuntur* Beneficia, *ex quibus antè Unionem nunquam ſolutæ fuerint annatæ.*
2 *Præſens materia notatu digna.*
3 *Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia, Curam, Conventum, & Hoſpitalitatem habentia non ſolvunt annatam.*
4 *In quindennio conſideratur etiam utile ex futuro.*
5 *Reiicitur* Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 139. n. 7. in ſupplem.
6 *Ex novalibus modicus fructus percipitur.*
7 *Etiam de Jure debentur ex novalibus Decimæ.*
8 *Qualitas nova ſuperveniens enti, reponit illud in diverſam naturam.*

CA-

CAPITULUM LII.

1 PAſſim dari poſſunt caſus, in quibus unian-
tur Beneficia, ex quibus tamen antè Unio-
nem nunquam perſolutæ fuerint annatæ; proin-
deque haud immeritò oriri poteſt litigium,
num adhùc ſit locus ſolutioni quindenniorum,
in certis nihilominùs caſibus, etiamſi per prius
2 non ſubiicerentur annatis; quæ materia ſanè
notatu digna, non videtur omittenda, ſed fir-
mandum, quòd ex Beneficiis annuum valorem
XXIV. Ducatorum auri de Camera excedenti-
bus, manui mortuæ unitis, ex quibus antè
Unionem non ſolvebantur annatæ, poſt Unio-
nem in certis caſibus etiam adùc debentur quin-
dennia, ut accidit in Monaſteriis Monialium,
& Hoſpitalibus Cura, Conventu, & hoſpitali-
tate reſpectivè de tempore Unionis carentibus,
manui mortuæ unitis, quæ conſiderantur adin-
3 ſtar Beneficiorum ſimplicium, licet antè Unio-
nem nunquam ſubiacerent annatis, cùm tunc
temporis uti Curam, Conventum, & Hoſpita-
litatem habentia, nunquam per prius vacarent,
Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. *cap.* 18. §. 4. *de*
quindenn num. 10. ibi: *quindennia non ſolvi pro*
Unionibus factis de Hoſpitali, ſivè Monaſteriis,
Monialium &c. niſi Monaſteria, & Hoſpitalia
huiuſmodi de tempore Unionis careant Cura, &
Conventu, nam cùm illa non ſolvant Annatam,
neque etiam ſubiacent ſolutioni quindenniorum &c.
Secundo verò caſu pro Monaſterio babente Conven-
tum, & Hoſpitali habente Curam non ſolvitur
Annata, *quia adminiſtratio eſt quid manuale, &*
omnes fructus ſunt addicti Regularibus, ſivè ægro-
tis &c. & num 11. ibi: *ſimiliter Monaſteria Mo-*
nialium, niſi ſit collativum, ut in Francia, non
ſolvunt Annatam. *Undè ſi uniantur &c. nec qui-*
dem ſolvunt quindennia ſi habeant Conventum,
quia priùs non ſolvebant Annatam *eo, quòd nulla*
contingebat vacatio, ſi verò Monaſterium huiuſ-
modi Conventu, & Hoſpitale careat Cura, tunc
redditur ad inſtar Beneficii *ſimplicis, pro cuius ſo-*
lutione rectè exigitur quindennium, licet pro iis
nunquam fuerit ſoluta Annata, *nec quidem fuiſſet,*
4 *niſi ſubſecuta eſſet Unio &c.* non enim in ſolu-
tione quindennii conſideratur ſolum damnum
Annatiſtarum ex jure de præterito, ſed etiam
utile, ex jure de futuro, *Ameyden. loc. citat. n.* 12.
poſſunt enim dari Beneficia, quæ, licet per ac-
cidens nunquam ſolverint Annatas antè Unio-
nem, ut eſt caſus in Monaſteriis Monialium, &
Hoſpitalibus, Cura, Conventu, & Hoſpitali-
tate non carentibus, ſicque uti per prius nun-
quam vacantibus, nunquam etiam annatæ
obnoxiis, attamen poſt Unionem, ſi Unio
ſequuta non eſſet, adhùc ſupererat ſpes exigendi
Annatam, cùm, ſi unita non eſſent, etiam iſta
Beneficia quandoque Annatæ ſubiacere poſſent,
ſi nempè Monaſterium Monialium Conventu
aliquando careret, & Hoſpitale hoſpitalitate,
ex quò tunc vacare incipiens, conferri poſſet
tamquàm Beneficium ſimplex, ex verbis *Amey-*
den. prælaudato loco num. 11. ibi: *tunc redditur*
5 *ad inſtar Beneficii ſimplicis*, quidquid ſentiat *Card.*
de Luca de Benefic. diſcur 129. *n.* 7. *in ſupplem.*
putans, vel ſupponens pro regula certa, non
deberi quindennia ex Beneficiis, quæ antè
Unionem non ſolvebant Annatas; quæ tamen
regula, ut jam firmatum eſt, non in omnibus
caſibus ſemper vera eſt: immò idem *Card. de*
Luca in plena Camera ſuccubuit.

Nec urget motivum ab *eod. Card. de Luca* addu-
ctum ſuper exemplo novalium, ex quibus non
ſolvuntur Decimæ, vel aliorum, ex quibus nun-
quam ſolitum fuerit Decimas ſolvi; quia in tan- 6
tum non ſolvitur Decima ex novalibus, in quan-
tũ nullus, vel modicus fructus ex novalibus per-
cipitur *cap. quid per novale* 21. *de verb. ſignif. l. ſyl-*
va cædua 30. §. *Novalis* 2. *ubi Rebuffus, & Bre-*
chæus, ff. eod. ex Beneficiis autem unitis ſemper
fructus percipitur, ideòque æquum eſt, quòd
ex illis quindennia ſolvantur, ut patet ad ſen-
ſum, ſi enim nullus, vel modicus perciperetur
fructus, non excedens nimirùm XXIV. Duca-
tos auri de Camera, profectò nulla deberentur
quindennia; eodem modo, quo non debentur
Decimæ ex novalibus, ex quibus nullus, vel
modicus percipitur fructus: omiſſo, quòd De-
cimas non deberi ex novalibus, provenit ob pri-
vilegium acquiſitum de illas non ſolvendo ex
novalibus; aliàs etiam illæ de novalibus ſolven- 7
dæ ſunt, inſpecto Jure communi, *Monet. de De-*
cim. cap. 4. *quæſt.* 3. *nu.* 52. *cum ſeq.* undè magis
claudicat ratio allata à *Card. de Luca*.

His accedit, quòd ad cognoſcendum, an ex
Beneficiis unitis debeatur quindennium, non
ſemper attendendum eſt tempus præteritum, an
videlicet antè Unionem ſolvi conſueverit Anna-
ta, ſed etiam quandoque dumtaxat attenden-
dum eſt temqus præſens Unionis, ſi reperiatur
Monaſterium Monialium uniendum carere Con-
ventu, vel Hoſpitale carere Cura, ſeu Hoſpita-
litate; in tali caſu, ſi non ſequatur Unio, inci-
peret ſubiacere Annatæ ob proviſionem de hoc,
ex quò nunquam hoc Conventu caruit, & nun-
quam illud hoſpitalitate caruit; undè qualitas 8
nova ſuperveniens enti, reponit illud in diver-
ſam naturam, & ſpeciem, *Barboſa axiom.* 196.
num. 5.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, quæ antè Unionem ab immemorabili tempore nunquam ſolverant annatam, cùm Epiſcopi, ſeu Archiepiſcopi pro tempore ſemper, ac fixè extiterint Cardinales, perque conſequens ſemper collata fuerint vigore Indulti Cardinalitii ab Eminentiſsimis Ordinariis, ſeu Indultariis pro tempore, licet reſervata Sedi Apoſtolicæ, vel cùm Epiſcopi; aut Archiepiſcopi pro tempore, ſi non fixè, ſaltem accidentaliter, & ut plurimùm extiterint Cardinales, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Cardinales ſolummodò præfici ſolent Eccleſiis Toletanæ, Neapolitanæ, & Mediolanen.*

2 *Idem.*

2 *Idèmque olim practicabatur etiam in Eccleſia Hiſpalen.*
3 *Cardinales Epiſcopi habent Indultum conferendi etiam Beneficia reſervata.*
4 *Inter annatas, & quindennia nulla alia intercedit differentia, niſi in nomine.*
5 *Etiam ex Beneficiis unitis, quæ antè Unionem ab immemorabili nunquam ſolverant annatam, cùm ſemper extiterint Epiſcopi Cardinales, adhùc debentur quindennia.*
6 *Per accidens aliqui Epiſcopatus ſunt Cardinalitii.*
7 *Aliquando diù non præficitur Eccleſiæ, Cardinalis.*
8 *Quindennia ſubrogata in locum annatarum.*
9 *Quindennia, uti partus, & ſoboles annatarum, ſequi debent conditionem matris.*
10 *Plures caſus dari poſſunt, in quibus* Beneficia *conferenda ſint in Curia, etiamſi adſint Epiſcopi Cardinales.*
11 *Quindennia ſolvenda ſunt ob contigibilitatem ſolvendi annatas.*
12 *Proviſus ab Epiſcopo Cardinali de Beneficio affecto, ſolvere debet annatam.*
13 *Ob ſolum eventualitatem, Annatiſtæ non defraudandi ſunt Annatis.*
14 *Negligentia Miniſtrorum præiudicare nequit Cameræ, & Annatiſtis.*
15 *Obſervantia generalis non deſtruitur à paucis actibus contrariis.*
16 *Tranſactio referenda eſt ad redimendas vexationes.*
17 *Si pro indigentiis particularis Eccleſiæ cenſetur juſta obligatio ſolvendi Annatam ex* Beneficiis, *quantò magis cenſenda eſt juſta obligatio ſolvendi Annatam, ſeu Quindennia ad favorem Cameræ, ac Annatiſtarum.*
18 *Antiquitùs ſemper præfuerunt Cardinales Cathedrali Hiſpalen.*
19 *Nimis probans nihil probat.*
20 *Obſervantia plurium ſæculorum æquipollet immemorabili.*
21 *Ampliſſima eſt natura, & qualitas immemorabilis.*
22 *Bullæ confirmatoriæ plura continent, in præcedenti non contenta.*
23 *Præſertim ad explicationem eorum, quæ inibi forſan obſcurè continebantur.*
24 *Quindennia etiam antè* Bullam 6. Pauli II. Bullar. tom. 1. *ſolvebantur intrà brevius tempus.*
25 *Concordia aliquid indè tribuit.*
26 *Obſervantia quadragenaria inducit titulum putativum.*
27 *Quadragenaria cum titulo æquipollet immemorabili.*
28 *Beneficia duplici affectione æquali affecta non comprehenduntur ſub Indulto Cardinalitio.*
29 *Prout nec Beneficia vacantia in Curia.*
30 *Nec Beneficia vacantia per obitum familiarium Pontificum.*
31 *Nec Beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium.*
32 *Nec* Beneficia *Conſiſtorialia.*
33 *Nec Beneficia deſcripta in libris Cameræ.*
34 *Nec Monaſteria Conventum habentia.*
35 *Nec Dignitates Maiores poſt Pontificalem in Cathedralibus*, *& Principales in Collegiatis.*
36 *Nec* Beneficia *affecta ratione appoſitionis manus Papæ.*
37 Nec *quæcumque Beneficia, ſuper quibus Papa prævenire vellet, & concurrere cum Indultario.*
38 *Papa etiam concurrere poteſt cum Ordinariis Germaniæ conferentibus vigore Concordatorum.*
39 *Eventualitatis effectus.*
40 *Proviſi in menſe reſervato ab Indultario, tenentur ſolvere Annatam Cameræ Apoſtolicæ.*
41 *Habens Indultum conferendi reſervata etiam ratione menſium, dicitur conferre vice, & nomine Papæ & vigore Indulti.*
42 *Indultum prædictum habet conditionem expediendi literas Apoſtolicas in Curia pro omnibus Beneficiis cadentibus ſub dicto Indulto.*
43 *Indultum prædictum non poteſt pro una parte acceptari, & pro alia recuſari.*
44 *Non præſumitur, Papam ignorare* Regulam 8. hodiè 9. Cancellar. *reſervatoriam Menſium, et excipientem Cardinales.*
45 *Per confirmationem præcedentis Conſtitutionis* Apoſtolicæ *reſtituitur omnimodus illius vigor.*
46 *Præſertim ſi in Conſtitutione confirmatoria adſit derogatio omnium contrariorum.*
47 *Obſervantia unicè attenditur pro declaratione Conſtitutionum* Apoſtolicarum.
48 *Præſertim ſi ſit proxima Conſtitutionibus.*
49 *Univerſalis, & pacifica viget obſervantia ſolvendi* Annatam, *& quindennia etiam ex* Beneficiis *conferri ſolitis ab Indultario.*
50 *Obſervantia interpretativa concluditur etiam ex unico actu, & tempore decem annorum.*
51 Alternativa *inter Epiſcopos, & Capitula non verſatur circà menſes reſervatos S. Sedi.*
52 Regula 8. hodiè 9 Cancellar. reſervatoria Menſium *à quo originem habuerit.*
53 *Alternativa Epiſcoporum quas conditiones habeat.*
54 *Alternativa acceptata quid operetur.*
55 *Plures Epiſcopi cur non curant acceptare Alternativam.*
56 *Refertur Privilegium Apoſtolicum ad favorem Portionariorum Cathedralis Toletanæ, & Canonicorum SS. Juſti, & Paſtoris Compluten. vulgò* de Alcalà *ſuper jure percipiendi dimidiam Annatam Beneficiorum.*
57 *Referuntur aliquæ Eccleſiæ habentes idem Privilegium.*
58 *Motus proprius quomodò probetur.*
59 *Adducuntur Bullæ quindenniorum.*
60 *Subſcriptio Papæ probat Motum proprium.*
61 *Conſtitutiones* Apoſtolicæ *emanatæ per viam legis generalis, ſemper dicuntur emanatæ Motu proprio.*
62 *Expenduntur Bullæ quindenniorum.*
63 *Bonæ leges arguunt malos mores, ex quibus ſunt natæ*
64 *In Bullis quindenniorum demandatur fieri obligationem de ſolvendo quindennia.*
65 *Omiſſio eorum, quæ ad majorem cauthelam requiruntur, non tollit ſubſtantiam, & validitatem actus.*
66 *Bullæ quindenniorum exquirunt præfatam obligationem ad cauthelam.*
67 *Una, & individua conditio, & determinatio non debet, nec poteſt in una parte acceptari, & in alia reſpui.*
68 *Cur antiquitùs præfata obligatio omittebatur.*
69 *Omittebatur etiam ob incuriam.*
70 *Nemo debet præmium ex propria malitia reportare.*
71 *Mentio quindenniorum fieri non ſolet in literis Unionum.*
72 *Uniones nunquam cenſentur factæ in præjudicium tertii.*
73 *Capitulum Cathedralis Neapolitanæ exemptum fuit à ſolutione quindenniorum per Gregorium* XIII.
74 *In creatione Epiſcoporum nulla fit mentio illorum ju-*

jurium per Epiſcopos ſolvendorum Sedi Apoſtolicæ , ejúſque Officialibus .

75 *Collegium Germanicum , & Græcum de Urbe condemnatum fuit ad ſolutionem quindenniorum , nec per utriuſque defenſores fuit allegatus defectus mentionis quindenniorum in Bullis Unionum .*

CAPITULUM LIII.

1 CUm ſoleant ſolummodò Cardinales præfici quibuſdam Cathedralibus , & Metropolitanis Eccleſiis , ut perquàm notum eſt in Toletana apud Hiſpanos , in Neapolitana , & Me-
2 diolanen. , ac olim practicabatur quoque in Hiſpalen. Eccleſia, ut refert *Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſ. 24. num. 146.*
3 iſtique ratione Cardinalitiæ Dignitatis fruantur Indulto conferendi Beneficia etiam reſervata juxta *Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. reſervator. Menſ. in principio , verſiculo non tamen S. R. E. Cardinalium , & in fine , verſiculo declarans prætereà ;* ſicque Beneficia huiuſmodi , uti nunquam in Curia collata , non ſubiaceant Annatis , videndum eſt , an in caſu ſequutæ eorum Unionis libera etiam maneant à quindenniis , dum inter annatas , & quindennia , ob maximam fraternizationem , immò (ut propriùs , & veriùs inquam) ob maternitatem , & filiationem quan-
4 dam , nulla alia intercedat differentia , quàm in nomine , ad tradita per *Maſſ. Galleſ. de annat. §. fin. Cherubin. in Compend. Bullar. tom. 1. ad Bull. 6. Pauli II. Schol. 2 Fagnan. in cap. prætereà 1. n. 13. nè Prælat. vic. ſuas , Novar. in ſumm. Bullar. commentar. 145. nu 14. par. 1. Capon. controverſ. forenſ. 30. num. 6.* & affirmativam tenendo , re-
5 ſolvimus , quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus , manui mortuæ unitis , quæ antè Unionem ab immemorabili tempore nunquam ſolverant Annatam , cùm Epiſcopi , ſeu Archiepiſcopi pro tempore ſemper , ac fixè extiterint Cardinales perque conſequens ſemper collata fuerint vigore Indulti Cardinalitii ab Eminentiſſimis Ordinariis , ſeu Indultariis pro tempore , licet reſervata Sedi Apoſtolicæ , vel cùm Epiſcopi , aut Archiepiſcopi pro tempore , ſi non fixè, ſaltem accidentaliter , & ut plurimùm extiterint Cardinales , etiam adhùc debentur quindennia ; ſiquidem eſt in contrarium immemorabilis obſervantia , tamquàm optima interpres Apoſtolicarum Conſtitutionum ſuper quindenniis edi-
6 tarum . Cùmque per accidens aliqui Epiſcopatus ſint Cardinalitii, non ex præciſa, ac eſſentiali
7 neceſſitate , ſeu ſemper fixè , dari poſſit caſus , quòd aliquando etiam per multum tempus non præficiatur Eccleſiæ , Cardinalis , ſed ſimplex Prælatus non Indultarius , ſicque Beneficia reſervata remaneant , & conferri debeant in Curia cum ſolutione Annatæ : eodem fermè modo Indultum non poteſt diverſum effectum ab annatis operari quò ad quindennia , ſed , ſi illæ ex allatis rationibus ſolvuntur , non obſtante Indulto ,
8 & iſta ſolvantur , eodem non obſtante , nè quindennia ſubrogata in locum annatarum , ſint diverſæ naturæ ab annatis , in quarum locum
9 ſubrogata fuerunt , quando quindennia uti partus , & ſoboles annatarum , ſequi debent conditionem eorum matris , *l. quique litigandi 4. in fin. l. quia ſemper 5 ff. de in jus vocand. l. lex naturæ 24. ff de ſtat. homin. l. 1. C. de part. pignor. Rota poſt Novar. in ſumm. Bullar. dec. 12. num. 9. & dec. 13. ſub n. 10. & coram Card. Cerro dec. 862. num 9. Emerix Jun. Decan. dec. 102. ſub num. 9. et 10.* immo etiamſi fixè ſemper extiterint in Epiſcopatibus Cardinales Indultarii , adhuc 10
plures caſus evenire poſſunt , in quibus Beneficia , non obſtante Indulto Cardinalitio , conferenda ſint in Curia , ut Beneficia Conſiſtorialia , vel deſcripta in libris Cameræ , Beneficia reſervata duplici æquali reſervatione , & ipſa Beneficia reſervata ratione menſium , licet ab Indultariis conferantur in quocumque menſe illa vacaverint , per Indultum ſublato omni obſtaculo , attamen , ſi in menſe Apoſtolico , ſeu reſervato illa vacaverint , tenentur juxta tenorem Indultorum , proviſi ab Indultariis intrà octo menſes , ſi ultrà montes fuerint , poſteà novam Proviſionem à Papa accipere , & expedire literas , ſoluta illi Annata , cùm Indultarii tali caſu non provideant ut Ordinarii , ſed provideant vice , & nomine Papæ , ſalvis remanentibus Juribus Sedi Apoſtolicæ debitis vigore reſervationis , Monaſteria pariter Conventum habentia , Beneficia affecta ratione appoſitionis manus Papæ , vel præventionis , Dignitates Maiores poſt Pontificalem in Cathedralibus Eccleſiis , & Principales in Collegiatis , Beneficia vacantia per obitum familiarium Papæ , vel familiarium Cardinalium ; undè non mirum , quòd ob poſſibilem , ac frequentem contigibilitatem ſolvendi 11
annatas ſolvenda ſint quoque quindennia ex iiſdem Beneficiis poſteà unitis, *Germon de Indult. Cardinal. § Volumus autem num. 1. et per tot. Maſſobr. in prax. habendi Concurſ. prælud. 26 dub. 28. n. 2. cum ſeq. Lotther. de re benefic. lib. 2. quæſt. 22. num. 117. Ameyden. de ſtyl. Datar. lib 1 cap. 18. quæſt. 20. § 4. de quinden. num. 7. cum ſeqq. et per tot. Rota in recentior. dec. 10. num. 10 part. 8.* ad differentiam gratiæ Alternativæ , quæ non eſt ſimplex remotio obſtaculi , ſed tranſit in contractum tàm quoad collatorem , quam quoad proviſum ; quemadmodùm autem Papa in gratia Alternativæ concedit Epiſcopo quatuor ex menſibus reſervatis , & ipſe recipit duos ex Ordinariis, ità in Indulto de conferendo Papa con- 12
cedit quidem Cardinali Indultario jus conferendi etiam affecta , dummodò tamen Proviſus expediat novam Proviſionem , illiúſque occaſione ſolvat in Cancellaria Apoſtolica Annatam, cuius ſolutio in nihilo obeſt Collatori Indultario, veluti ponderat *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 20. num. 8. verſiculo confirmantur prædicta , junctis num. 9. &* 10. ità , ut acceptatio Indulti non ſolùm nullum infert Cardinali acceptanti præiudicium , ſed potiùs evidentiſſimam utilitatem , ac favorem , dum ipſe conferens Beneficia in omnibus menſibus , mutánſque ſolum titulum talis collationis de Ordinario in Indultarium , acquirit etiam alias plures collationes ſibi non competentes Jure Ordinario , quas acquirere non poſſet , niſi Jure , & titulo Indulti ; quòd autem habens in ventre explicitam conditionem expediendi literas Apoſtolicas in Dataria pro omnibus Beneficiis ſub dicto Indulto cadentibus , & uti conceptum ſub unica verborum ſtructura , non poteſt pro una parte acceptari , & pro alia recuſari , ſed ex acceptatione in una parte ſequitur acceptatio quoad omnia inibi contenta .

Cùm igitur, non obſtante Indulto Cardinalitio ex jam deductis, frequentes contingere poſſint caſus ſolutionis annatarum pro Beneficiis huiuſmodi antè eorum Unionem, juncta etiam incertitudine, ac eventualitate, quòd adſint ſemper, vel non ſemper adſint Epiſcopi Cardinales Indultarii, æquum eſt, ut poſt eorundem
13 Beneficiorum Unionem ſit locus quindenniis, nè aliàs ob ſolam eventualitatem, & incertitudinem adeò notabile damnum in perpetuum patiantur Camera, & Annatiſtæ, percepturi annatas, ſi Unio ſequuta non fuiſſet.

Nec obſtat, quòd fortaſsè ex nonnullis Beneficiis unitis manus mortua aliquando non ſolverit quindennia, ex quò infringi, ac elidi prætendatur generalis obſervantia ſolvendi quindennia pro huiuſmodi Beneficiis, quòdque pro aliquibus Beneficiis etiam fortaſsè inita fuerit à manu mortua tranſactio cum relaxatione alicuius quantitatis quindenniorum, ex qua denigrari, & obſcurari prætendatur individualis obſervantia ſolvendi quindennia; id enim accidere potuit vel ob ignoratam Unionum effectuationem, ac exequutionem, vel ob negligentiam Exacto-
14 rum, & Miniſtrorum, quæ præiudicare nequit Cameræ, ac Annatiſtis habentibus intentionem fundatam, & aſſiſtentiam Juris in Conſtitutionibus ſuper materia quindenniorum providè divulgatis, prout expreſsè ſtatuitur in *Conſtit.* 20. *Julii* III. §. 5. *Bullar. nov. Rom. tom* 1. ibi ,, Cùm autem &c. Uniones &c. perpetuò factæ &c. fuerint, ac ex incuria agentium pro Camera prædicta, ſeu aliàs obligationes de ſolvendis Communibus, & Minutis Servitiis, ac Annatis, ſeu mediis fructibus, aut aliis Juribus ſolvi debitis, & conſuetis, factæ non fuerint, & quæ ſunt, executioni non demandentur &c. in &c. Cameræ, ac Collegii Cardinalium, & Officialium detrimentum &c. ,, *Conſtit.* 17. *Pauli IV*. §. 8. *eod. tom.* 1. ibi ,, Nos conſiderantes, præfatum Eugenium &c. Collegio Cardinalium, & Officialium Romanæ Curiæ &c. præiudicare non potuiſſe, et propterea jus noſtrum, & Collegii, ac Officialium &c. illæſum remanſiſſe, & remanere &c. ,, *Conſtit.* 18. *Urbani* VIII. §. 1. *in principio*, *eod. Bullar. tom.* 5. ibi ,, Cùm autem &c. adſint quamplurimæ Uniones &c. quarum notitia à Camera, & Cancellaria Apoſtolica deſideratur, volentes igitur, tàm Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, quàm &c. S. R. E. Cardinalium Collegio, ac &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Officialibus de Annatis Participantibus conſulere &c. quaſcumque &c. literas &c. ſuper ſolutione Annatarum, Communium, Quindenniorum, & aliorum Jurium &c. editas, confirmatas, & innovatas &c. approbamus, & confirmamus &c. atque illas &c. innovamus &c. ,, & *Conſtit.* 50. *Clementis X. in principio*, *juncto* §. 1. 5. *in principio*, & §. 6. *in principio*, *tom.* 6. ibi ,, Motu proprio &c. Cameræ Apoſtolicæ, & Collegii &c. S. R. E. Cardinalium, ac &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Officialium de Communibus, Annatis, & Quindenniis Participantium indemnitati conſulere, immò illorum jura manutenere, nec non illorum damnis plerumque ex incuria illorum jurium Exactorum provenire ſolitis obviare cupientibus ſuper ſolutione Communium, Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus, ratione Unionum &c. ſucceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus, & per conſequens Collegio Cardinalium huiuſmodi, & Officialibus Romanæ Curiæ &c. præiudicare non potuiſſet &c. cùm &c. adeſſent quamplurimæ Uniones &c. quarum notitia a Camera, & Cancellaria Apoſtolica deſiderabatur, volens propterea tàm Cameræ prædictæ, quàm eorundem Cardinalium Collegio, ac Officialibus de Annatis Participantibus conſulere &c. quaſcumque &c. literas &c. ſuper ſolutione Annatarum, Communium, Quindenniorum, & aliorum Jurium &c. editas, confirmatas, & innovatas &c. confirmavit, & approbavit &c. atque illas &c. innovavit &c. Cùm autem &c. exactiones jurium ratione Quindenniorum huiuſmodi decurſorum, & eorundem Cardinalium Collegio debitorum, ob Procuratorum dicti Collegii incuriam, non ſine maximo illius damno, & præiudicio non ſolùm neglectæ fuerint &c. Nos verò &c. nolentes Cameræ noſtræ Apoſtolicæ &c. jura pro poſſe noſtro negligere, quinimmò tàm illius, quàm S. R. E. Cardinalium, ac &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Officialium de Annatis Participantium, indemnitatibus de cætero obviare, nec non illorum commodis, & utilitatibus conſulere, ac illorum jura illæſa, ut tenemur, ſervare volentes &c. ,, *repet. poſt Tract. int. Conſt.* Apoſt. *in ordine la* III. V. VIII. & XI. ac tradit *Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 89. *num.* 13. *in fin* §. *Abſolutum*, ibi ,, ſi fortè aliqua deputatio adfuit gratia indulgentiæ, ac maioris commoditatis, illa fuit Cardinalis Camerarii Sacri Collegii, vel alterius Officialis, non autem totius dicti Sacri Collegii, cui factum Officialis, vel Adminiſtratoris præiudicare non potuit &c. ,, *et n.* 14. ibi ,, Et nihilominùs, quando etiam fuiſſet facta deputatio ab ipſo Sacro Collegio, neque ſufficeret, quoniam &c. iſta exactio debetur Papæ &c. iſtam verò partem huiuſmodi emolumentorum applicavit Sacro Collegio Cardinalium, aliiſque Officialibus, demandata ipſi Collegio, tanquàm inter Officiales digniori, ſimplici Adminiſtratione, & conſequenter intrat eadem ratio, quòd geſta per Adminiſtratorem præiudicare non poſſunt Domino abſque eius ſcientia, & conſenſu. Quinimmò, quòd neque poſitivè geſta per ipſoſmet Prædeceſſores Pontifices attendi debeant, ac præiudicare poſſint in hac materia quindenniorum &c. ,, & *diſcur.* 139 *ſub. n.* 2. ibi ,, ex eo, quòd negligentia eorum, penes quos hæc Adminiſtratio fuit, non potuerit, nec debuerit præiudicare Collegio Cardinalium, aliiſque intereſſatis, & participibus &c. & *num.* 4. ibi ,, ac tollendo illam inobſervantiam, quæ reſultaret à culpa non ſolventium, vel à negligentia non exigentium &c. ,, & *de Regalib. diſcur.* 162. *num.* 9. *in principio*, ibi ,, & ob aliam rationem, quòd negligentia illorum Officialium, qui huiuſmodi quindenniorum exactioni, & adminiſtrationi præpoſiti ſunt, præiudicium inferri non debet &c. ,, aſſiſtente potiſſimùm contraria, & generali obſervantia in innumeris Beneficiis tùm uſque inconcuſsè

cuſsè

15 cuſsè ſervata, quæ proindè magis attendenda venit, nec deſtrui, vel debilitari valet ex paucis actibus in contrarium, ſiqui probari poſſent, *Rota poſt Tamburin. de Jure Abbat. tom.3. dec.69. in fin. & in Nullius, ſeu Marſicen. Juriſdictionis 7. Junii 1700. §. Potiſſimè, coram Muto, & in Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis 27. ejuſdem menſis, & anni §. fin. & poſt med. verſic. & denique cùm longè plures, coram Card. de la Tremoille, et in recentior. deciſ.674. num.21. et 22. part.19. tom. 2.*

Minùſque tollitur univerſalis obſervantia ſolvendi quindennia ex ſuprà enunciata concordia, prævia aſſerta diminutione ſolutionis quindennii, dum eiuſmodi prætenſa diminutio præſumitur emanaſſe ad redimendas vexationes per manum mortuam procuratas, ſicque ad facilitandam exactionem plurium forſitan decurſorum quindenniorum, non verò ad offuſcandum titulum debiti, quod clariſſimè apparet ex eo, quòd tranſactum non fuit ſuper ipſo titulo quindenniorum, qui potiùs approbatus cenſetur in Decreto Miniſtri, qui præfatæ diminutioni, & condonationi ſuum præbuit aſſenſum, ſed in aliqua dumtaxat rata pecuniarum ſolvendarum; ità, ut ex ſtatu, & debito quindenniorum ſatis appareat, diminutionem memoratæ ſummæ referendam non eſſe ad inſubſiſtentiam
16 tituli prædicti, ſed potiùs ad moleſtias, & vexationes redimendas, nec non pro confirmatione tituli præcedentis, *Rota deciſ. 44. num. 16. poſt Cenſal. ad Peregrin. de fideicommiſſ. Priol. dec.378. ſub num.24. & dec. 417. num. 18. ac in recentior. dec.272. n.18. part.10.*

Præterea ultrà authoritatem, rationem, & obſervantiam ſuperiùs deductam in confirmationem juſtitiæ quindenniorum ex huiuſmodi Beneficiis debitorum, eadem juſtitia etiam comprobatur ab exemplo, & argumento à fortiori deſumpto ex peculiaribus Privilegiis Apoſtolicis quamplurium Eccleſiarum, & Locorum Piorum, ſuper jure nempè percipiendi fructus primi anni Beneficiorum vacantium, inter quæ enumerari poteſt Privilegium conceſſum Portionariis Metropolitanæ Eccleſiæ Toletanæ, nec non Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ SS. Juſti, & Paſtoris Compluten. vulgò *de Alcalà* apud Hiſpanos, per Sixtum IV. Leonem X. & Urbanum VIII. ſuper perceptione mediæ Annatæ ex omnibus Beneficiis Toletanæ Diœceſis, teſte *Pitillas de mediis Annatis à num. 9. uſque ad 20.*
17 ſi enim pro indigentiis particularis Eccleſiæ reputata fuit rationabilis obligatio perſolvendi Annatam prædictam ex Beneficiis præfatis, quomodò redargui poterit obligatio ſolvendi eandem Annatam, ſeu quindennia in illius locum ſubrogata favore Cameræ Apoſtolicæ, & Annatiſtarum, ex controverſis Beneficiis, ob cauſas, ac titulos adeò efficaces ſuperiùs allegatos, *Fagnan. in cap. præterea 1. num. 45. cum ſeqq. nè Prælat. vices ſuas, Azor. inſtitution. moral. part. 2. lib.7. cap.18. quæſtione 3.*

Longè minùs reluctatur, quòd, cùm Bullæ ſuper quindenniis deducant pro cauſa quindenniorum reparationem damni, quod Camera, & Annatiſtæ ſentiebant ex Unione Beneficiorum collativorum, ex quorum Proviſionibus percipiebant Annatam, non poſſint per conſequens talia quindennia exigere ex Beneficiis unitis Diœceſum, quibus præſunt Epiſcopi Cardinales, ex quibus non perciperent prædictam Annatam, dum regulariter loquendo, tales Epiſcopatus ab immemorabili proviſi fuerunt in perſonas Cardinalium, qui gaudent Indulto conferendi Beneficia reſervata; quamobrem, ſi in hiſce Beneficiis Sedes Apoſtolica perceptura non erat Annatam, nec etiam percipere poſſit quindennium: allatum tamen obiectum, ultraquamquòd nimis probat, ſi ſubſiſteret, utique deſtrueret, vel ſaltem confunderet totam materiam quindenniorum, dum illorum ſolutionem excluderet in omnibus Epiſcopatibus, qui non ſolum fixè, ſed etiam accidentaliter conferuntur Cardinalibus, cæteriſque Prælatis habentibus Indultum etiam cum ſciſſura temporum, & annorum, quibus Epiſcopus fuit Prælatus, & Cardinalis, & cum aliis infinitis effectibus, ac confuſionibus nullibi excitatis, præſertim apud
Diæceſim Hiſpalen., quæ pariter olim ſemper de 18
Cardinalibus proviſa fuit, ut notum eſt, & teſtatur *Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſ. 24. num. 146.* nec apud Neapolitanam, & Mediolanenſem Eccleſias, quæ eodem modo communiter conferri ſolent Eminentiſſimis Cardinalibus; adeò, ut contrà excitatum
obiectum conferat ſolita regula, quòd nimis 19
probans nihil probat, *Rota deciſ. 440. num. 4. part.13. recentior. dec.257. num. 24. part. 19. & in Brixien. Juriſpatronatus 5. Julii 1688. §. Aut verò, coram Card. Caprara*; non omiſſo, quòd huiuſmodi generalis obſervantia, & indefinita ſolutio quindenniorum, etiam pro Beneficiis exiſtentibus penes Epiſcopatus à Cardinalibus gubernatos, non reſtringitur ad aliquod breve tempus, ſed excedit metam plurium ſæculorum;
ſi namque iſta æquipollet immemorabili, *Garz.* 20
de Benefic. part.5. cap.6 ſub nu. 101. Rota coram Emerix Jun. Decan. dec.1195. n. 2. & dec.1271. num.1. & dec.254. nu.10. par.3. diverſ. dec.218. num.51. & dec. 241. num. 1. & 50. par. 7. recentior. & in Romana Augumenti Dotis, & Legatorum 4. Martii 1695. ſub §.1. ac per tot. coram Card. Priolo, & ſub tali immemorabili poteſt quilibet inferior allegare præſumptionem cujuſlibet melioris tituli de mundo, etiam alterius Privilegii Apoſtolici ſuppletivi cuiuſcumque defectus per manum mortuam allegabilis, & importantis novam cauſam diverſam ab iſta contenta in Bullis quindenniorum, nec non acceptata ab omnibus
Diœceſibus, juxta ampliſſimam naturam, & 21
qualitatem immemorabilis, *Abb. in cap. ad audientiam 13. ſub n.12. de præſcription. Felin. in cap. cauſam 7. n.77. verſic. puto, eod. tit. Gratian. diſc. for. cap. 871. num. 36. Chokier de Juriſdict. in exempt. par. 1. quæſt. 6. num. 9. Barboſa de Jure Eccl. lib.3. cap.12. num.71. Lotther. de re benef. lib.2. quæſt.7. nu. 54. cum ſeq. Pignatell. conſult. Can. tom.1. conſult.44. num.5. in fin. Rota coram Priolo dec.318. ſub n.28. & in recentior. dec.136. ac dec.330. utrobique num.2. ac dec.413. num.32. in fin. cum nn. ſeqq. par. 16.* adeò, ut talis præſumptio denegari nequit favore Cameræ, & Annatiſtarum habentium non ſolum dictum Privilegium præſumptum, ſed alia plura expreſſa, & ſuperiùs indicata, quæ fruſtrà manus mortua prætendere poteſt reſtringi ad præciſos terminos, & limites primæ *Bullæ Pauli II. in ordine la 6.* uti editæ ad illius confirmationem, cùm

22 non ſit novum in Jure, quòd Bullæ confirmatoriæ plura contineant in præcedenti non contenta, *Felin. in cap. inter dilectos 6. nu. 6. de fid. Inſtrum. Card. de Luca de Feud. diſcurſ. 60. ſub num. 11. & de Regalib. diſcur. 172. num. 9. Rota coram Coccino dec. 894. num. 16. et 17. Card. Seraphin. dec. 1432. num. 1. tom. 2. Card. Cavaler.*
23 *dec. 285. num. 2.* potiſſimùm ad explicationem eorum, quæ in Bulla confirmata forſan obſcurè continebantur, *Rota dec. 614. ſub nu. 12. junctis nn. 13. et 14. coram Bithio, tom. 2.*

Ad exuberantem tamen cauthelam, nec recedendo à poſterioribus Conſtitutionibus ſuper materia quindenniorum promulgatis, quatenùs per malam hypotheſim haberemus ſolum prælaudatam *Conſtitutionem Pauli II.* & obſervantiam demonſtrantem ſolutionem quindenniorum etiam pro Diæceſibus gubernatis à Cardinalibus, iſta ad rem noſtram exuberarent ex eo, quòd ſolutio Annatarum, Cameræ, & Annatiſtis debitarum pro Beneficiis unitis, non fuit de novo, & in ſubſtantia adinventa, ſeu determinata per memoratam *Conſtitutionem Pauli II.*
24 ſed etiam longè anteà ſervabatur pro minori tempore octo, vel decem annorum, ſivè alio inter partes convento, prout idem *Paulus II. Bulla 6. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* teſtatur, ſignanter §. 4. ibi ,, Reliqua verò Monaſteria &c. & Beneficia, ut præfertur, unita, pro quibus Cameræ Apoſtolicæ Annata, ſeu alia Jura ſolvi conſueverant, vel debebant temporibus retroactis, & de ſolvendo ſingulis certis temporibus futuris obligatio in eadem Camera per inadvertentiam facta non fuit &c. ,, *Julius III. Bulla 20. §. 1. eod. tom. 1.* ibi ,, Dudum &c. Pius Papa II. &c. ordinaverat, quod omnes, qui ex tunc de cætero pro Annatis quorumcumque Beneficiorum in dicta Camera ſe obligarent, ſi infrà terminos eis præfixos dictæ Cameræ, aut Collectoribus fructuum, & proventuum eidem Cameræ debitorum &c. ſatisfacere deficerent &c. ſi in terminis non ſatisfacerent &c. ,, *et Paulus IV. Bulla 11. §. 3. eod. tom. 1.* ibi ,, Ac Pius II &c. declaraverit, quòd omnes, & ſingulæ obligationes, quæ ex illa die ſuper Annatis quorumcumque Beneficiorum in dicta Camera reciperentur, intelligerentur, quòd obligati, ſi infrà eis præfixos terminos Collectoribus Cameræ &c. ſatisfacere defeciſſent, ipſo facto, lapſis ipſis terminis &c. Beneficiis, pro quibus in dicta Camera ſe obligaſſent, omnibus privati eſſe cenſerentur &c. ,, *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la* I. III. & IV. & tradunt *Cherubin. in Compend. Bullar. tom. 1. ad dictam* Bullam *6. Pauli II. Schol. 1. Maſſ. Galleſ. de annat. num. 30. in fin. §. Eſt aliud in fin. verſic. ex huiuſmodi Unionibus*, ibi ,, uſu receptum fuit, ut illi, in quorum commodum tales Uniones cedebant, dum ſingularum Unionum literas expediebant, promitterent, obligarentque ſe, & ſucceſſores pro ſolvendo in futurum certis conventis temporibus (puta finitis quibuſcumque XV. X. & VIII. aut XX. annis) unitorum Beneficiorum Annatas &c. Atque ità proceſſit uſque ad tempus Pauli II. Pontificis, qui eiuſmodi ſolutionum varia tempora, ad ſingulorum XV. annorum initia reduxit; ab eaque dicti Pauli Pontificis Ordinatione, ſtabilito XV. annorum tempore, tractum eſt Quindennii nomen ,, *Lotther. de re benefic. lib. 1. qu. 29. nu. 5.* ibi ,, reducendo obligationem de ſolvendo quid ſtatis temporibus, antiquitùs uſitatum, ad tempus XV. annorum &c. ,, *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. n. 3.* ibi ,, nam antea quidem fiebant Uniones, & illi, qui commodum ſentiebant ex huiuſmodi Unione, obligabant ſe ergà Cameram Apoſtolicam, & Officiales Annatarum de ſolvendo Annatam ſingulis VIII. X. XV. vel XX. annis, prout inter Partes conveniebatur; Paulus verò ſupradictus ſubſtulit omnes conventiones huiuſmodi, & quindenniorum ſolutionem, ſtatuit ſingulo XV. anno faciendam &c. ,, *Capon. controverſ. forenſ. 30. num. 6. Card. de Luca de Benefic. diſcur. 89. nu. 3.* ibi ,, inolevit etiam antiquus uſus ſolvendi dicta onera, & annatas, pro Eccleſiis, ac Beneficiis unitis, ſingulis quibuſque temporibus, cum aliqua varietate, juxta regionum, vel Beneficiorum, & Eccleſiarum uſum. Cùm autem ex hac varietate plura reſultarent litigia, & inconvenientia &c. Paulus II. &c. uniformem regulam deſuper ſtatuit, atque &c. ita quandam mediam viam eligendo, præfinivit uniforme tempus XV. annorum. Atque ex hoc prodiit iſtud quindenniorum vocabulum &c. *Rota coram Card. Seraphin. dec. 1410. num. 10. tom. 2. repet. poſt Tract. int. Deciſion. Sacr. Rot. Rom. in ordine la V.* ibi ,, cùm antiquis temporibus, quando fiebant Uniones, illi, in quorum favorem fiebant, obligarent ſe de ſolvendo certum quid ſtatis temporibus Cameræ Apoſtolicæ &c. Et cùm iſtæ obligationes vario modo, & ſub diverſis temporum terminis fierent, tandem Conſtitutione Pauli II. redactæ fuerunt ad tempus XV. annorum &c. ,, Undè cùm memoratus Pontifex *Paulus II.* talem temporum diverſitatem ſubſtulerit, longioremque terminum talis ſolutionis præfixerit, quamvis ſub dicta cauſa reparationis damni, quod patiebantur Sedes Apoſtolica, & Annatiſtæ ex Beneficiorum Unionibus, ſicque per viam cuiuſdam concordiæ, non videtur abſonum aſſerere, quòd ſub tali generali determinatione compræhenſa fuerint Beneficia, & omnes caſus accidentales Proviſionis Epiſcopatuum in Prælatis, vel Cardinalibus Indultariis, vel non, prout ſucceſſiva longæva obſervantia, & pluſquàm centenaria declaravit, ad
hoc, ut talis concordia, & ſtabilita determina- 25
tio aliquid hinc indè tribuerit juxta naturam actus, ad *textum in l. tranſactio 38. C. de tranſaction. Urceol. eod. tract. q. 100. nu. 2. & 3. Rota coram Royas dec. 88. num. 8. & dec. 187. num. 7. Emerix Jun. Decan. dec. 606. num. 5. dec. 608. num. 5. & dec. 673. num. 5. ac in recentior. dec. 277. num. 10. par. 18. tom. 1.*

Ultraquamquòd ſuperabundaret, eiuſmodi interpretationem fuiſſe opinabilem ad hoc, ut juncta etiam cum ſolo lapſu temporis, & obſervantia quadragenaria conſtituere poſſet qua- 26
dragenariam cum titulo putativo, per *textum in cap. auditis 15. de præſcription. cap. cùm perſonæ 7. §. Quod ſi tales, 1. de privileg. in 6. Rota coram Merlin. dec. 625. num. 8. Gregor. XV. dec. 289. nu. 14. ibique Adden. num. 16. Peña dec. 30. num. 10. &*

in

in recentior. dec.233. nu.5. par.1. dec.222. num.4.
par.2. dec 120. *num.5. par.3. & in Nullius, ſeu*
Fulden. Juriſdictionis 28. Junii 1700. *§. Placuit-*
que etiam quadragenaria, coram Card dela Tre-
27 *moille*: quadragenaria autem cum titulo æqui-
pollet immemorabili, ex *textu in cap.* 1. *de præ-*
ſcription. in 6. Roſa de reſident. Epiſcop. cap. 4.
ſect.6. num.446. cum ſeqq. Rota coram Dunozet.
Jun. dec 988. *num.*1. *&* 5. *& dec.*1001. *num.* 2.
tom 2. *Card. Cerr. dec.*181. *n.*12. *& in prælaudata*
Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis §. Præterca.
Non ommiſſo, quòd Indulta Cardinalibus
Epiſcopis elargiri ſolita nec etiam compræhen-
dunt omnia Beneficia quomodocumque, &
quandocumque vacantia, immò plura aliundè
28 excipiuntur, Beneficia videlicet duplici affectio-
ne æquali affecta, *Mandoſ. de Signat. Grat. tit.*
Indult. conferend. Benefic. reſervata, verſic. an
autem vigore Indulti, ſub verſic. quidquid autem,
Gonzalez ad Regul. 8. *dodiè* 9. *Cancellar. de Men-*
ſib. gloſ. 13. *num* 101. *Card. de Luca de Benefic.*
*diſcur.*1. *nu.* 18 *diſcur* 3. *ſub n* 4. *& diſcur.*143.
antè num. 17. *Rota apud Gratian. diſc. forenſ.*
*cap.*982. *nu.*13. *& coram Dunozet. Jun. dec.*632.
29 *n.*1. *tom.*2. Beneficia vacantia in Curia, *Gonza-*
lez, & Mandoſ. loc mox citat. Card. de Luca de
*Benefic. diſc.*103. *num.*5. *& diſc.* 142. *ex num.* 6.
Rota coram Verall. ab'ds Caputaq. dec 85. *par.* 2.
*Card. Cavaler. dec.*627. *num* 6. *Bellamer. dec.*425.
30 Beneficia vacantia per obitum familiarium Pa-
pæ, *Card. de Luca de Benef. diſc.* 5. *ſub. num.* 13.
& 17. *diſc.*102. *antè nu* 3. *et diſc.*167. *ex num* 7.
& 17. *Rota coram Duran. dec.*154. *num.*1. 2. *&*
31 *per tot.* Beneficia vacantia per obitum familia-
rium Cardinalium, *Garzias de Benefic. part.* 5.
cap. 1. *num.*630 *poſt med Gonzalez ad Regul* 8.
hodiè 9. *Cancellar de Menſib. gloſſ.* 24. *num.* 72.
32 *poſt med. Card. de Luca de Benefic. diſcur.*6. *nu* 2.
Beneficia Conſiſtorialia, *Garz loc. citat. n* 630.
ad med. Card. de Luca de Benefic. diſcur. 4. *&*
33 *diſcur* 103. *num.* 3. *poſt med.* Beneficia deſcripta
in libris Cameræ, *Garz. loc. mox cit. ad med.*
Germon. de Indult. Cardinal. §. Regularia nu. 82.
*Card. de Luca de Benefic. diſcur.*103. *num.*6. Mo-
34 naſteria Conventum habentia, *Garzias loc. cit.*
35 *poſt med. Gonzalez loc. cit. gloſſ.*28. *ſub. num.* 72.
Dignitates Maiores poſt Pontificalem in Cathe-
dralibus, & Principales in Collegiatis, *Gonza-*
36 *lez, & Garzias locis mox repetitis*, Beneficia
affecta ratione appoſitionis manus Papæ, *Gar-*
*zias de Benefic. par.*5. *cap.* 1. *ſub. num.* 32. *§. Sed*
offert ſe dubium, & num. 33. *Card. de Luca eod.*
tract. diſcur. 103. *ſub num.* 4. *Rot coram Duran.*
37 *dec.*154 *n.*13 omniàque Beneficia, ſuper quibus
Papa prævenire vellet, & concurrere cum Indul-
tario, derogando eidem Indulto, quod procul
dubio facere poteſt, ex illa juridica ratione à
priori, quòd nunquam Papa tantam facultatem
impartitur Indultariis, & Privilegiatis, quin
maiorem apud ſe retineat, per *textum in cap. du-*
dum 14 *§. Nos igitur* 1., *juncta gloſſa in verbo ea-*
*dem, de Præbend in 6. Cephal. conſ.*539. *n.*12. *&* 49.
*Gonzalez in Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancellar. reſerva-*
*tor. Menſ. §.*2. *proæm. num.*2. *&* 9. *Lotther. de re*
*benefic. lib.*2. *quæſt.*22. *nu.* 26. *&* 28. *Remocamp.*
*de Coadiutor. cap.*5. *n.*18. *poſt med. §. Nec refert,*
38 *ad med.* adeò, ut ſub tali Juriſdictione ſuperiori
poſſit Papa concurrere etiam cum Ordinariis
Germaniæ in illis menſibus, caſibus, & Benefi-
ciis, quorum collatio iiſdem Ordinariis conceſſa
fuit vigore Concordatorum per viam perpetui,
ac irrevocabilis contractus cum Germanica
Natione initorum, *Mandoſ. ad Regul.*2. *Cancellar.*
de Reſervat. Cathedral. quæſt 2 *ſub nu.*12. *verſic.*
Immò etiam in Gallia, & infrà verſic. Immò in
omnem eventum, Lotther. de re benef. lib. 2.
quæſt. 28. *à num.* 64. *& ſeqq Simonetta & ejus*
Additionat. de reſervation. quæſt. 1. *num.* 5. *&*
*quæſt.*99. *num.* 23. *&* 26 *Branden. in Concordat.*
*German. quæſt.*8. *per tot. Card. de Luca de Benefic.*
*diſcur.*109. *num.*5. *in fin. Rota coram Card. Puteo*
*dec.*45. *antè num.*1. *& per tot. in correct. lib.*1.
Siquidem cùm incertum ſit, an Beneficia uni-
ta eiuſmodi, in eorum vacationibus, ex aliqua
ex dictis cauſis, ſeu titulis excipi, ſeu eximi
potuerint ab Indulto, & à Papa provideri, talis
incertitudo, & eventualitas, quòd in Diœceſi
adſit Cardinalis, & Indultarius, quæ eventua- 39
litates conſiderari debuerunt uſque de tempore
ſæpè laudatæ *Bullæ* 6. *Pauli II. Bullar. nov Rom.*
*tom.*1. *repet. poſt Tract. inter Conſtitution. Apoſto-*
lic. in ordine la I. quo tempore nec etiam aderat
conſuetudo deputandi Cardinales ad regendas
Eccleſias, præbere potuerunt juſtiſſimam anſam
exequendi præfatam *Bullam Paulinam* indefini-
tè, ac pro omnibus Beneficiis correſpectivè
etiam ad fixationem prædicti maioris termini
XV. annorum, veluti ponderat *Scortia in ſelect.*
Pontific. Conſtitution. Epitom. 44. *theorem.* 121.
Card. de Luca de Benefic. diſcur. 89. *num.* 3.
His accedit, quòd in ipſis Indultis continetur
facultas conferendi Beneficia reſervata etiam ra-
tione menſium, ſub expreſſa tamen lege, quod
proviſi teneantur intra octo menſes, ſi ultrà mon-
tes fuerint, novam Proviſionem à S. Sede obti-
nere, literas deſuper expedire, & Jura omnia,
Cameræ Apoſtolicæ debita perſolvere; adiecta
inſuper in caſu contraventionis, pœna privatio-
nis Beneficiorum ipſo facto; quo ſtante, quan-
tumvis Ordinarii tamquàm Cardinales Indulta-
rii in eorum Diœceſibus conferant in quibuſ-
cumque menſibus, non indè ceſſat jus R. Ca-
meræ circà exactionem Annatæ, dum Indultum 40
conferendi conceſſum Cardinalibus continet in
ventre Decretum, quòd Proviſi de Beneficio
vacato in menſe reſervato tenentur accipere à
Summo Pontifice novam Proviſionem, & lite-
ras Apoſtolicas expedire, prævia ſolutione
omnium Jurium, *Maſſobr in prax. habend. Con-*
*curſ. prælud.*26. *dubit.*28. *n.*2. *cum ſeqq. Germon.*
de Indult. Cardinal. §. Volumus autem num. 1. *&*
per tot. Ameyden. de ſtyl Datar. lib. 1. *cap.* 18.
§. 4. *de quindenn. quæſt.* 20. *per tot.* ibi „ Utrùm
„ proviſi à Cardinalibus Ordinariis, teneantur
„ petere novam Proviſionem, ac ſolvere Anna-
„ tam, & Taxas, ac ſignanter „ *n.*6. *&* 7. ibi „
„ reſpondeo, Decretum loqui generaliter, un-
„ dè de omni vacatione debet intelligi &c. cùm
„ ſit appoſitum ad favorem Cameræ Apoſtoli-
„ cæ, nè videlicet privetur annatis, & taxa &c.
„ Demùm ità invaluit conſuetudo, qua vide-
„ mus effectum, quòd proviſi à bon. mem. Car-
„ dinali Borromæo, & aliis ſuperſtitibus Car-
„ dinalibus Ordinariis Collatoribus, Indulta
„ etiam ampliſſima habentibus, petunt novam
„ Proviſionem, quæ conſuetudo, & obſervan-
„ tia eſt optima Conſtitutionum interpres &c.
& ſub num. 8. *§. Confirmantur prædicta*, ibi „
undè

„ undè Indultum quoad affecta &c. eſt prædicandum cum ſua qualitate de expediendo „ novam Proviſionem , & ratione huius partis „ Indultum acceptatur in totum , à qua acceptatione non poteſt recedere ſine conſenſu „ Papæ tacito , vel expreſſo &c. „ *& num* 10. *in principio* , ibi „ in Indulto de conferendo , „ Papa concedit Cardinali excepto in Regula 8. quòd poteſt conferre etiam affecta , hoc „ tamen pacto , quòd ſemper conferat in vim „ Indulti , quod Collatori in nihilo obeſt , & „ Proviſus expediat novam Proviſionem &c. „ *Rot. in Corduben. Beneficiorum* 18. *Febr.* 1704. §. *Sivè certius cum §. ſeq. coram Molines Decano.*

Eiuſdem irrelevantiæ eſt aliud obiectum , quòd in *Regula* 8. *hodie* 9. *Cancellar. reſervator. Menſ.* Cardinales exceptuati expreſsè leguntur ; undè Beneficia reſervata vigore *dictæ Regulæ* conferunt Epiſcopi Cardinales Jure Ordinario ; etenim , præterquamquòd , quatenùs per hypotheſim ſubſiſteret obiectum , reſpiceret ſolummodò Beneficia reſervata ratione menſium, non autem reliqua , quorum collatio continetur in præfatis Indultis , adhùc ceſſat in radice etiam quoad iſta , quippè memorata exceptuatio contenta in *Regula* 8. *hodiè* 9. *Cancellariæ* ad ſummum ſuffragaretur favore Cardinalium Ordinariorum Indulto non gaudentium , vel qui nondùm illud expediverint , non verò in Cardinalibus habentibus , & acceptantibus Indulta continentia facultatem conferendi reſervata
41 etiam ratione menſium , qui ideò dicuntur conferre vice , & nomine ipſius Papæ , ac vigore Indulti , *Lotther. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 22. *num.* 117. *Rota in recentior. dec.* 10. *nu.* 10. *par.* 8.

Et huiuſmodi Indulti acceptatio conditionata non ſolùm nullum infert præiudicium Cardinalibus Indultariis , ſed illis potiùs evidentem affert utilitatem , ac favorem , dum ipſi habentes jus conferendi Beneficia in omnibus menſibus , & mutantes ſolum titulum talis collationis de Ordinario in Indultarium , acquirunt quoque alias plures collationes ſibi non competentes Jure Ordinario , quas acquirere non
42 poſſunt , niſi Jure , & titulo Indulti , quod , cùm habeat in ventre explicitam conditionem expediendi literas in Curia pro omnibus Beneficiis ſub dicto Indulto cadentibus , & conceptum ſit unica verborum ſtructura , *Rota coram Card. Cerr. dec.* 862. *num.* 9. *repet. poſt Novar. in ſumm. Bullar. dec.* 12. *n.* 9. *Emerix Jun. Decan. dec.* 102. *ſub num.* 9. *repet. poſt eund. Novar. dec.* 13. *ſub*
43 *num.* 10. non poteſt pro una parte acceptari , & pro alia recuſari , ſed ex acceptatione in una parte ſequitur acceptatio quoad omnia inibi contenta , *Rota in mox citata dec.* 102. *num.* 10. *coram Emerix Jun. & apud eund. Novar. dec.* 13. *num.* 11. aliàs fruſtrà , ac inutiliter contineretur facultas conferendi Beneficia reſervata etiam ratione menſium , & videretur , Papam ignoraſſe, Regulam reſervatoriam menſium excipere Car-
44 dinales , quod non eſt dicendum , *Lotther. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 22. *n.* 118.

Centum inſuper pedibus claudicat ſuppoſitum , quòd ſæpius decantata *Regula* 8. *hodie* 9. *Cancellariæ* reſervatoria menſium emanaverit longè poſt prælaudatam *Bullam* 6. *Pauli II. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I.* ſuper quindenniis editam , & ſimul cum illa conceſſa fuerit etiam Alternativa omnibus Epiſcopis , tribuens illis facultatem conferendi Beneficia in medietate anni , ex qua quidem Alternativa malè prætenditur , correctam fuiſſe Bullam quindenniorum ad menſuram reductionis Juris conferendi reſervata Sedi Apoſtolicæ ; ità , ut de XV. annis redactum fuerit dictum Jus ad XXX. annos , & proſequendo exceſſivam , ac incongruam interpretationem , perperam additur , quòd , ubi viget Alternativa inter Epiſcopum , & Capitulum , perque conſequens Jus conferendi ſolùm pro IV. menſibus ſpectat ad Sedem Apoſtolicam , Jus Annatarum , perque conſequens quindenniorum in illarum locum ſubrogatum , exercibile non ſit , niſi de XLV. in XLV. annos : ad aſſertum autem erroneum ſuppoſitum eliminandum ſatis eſſent generales reſponſiones reſultantes tùm ex multiplicatis Bullis Apoſtolicis dictorum quindenniorum confirmatoriis , & laudatæ *Bullæ* 6. *Pauli II.* etiam poſt dictam *Regul.* 8. *hodie* 9. *Cancellar.* reſervatoriam menſium , & conceſſionem Alternativæ , ex quibus Bullis id reſultavit , quòd , ſi per dictam *Regulam* , & Alternativam imaginari potuiſſet revocata , innovata , & alterata dicta *Bulla* 6. *Pauli II.* per ſucceſſivas il- 45
lius confirmationes , poſt dictam *Regulam* , & Alternativam ſequutas reſtitutus fuit omnimodus vigor dictæ primæ Bullæ , nempè *Pauli II.* ſuper quindenniis editæ , *Innocent. in cap. cùm olim* 18. *in principio, et ibi Hoſtienſ. col.* 2. *et Ægyd. num.* 2. *de præſcription. Rota coram Peña dec.* 754. *num.* 2. *Card. Millin. dec.* 401. *num.* 2. *& in Saliſburgen. Juris Metropolitici* 13. *Februarii* 1693. *ſub.* §. *Neque obſtat , coram Card. Priolo* ; quod fortiùs intrat , dum ampliſſimæ , ac effrænatæ leguntur derogationes omnium contrariorum , in dictis Bullis poſterioribus , & confirmatoriis 46
contentæ , quæ non ſinunt , ut de dictis Regulis , & Conſtitutionibus contrariis , ſiquæ fortè adeſſent , ulla , vel minima ratio haberi poſſit , *Roland. conſ.* 67. *num* 62. *vol.* 3. *Beroi. conſ.* 147. *num.* 28. *verſic. & licet , lib.* 3. *Gambar. de poteſt. Legat. lib.* 7. *in legib. condend. num.* 28. *Mart. de Clauſul. par.* 1. *clauſ.* 79. *num.* 1. *Rota recentior. dec.* 506. *num.* 5. *par.* 1. ſi quæ autem ſupereſſet adhùc aliqua imaginabilis ambiguitas , illa penitùs tolleretur ex ſucceſſiva obſervantia , quæ 47
unicè venit attendenda pro declaratione , & interpretatione Conſtitutionum Apoſtolicarum , *Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 1. *antè num.* 15. *& num.* 39. *verſic. tertiò* , *quòd* , *Rota coram Dunozet. Jun. dec* 966. *nu.* 17. *tom* 2. *Emerix Jun. dec.* 1342. *num.* 8. *& in recentior. dec.* 59. *num.* 13. *part.* 10. *deciſ.* 93. *num* 7 *&* 8. *part.* 13. *dec.* 266. *num.* 1. *et* 2. *par.* 15. præſertim cùm ſit proxima 48
Conſtitutionibus , & Regulis præfatis , *Soccin. Sen. conſ.* 6. *num.* 2. *cum ſeqq. lib.* 1. *Card de Luca de matrim. diſc* 1. *num.* 12. *& in annot ad Sacr. Concil. Tridentin. diſc.* 1. *num.* 5. *Rota coram Alexand. VIII. dec.* 26. *num.* 14. *Emerix Jun dec.* 34. *num.* 29. *& deciſ.* 118. *num.* 14. *ac in recentior. dec.* 170. *num.* 4. *par.* 2. *tom.* 1. addito etiam in maiorem confirmationem , quòd ſit univerſalis, 49
& pacifica in omnibus prorsùs Diœceſibus , nec non in iiſdem Beneficiis ab indultario conferri ſolitis , *Rota recentior. dec.* 177. *num.* 54. *par.* 5. *dec.* 264. *num.* 29. *par.* 6. *dec.* 115. *num.* 24. *in fin. par.* 8. *dec.* 266. *num.* 13. *par.* 15. *dec.* 218. *nu.* 20. *par.* 18.

*par.*18. *tom.*1. quòdque demum non per unicum
actum, nec per breve tempus, ſed per innume-
ros fermè actus, perque longiſſimum ſpatium
ferè trium ſæculorum ità ſervatum fuit, & ap-
probatum à tot vigilantiſſimis Ordinariis In-
dultariis, nec non reſolutum à Doctoribus ſu-
per hac materia ſcribentibus, & à Tribunalibus
50 ſuper eadem judicantibus; quamobrem non ſo-
lùm inſurgit obſervantia interpretativa, quæ
concluditur ex unico etiam actu, & brevi tem-
pore decem annorum, *Bartol. in l. Labeo* 7. *nu.*1.
ff. de ſuppellectil. legat. Decian. reſp. 51. *num.* 51.
vol. 2. *Rota coram Card. Cerr. deciſ.* 66. *num.* 15.
Card. Mantica dec. 59 *num.* 12. *Card. Cavaler.*
*dec.*497. *nu.*5. *Buratt. dec.* 647. *n.*11. *& dec.*679.
*ſub num.*9. *tom* 2. *ac in recentior. dec.*316. *nu* 15.
par 9. *tom.*1. *dec* 407. *num.*11. *par.*18. *tom* 2. ſed
etiam præſcriptiva, & quidem per præſcriptio-
nem inductivam cuiuſcumque melioris tituli al-
legabilis.

Quibus accedit, quòd reſervatio menſium eſt
unus ex illis pluribus titulis, ex quibus Sedes
Apoſtolica confert Beneficia; undè, quamvis
per malam hypotheſim dici poſſet (quod nun-
quam tamen admittendum eſt) quòd videlicet
enunciata *Bulla Pauli II.* correcta, ac innovata
fuerit per dictam *Regulam* reſervatoriam men-
ſium, adhùc nunquam exindè dici poſſunt cor-
rectæ aliæ reſervationes, nec diminuti alii tituli,
ex quibus S. Sedes conferre poſſet Beneficia uni-
ta, in quibus apparet omninò chimerica exten-
ſio quindenniorum ad annos XXX. longèque
magis idealis alia extenſio ad annos XLV. ob
51 Alternativam inter Epiſcopos, & Capitula vi-
gentem, quæ verſatur circà Menſes tantùm
ſpectantes ad Ordinarios diviſos inter illos,
non autem circà Menſes ſpectantes ad Sedem
Apoſtolicam, juxta declarationem Urbani VIII.
de anno 1626. editam, & relatam etiam in dicta
Regula 8. *hodie* 9. *Cancellariæ*, de qua ad pro-
poſitum agit *Rota in Hiſpalen. Diviſionis Simul-*
taneæ 11. *Februarii* 1697. §. 1. *coram Muto*; aliàs
eſt confundere Regulam reſervatoriam men-
ſium, & Alternativam Epiſcopis conceſſam, ac
ſi utraque contemporaneè edita fuiſſet, & qui-
dem longè poſt *Bullam Pauli II.* ſuper quinden-
52 niis emanatam, cùm tamen præfata *Regula* ori-
ginem habuerit à Nicolao V. uſque de anno
1447. veluti teſtantur *Burſatt. conſ.*126. *n.* 101.
*cum ſeq. lib.*2. *Gonzalez ad Regul* 8 *hodie*9. *Cancel-*
*lar. de Menſib. gloſſ.*1. *n.* 55. quem mendosè, ſeu
erroneè nominant Alexandrum V. *Lotther. de re*
benef. lib. 1. *quæſt.* 37. *num.* 2. *Card. de Luca de*
*Benefic. diſcur.*31. *nu.* 17. perque conſequens per
XXII. annos antè dictam *Bullam Pauli II.* de
anno 1469. editam, ut patet ex illius data in
dicto *Bullar. nov. Cherubini tom.*1. *in ordine la* 6.
repet. poſt Tract. in ordine la I.

Ab eodem Paulo II. de anno 1470. introdu-
cta fuit Alternativa, & per conſequens de anno
ſubſequenti ad taxationem quindenniorum,
ſucceſſivèque per alios poſteriores Pontifices
confirmata, & in eadem *Regula* 8. *hodiè* 9. *Can-*
cellariæ inſerta, ſed per illam nè quidem in mi-
nimo diminutum, ſeu detractum fuit Jus An-
natarum, ac conſequenter Quindenniorum;
53 quippè Alternativa ſimpliciter introducta ad
alliciendos Epiſcopos ad reſidentiam, duas
habet annexas conditiones, primam nempè,
quòd repoſita ſit in arbitrio cuiuſlibet pro tem-
pore Epiſcopi illam acceptare, prout maluerit,
& alteram, quòd Epiſcopis dumtaxat apud ſuas
Eccleſias, aut Diœceſes verè, & perſonaliter
reſidentibus ſuffragari debeat, ut legitur in di-
cta *Regula* 8. *hodiè* 9. *Cancellariæ*; adeò, ut ſi 54
Epiſcopus, qui acceptavit Alternativam, non
reſederit, non ſolum non gaudeat augumento
duorum menſium ſibi conceſſorum, ſed amittat
duos alios ex propriis, nimirum Martium, &
Septembrem, remanentibus ſibi ſolùm ex toto
anno duobus, Junio videlicet, ac Decembri,
juxta opinionem mediam receptam per Rotam
apud *Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 93. *nu.* 13.
& obſervant *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodie* 9. *Can-*
cellar. de Menſib. gloſſ. 47. *num* 106. *cum ſeqq.*
*Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.* 18. §. 4. *de*
*quindenn. quæſt.*20. *num.*10. Ex quibus conditio-
nibus palam fit, nullatenùs diminuta fuiſſe
Jura Annatarum, quoad enim Epiſcopos Alter-
nativam non acceptantes Annatæ remanent in
eodem ſtatu; quò verò ad eos illam acceptan-
tes, præiudicium redundans in duobus menſi-
bus, Epiſcopo reſidente, compenſatum remanet
per alios duos Sedi Apoſtolicæ ſuperadditos,
eo uon reſidente, quæ compenſatio eſt adeò
proportionata, ut plures Epiſcopi non curent 55
Alternativam acceptare, ut eſt notorium, &
teſtatur *Corrad. in prax. benefic. lib.*3. *cap.* 6. *n.*11.
verſic. verum eſt tamen.

Inſubſiſtens iuſuper eſt, ac erroneum funda-
mentum ex ceſſione, ſeu condonatione ſuppoſi-
ta de omnibus mediis Annatis ad Sedem Apo-
ſtolicam ſpectantibus, favore Portionariorum 56
Metropolitanæ Eccleſiæ Toletanæ, & Canoni-
corum Collegiatæ Eccleſiæ SS. Juſti, & Paſtoris
Compluten. vulgò *de Alcalà*, prævio Privilegio
Apoſtolico Sixti IV. pluries à Succeſſoribus Pon-
tificibus confirmato, & penès *Pitillas de mediis*
annatis à num. 9. *uſque ad* 20. ubi toto tenore
perlecto, recognoſcitur, quòd non ſolùm inibi
non continetur aſſerta generalis, & indefinita
ceſſio mediarum Annatarum omnium Benefi-
ciorum, ſed quòd ſolummodò conceduntur me-
diæ Annatæ illorum Beneficiorum, ac collatio-
num ad Sedem Apoſtolicam non ſpectantes,
immò quòd iſtæ expreſſis, & cubitalibus verbis
excipiuntur, prout videre eſt in I. Brevi Sixti IV.
in verbis ibi: *Ità tamen, quòd, ſi contigerit, me-*
dietatem fructuum, reddituum, & proventuum
anni vacationis hujuſmodi Cameræ Apoſtolicæ
aliquo reſpectu deberi, tunc, & eo caſu medietas
fructuum, reddituum, & proventuum hujuſmodi
non primi, ſed ſecundi immediatè ſequentis poſt va-
cationem huiuſmodi Menſæ, & Maſſæ prædictis
deberetur &c. & in alio ſimiliter Brevi Leonis X.
in verbis ibi: *ſtatuimus, et ordinamus, quòd*
Prior, et Archidiaconus prædicti, et eorum quili-
bet integram medietatem primi, ſi ea Cameræ Apo-
ſtolicæ pro ipſo primo anno debita non fuerit, alio-
quin ſecundi anni vigore dictarum literarum per-
ſolvendorum omnium fuctuum &c. hinc agnoſci
poteſt validum Jus Sedis Apoſtolicæ, & Anna-
tiſtarum pro ſuis Annatis, & Quindenniis, præ-
ſertim, cùm plures aliæ extent Eccleſiæ huiuſ- 57
modi fruentes Privilegiis, ac ſignanter Vatica-
na Baſilica Patriarchalis S. Petri de Urbe, ubi
peculiare viget Indultum Clementis VII. à Pau-
lo III. confirmatum, applicans favore Sacriſtiæ
me-

mediam annatam tàm Canonicatuum, quàm Beneficiorum, & Clericatuum, *Rota coram Manzaned. dec.* 842. *per tot.* Metropolitanæ Hiſpalen., & Burgen. juxta Privilegium Innocentii VIII. Cathedrales Conchen., Seguntina, & Segobien., *Rota coram Card. Seraphin. deciſ.* 1401. *et* 1410. *tom.* 2. *repetit. poſt Tract. int. Deciſion. Sacr. Rot. Rom. in ordine la IV. et V. Mobedan. dec.* 6 *aliàs* 82. *de conceſſ. Præbend. Peña dec.* 1390. 1479. *et* 1546. *dec.* 787. *par.* 4. *diverſ. ac in recentior. dec.* 136. *par.* 1. *dec.* 199. *par.* 2. *tom.* 1. Cathedralis Giennen. juxta Privilegium Alexandri VII. Oxomen., & Valentina in Regno Aragoniæ, juxta Privilegium Benedicti XII. *Rota coram Card. Cerr. deciſ.* 850. *repetit. in recentior. dec.* 471. *par.* 14. *dec.* 144. *et* 295. *par.* 16. in Ditione Pedemontana Cathedralis Vercellen. *Rota coram Peña dec.* 733. *tom.* 1. in Ditione Parmen. Cathedralis Placentina, *Decius conſil.* 155. *vol.* 1. in Normandia, & Pariſiis, *Marc. dec. Delphin.* 91. *part.* 1. in Eccleſia S. Arduini de Petra Rubea, *Brunnus conſil.* 67. Cathedralis Leodien., *Rota coram Card. Seraphin. dec.* 1447. *tom.* 2. Eccleſia S. Virgilii Tridentinæ Diœceſis, *Coſtrenſ. conſil.* 116. *lib.* 2. Cathedralis S. Mariæ Maioris Novarien., *Plotus de in lit. jur. ampliat.* 30. *nu.* 644. Collegiata Eccleſia S. Gaudentii Novarien. Civitatis, *Plotus loc. cit.*, in Neapolitano Regno, *Redoan. de ſpoliis quæſt.* . *num.* 50. *Capon. diſcept. forenſ.* 138. *nu.* 27. in Galliis, *Fraſſ. de Patronat. Reg. cap.* 16. *num.* 4. 18. *et* 19. in Polonia, & Luſitania noſtra, *Fraſſ. ibid. num.* 25. *Valdes de Dignit. Reg. Hiſpan. cap.* 22. *num.* 12. Religio Hieroſolymitana, juxta *Statut. tit.* 5. *cap.* 5. *de Commun. Theſaur. ſeu Ærar. Borell. in ſumm deciſion. par.* 1. *tit.* 20. *de Benefic. num.* 387. *Mandoſ. in Regul.* 34. *hodie* 35. *Cancellar. de annal. qu.* 31. *num.* 2. *Zoeſ. in Jus Canonic. lib.* 3. *tit.* 27. *nu.* 15. *Fermoſin. in cap. Eccleſia S. Mariæ* 10. *num.* 18. *de Conſtitution. Fagnan. in cap. prætereà* 1. *num.* 45. *nè Prælat. vic. ſuas, Themud. à Fonſeca dec. Ulyxbon.* 299. *par.* 3. *Rota coram Ubald. dec.* 196. *n.* 17. *et* 18. *et dec.* 155. *num.* 7. *ac in recentior. dec.* 189. *n.* 1. *par.* 4. *tom.* 1. *dec.* 275. *par.* 18. *tom.* 1. *dec.* 494. *et* 644. *ead. part.* 18. *tom.* 2. *et poſt Tract. dec.* II. V. VI. & IX.

Magis frivolum quoque eſt objectum, quòd Bullæ quindenniorum non emanaverint Motu proprio, cùmque ſpeciali Summi Pontificis ſubſcriptione, ſed ad inſtantiam Collectorum ipſorum quindenniorum; cùm autem Collectores quindenniorum ſint ipſi Nuncii Apoſtolici, ut notiſſimum eſt, & deputari ſoleant ab ipſiſmet Summis Pontificibus, mediantibus Brevibus per eoſdem propria manu ſubſcriptis, & quidem Motu proprio, controverti nequit, quòd tàm inſtitutio, quàm exactio eorundem quindenniorum fundamentum, ac fomentum habeat in voluntate & præcepto Summi Pontificis, &
58 quidem ex Motu proprio, & ex certa ſcientia, quæ ex talibus actibus probatur, *Cravett. conſ.* 241. *num.* 20. *Mart. de Clauſul. par.* 1. *clauſ.* 72. *aliàs* 73. *num.* 7. *Monet. de commut. ult. vol.*
59 *cap.* 7. *num.* 78. *in fin.* imò clariſſimè patet, Bullas quindenniorum editas eſſe Motu proprio, pro ipſius Pontificis, ſeu eius Cameræ, ac Annatiſtarum intereſſe, juxta lecturam primæ *Bullæ* Pauli *II. in ordine la* 6. §. 3. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ auctoritate Apoſtolica &c. ſtatui-
„ mus &c. & declaramus &c. „ *Bullæ Julii* III.
in ordine la 20. §. 1. 2. *et* 6. *eod. tom.* 1. ibi „
„ Dudùm &c. Pius Papa II. &c. ordinaverat &c.
„ Et piæ mem. Paulus etiam Papa II. &c. Nos
„ volentes &c. omnia, & ſingula in eis conten-
„ ta &c. approbamus, & innovamus &c. & à
„ quibuſcumque &c. inviolabiliter obſervari &c.
„ decernimus &c. „ *Bullæ* Pauli *IV. in ordine*
la 11. §. 3. *et* 10. *eodem tom.* 1. ibi „ Ac Pius II.
„ &c. declaraverit &c. Statuentes &c. ratione
„ Annatarum, ſeu Quindenniorum &c. decer-
„ nimus &c. „ *et Bullæ ejuſdem* Pauli *IV. in ordine la* 17. §. 8. *et* 11. *eod. tom.* 1. ibi „ decer-
„ nentes &c. volumus &c. „ *Bullæ S.* Pii *V. in ordine la* 38. *in principio, juncto* §. 1. 3. *et* 6. *tom.* 2. ibi „ quæ aliàs &c. Julius III. & Pau-
„ lus IV. &c. ex præterito dumtaxat Cameræ
„ Apoſtolicæ applicaverunt &c. plurimùm in-
„ terſit, & neceſſarium exiſtat, ut tàm Ju-
„ lii III. & Pauli IV. &c. literas &c. quam
„ aliàs quaſcumque Conſtitutiones &c. per &c.
„ Pium II. Paulum etiam II. Innocentium VIII.
„ Julium ſimiliter II. ac Julium, & Paulum
„ præfatos, aliòſque diverſos Romanos Ponti-
„ fices &c. editas &c. per Nos innoventur, ap-
„ probentur, & confirmentur. Nos igitur &c.
„ approbamus, & confirmamus &c. Nos &c.
„ Motu ſimili &c. Mandantes &c. „ *Bullæ Sixti V. in ordine la* 33. *in principio, juncto* §. 1. 2. *et* 4. *eod. tom.* 2. ibi „ ea, quæ proptereà à
„ Prædeceſſoribus noſtris providè ſtatuta fue-
„ runt &c. confirmationis noſtræ munimine
„ roboramus, & innovamus &c. Itaque &c.
„ literas &c. Pauli II. &c. III. Pauli IV. ac Pii V.
„ nec non quorumcumque aliorum &c. Ponti-
„ ficum &c. ſuper ſolutione Annatarum, Com-
„ munium, Quindenniorum, & aliorum Ju-
„ rium &c. editas, confirmatas, & innovatas
„ &c. approbamus, & confirmamus &c. atque
„ illas &c. innovamus. Statuimus &c. & de-
„ claramus, quòd Uniones de quibuſcumque
„ Beneficiis Eccleſiaſticis &c. hactenùs factæ,
„ & faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum
„ Conſtitutionibus &c. omninò compræhen-
„ dantur &c. Mandantes &c. „ *Bullæ Urbani* VIII. *in ordine la* 18. *in principio, juncto* §. 1. *et* 2. *tom.* 5. ibi „ Motu ſimili &c. decre-
„ vit, & declaravit. Mandans proptereà &c.
„ ſtatuit &c. declaravit. Mandavitque &c.
„ quaſcumque &c. literas eorundem Pii, &
„ Sixti V. nec non quorumcumque aliorum Ro-
„ manorum Pontificum &c. ſuper ſolutione
„ Annatarum, Communium, Quindennio-
„ rum, & aliorum Jurium &c. editas, confir-
„ matas, & innovatas &c. approbamus, &
„ confirmamus &c. atque illas &c. innovamus.
„ Mandantes proptereà &c. „ *et Bullæ Clementis X. in ordine la* 50. *in principio, juncto* §. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. *et* 11. *tom.* 6. ibi „ Motu
„ proprio &c. nec non &c. Beneficia huiuſmodi
„ onus ſolutionis Communium, & Minutorum
„ Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum
„ Jurium prædictorum ſemper habuiſſe, & ha-
„ bere decrevit, & declaravit, mandans pro-
„ ptereà &c. decrevit, ſtatuit &c. Quindennia,
„ & alia Jura &c. Cameræ Apoſtolicæ, & Col-
„ legio, & Officialibus prædictis perſolvere
„ debeant, & teneantur, Motu pari &c. ad ſo-
„ lutionem Quindenniorum, aliorùmque Jurium &c.

„ rium &c. cogi, & compelli poſſe declara-
„ mus &c. „ nec in prædictis Conſtitutionibus

60 deeſt ſubſcriptio Papæ comprobans Motum proprium, veluti legere eſt in *Piana in fin.* ibi: *Placet Motu proprio. M.* in *Urbana in fin.* ibi: *Fiat Motu proprio*. M. & in *Clementina in fin.* ibi: *Fiat Motu proprio. E.* quæ quidem Pontificia ſubſcriptio tollit quamcumque etiam mendicatam ambigendi occaſionem, *Lotther. de re benef. lib. 3. quæſt. 1. à num. 37. ad plur. ſeqq.*

61 omiſſo, quòd Conſtitutiones Apoſtolicæ emanatæ per viam legis generalis, ſemper dicuntur emanatæ Motu proprio, *Gonzalez ad Regul. 8. hodie 9. Cancellar. de menſib. gloſſ. 36. n. 32.*

Ejuſdem ponderis eſt conſimile objectum, quòd, dum quamplures prodierunt ſuper ſolutione quindenniorum Conſtitutiones Pontificiæ, argumentum ſit, quòd hoc jus Sedis Apoſtolicæ non fuerit unquam perfectè radicatum, præ-

62 dictæ namque Conſtitutiones plerumque prodierunt pro declaratione Dubiorum in caſuum contingentia emergentium ſuper hujus materiæ intelligentia, ſivè ad compeſcendam gravioribus pœnis contumaciam nonnullorum Debitorum, ut depromitur ex earundem Conſtitutionum tenore, ac ſignanter ex *Conſtit. 38. S. Pii V. §. 2. et 3. Bullar. nov. Rom. tom. 2.* ibi „ Et inſu-
„ per quoniam &c. à nonnullis &c. hæſitatur,
„ an Monaſteria, quorum fructus &c. in libris
„ Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur &c.
„ cæteráque Beneficia Eccleſiaſtica &c. in di-
„ ſtributiones quotidianas convertuntur, ſub
„ literis Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum
„ hujuſmodi compræhendantur. Nos &c. Mo-
„ tu ſimili &c. quæcumque Beneficia Eccleſia-
„ ſtica &c. etiam pro quotidianis diſtributioni-
„ bus &c. Apoſtolica auctoritate unita &c. ſub
„ literis Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum
„ hujuſmodi compræhendi, & includi, „ *Conſt. 33. Sixti V. §. 2. et 4. eod. tom. 2.* ibi „ ut cujuvis
„ dubitandi occaſio præcidatur &c. ſtatuimus
„ &c. & declaramus, quòd Uniones &c. de
„ quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c.
„ tàm per quoſcumque Romanos Pontifices &c.
„ ac nos, nec non Sedis præfatæ Legatos,
„ Nuncios, & alios quoſcumque Subdelegatos
„ &c. quàm per quemcumque Loci Ordina-
„ rium &c. hactenùs factæ, & faciendæ &c. ſub
„ dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus
„ &c. omninò compræhendantur &c. Dantes
„ &c. facultatem pro eorundem quindennio-
„ rum, & Jurium exactione, omnes, & ſingu-
„ los illorum debitores &c. citandi, monendi,
„ & requirendi &c. etiam ſub cenſuris, & pœ-
„ nis Eccleſiaſticis, ac etiam pecuniariis &c. ac
„ etiam privationis Beneficiorum unitorum &c.
„ nec non fructuum &c. Beneficiorum Eccleſia-
„ ſticorum, quæ ipſi debitores poſſidebunt,
„ pro quantitate eorum debiti, ſequeſtratio-
„ tionem &c. cogendi &c. „ *Conſtitut. 18. Urbani VIII. in principio, juncto §. 3. tom. 5.* ibi „
„ Sixtus Papa V. ut cuivis diſputandi occaſio
„ præcideretur &c. ſtatuit &c. quòd Uniones
„ &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis
„ &c. per quoſcumque Romanos Pontifices &c.
„ nec non per Sedis Apoſtolicæ Legatos, Nun-
„ cios, & alios quoſcumque Subdelegatos &c.
„ quàm per quemcumque Loci Ordinarium &c.
„ hactenùs factæ, & in futurum faciendæ &c.
„ ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutioni-
„ bus &c. omninò compræhendi &c. & ad ſolu-
„ tionem Quindenniorum teneri &c. Nec non
„ eorundem Quindenniorum, & Jurium debito-
„ res &c. citandi, monendi, & requirendi &c.
„ ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac pecu-
„ niariis &c. ac etiam privationis Beneficiorum
„ unitorum &c. nec non fructuum &c. Benefi-
„ ciorum, quæ ipſi debitores poſſidebunt, pro
„ quantitate eorum debiti, ſequeſtrationem
„ cogendi &c. „ *& Conſt. 50. Clementis X. §. 4. 5. 7. 8. 9. et 11. tom. 6.* ibi „ etiam per ſenten-
„ tias, cenſuras, & pœnas, etiam privationis,
„ & diſſolutionis Unionum hujuſmodi cogi, &
„ compelli poſſe &c. ſtatuimus, & decernimus
„ &c. utcumque &c. Quindennia, & alia Jura,
„ ratione Penſionum perpetuarum &c. ſuper
„ quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſtico-
„ rum &c. & Præbendarum diſtributionibus
„ quotidianis reſervatarum, & impoſterùm &c.
„ reſervandarum &c. Cameræ Apoſtolicæ, &
„ Collegio, & Officialibus prædictis perſolve-
„ re debeant, & teneantur &c. Ad quodlibet du-
„ bium è medio tollendum, & pro majori di-
„ lucidatione &c. quaſcumque Congregationes
„ &c. ad ſolutionem Quindenniorum, alio-
„ rùmque Jurium &c. eiſdem Cameræ, Colle-
„ gio, & Officialibus faciendam teneri &c. &
„ ad idem per ſupradictas pœnas etiam priva-
„ tionis, caſſationis, extinctionis, & annulla-
„ tionis ſimilium Penſionum cogi, & compelli
„ poſſe declaramus &c. „ *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la* V. VI. VIII. & XI. quod quidem practicatum extitit favore Portionariorum Toletanæ Metropolitanæ Eccleſiæ, nec non SS. Juſti, & Paſtoris *de Alcalá*, ſeu Compluten. Collegiatæ, quantumvis ampliſſimo fruentium Privilegio Sixti IV. ſuper jure exigendi dimidiam Annatam omnium Beneficiorum in tota Diœceſi vacantium, nihilominùs adhùc ob Debitorum contumaciam, obtinuerunt à Leone X. Gregorio XIII. & Urbano VIII. memorati Privilegii confirmationem: qua occaſione, ſanè notatu digna ſunt verba adjecta in Confirmatione Leonis X. ibi: *Cùm autem, ſicut accepimus, Nobis nuper pro parte Dilectorum Filiorum modernorum Portionariorum Toletan. & Abbatis SS. Juſti, & Paſtoris &c. nec non præfatorum Capituli &c. petitio continebat, multis ex perſonis, quibus ex Canonicatibus proviſum, vel aliàs in eorum favorem canonicè diſpoſitum, literas, nec non in eis contentas cenſuras, et pœnas prædictas &c. flocci pendentes, medietatem fructuum, reddituum, et proventuum per eos debitam hujuſmodi ſolvere indebitè negligant, & recuſent in Animarum ſuarum perniciem &c.* proindè Conſtitutionum multiplicatio non derivat ex illegitimitate tituli hujuſcemodi juris, ſed ex prava aliquorum Debitorum qualitate juxta illud, quòd bonæ leges arguunt malos 63
mores, ex quibus natæ ſunt, *Zipæus conſult. Canonic. lib. 3. tit. de Præbend. conſ. 4. nu. 1. in principio.*

Haud minoris momenti eſt aliud obſtaculum, quòd in Bullis quindenniorum demanda- 64
tur fieri intrà annum à die Unionis, obligationem de ſolvendo quindennia, ad formam *Conſtitut. 6. Pauli II. §. 5. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ibi: *infrà unius anni ſpatium ſe in eadem Camera* ef-

efficaciter obligare debeant cum effectu &c. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I. undè in caſu, quo forte non ſit facta talis obligatio pro Beneficiis, de quibus agimus, exindè prætendatur liberatio, & exemptio ab ejuſmodi onere quindenniali, potiſſimùm cùm in literis Unionis de quindenniis nulla fiat mentio, etenim conditio faciendi obligationem de ſolvendis quindenniis, non fuit adjecta in Bullis quindenniorum pro regulanda eorum ſubſtantia; ità ut, deficiente prædicta obligatione, quindennia ipſa nullatenùs deberentur, ſed pro faciliori eorundem exactione, ac certitudine, nec non etiam pro majori ſecuritate, ſeu cauthela Cameræ, & Annatiſtarum; proindèque
65 quadrat vulgata regula, quòd omiſſio eorum, quæ ad majorem cauthelam requiruntur, non tollit ſubſtantiam, & validitatem actus, *l. 3. § penult. ubi gloſſ. ff. de bon. poſſeſſ. l. teſtamentum C. de teſtam. Bartol in l. 2. §. Quod de frumentaria, num. 22. ff. de adminiſtrat. rer. ad Civit. pertin. Aretin. conſ.* 100. *num.* 9. *Roman. conſ* 497. *num.* 3. *et* 6. *Signoroll. conſ.* 227. *num.* 2. *verſic. hæc reſponſio, Advoc. Conſtantin. ad Statut Vrb. tom.* 1. *annot.* 29. *artic.* 1. *ſub n.*82. *§ Non obſtat, et ſeqq. Rota coram Dunozett Jun. dec.*919. *nu.*9. *tom.*2. *et in recentior. dec.*320. *num.* 46. *cum ſeqq. par.*6. *dec.*371 *n.*2. *par.*19. & quòd demandata fuerit ejuſmodi obligatio ad cauthelam tantùm, non verò ad neceſſitatem, & ſubſtantiam ipſorum quindenniorum, apertiſſimè depræhenditur ex ipſamet lectura earundem Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper quindenniis emanatarum, ex quibus neceſſitas dictæ obligationis
66 depromi prætenditur, ac ſignanter ex ipſa originaria *Bulla Pauli II. in ordine la* 6. §. 4. *Bullar. nov Rom. tom.* 1. ibi „ & de ſolvendo ſingulis „ certis temporibus futuris obligatio in eadem „ Camera per inadvertentiam facta non fuit &c. *Bulla Julii* III. *in ordine la* 20. § 5. *et* 6. *eod. tom.* 1. ibi „ ac ex incuria agentium pro Ca- „ mera prædicta, ſeu alias obligationes de ſol- „ vendis Communibus, & Minutis Servitiis, „ ac Annatis, ſeu mediis fructibus, aut aliis „ juribus ſolvi debitis, & conſuetis, factæ non „ fuerint &c. ſtatuimus, & ordinamus, quòd „ illi, quos Annatis hujuſmodi dictæ Cameræ „ teneri conſtiterit, etiamſi aliàs illas ſolvere „ nullatenùs promiſiſſent, ſeu ad illarum ſolu- „ tionem non aliter ſe ſpecialiter obligaſſent &c. „ ad ſolutionem Annatarum, & Jurium præ- „ dictorum efficaciter teneantur &c. „ *Bulla* „ *Pauli IV. in ordine la* 17. §. 8. *eod. tom* 1. ibi „ „ etiamſi ſe ſuperindè in Camera non obligave- „ rint, ad ſolutionem Communium, & Minu- „ torum Servitiorum, ac Annatarum, & alio- „ rum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, „ Collegio, & Officialibus, ratione earundem „ Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. facien- „ dam teneri &c. „ *Bulla S. Pii V. in ordine la* 38. §. 4. *eod. Bullar. tom.* 2. ibi „ etiamſi ſe „ ſuperindè in Camera Apoſtolica non obliga- „ verint &c. ad ſolutionem Communium, An- „ natarum, & aliorum Jurium prædictorum „ eidem Cameræ &c. ratione Unionum &c. ſin- „ gulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. „ *Bulla Sixti V. in ordine la* 33. §. 2. *et* 4. *eod. tom.* 2. ibi „ etiamſi ſe ſuperindè in Camera „ Apoſtolica non obligaverint &c. ad ſolutio- „ nem Quindenniorum præfatorum eidem Ca- „ meræ, ac Collegio, & Officialibus, ratione „ Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. facien- „ dam teneri &c. ad ſolvendum quindennia „ decurſa, etiamſi ad id in Camera Apoſtolica „ non ſe obligaverint &c. „ *Bulla Vrbani* VIII. *in ordine la* 18. *in principio, juncto* § 3. *eod. Bullar. tom.* 5. *et Bulla Clementis X in ordine la* 50. § 2. 3. 5 9. *et* 11. *eod. Bullar. tom.* 6. *repet. poſt Tract. int Conſtit. Apoſt. in ordine la* I. III. V. VI. VII. VIII. & XI proindèque ſequitur, quòd memoratæ Bullæ vel allegari non poſſint ad effectum inducendi præciſam, ac neceſſariam obligationem de ſolvendo quindennia, vel allegari debeant ſub forma in eiſdem contenta, quòd nempè quindenniorum ſolutio etiam ſine dicta obligatione fieri debeat; nec una, & individua 67
conditio, & determinatio debet, & poteſt in una parte acceptari, ac in alia recuſari, *l jam hoc Jure* 4. *l. Lucius Titius* 45. *ff de vulgar et pupillar ſubſtit. Gratian diſc. for. cap* 70. *n.*39. *Manſ. conſult* 511 *num* 17. *Rota coram Priol. dec.* 328. *num* 9. *et in recentior. dec.* 334. *num* 5 *part* 15.

Quare autem ſæpiùs neglectæ fuerint hujuſmodi obligationes, ratio ſuadet ex eo, quod olim 68
Uniones expediri conſueverant in forma Commiſſaria Ordinariis Locorum directæ de Beneficiis primò vacaturis, ut, omiſſis aliis, depromitur ex Privilegio Cardinali Franciſco Ximenez Ciſneros Fundatori Inſignis Collegii Compluten. conceſſo pro Beneficiis vacaturis, uſque ad ſummam Ducatorum 500. auri de Camera; ità, ut antè effectuationem Unionum emitti non ſolerent tales obligationes, immò etiam ipſis Unionibus effectuatis haud rarò non emit- 69
tebantur, ſivè ex incuria miniſtrorum, ſivè ex malitia Debitorum eorundem quindenniorum, veluti legere eſt in *Conſt* 6. *Pauli II.* § 5. *Bullar. nov. Rom. tom* 1. ibi „ Et quòd de omnibus „ Monaſteriis &c. & Beneficiis, ut præfertur, „ unitis, à quorum Unionum temporibus, „ poſtquàm illæ ſortitæ effectum, anni XV. ef- „ flux runt, infrà annum proximè futurum „ Communia, Minuta, & alia Jura, ſeu Annatas, & medios fructus hujuſmodi ſolvere „ adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in „ futurum &c. & ad hoc ii, quorum intereſt, „ infrà unius anni ſpatium ſe in eadem Camera „ efficaciter obligare debeant cum effectu &c. „ *Conſt.* 20. *Julii* III. §. 5 *eod. tom.* 1. ibi „ ac „ ex incuria agentium pro Camera prædicta, „ ſeu aliàs obligationes de ſolvendis Commu- „ nibus, & Minutis Servitiis, ac Annatis, ſeu „ mediis fructibus, aut aliis Juribus ſolvi de- „ bitis, & conſuetis factæ non fuerint, & quæ „ ſunt, exequutioni non demandentur &c. „ *Conſt.* 17. *Pauli IV* §. 8. *eod tom.* 1. ibi „ ſin- „ gulis XV. annis à die, quo illæ ſuum effectum „ ſortitæ fuerint &c. faciendam teneri &c. & „ ad id &c. de XV. in XV. annos realiter, & „ cum effectu ſolvendis in forma ſolita obligandum &c. „ *Conſt.* 38. *S. Pii V.* §. 4. *eod Bullar. tom.* 2. ibi „ ad ſolutionem Communium, Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum „ eidem Cameræ &c. ratione Unionum &c. ſin- „ gulis XV annis à die, qua illæ ſuum ſortitæ „ fuerunt effectum &c. faciendam teneri &c. „ *Conſt.* 33 *Sixti V.* §. 2. *in fin. eod tom.* 2. *Conſt.* 18. *Vrbani* VIII. *in principio, juncto* §. 3. *eod. Bullar.*

lar. tom.5. et Conſt. 50. Clementis X. in principio,
juncto §.2. 3.5.6.9. et 11. in fin. tom. 6. repet. poſt
Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I. III. V. VI.
VII. VIII. & XI. qua de cauſa manus mortua
70 quindenniorum debitrix, ex hac incuria, ſivè
forſan malitia reportare non debet præmium
juxta monitum *gloſſ.in cap.ei,cui 29.de Præbend.*
in 6. verbo ætate, in fine ibi: *non debet eſſe melior*
conditio ejus, qui deliquit.

Minoris quoque momenti eſt animadverſio,
quòd in Unione Beneficiorum non nominentur
71 quindennia, quia in ipſis literis Unionis fieri
non ſolet talis mentio juxta illarum formulam
apud *Corrad. in prax. benefic. lib.2. cap.8. nu.63.*
omiſſo, quòd obligatio ſolvendi quindennia
ſemper implicitè in literis Unionum continetur
ex ipſa natura, & qualitate gratiæ Unionum,
72 quæ nunquam factæ cenſentur in præjudicium
tertii, ac ei auferre jus cæteroquin cum ipſa
Unione compatibile per *textum in cap. quia Mo-*
naſterium 2. de religioſ. Domib. Rebuff. in prax.be-
nefic.tit.de erection. in Collegiat. verſiculo et in hac
*erectione Pignatell.conſult.Can.tom.*1.*conſult.*221.
*n.*14.*Rota coram Card.Puteo dec.*268.*n.*3.*lib* 2.ad
effectum namque, ut præjudicatum intelligatur
quindenniis, oportet, quòd in Bullis Unionum
fiat individualis expreſſio, vel ſpecialis gratia,
rariſſimè concedi ſolita, prout in caſu ſingulari
73 practicatum fuit per Gregorium XIII. cum Ca-
pitulo Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitanæ, te-
ſte *Corrad. in prax. benef. lib. 2. cap. 8. num. 64.*
74 Et ſicuti in creatione Epiſcoporum nulla fit men-
tio de illis Juribus, ac emolumentis ab Epiſco-
pis ſolvi conſuetis Sedi Apoſtolicæ, ejuſque Of-
ficialibus, & tamen iſta ſolvuntur, ſicuti ſolvi-
tur media Annata de Beneficiis collativis,
quantumvis de illa nulla fiat mentio in literis
Apoſtolicis Proviſionis, ità nulla imaginari po-
teſt ratio, quare de Beneficiis unitis non debea-
tur quindennium, quantumvis de illo nulla fiat
mentio in Bullis Unionum.

Quibus accedit in dictorum confirmationem,
quòd, etiamſi nulla adeſſet expreſſa obligatio
Collegii Germanici, & Græci ad ſolvendũ quin-
dennia,nec per eorundem Collegiorum Rectores
inita eſſet,nec appoſita in literis Unionum,immò
*Vermigliol.conſ.*476.*et* 477. *et Card.de Luca de Be-*
nefic. diſcur. 139.tamquàm Advocati dictorum
Collegiorum defenderent, eadem Collegia non
75 teneri ad quindennia, adhùc talis defectus dictæ
obligationis nec allegatus,nec conſideratus fuit,
ſed utrumque Collegium ad dictam ſolutionem
quindenniorum per plenam Cameram con-
demnatum extitit.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, quantumvis peranteà collativa eſſent, poſteàque ex Indulto Apoſtolico, vel conſuetudine evaſerint electiva, ſivè quantumvis peranteà nec collativa, nec electiva eſſent ex eo, quòd reſervata legerentur Sedi Apoſtolicæ in quocumque menſe vacaverint, fuerint poſteà effecta electiva per electores inferiores, vel collativa per collatores inferiores ex Indulto pariter Apoſtolico, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Præſens articulus eſt valdè practicabilis, valdèque peregrinus.*
2 *Beneficium electivum quid ſit.*
3 *Celebre* cap.quia propter 42.de electìon. *nunquam, vel rarò ſervatum, in electionibus autem ad Beneficia, per quorum electionem Eccleſia non viduatur, non ſervandum.*
4 *Beneficiis electivis abundare ſolet Germania, Ferraria & Cremona.*
5 *In Rota quotidianæ excitantur lites occaſione* Benefi*ciorum electivorum.*
6 *Adinſtar ſimilium litium occaſione Indulti Clementis* VIII. *pro* Beneficiis *Patrimonialibus Colaguritanis.*
7 *Propriè quænam ſint* Beneficia *electiva.*
8 *Etiam* Beneficia *inferiora de conſuetudine dicuntur electiva.*
9 *Duplex ſpecies* Beneficiorum *electivorum.*
10 *Auctor, Deo dante, editurus eſt Tractatum* de Simultanea, & turnaria Proviſione.
11 Beneficia, *quæ providentur per electionem, citrà tamen confirmationem Superioris, ſecundùm aliquos collativa, et ſecundùm alios electiva nuncupantur.*
12 *Et ſecundùm alios mixta.*
13 *Olim omnia ferè* Beneficia *erant electiva.*
14 *Talia* Beneficia *convertebantur in maleficia.*
15 *Etiam ex* Beneficiis *electivis debentur quindennia.*
16 *Præpoſitura Auguſtana electiva ex Indulto Alexandri* VI.
17 *Prima Dignitas eſt reſervata Sedi Apoſtolicæ.*
18 Beneficia *vacantia in menſe Apoſtolico, ſubjacent* Regulæ 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib.
19 *Nemo duplici onere gravandus.*
20 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
21 *Mens potiùs Legislatoris attendenda, & expenduntur Bullæ quindenniorum.*
22 *Papa non præſumitur velle ſibi præjudicare.*
23 *Conſuetudo tollere nequit quindennia.*

CAPITULUM LIV.

PRæſens articulus eſt ſatis practicabilis; val- 1
dèque peregrinus; pro dilucidatione au-
tem exponendorum præmittendum duxi mone-
re, quid ſit Beneficium electivum, & dico, il-
lud eſſe, quod ad electionem Vocalium, ſeu 2
Capitularium in Cathedrali, ſeu Collegiata,
ſivè Conventuali Eccleſia per ſecreta ſuffragia,
ſervata forma celebris, nunquam tamen, vel 3
rarò ſervati *cap. quia propter* 42. *de election.* con-
ferri ſolet, poſteà obtenta illius electionis con-
firmatione à Superiore, *Garz. de Benefic. part.*1.
cap. 6. num. 14. cum ſeqq. Lavor. de election. Ca-
nonic. tit. 4. cap. 13. num. 1. & 18. cum ſeqq. ac
ſignanter num. 37. Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9.
Cancellar. de Menſib. gloſ. 19. num. 12. cum ſeqq.
Lotther. de re benef. lib.2. quæſt 16. num.11.cum
ſeqq. Chokier in Prec. Primar. ſect. 2. in Schol.
quæſt. 17. in princip. verſ.per electionem, litera K.
in

in princip. pag. mih. 40. *in fin Layman oper. var. lib.4.tract. 2 de Eccleſ.* Benefic. *cap* 12. *num* 1.
Advertendum tamen eſt, quòd in electione ad
Beneficia, per quorum collationem Eccleſia
non viduatur, non ſervatur forma *prælaudati*
cap. quia propter, quæ eſt ſpecialis in caſu vi-
duitatis Eccleſiæ, ſed proceditur juxta diſpoſi-
tionem Juris communis, *Barboſa de Canonic. &*
Dignitat. cap. 38. *num.* 1. *cum ſeqq. Marc. deciſ.*
4 *Delphin.* 922. *num.* 1. *par.* 1. ac hujuſmodi Be-
neficiis abundare ſolet Germania, Ferraria,
& Cremona, præſertim in Canonicatibus, *Lot-*
*ther. de re benefic. lib.*2. *quæſt.*16. *num* 11 *&* 12.
5 *in fine*: quorum Beneficiorum electivorum occa-
ſione in Sacra Rota Romana quotidianæ exci-
tantur lites adinſtar aliarum notiſſimarum li-
6 tium occaſione Indulti Clementis VIII pro Be-
neficiis Patrimonialibus Calaguritanis in Hiſpa-
niis, præter ſimilia Palentina, Burgen., &
Giennen., à Patria cujuſcumque providendi
denominata, de Jure communi penitùs incogni-
ta, tanquàm ſolis filiis naturalibus debita,
*Pyrrh. Corrad. in prax. benefic. lib.*2. *cap* 10. *n.* 53.
7 *cum ſeq.* propriéque Beneficia electiva ſunt Præ-
laturæ, ſeu Capita Collegiorum, per quorum
mortem dicitur viduari Eccleſia, ut colligitur
ex contextu inſignis *cap quia propter* 42. *de*
8 *electione*, quamvis etiam Beneficia inferiora de
conſuetudine dicantur electiva, *Layman oper.*
var. lib. 4. *tract.*2. *cap.* 12. *num.* 1. *in fin. Lotther.*
de re beneficiar. lib. 2 *quæſt.* 16. *num* 11. duplex
9 autem adeſt ſpecies Beneficiorum electivorum,
alia dicitur ſimultaneæ, alia turnariæ collatio-
nis, illa, quia providetur ſimul cum Epiſcopo,
& Capitulo, & iſta, quia alternatim per turnos
modò juxta ſeries vacationum providetur ab
10 Epiſcopo, modò à Capitulo, de quibus, Deo
dante, & vita comite, edituri ſumus particula-
rem Tractatum intitulatum de *Simultanea, &*
11 *turnaria Proviſione*. Cætera Beneficia, quæ pro-
videntur per electionem, citrà tamen confirma-
tionem Superioris, ſecundùm aliquos collativa,
& ſecundùm alios electiva nuncupantur, *Lavor.*
de election. cap. 13. *num.* 37. *in med. verſiculo ſi*
enim providerentur, Garzias de Benefic. part. 1.
cap. 6. *num.* 23. *cum ſeqq.* vel meliùs ſecundùm
12 alios mixta Beneficia, uti participantia de ele-
ctione, & collatione, duòque extrema redolen-
tia, *Chokier in Prec. Primar. ſection.* 2. *in Schol.*
quæſt. 17. *in princip. verſiculo per electionem, litera*
K. pag. mih. 40. *in fine*. Omitto, quòd olim
13 omnia ferè Beneficia erant electiva, quæ poſteà
effecta fuerunt collativa ad evitandum maximos
abuſus tàm in electione, quàm in confirmatione
14 committi conſuetos, cùm Beneficia hujuſmodi
convertebantur in maleficia, & ſcandala, *Lot-*
*ther. de re beneficiar. lib.*2. *quæſt.*33. *num.*2. *&* 5.
Quibus præhabitis, firmatur in præſenti,
15 quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Du-
catorum auri de Camera excedentibus, quan-
tumvis peranteà collativa eſſent, poſteàque ex
Indulto Apoſtolico, vel conſuetudine evaſerint
electiva, ſivè quantumvis peranteà nec collati-
va, nec electiva eſſent ex eo, quòd reſervata
legerentur Sedi Apoſtolicæ in quocumque men-
ſe vacaverint, fuerint poſteà effecta electiva per
electores inferiores, vel collativa per collatores
inferiores ex Indulto pariter Apoſtolico, etiam
adhùc debentur quindennia, veluti in his puris
terminis ſingulariter *Vvagnareck in Jus Canonic.*
*lib.*3. *tit.*5. §.4. *verſiculo nota tertiò*, ubi loquitur
de Præpoſitura in Cathedrali Eccleſia Auguſta- 16
na, ex Indulto Alexandri VI effecta electiva:
faciliùſque putarem, intrare noſtram reſolutio-
nem in caſu, quo Prima, ſeu Major Dignitas
poſt Pontificalem in Cathedrali etiam Metropo-
litana, ac Principalis in Collegiata, fit electi-
va, immò etiam vel collativa, per Collatores
nempè Ordinarios, cùm aliàs tamquàm talis,
nempè tamquam Prima Dignitas, eſſet in quo- 17
cumque menſe reſervata Sedi Apoſtolicæ, ſem-
perque de illa in Dataria expedienda Proviſio,
ac in quacumque vacatione, ſeu Proviſione
ſemper ſolveretur Annata, niſi ex perpetuo Pri-
vilegio hujuſmodi à Pontificia reſervatione li-
beraretur mediante acquiſito ſtatu collativo per
Collatores inferiores, vel ſtatu electivo per ele-
ctores pariter inferiores, ut palam fit ex *Regu-*
la 3. *hodie* 4. *Cancellar. reſervator. Dignitat.* cui
damno nullo alio modo video conſuli, niſi me-
diante ſolutione quindennii. Hùc uſque ſuppo-
no, Indultum Apoſtolicum eſſe ampliſſimum
pro conſtituendis Beneficiis electivis vacantibus
etiam in menſe Apoſtolico: ſed quid dicendum
in caſu, quo Indultum non ſit tàm amplum, ut
illud extendi poſſit ad vacationem in menſe re-
ſervato, an nempè adhùc ex hujuſmodi Benefi-
ciis electivis Eccleſiæ indultariæ teneantur ſol-
vere quindennia, nec nè, cum tunc vacantia 18
in menſe Apoſtolico, & providenda per Pa-
pam, uti compræhenſa ſub *Regula* 8. *hodiè* 9.
Cancellar. de Menſib. in principio, bene ſubja-
ceant annatis, proindéque videatur, non debe-
re ſubjacere quindenniis, nè eodem tempore 19
duplici onere contrà omnem juſtitiam graventur
Eccleſiæ indultariæ, in hac parte non indultariæ,
Barboſa axiom. 169. *num.* 1 *cum ſeqq.*
Nec obſtat principali reſolutioni, quòd ex
Bullis ſuper materia quindenniorum editis con-
ſtat, quindennia deberi ſolummodò ex Benefi-
ciis unitis, ſicque ex non unitis illa non deberi,
ob vulgatam regulam, quòd exceptio firmat 20
regulam in contrarium, quantumvis ex Benefi-
ciis electivis de ſui natura perpetuis in caſu va-
cationis in menſibus reſervatis ſolvatur Annata,
non omiſſo, quòd in Monaſteriis Monachorum
gaudentium Indulto eligendi Abbatem trien-
nalem, ad reparandum Annatiſtarum præjudi-
cium ſolvi debet quindennium; prout in hac
claſſe ſunt omnia Monaſteria Italiæ, maximè,
ſi agatur de Monaſteriis valoris Ducatorum bis
centum, quæ ſemper forent Sedi Apoſtolicæ re-
ſervata ex *Regul.* 2. *Cancellar.* niſi Monachi ob-
tinuiſſent Indultum eligendi Abbatem trienna-
lem; quia non ſolus cortex verborum attenden- 21
dus eſt, ſed potiùs mens Legislatoris; cùmque
mens Summorum Pontificum introducendi
quindennia ex Beneficiis unitis, ea fuerit, quòd
ob deſperatam vacationem Beneficii ſemel per-
petuò uniti non ampliùs providendi, ceſſarent
ſolutiones Annatarum, eadem ratio etiam in-
troducendi quindennia militat in hujuſmodi Be-
neficiis electivis, quamvis non unitis, dum
effecta electiva, quamvis vacent per ceſſum, vel
deceſſum, non tamen ampliùs vacant apud Se-
dem, nec in Curia poſſunt ampliùs provideri;
ſicque ceſſant quoque in illis ſolutiones Anna-
tarum, ob quarum ceſſationem voluerunt Sum-
mi

mi Pontifices conſulere indemnitati Cameræ, & Annatiſtarum, reliquorùmque Officialium, quod benè colligitur ex proœmio, talem fuiſſe mentem concedentis, ad tenorem *Conſt. 6. Pauli II. in princip. juncto* §.2. *&* 3. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ in Cameræ Apoſtolicæ, vel aliis præ„ judicium non redundent &c. Cùmque propte„ reà Camera Apoſtolica, nec non &c. S.R.E. „ Cardinalium Collegium, & Sedis Apoſtoli„ cæ Officiales detrimentum non modicum pa„ tiantur &c. Nos, quorum intereſt, eorundem „ Cameræ, Collegii, & Officialium indemni„ tati proſpicere &c. „ *Conſtit.* 20. *Julii* III. *in princip. juncto* §.5. *eod. tom.* 1. ibi „ Cupientes „ Cameræ Apoſtolicæ &c. & Collegii &c. S.R.E. „ Cardinalium, ac Officialium Sedis Apoſto„ licæ indemnitati conſulere, & eorum Jura, „ ut tenemur, illæſa præſervare &c. in Came„ ræ, ac Collegii Cardinalium, & Officialium „ detrimentum &c. „ *Conſtitut.* 11. *Pauli IV. in* „ *princip. eod. tom.* 1. ibi „ Nos admonent, & „ cogunt, ut indemnitati ipſius Cameræ &c. „ intendamus &c. „ *& Conſt.* 17. *ejuſdem Pauli IV. in principio juncto* §. 7. *in fin. &* §. 8. *in princip. eod. tom.* 1. ibi „ decens eſſe cenſemus, „ & æquum, ut &c. Cameræ noſtræ Apoſtolicæ „ jura non negligamus &c. in Cameræ, ac Col„ legii, & Officialium prædictorum detrimen„ tum &c. & propterea jus noſtrum, & Colle„ gii, ac Officialium &c. illæſum remanſiſſe, „ & remanere &c. „ *Conſt.* 38. *S. Pii V.* §.3. *eod. Bullar. tom.* 2. ibi „ Volentes Cameræ noſtræ „ Apoſtolicæ, ac &c. S. R. E. Cardinalium, „ nec non &c. Romanæ Curiæ Officialium „ Participantium jura præſervare, illorùmque „ indemnitati conſulere &c. „ *Conſt.* 33. *Sixti V. in princip. eod. tom.* 2. ibi „ Cameræ noſtræ „ Apoſtolicæ, & Collegii &c. S. R. E. Cardi„ nalium, & Officialium Romanæ Curiæ de „ Annatis, & Quindenniis Participantium in„ demnitati, prout tenemur, conſulere, & eo„ rum jura illæſa præſervare volentes &c. „ *Conſtitut.* 18. *Urbani* VIII. *in princip. juncto* §. 1. *eod. Bullar. tom.* 5. ibi „ Volens propterea di„ ctæ Cameræ, ac &c. S. R. E. Cardinalium „ Collegio, nec non &c. Cancellariæ Apoſtolicæ „ Officialibus, de Communibus, Annatis, & „ Quindenniis Participantibus jura præſervare, „ illorùmque indemnitati conſulere &c. volen„ tes igitur, tàm Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, „ quàm &c. S. R. E. Cardinalium Collegio, „ ac &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Officialibus „ de Annatis Participantibus conſulere &c. „ *& Conſt.* 50. *Clementis X. in princip. juncto* §.3. *in principio* §.5. *&* 6. *eod. Bullar. tom.* 6. ibi „ „ Cameræ Apoſtolicæ, & Collegii &c. S. R. E. „ Cardinalium, ac &c. Cancellariæ Apoſtolicæ „ Officialium de Communibus, Annatis, & „ Quindenniis participantium indemnitati con„ ſulere, immò illorum jura manutenere, nec „ non illorum damnis &c. obviare cupientibus „ &c. volens propterea prædictæ Cameræ, & „ eorundem Cardinalium Collegio, nec non „ Cancellariæ Apoſtolicæ Officialibus de Com„ munibus, Annatis, & Quindenniis Partici„ pantibus jura præſervare, illorùmque inde„ mnitati conſulere invigilans &c. volens pro„ pterea tàm Cameræ prædictæ, quàm eorun„ dem Cardinalium Collegio, ac Officialibus „ de Annatis Participantibus conſulere &c. Nos „ verò &c. nolentes Cameræ noſtræ Apoſtolicæ „ &c. jura pro poſſe noſtro negligere, quinim„ mò tàm illius, quàm &c. S. R. E. Cardina„ lium, ac &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Officia„ lium de Annatis Participantium, indemnita„ tibus de cætero obviare, nec non illorum „ commodis, & utilitatibus conſulere, ac illo„ rum jura illæſa, ut tenemur, ſervare volentes „ &c. „ *repet. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſt. in ordine la* I. III. IV. V. VI. VII. VIII. & XI. Igitur ad damnum hujuſmodi reparandum, ſatis depræhenditur, mentem Pontificum fuiſſe, ut etiam ex Beneficiis non unitis, ſi illa electiva fuerint, ſolvatur quindennium loco Annatæ,
pro quibus ampliùs illa ſolvi nequit; non enim 22
præſumitur Papam, ſibi, ſuæque Cameræ, ejuſque Officialibus voluiſſe præjudicare, mediante Indulto conſtituendi Beneficia electiva, minùſ-
que conſuetudo inducendi, & faciendi de colla- 23
tivis electiva Beneficia, poteſt hac via tollere quindennia ob ceſſationem Annatarum introducta.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, ſtatim ab initio manui mortuæ unitis, & antè eorum Unionem nunquam per prius in ſtatu collativo exiſtentibus, uti à ſuo primordio, & nativitate ſemper Regularibus, vel aliquando Sæcularibus, attamen ſemper electivis, vel nunquam in titulum collatis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper hujuſmodi Beneficiis ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex* Beneficiis *Juriſpatronatus laicalis, unitis debentur quindennia.*
2 *Ex talibus Beneficiis etiam aliquando ſolvuntur annatæ, quoties vacant in Curia, vel apud Sedem.*
3 *Etiam Eccleſiæ Regulares, ſeu Monaſteria ſubjacent quindenniis.*
4 *Omnia* Beneficia *præſumuntur ſæcularia.*
5 *Homines poſſunt naſci tàm liberi, quàm ſervi.*
6 Beneficium *non præſumitur Regulare, quamvis ejus collatio ſpectet ad Regulares.*
7 Beneficium, *quantumvis ex prima fundatione poſſit eſſe Regulare, tale tamen non præſumitur.*
8 Beneficia *ſæcularia benè poſſunt eſſe in Eccleſia Regulari.*
9 *Regularitas* Beneficii *comprobatur ex eo, quòd Beneficium ſemper gubernatum à Regularibus, & nunquam apparuit ſæcularizatum.*
10 *Quindennium ſolvitur ex* Beneficiis *ſubjectis annatæ, & in ſolutione quindennii conſideratur etiam jus utile ex futuro.*
11 *Quindennia de re Emphyteutica ab initio manui mor-*

mortuæ à Domino directo conceſſa, non debentur.
12 *Quindennium Emphyteuticum non in omnibus, nec ſemper concordat cum quindennio beneficiali.*

CAPITULUM LV.

Præmiſſo pro majori dicendorum declaratione, quòd Beneficia electiva etiam Regularia in iis Regionibus, in quibus Regulares non gaudent Indulto eligendi Abbatem triennalem, ſunt de ſui natura perpetua, & vacant, ac ſubſunt reſervationibus, niſi ex Indulto Pontificio jus nominandi fuerit alteri conceſſum, prout in Provinciis Galliæ conceſſum fuit Regi ex Indultis Leonis X. Alexandri VII. Clementis IX. & Innocentii XI. in Hiſpaniis ex Indultis Adriani VI. & Sixti V. & in Germania ex Concordatis, & in Polonia, ex conſuetudine, ac Privilegiis conceſſum fuit Capitulis, ad tradita per *Rot. in celebri Virdunen. Abbatiæ.*

Quandoque accidere poteſt, quòd Beneficium nondùm per prius exiſtens in ſtatu collativo, ſtatim primitùs, ac originariè uniatur manui mortuæ, ſicque quòd nunquam perantea ſolverit annatam, vel etiam quòd diſmembratum ab una manu mortua, tranſeat ad aliam manum mortuam, prævia nova Unione, immò ſequta alia diſmembratione, fiat ſucceſſivus tranſitus de una in aliam; ità, ut tàm reſpectu ad primum ingreſſum, quàm ad progreſſum remanens ſemper penès manus mortuas, nunquam ſubjectum fuerit annatis: indè oritur controverſia, an, ſtante Unione Beneficii nunquam collativi, nunquamque ſæcularis, vel, ſi tractu temporis quandoque ſæcularis, attamen ſemper electivi, ſit locus quindennio, nec nè, & reſolvitur, quòd ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, ſtatim ab initio manui mortuæ unitis, & antè eorum Unionem nunquam per prius in ſtatu collativo exiſtentibus, uti a ſuo primordio, & nativitate ſemper Regularibus, vel aliquandò ſæcularibus, attamen ſemper electivis, vel nunquam in titulum collatis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper hujuſmodi Beneficiis ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; etenim non eſt ſemper infallibilis regula, quòd ex ſolis Beneficiis, ex quibus antè Unionem in eorum vacatione, & Proviſione debentur annatæ, debeantur quin-
1 dennia, uti in earum locum ſubrogata, cùm ex Beneficiis Juriſpatronatus laicalis, ex quibus non debentur annatæ, & aliis ſimilibus, adhùc ſolvuntur quindennia, ut ſtatuerunt *Julius III. in Conſtit. 20. §. 6. Bullar. nov. Rom. tom. 1. Sixtus V. in Conſtitut. 33. §. 2. tom. 2. Urbanus VIII. in Conſtitut. 18. in princip. tom. 5. & Clemens X. in Conſtit. 50. §. 4. poſt med. tom. 6. repet. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la* III. VII. VIII. & XI. & advertit *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quinden. n. 12* ibi: *rectè exigitur quindennium, licet pro iis nunquam fuerit ſoluta annata, nec quidem fuiſſet, niſi ſubſecuta eſſet Unio &c.* & æquum eſt, quòd ex ejuſmodi Beneficiis ſolvantur quindennia, dum ex eiſdem
2 etiam quandoque, quantumvis rariùs ſolvuntur annatæ, quoties de illis providetur per Datariam Apoſtolicam ratione vacationis in Curia, vel apud Sedem ratione alicujus reſervationis, & affectionis ob obitum perſonæ, cujus Beneficia ſint Sedi Apoſtolicæ reſervata, ſicque ſemper data aptitudine ad ſolutionem annatæ, vel ob alias ſimiles cauſas, *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. § 3. de annat num. 28.* ibi: *& ratio eſt, quia ſolvitur ratione Proviſionis, undè eatenùs annata ſolvitur pro Beneficio Juriſpatronatus, quatenùs Proviſio aliqua de cauſa petatur in Curia &c.*

His accedit, quòd, ſi Bullæ quindenniorum 5
expreſsè ſubjiciunt quindenniis etiam Beneficia Regularia, ſeu Eccleſias Monaſteriales, ac ſignanter *Conſtit. 6. Pauli II. §. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ibi „ quamplura diver-
„ ſorum Ordinum Monaſteria &c. Apoſtolica
„ auctoritate univimus &c. incorporavimus &c.
„ Proptereàque &c. Monaſteria &c. unita
„ hujuſmodi ampliùs nequaquam vacare ſpe-
„ rantur &c. auctoritate Apoſtolica &c. ſtatui-
„ mus &c. & declaramus, quòd omnia, & ſin-
„ gula Monaſteria &c. quorum fructus &c. ſi in
„ libris ejuſdem Cameræ taxati reperiuntur,
„ Communia, & Minuta Servitia, atque alia
„ Jura debita, & conſueta, tàm ipſis Came-
„ ræ, & Collegio, quàm Officialibus præfatis,
„ reliqua verò Monaſteria &c. ut præfertur,
„ unita &c. Annatam, ſivè medios fructus unius
„ anni in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò
„ ſequuturis, eidem Camerario ſolvere tenean-
„ tur, & debeant. Et quòd de omnibus Mona-
„ ſteriis &c. ut præfertur, unitis &c. Commu-
„ nia, Minuta, & alia Jura, ſeu Annatas, &
„ medios fructus hujuſmodi ſolvere adſtringan-
„ tur etiam ſingulis annis XV. in futurum &c.
„ Alioqui, ſi a ſolutione &c. ceſſare præſumpſe-
„ rint &c. Monaſteria &c. tanquàm verè va-
„ cantia poſſint liberè à Sede præfata impetrari
„ &c. „ *Conſtitut 20 Julii III. §. 6. eod. tom. 1.*
„ ibi „ inviolabiliter obſervari &c. quoad om-
„ nia, & ſingula Monaſteria &c. decernimus
„ &c. „ *Conſtit. 11. Pauli IV. §. 10 eod. tom. 1.*
„ ibi „ & Monaſteria ipſa per alios &c. liberè
„ impetrari poſſint &c. „ *& Conſtit. 17. ejuſdem Pauli IV. §. 2. 7. 8. & 11. eod. tom. 1.* ibi „
„ ſuper ſolutione mediorum, ſeu integrorum
„ fructuum primi anni, dictæ Cameræ ratione
„ Monaſteriorum &c. pro tempore unitorum
„ facienda &c. Nihilominùs &c. ſub prætextu,
„ quòd dictus Eugenius &c. à ſententiis, cen-
„ ſuris, & pœnis, quibus ob non ſolutionem
„ mediorum, ſeu integrorum fructuum primi
„ anni Monaſteriorum &c. unitorum innodati
„ erant &c. abſolverit &c. & &c. ſub prætextu,
„ quòd dictus Leo &c. ad ſolutionem Annata-
„ rum, Communium, Minutorum Servitio-
„ rum, & aliorum Jurium, Cameræ, Collegio,
„ & Officialibus prædictis, ratione quorumvis
„ Monaſteriorum &c. perpetuò unitorum &c.
„ Monaſteriàque &c. ob non ſolutionem Anna-
„ tarum, Communium, & Jurium &c. nulla-
„ tenùs vacaſſe, nec in futurum vacare &c. de-
„ claraverit &c. Et forſan diverſis aliis prætexti-
„ bus Communia, Minuta Servitia, Annatas,
„ & alia Jura, Cameræ, & Collegio, ac Offi-
„ cialibus prædictis, ratione Unionum eis de
„ Monaſteriis &c. hactenùs factarum debita
„ perſolvere recuſent &c. in Cameræ, ac Colle-
„ gii, & Officialium prædictorum detrimen-
tum &c.

,, tum &c. omnes & ſingulas Uniones &c. de
,, quibuſvis Monaſteriis &c. perpetuò factas,
,, & de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub li-
,, teris Pauli &c. compræhendi &c. nec non
,, Monaſteria &c. unita hujuſmodi onus ſolutio-
,, nis Communium, & Minutorum, Servitio-
,, rum, ac Annatarum, & aliorum Jurium
,, ſemper habuiſſe, & ad præſens habere &c.
,, omnia, & ſingula Monaſteria &c. notificaſſe,
,, & intimaſſe debeanr &c. ,, *Conſt.* 38. *S. Pii V.*
§. 2. 3. 4. *&* 6. *eod. Bullar. tom.* 2. ibi ,, Et in-
,, ſuper quoniam &c. hæſitatur, an Monaſteria,
,, quorum fructus &c. in libris Cameræ Apoſto-
,, licæ taxati reperiuntur &c. quorum fructus
,, &c. in diſtributiones quotidianas convertun-
,, tur, ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſ-
,, ſorum hujuſmodi compræhendantur &c. nè
,, Camera prædicta ex Monaſteriorum &c.
,, Unionibus &c. detrimentum aliquod pate-
,, retur &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c.
,, dummodò in libris ejuſdem Cameræ taxata
,, reperiantur, reliqua verò Monaſteria &c.
,, etiam pro quotidianis diſtributionibus &c.
,, Apoſtolica auctoritate unita &c. ſub literis
,, Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum hujuſmo-
,, di compræhendi, & includi. Et propterea
,, &c. dummodò Monaſteria &c. poſſideant,
,, ad ſolutionem Communium, Annatarum, &
,, aliorum Jurium prædictorum eidem Cameræ
,, &c. faciendam teneri &c. Mandantes &c. ut
,, ad indicandum &c. omnia, & ſingula Mo-
,, naſteria &c. quæ &c. poſſideant &c. moneat,
,, & requirat &c. ,, *Conſt.* 33. *Sixti V.* §. 2. *&* 4.
eod. tom. 2. ibi ,, ſtatuimus &c. & declaramus,
,, quod Uniones &c. de quibuſcumque Benefi-
,, ciis &c. Regularibus &c. hactenùs factæ, &
,, faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum
,, Conſtitutionibus &c. omninò compræhen-
,, dantur &c. Et propterea &c. ad ſolutionem
,, Quindenniorum præfatorum eidem Cameræ,
,, ac Collegio, & Officialibus, ratione Unio-
,, num &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam
,, teneri &c. Mandantes &c. ut &c. ad indi-
,, candum &c. omnia, & ſingula Monaſteria
,, &c. quæ &c. poſſideant &c. moneant, & re-
,, quirant &c. ,, *Conſt* 18. *Urbani VIII. in princip.*
juncto §. 2. *eod. Bullar. tom.* 5. ibi ,, nè Cameræ
,, prædictæ ex Monaſteriorum &c. Unionibus
,, &c. detrimentum aliquod induceretur &c.
,, Motu ſimili &c. Monaſteria &c. unita &c.
,, dummodò Monaſteria &c. poſſiderent, ad
,, ſolutionem Communium, Annatarum, &
,, aliorum Jurium prædictorum eiſdem Came-
,, ræ, Collegio, & Officialibus, ratione Unio-
,, num &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam
,, teneri &c. Mandans propterea &c. ut &c. ad
,, indicandum &c. omnia, & ſingula Monaſte-
,, ria &c. quæ &c. poſſiderent &c. ſtatuit &c.
,, quòd Uniones &c. de quibuſcumque Benefi-
,, ciis &c. Regularibus &c. hactenùs factæ, & in
,, futurum faciendæ &c. ſub dictorum Præde-
,, ceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò com-
,, præhendi &c. voluit, & ad ſolutionem Quin-
,, denniorum teneri &c. & ad id cogi &c. poſſe
,, declaravit &c. Mandantes propterea &c. ut
,, &c. ad indicandum &c. omnia, & ſingula
,, Monaſteria &c. unita &c. quæ &c. vigore
,, Unionum hujuſmodi poſſident &c. moneant,
,, & requirant &c. ,, *&* *Conſt.* 50. *Clementis X. in*
princip. juncto §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. *&* 11. *eod.*
Bullar. tom. 6. ibi ,, Motu proprio &c. Cameræ
,, Apoſtolicæ, & Collegii &c. S. R. E. Cardi-
,, nalium, ac &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Offi-
,, cialium de Communibus, Annatis, & Quin-
,, denniis Participantium indemnitati conſulere
,, &c. cupientibus ſuper ſolutione Commu-
,, nium, Annatarum, & aliorum Jurium præ-
,, dictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Offi-
,, cialibus, ratione Unionum Monaſteriorum
,, &c. à ſententiis, cenſuris, & pœnis, quibus
,, ob non ſolutionem mediorum, ſeu integro-
,, rum fructuum primi anni Monaſteriorum &c.
,, abſolvit &c. omnes, & ſingulas Uniones &c.
,, de quibuſvis Monaſteriis &c. perpetuò factas,
,, & de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub li-
,, teris Pauli II. &c. includi &c. Et propterea
,, &c. ad ſolutionem Communium, & Minu-
,, torum Servitiorum, ac Annatarum, & alio-
,, rum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ,
,, Collegio, & Officialibus, ratione earundem
,, Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. teneri
,, &c. nec non Monaſteria &c. hujuſmodi onus
,, ſolutionis Communium, & Minutorum Ser-
,, vitiorum, ac Annatarum, et aliorum Jurium,
,, prædictorum ſemper habuiſſe, & habere de-
,, crevit, & declaravit, mandans propterea &c.
,, ut &c. quòdque &c. omnia, ſingula Monaſte-
,, ria &c. unita hujuſmodi &c. notificaſſe, &
,, intimaſſe debuiſſent &c. nè Cameræ prædictæ
,, ex Monaſteriorum &c. Unionibus &c. detri-
,, mentum aliquod induceretur &c. Pia Loca
,, &c. in quorum favorem &c. Monaſteria &c.
,, unita &c. exiſterent &c. dummodò Monaſte-
,, ria &c. poſſiderent, ad ſolutionem Commu-
,, nium, & Annatarum, & aliorum Jurium præ-
,, dictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Offi-
,, cialibus, ratione Unionum &c. ſingulis XV.
,, annis &c. faciendam teneri &c. mandans
,, propterea &c. ut &c. ad indicandum &c. om-
,, nia, & ſingula Monaſteria &c. quæ &c. poſſi-
,, derent &c. moneret, & requireret &c. Unio-
,, nes &c. de quibuſcumque Beneficiis &c. Re-
,, gularibus &c. eatenùs factæ, & in futurum
,, faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum
,, Conſtitutionibus, & Ordinationibus omni-
,, nò compræhendi &c. & ad ſolutionem Quin-
,, denniorum teneri &c. mandans propterea
,, &c. ut &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c.
,, unita &c. quæ &c. vigore Unionis hujuſmo-
,, di poſſidebunt &c. monerent, & requirerent
,, &c. ac omnes, & ſingulas Uniones de qui-
,, buſvis Monaſteriis &c. perpetuò factas, & de
,, cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis
,, Pauli Prædeceſſoris hujuſmodi compræhen-
,, di, & includi. Ideòque &c. ad ſolutionem
,, Communium, & Minutorum Servitiorum,
,, & Annatarum, aliorùmque Jurium prædicto-
,, rum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officiali-
,, bus, ratione earundem Unionum &c. facien-
,, dam teneri &c. mandamus, ut &c. ad indi-
,, candum &c. omnia, & ſingula Monaſteria
,, unita &c. quæ &c. vigore Unionum hujuſ-
,, modi poſſident &c. moneat, & requirat &c.
,, in quorum favorem Monaſteria &c. unita
,, &c. fuerint &c. ,, *repet. poſt Tract. int. Conſt.*
Apoſt. in ordine la I. III. IV. V. VI. VII. VIII.
& XI. perneceſſe ſupponunt eædem Conſtitu-
tiones Apoſtolicæ, etiam ex iſtis Beneficiis, ex
qui-

quibus perantea uti electivis non ſolvebatur an-
nata, deberi adhùc quindennia, ſi ſuppreſſa,
ſeu diſmembrata ab una manu mortua, alteri
manui mortuæ uniantur; quia Pontifices cen-
ſendi ſunt ſemper loqui de Beneficiis aliquando
obnoxiis annatæ, perque conſequens ſæculari-
bus, quantumvis per accidens poſteà deſierint
eſſe ſæcularia, & evaſerint Regularia, ac electi-
va, ſicque libera ab annatis, nec de tempore
Unionis reperiantur ampliùs in ſtatu collativo,
ideòque inepta ad ſolvendum annatam, cùm
ſatis ſit ad inducendum ſolutionem quindennio-
rum præterita aptitudo, & idoneitas ad ſolven-
dum annatas, ipſarùmque effectuata exactio,
etiamſi ejuſmodi Beneficia per prius nullo un-
quam tempore extiterint collativa, ſicque nun-
quam antè Unionem obnoxia annatæ.

Præterquamquòd manui mortuæ incumberet
probare, Beneficium fuiſſe à ſui origine, &
creatione, ſeu primaria inſtitutione non colla-
tivum, ſed ſemper ab initio extitiſſe Regulare,
ſeu electivum, vel è contrà à ſuo exordio fuiſſe
collativum, ſeu ſæculare, poſteàque evaſiſſe
Regulare, & per conſequens electivum, ac de-
ſiiſſe eſſe collativum; ex eo, quòd, niſi probe-
4 tur regularitas Beneficiorum, omnia Beneficia
in ſui fonte, & creatione præſumuntur ſæcula-
ria, poſteàque ex accidenti ob Unionem, vel
alia de cauſa effecta Regularia, dum de Benefi-
cio ſæculari fit Regulare: quaſi quòd, poſtquàm
S. Petrus fuit ſæcularis, in dubio præſumendum
ſit, ità Beneficia fundata eſſe, ſequendo illum
primum Patronum, & primum ſtatum, *Ma-
ſcard. de probat. vol.* 1. *conc* 172. *num.* 1. *cum
ſeqq. Lotther. de re benef. lib.*3. *qu.*8 *nu.*39 *Garz.
de Benef. par* 1 *cap.*6. *num.*12. *&* *par.*7. *cap.*10.
num 1. *Roſa de exequut. liter. Apoſtol part.* 1.
*cap.*6. *nu.*30. *in addition cum ſeq. Pyrrh. Corrad.
in prax. benef. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 322. *Gonzalez
ad Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.*7.
num. 1. *Rot. dec.* 2. *num.* 1. *&* 2. *de Præbend. in
nov.* ità, ut, etiamſi Beneficium conferatur à
Prælato Regulari, dummodò tamen illud con-
feratur Clerico ſæculari, adhùc probata remanet
illius ſæcularitas, cùm hæc metienda non ſit à
conferente, ſed ab eo, cui confertur; eſt benè
verum, quòd in rigore non videtur poſſe magis
præſumi pro nativa ſæcularitate, quàm pro na-
tiva regularitate, cùm tàm Regulare, quàm
ſæculare naſci, & creari poſſit Beneficium, eo-
5 dem fermè modo, quo homines poſſunt naſci
tàm liberi, quàm ſervi, *Roſa de exequutor. liter.
Apoſtol. par.* 1. *cap.*6. *num.* 128. *& in additione*
6 *num.* 29. ſicuti nec Regulare Beneficium præſu-
mitur, quamvis ejus collatio ſpectet ad Regu-
lares, *Gonzalez in Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar.
reſervator. menſ. gloſſ.*8. *num.* 38. ſicuti namque
ex prima fundatione poteſt, & præſumitur eſſe
7 Beneficium ſæculare, ità etiam, ex prima fun-
datione ſaltem poteſt eſſe Regulare, licet tale
non præſumatur, veluti hac via conciliant *Pa-
cian. de probation. lib.*2. *cap.* 31. *n.* 10. *Bertachin.*
8 *vot.* 184 *per tot.* & benè eſſe poſſunt Beneficia
ſæcularia in Eccleſia Regulari, *Lotther. de re
benef. lib.*1. *quæſt.* 34. *num.* 71. *&* 72. *Pignatell.
conſult. Canonic. tom.*1. *conſult.*90. *num.*16. *in fin.
verſiculo eſt enim indubitata concluſio*, *Rota co-
ram Gregor. XV. dec.*370. *num.*3. *Bich. dec.* 433.
num. 21. *tom.* 2. modus autem probandi regula-
ritatem Beneficiorum, in eo conſiſtit, quòd 9
doceatur, Beneficium ſemper gubernatum fuiſſe
à Regularibus, nunquamque apparuiſſe tractu
temporis ſæcularizatum, *Corrad. in prax. benef.
lib.*1. *cap.*6. *n.*323.

Nec obſtat, quòd quindennia ſolvantur de 10
Beneficiis ſubjectis annatæ, ad reparandum de-
trimentum indè reſultans Cameræ, ac Annati-
ſtis ex deſperata vacatione Beneficiorum unito-
rum, nè defraudati remaneant annatis, quas
percepturi eſſent à Proviſis Apoſtolicis, ſi Be-
neficia non unirentur, ut proteſtantur deſuper
Summi Pontifices, ac ſignanter primus quin-
denniorum regulator *Paulus II. Conſt.* 6. § 3.
& 4. *Bullar. nov Rom. tom.* 1. ibi ,, Propterea-
,, que &c. Beneficia unita hujumſodi ampliùs
,, nequaquam vacare ſperantur, cùmque
,, propterea Camera Apoſtolica, nec non &c.
,, S. R. E. Cardinalium Collegium, & Sedis
,, Apoſtolicæ Officiales detrimentum non mo-
,, dicum patiantur. Nos, quorum intereſt, eo-
,, rundem Cameræ, Collegii, & Officialium
,, indemnitati proſpicere &c. auctoritate Apo-
,, ſtolica &c. ſtatuimus &c, & declaramus,
,, quòd omnia, & ſingula Monaſteria &c. quo-
,, rum fructus &c. ſi in libris ejuſdem Cameræ
,, taxati reperiuntur, Communia, & Minuta
,, Servitia, atque alia Jura debita, & conſueta,
,, tàm ipſis Cameræ, & Collegio, quam Offi-
,, cialibus præfatis, reliqua verò Monaſteria &c.
,, & Beneficia &c. unita, pro quibus Cameræ
,, Apoſtolicæ Annata, ſeu alia Jura ſolvi con-
,, ſueverant, vel debebant &c. Annatam, ſivè
,, medios fructus &c. ſingulis XV. annis & ei-
,, dem Camerario ſolvere teneantur, & debeant
,, &c. ,, *Conſtit.*20. *Julii III. in principio juncto*
§. 5. *eod. tom* 1. ibi ,, Cupientes Cameræ Apo-
,, ſtolicæ &c. & Collegii &c. S. R. E. Cardina-
,, lium, ac Officialium Sedis Apoſtolicæ in-
,, demnitati conſulere, & eorum Jura, ut tene-
,, mur, illæſa præſervare &c. in Cameræ, ac
,, Collegii Cardinalium, & Officialium detri-
,, mentum &c. ,, *Conſt.* 11. *Pauli IV. in princip.
eod. tom.*1. ibi ,, Nos admonent, & cogunt,
,, ut indemnitati ipſius Cameræ &c. intenda-
,, mus &c. ,, *& Conſt.* 17. *ejuſdem Pauli IV. in
,, princip. juncto* §. 7. *&* 8. *eod. tom.* 1. ibi ,, ut
Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Jura non negliga-
,, mus &c. ,, *Conſt.*38. *S. Pii V. in princip. juncto*
§. 3. *eod. Bullar. tom.* 2. ibi ,, contrà pro tem-
,, pore in Camera Apoſtolica, aut aliàs ratione
,, Annatarum, Communium, & aliorum Ju-
,, rium prædictorum ſemel tantùm, aut de XV.
,, in XV. annos ſolvendorum obligatos &c. nè
,, Camera prædicta ex Monaſteriorum &c. &
,, aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum Unio-
,, nibus, quæ ampliùs vacare non ſperabatur,
,, detrimentum aliquod pateretur. Volentes
,, Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac &c. S. R. E.
,, Cardinalium, nec non &c. Romanæ Curiæ
,, Officialium Participantium Jura præſervare,
,, illorumque indemnitati conſulere &c. ,, *Con-
ſtitut.* 33. *Sixti V. in principio, juncto* §. 2. *eod.
tom* 2. ibi ,, Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, &
,, Collegii &c. S. R. E. Cardinalium, & Offi-
,, cialium Romanæ Curiæ de Annatis, & Quin-
,, denniis Participantium indemnitati, prout
,, tenemur, conſulere, & eorum Jura illæſa
,, præſervare volentes &c. Præterea quoniam
quin-

,, quindenniorum uſus, & ſolutio ratione Bene-
,, ficiorum unitorum conſtituta ſunt, quia illo-
,, rum vacatio ampliùs non ſperatur, &, ut
,, propterea damnum ex hoc Cameræ Apoſtoli-
,, cæ, & Collegio Cardinalium, & Romanæ
,, Curiæ Officialibus prædictis emergens ſarcia-
,, tur &c. ,, *Conſtit.* 18. *Urbani VIII. in principio*
,, *juncto* §. 1. *eod. Bullar. tom.* 5. ibi ,, quinden-
,, niorùmque uſus, & ſolutio, ideò adinventi
,, fuerunt, nè Cameræ prædictæ ex Monaſterio-
,, rum &c. aliorùmque Beneficiorum Unioni-
,, bus, quæ ampliùs vacare non ſperabantur,
,, detrimentum aliquod induceretur. Volens
,, propterea dictæ Cameræ, ac &c. S. R. E. Car-
,, dinalium Collegio, nec non &c. Cancellariæ
,, Apoſtolicæ Officialibus, de Communibus,
,, Annatis, & Quindenniis Participantibus jura
,, præſervare, illorùmque indemnitati conſulere
,, &c. volentes igitur, tàm Cameræ noſtræ
,, Apoſtolicæ, quàm &c. S. R. E. Cardinalium
,, Collegio, ac &c. Cancellariæ Apoſtolicæ
,, Officialibus de Annatis Participantibus con-
,, ſulere &c ,, *& Conſt.* 50. *Clementis X in prin-*
,, *cip. juncto* §. 1. 3. 4 5. *& 6. eod. Bullar. tom.* 6.
ibi ,, Cameræ Apoſtolicæ, & Collegii &c.
,, S. R. E. Cardinalium, ac &c. Cancellariæ
,, Apoſtolicæ Officialium de Communibus,
,, Annatis, & Quindenniis Participantium
,, indemnitati conſulere &c. cupientibus &c. de
,, quibuſvis &c. Beneficijs Eccleſiaſticis &c. quæ
,, ex eorum perpetuitate non vacant &c. &
,, Quindenniorum uſus, & ſolutio, ideò adin-
,, venti fuerant, nè Cameræ prædictæ ex Mona-
,, ſteriorum, aliorùmque Beneficiorum Unio-
,, nibus, quæ ampliùs vacare non ſperabantur,
,, detrimentum aliquod induceretur, volens
,, propterea prædictæ Cameræ, & eorundem
,, Cardinalium Collegio, nec non Cancellariæ
,, Apoſtolicæ Officialibus de Communibus,
,, Annatis, & Quindenniis Participantibus jura
,, præſervare, illorùmque indemnitati conſule-
,, re invigilans &c. volens propterea, tàm Ca-
,, meræ prædictæ, quàm eorundem Cardina-
,, lium Collegio, ac Officialibus de Annatis
,, Participantibus conſulere &c. Nos verò &c.
,, nolentes Cameræ noſtræ Apoſtolicæ &c. jura
,, &c. negligere, quinimò tàm illius, quàm
,, &c. S. R. E. Cardinalium, ac &c. Cancella-
,, riæ Apoſtolicæ Officialium de Annatis Parti-
,, cipantium, indemnitatibus de cætero obviare
,, &c. volentes &c. de quibuſvis &c. Beneficiis
,, Eccleſiaſticis &c., quæ ex eorum perpetuitate
,, non vacant &c. ,, *repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol in ordine la* I. III. V. VI. VII. VIII. & XI. ac obſervant *Vermigliol. conſ.* 475. *num.* 2. *Capon. controv for.* 30. *ſub nu.* 3. *& ſeq. Antonell. de temp. leg lib.* 2. *cap.* 25. *nu* 13. *verſic hæc enim*, *Lotther de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 29. *ſub num.* 1. *& num* 5. *cum ſeq Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.* 10 *num.* 19 *Novar. in ſumm. Bullar. part,* 1. *comment* 145. *num.* 8. *cum ſeq. & num.* 13. *cum ſeq* Barboſa *collect. dec. Apoſtol.* 626. *in princip. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. num.* 1. ibi ,, per Unionem eſt ſublata
,, ſolutio Annatæ alicujus Beneficii, quia non
,, poteſt ampliùs contingere illius vacatio, loco
,, Annatæ ſolvitur Quindennium &c. nè videli-
,, cet Officiales, & Camera Apoſtolica ex
,, hujuſmodi Unionibus nimium damnum pa-
,, tiantur &c. ,, *& n.* 10. ibi ,, Camera Apoſto-
,, lica, & Officiales Cancellariæ damnum pa-
,, terentur, quia pro illis Beneficiis ſolvebatur
,, Annata, quæ, cùm per Unionem fuerit ſubla-
,, ta, æquum eſt, quòd ſubintret quindennium
,, &c. ,, *Maſſ. Galleſ. de Annat. num.* 30. *in fin.* §. *Eſt aliud* ibi ,, ità quòd non ſint ampliùs va-
,, catura &c. Ex hujuſmodi Unionibus &c. per
,, quas præcludatur via futuris unitorum Bene-
,, ficiorum vacationibus; quoniam inferebatur
,, Sedi Apoſtolicæ detrimentum percipiendi ex
,, illis Annatam &c. uſu receptum fuit, ut illi,
,, in quorum commodum tales Uniones cede-
,, bant &c. promitterent, obligarêntque ſe, &
,, ſucceſſores pro ſolvenda in futurum, certis
,, conventis temporibus &c. unitorum Benefi-
,, ciorum Annata &c. ut ſic Apoſtolicæ Sedis
,, indemnitati proſpiceretur, nè talium Unio-
,, num prætextu, remaneret in perpetuum pri-
,, vata jure percipiendi conſuetam Annatam
,, &c. ,, *Card. de Luca de Benefic diſcur* 89 *ſub num.* 3. *& num.* 5. *& ſeqq.* ibi ,, quia verò pa-
,, riter antiquiſſimus inolevit uſus Apoſtolicæ
,, Sedis, faciendi &c. Beneficiorum Uniones,
,, ità impedientes vacationes &c. præjudicantes
,, Papæ, ac Sacro Collegio Cardinalium, aliiſque
,, Officialibus circa ſolutionem dictorum Ser-
,, vitiorum, & Annatarum &c Hinc pro hujuſ-
,, modi damni, ac præjudicii refectione, ino-
,, levit etiam antiquus uſus ſolvendi dicta one-
,, ra, & Annatas, pro Eccleſiis, ac Beneficiis
,, unitis &c. ,, *& diſcur.* 139. *num.* 5. *in princip. in ſupplem. Panimoll. dec.* 4. *ſub num.* 5. *Rota coram Card. Seraphin. dec.* 1401. *num.* 3. *tom.* 2. ibi ,, Summi Pontifices voluerunt proſpicere
,, indemnitati Cameræ Apoſtolicæ, quæ ratio-
,, ne Unionum privabatur Annatis ſibi debitis
,, in vacatione Beneficiorum &c. ,, *& num.* 5. *in princip.* ibi ,, præſervare voluerunt Summi
,, Pontifices intereſſe Cameræ Apoſtolicæ &c. ,, *& dec.* 1410. *n.* 10. *eod. tom.* 2. ibi ,, cùm &c.
,, obligarent ſe de ſolvendo certum quid ſtatis
,, temporibus Cameræ Apoſtolicæ ratione præ-
,, judicii, quod oriebatur ex eo, quòd per
,, Unionem extinguebantur Beneficia; ità, ut
,, ampliùs eorum vacatio dari non poſſet &c. ,, *& num.* 28. ibi ,, licet quindennia fuerint in-
,, troducta propter præjudicium, quod per
,, Uniones inferebatur Cameræ Apoſtolicæ &c.
,, *repet. poſt Tract. int. deciſion. Sacr. Rot. Rom in ordine la IV. & V. ac in recentior. deciſ.* 474. *num.* 19. *par.* 9. *tom.* 2. cùm tamen in præſenti hypotheſi antè Unionem ejuſmodi Beneficiorum Camera, & Annatiſtæ nunquam percepiſſent Annatas, nec illas percipere potuiſſent ob carentiam ſtatus collativi inductam ex originali Regularitate eorundem Beneficiorum, vel ex ſtatu electivo poſteà acquiſito etiam ſæcularizato; quippè in ſolutione quindennii non ſolùm conſideratur damnum Cameræ, & Annatiſtarum ex jure de præterito, ſed etiam utile ex jure de futuro, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. n.* 12.

Minùs relevat, quòd non debeantur quinden- 11
nia de re Emphyteutica in manum mortuam
tranſeunte, ſi ab initio Dominus directus Emphyteuſim conceſſerit manui mortuæ, ex abundè per nos deductis in altero Tractatu de *Quindenniis cap.* 28. quia quindennium Emphyteuti- 12

cum non in omnibus, nec ſemper concordat cum iſto quindennio beneficiali, de quo in præſenti ſermo eſt, ut monemus in alio prælaudato Tractatu de *Quindenniis cap.*27.*n.*48. & 51.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis Regularibus, ſeu Monaſteriis, puta Prioratibus, Adminiſtrationibus, vel ſimilibus Monaſticis Dignitatibus, ánnuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, per prius ad vitam commendatis, ſivè commendari ſolitis Clericis Sæcularibus, ac potiſſimùm Eminentiſsimis S. R. E. Cardinalibus, poſteà per ceſſum, vel deceſſum ultimi Commendatarii vacantibus, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia ſæcularia ſæcularibus, Regularia Regularibus conferenda.*

2 *Ex Papæ diſpenſatione per viam Commendæ etiam Beneficia Regularia poſſunt conferri perſonis ſæcularibus.*

3 *Quommodò probetur datio in Commendam.*

4 *Alius modus probandi dationem in Commendam.*

5 *Beneficia Regularia non poſſunt ad vitam commendari ſæcularibus Clericis, niſi à ſolo Pontifice.*

6 *Definitio Commendæ.*

7 *Expenduntur Bullæ quindenniorum*

8 *In ſolutione quindennii etiam conſideratur damnum Cameræ, & Annatiſtarum utile ex jure de futuro.*

9 *Etiam Beneficium recens, unitum ſubjacet Quindennio.*

10 *Enumerantur caſus, in quibus Beneficia Patronalia, & Regularia conferuntur à Sede Apoſtolica.*

11 *Quænam ſint Beneficia de Menſa.*

12 *Dicta Beneficia non vacant, nec providentur à S. Sede.*

13 *Diſmembrata parte fructuum ex Beneficiis Regularibus in titulum perpetuum à S. Sede proviſis debentur Annatæ, & ex eiſdem poſteà unitis debentur quindennia.*

14 *Quænam ſint Beneficia, quæ non ſint de Menſa.*

15 *In Beneficiis Regularibus, quæ non ſunt de Menſa, quamvis ſint manualia, datur vacatio.*

16 *Fortiùſque in Beneficiis Regularibus manualibus, quæ ſunt in ſe perpetua.*

17 *In Bullis quindenniorum compræhenduntur etiam Beneficia manualia.*

18 *Repugnat naturæ Beneficiorum de Menſa, habere ſpeciales Adminiſtratores, præſertim ſæculares.*

19 *Fortiùs, ſi Beneficia Regularia habent Bona propria à Bonis Menſæ diſtincta, quorum fructus percipiuntur à Clericis ſæcularibus, Juriſdictionem etiam temporalem exercentibus.*

20 *Omnia Beneficia Regularia ſimplicia dependent ab aliqua Domo Regulari.*

21 *Monaſterio Cluniacen. olim ſuberant circiter quatuor millia Beneficia Regularia.*

22 *Decretum apponi ſolitum, quòd Beneficium, cedente, vel decedente Commendatario, revertatur in Titulum, ferè nunquam intrat.*

23 *Ex Beneficiis manualibus non ſolvuntur Annatæ.*

24 *Eminentiſſimi Commendatarii quibus comparati.*

25 *Non habiles ad retinendum Beneficium Regulare in titulum, ſunt ſaltem habiles ad illud retinendum in Commendam.*

26 *Conjectura Regularitatis Beneficii depræhenditur ex eo, quòd Beneficium fuerit aliàs commendatum.*

27 *Cardinales non tenentur ad Annatas.*

28 *Commenda diſſoluta, Beneficia Regularia iterùm fiunt, ut perantea electiva.*

29 *Papa Beneficium ſæculare etiam concedit Regulari.*

30 *Beneficia ſæcularia ſæcularibus, & Regularia Regularibus conferenda juxta* Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ.14. de Reformat. cap.10.

31 *Beneficium Regulare Sæculari, & Sæculare Regulari commendari nequit juxta* Regul.43. Cancellar. de Commend.

32 *Reprobatur anomalum Opuſculum.*

33 *Laudatur Venerab. Servus Dei* Innocentius Papa XI.

34 *Per Commendam aufertur gratuitum beneficium.*

35 *Magis eſt exercere Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, quam regere exiguum numerum Regularium.*

36 *Regulares quomodò cauſam dederint commendandi.*

37 *Affertur alia cauſa.*

38 *Manus mortua per Unionem quaſi providetur.*

39 *Manus mortua nunquam moritur.*

40 *Unio excludit ſtatum collativum.*

41 *Bullæ quindenniorum impropriè loquuntur, utendo verbo proviſionis.*

42 *Etiamſi manus mortua, cui unitur Beneficium, habeat Indultum expediendi per viam ſecretam, adhùc tamen tenetur ad quindennia.*

43 *Etiam Beneficia electiva, quando ob aliquas circumſtantias conferuntur à Sede Apoſtolica, ſubjacent annatis.*

CAPITULUM LVI.

Præſcindendo, quòd juxta ſanctionem *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.* 14. de Reformat. *cap.* 10. Beneficia ſæcularia ſæcularibus, Regularia Regularibus conferenda ſunt, nihilominùs ex Papæ diſpenſatione per viam Commendæ etiam Beneficia Regularia poſſunt conferri perſonis ſæcularibus, idque paſſim practicatur præſertim cum Eminentiſſimis S. R. E. Cardinalibus, *Pignatell. conſult. Can. tom.* 1. *conſult.* 86. *num.*1. *in fin. conſult.* 65. *nu.*1. *tom.*7. *conſult.*77. *num.* 6. *tom.* 9. *& conſult.* 156. *num.* 3. *circà fin. tom.*10. *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.*1. *diſput.*4. *quæſit.*5. *num* 6. *& tom.*2. *diſput.*8. *quæſit.*5. *n.*1. *cum ſeqq. Pyrrh Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtol. lib.*6. *cap.*3. *num.*6. *cum ſeqq. Lotther. de re benef. lib.*3. *quæſt.*8. *num.* 115. *&* 116. *Garz. de Benef. par.*5. *cap.*4. *num.*7. *Fagnan. in cap. in Eccleſiis* 1. *num* 5. *&* 22. *de Cappell. Monach. & in cap. cùm ad noſtram* 37. *de electiòn. Caſtropal. oper. moral. par.*2. *tract.*13. *de Benefic Eccleſ. diſput.*1. *punct* 8. Rebuff. de Commend. n.6. *Card. de Luca in miſcellan. Eccleſ. diſcur.* 54. *num.* 26. *in principio*, *ego in altero meo Tractatu de Quindenniis cap.* 164. *num* 3. *Rota coram Anſaldo Decano dec.*74 *n.*46. *&* 50. Quantumvis autem literæ Apoſtolicæ ſuper Commendis Beneficiorum Regularium fortaſsè non exhibeantur, nec inveniri poſſint, niſi

niſi maximo cum labore, cura, & ſollicitudine ex eo, quòd non retinentur Rubricellæ ordine Alphabetico Diœceſum; nihilominùs ſatis, ſu-
3 pérque comprobatum remanebit, quòd à Sede Apoſtolica fuerint commendata, ex ipſis literis Unionum, in quibus Beneficia hujuſmodi unita, enuncientur, olim ex diſpenſatione Apoſtolica dari ſolita in Commendam, quas quidem literas manus mortua in parte ſibi favorabili approbare nequit, & in parte ſibi præjudiciali
4 impugnare ex vulgatis, prout etiam de Commenda conſtabit, ſi ultimus Commendatarius eidem ceſſerit, per ſe ſponté ad cedendum conſenſum præſtito; immò ex natura, & qualitate rei juſtificata reddetur Commenda, dum Bene-
5 ficia Regularia, & præſertim manualia non poſſunt ad vitam commendari Clericis ſæcularibus, niſi à ſolo Pontifice, ad *textum in Clem.* 1. §. *Cæterùm* 1., *verſic ſanè de ſtat. Monach. Fagnan in cap. cùm ad noſtram* 37. *n.*7. *de electìon. & in Libro, cui Titulus: Les Definition. du Canon. impreſſ. Pariſ. anno* 1679. *verbo Commendæ nu.*1. *in princip. pag mih.* 134. cujus verba ex Gallico Idiomate in Italum tranſlata ità ſonant: *La Commenda è un ſegno viſibile conſtante, e certo dell' autorità ſuprema, che il Papa poſſiede ſopra i Beneficj, e ci dimoſtra, che egli ſolo con la pienezza della ſua Podeſtà può immutare la loro natura; facoltà, che non è data, sè non à quello, che è il Capo della Chieſa, e che occupa il luogo del Prencipe dell' Apoſtoli. & è certo, che i Veſcovi non poſſono dare in Commenda un Beneficio ſecolare, nè un Regolare in Commenda.* Quæ quidem Commendæ juſtificatio fortiùs urgebit, ſi in literis Unionis legatur apponi ſolita verba: *ex diſpenſatione Apoſtolica ad Commendam ad eorum vitam obtinebant*: ejuſmodi enim verba nihil aliud præſeferunt, quàm ſolitam phraſim, & formulam, qua utitur Dataria, & Cancellaria Apoſtolica, dum mentionem facit de Beneficiis à S. Sede commendatis; ſemper enim adhibetur hæc loquendi formula *ex diſpenſatione Apoſtolica*, cùm Commenda noſtri temporis nihil aliud ſit, quàm diſpenſatio ad hoc, ut perſona ſæcularis fieri poſſit capax Beneficii Regularis, ſublato ad hunc effectum omni obſtaculo; ideòque de-
6 finitur Commenda, collatio Papæ diſpenſativa, *Mandoſ in Regul* 30. *Cancellar. de veriſimil. notit. quæſt.* 2. *per tot. & de Signatur. Grat. tit. diſpenſat. Monach. pro obtin. Benefic. in principio, Fagnan in cap. cùm ad noſtram* 37. *n.* 5. *&* 6. *de electìon. Lotther. de re benef. lib.* 3. *quæſt.*8. *n.*95. *Bengeus, & Pinſon. de Benefic. fol. mih.* 492. *nu.*68. *cum ſeqq. Rota in Tranen. Præceptoriæ* 23. *Martii* 1689. §. *Nec ea, in fin. coram Urſino Decano*, præſertim, ſi ultimus Commendatarius in ſuo conſenſu ità hanc rem interpretatus fuerit, ajens *ex conceſſione Apoſtolica in Commendam ad ejus vitam obtinebat.*

Quibus præmiſſis, firmamus in præſenti, quòd ex Beneficiis Regularibus, ſeu Monaſteriis, puta Prioratibus, Adminiſtrationibus, vel ſimilibus Monaſticis Dignitatibus, annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, per prius ad vitam commendatis, ſivè commendari ſolitis Clericis ſæcularibus, ac potiſſimùm Eminentiſſimis S. R. E. Cardinalibus, poſteà per ceſſum, vel deceſſum ultimi Commendatarii vacantibus, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia; Bullæ etenim quindenniorum uti generaliter loquentes de omnibus Beneficiis, generaliter ſumendæ ſunt, ſicque etiam comprætendere debent ex vi generalitatis, Beneficia per prius commendata, accedente præſertim effrænatiſſimo modo loquendi, continente Beneficia etiam ſpeciali nota digna, ex notabilibus, & ad noſtrum intentum valdè conducibilibus, nec non myſterioſis verbis, ſeu non abſque myſterio ap-
poſitis, ſignanter in *Bulla 6. Pauli II.* §. 3. 4. 5. 7
& 6. Bullar. nov. Rom. tom. 1. ibi „ auctoritate
„ Apoſtolica &c. ſtatuimus &c. & declaramus,
„ quòd omnia, & ſingula Monaſteria &c. Com-
„ munia, & Minuta Servitia, atque alia Jura
„ debita, & conſueta, tàm ipſis Cameræ, &
„ Collegio, quàm Officialibus præfatis, reli-
„ qua verò Monaſteria &c. & Beneficia &c. uni-
„ ta, pro quibus Cameræ Apoſtolicæ Annata,
„ ſeu alia Jura ſolvi conſueverant, vel debe-
„ bant &c. Annatam, ſivè medios fructus unius
„ anni in poſterum ſingulis XV. annis &c. ſol-
„ vere teneantur, & debeant. Et quòd de om-
„ nibus Monaſteriis &c. & Beneficiis &c. unitis
„ &c. Communia, Minuta, & alia Jura, ſeu
„ Annatas, & medios fructus hujuſmodi ſolve-
„ re adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in
„ futurum &c. Alioqui, ſi à ſolutione &c. ceſ-
„ ſare præſumpſerint, Uniones &c. habeantur
„ penitùs pro infectis, & ſic Monaſteria &c. &
„ cujuſvis qualitatis, aut generis Beneficia hujuſ-
„ modi tamquàm verè vacantia poſſint liberè
„ à Sede præfata impetrari &c. „ *in Bulla* 20.
Julii III. §. 1. *& 6. eod. tom.* 1. ibi „ pro An-
„ natis quorumcumque Beneficiorum &c. omni-
„ bus Beneficiis Eccleſiaſticis &c. quod omnia,
„ & ſingula Monaſteria, & Beneficia Eccleſia-
„ ſtica &c. quomodolibet qualificata &c. „ *in*
Bulla 6. Pauli IV. §.3. *eod. tom.* 1. ibi „ ſuper
„ Annatis quorumcumque Beneficiorum &c.,
& in Bulla 17. *ejuſdem Pauli IV.* § 7.8. *&* 11.
eod. tom. 1. ibi „ ratione quorumvis Monaſte-
„ riorum &c. perpetuò unitorum &c. omnes,
„ & ſingulas Uniones &c. de quibuſvis Mona-
„ ſteriis &c. Et Beneficiis Eccleſiaſticis &c. per-
„ petuò factas, & de cætero &c. perpetuò fa-
„ ciendas ſub literis Pauli &c. comprætendi &c.
„ omnia, & ſingula Monaſteria &c. & alia Be-
„ neficia Eccleſiaſtica &c. notificaſſe, & inti-
„ maſſe debeant, & ad id &c. cogi, & compelli
„ poſſint &c. „ *in Bulla* 38. *S. Pii V.* §.2.3. *& 6.*
eod. Bullar. tom. 2. ibi „ cæteraque Beneficia
„ Eccleſiaſtica &c. Apoſtolica auctoritate uni-
„ ta &c. ſub literis Pauli II. & aliorum Præde-
„ ceſſorum hujuſmodi comprætendi, & includi
„ &c. ad indicandum &c. omnia, & ſingula
„ Monaſteria &c. & alia quæcumque Beneficia
„ Eccleſiaſtica &c. moneat, & requirat &c. „
in Bulla 33. *Sixti V.* §. 1. 2. *&* 4. *eod. tom.* 2.
„ ibi „ ratione Proviſionum, & ſeu Unionum
„ perpetuarum quorumcumque Beneficiorum
„ Eccleſiaſticorum &c. factarum, & facienda-
„ rum ſtatuimus &c. & declaramus &c. quòd
„ Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Ec-
„ cleſiaſticis &c. hactenùs factæ, & faciendæ
„ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitu-
„ tionibus &c. omninò comprætendantur &c.
„ Mandantes &c. ut &c. ad indicandum &c.
„ omnia, & ſingula Monaſteria &c. & alia quæ-
cum-

„ cumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. moneant, & requirant &c.„ *in Bulla* 18. *Urbani VIII. in princip. juncto* § 2. *eod. Bullar. tom.* 5. ibi „ et alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. Mandans propterea &c. ut &c. ad indicandum &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c. et alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. moneret, et requireret &c. Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. hactenùs factæ, et in futurum faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendi &c. et ad ſolutionem Quindenniorum teneri &c. et ad id cogi &c. poſſe &c. Mandavitque &c. ut &c. moneret, et requireret, ut profiterentur &c. omnia, et ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, quæ vigore ſimilium Unionum quomodolibet poſſidebant &c. Mandantes propterea, ut &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingula Monaſteria &c. et alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. unita &c. quæ &c. vigore Unionum hujuſmodi poſſident &c. moneant, et requirant &c. „ *& in Bulla* 50. *Clementis X. in principio, juncto* §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. *&* 10. *eod. Bullar. tom.* 6. ibi „ ratione Unionum Monaſteriorum &c. aliorùmque Beneficiorum Eccleſiaſticorum &c. qualificatorum &c. omnes, et ſingulas Uniones &c. de quibuſvis Monaſteriis &c. et Beneficiis Eccleſiaſticis &c. perpetuò factas, et de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli II. &c. includi &c. mandans propterea &c. ut &c. omnia, ſingula Monaſteria, et alia Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. notificaſſe, et intimaſſe debuiſſent &c. „ *& in Bulla S. M. Clementis XI. edita* 24. *Januarii* 1705. *in princip.* ibi „ cùm ex diſpoſitione Apoſtolicarum Conſtitutionum apertè deprædendatur, obnoxia eſſe Quindenniis Beneficia unita, etiamſi cujuſcumque demùm conditionis &c. „ *repet. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſtol. in ordine la* I. III. IV. V. VI. VII. VIII. XI. & XIV.

Adeòque vera eſt noſtra principalis reſolutio, ut, etiamſi Beneficia hujuſmodi unita, perantea fortaſſe nunquam a Sede Apoſtolica collata, ſeu commendata fuerint, ſicque nunquam fuerit ſoluta de illis Annata, nec quidem ſoluta fuiſſet, niſi ſubſequuta eſſet Unio, adhùc evitari
8 nequiret quindenniorum ſolutio, dum in ſolutione quindennii non ſolùm conſideratur damnum Cameræ Apoſtolicæ, & Annatiſtarum, ex Jure de præterito, ſed etiam utile ex Jure de futuro, ut ſunt verba *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4 *de quindenn. num.* 12. ſatis namque eſt, quòd potuerint Beneficia Regularia in futu-
9 rum à S. Sede conferri, ſeu commendari, facta præterea diſtinctione inter Abbatias habentes menſam ſeparatam à menſa Conventuali, cæteraſque Abbatias habentes menſam communem cum menſa Conventuali; ſic, ſi Beneficium recens, ut inquit idem *Ameyden. loc. mox citat.* ab Ordinario erectum, manui mortuæ uniatur, vel Beneficium manuale, quod ſemper fuerit ab Ordinario conceſſum, vel Beneficium Patronale, quod nunquam fuerit à Sede Apoſtolica collatum, poſteà uniatur, procul dubio ex talibus Unionibus ſolvendum eſſet quindennium, quamtumvis per prius nunquam à Sede Apoſtolica de illis Proviſio facta fuiſſet, perque conſequens nunquam ſoluta Annata, cùm ſatis ſit, quòd Beneficia hujuſmodi in futurum conferri potuerint à S. Sede, quæ, licet non cadant ſub *Regul.* 8 *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib.* attamen plurimi occurrunt caſus, in quibus à S. Se- 10
de conferuntur, veluti cùm dantur in adminiſtrationem, ſeu Commendam Clericis Sæcularibus, cùm Regulares petunt, ut ad ſolum nutum Superioris pro tempore removeri nequeant, juxta *Regul.* 39. *Cancellar. de liter. Religioſ.* cùm committuntur Monachis alterius Monaſterii, ad *textum in cap. cùm ſingula* 32. §. *Prohibemus unic. de Præbend. in* 6. cùm reſignantur ad favorem, cùm devolvuntur ob negligentiam Ordinarii Collatoris, cùm providentur incapaci ratione ætatis, aut defectus natalium, ſivè poſſidenti alia Beneficia, cùm Pontifex ſuper illis manus apponit, cùm ſunt litigioſa, ſeu in reliquis conſimilibus caſibus.

Ob quas quidem rationes facillimè credendum eſt, quòd Bullæ quindenniorum mandaverint, ut etiam ex Beneficiis Regularibus, ac Patronalibus ſolverentur quindennia, quippè, licet hujuſmodi generis Beneficia non cadant ſub reſervationibus, nec regulariter provideantur à S. Sede, tamen, cùm dentur plures caſus, in quibus adeundus eſt Summus Pontifex, ab eòque Proviſio impetranda, conſulere voluerunt præjudicio, quod aliàs indè reſultaret Cameræ, & Annatiſtis, qui hiſce in caſibus peculiaribus haud rarò contigibilibus exegiſſent Annatam, ſi Unio ſubſequuta non fuiſſet. Nec dici poteſt, talia Beneficia fuiſſe de Menſa, ſeu Menſalia uti Regularia, ad *textum in Clement. unic de ſuppl. neglig. Prælat. & ibi Gloſſ. verbo de Menſa, & in verbo revocari, circà med. ac in verbo in quibus*: Beneficia autem de Menſa, ſeu 11
Menſalia ſunt illa, in quibus, extincta, qualitate, eſſentia, & denominatione Beneficii, iſtud incorporatur, & efficitur Prædium Menſæ, ac proprietati Menſæ conſolidatur; ità, ut Superior, ſeu Abbas pro tempore ſit illius Rector, deſerviat Beneficio per ſe, aut ſuos Familiares, ſivè alios, quos conducit, percipit fructus inſolidum, eòſque applicat ſibi, & Menſæ ſuæ, aſſignata certa mercede, ſeu portione, illi, qui Eccleſiæ ſic unitæ inſervit, ut explicat *Florez Diez de Mena var. reſolution. lib* 1. *quæſt.* 10. *num.* 13. 14. 18. *&* 22. atque in hac Unione extinctiva, & ſubjectiva plenaria Beneficia ità unita non 12
vacant, ſed Menſæ ſolidantur, nec conſequenter providentur à S. Sede, *Gloſſ. in Clem. unic. de ſupplend. neglig. Prælat. verbo de Menſa*, ibi: *illa ergò non intelligerentur vacare, & ſic in illis non habebit locum, quod dicitur de negligentia ſupplenda, & ibid. Vitalin. in* §. *Præmiſſa, nu.* 4. *cum aliis apud Gonzalez ad Regul.* 8 *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 63. *&* 64 *Florez Diez de Mena loc. mox allegat. num.* 14 *Barboſa in citat. Clem. unic. num.* 15. *de ſuppl. negl. Præl. Rota coram Merlin. dec.* 37. *num.* 2. *&* 3. *ac in recentior. dec.* 146. *num.* 2. *part.* 1. & nihilominùs etiam in his terminis, diſmembrata parte 13
fructuum, ex Beneficiis hujuſmodi Regularibus in titulum perpetuum à S. Sede proviſis debentur Annatæ, & ex eiſdem poſteà unitis debentur quindennia, ad tradita per *Capon. controv. forenſ.* 32. *num.* 22. 29. *&* 32. *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *de annat. num.* 56. *verſiculo ſolet*

14 *let etiam*; Beneficia autem, quæ non exiſtunt de
Menſa, ſint illa, quæ ſpeciales Priores, ſeu
Adminiſtratores, ſivè Rectores habere conſue-
verunt utcumque ad nutum amovibiles, ac re-
vocabiles, ut clarè diſponitur in ſæpè *laudata*
Clem unic. §. 1. *verſic præmiſſa, de ſupplend. negli-*
gent. Prælator. & hi diſtincti Priores conſueverunt
diſtinctos redditus percipere, quos in proprios
uſus, & utilitatem convertunt, quin unquam
in utilitatem Monaſterii, ſeu Abbatis pro tem-
pore convertantur, *Ferrett. conſil.* 52. *n.* 17. *&* 18.
Rota in recentior. dec. 101. *per tot. part.* 2 *tom.* 1.
15 In hiſce igitur Beneficiis Regularibus, quæ
non ſunt Menſalia, ſeu de Menſa, quamvis ſint
manualia, datur vacatio, *Gloſſ. in laudata Clem.*
unic., *verbo revocari, ad med. de ſupplend.*
neglig. Prælat. ibi: *& ſcias, per hanc Decre-*
talem hodiè teneri, quòd manualia, quæ non
ſunt de Menſa, & temporales Prioratus vacant
per mortem, vel remotionem eorum, qui præſident
illis. Undè & hodie Papa, qui recipit fructus va-
cantium, recipit fructus talium, nec reſiſti poteſt
per hanc litteram &c. ubi Vitalin. num. 9. *Card.*
num. 8. *Barboſa num.* 16. *Gonzalez ad Regul.* 8.
hodie 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ* 5. §. 6. *nu.* 14.
Coccin. annotat. 252. *num* 6. *Rota dec.* 739. *num.* 4.
16 *part.* 1. *diverſ.* quod ſanè fortiùs locum ſibi vin-
dicat in Beneficiis manualibus Regularibus,
quæ ſunt in ſe perpetua, & facultas amovendi
potiùs deſcendit ex vi Regularis Profeſſionis,
quàm ex natura Beneficii, *Gonzalez ad Regul.* 8.
hodie 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.* 5. §. 6. *nu.* 31.
Gambar. de Legat lib. 4. *cap.* 1. *num.* 15. *&* 16.
Rota dec. 739 *num* 6. *part.* 1. *diverſor.* Undè in
17 Bullis quindenniorum comprænhenduntur etiam
Beneficia manualia, juxta *Bullam* 38. *S. Pii V.*
§. 3. *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. *Bullam* 33. *Sixti V.*
§. 2. *&* 4 *eod tom.* 2. *Bullam* 18 *Urbani VIII. in*
principio. juncto § 2. *eod. Bullar. tom* 5. *& Bul-*
lam 50. *Clementis X* § 4. *&* 5. *tom.* 6. *repetit. poſt*
Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la VI.
18 VII. & XI. repugnat igitur naturæ Beneficiorum
Menſalium, ſeu de Menſa habere ſpeciales Ad-
miniſtratores, præſertim ſæculares, *Imol. in*
Clem unic. ſub num. 9 *de Reſcript. Rota dec.* 101.
num. 2. *part.* 2. *recentior.* Quod magis urget, ſi
19 Beneficia Regularia habeant Bona propria, à
Bonis Menſæ diſtincta, ac ſeparata, quorum
fructus percipiuntur à Clericis ſæcularibus, Ju-
riſdictionem temporalem exercentibus, *Rota*
mox relata dec. 101. *num.* 3. *part.* 2. *recentior.* ſi
itaque non ſunt Menſalia, ſeu de Menſa, indu-
bitati Juris eſt, quòd ante eorum Unionem illa
vacarent, & tanquàm vacantia conferrentur, ac
in certis caſibus providerentur, ſeu provideri
poſſent ab ipſa Sede Apoſtolica; in nihilum
etiam relevante, quòd Beneficia hujuſmodi Re-
gularia antè Unionem dependerent à Monaſte-
20 rio; omnia namque Beneficia Regularia ſim-
plicia dependent ab aliqua Domo Regulari, ut
ait *Bouchel in Bibliothec. Gallic. verbo Prieures*
ibi: *I Priorati ſemplici ſempre dipendono da qual-*
che Abbadia, ò Caſa Conventuale &c. ſed tamen
non omnia Beneficia Regularia ſimplicia depen-
dentia, ſunt Menſalia, ſeu de Menſa, aut extin-
21 ctivè unita Monaſteriis, exemplo Monaſterii
Cluniacen., cui olim ſuberant circiter quatuor
millia Beneficia Regularia, veluti ex Epiſtola
Cardinalis Albigen. probat *Thomaſin. de Benefic.*
Eccleſ. tom. 2. *lib.* 3. *cap.* 20. *ſub nu.* 10. hodièque
etiam innumera Beneficia Regularia tàm in
Galliis, quàm extrà Gallias ab illo dependent,
& tamen non omnia ſunt Menſalia, ſeu de Men-
ſa, eaque paſſim conferri videmus etiam à Sede
Apoſtolica, ſivè in titulum Regularibus, ſivè
(ut frequentiùs accidit) in Commendam Sæcu-
laribus. Beneficia autem Regularia ſemel com-
mendata Sæcularibus, non ſolent ampliùs redi-
re in Regulam; ſolet quidem Sedes Apoſtolica
difficillimè concedere de Titulo in Commen-
dam, ſed poſtquàm ſemel aperta eſt hæc janua,
continuatio de Commenda in Commendam fa-
cillima eſt, & Decretum apponi ſolitum, quòd 22
Beneficium, cedente, vel decedente Commen-
datario, revertatur in Titulum, ferè nunquam
intrat, ut aſſidua edocemur experientia; &
aliàs reſpondit Clemens VIII. Cardinali Oſſato,
ut ipſe refert *Epiſtol.* 178. *juxta impreſſionem an-*
ni 1698. *Lotther. de re benef. lib* 3. *quæſt.* 8. *n.* 108.
ibi: *fatemur tamen, ſemel aperta hac via, eam*
facillimè retineri &c. Bouchel. in Bibliothec. Gal-
lic. verbo Prieures &c. ibi: *præſentemente ſono*
quaſi tutti ſecolarizati, eſſendo una volta paſſati
in mano ſecolare, non ritornano più in Regolari-
tà &c. Si itaque ex dictis facillima fuiſſet Com-
mendæ continuatio in omnibus Beneficiorum
Regularium vacationibus antè eorum Unio-
nes, ſi iſta poſteà unita non fuiſſent, procul du-
bio eorundem Proviſio fieri non potuiſſet, niſi à
S. Sede, cui ſoli reſervata eſt collatio diſpenſa-
toria per viam Commendæ, & conſequenter
clarum eſt præjudicium, quod ex Unione infer-
tur Cameræ, & Annatiſtis, adeòque non intrat
contraria regula, quòd quindennia ſint ſubro-
gata loco Annatarum ex per nos ſuprà deductis
Cap. 1. *ac alibi paſſim*, & quòd illa non debean-
tur ex Beneficiis, quæ conferri non ſolent à Se-
de Apoſtolica, quia Beneficia hujuſmodi Re-
gularia, de quibus agimus, aut jam ſolita erant
conferri à Sede Apoſtolica, aut pluribus in ca-
ſibus illa conferri poterant; & regula illa de
ſubrogatione quindenniorum in locum Annata-
rum, non eſt ſemper vera, cùm in multis caſi-
bus particularibus ſolvantur quindennia etiam
pro Unionibus Beneficiorum, ex quibus aliàs
non ſolvebantur Annatæ, ut accidit in manua- 23
libus, reliquiſque, de quibus *Capon. controv. fo-*
renſ. 32. *num.* 9. *Ameyden de ſtyl. Datar. lib.* 1.
cap. 18. § 4 *de quindenn. num.* 12. *in fin.* §. *Seu*
verſic hactenùs, & num. 23. *in med.* §. *ſeu verſic.*
concludendum.

Quibus firmatis, videntur nihilominùs pu-
gnare ſequentia Objecta.

Pro Objectorum ſiquidem intelligentia præ-
mittendum eſt, quòd ſolent per Papam Benefi-
cia Regularia, puta pingues Abbatiæ, ſimilèſ-
que Prælaturæ in Commendam concedi S. R. E.
Cardinalibus pro decentiori tantæ Dignitatis
ſubſtentatione, quantumvis paſſim commenden-
tur etiam Clericis inferioribus; in Provinciis
verò Galliæ frequentiſſimè commendantur ſim-
plicibus Clericis, aut ad ſummum Sacerdoti-
bus: quorum quidem Beneficiorum Commen- 24
datarii ex vigore nominis, vice obtinent ſim-
plicis Depoſitarii, cum facultate tamen fructus
in proprios uſus convertendi (quod idem ferè
eſt, ac adminiſtrationem, ſeu depoſitum, *cap.*
nè quis arbitretur 22. *quæſt.* 1. *cap.* 1. *de depoſit. l.*

Ll

Lucius 24.ff.depoſit.l.commendare 186.ff.de verb.
25 ſignif. ut , qui non ſunt habiles ad retinendum
Beneficium Regulare in titulum ex defectu pro-
feſſionis illius Regulæ , ſint ſaltem habiles ad il-
lud retinendum in Commendam , Tamburin. de
Jur. Abbat. tom. 1. diſp. 4. quæſit. 2. num. 3 in
med. verſic. inſuper modus providendi , Garz de
Benefic. part.4. cap.4. num.24. cum ſeqq. Fagnan.
in cap. cùm ad noſtram 37. num 3. cum ſeqq. de
electiòn. Hojed. de incompatibilit. Benef. part. 1.
cap.14.n.15. in fin Pyrrh. Corrad in prax diſpenſ.
Apoſt. lib. 6. cap. 3. in principio , & num. 8. Pi-
gnatell. conſult. Canonic. tom 8. conſult. 145.n.12.
Angel.de Nuce in Chronic. Caſſinenſ.lib.3.n.1340.
Piazza de Hierarchia Cardinalitia , Italico ſer-
mone conſcripta , tit. delle Baſiliche Patriarchali
di SS. Paolo , e Lorenzo , poſt med. §. Chiamanſi ,
in principio , verſiculo overo perche , fol. mih 347.
col.1. antè med. Card. de Luca in Miſcellan Eccleſ.
diſcur.54. num. 25. cum ſeqq. in ſnpplem part. 4.
Epiſc. Matta de Cauſ. Conſiſtorial. ſect 16. nu. 54.
cum ſecq. & num.67. cum ſqq Rhenat. Chopin. in
26 Monaſtic. lib.1. tit.1. num.14. ità , ut coniectura
regularitatis depræhendatur ex eo , quòd Bene-
ficium fuerit aliàs commendatum , Tondut. reſo-
lution. Canonic. & beneficial. part.2. cap.1. §.12.
num.30. & part.3. cap. 166. num. 3. cum ſeq. &
num 9. diſſoluta autem Commenda per obitum
ultimi Commendatarii , ſolent etiam quando-
que uniri Beneficia huiuſmodi Prælatitia Regu-
laria manui mortuæ .

Non turbat igitur , quòd , cùm Beneficia
eiuſmodi tanquàm per prius commendata Car-
27 dinalibus , non ſubiaceant Annatis , ad quas
non tenentur Cardinales tanquàm habentes In-
dultum expediendi per viam ſecretam , Ame-
yden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap.18. §. 3. de annat.
num. 36 & 52. cum ſeqq. nec ſubiacere debeant
28 quindenniis ex eo , quod per deceſſum ultimi
Commendatarii diſſoluta Commenda , eadem
Beneficia Regularia reaſſumunt in illo inſtanti
priſtinam ſuam naturam Beneficiorum electivo-
rum Regularium per quandam attractionem , &
reconſolidationē omnimodam ſtatus Regularis,
quaſi è quodam poſtliminio , nec vacare dicun-
tur per obitum Commendatarii , ſed eo modo ,
quo per prius vacaverunt , antequàm commen-
darentur ; ità , ut redeat antiqua , ſeu priſtina
vacatio , ac quod unmodò reſurgat prima va-
catio , Garz de Benefic. part. 4. cap. 4. num. 64.
Barboſa de Epiſc. part.3. alleg. 59. num. 21. Gon-
zalez ad Regul. 8. hodie 9. Cancellar. de Menſib.
gloſſ.5. §.8. num 49. Tondut. reſol. Can. & benef.
par. 2. cap.1. §. 12. num. 27. Campanil diverſor.
Jur. Canonic. Rubric.7. cap.6. num 97. Germon.
de Indult. Cardinal in §. Quæ extrà nu.14. Tam-
burin. de Jur. Abbat. tom 1. diſp. 4 quæſit 6.
n.2. Lotther. de re benef.lib.3. quæſt.8. n.123.cum
ſeq. Card. de Luca in Miſcellan. Eccleſ. diſcurſ.54.
num.23 & 33. Rota coram Coccin. dec.1007.n.4.
& 16. Achill. de Graſſ dec. 9. num 5. cum ſeqq.
de Præbend. & in recentior. dec.245. nu.6. par.6.
& in Mediolanen. Prioratus 16. Junii 1679.
§. Quia , licet , coram Bourlemont ; in quo ſtatu
profectò non ſolvunt Annatam , undè nec ſol-
vere debent quindennium , ceſſante indè Anna-
tiſtarum præiudicio , qui ex talibus Beneficiis
prætendere nequeunt annatas : præterquam-
quòd , ſicuti etiam ob defectum ſtatus collativi
ratione Commendæ antè Unionem non ſolve-
rent annatam , ità nec poſt Unionem videretur ,
quòd ſolvere deberent quindennium , quod ſup-
ponit antecedens debitum annatæ : aliàs impo-
neretur novum onus rei de ſui natura ab initio
liberæ , quod tolerandum non eſt .

Nec mirandum , quòd Beneficium Regulare
commendetur perſonæ ſæculari , quia vice verſa
etiam Papa Beneficium ſæculare concedit Regu- 29
lari, Rebuff.de Commend.n.7.in prax.benefic.contrà
ſanctionem Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi ſeſſ.14.
de Reform. cap. 10. mandantis , ſæcularia Bene- 30
ficia ſæcularibus , & Regularia Regularibus
conferri , & contrà Regul.42.hodie 43.Cancellar. 31
de Commend. prohibentis commendari Benefi-
cium Regulare ſæculari , & ſæculare Regulari .
Qua de cauſa inter alia inania , non ſubſiſtit 32
erroneum aſſertum in anonymo Opuſculo (tem-
pore Venerabilis Servi Dei Innocentii XI. cum 33
notis ſanctimoniæ , anteacto ſæculo in Domino
obdormientis , ab eòque benedicti cerei orbes
vulgò Agnus Dei quotidiè patrant miracula)
Gallicè conſcripto , quòd commendare Benefi-
cia eiuſmodi Regularia Clericis ſæcularibus , læ-
dat juſtitiam naturalem , tollendo Regularibus
id , quod ſuum eſt , ac tribuendo ſæcularibus ,
qui nullum jus in eis habent , & per conſequens
videatur lædi Jus omne , divinum , naturale , &
poſitivum ob juſtitiæ læſionem ; debitas enim
eſſe Regularibus Prælaturas Monachales prove-
nit ex mera gratia , & conceſſione Sedis Apo-
ſtolicæ , non vero ex aliquo contractu oneroſo ,
& correſpectivo , cuius obſervantia habeat ali-
quod fundamentum ab illo Jure naturali , vel
gentium , quod circà obſervantiam pactorum
ſomniant Legiſtæ ; ità , ut non eſt tollere jus
proprium , neque lædere juſtitiam commutati-
vam , ſed ſolummodò auferre illud gratuitum 34
beneficium ex juſtitia diſtributiva potiùs , quàm
commutativa gratiosè , ac benevolè conceſſum ,
veluti in puncto reſpondet Card. de Luca in Mi-
ſcellan. Eccleſ. diſcur. 54. num 15. cum ſeqq. in
ſupplem. part.4. Aliàs ex identitate , vel maiori-
tate rationis iniquum quoque videtur , Regula-
res præfici ſæcularibus Eccleſiis , puta Archie-
piſcopatibus , Epiſcopatibus , aliiſque ſimilibus,
vel æquipollentibus Dignitatibus , & Prælatu-
ris , quæ ſpectant ad Clericos ſæculares , quaſve
Clerici ſæculares adeò anxiè expectant , &
(quod plus eſt) tot Regulares promoveri ad
Cardinalatum primam Dignitatem poſt Ponti-
ficatum : ideòque tollenda quoque eſſet Juriſdi-
ctio quaſi Epiſcopalis exerceri ſolita per Regu-
lares Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ , quod
longè magis eſt , quàm regere exiguum nume- 35
rum Regularium , Card.de Luca Miſcellan.Eccleſ.
diſcur. 54. num. 19. cum ſeq. quando tamen ſibi
imputare debent Regulares , cum cauſam dede- 36
rint , commendandi ſæcularibus , eòrum Præla-
torum mores relaxati , pravùmque regimen ,
Campeg.de Commend. Benefic. num.5. vel cùm de- 37
creverit Monachorum numerus , proptereàque
Cænobia penè deſtituta fuerint , vix idonei Mo-
nachi ipſis præficiendi non reperiebantur , cap.
inter quatuor 5. de Religioſ. Domib. Tamburin. de
Jur. Abbat. tom 1. diſput. 4. quæſit 2. num. 3.
Azor. inſtitution moral. part. 2. lib. 6. cap 31.
quæſit.21. in principio , verſic. eadem etiam ratio-
ne , Pignatell. conſult. Canonic. tom.8.conſult.145.
n.16.

num.16. cum ſeqq. ubi de ſtylo Sacræ Congregationis Conſiſtorialis.

Immò, etiamſi, mediante Unione perpetua, Beneficium Regulare per prius commendari ſolitum, incipiat poſteà quodammodò eſſe in ſtatu collativo ob amiſſam penitùs ſpem redeundi ad primævum ſtatum Regularem electivum; Unio enim habet vim collationis, videtùrque
38 eſſe quædam ſpecies collationis, & manus mortua, cui fit Unio, quaſi providetur de Beneficio unito, ex *Bulla* 18. *Urbani VIII.* §. 1. *in med Bullar. nov. Rom. tom.* 5. ibi: *tàm ratione Proviſionum, ſeu Unionum perpetuarum &c.* & *ex Bulla* 50. *Clementis X* § 5. *in principio, &* §. 6. *circà fin. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* VIII. & XI. quapropter manus mortua tenetur ad quindennium, quod eſt annata (ut ità inquam) quindennialis, ſeu ſingulis XV. annis ſolvenda, adinſtar Proviſi, qui teneretur ad annatam, quamvis Unio non inducat propriam collationem, quæ adaptatur, & cadit dumtaxat in perſonis animatis, non autem in corpore inanimato, qualis eſt manus
39 mortua, proindèque talis dicta, licet nunquam moriatur, juxta abundè per nos congeſta in *Cap. I.* tàm in iſto, quàm in altero Tractatu de
40 *Quindenniis*; immò Unio excludit ſtatum collativum, eſtque cum eo incompatibilis, penitùſque ex diametro contraria, *Turricell. de Union.*
41 *Benefic. cap* 4 *num.* 29. prælaudatæque Bullæ quindenniorum vel impropriè loquuntur, ideòque ſtatim ſe corrigunt) ac explicant poſt verbum *Proviſionum*, ſtatim adjiciendo verbum *Unionum*: aliàs, ſi res ità ſe non haberet, Pontifices non uterentur verbo Unionis, ſed ſemper verbo Proviſionis, nec dicerent unire Beneficium manui mortuæ, ſeu Loco Pio, ſed provideri de Beneficio manum mortuam, ſeu Locum Pium.

Cùmque per Unionem non ampliùs vacaturum ſit Beneficium unitum, ex hac cauſa, ſeu defectu futuræ vacationis debetur quindennium juxta diſpoſita in ipſis Bullis quindenniorum, etiamſi non ſola deſperatio vacationis in futurum, ſit cauſa ſolutionis quindennii, ſed etiam ipſa impoſſibilitas ſolutionis annatæ, quæ ſolvenda eſſet, ſi non fieret Unio; in noſtra verò hypotheſi videretur, quòd antè ſequutam Unionem non deberetur annata ex Beneficio Regulari tàm in caſu, ſi illud commendaretur alicui ex S. R. E. Cardinalibus, quàm, ſi illud commendari defineret, & reaſſumeret ſuam primævam indolem regularitatis, fierètque electivum, ut per prius, ob carentiam ſtatus collativi in utroque caſu; undè mens Romanorum Pontificum introducentium ſolutionem quindenniorum loco annatarum, rationi innixa, non videtur eſſe fundata dumtaxat in eo, quòd ex Beneficiis unitis non ſperetur ampliùs in futurum vacatio, quantumvis antè Unionem Beneficia eſſent talia, ut nequaquam ſubiacerent annatis, ſed etiam in eo, quòd, cùm anteà obnoxia eſſent annatis, deberent quoque obnoxia eſſe quindenniis; ità ut, arguendo à contrario ſenſu (quod, ex vulgatis, in Jure validiſſimum eſt argumentum) mens Pontificium potiùs videatur eſſe, quòd ex Beneficiis annatam perantea non ſolventibus, non debeantur quindennia in eius locum ſubrogata.

Sed non obſtat I. Obiectum ex fusè per nos infrà *Cap. LXVI.* deductis, ubi aſſerimus, quòd,
etiamſi manus mortua, cui unitur Beneficium, 42
habeat Indultum expediendi per viam ſecretam, adhùc tamen teneatur ad quindennia.

Minùs obſtat II. Obiectum, quòd nempè, cùm Beneficia commendata, per prius in ſuo ſtatu Regulari, tanquàm electiva non ſubiacerent annatis, nec poſteà ſubiacere debeant quindenniis, quia, ut ſuprà monuimus, etiam
Beneficia electiva, quando ob aliquas circum- 43
ſtantias conferuntur à Sede Apoſtolica, ſubiacent annatis.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, antè ſequutam ſæculariżationem Eccleſiæ Regularis, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis, poſteà cum ampliſſima ejuſdem Eccleſiæ ſuppreſſione ſæculariżatæ, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Solus Papa ſæculariżare poteſt Beneficia cum ampliſſima Jurium ſuppreſſione.*
2 *In qualibet diſmembratione requiritur citatio Monachorum.*
3 *Expenduntur Bullæ quindenniorum.*
4 *Iterùm expenduntur.*
5 *Dictio* dummodò *quid importet.*
6 *Bulla ſæculariżationis quid importet.*
7 *Eccleſia ſæculariżata retinet omnia Jura.*
8 *Per ſimplicem ſæculariżationem non mutatur ſubſtantia, ſeu ſubjectio Beneficii uniti.*
9 *Mentio Cathedralis Cæſarauguſtanæ.*
10 *Per totalem ſuppreſſionem amittitur titulus.*
11 *Titulus extinctus, non poteſt ampliùs inducere perceptionem fructuum.*
12 *Ex ſuppreſſione Eccleſiæ imprimitur nova forma.*
13 *Solus Papa reunire poteſt Beneficium.*
14 *Declarantur dicta ſuperiùs* n. 2.

CAPITULUM LVII.

Cum aliqua de cauſa, forſitan ob demerita Regularium laxiorem vitam ducentium, poſt incorrigibilitatem, & tentatam eorundem Regularium reformationem ſine fructu, contingat, quandoque Eccleſiam Regularem poſſidentem Beneficia unita, ſæculariżari, prævia ampliſſima omnium Jurium ſuppreſſione, quod
per ſolum Papam, vel eius Delegatum cum ſpe- 1
ciali ſuper hoc commiſſione fieri poteſt, ut advertit *gloſſ. in cap inter quatuor* 5. *de Religioſ. Domib. in cap. relatum* 7. *nè Cleric. vel Monach. & in cap. ſtatuimus* 4. §. *Quærit* 19 *quæſt* 3. *Fagnan in dic. cap. inter quatuor num* 6. *cum ſeq. & in dic. cap. relatum nu.* 1. *&* 6. *Gratian. diſc.* 473. *num.* 22. *Rota in Herbipolen. Monaſterii* 10. *Junii* 1707. §. *Quamvis etiam, coram Caffarellio Alma*

2 *mæ Urbis Gubernatore*, ex eo, quòd in qualibet diſmembratione requiritur citatio Monachorum, uti intereſſe habentium, *Tondut. reſol. Canon. benef. part* 3. *cap.*129. *num.*14. *Rota in mox laudata Herbipolen. Monaſterii* §. *abſque eo, quòd*; ea occaſione oritur controverſia ſuper continuatione ſolutionis quindenniorum in ſtatu etiam ſæcularitatis: quamobrem in præſenti reſolvimus, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, antè ſequutam ſæcularizationem Eccleſiæ Regularis, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis, poſteà cum ampliſſima eiuſdem Eccleſiæ ſuppreſſione ſæculariz.tæ, etiam adhùc debentur quindennia; quippè manus mortua tàm in ſtatu Regulari, quàm Sæculari tenetur ad quinden-
3 nia, juxta Bullas ſuper materia quindenniorum editas, & ſignanter juxta *Bullam 6. Pauli II. in principio*: *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ Decet „ Romanum Pontificem ſic ſuis fore gratiis liberalem, quòd in Eccleſiarum, Monaſteriorum, aut Clericalis Ordinis perſonarum ſæcularium, ſivè Regularium favore conceſſa, in Cameræ Apoſtolicæ, vel aliis præiudicium non redundent &c. „ *Bullam* 20. *Julii III.* § 6. *eod. tom.* 1. ibi „ & a quibuſcumque &c. „ virorum, et mulierum ſæcularibus, et quorumvis Ordinum Regularibus Congregationibus, ac omnibus aliis &c. eaque omnia ad quaſcumque tàm Sæculares, quàm Regulares virorum, et mulierum Congregationes &c. „ extendimus, et ampliamus &c. „ *Bullam* 17. *Pauli IV.* §.8 & 11 *eod. tom.* 1. ibi „ & utriuſque „ ſexus Congregationibus tàm Sæcularibus, „ quàm Regularibus &c. Et propterea &c. „ quaſcumque alias Congregationes &c. ad „ ſolutionem Communium, et Minutorum „ Servitiorum, ac Annatarum, et aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, „ et Officialibus, ratione earundem Unionum „ &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri „ &c. et tàm virorum, quàm mulierum Sæculares, et quorumvis &c. Ordinum Regulares „ Congregationes &c. omnia, et ſingula &c. „ Beneficia Eccleſiaſtica &c. notificaſſe, & intimaſſe debeant &c. „ *Bullam* 38. *S. Pii V.* §.3.4 & 6 *eod. Bullar. tom* 2. ibi „ ac utriuſque „ ſexus perſonarum Piis Locis &c. „ *Bullam* 33. *Sixti V.* §.2. & 4. *eod. tom.* 2. *Bullam* 18. *Urbani VIII. in principio*, *juncto* §. 2 *tom.* 5. & *Bullam* 50 *Clementis X.* §.1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11 & 12. *tom.* 6 *repet. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſt. in ordine la* I. III. V. VI. VII. VIII. & XI. nec mutatio ſtatus de Regulari in ſæcularem præiudicare debet Annatiſtis, cùm in quocumque ſtatu Eccleſia, ſivè Regularis, ſivè ſæcularis, verè ſit manus mortua, ſicque tanquàm talis, ſubiacere debeat quindennio; immo mutato primo ſtatu, continuet poſſidere Beneficia ſibi unita in primævo ſtatu Regularitatis: ſubiectum enim ſolutionis quindenniorum eſt ipſa poſſeſſio Beneficiorum unitorum, juxta prælaudatas Bullas Apoſtolicas iniungentes huiuſmodi ſolutionem per modum cauſativæ, ſeu condi-
4 tionis, ac formæ, & ſignanter juxta *Bullam* 20. *Julii III.* §. 6. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ „ quoad omnia, & ſingula Monaſteria, et Beneficia Eccleſiaſtica &c. quæ &c. poſſident &c. „ aut dummodò &c. poſſideantur &c. „ *Bullam* 17. *Pauli IV.* §. 11. *eod. tom.* 1. ibi „ volumus &c. quòd &c. omnia, et ſingula Monaſteria &c. et alia Beneficia Eccleſiaſtica, „ quæ poſſident &c. notificaſſe, et intimaſſe „ debeant &c. „ *Bullam* 38 *S. Pii V. in principio*, *juncto* §. 3. 4. & 6. *eod. Bullar. tom.* 2. „ ibi „ contrà &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. „ pro tempore poſſidentes &c. Motu ſimili &c. „ omnia, et ſingula Monaſteria &c. et alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. poſſeſſa, „ ſub literis Pauli II. et aliorum Prædeceſſorum „ huiuſmodi comprehendi, et includi &c. & „ propterea &c. dummodò Monaſteria, & Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem Communium, Annatarum, et aliorum Jurium „ prædictorum eidem Cameræ &c. ratione „ Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. Mandantes &c. ut &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingula Monaſteria „ &c. & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica, quæ &c. poſſideant &c. moneat, & requirat &c. „ *Bullam* 33. *Sixti V.* §.2. *in fin.* & §.4. *eod. tom.* 2. ibi „ Et propterea &c. dummodò Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem Quindenniorum præfatorum eidem Cameræ, ac Collegio, et Officialibus, ratione „ Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. Mandantes &c. ut &c. ad indicandum &c. omnia, & ſingula Monaſteria „ &c. & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. quæ &c. poſſideant &c. moneant, & „ requirant &c. ipſoſque Debitores ad indicandum Beneficia unita, & ſolvendum quindennia decurſa &c. conſtito tamen de ſortito effectu &c. fructuum &c. Beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ ipſi Debitores poſſidebunt „ &c. „ *Bullam* 18. *Urbani VIII. in principio*, *juncto* §. 2. & 3. *eod. Bullar. tom.* 5. ibi „ Motu „ ſimili &c. dummodò Monaſteria, ſeu Beneficia ipſa poſſiderent, ad ſolutionem Communium, Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus, ratione Unionum &c. ſingulis XV. „ annis &c. faciendam teneri &c. Mandans „ propterea &c. ut &c. ad indicandum &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica, quæ &c. poſſiderent &c. Mandavitque &c. ut &c. moneret, & requireret, ut profiterentur &c. omnia, „ & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, quæ &c. „ quomodolibet poſſidebant &c. Mandantes „ propterea &c. ut ad indicandum &c. omnia, „ & ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque „ Beneficia Eccleſiaſtica &c. quæ &c. poſſident „ &c. moneant, & requirant &c. „ *et Bullam* 50. *Clementis X.* §. 3. 4 5. 9. & 11 *tom.* 6 *repet. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la* III. V. VI. VII. VIII. & XI. attenta præſertim dictione *dummodò* in memoratis Bullis adiecta, impor- 5
tante conditionem, ſeu modum, ex traditis per *Barboſ. de diction. dict.* 95. *nu.* 3. *cum ſeqq. deciſ. Sicil. ſub num.* 109. *apud Card. de Luca de feud. Rota coram Anſaldo Decano dec.* 37. *n.* 35.

Bulla ſiquidem ſæcularizationis, ſæculari-
zando Eccleſiam Regularem, quantumvis cum 6
ampliſſima illius ſuppreſſione, intelligitur ſupprimere omnia Jura Eccleſiæ, reſpicientia tamen

men Regularitatem, ſeu ſtatum Regularem, tanquàm incompatibilem cum acquiſita ſæcularitate, ſeu ſtatu ſæculari, non autem reſpicientia antiquum ſtatum ſæcularem, in quo ſemper ab initio extiterunt Beneficia unita ſæcularia eidem Eccleſiæ Regulari, quæ meliùs conveniunt Eccleſiæ poſteà ſæcularizatæ: undè, ſi Unio Beneficii ſæcularis non cenſetur diſſoluta per ſuppreſſionem omnium Jurium Eccleſiæ Regularis ſæcularizatæ, benè ſequitur, Eccleſiam, quantumvis ſæcularizatam, continuare debere in ſolutione quindenniorum, prout antè ſæcularizationem illa ſolvebat, cùm continuet in per-
7 ceptione fructuum; de Jure inſuper Eccleſia Regularis, ſæcularizata retinet omnia Jura ſibi per prius competentia in Beneficiis antè ſæcularizationem unitis, *Rota coram Royas deciſ. 94. num. 27. Priol. dec. 252. num. 12. ac in recentior. dec. 809. num. 8. par. 18. tom. 2.* per ſimplicem
8 nanque ſæcularizationem mutatur quidem ſtatus Regularis, ſeu ipſa Regularitas, non autem ſubſtantia, ſeu ſubiectio Beneficii uniti, nihilo alio immutato, præter qualitatem Regularitatis, *Rota dec. 99. num. 6. & dec. 140. nu. 6. par. 7.*
9 *recentior.* ut videre eſt in celeberrima Cathedrali Eccleſia Cæſarauguſtana apud Aragoniæ Regnum olim Regulari, poſteàque per Clementem VIII. ſæcularizata, quæ ſuperiori ſæculo aſſiduis litibus in Sacræ Rotæ Romanæ Auditorio divexata fuit, contradicente Eccleſia S. Mariæ de Pilar haud minùs celebri, *Barboſa de Canonic. & Dignit. cap. 1. num. 49. cum ſeq.*

Nec obſtat, quòd, quando, ut in caſu noſtro, præter ſæcularizationem, adeſt etiam totalis ſuppreſſio, Beneficia per prius unita Eccleſiæ Regulari, uti illius prædia, ac membra, remanentia poſt paſſam omnimodam ſuppreſ-
10 ſionem omnium Jurium, uti talia non poſſunt ampliùs retinere aliquam eſſentiam, ac ſubſtantiam, ſeu titulum, *Rota recentior. dec. 140. n. 16. part. 7. dec. 71. num. 25. part. 8.* ideòque titulus
11 remanens extinctus, & anihilatus per mortem civilem Monachorum, mediante ſuppreſſione eorum Eccleſiæ, non poteſt ampliùs inducere perceptionem fructuum Beneficii per prius in ſtatu ſæculari uniti, *Rota dec. 71. num. 11. cum ſeq. par. 8. recentior.* quia ſupponimus, quòd Eccleſia ſæcularizata continuet in poſſeſſione Beneficii ſemel uniti.

12 Minùs obſtat, quòd ex ſuppreſſione Eccleſiæ, illiuſque nova erectione, ſeu tranſlatione de Regulari in ſæcularem imprimitur nova forma; ita, ut pernecelle diſſoluta intelligatur Unio facta in ſtatu Regularitatis, perque conſequens ceſſare etiam cauſativam obligationem ſolvendi quindennia, *Rota coram Bichio dec. 457. num. 8.* alias ſtante vera, & reali extinctione tituli Unionis, per medium ſuppreſſionis ad hoc, ut Eccleſia ſæcularizata teneretur continuare in ſolutione quindenniorum, opus eſſet nova, vera, ac reali reſurrectione, ſeu nova entis creatione, novòque titulo, ſicque Beneficii effecti liberi
13 reunione poſt ſæcularizationem, quam ſolus Papa, qui ſupprimit, facere poteſt, cùm tunc, non obſtante ſuppreſſione, poſſet continuare Eccleſia etiàm ſæcularizata in perceptione fructuum, perque conſequens teneretur continuare in ſolutione quindenniorum, *Rota in recentior. dec. 71. num. 21. part. 8.* quippè, ut mox monuimus, ſupponimus, quòd Eccleſia ſæcularizata remaneat in poſſeſſione Beneficii uniti; qua de cauſa æquum, & juſtum eſt, quòd etiam continuet in ſolutione quindennii.

Si autem fructus Monaſterii ſæcularizati ap- 14
plicentur pro dote alicuius Beneficii collativi, ex quo in Proviſione ſolvatur Annata, durum foret, quòd adhùc ſolvendum eſſet quindennium. Similiter ſi Bona dicti Monaſterii authoritate Apoſtolica vendantur, & pretium erogetur in uſus prophanos, prout plura ſuppreſſa fuerunt in Ditione Veneta, durante Bello Cretenſi, quo caſu nullum ampliùs debetur quindennium, cum aliis ſimilibus caſibus, nec contrarium determinant Bullæ quindenniorum.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis Regularibus, ſeu Monaſteriis, Conventualitate, ſivè Conventu carentibus, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Etiam Beneficium Regulare Conventu carens unitur.*
2 *Etiam Beneficia Conventu non carentia commendantur.*
3 *Etiam ex* Beneficio *Regulari, Conventu carente, unito debetur quindennium.*
4 Beneficium *Regulare Conventu carens, non eſt electivum.*
5 *Sed eſt adinſtar* Beneficii *ſæcularis ſimplicis in ſtatu collativo.*
6 Beneficia *Regularia Conventu carentia quandoque dari ſolent à Papa in titulum, frequentiùs verò in Commendam pro conſervatione ſtatus regularis.*
7 *Monaſteria Monialium de tempore Unionis, Conventu carentia ſubjacent quindenniis.*

CAPITULUM LVIII.

DAri poteſt caſus, quòd uniatur manui mortuæ Beneficium Regulare, quod ta- 1
men careat Conventu, & ob defectû Curæ commendari ſoleat quandoque perſonæ ſæculari, *Lotther. de re benef. lib. 3. quæſt. 8. n. 109.* quantumvis etiam Beneficia Conventu non carentia 2
commendari ſoleant, *Lotther. citat. tract. lib. 1. quæſt. 26. n. 35. Card. de Luca de Benefic. diſcur. 64. num. 6. cum ſeq. & in annotat. ad Sacr. Concil. Tridentin. diſcur. 13. n. 8. & in conſl. & obſerv. 265. Rota in recentior. dec. 523. per tot. part. 19. tom. 2.* ac indè oriatur quæſtio, an ſit locus ſolutioni quindenniorum, ideò firmatur, quòd ex Beneficiis Regularibus, ſeu Monaſteriis, Conven- 3
tualitate, ſivè Conventu carentibus, annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia; huiuſmodi enim Beneficium, quantumvis Regulare, attamen 4
ob carentiam Conventus non eſt electivum, cùm non habeat Conventum, à quo fiat Canonica electio, à ſuperiore confirmanda, *cap.*

Monachi 2. §. *Priores* 3. *de ſtat. Monach. Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 3. *diſp.* 9. *quæſit.* 3. *nu.* 23.
5 ſed adinſtar ſimplicis Beneficii ſæcularis, ſicque in ſtatu collativo, cuius uti talis ſpectat ad Papam Proviſio, perque conſequens ſemper remanet ſubiectum Bullis ſuper materia quindenniorum expeditis, per *textum in Clem. in pleriſque* 5. *de electíon. Lotther. de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 268. *Rota coram Card. Seraphin. deciſ.* 1498. *num.* 7. *tom.* 2. *Caſſador. dec.* 12. *nu.* 10. *de Præbend.* cum Beneficia Regularia Conventu carentia, ſortita, ut monuimus, naturam Beneficiorum ſimplicium diſpoſitioni Pontificiæ reſervatorum,
6 quandoque à Papa in titulum, frequentius tamen in Commendam dari ſoleant pro conſervatione ſtatus regularis, veluti obſervat *Card. de Luca in Miſcellan. Eccleſiaſtic. diſcur.* 54. *nu.* 25. *in ſupplemento*; quamobrem ex eo ipſo ſequuta Unione talium Beneficiorum, procul dubio ſolvenda veniunt quindennia, ut in fortioribus terminis Monaſterii Monialium, quantumvis per prius nullo unquam tempore collativi, de tempore tamen Unionis poſteà Conventu ca-
7 rentis, proindeque evadentis Beneficii ſimplicis, ac obnoxii remanentis ſolutioni quindenniorum, ad tenorem *Conſtitution.* 33. *Sixti V* §. 2. *Bullar. nov. Rom tom.* 2. ibi „ ſtatuimus &c. & „ declaramus, quòd Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. etiamſi „ Monaſteria Monialium &c. fuerint, quæ tamen tempore ipſarum Unionum &c. Conventu &c. caruerint &c. hactenùs factæ, & faciendæ &c. ſub dictorum &c. Prædeceſſorum „ Conſtitutionibus &c. omninò comprætenduntur &c. Et propterea &c. ad ſolutionem „ Quindenniorum præfatorum eidem Cameræ, „ ac Collegio, & Officialibus, ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam „ teneri &c. „ *Conſtitution* 18. *Urbani VIII. in principio, tom.* 5. *& Conſtitution.* 50. *Clementis X.* §. 4. *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VII. VIII. & XI. & notat *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. n.* 10. *&* 11. ibi: *quindennia non ſolvi pro Unionibus factis de Monaſteriis Monialium &c. niſi Monaſteria &c. de tempore Unionis careant Conventu &c. ſi verò Monaſterium hujuſmodi Conventu careat, tunc redditur ad inſtar Beneficii ſimplicis, pro cujus ſolutione rectè exigitur quindennium &c.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis Regularibus, ſeu Monaſteriis duplicibus Monachorum, & Monialium, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, de tempore Unionis Conventu carentibus, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Monaſteria Virorum, de tempore* Unionis, *Conventu carentia, vel non carentia, quindenniis ſubjiciuntur, Monaſteria verò mulierum, Conventu carentia.*
2 *Monaſteria tàm maſculorum, quàm fœminarum ſunt* Beneficia, *vel adinſtar* Beneficiorum *Eccleſiaſticorum.*
3 *Talia Monaſteria inter* Beneficia *Eccleſiaſtica connumerantur in Bullis quindenniorum.*
4 *Monaſteria tàm taxata, quàm non taxata in libris Cameræ, unita ſubjacent quindenniis.*
5 *Monaſteria Conſiſtorialia dicuntur illa, quæ conferri ſolent in Conſiſtorio.*
6 *Monaſteria Conſiſtorialia eſſe ſolent illa, quæ taxata ſunt in libris Cameræ.*
7 *Monaſteria Conſiſtorialia etiam à Papa provideri poſſunt extrà Conſiſtorium.*
8 *Sola Conſiſtorialitas Beneficii inducta ratione valoris attenditur ad effectum ſolvendi quindennia.*
9 *Papa ex proprio facto non cenſetur velle tollere Conſiſtorialitatem Monaſteriorum.*
10 *Qualitas Conſiſtorialitatis illicò imprimitur ex deſcriptione, ſeu taxa in Camera.*
11 *Monaſteria Conſiſtorialia ſunt reſervata in vim* Regulæ 2. Cancellar.
12 *Annata, ſeu dimidia Annata propriè ſolvitur ex minoribus, & non Conſiſtorialibus* Beneficiis.
13 *Satis eſt ad qualitatem Conſiſtorialitatis, Monaſteria tanti valere, non obſtante, quòd non ſint deſcripta, ſeu taxata ad tantam ſummam, ob* dict. Regul. 2. Cancellar.
14 *Reiicitur* Ferrer obſerv. part. 3. cap. 1. & 2.
15 *Sententia Sacræ Congregationis Conſiſtorialis prævalere debet.*
16 *Dicta Sacra Congregatio cenſetur optimè inſtructa de Cauſis, & negociis ad Conſiſtorium ſpectantibus.*
17 *Epiſcopus* Matta *tractavit de Cauſis Conſiſtorialibus.*
18 *Dicta Sacra Congregatio Conſiſtorialis præponderare debet opinioni Doctorum.*
19 *Libri Cameræ à quo, & ad quem effectum inſtituti.*
20 *Certa Monaſteria deſcripta reperiuntur inter reliqua* Beneficia *Conſiſtorialia.*
21 Beneficia *Conſiſtorialia in Gallia non niſi nominatis à Rege dantur.*
22 *In* Beneficiis *Conſiſtorialibus Galliæ non ſufficit ſola Signatura Papæ, ſed debent intervenire Bullæ.*
23 *Monaſteria Monialium tradunt Papæ dumtaxat veſtem lineam, ſeu Rocchettum loco Annatæ, ſeu Communis Servitii.*
24 *Ex* Unione Beneficiorum *facta Monaſteriis Monachorum, aut Monialium, Conventu carentibus, vel non carentibus debentur quindennia.*
25 *Olim communia aderant Monaſteria Monachorum, ac Monialium.*
26 *Mentio Monaſterii duplicis à S. Geva conſtructi.*
27 *Mentio ſimilis Monaſterii à S. Brigita conſtructi.*
28 *Refertur Decretum Sacræ Congregationis Concilii ſuper eodem Monaſterio.*
29 *Auctoris Patria, Civitas* Ulyxbonen.
30 *Mentio Monaſterii Monialium Nationis Anglicanæ Ordinis* Brigitani.
31 *Luſitana pietas, larga manu eleæmoſynas diſtribuit.*
32 *Poſteà prohibitum fuit, Monaſteria virorum uniri Monaſteriis mulierum.*
33 *Etiamſi Monachi, Monialium curam gerant, non indè Monaſteria Monialium unita dicuntur Monaſteriis Monachorum.*
34 *Ad ſolvendum quindennium ſatis eſt, quòd unum ex duplici Monaſterio, Conventu careat.*
35 Bullæ *ſi non diſtinguunt, nec nos diſtinguere debemus.*
36 *Mixtum non debet evadere diverſum.*

37 *Mo-*

37 *Monaſteria, bis centum Ducatorum auri de Camera valorem excedentia, ſunt reſervata Sedi Apoſtolicæ, vigore* Regulæ 2. Cancellar.

38 *Quæ* Beneficia *compræhendantur in* Regula 8. hodie 9. Cancellar.

39 *Mixtum comprahenditur ex mente Summorum Pontificum.*

40 *Monaſteria duplicia habenda ſunt pro uno.*

41 *Mediante* Unione *unum Monaſterium convertitur, & tranſubſtantiatur in alterum.*

42 *Nec major ratio militat in uno, quàm in alio.*

43 Unio *æquè principalis non facit habere pro uno Monaſterio.*

44 *Monaſterium virorum, uti dignius, eſt principale.*

45 *Monaſterium unitum* Monaſterio *non privilegiato, non perdit ſua Jura, non tamen illa communicat.*

46 *Monaſterium duplex in unam eſſentiam non unitur.*

47 *In dubio præſumitur* Unio *æquè principaliter.*

CAPITULUM LIX.

PRo clariori dicendorum intelligentia cenſeo, præmittenda eſſe VI. notabilia.

1 I. Quòd Monaſteria virorum, ſi manui mortuæ uniantur, deque tempore Vnionis huiuſmodi, Conventu, ſeu Conventualitate caruerint, vel non caruerint, Monaſteria autem mulierum, ſi Conventu caruerint, quindenniis ſubiiciuntur, ut apertè habetur ex Bullis quindenniorum, veluti ex *Bulla 6. Pauli II. §. 1. in principio, Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ quamplura diverſorum Ordinum Monaſteria &c. Apoſtolica auctoritate univimus, incorporavimus &c.,, §. 2. *in principio*, ibi „ Propterea &c. & &c. Monaſteria &c. unita &c. ampliùs nequaquam vacare ſperantur &c.,, §. 3. 4. 5. & 6. ibi „ auctoritate Apoſtolica &c. ſtatuimus &c. et declaramus, quòd omnia, et ſingula Monaſteria &c. quorum fructus &c. ſi in libris eiuſdem Cameræ taxati reperiuntur, Communia, et Minuta Servitia, atque alia Jura debita, et conſueta, tàm ipſis Cameræ, et Collegio, quam Officialibus præfatis, reliqua verò Monaſteria &c. unita, pro quibus Cameræ Apoſtolicæ Annata, ſeu alia Jura ſolvi conſueverant, vel debebant &c. Annatam, ſivè medios fructus unius anni in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſolvere teneantur, et debeant. Et quòd de omnibus Monaſteriis &c. unitis &c. Communia, Minuta, et alia Jura, ſeu Annatas, et medios fructus huiuſmodi ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in futurum &c. Alioqui, ſi à ſolutione &c. ceſſare præſumpſerint &c. Monaſteria &c. tanquàm verè vacantia poſſint liberè à Sede præfata impetrari &c.,, *Bulla 20. Julii III. § 6. in med. eod. tom.* 1. ibi „ inviolabiliter obſervari &c. quoad omnia, et ſingula Monaſteria &c. quæ &c. poſſident &c.,, *Bulla 17. Pauli IV. §. 2. 7. 8. & 11. eod. tom.* 1. ibi „ ſuper ſolutione mediorum, ſeu integrorum fructuum primi anni, dictæ Cameræ, ratione Monaſteriorum &c. pro tempore unitorum facienda &c. ſub prætextu, quòd dictus Eugenius &c. à &c. pœnis, quibus ob non ſolutionem mediorum, ſeu integrorum fructuum primi anni Monaſteriorum &c. unitorum, innodati erant &c. abſolverit &c. ſub prætextu, quòd dictus Leo &c. ad ſolutionem Annatarum, Communium, Minutorum Servitiorum, et aliorum Jurium, Cameræ, Collegio, et Officialibus prædictis, ratione quorumvis Monaſteriorum &c. perpetuò unitorum &c. minimè obligatos fuiſſe &c. Monaſteriàque &c. ob non ſolutionem Annatarum, Communium, et Jurium &c. nullatenùs vacaſſe &c. nec in futurum vacare &c. declaraverit &c. Et forſan diverſis aliis prætextibus Communia, Minuta Servitia, Annatas, et alia Jura, Cameræ, et Collegio, ac Officialibus prædictis, ratione Vnionum eis de Monaſteriis &c. hactenùs factarum, debita perſolvere recuſent &c. omnes, et ſingulas Vniones &c. de quibuſvis Monaſteriis &c. perpetuò factas, et de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli &c. compræhendi &c. nec non Monaſteria &c. unita huiuſmodi onus ſolutionis Communium, et Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, et aliorum Jurium ſemper habuiſſe, et ad præſens habere, omnia, et ſingula Monaſteria &c. quæ poſſident &c. notificaſſe, et intimaſſe debeant &c.,, *Bulla 38. S. Pii V. §. 2. 3. 4. & 6. tom. 2.* ibi „ Et inſuper quoniam &c. hæſitatur, an Monaſteria, quorum fructus &c. in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur, nec non Prioratus quorumvis Ordinum Regularia, et Regulares &c. quorum fructus &c. in diſtributiones quotidianas convertuntur, ſub literis Pauli II. et aliorum Prædeceſſorum huiuſmodi compræhendantur &c. nè Camera prædicta ex Monaſteriorum, Prioratuum &c. Vnionibus &c. detrimentum aliquod pateretur &c. Motu ſimili &c. omnia, et ſingula Monaſteria &c. dummodò in libris eiuſdem Cameræ taxata reperiantur, reliqua verò Monaſteria, Prioratus &c. Apoſtolica auctoritate unita &c. ſub literis Pauli II. et aliorum Prædeceſſorum huiuſmodi compræhendi, et includi. Et propterea &c. dummodò Monaſteria &c. poſſideant, ad ſolutionem Communium, Annatarum, et aliorum Jurium prædictorum eidem Cameræ &c. ratione Vnionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. Mandantes &c. ut &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingula Monaſteria, Prioratus &c. quæ &c. poſſideant &c. moneat, et requirat &c.,, *Bulla 33. Sixti V. §. 2. & 4. eod tom. 2.* ibi „ ſtatuimus &c. et declaramus, quòd Vniones &c. etiamſi Monaſteria Monialium &c. fuerint &c. quæ tamen tempore ipſarum Vnionum &c. Conventu &c. caruerint &c. hactenùs factæ, et faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendantur &c. Mandantes &c. ut &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingula Monaſteria, Prioratus &c. moneant, et requirant &c.,, *Bulla 18. Urbani VIII. in principio, juncto §. 2. tom. 5.* ibi „ nè Cameræ prædictæ ex Monaſteriorum, Prioratuum &c. Vnionibus &c. detrimentum aliquod induceretur &c. Motu ſimili &c. Monaſteria, Prioratus &c. unita &c. dummodò Monaſteria &c. poſſiderent, ad ſolutionem Communium, Annatarum, et aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus, ratione Vnionum &c. prædicta tum ſingulis XV. an-

,, annis &c. faciendam teneri &c. Mandans
,, propterea &c. ut &c. ad indicandum &c.
,, omnia, et ſingula Monaſteria, Prioratus &c.
,, quæ &c. poſſiderent &c. moneret, et requi-
,, reret &c. Vniones &c. de quibuſcumque Be-
,, neficiis &c. tàm ſæcularibus, quàm Regula-
,, ribus, etiamſi Monaſteria Monialium &c.
,, tempore ipſarum Vnionum &c. Conventu &c.
,, caruerint &c. hactenùs factæ, et in futurum
,, faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum
,, Conſtitutionibus &c. omninò compræhendi
,, &c. Mandantes propterea &c. ut &c. ad in-
,, dicandum &c. omnia, et ſingula Monaſteria,
,, Prioratus &c. unita &c. quæ &c. vigore
,, Vnionum huiuſmodi poſſident &c. moneant,
,, et requirant &c. ,, *& Bulla* 50. *Clementis X. in principio*, *juncto* § 1. *in principio*, *& poſt med.* §. 2. *antè med. & circà fin* §. 3. *in principio*, *med. & circà fin* §. 4. *in principio*, §. 5. §. 6. *in fin. & §. 9. in principio*, *tom.* 6. ibi ,,
,, ſuper ſolutione Communium, Annatarum,
,, et aliorum Jurium prædictorum eiſdem Ca-
,, meræ, Collegio, et Officialibus, ratione
,, Vnionum Monaſteriorum, Prioratuum &c.
,, à &c. pœnis, quibus ob non ſolutionem me-
,, diorum, ſeu integrorum fructuum primi an-
,, ni, Monaſteriorum &c. unitorum, innodatæ
,, erant &c. abſolvit &c. omnes, et ſingulas
,, Vniones &c. de quibuſvis Monaſteriis, Prio-
,, ratibus &c. perpetuò factas, et de cætero &c.
,, perpetuò faciendas, ſub literis Pauli II. &c.
,, includi &c. Et propterea &c. ad ſolutionem
,, Communium, et Minutorum Servitiorum,
,, ac Annatarum, et aliorum Jurium prædicto-
,, rum eiſdem Cameræ, Collegio, et Officiali-
,, bus, ratione earundem Unionum &c. ſingulis
,, XV. annis &c. teneri &c. nec non Monaſte-
,, ria, Prioratus &c. huiuſmodi onus ſolutionis
,, Communium, et Minutorum Servitiorum, ac
,, Annatarum, et aliorum Jurium prædictorum
,, ſemper habuiſſe, et habere decrevit, et de-
,, claravit, mandans propterea &c. ut &c. om-
,, nia, et ſingula Monaſteria &c. unita huiuſ-
,, modi &c. notificaſſe, et intimaſſe debuiſſent
,, &c. nè Cameræ prædictæ ex Monaſteriorum
,, &c. Unionibus &c. detrimentum aliquod in-
,, duceretur &c. Monaſteria, Prioratus &c. uni-
,, ta &c. dummodò Monaſteria &c. poſſiderent,
,, ad ſolutionem Communium, et Annatarum,
,, et aliorum Jurium prædictorum eiſdem Ca-
,, meræ, Collegio, et Officialibus, ratione
,, Unionum &c. prædictarum ſingulis XV. an-
,, nis &c. faciendam teneri &c. mandans propte-
,, rea &c. ut &c. ad indicandum &c. omnia,
,, et ſingula Monaſteria &c. quæ &c. poſſide-
,, rent &c. moneret, et requireret &c. Uniones
,, &c. de quibuſcumque Beneficiis &c. tàm Sæ-
,, cularibus, quàm Regularibus, etiamſi Mo-
,, naſteria Monialium &c. fuiſſent, quæ tamen
,, temporè ipſarum Unionum &c. Conventu &c.
,, caruiſſent &c. eatenùs factæ, et in futurum
,, faciendæ &c ſub dictorum Prædeceſſorum
,, Conſtitutionibus, et Ordinationibus omninò
,, compræhendi &c. et ad ſolutionem Quinden-
,, niorum teneri &c. mandans propterea &c. ut
,, &c. ad indicandum &c. omnia et ſingula
,, Monaſteria, Prioratus &c. unita &c. quæ &c.
,, vigore Unionis huiuſmodi poſſidebunt &c.
,, monerent, et requirerent &c. ac omnes, et
,, ſingulas Uniones de quibuſvis Monaſteriis
,, &c. perpetuò factas, et de cætero &c. perpe-
,, tuò faciendas, ſub literis Pauli Prædeceſſoris
,, huiuſmodi compræhendi, et includi &c. man-
,, damus, ut &c. ad indicandum &c. omnia,
,, et ſingula Monaſteria &c. unita &c. quæ &c.
,, vigore Unionum huiuſmodi poſſident &c.
,, moneat, et requirat &c. ,, *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III. V. VI. VII. VIII. et XI.

Equidem juſtum viſum fuit, ut quindennia etiam ſolverentur ex Monaſteriis tàm Monachorum Conventu carentibus, ſeu non carentibus, quàm Monialium Conventu carentibus, manui mortuæ unitis ex eo, quòd tàm hæc ma- 2
ſculorum, quàm illa fœminarum vel quodammodò dicuntur, vel ſunt Beneficia, vel ſaltem adinſtar Beneficiorum Eccleſiaſticorum, *Pariſ. de reſignation Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 1. *num* 71. *cum ſeqq.* meliùſque comprobatur, cùm Monaſteria huiuſmodi ad effectum ſolutionis quindennio- 3
rum inter Beneficia Eccleſiaſtica, & quidem antè ipſa connumerentur in ipſis Conſtitutionibus Apoſtolicis ſuper materia quindenniorum exaratis, ut videre eſt in *Conſtit.* 6. *Pauli II.* §. 1. *in principio*, *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi ,, Mo-
,, naſteria &c. et Beneficia Eccleſiaſtica &c. ,,
§. 2. ibi ,, Monaſteria &c. et Beneficia unita
,, huiuſmodi &c. ,, §. 4. ibi ,, reliqua verò Mo-
,, naſteria &c. et Beneficia, ut præfertur, uni-
,, ta &c. ,, §. 5 *in principio* ibi ,, de omnibus
,, Monaſteriis &c. et Beneficiis, ut præfertur,
,, unitis &c. ,, *&* § 6 ibi ,, ſic unita Monaſteria
,, &c. et cuiuſvis qualitatis, aut generis Benefi-
,, cia huiuſmodi &c. ,, *Conſtit.* 20. *Julii III.* §. 6. *in med. eod. tom.* 1. ibi ,, quoad omnia, et ſin-
,, gula Monaſteria, et Beneficia Eccleſiaſtica
,, &c. ,, *Conſtit.* 17. *Pauli IV.* §. 1. *in med & circà fin. eod. tom.* 1. ibi ,, de Eccleſiis, et Monaſte-
,, riis virorum &c. de cæteris autem Dignitati-
,, bus &c. & Beneficiis ſæcularibus &c. ,, §. 2.
,, ibi ,, ratione Monaſteriorum &c. ac aliorum
,, Eccleſiaſticorum Beneficiorum pro tempore
,, unitorum &c. ,, §. 7 *in principio antè med. & in fin.* ibi ,, Monaſteriorum, et Beneficiorum
,, &c. eatenùs unitorum &c. ratione quorumvis
,, Monaſteriorum &c. et Beneficiorum &c. per-
,, petuò unitorum &c. ratione Unionum &c. de
,, Monaſteriis, Prioratibus, et aliis Beneficiis
,, Eccleſiaſticis &c. ,, §. 8. *in principio*, *& fin.*
,, ibi ,, ſubmiſſiones de quibuſvis Monaſteriis,
,, Prioratibus &c. et Beneficiis Eccleſiaſticis &c.
,, nec non Monaſteria, Prioratus &c. et Be-
,, neficia unita huiuſmodi &c. ,, *&* § 11. *circà fin.* ibi ,, omnia, et ſingula Monaſteria, Prio-
,, ratus &c. et alia Beneficia Eccleſiaſtica &c. ,, *Conſtit.* 38. *S. Pii V.* §. 2. *tom.* 2. ibi ,, an Mona-
,, ſteria &c. nec non Prioratus quorumvis Or-
,, dinum Regularia, et Regulares, cæteràque
,, Beneficia Eccleſiaſtica &c. ,, §. 3. *in principio*, *& antè med.* ibi ,, ex Monaſteriorum, Prio-
,, ratuum, et aliorum Beneficiorum Eccleſiaſti-
,, corum Unionibus &c. omnia, et ſingula
,, Monaſteria tàm ſæcularia, quàm quorumvis
,, Ordinum Regularia &c. reliqua verò Mona-
,, ſteria, Prioratus &c. tàm ſæculares, quàm
,, quorumvis Ordinum Regulares, et alia quæ-
,, cumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. ,, *&* §. 4. *in principio* ibi ,, dummodò Monaſteria, et Be-

ne-

,, neficia ipſa poſſideant &c.,,*Conſtit.*33.*Sixti V.*
§.2. *in principio , & antè med. eod. tom.*2. ibi ,,
,, omnia , et ſingula Monaſteria , Prioratus &c.
,, et alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica&c.
Conſtit. 18. *Urbani VIII. in principio , med. &*
circà fin. tom. 5. ibi ,, ex Monaſteriorum ,
,, Prioratuum , aliorùmque Beneficiorum Ec-
,, cleſiaſticorum Unionibus &c. Monaſteria ,
,, Prioratus &c. et alia quæcumque Beneficia
,, Eccleſiaſtica unita &c. dummodò Monaſte-
,, ria , ſeu Beneficia ipſa poſſiderent &c. omnia,
,, & ſingula Monaſteria , Prioratus &c. et alia
,, quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. quæ
,, &c. poſſiderent &c. ,, & §. 2. *in med.* ibi ,,
,, omnia , et ſingula Monaſteria , Prioratus &c.
,, & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica&c.
,, & *Conſtit.*50. *Clementis X. in principio , tom 6.*
,, ibi ,, ratione Unionum Monaſteriorum , Prio-
,, ratuum , aliorùmque Beneficiorum Eccleſia-
,, ſticorum &c. ,, §.1. *in principio , & antè med.*
,, ibi ,, Monaſteriorum , & Beneficiorum &c.
,, unitorum &c.de quibuſvis Monaſteriis , Prio-
,, ratibus &c. & Beneficiis Eccleſiaſticis &c. ,,
,, §. 2. *antè med. & circà fin.* ibi ,, nec non Mo-
,, naſteria , Prioratus &c. & Beneficia unita&c.
,, omnia ſingula Monaſteria , & alia Beneficia
,, Eccleſiaſtica unita huiuſmodi &c. ,, §. 3. *in*
principio , antè med. & circà fin. ibi ,, ex Mo-
,, naſteriorum, aliorùmque Beneficiorum Unio-
,, nibus &c. Monaſteria , Prioratus &c. & alia
,, quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c.
,, dummodò Monaſteria , ſeu Beneficia ipſa
,, poſſiderent &c. omnia , & ſingula Monaſte-
,, ria , Prioratus &c. et alia quæcumque Bene-
,, ficia Eccleſiaſtica &c. ,, §. 5. *poſt med.* ibi ,,
,, omnia , & ſingula Monaſteria , Prioratus&c.
,, & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica&c.
§ 6. *in fin* ibi ,, omnes , & ſingulas Uniones
,, de quibuſvis Monaſteriis , & aliis Beneficiis
,, Eccleſiaſticis &c. ,, § 9 *in principio , &* §.11.
in principio , repet. poſt Tract. int Conſtit. Apoſt.
in ordine la I. III. V. VI. VII. VIII. & XI.

4 II. Præmittendum eſt , quòd tàm Monaſteria
taxata in libris Cameræ , ſeu Cancellariæ Apo-
ſtolicæ , & Conſiſtorialia , quàm non taxata
excedentia annuum valorem Ducatorum XXIV.
auri de Camera , ſi uniantur manui mortuæ ,
ſubjacent quindenniis , ut per Diplomata Pon-
tificia ſuper quindenniis emanata cautum legi-
tur , ac ſignanter in *Bulla 6 Pauli II.* §.3. *in fin.*
§.4. & 5. *Bullar. nov. Rom tom.*1. ibi ,, aucto-
,, ritate Apoſtolica &c. ſtatuimus &c. & decla-
,, ramus , quòd omnia , & ſingula Monaſteria,
,, videlicet illa , quorum fructus &c. ad ſum-
,, mam C. Florenorum auri de Camera &c.
,, aſcendunt annuatim , ſi in libris ejuſdem Ca-
,, meræ taxati reperiuntur , Communia , & Mi-
,, nuta Servitia , atque alia Jura debita , &
,, conſueta , tàm ipſis Cameræ , & Collegio ,
,, quàm Officialibus præfatis , reliqua verò
,, Monaſteria &c. unita , pro quibus Cameræ
,, Apoſtolicæ Annata , ſeu alia Jura ſolvi con-
,, ſueverant , vel debebant &c. Annatam , ſivè
,, medios fructus unius anni in poſterum ſin-
,, gulis XV. annis perpetuo ſequuturis , eidem
,, Camerario ſolvere teneantur , & debeant . Et
,, quòd de omnibus Monaſteriis &c unitis &c.
,, Communia , Minuta , & alia Jura , ſeu An-
,, natas , & medios fructus hujuſmodi ſolvere
,, adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in fu-
,, turum &c. ,, *Bulla* 17. *Pauli IV.* §. 1. *in med.*
& circà fin. eod. tom. 1. ibi ,, ut de Eccleſiis , &
,, Monaſteriis Virorum &c. ſolverentur &c.
,, ſummæ pecuniarum in libris Cameræ Apoſto-
,, licæ taxatæ &c. de cæteris autem &c. Benefi-
,, ciis ſæcularibus , & Regularibus valorem
,, XXIV. Florenorum de Camera excedentibus
,, &c. juxta taxam ſolitam &c. ,, *Conſtit.* 38.
S. Pii V. §.2. *tom* 2. ibi ,, Monaſteria , quorum
,, fructus&c.in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati
,, reperiuntur &c. ,, & §. 3. *antè med.* ibi ,, om-
,, nia , & ſingula Monaſteria &c. dummodò in
,, libris ejuſdem Cameræ taxata reperiantur ,
,, reliqua verò Monaſteria &c. quorum fructus
,, &c. ſummam XXIV. Ducatorum auri de Ca-
,, mera &c. valorem annuum excedunt &c. ſub
,, literis Pauli II. compræhendi &c. ,, *Conſti-*
tut. 33. *Sixti V.* §. 2. *antè med. eod. tom.* 2. ibi ,,
,, quorum quilibet annuus valor XXIV. Duca-
,, tos auri de Camera &c. non excedat &c.
*Conſtitut.*18.*Urbani VIII. in principio , tom.*5. &
Conſtitut. 50. *Clementis X.* §. 4. 7. & 10. *tom.* 6.
ibi ,, Particularem Congregationem &c. pro
,, exactione Quindenniorum omnium , & ſin-
,, gulorum Beneficiorum , ut præfertur , unito-
,, rum , & in libris Cameræ prædictæ taxatorum
,, &c. facienda , Motu ſimili &c. conſtituimus,
,, & deputamus &c. ,, *repet. poſt Tract. int. Conſt.*
Apoſt. in ordine la I. V. VI. VII. VIII. & XI.

III. Præmittendum eſt , quòd Monaſteria
Conſiſtorialia , ſeu Prioratus , & Abbatiæ (quæ
dicuntur etiam Beneficia Regularia) cæteraque
Beneficia ſæcularia majora , de quibus mentio-
nem faciunt *Leo X. Conſtitution.* 35. *Bullar. nov.*
*Rom tom.*1. *Paulus V. Conſtitution* 32 *in fin.*§ *Cæ-*
terùm , tom. 2. *Gregorius XIII. Conſtitution.* 85.
§ 4. *in med eod. tom.*2.*& Gregorius XIV. Conſti-*
tution 6. eod. tom 2. illa ſunt (hincque ità nun-
cupata) quæ conferri ſolent à Papa in Conſiſto- 5
rio Secreto , ſivè publico , ſeu conſiſtorialiter ,
cum conſilio Cardinalium , dum de eis adinſtar
Cathedralium Eccleſiarum propter quandam
ſymbolizationem , formato quoque Proceſſu ſu-
per qualitatibus promovendorum ad hujuſmodi
Monaſteria , ſeu Abbatias , Papa providet per
viam Cedulæ , ſeu Schedulæ Conſiſtorialis , &
præconizationis , per viam nempè relationis ,
prævia matura cauſæ cognitione, nè ob pingue-
dinem Monaſteriorum , ſeu majorum Beneficio-
rum immineat majus periculum per indirectum
prolabendi in tot mala , ſcelera , & ſcandala ,
quæ frequenter committuntur in electionibus
ob Beneficia , quæ à pluribus appetuntur , quæ-
ve Pontifici reperiuntur perpetuò reſervata , in
quocumque menſe vacaverint, ſi exceſſerint an-
nuum valorem CC. Ducatorum auri de Came-
ra , vigore *Regula 2. Cancellar. de reſervation.*
Cathedral. Eccleſ. & Monaſter. Paſtor de Benefic.
lib. 1. tit. 2. num 8. Tamburin. de Jur. Abbat.
tom.1. diſput. 5. quæſt. 2 num.2. circà fin. verſi-
culo & talia dicuntur Monaſteria , junctis nu. ſeqq.
Cabed. de Patronat. Reg. Coron. cap. 24. num. 3.
cum ſeqq. & per tot Germon de Indult. Cardinal.
in 9. Regularia num. 7. 82. & ſeq Lotther. de re
benefic. lib.1. quæſt 26 nu 42 cum ſeqq & lib.3.
quæſt. 4. num. 11 Gomez Sarnen. in Regul. 61.
aliàs 54. hodie 55. Cancellar. de valor. in proœm.
ſeu præfat. poſt med. verſiculo ſecundus valorem
Be-

Beneficiorum, & quæſt. 3. circà fin. verſiculo tamen quidquid ſit, in med. Pariſ. de reſignation. Benefic. lib. 8. quæſt. 6. num. 3. cum ſeqq. Tondut. reſol. Canon. & benefic. part. 1. cap. 33. num. 2. & part. 2. cap. 2. §. 7. num. 1. cum ſeqq. Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 2. num. 21. Pyrrh. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtol. lib. 6. cap. 4. nu. 45. cum ſeqq. Cobell. in notit. Cardinal. cap. 15. Congreg. 7. in fin. litera C. verſiculo ea verò dicuntur Beneficia Conſiſtorialia, Rota dec. 540. n. 4. cum ſeq. part. 3. diverſ. & poſt Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. dec. 15. n. 4.

6 Monaſteria autem eſſe ſolent Conſiſtorialia illa, quæ taxata ſunt in libris Cameræ Apoſtolicæ, quorum inventor fuit Joannes XXII. cùm Curia reſideret Avenione, & excedunt Ducatos ſexaginta tres cum uno tertio, & Conſiſtorialia eſſe non ſolent, quæ ſummam hujuſmodi non excedunt, *Germon. de Indult. Cardinal. in §. Regularia num. 82. in principio, Mandoſ. in Regul. 2. Cancellar. quæſt. 3. nu. 3. & in Regul. 34. hodie 35. Cancellar. de annal. quæſt. 16. per tot. Chokier ad dict. Regul. num. 20. litera D. Pariſ. de reſignat. Benefic. lib. 2. quæſt. 2. num. 6. cum ſeqq. Gomez Sarnen. in Regul. 61. aliàs 54. hodie 55. Cancellar. de valor. in proœm. ſeu præfat. poſt med. verſiculo quorum librorum, & quæſt. 3. circà fin. verſiculo tamen quidquid ſit, verbo aut ſunt Conſiſtorialia, & quæſt. 10. in fin. verſiculo & ideò, ut prædicta deciſio, & in Regul. 27. aliàs 28. hodie 29. Cancellar. de ſubrog. collitig. quæſt. 15. in fin. verſiculo non datur etiam derogatio.*

Eſt benè verum, quòd non adeò coanguſtatur Papæ auctoritas in ſe ampliſſima, ut Monaſteria hujuſmodi ſemper conſiſtorialiter provi-
7 dere teneatur, quominùs, ſi velit, poſſit etiam illa extrà Conſiſtorium providere per Signaturam manu ipſius Papæ ea expediendo, adjecta in Proviſione Clauſula, quòd Proviſio valeat, perindè ac ſi conſiſtorialiter facta fuiſſet, cùm de conſuetudine, & ſtylo fieri ſoleat Proviſio omnium Beneficiorum Conſiſtorialium extrà Conſiſtorium, paucis tamen exceptis exiſtentibus in Germania, Gallia, & Sicilia, *Card. Paleot. de Sacr. Conſiſtor. conſult. part. 1. quæſt. 2. verſiculo quod verò, Lottber. de re benefic. lib. 1. quæſt. 26. num. 47. Paris de reſign. Benef. lib. 2. quæſt. 2. num. 10. cum ſeq. & lib. 8. quæſt. 6. nu. 2. & 8. & lib. 11. quæſt. 3. num. 26. Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 2. num. 22. & 78. Epiſc. Matta de Cauſ. Conſiſtorial. ſect. 15. num. 1. cum ſeqq. Card. de Luca de Benefic. diſcur. 4. ferè per tot. Vvegnereck in Jus Canonic. tom. 1. lib. 3. tit. 5. de Præbend. in lib. 3. Extravag. Commun. in cap. ad regimen. 13. §. 4. verſiculo nota ſecundò, Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtol. lib. 6. cap. 4. num. 50. cum ſeqq. Rota dec. 540. nu. 6. cum ſeqq. & dec. 584. num. 8. part. 3. diverſ. & poſt Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. dec. 15. num. 5. ubi in principio* tradit, ità reſolutum fuiſſe per Sacram Congregationem Conſiſtorialem, & *deciſ. 16. num. 7.* ubi iterùm ex Decreto ejuſdem Sacræ Congregationis: undè Monaſteria Conſiſtorialia, quantumvis antè Unionem collata fuerint extrà Conſiſtorium, non tamen hinc deſinunt poſt Unionem ſubjacere Communibus, & quindenniis, cùm ſemper de ſui natura uti deſcripta, ac regiſtrata in libris Cameræ ad omnes effectus verè ſint Conſiſtorialia, propriamque naturam retinent: nec Papa eo caſu illa conferendo extrà Conſiſtorium per accidens, videtur velle ſibi, ſuæque Cameræ præjudicare in exactione quindenniorum ex hujuſmodi Monaſteriis, ſi poſteà ipſa manui mortuæ uniat, cùm ſciat, eadem ſemper remanere Conſiſtorialia, accedente præſertim conſueta Clauſula, quòd valeat Proviſio, acſi conſiſtorialiter facta eſſet, per quam fingitur, Proviſionem per Conſiſtorium proceſſiſſe, nè aliàs aliquod Papæ, Cameræ, ac Annatiſtis inferatur præjudicium ex defectu Conſiſtorii, & attenditur ſola Conſi- 8
ſtorialitas Beneficii inducta ratione valoris, ſeu taxæ, ſaltem ad effectum ſolvendi Communia, & quindennia, prout attenderetur ad alium effectum originarium ſolvendi Annatas, *Lottber. de re benefic. lib. 1. quæſt. 26. n. 61.*

Adeò, ut, etiamſi Monaſteria deſcripta in Camera, antè Unionem fuerint electiva, provideri nempè ſolita ad electionem Monachorum cum ſola confirmatione Pontificis, iſtaque expediri conſueta non conſiſtorialiter, adhùc poſt Unionem obnoxia remanent quindenniis, cùm ſatis ſit, quòd illa conſiſtorialiter provideri debeant, nulla habita conſideratione ad accidentalem confirmationem extrà Conſiſtorium ſequutam ità volente Papa, qui non per hoc ex 9
proprio facto ab arbitrio dependente, cenſetur velle tollere originariam, ac nativam conſiſtorialitatem Monaſteriorum, *Lottber. de re beneficiar. lib. 1. quæſt. 26. num. 49. 56. & 57.* nihil enim refert, ſi Proviſio Monaſterii jam deſcripti tanquàm Conſiſtorialis in Camera, poſteà aliquando, vel etiam ſemper provideatur conſiſtorialiter, vel non conſiſtorialiter, cùm qualitas Conſiſtorialitatis illicò imprimatur ex ea 10
deſcriptione, *Lottber. mox laudata quæſt. 26. num.* 53. equidem ſemper viva militat ratio in omni caſu, ſolvendi quindennia, dum Mona- 11
ſteria Conſiſtorialia tamquàm talia ex *Regula 2. Cancellar.* reſervata Papæ, ſemel unita manui mortuæ, non ampliùs provideri poſſunt per Papam ſivè in Conſiſtorio, ſivè extrà ex eo, quòd non ampliùs vacant, ſicque ſemper reſarciendum venit damnum hujuſmodi, mediante quindenniorum ſolutione, quod Camera Apoſtolica, & Annatiſtæ ſentiunt ex defectu ſolutionis Annatarum ob defectum vacationis, ſeu (ut meliùs dicam) ex defectu ſolutionis Communis Servitii, quod loco Annatæ debetur ex Monaſterio Conſiſtoriali, prout illud debetur ex Epiſcopatu; propriè enim Annata, ſeu dimidia 12
Annata ſolvitur ex inferioribus, ſeu minoribus, & non Conſiſtorialibus Beneficiis, *Maſſ. Galleſ. de Annat. n. 3. cum ſeq.*

Minùſque oportet, quòd ad inducendam Conſiſtorialitatem taxatio Monaſteriorum in libris Cameræ fiat in Florenis, ſeu Ducatis auri de Camera ſexaginta ſex, & duabus tertiis partibus unius Floreni, ſeu Ducati, facta computatione Communis Servitii loco Annatæ per Joannem XXII. redacti ad tertiam partem veri valoris, quæ ſumma ter ducta conſtituit bis centum Ducatos, proindèque probetur exceſſus valoris Ducatorum bis centum, quia, etiamſi Monaſteria ſint taxata ad minorem ſummam Ducatorum ſexaginta ſex, & duarum tertiarum, adhùc Conſiſtorialia eſſe non deſinunt, cùm ſatis ſit, Monaſteria tanti valoris commu- 13
ni

ni æſtimatione, non obſtante, quòd non ſint
deſcripta ad tantam ſummam, ob *Regul. 2. Can-
cellar.* ut notat poſt alios *Rota poſt Tamburin. de
Jur. Abbat. tom. 3. dec. 15. num 6 & deciſ. 16.
num. 6. verſiculo ſed neque hoc motivum*, quid-
14 quid in contrarium inclinet, vel declinet ob
Clientis defenſionem *Ferrer obſervat. part. 3.
15 cap. 1. & 2.* quia ſemper prævalere debet con-
traria ſententia, quam tenuit Sacra Congrega-
tio ſuper rebus Conſiſtorialibus, referente *Rota
mox citata dec. 16. num. 6. in fin. poſt Tamburin.
16 de Jur. Abbat. tom. 3.* & jure merito, cùm
hujuſmodi Congregatio conſtans Eminentiſſi-
mis Purpuratis, & tractans de rebus ad Conſi-
ſtorium ſpectantibus, cenſetur in hac materia
optimè inſtructa, res, & Cauſas Conſiſtoriales
ſemper præ manibus habens, de quibus pleniſ-
17 ſimum Tractatum egit *Epiſcop. Matta*; ideòque
18 præponderare debeat ſimplici dicto, ſeu opinioni
unius Doctoris, præcipuè pro Cliente ſcribentis.

Et quando etiam Monaſteria nullo modo Con-
ſiſtorialia eſſent, ſed deſcripta tantùm, ſeu
taxata in Camera, adhùc hoc ſufficit, ut po-
ſteà unita ſolvere debeant quindennia; non
enim ſola illa effectiva Conſiſtorialitas Mona-
ſteriorum ea reddit ſubjectitia quindenniis, ſed
etiam ſola deſcriptio, ſeu taxatio in libris Ca-
19 meræ, qui antiquiſſimi à Bonifacio IX. vel à
Joanne XXII. non ad alium finem adinventi
ſunt, quàm, ut ſciatur valor Beneficiorum de-
bentium eam taxam pro Servitio loco Annatæ,
quæ deſcriptio inducere videtur qualitatem vir-
20 tualis ſaltem Conſiſtorialitatis, cùm certa Mo-
naſteria deſcripta reperiantur inter reliqua Be-
neficia Conſiſtorialia, *Pariſ. de reſignat. Benefic.
lib. 1. quæſt. 2. num 10. Lotther. de re benefic. lib. 1.
quæſt. 26. nu. 53. cum ſeqq.* Omitto pro notitia,
21 quòd Beneficia Conſiſtorialia in Gallia non niſi
nominatis a Rege dantur, priùs autem Sollici-
tator, ſeu Procurator recipiens expeditiones ex
Gallia, eiſque ad Legatum, ſeu Oratorem
Chriſtianiſſimum delatis, per eundem Smo
exhibetur nominatio Regia, collata tunc gratia
per Papam, Legatus propria manu ſcribit, *ex-
pediatur &c.* poſteà remittitur in manus Cardi-
nalis Protectoris Regni, aut alterius Deputati
formatio Proceſſus ſuper vita, & moribus no-
minati, ſeu promovendi, unà cum Inſtrumento
Profeſſionis Fidei, cum aliis Actis neceſſariis,
quæ recognoſcuntur per tres Cardinales, qui
ſunt Capita Ordinum, repertòque idoneo no-
minato, devenitur ad præconizationem fieri
ſolitam per Cardinalem Protectorem Eccleſia-
rum: qua præconizatione facta, Procurator,
ſeu ſollicitator præſtat obligationem in manus
Cardinalis proponentis pro ſumptibus neceſſa-
riis, & in proximo Conſiſtorio fit per eundem
Cardinalem propoſitio, confecta ad eundem
effectum ſolita Schedula Conſiſtoriali dicta,
continente Proviſionem Pontificis, illaque mit-
titur ad Cardinalem Vicecancellarium, per
quem alia conficitur, ſubindè tandem in Data-
ria Apoſtolica fit expeditio Bullarum, niſi Pon-
tifex velit proponere in Conſiſtorio, quo caſu
non eſt opus hujuſmodi formalitatibus, ſed
ipſe, proponendo, providet, & diſpenſat, *Ad-
dens ad Lovet litera M. num. 10. col. 4. verſiculo
Carles François ont ſe privilege, & litera B n 13.
Paſtor de Benefic. lib. 1. tit. 2. num. 8. in principio,
Tondut reſol. canonic. & benefic. part. 1. cap. 33.
n. 2. & par. 2. cap. 2. §. 7. n. 2. & cap. 3. §. 6. n. 17.*

Qua occaſione eſt valdè notandum, quòd,
quantumvis in minoribus, ſeu inferioribus
Beneficiis Galliæ ſola Signatura ſufficiat, at-
tamen in iſtis Beneficiis majoribus, ſeu Con- 22
ſiſtorialibus non ſufficit, ſed debent intervenire
Bullæ, *Tondut. mox allata part. 2. cap. 2. §. 7.
num. 3.*

IV. Præmittendum eſt, quòd Monaſteria
Monialium ad ſimilitudinem Monaſteriorum
Monachorum, tanquàm Conſiſtorialia circà
promotionem ad Abbatiſſatum, quantumvis
non taxata in libris Cameræ, ſubjici tamen de-
bent quindenniis unita manui mortuæ, ſi de
tempore Unionis Conventu caruerint ex eo,
quòd loco Annatæ, ſeu Communis Servitii, ad
quod antè Unionem tenerentur, ob longè mi-
norem adminiſtrationem, & Juriſdictionem de
conſuetudine Curiæ traditur Papæ una dum- 23
taxat veſtis linea, ſeu Rochettum, *Gomez Sar-
nen. in Regul. 61. aliàs 54. hodie 55. Cancellar. de
valore in præfat. in med. verſic. Nam videmus,
& quæſt. 3. per tot. ac ſignanter in principio, §. Vi-
detur, & in med. §. Tamen, juncto verſic. & in
ſumma, Maſſ. Galleſ. de Annat. num. 30. circà
fin. §. Ex hujus regulæ in principio* ibi: *Monaſte-
ria Monialium, ſeu (magis propriè loquendo) il-
lorum Abbatiſſatus, pro quibus Annata non de-
betur, ſed quælibet Abbatiſſa dono dat ſolummodò
veſtem lineam quam vulgò Rochettum appellant,
ſeu certam modicam, pro eodem Rocchetto, pecu-
niarum ſummam, juncto § Quod de Monaſteriis
Monialium et § Eſt aliud, in principio, verſic. ſed
Beneficium, Lotther. de re benefic. lib. 1. quæſt. 26.
num. 62. et 63.* ibi: *etiamſi non ſint taxata in libris
Cameræ, ea ratione, quia pro hujuſmodi Provi-
ſionibus, quantuncumque fiant in Conſiſtorio, quæ
ad Abbatiſſatum promoventur. non ſolvunt Com-
mune, nec propterea fuit neceſſaria taxatio; ſed
tradunt Papæ (loco Annatæ) unam veſtem li-
neam, ſivè Rocchetum &c.* Eſtque clara ſuper
hoc diſpoſitio Conſtitutionum Apoſtolicarum,
ut in *Conſtitut. 33. Sixti V. §. 2. in principio, Bul-
lar. nov. Rom. tom. 2.* ibi: *etiamſi* Monaſteria *Mo-
nialium fuerint, quæ tamen tempore ipſarum Unio-
num &c. Conventu caruerint &c. Conſtitut.* 18.
*Urbani VIII antè §. 1. circà fin. tom. 5. & Conſti-
tut. 50. Clementis X. §. 4. in principio, tom. 6.
repet. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſtol. in ordine
la* VII. VIII. & XI.

V. Præmittendum eſt, quòd aliud eſt, Mona-
ſteria Monachorum, vel Monialium Conventu
carentia, vel non carentia, manui mortuæ uni-
ri, & aliud eſt, Beneficia Eccleſiaſtica Mona-
ſteriis Monachorum, vel Monialium Conventu
carentibus, vel non carentibus, uniri; in pri-
mo enim caſu Monaſteria Monachorum unita,
ſivè Conventu careant, ſivè non careant, de-
bent quindennia; Monaſteria verò Monialium
ſolùm, ſi Conventu careant de tempore Unionis,
debent quindennia: in ſecundo autem caſu
Unionis Beneficiorum Eccleſiaſticorum factæ 24
Monaſteriis Monachorum, aut Monialium Con-
ventu carentibus, vel non carentibus quinden-
nia debentur, veluti ex mente Pontificiarum
Conſtitutionum ſuper quindenniis editarum
ponderant *Menoch. conſil 1. nu. 9. poſt conſil. 897.
Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4 de quin-
denn.*

*denn. n.*10.11.*&* 12. ibi:*aliud enim eſt, quòd quindennia ſolvantur pro Beneficiis, quæ uniuntur Monaſteriis &c. et aliud, quòd ſolvantur pro Monaſteriis Monialium &c. quando uniuntur aliis Collegiis; priori enim caſu Cameræ Apoſtolica, et Officiales Cancellariæ damnum paterentur, quia pro illis Beneficiis ſolvebatur Annata, quæ, cùm per Unionem fuerit ſublata, æquum eſt, quòd ſubintret quindennium. Secundo verò caſu pro Monaſterio habente Conventum &c. non ſolvitur Annata, quia adminiſtratio eſt quid manuale, et omnes fructus ſunt addicti Regularibus &c. ſimiliter Monaſteria Monialium, niſi ſit collativum, ut in Francia, non ſolvunt* Annatam; *undè, ſi uniantur alteri Eccleſiæ, nec quidem ſolvunt quindennia, ſi habeant Conventum, quia priùs non ſolvebant* Annatam, *eo quòd nulla contingebat vacatio; ſi verò Monaſterium hujuſmodi Conventu, et Hoſpitale careat cura, tunc redditur ad inſtar* Beneficii *ſimplicis, pro cujus ſolutione rectè exigitur quindennium, licet pro iis nunquam fuerit ſoluta* Annata, *nec quidem fuiſſet, niſi ſubſequuta eſſet* Unio *&c.*

VI. Denique præmittendum eſt, quòd antiquitùs, quando devotio, ac virtus illius ſæculi nihil laſcivi criminis ſuſpicari ſinebat ob virorum, ac fœminarum tunc exquiſitam probitatem, ac ſanctam converſationem, ſimul cohærentium, ac indiſcriminatim hoc cohoneſtare contendentium, ſub eodem quidem ambitu, aut etiam tecto degentium, ſed pariete quopiam diſcretorum hinc virorum, indè mulierum ſub Regula S. Baſilii Magni: ſicque Monaſteria potiùs bipartita, ac ſepto dividente concluſa,
25 communia aderant Monaſteria pro ſimultanea Monachorum, ac Monialium habitatione, vel ſecundùm alios hinc indè duplicia, ſeu dupla nuncupata in alio ſenſu ob illius ætatis ſimplicitatem etiam ſimplicia nuncupanda; poſteà tamen frigeſcente devotione illa (bona enim parum durat) creſcente malitia mortalium, & decreſcente in dies veteri ſimplicitate, prohibitum fuit, nè deinceps Monaſteria duplicia Virorum, & fœminarum erigerentur ob inſidias Diaboli, *cap diffinimus* 21. *cap. in nullo loco* 22. *cap. pernicioſam* 25. *in fin* 18. *quæſt.* 2. *l. Sanctiſſimarum* 44. *C. de Epiſc. et Cleric* *Novell.* 123. *de Sanctiſſim. Epiſcop.* §. *In omnibus autem* Monaſteriis 36. *et Novell.* 133. *quomodò oport. Monach. vivere* §. *Non ingrediantur* 3. *Gonzalez Tellez in cap. Monaſteria Sanctimonialium* 8. *num.*9. *de vita, et honeſtate Cleric. & in notis ad cap. ſicut regiminis* 6. *nu.* 3. *litera D. de Regular. Haæpthen. diſquiſition. monaſtic. lib.* 1. *tract.* 1. *diſquiſit.* 5. *Tamburin.de Jur.* Abbat.*tom.*3.*diſput.*5. *quæſit.*1. *num.* 7. *Germon. de Sacr. immun. lib.* 2. *cap.* 8. *num.*5. *Cabaſſut. notit Concil cap.* 62. *in princip. in Canone* 28. *& cap.*75.*in fin. in Canone* 20. *Dart. in Decret. Gratian. part.* 2. *cauſ.* 18. *quæſt.* 2. *in fin. Canon.* 10. 16. *&* 26. *columm.* 2. *verſic. porrò Monachi, Theophyl. Raynaud. de ſobria frequentatione mulierum per Sacros homines, cap.*8. *in principio, verſiculo non eſt cenſenda, et in fin. verſiculo allegatur denique, cum plurib. verſicul. ſeqq. regiſtrat. in miſcellan. Sacr. tom.*12.*oper. fol mih.*286. *columm.*2. *in fin. fol.*287. *columm.*1. *in princip. & fol.* 302. *cum ſeqq. juxta ultimam editionem*. In-
26 ter alia enim frequentiora Monaſteria duplicia legimus de Monaſterio à S. Geva conſtructo de anno 1129. *Freckenhorſt. in Weſtphalia*, de S. Vindiciano Epiſcopo Attrebaten. ſub annum 700. extructo in Hunolcurt Cameracen. agri pago, & longè poſt de alio Monaſterio à S. Brigita Vi- 27
dua Sueca ſub Urbano V. de anno 1360. quæ Romam profecta, ritum vitæ à ſe inſtitutum probari obtinuit, ut Cœnobium commune utrique ſexui foret; cùmque Martinus V. aliquando hæc Monaſteria Brigitana deinceps conſtrui vetuiſſet, prout cum effectu duplicitatem hujuſmodi Monaſteriorum diſſolvit: poſteà tamen urgente Henrico Daniæ, & Norvegiæ Rege, nec non Catherina ejuſdem Genitrice Regina Angliæ, & poſcentibus Prælatis illorum Regnorum, deſtitit, diſſolutionem hujuſmodi revocavit, Monaſteria ad priorem duplicitatis ſtatum deducens in Regnis tamen Angliæ, Daniæ, Norvegiæ, aliiſque ditionibus dictorum Regum; moxque ſub Eugenio IV. tentatum, ſed in irritum, quod quidem ità conſtitutum fuiſſe à Salvatore ipſo, habetur cap. 10. ejuſdem Regulæ Salvatoris Ordini Brigitano præfixæ ſub denominatione SS. Salvatoris, teſte *P. Raynaud. loc mox citat. verſiculo quamquàm S. Vindicianus fol. mihi* 303. *columm.* 2. de quo quidem fuſiùs meminit *Sacra Congregatio Concilii in ſuo Decreto* 19. *Septembris* 1682. edito, quod uti ſingulare hic adnectere non piget, ut ſequitur.

Belgii Profeſſionis Regularis. *Cap.*1. *ſeſſ* 25. 28
de Regular. Ordo Regularium utriuſque ſexus ſub denominatione Sſmi Salvatoris, de cujus origine, vivendi modo, & vario ſtatu videri poſſunt *S. Antonin. tom.*3. *Chronic. tit* 24. *cap.* 11. §. 4. *pag. mih.* 797. *P. Raynaud. oper. tom.* 12. *tract. de ſobr. frequent. mulier. per Sacr. homin. cap.*8. *fol. mih.* 303. *juxta ultimam impreſſionem, verſiculo quamquàm S. Vindicianus*, non ita pridem à S. Brigita inſtitutus; ità, ut Monaſteria deberent eſſe duplicia, Virorum ſcilicet, & mulierum intrà eadem ſepta, ſub diverſis tamen Clauſuris à S. M. Urbano VI. aliiſque Summis Pontificibus approbatus fuit; verùm tractu temporis compertum eſt, hujuſmodi Virorum cum mulieribus cohabitationem ſuſpiciones, & ſcandala parituram.

Undè S. M. Martinus V. eorundem Monaſteriorum duplicitatem diſſolvit, illaque ſimplicia, & ab invicem ſeparata eſſe voluit, licet poſteà ad preces Henrici Regis, & Catharinæ ejuſdem Genitricis Reginæ Angliæ diſſolutionem hujuſmodi revocaverit, & Monaſteria ad priorem duplicitatis ſtatum deduxerit in Regnis tamen Angliæ, Daniæ, Hornegiæ, aliiſque ditionibus dictorum Regum dumtaxat, ut patet ex illius literis Apoſtolicis datis XVIII. Kalend. Januar. anno ejus VII. & ex aliis datis IV. Nonas Februar. anno VIII. ad quarum limites intelligendus videtur *Abb. Panormitan. conſil.* 8. *lib.* 1. qui in fine teſtatur, ſe vidiſſe literas Martini V. plumbatas, revocantes diſſolutionem Monaſteriorum duplicium per eundem factam. At accepto, plures ex diſſolutione præfata diſſentiones, & inconvenientia ſurrexiſſe, & majora in dies emerſura fore, S. M. Eugenius IV. prævia Conſtitutionis Martini V. revocatione, nec ulla illius moderatione quoad Regna Angliæ, & alia mox enunciata mentione facta, Fratrum, & Sororum cohabitationem juxta primævum Ordinis Inſtitutum generaliter, & ubicumque licitam declaravit, *quinimmò Fratres*

extrà

extrà priora Monaſteria *duplicia degentes ad illa regredi, ſi omnimodè ibi locari valerent, alioquin ad Carthuſienſium, S. Benedicti, Canonicorum Regularium S. Auguſtini, Prædicatorum, & Minorum Ordines, in quibus benevolos inveniſſent receptores, tranſire voluit, ſtatuens nihilominùs, nè de cætero Fratres, aut Sorores hujuſmodi vigore cujuſcumque Privilegii, locum aliquem acceptare, ſeu tenere auderent, ubi, aut propter ineptitudinem loci, aut penuriam facultatum loca ipſa non viderentur ad perfectionem reduci poſſe juxta Regulam S.Brigitæ.*

Poſtmodùm, ex Decreto Capituli Generalis à Sede Apoſtolica confirmato cautum fuit, nè alia dicti Ordinis Monaſteria ſine ſpeciali ejuſdem Sedis auctoritate deinceps erigi poſſent.

Quo tamen non obſtante, S.M.Clemens VIII. ſupplicationibus Iſabellæ Infantis Hiſpaniarum, & Principiſſæ Flandriæ inclinatus, commiſit Nuncio apud Belgas, & Ordinariis Locorum, ut Conſtitutionibus dicti Ordinis examinatis, atque inventis licitis, & honeſtis, & per Sedem Apoſtolicam approbatis, facultatem impertirentur fundandi nova Monaſteria, & in illorum fundatione ſtatuendi quæcumque pro eorundem proſpero regimine neceſſaria eſſe judicaſſet.

Nonnulla itaque Monaſteria erecta fuere, ſimplicia tamen Virorum, nempè ab illis mulierum ſeparata, editæque ſucceſſivè Conſtitutiones in formula emittendæ Profeſſionis, & pleriſque aliis minimè conformes Regulæ primitùs traditæ à S.Brigita, quas S.M.Gregorius XV. confirmavit; undè noviſſimi iſti priores illi Brigitani vulgariter appellati ſunt.

Contentione hinc exorta, an Monaſteria noviſſimorum eſſent vera Ordinis Sſmi Salvatoris, ſeu S. Brigitæ Monaſteria, ex quo ſecundùm illius inſtitutionem non erant duplicia, Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium declaravit, dicta Monaſteria vigore literarum Clementis VIII. erecta, & erigenda, eſſe, ac fore vera membra dicti Ordinis, non ſecùs, ac ſi eſſent duplicia, & Religioſi unà cum Monialibus cohabitarent, quam declarationem S. M. Urbanus VIII. ſalva præfatæ Congregationis auctoritate confirmavit. Nihilominùs Capitulum Generale priorum Brigitanorum de anno 1675. inter cætera decrevit -- non agnoſcere noviſſimum Ordinem pro vero, & legitimo, quod Decretum Sſmus D. N. de ejuſdem Congregationis Epiſcoporum, & Regularium conſilio approbavit. His intellectis, nonnulli ex Brigitanis noviſſimis ſe à Religione, illiuſque votis penitùs exemptos eſſe prætenderunt, undè Sacra Congregatio, particulariter tamen deputata, ſub die 2. Julii 1681. decrevit, illorum Congregationem eſſe veram Religionem ſub Regula S. Auguſtini à S. Sede Apoſtolica in Congregationem erectam, diverſam tamen à Religione Sſmi Salvatoris, ſeu S. Brigitæ ab Urbano VI. Martino V. & Eugenio IV. erecta, & reſpectivè approbata, & dictæ Religionis noviſſimorum profeſſos utriuſque ſexus eſſe, & reputari veros Religioſos. At nec huic Decreto acquieſcentes noviſſimi, nuper Sſmo D. N. expoſuerunt eatenùs ſe in dicta Religione profeſſos fuiſſe, quatenùs crediderunt unam, eandèmque cum vera, & priori Religione S. Brigitæ, ſupplicantes proindè declarari.

I. An eorum Profeſſiones cenſendæ ſint invalidæ.

II. Tribui aliquibus Prælatis auctoritatem revidendi, &, quatenùs opus ſit, confirmandi eorum Conſtitutiones hactenùs conditas, & obſervatas, & juxta illas admittendi ad novam profeſſionem eos, qui iterùm profiteri volent, aliis verò alteram Religionem ex approbatis, etiam præter ſpecificatas in Bulla Eugenii IV. ingredi volentibus facultatem tranſeundi, & ad ſæculum redire malentibus, dotem, & Bona in Religionem collocata reſtituendi.

Quatenùs verò validæ, mandari.

III. Ut quamprimùm deputentur quatuor, aut quinque perſonæ, quæ Conſtitutiones revideant, & corrigenda corrigant, nec non addenda addant, quæ ſic reviſæ, & correctæ ad S. Sedem confirmandæ remittantur, & pro ipſis habeant vim Regulæ, eáſque profiteantur cum Regula communi S. Auguſtini.

IV. Ut conficiant Cæremoniale, ſeu Rituale ad ritè perſolvendum Divinum Officium juxta Ritum S. R. E. & Statuta Ordinis à S. Sede approbata.

V. Ut in poſterum cantetur Officium Cantu Gregoriano ad normam Regulæ, & prout ſtatuitur in Revelationibus S. Matris Brigitæ.

VI. Ut Superiores ſeriò curent, Juvenes Religioſos incumbere, & vacare ſtudiis tàm Philoſophiæ, quàm Theologiæ, ut poſteà applicari valeant Concionibus, & Confeſſionibus fidelium excipiendis, ut latiùs cap. 11. dictæ Regulæ.

VII. Cùm Priores, ſeu Vicarii Conventuum ſint triennales, elapſo Triennio illi non poſſint denuò ad aliud Triennium, ſivè in ſuo, ſivè in alieno Monaſterio eligi, niſi ad minus ſex, qui anno à Superioritate vacaverint.

VIII. Ut ad uniformitatem in Congregatione introducendam determinetur, declaretùrque forma, norma, & color veſtium.

Cùm autem Sanctitas Sua, non obſtante narrativa, quòd in Congregatione Epiſcoporum, & Regularium generali, & particulari Decreta præfata emanaverant, preces hujuſmodi ad hanc Sacram Congregationem remiſerit, Emi Patres, ad quorum manus deferetur Summarium continens formulas Profeſſionis, & literas Apoſtolicas S.M. Clementis VIII. Gregorii XV. Urbani VIII & Sſmi D. N. aliàque ad rem facientia, deliberare non gravabuntur, quid deſuper decernere expediat.

Die 19. Septembris 1682. Sacra Congregatio Emorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, cenſuit, Profeſſiones fuiſſe, & eſſe validas, & Religioſos noviſſimos vocandos eſſe Brigitanos ad formam Conſtitutionis, ſeu Brevis S. M. Urbani VIII.

In cæteris ad mentem.

Hùc uſque Decretum Sacræ Congregationis, Concilii.

Et in Civitate Ulyxbonen. Patria mea viget 29
Monaſterium Monialium Nationis Anglicanæ 30
vulgò in illis Partibus *as Ingrezinhas* nuncupatarum, ejuſdem Ordinis Brigitani, quæ quidem uſque de anno 1594. exules à Diœceſi Londinen. apud Anglos tunc ingraveſcente dira Anglicana hæreſi, ad Civitatem prædictam Ulyxbonen. tranſlatæ unà cum Monachis ejuſdem Or-

Ordinis, ibique Portugalliæ Regis, cæterorúm-
31 que benefactorum eleemoſynis larga manu (ut Luſitana pietas aſſolet) erogatis aluntur.

Veruntamen (redeundo ad rem noſtram, adeò prohibita fuere Monaſteria utriuſque ſexus,
32 ut poſteà nec permiſſum fuerit, Monaſteria Virorum uniri Monaſteriis mulierum, vel è contrà (tanta eſt Pontificum diſciplina, tàm ordinata rerum diſtributio) *Turricell. de unione Beneficiorum cap.5. num.20. Rota coram Alexandro VIII.*
33 *dec. 9. num.20.* ità, ut, etiamſi Monachi, Monialium curam gerant, & Bonorum adminiſtrationem habeant, non per hoc ſequitur, Monaſteria Monialium unita dici Monaſteriis Monachorum, aut eſſe Grangias, vel illorum dependentia membra, *Turicell. loc. allegat. num. 21. Rota allegat. dec. 9. nu. 21. coram Alexand VIII.* Quibus omnibus lato calamo pro neceſſitate præmiſſis, cùm in VI. ac ultimo præmiſſo conſtet, etiam hodie, ſaltem Monaſteria Brigitana utriuſque ſexus dari de facto, in quibus viri, & fœminæ ſunt permixti ob tolerantiam Sedis Apoſtolicæ, licet de Jure non debeant eſſe talia Monaſteria, non eſt omninò ſuperflua præſens materia, proindeque in præſenti firmamus, quòd ex Beneficiis Regularibus, ſeu Monaſteriis duplicibus Monachorum, & Monialium, annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, de tempore Unionis Conventu carentibus, etiam
34 adhuc debentur quindennia; quia ad ſolvendum quindennia ſatis eſt, quòd unum, vel aliud Monaſterium ex unitis, poſteà unitum manui mortuæ, de tempore Unionis cum effectu Conventu careat, cùm ſervandæ veniant Bullæ in ea parte, in qua commodè ſervari poſſunt, ſicque benè erit locus quindenniis: aliàs fieret manifeſta fraus Bullis, ſubterfugiendo ſolutionem quindenniorum ſub ſolo prætextu duplicitatis Monaſteriorum inter ſe unitorum, contra verba
35 Bullarum, quæ, ſi non diſtinguunt, nec nos diſtinguere debemus *l. non diſtinguemus 32. ff de recept. arbitr. Barboſa axiom. 136. n.4.*

Neque obſtat, quòd in dubio ad evitandam ſolutionem quindenniorum, quæ odioſa ſunt, Monaſterium Monachorum carens, vel non carens Conventu, participare deberet de favore alterius Monaſterii Monialium, ſibi uniti, Conventu non carentis, & ſic non debentis quindennium ad formam Bullarum: quippè immò hac via non ſervarentur Bullæ, cùm non ſolverentur quindennia ex Monaſterio illa debente.

Minùſque obſtat, quòd, cùm duplex Monaſterium utriuſque ſexus, ſit compoſitum, non autem ſimplex, non compræhendatur in Bullis, quæ loquuntur de ſimplici, præſertim in materia
36 odioſa, qualis eſt iſta quindenniorum, nè aliàs mixtum participans de duobus, contrarium, diverſum, ac incompatibile evadat, *l. Imperium 3. verſic. mixtum ff. de Juriſdict. omn. Judic. l.1. ff. de donation. l.1. in princip. ff. de ventr. inſpic. l ſi ſtatulibera 6. § fin. ff. de ſtatuliber. Alexand. conſ. 116. num. 10. cum ſeq. lib. 2. Decius conſ. 333. à num. 1. & 2. Menoch. conſ. 112. n. 62. lib. 2. Paz de tenuta cap. 57. num. 178. alter lopez meruelior, quia alter, in l. 2. gloſſ. 3. in principio tit. 17. part. 7. Salgad. de ſupplicat. ad Sanctiſſ. part. 2. cap. 33. num. 11. Panciroll. var. lection. lib. 3. cap. 1. verſic. credo, Roxas de incompatibilit. part. 8. cap. 2. à n. 66. Surd. dec. Mantuan. 174. à num. 15. & dec. 329. num. 19.* ac in ſimili de reſervatione Monaſteriorum CC. Florenos, ſeu 37
Ducatos auri de Camera excedentium inducta per *Regul. 2. Cancellar. Sott. ad eand. Regul. nu. 6.* undè, ut ſub *Regula Cancellariæ* reſervatoria menſium, olim 8. *hodie 9.* compræhendi poſſent etiam Beneficia qualificata, aliàs ob qualificationem forſitan non compræhendenda, expreſsè declaratum in eadem *Regula* extitit, illa 38
compræhendi, veluti benè notant *Gonzalez ad eand. Regul. 8. hodie 9. Cancellar. de Menſib. Mandoſ. in Regul. 11. Cancellar. quæſt. 16. num. 2. & in Regul. 32. Cancellar. quæſt. 30. num. 8. in principio, verſiculo ampliùs Coadjutoria*; quia mixtum 39
benè compræhenditur, quando, ut in caſu, concurrit veriſimilis mens Summorum Pontificum, nè ſub hoc captioſo prætextu fraus fiat ejus Cameræ, ac Annatiſtis in quindenniorum exigendorum prætermiſſione, *Barboſa axiom. 152. n. 5.*

Longè minùs obſtat, quòd Monaſteria duplicia, uti inter ſe unita, vigore unionis habenda ſint pro uno Monaſterio, quaſi facta unum 40
corpus, & unum integrale, ut in ſimili *Garz. de Benefic. part. 5. cap. 3. num. 144. poſt med. Pacian. de probation lib. 1. cap. 27. num. 20. cum ſeq.* ſicque ad effugiendum quindennii ſolutionem quantumvis utrumque Monaſterium non careat Conventu, ſed unum tantùm; attamen non videretur ſolvendum eſſe quindennium, ac ſi utrumque Monaſterium Conventu non careret, & in hoc utrumque Monaſterium habendum ſit pro uno, ac mediante unione unum 41
Monaſterium convertitur, & tranſubſtantiatur in naturam alterius, *Gonzalez ad Regul. 8. hodie 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 5. § 7. num. 3.* quoniam eadem militat ratio, quod, ſi vigore unionis utrumque Monaſterium habendum ſit pro uno, ex alia parte ſolvendum ſit quindennium, ac ſi utrumque Monaſterium Conventu 42
careret: nec major, aut diſpar militat ratio in uno, quàm in alio, *Barboſa axiom. 152. num. 6.*

Omiſſo, quòd ad hoc, ut duplex Monaſterium utriuſque ſexus habendum ſit pro uno, deberet probari, unionem proceſſiſſe acceſſoriè, ac per viam incorporationis; aliàs enim, ſi proceſſit 43
æquè principaliter, non eſt habendum pro uno Monaſterio, ut benè diſtinguunt *Gonzalez ad Regul. 8. hodie 9. Cancellar de Menſib. gloſſ. 5. § 7. num. 116. cum ſeqq. Garzias de Benefic. part. 5. cap. 3. num. 144. in principio & num. 145.* Alias ex parte Monaſterium Virorum videretur eſſe principale, uti dignius ratione ſexus, illudque 44
fœminarum acceſſorium, veluti in ſimili *Pacian. de probation. lib. 1. cap. 27. num. 12. & 13. Gonzalez ad ſæpè laudat. Regul. 9. loc. citat. nu. 129.* niſi ageretur de Monaſterio Monialium Conventu non carente, unito Monaſterio Monachorum (ut antiquitùs haud citrà ſcandalum tolerabatur) quod ſubjectum eſſet Monaſterio Monialium; & ſicuti quodcumque Monaſterium, quamvis unitum Monaſterio non privilegiato, 45
ſeu non habenti privilegia, non perdit ſua Jura, & propria privilegia, quæ antè unionem habebat, non tamen illa communicat, ſeu participat alteri Monaſterio, *Pacian. loc. mox relat. num. 17. cum ſeqq. & num. 23. Turricell. de union. Benefic. cap. 3. num. 9. Rota coram Dunozet. Jun. dec. 651.*

*dec.*651. *num.*30. *tom.*2. ità unum Monaſterium Conventu non carens, quantumvis unitum alteri Monaſterio Conventu carenti non participat de privilegio non ſolvendi quindennia, ſed alterum Monaſterium Conventu carens, retinet propriam naturam ſolvendi quindennia ob Conventus carentiam.

Præterea ad ſummum forſitan (quod tamen non firmo) intraret objectum, quando Monaſteria eſſent unita in unam, eandèmque eſſen-
46 tiam, & virtutem, quod in Monaſterio duplici Virorum, ac mulierum cadere nequit, ſecùs verò, quando uniuntur quoad quid, ſeu ſecundùm quid, quoad obedientiam nempè, *Pacian.*
47 *loc. allegat. num.* 53. *&* 57. *cum ſeqq.* In dubio tamen præſumitur unio æquè principaliter facta, *Turricell de nnion. Benefic. cap.* 1. *num.* 12. *Rota coram Card Celſ. dec.* 76. *num.* 7. *Dunozet. Jun. deciſ.*640. *num* 20. *tom.*2. *Bich. dec.*665. *num.*33. *tom.*2. *ac in recentior. dec.*533. *nu.*10. *part.*10.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis Regularibus, ſeu Monaſteriis Virorum, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, quantumvis de tempore Unionis Conventualibus, ſeu Conventualitatem, vel Conventum habentibus, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *In Bullis quindenniorum Monaſteria Monialium excipiuntur à contrario ſenſu à quindenniis, de tempore Unionis, Conventu non carentia.*
2 *Non præſumitur, Pontifices ſucceſſores excipientes à quindenniis Monaſteria Monialium, derogare voluiſſe Conſtitutionibus Pontificum Prædeceſſorum quindenniis ſubjicientium Monaſteria Virorum.*
3 *Sed potiùs præſumitur, velle præteritorum Legiſlatorum Conſtitutiones adamuſſim ſervari.*
4 *Super quo Pontifices ſucceſſores proteſtantur in Bullis quindenniorum.*
5 *Ex Bullis quindenniorum præcedentibus apertiſſimè conſtat quindennia etiam deberi ex Monaſteriis Virorum unitis.*
6 *Non præſumitur volita derogatio præcedentium Conſtitutionum, & cur.*
7 *Pontificiæ Conſtitutiones ſedulò condi ſolent.*
8 *Contrarietas omninò evitanda eſt.*
9 *In potiori, et proprio ſignificatu ſumenda ſunt verba.*
10 *Ut propriè dicatur Monaſterium, debet habere Conventum.*
11 *Intellectus* Regulæ 2. Cancellar.
12 *Intellectus* Regulæ 11. Cancellar.
13 *Intellectus* Regulæ 13. Cancellar.
14 *Intellectus* Regulæ 15. Cancellar.
15 *Intellectus* Regulæ 26. Cancellar.
16 *Intellectus* Regulæ 55. Cancellar.
17 *Intellectus* Regulæ 60. Cancellar.
18 *Intellectus* Regulæ 64. Cancellar.
19 *Intellectus* Extravag. ad regimen. 13. de Præbend. inter commun.
20 *Caſus omiſſus habetur pro omiſſo.*
21 *Monaſteria Virorum ut plurimùm ſunt taxata in libris Cameræ.*
22 *Monaſteria Monialium de tempore Proviſionis Conventum habentia nullam penitùs ſolvunt Annatam.*
23 *Illa verò de tempore Unionis Conventu carentia ſolvunt quindennia.*
24 *Monaſteria Virorum, tametſi Conventum habentia, adhùc ſemper ſubjacent ſolutioni Annatæ, proindèque ſolutioni quindennii.*
25 *Conditio Conventualitatis requiſita à Bullis quindenniorum, in Monaſteriis Monialium, ut illa à quindenniis excepta intelligantur, referri debet ſolummodò ad Monaſteria Monialium.*
26 *Maſculinum quandoque comprehendit etiam fœmininum, ſed non ſecùs.*
27 *Adducitur* Geneſ. cap. 1. verſ. 27.
28 Regula 2. Cancellar. *reſervatoria Monaſteriorum Virorum, nullo modo comprehendit Monaſteria Monialium.*
29 Monaſteria *etiam propriè dicuntur* Monialium.
30 Modus *diſcretivus loquendi denotat diverſitatem.*
31 *Ex omnibus Monaſteriis Virorum, quamvis de tempore Unionis Conventum habentibus ſemper exacta fuerunt, & actu exiguntur quindennia.*
32 *Ex qua obſervantia oritur germana intelligentia Conſtitutionum ſuper quindenniis editarum.*
33 *Declarantur ſcribentes in* Romana Quindenniorum *pro Camera Apoſtolica contrà Collegium Germanicum de Urbe.*
34 *Doctores intelligendi ſunt juxta auctoritates, quas allegant.*
35 *Rejicitur* Vermigliol. conſ. 476. & 477. & Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 139. & de Regalib. diſcurſ. 162.
36 *Beneficia unita Monaſteriis Monialium, & Hoſpitalibus ſolvere debent quindennium.*
37 *Iterùm declarantur Scribentes in dicta* Romana Quindenniorum, *de qua ſuprà* n. 33.
38 *Expenduntur Bullæ Sixti V. Urbani VIII. & Clementis X. ſuper materia quindenniorum.*
39 *Expenduntur Bullæ Julii III. Pauli IV. & S. Pii V. ſuper eadem materia.*
40 *Verbum relativum quæ quid importet.*
41 *Dictio* tamen *quid importet.*
42 *Oratio unica, quæ regitur ab eodem verbo, ſub una, eadèmque determinatione intelligitur.*
43 *Iterùm dictio* tamen *quid operetur.*

CAPITULUM LX.

NE' ſumatur æquivocum in *Conſtitutione* 33. *Sixti V* §. 2. *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. *in Conſtitutione* 18. *Urbani VIII. in principio, tom.*5. *& in Conſtitutione* 50. *Clementis X.* §. 4. *tom* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſt. in ordine*
la VII. VIII. & XI. excipientibus à contrario 1
ſenſu à quindenniis Monaſteria Monialium Conventum habentia, in verbis ibi: *etiamſi Monaſteria Monialium &c. fuerint, quæ tamen tempore ipſarum Unionum &c. Conventu &c. caruerint &c.* putando, quòd à quindenniis etiam intelligantur excepta Monaſteria Virorum, de tempore Unionis Conventum habentia, contrarium reſolvimus in præſenti, quòd ex Beneficiis Regularibus, ſeu Monaſteriis Virorum, annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, quantum-

vis de tempore Unionis Conventualibus , ſeu
Conventualitatem , vel Conventum habentibus,
etiam adhùc debentur quindennia ; potiſſima
autem ratio , ob quam Monaſteria Monialium
Conventum habentia , ſi uniantur alteri Mona-
ſterio pariter Monialium , non debetur ex iis
quindennium , ea eſt , quia Monaſteria Monia-
lium Conventum habentia , ſicut etiam Hoſpi-
talia hoſpitalitatem , aut curam ægrotorum
habentia , non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica , ne-
que ex iis ſolvitur Annata , cùm ſint ſimplices
Adminiſtrationes ; proindèque , ſi uniantur , eo
quòd remanent eadem onera , non debetur ex
2 iis quindennium : non enim præſumitur , Ponti-
fices ſucceſſores excipientes à quindenniis Mo-
naſteria Monialium , derogare voluiſſe Conſti-
tutionibus Pontificum Prædeceſſorum , quin-
denniis ſubjicientium Monaſteria Virorum , per
*text.in cap.ex parte 3. de Cappell Monach.Felin.in
cap. nonnulli 28.n.2. de Reſcript. Card.de Luca de
Regular. diſcur.32.num.* 8. *D. Advocat. Urſaya
diſcept Eccl. tom 3. part.2. diſcept.3. nu.54. cum
ſeqq. Rota coram Emerix Jun. dec.1177. per tot.
ac ſignanter num.4. Buratt. dec.463 num 4. & 5.
Card. Cavaler. dec.101. num. 2. dec. 228. num. 4.
3 & dec.601 per tot.* ſed potiùs præſumitur , Sum-
mos Pontifices velle præteritorum Legiſlatorum
Conſtitutiones adamuſſim ſervari , niſi eas ex-
preſsè revocaverint , immò ipſaſmet Bullas
quindenniorum confirmare ſtatuerunt iidem
Pontifices ſucceſſores , & ſignanter *Julius III.
Conſtit. 20. in principio , juncto §. 6. Bullar. nov.
Rom tom.* 1. ibi „ his , quæ à Prædeceſſoribus
„ noſtris ad hoc providè emanarunt , libenter
„ adjicimus noſtri muniminis firmitatem &c.
„ omnia , & ſingula in eis contenta &c. appro-
„ bamus , & innovamus &c. & à quibuſcum-
„ que &c. tàm pro præterito , quàm pro futuro
„ tempore inviolabiliter obſervari &c. decerni-
„ mus &c. „ *S. Pius V. Conſt. 38. in principio ,
juncto §. 1. tom. 2.* ibi „ Cùm autem &c. ut
„ Annatarum , Communium , & aliorum Ju-
„ rium &c. eo celeriùs , quo poterit , exactio ,
„ & exequutio fiat , plurimùm interſit , & ne-
„ ceſſarium exiſtat , ut tàm Julii III. & Pau-
„ li IV.&c.literas,quàm alias quaſcumque Con-
„ ſtitutiones &c. editas &c. per Nos innoven-
„ tur , approbentur , & confirmentur . Nos
„ igitur &c. approbamus , & confirmamus &c.
*Sixtus V. Conſtit. 33. in principio , juncto §. 1.
eod. tom. 2.* ibi „ ea , quæ propterea à Præ-
„ deceſſoribus noſtris providè ſtatuta fuerunt
„ &c. confirmationis noſtræ munimine robo-
„ ramus , & innovamus &c. Itaque &c. Literas
„ &c. Pauli II. &c. III. Pauli IV. ac Pii V. nec
„ non quorumcumque aliorum &c. Pontificum
„ &c. ſuper ſolutione Annatarum , Commu-
„ nium , Quindenniorum , & aliorum Jurium ,
„ ratione Proviſionum , & ſeu Unionum per-
„ petuarum quorumcumque Beneficiorum Ec-
„ cleſiaſticorum &c. editas , confirmatas , &
„ innovatas &c. approbamus , & confirmamus
„ &c. atque illas &c. quatenùs opus ſit , inno-
„ vamus &c. „ *Urbanus VIII. Conſtit. 18. §. 1.
tom.5.* ibi „ quaſcumque &c. literas eorundem
„ Pii , & Sixti V. nec non quorumcumque alio-
„ rum Romanorum Pontificum &c. editas ,
„ confirmatas , & innovatas &c. approbamus ,
„ & confirmamus &c. atque illas &c. innova-
„ mus &c. „ *& Clemens X. Conſtitut.50.in prin-
cipio , juncto §.5. & 6. tom.6.* ibi „ Poſtquàm
„ nonnullæ à diverſis Romanis Pontificibus
„ Prædeceſſoribus noſtris &c. ſuper ſolutione
„ Communium , Annatarum , & aliorum Ju-
„ rium &c. Conſtitutiones editæ emanaverant
„ &c. quaſcumque literas &c. confirmavit , &
„ approbavit &c. atque illas &c. innovavit &c.
„ literas &c. approbamus , & confirmamus &c.
„ atque illas &c. innovamus &c. „ *repet. poſt
Tract int. Conſt. Apoſt. in ordine la* III. VI. VII.
VIII. & XI. ſuper quo proteſtantur in Bullis 4
quindenniorum , Pontifices ſucceſſores .

Apertiſſimè autem liquet , quindennia etiam 5
ad formam præcedentium Conſtitutionum
Apoſtolicarum ſuper quindenniis emanatarum
deberi pro Beneficiis Regularibus , ſeu Mona-
ſteriis Virorum , manui mortuæ unitis , ut lege-
re eſt in *Conſtitut. 6. Pauli II.* §. 1. 2. 3. 4. 5. 6.
& 7. Bullar. nov. Rom. tom. 1. ibi „ quamplura
„ diverſorum Ordinum Monaſteria &c. Apo-
„ ſtolica auctoritate univimus , incorporavi-
„ mus &c. Propterea̓que &c. Monaſteria &c.
„ unita hujuſmodi ampliùs nequaquam vacare
„ ſperantur &c. ſtatuimus &c. & declaramus ,
„ quòd omnia , & ſingula Monaſteria &c. quo-
„ rum fructus &c. ſi in libris ejuſdem Cameræ
„ taxati reperiuntur , Communia , & Minuta
„ Servitia , atque alia Jura debita , & conſueta ,
„ tàm ipſis Cameræ , & Collegio , quàm Offi-
„ cialibus præfatis , reliqua verò Monaſteria
„ &c. ut præfertur , unita &c. Annatam , ſivè
„ medios fructus unius anni in poſterum ſingu-
„ lis XV. annis perpetuò ſequuturis , eidem Ca-
„ merario ſolvere teneantur , & debeant . Et
„ quòd de omnibus Monaſteriis &c. Commu-
„ nia , Minuta , & alia Jura , ſeu Annatas , &
„ medios fructus hujuſmodi ſolvere adſtringan-
„ tur etiam ſingulis annis XV. in futurum &c.
„ Alioqui , ſi à ſolutione &c. ceſſare præſumpſe-
„ rint , Uniones &c habeantur penitùs pro in-
„ fectis , & ſic Monaſteria &c. poſſint &c. im-
„ petrari &c. Non obſtantibus Unionibus &c. „
Conſtitut. 20. Julii III. § 6. *eod. tom.* 1. ibi „
„ quoad omnia , & ſingula Monaſteria &c. &
„ quorumvis Ordinum Regularia &c. „ *Conſti-
tut 17. Pauli IV.* §. 2. 7. 8. *& 11. eod tom.* 1.
ibi „ ſuper ſolutione mediorum , ſeu integro-
„ rum fructuum primi anni , dictæ Cameræ ,
„ ratione Monaſteriorum &c. pro tempore uni-
„ torum facienda &c. ob non ſolutionem me-
„ diorum , ſeu integrorum fructuum primi an-
„ ni Monaſteriorum &c. unitorum &c. ratione
„ Monaſteriorum &c. perpetuò unitorum &c.
„ ratione Unionum &c. de Monaſteriis &c. fa-
„ ctarum &c. omnes , & ſingulas Uniones &c.
„ de quibuſvis Monaſteriis &c. nec non Mona-
„ ſteria &c. unita hujuſmodi onus ſolutionis
„ Communium , & Minutorum Servitiorum ,
„ ac Annatarum , & aliorum Jurium ſemper
„ habuiſſe , & ad præſens habere . Et inſuper ,
„ ut ratio Communium , Minutorum Servitio-
„ rum , ac Annatarum , & aliorum Jurium
„ prædictorum clara habeatur &c. omnia , &
„ ſingula Monaſteria &c. quæ poſſident &c. no-
„ tificaſſe , & intimaſſe debeant , & ad id &c.
„ cogi , & compelli poſſint &c. „ *Conſtitut.* 38.
S. Pii V. §. 2. 3. 4. *& 6. tom.* 2. ibi „ Et inſu-
„ per , quoniam &c. hæſitatur , an Monaſteria ,
„ quorum fructus &c. in libris Cameræ Apoſto-
„ licæ taxati reperiuntur , nec non Prioratus
quo-

„ quorumvis Ordinum Regularia, & Regulares &c. quorum fructus in diſtributiones quotidianas convertuntur, ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi compræhendantur &c. quindenniorùmque uſus, & ſolutio, ideò adinventi ſunt, nè Cameræ prædictæ ex Monaſteriorum &c. Unionibus, quæ ampliùs vacare non ſperabatur, detrimentum aliquod pateretur &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c. Regularia &c. reliqua verò Monaſteria &c. Apoſtolica auctoritate unita &c. ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi compræhendi, & includi. Et propterea omnia, & ſingula Pia Loca &c. dummodò Monaſteria &c. poſſideant, ad ſolutionem Communium, Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum eidem Cameræ &c. ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. omnia, & ſingula &c. Pia Loca &c. ad indicandum &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c. moneat, & requirat &c. „ *Conſtitut.* 33. *Sixti V.* § 4. *eod. tom.* 2. ibi „ Mandantes &c. ut &c. Pia Loca &c. ad indicandum &c. omnia & ſingula Monaſteria, Prioratus &c. „ *Conſt.* 18. *Urbani VIII. in principio, juncto* §. 2. *tom.* 5. ibi „ quindenniorùmque uſus, & ſolutio, ideò adinventi fuerunt, nè Cameræ prædictæ ex Monaſteriorum, Prioratuum &c. Unionibus, quæ ampliùs vacare non ſperabantur, detrimentum aliquod induceretur &c. Motu ſimili &c. Monaſteria, Prioratus &c. unita &c. dummodò Monaſteria &c. poſſiderent, ad ſolutionem Communium, Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus, ratione Unionum &c. prædictarum ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. Mandans propterea &c. ut &c. ad indicandum &c. omnia, & ſingula Monaſteria, Prioratus &c. quæ &c. poſſiderent &c. moneret, & requireret &c. „ *& Conſt.* 50. *Clementis X.* §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. *&* 11. *tom.* 6. ibi „ omnes, & ſingulas Uniones &c. de quibuſvis Monaſteriis, Prioratibus &c. & Beneficiis &c. quorumvis Ordinum &c. Regularibus &c. perpetuò factas, & de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli II. &c. includi &c. nec non Monaſteria, Prioratus &c. hujuſmodi onus ſolutionis Communium, & Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum ſemper habuiſſe, & habere decrevit, & declaravit, mandans propterea &c. ut &c. omnia, ſingula Monaſteria &c. unita &c. notificaſſe, & intimaſſe debuiſſent &c. „ *repet. poſt Tract. int Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III. V. VI. VII. VIII. & XI.

6 Longèque minùs præſumitur volita derogatio præcedentium Conſtitutionum Apoſtolicarum quoad Monaſteria Virorum circà eorundem exemptionem, ſeu exceptuationem à quindenniis caſu, quo de tempore Unionis Conventum habuerint, dum iidem Pontifices ſucceſſores etiam quindenniis ſubjiciunt Monaſteria Virorum, nulla penitùs facta diſtinctione, dummodò de tempore Unionis Conventu careant, prout talem diſtinctionem fecerunt, agendo de Monaſteriis Monialium; quod clarè depræhenditur ex prælaudata Bulla Sixtina §. 2. ibi „ Statuimus &c. & declaramus, quòd Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis tàm ſæcularibus, quàm Regularibus &c. hactenùs factæ, & faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendantur &c. „ *&* §. 4. ibi „ Mandantes &c. ut &c. ad indicandum, & profitendum &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c. moneant, & requirant &c. „ *in citata Bulla Urbana in principio*, ibi „ nè Cameræ prædictæ ex Monaſteriorum &c. Unionibus &c. detrimentum aliquod induceretur &c. omnia, et ſingula &c. Pia Loca &c. in quorum favorem &c. Monaſteria &c. unita &c. reperirentur &c. dummodò Monaſteria &c. poſſiderent, ad ſolutionem Communium, Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus, ratione Unionum &c. prædictarum ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. & ad id &c. cogi, & compelli poſſe &c. Mandans propterea &c. ut &c. omnia, & ſingula &c. Pia Loca &c. ad indicandum, & profitendum &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c. quæ &c. poſſiderent &c. moneret, & requireret &c. quòd Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis &c. tàm ſæcularibus, quàm Regularibus &c. hactenùs factæ, & in futurum faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendi &c. & ad ſolutionem Quindenniorum teneri &c. & ad id cogi &c. poſſe &c. Mandantes propterea &c. ut &c. omnia, & ſingula &c. Pia Loca &c. ad indicandum, & profitendum &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c. unita &c. quæ &c. Loca Pia præfata vigore Unionum hujuſmodi poſſident &c. moneant, & requirant &c. „ *& in præfata Bulla Clementina in principio*, ibi „ ratione Unionum Monaſteriorum &c. „ §. 1. ibi „ ob non ſolutionem mediorum, ſeu integrorum fructuum primi anni Monaſteriorum &c. unitorum &c. omnes, & ſingulas Uniones &c. de quibuſvis Monaſteriis &c. & Beneficiis &c. Regularibus &c. quæ ex eorum perpetuitate non vacant &c. perpetuò factas, & de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli II. &c. includi &c. „ §. 2. ibi „ nec non Monaſteria &c. onus ſolutionis Communium, & Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum ſemper habuiſſe, & habere &c. quòdque &c. omnia, ſingula Monaſteria &c. unita &c. notificaſſe, & intimaſſe debuiſſent, & ad id &c. cogi &c. poſſent &c. „ §. 3. ibi „ nè Cameræ prædictæ ex Monaſteriorum &c. Unionibus, quæ ampliùs vacare non ſperabantur, detrimentum aliquod induceretur &c. omnia, & ſingula Pia Loca &c. in quorum favorem &c. Monaſteria &c. unita &c. exiſterent &c. dummodò Monaſteria &c. poſſiderent, ad ſolutionem Communium, & Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus, ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. & ad id &c. cogi &c. poſſe &c. Mandans propterea &c. ut &c. Pia Loca &c. ad indicandum, & profitendum &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c. quæ poſſiderent &c. moneret, & requireret &c. „ §. 4. ibi „ quòd Uniones &c. de

,, de quibuſcumque Beneficiis &c. tàm ſæcula-
,, ribus , quàm Regularibus &c. eatenùs factæ,
,, & in futurum faciendæ &c.ſub dictorum Præ-
,, deceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò
,, compræhendi &c. & ad ſolutionem Quinden-
,, niorum teneri &c. & ad id cogi &c. poſſe &c.
,, Mandans propterea &c. ut &c. ad indican-
,, dum , & profitendum &c. omnia , & ſingula
,, Monaſteria &c. unita &c. quæ &c. Pia Loca
,, prædicta vigore Unionis hujuſmodi poſſide-
,, bunt &c. monerent , & requirerent &c. ,, §.6.
,, ibi ,, omnes , & ſingulas Uniones de quibuſ-
,, vis Monaſteriis , & aliis Beneficiis &c. quo-
,, rumvis Ordinum Regularibus &c. quæ ex
,, eorum perpetuitate non vacant &c. perpetuò
,, factas , & de cætero &c. perpetuò faciendas ,
,, ſub literis Pauli Prædeceſſoris hujuſmodi
,, compræhendi , & includi &c. ,, §. 9. ibi ,, ut
,, &c. omnia , & ſingula &c. Loca Pia &c. ad
,, indicandum , & profitendum &c. omnia , &
,, ſingula Monaſteria &c. quæ &c. vigore Unio-
,, num hujuſmodi poſſident &c. moneat , & re-
,, quirat &c. ,, §.11. ibi ,, Loca Pia hujuſmodi ,
,, in quorum favorem Monaſteria &c.unita &c.
,, fuerint &c. repellendi facultatem &c. conce-
,, dimus , & communicamus &c. ,,

Aliàs ſibi contradicerent in continenti Ponti-
fices ſucceſſores , ſi , excipiendo à contrario ſen-
ſu à quindenniis Monaſteria Monialium , de
tempore Unionis Conventum habentia , intelli-
gerentur quoque excipere à quindenniis pari
modo Monaſteria Virorum , de tempore Unio-
nis Conventum habentia , quod non eſt dicen-
dum , nec præſumendum , præſertim in Conſti-
7 tutionibus Pontificiis ſeduiò , prout decet maje-
ſtatem Pontificiam conditis , *Barboſa axiom.*60.
*num.*1. *&* 7. in eadem namque oratione , & pe-
riodo daretur inevitabilis , ac irreconciliabilis
8 contrarietas , quæ tamen omninò evitanda eſt ,
cap.cùm expediat 29. *de election in* 6. *l ubi repu-*
gnantia 148.vel(ut alii legunt)*pugnantia ff de re-*
*gul.Jur.Barboſa axiom.*58.*n.*1. Nec Bullæ Apo-
ſtolicæ ſubjicientes quindenniis Monaſteria Vi-
rorum , veniunt intelligendæ dumtaxat de Mo-
naſteriis, de tempore eorum Unionis , Conven-
tu carentibus , ſed illæ intelligendæ ſunt de
Monaſteriis Virorum , quantumvis Conventum
9 habentibus , in potiori namque , & proprio ſi-
gnificatu ſumenda ſunt verba , *Barboſa axiom.*
222.*num.* 4 25. *&* 27. Monaſterium autem eo-
dem modo dicitur , quo dicitur Monachus ; itá,
ut dici nequeat Monachus , niſi qui Monachus
eſt , ſeu Conventualis , vel in Conventu habi-
10 tans : undè , ut Monaſterium propriè tale dica-
tur , debet eſſe Conventuale , ſeu habere Con-
ventualitatem , ſivè Conventum , *Gibalin. de*
*Aſcet. incluſ diſquiſit.*3. *cap.*1. §. 2. *num* 6. *poſt*
Tract. de Clauſur. Religioſ. Portell. dub. Regular.
verbo Monaſterium in addit. Mandoſ. in Regul. 2.
Cancellar. reſervator. Cathedral. & Monaſter.
quæſt. 3. *num.* 6. aliàs Monaſteria Conventu ca-
rentia , ſunt nomine tenùs : hinc *Regulæ Cancel-*
lariæ loquentes de Monaſteriis Virorum , intelli-
gendæ ſunt de Monaſteriis Conventum habenti-
11 bus , inter quas adeſt *Regula Cancellar.*reſervans
Sedi Apoſtolicæ Cathedrales , & Monaſteria
excedentia CC. Ducatos , ſeu Florenos auri de
12 Camera , *Regula* 11. *Cancellar.* declaratoria re-
13 ſervationis Monaſteriorum , *Regula* 13. *Cancel-*
lar. revocatoria Unionum Beneficiorum , &
Monaſteriorum , effectum non ſortitarum , *Re-* 14
gula 15. *Cancellar.* revocatoria facultatum con-
ferendi Beneficia reſervata , *Regula* 26.*Cancellar.* 15
reſervatoria Beneficiorum vacaturorum per pro-
motionem ad Cathedrales , & Monaſteria , *Re-* 16
gula 55. *Cancellar. de exprim. ver. valor.* etiam
in Beneficiis , & Monaſteriis ex Indulto Apoſto-
lico retentis per promotos , *Regula* 60.*Cancellar.* 17
de tranſlatione Monachi de uno ad aliud Mona-
ſterium , & *Regula* 64. *Cancellar.* reſervatoria 18
facultatum percipiendi pretium Officiorum
Romanæ Curiæ , etiam in favorem Monaſterio-
rum ; prout itá quoque venit intelligenda *Ex-* 19
travag. ad regimen. 13. *de Præbend. inter com-*
mun. agens de collatione Monaſteriorum .

His accedit , ſi Pontifices vellent eximere à
quindenniis etiam Monaſteria Virorum , de
tempore Unionis Conventum habentia, prout à
contrario ſenſu à quindenniis exemerunt Mona-
ſteria Monialium de tempore Unionis Conven-
tum habentia , profectò eximerent etiam a con-
trario ſenſu à quindenniis Monaſteria Virorum
de tempore Unionis Conventum habentia ; ita,
ut caſus omiſſus ab eiſdem Pontificibus in eo- 20
rum Conſtitutionibus , habeatur pro omiſſo , &
cenſeatur regulatus ad normam earundem tàm
præcedentium , quàm ſubſequentium Conſtitu-
tionum expreſsè ſubjicientium quindenniis Mo-
naſteria Virorum , manui mortuæ unita , nulla
prorsùs facta diſtinctione , dummodò nempè de
tempore Unionis Conventu caruerint , prout ta-
lem diſtinctionem fecerunt Pontifices ſucceſſo-
res in Monaſteriis Monialium , ad *textum in cap.*
dilectus 18.*de Offic.Ordinar.cap inter corporalia* 2.
de tranſlation Epiſcop cap.is,qui 18. *de ſentent ex-*
cōmunication in 6.*l commodiſſimè* 10 *ff de liber.&*
poſthum.Barboſa axiom 39.*n.*1.*cum ſeqq.ego in al-*
tero meo Tract de Quindenn cap 16 *n.*13 *& cap.*27.
*nu.*5.9 20. 21. 40. *& ſeqq.* facile namque erat ,
ut prædixi , in Conſtitutionibus id exprimere ,
ſeu diſtinguere , prout in eiſdem Conſtitutioni-
bus id expreſſum , ſeu diſtinctum fuit quoad
Monaſteria Monialium .

Cæterùm Summi Pontifices prudenter ſtatue-
runt à contrario ſenſu quindennia non deberi ex
Monaſteriis Monialium de tempore Unionis
Conventum habentibus , quod non ſtatuerunt
in Monaſteriis Virorum de tempore Unionis
Conventum habentibus ; maxima enim interce-
dit differentia inter Monaſteria Monialium , & 21
illa Virorum , dum illa Virorum , ut plurimùm ,
ſunt taxata in libris Cameræ ut videre eſt apud
Tamburin. de Jur. Abbat tom 1. *à fol.*489 *uſque*
ad fol. 514. *incluſivè* , & ſolvunt Annatam ,
proindèque poſteà manui mortuæ unita ſolvere
debent quindennia juxta Bullas quindenniorum; 22
Monaſteria verò Monialium de tempore Provi-
ſionis Conventum habentia nullam penitùs ſol-
vunt Annatam , ideòque non ſunt taxata , *Lot-*
ther. de re beneficiar. lib. 1. *quæſt.* 26. *num* 63.
ibi: *etiamſi non ſint taxata in libris Cameræ,ea ra-*
tione,quia pro hujuſmodi Proviſionibus, quantum-
cumque fiant in Conſiſtorio , quæ ad Abbatiſſatum
promoventur , non ſolvunt Commune , nec propte-
reà fuit neceſſaria taxatio &c. undè nec Proviſio-
ne eæ ſubjiciuntur Regulæ de valore &c. Gomez
*Sarnen. ad Regul.*55. *Cancellar.de valore , in præ-*
fat. in med. verſic. nam videmus , & quæſt. 3 *in*
prin-

principio, §. *Videtur*, *&* *in med.* §. *Tamen*, *in principio*, *verſic.* *&* *in ſumma*, *Maſſ. Galleſ. de annat. nu.*30. *circà fin.* §. *Ex hujus*, *in principio*, *verſic.* *&* *Monaſteria Monialium*, *&* §. *Quod de Monaſteriis Monialium*, *in principio*, *&* *in fin.* §. *Eſt aliud*, *in principio*. Eſt benè verum, quòd
23 etiam Monaſteria Monialium, de tempore Unionis Conventu carentia juxta ſuprà recitatas Bullas quindenniorum, ſolvunt quindennia; quo caſu redduntur ad inſtar Beneficiorum ſimplicium, atque pari paſſu debetur Annata in actu eorum Proviſionis, proindèque ſequuta eorum Unione, debetur etiam quindennium, veluti, gloſſando præfatas Conſtitutiones Sixtinam, & Urbanam, perpendit *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. num.* 10. *&* 11. *in fin.* ibi: *ſi verò Monaſterium hujuſmodi Conventu &c. careat &c. tunc redditur ad inſtar Beneficii ſimplicis, pro cujus ſolutione rectè exigitur quindennium &c.* quæ quidem ratio, & diſtinctio nullatenùs adaptatur Monaſteriis Virorum reliquiſque Beneficiis Regularibus; iſta
24 enim, tametſi Conventum habentia, adhùc ſemper ſubjacent ſolutioni Annatæ, proindèque ſolutioni quindennii, ut in ſpecie de Monaſteriis Virorum clarè diſponunt Bullæ quindenniorum, & tradunt *Maſſa Galleſ. de annat. num.* 3. 24. *&* 30. *propè fin. Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 49. *cum ſeqq. Rota coram Coccin. dec.* 1139 *num.* 10. undè promanat, quòd illa Clauſula, ſivè conditio modificativa, inſerta in tribus poſterioribus Conſtitutionibus Apoſtolicis, Sixtina nimirùm, Urbana, & Clementina: *etiamſi Monaſteria Monialium &c. fuerint, quæ tamen tempore ipſarum Vnionum &c. Conven-*
25 *tu &c. caruerint*, neceſſariò referri debeat ad ſola Monaſteria Monialium, non verò generaliter ad Monaſteria Virorum, cæteràque Beneficia Regularia, minùſque ad omnia Beneficia, quibus haud congruit ratio diſpoſitionis, etiamſi unica ſit oratio, veluti, in proximioribus terminis mirè confert *textus in Extravag. ad regimen.* 13. *de Præbend. int. commun. Menoch. conſil.* 142 *num.* 6. *in fin. Rota in Verdunen. Abbatiæ* 3. *Aprilis* 1702 §. *In Extravaganti*, *coram Molines Decano*, *&* *Inquiſitore Generali Hiſpaniarum*.

Nec Pontificiæ Conſtitutiones loquentes de Monaſteriis Monialium poſſunt ullo modo compræhendere Monaſteria Virorum, cùm genus maſculinum uti longè nobilius non includatur ſub fœminino citrà recti ſermonis normam, & quandam ferè indecentiam, maximàmque improprietatem; quod non eſt credendum de Summis Pontificibus propriè, ac decenter loqui in-
26 tendentibus, quando è contrà potiùs maſculinum uti nobilius, quandoque juxta ſubjectam materiam, in Jure etiam fœmininum compræhendit, ſed non vice verſa, *l. ſi ità ſcriptum* 45. *in fin ff de legat.* 2. *l. ſervis legatis* 81 *ff de legat.* 3. *Duard in cap. omnis utriuſque ſexus* 12. *de pœn. & remiſſion. diſput.* 1 *ſect.* 4. *n.* 21. *cum ſeqq. ego in altero meo Tract. de quindenn. cap.* 5. *num.* 9. *cum ſeqq.* ad quod valdè conducit illud de crea-
27 tione Protoparentum *Geneſ cap.* 1. *verſiculo* 27. ibi: *maſculum*, *&* *fœminam creavit eos*. Immò haud citrà myſterium memoratæ Conſtitutiones Apoſtolicæ ſermonem habent de Monaſteriis Monialium, ut nempè non compræhendantur Monaſteria Virorum, eodem fermè modo, quo vice verſa *Regula* 2. *Cancellar.* reſervatoria 28
Cathedralium, & Monaſteriorum Virorum, bis centum Ducatos auri de Camera excedentium, nullo modo compræhendit Monaſteria Monialium, prudenter appoſito contradiſtincto illo verbo Virorum non ad alium ſanè finem, niſi nè compræhenderentur ſub *dicta Regula* 2. etiam Monaſteria Monialium, ſicque ad removendam omnem dubitationem, quæ aliàs oriri potuiſſet cum aliquo fundamento, an *dicta Regula* 2. compræhenderet etiam Monaſteria Monialium, cùm
ex vi proprietatis, dum Monaſteria etiam pro- 29
priè dicuntur Monialium, maximè addita dictione univerſali *omnia*, ut benè ponderat *Mandoſ. ad dict. Regul.* 2. *Cancellar. in præfat. num.* 5.
& 6. ità, ut modus diſcretivus loquendi deno- 30
tat diverſitatem, argumento *textus in l. unica* §. *Sin autem* 7. *C. de caduc. tollend. Spad. conſ.* 52. *num.* 4 *&* 5 *lib.* 1. *Burſatt. conſ* 131. *num.* 49. *D. Advocat. Vrſaya diſcept. Eccleſ. tom.* 1. *par.* 2. *diſcept* 25. *num* 7. *&* 8. *tom* 2. *part.* 1. *diſcept.* 2. *num.* 32. *&* *tom.* 3. *part.* 1. *diſcept.* 29. *num.* 57. *&* *part.* 2. *diſcept.* 1. §. 13. *num.* 16. *Rota coram Coccino dec.* 2179. *num.* 4. *Bich. dec.* 328. *num.* 10. *Priolo deciſ.* 176. *num.* 18. *&* *deciſ.* 328 *num.* 12. *Emerix Jun. Decan. dec.* 1180. *n.* 7. *&* *dec.* 1366. *num.* 8. *ac in recentior. dec.* 393. *num.* 11. *&* 12. *part.* 18. *tom.* 1. *dec.* 457. *num* 5. *dec.* 599. *num* 9. *dec.* 620. *num.* 29. *&* *dec* 638. *num.* 8. *ead. par.* 18. *tom.* 2. *dec.* 80. *num* 16. *dec.* 122 *num.* 3. *dec.* 251. *num.* 23. *&* *dec.* 304. *num.* 12. *part.* 19. *dec.* 454. *num.* 12. *dec.* 573. *num.* 6. *&* *dec.* 601. *num.* 31. *&* 32. *ead. part.* 19. *tom.* 2. *&* *in Romana manutentionis* 16. *Januarii* 1690. §. *Minùs*, *coram Card. Caprara*, *ac alibi paſſim*. In quorum con-
firmationem valdè urget generalis obſervantia, 31
quòd ex omnibus Monaſteriis Virorum, & quibuſcumque Beneficiis Regularibus, quamvis de tempore Unionis Conventum habentibus, ſemper exacta fuerunt, & actu exiguntur quinden-
nia; ex qua quidem obſervantia oritur germana 32
intelligentia Conſtitutionum Sixtinæ, Urbanæ, & Clementinæ ſubſequentium, aliarùmque antecedentium, veluti in hac materia exclamat *Fagnan. in cap. prætereà* 1. *num.* 16. *nè Prælat. vic. ſuas*.

Nec pro contraria intelligentia objici valet allegatio Juris exarata per Advocatos Cameræ Apoſtolicæ ſcribentes in Cauſa Romana Quindenniorum contrà Collegium Germanicum, & Hungaricum de Urbe, ubi admiſerunt excepta fuiſſe in ſæpè laudata Conſtitutione Sixtina Monaſteria, & Hoſpitalia tempore Vnionis, Conventum, Curam, & Hoſpitalitatem haben-
tia, illorum enim dictum ſumendum eſt juxta 33
rationem ab iiſdem deductam in §. *Certiùs*, quia nempè de Monaſteriis, & Hoſpitalibus, Curam, Conventum, & Hoſpitalitatem de tempore Vnionis habentibus nulla ſolvitur Annata, proindèque de iiſdem nullum quoque ſolvendum eſt quindennium; ad quod propoſitum adducunt doctrinam *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. § 4. *de quindenn. num.* 10. *&* 11. quamobrem non aliter intelligi poteſt, quàm in ſenſu ejuſdem Conſtitutionis Sixtinæ, de Monaſteriis nempè Monialium, & de Hoſpitalibus,
quibus congruit ratio per eos allata, & autho- 34
ritas in ejus comprobationem allegata, ut mo-
nent

nent *Bartol. in l.non ſolùm* 8. §. *Si verba liberatio-
nis* 4. *ff. de liberat. legat. Ramon. conſ.* 74. *n.* 21.
*Surd. conſ.*401. *n.*32. *Gratian. diſc.*689. *n.*28. *&
diſc.*891 *num.*48. *Card. de Luca de Jurepatronat.
diſcur.*19. *num.*7. *de fideicommiſſ. diſcur.*96 *n.* 11.
& de uſur. diſcur. 29. *num.* 13. *Lotther. de re be-
nef. lib.*2. *quæſt.* 8. *num.* 44. *& lib.* 3. *quæſt.* 17.
*num.*22. *bon.me R.P.D.Piton. diſcept. Eccleſ. par.*1.
*diſcept.*17 *num.*8. *propè fin verſic. cùm dicta Do-
ctorum*, *Rota in recentior. dec.*258. *nu.*7. *part.*16.
*dec.*136. *n.*9. *part* 18. *dec.*603. *n.*3. *ead. part.*18.
to 2. *& poſt Monacell formular. legal pract. Eccleſ.
in ſupplem. dec.*16. *n.*23. *& apud Mantiſſ poſt Card.
de Luca de ſtatutar. ſucceſſion. dec.* 1. *n.*31. *vol.* 4.

Eo fortiùs, dum in prædicta Cauſa Ro-
mana Quindenniorum non verſabatur contro-
verſia, utrùm Conſtitutio Sixtina excipiens à
contrario ſenſu à quindenniis Monaſteria Mo-
nialium, & Hoſpitalia manui mortuæ unita,
Curam, Conventum, & Hoſpitalitatem de
tempore Vnionis habentia compræhenderet Mo-
naſteria Virorum, ſed ſolummodò utrùm exi-
meret Monaſteria, quibus facta erat Vnio,
35 prout perperam interpretabantur *Vermigliol.* in
contrarium ſcribens pro Collegio Germanico
conſil. 476. *&* 477. *& Card. de Luca de Bene-
fic. diſcur.* 139. *num.* 5. *in principio*, *verſic. Pri-
mò nempè*, ibi „ quoniam, attentis rationi-
„ bus, quibus innixa eſt introductio Annata-
„ rum, & de conſequenti quindenniorum, quæ
„ earum loco ſubrogata ſunt, iſtud onus per-
„ cutit illos, qui ex gratia, & munificentia Se-
„ dis Apoſtolicæ, tanquàm foventes cauſam
„ lucrativam, potiuntur fructibus, & emolu-
„ mentis Beneficiorum &c. ſecùs autem ubi
„ agitur de Unionibus, quæ fiant Hoſpitalibus,
„ & aliis hujuſmodi Piis Locis, in quibus de
„ nullius privato commodo agatur, ſed totum
„ erogetur in actualem Hoſpitalitatem, vel alia
„ pia opera &c. ex qua ratione exceptuata ſunt
„ Monaſteria Monialium &c. „ *& de Regalib.
diſcurſ.*162. *num.*4. ibi „ atque ſi etiam in Bene-
„ ficiis unitis Hoſpitalibus, quæ actu Hoſpi-
„ talitatem exerceant, vel aliis Locis Piis, quæ
„ in opera pietatis integrum redditum erogent;
„ adeò, ut non agatur de commodo, & utili-
„ tate poſſeſſorum, quindennia non debean-
„ tur &c. „ diſtinguendi namque ſunt duo ca-
ſus, primus videlicet caſus eſt, in quo uniuntur
Beneficia Monaſteriis Monialium, & Hoſpitali-
36 bus, ac in iſto caſu profectò ſolvendum venit
quindennium prout ab aliis manibus mortuis,
nec in tali caſu inveniuntur privilegiata, ſeu
exempta Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia;
ſecundus autem caſus eſt, in quo uniuntur Mo-
naſteria Monialium, & Hoſpitalia de tempore
Unionis Curam, Conventum, & Hoſpitalita-
tem habentia, aliis manibus mortuis, & in iſto
caſu procul dubio ſolvendum non venit quin-
dennium ob claram eorum exceptionem, ſeu
exemptionem à quindenniis in Bulla Sixtina,
Urbana, & Clementina à contrario ſenſu, ve-
luti benè diſtinguit *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1.
cap. 18. §. 4. *de quindenn. num.* 10. *&* 11. ibi „
„ habemus, quindennia non ſolvi pro Unioni-
„ bus factis de Hoſpitalibus, ſivè Monaſteriis
„ Monialium alicui Eccleſiæ, niſi Monaſteria,
„ & Hoſpitalia hujuſmodi de tempore Vnionis
„ careant Cura, & Conventu, nam cùm illa
„ non ſolvant Annatam, neque etiam ſubja-
„ cent ſolutioni Quindenniorum; aliud enim
„ eſt, quòd Quindennia ſolvantur pro Benefi-
„ ciis, quæ uniuntur Monaſteriis Monialium,
„ & Hoſpitalibus, & aliud, quòd ſolvantur
„ pro Monaſteriis Monialium, & Hoſpitali-
„ bus, quando uniuntur aliis Collegiis: priori
„ enim caſu Camera Apoſtolica, & Officiales
„ Cancellariæ damnum paterentur, quia pro
„ illis Beneficiis ſolvebatur Annata, quæ, cùm
„ per Unionem fuerit ſublata, æquum eſt,
„ quòd ſubintret Quindennium; ſecundo verò
„ caſu pro Monaſterio habente Conventum, &
„ Hoſpitaii habente Curam non ſolvitur Anna-
„ ta, quia Adminiſtratio eſt quid manuale, &
„ omnes fructus ſunt addicti Regularibus, ſivè
„ ægrotis &c. Similiter Monaſteria Monia-
„ lium &c. non ſolvunt Annatam, undè, ſi
„ uniantur alteri Eccleſiæ, nec quidem ſolvunt
„ Quindennia, ſi habeant Conventum, quia
„ priùs non ſolvebant Annatam &c. ſi verò
„ Monaſterium hujuſmodi Conventu, & Ho-
„ ſpitale careat Cura, tunc redditur ad inſtar
„ Beneficii ſimplicis, pro cujus ſolutione rectè
„ exigitur Quindennium, licet pro iis nun-
„ quam fuerit ſoluta Annata, nec quidem fuiſ-
„ ſet, niſi ſubſequuta eſſet Vnio.

Immò, quando etiam Advocati in prædicta
Romana Quindenniorum, omiſſo eorum ratio-
nabili ſenſu, capiendi eſſent in verbo, illorùm-
que aſſertio intelligenda eſſet de Monaſteriis
etiam Virorum, de tempore Vnionis Conven-
tum habentibus, non aliter verificari poſſet, 37
quam reſpectu fructuum ſpectantium ad Men-
ſam Conventualem, pro quibus anteà in actu
Proviſionis non ſolvebatur Annata, veluti in-
nuit *Ameyden. loc. mox citat. num.*11. ibi: *quia
&c. omnes fructus ſunt addicti Regularibus &c.
ſimiliter Monaſteria Monialium &c. non ſolvunt
Annatam, undè, ſi uniantur &c. nec quidem ſol-
vunt Quindennia, ſi habeant Conventum, quia
priùs non ſolvebant Annatam, eo quòd nulla con-
tingebat vacatio &c.*

Haud levioris ponderis eſt aſſerere, quòd
verbum *Conventu*, & verbum *Cura* appoſitum
in præfatis Conſtitutionibus Sixtina, Vrbana,
& Clementina, etiam Monaſteria Virorum, re-
liquàque Beneficia Regularia Conventum, aut
Curam habentia compræhendit; ità, ut ea ver-
ba referenda ſint ad omnia, ſingula ſcilicet ſin-
gulis, ut in præciſis terminis *Vermigliol. conſil.*
477. *num.*5. ibi: *Non autem aliud prætendi poteſt
ex ſignificatu relativi, quæ, ad hoc, ut exindè in-
terpretatio capienda ſit reſtrictivè de Monaſteriis
Monialium, et Hoſpitalibus; nam, cùm poſt horum
expreſſionem ſubſequantur verba, Cura, Conven-
tu, & Hoſpitalitate careant, liquet, quòd, etſi
qualitas Conventus, & Hoſpitalitatis referri poſ-
ſunt ad Monaſteria Monialium, & ipſa Hoſpita-
lia, tamen verbum Cura, etiam alia Monaſteria,
& Beneficia, quàm Monialium compræhendit &c.
Rota coram Gregor. XV. dec.*274 *n.*3. *& dec* 433.
num. 9. dum eædem Conſtitutiones Sixtina, Vr-
bana, & Clementina præcedenter loquuntur de
quibuſcumque Beneficiis tàm Sæcularibus,
quàm Regularibus, ſicque de Monaſteriis Viro-
rum, Conventum, aut Curam habentibus, quæ
tanquàm genericè expreſſa demonſtrant evi-
denter, quòd Conventum, aut Curam haben-
tia,

tia, excepta etiam intelligantur à ſolutione quindennii, quodve eadem debeat eſſe diſpoſitio, & conſequenter idem genus, iidèmque termini in iiſdem, etiamſi major eſſet ratio in uno, quàm in alio, *Vermigliol. prælaudat. conſil.* 477. *num.* 2. quippè præventivè ſuperiùs monuimus, quòd ſemper ex Monaſteriis Virorum etiam Conventum habentibus debeantur quindennia, cùm ex illis etiam Conventum habentibus in Proviſione debeatur Annata: & quod ſpectat ad Curam, monemus in præſenti, quòd æquè
38 eodem modo ſemper ex Monaſteriis Virorum etiam Curam habentibus debeantur quindennia, cùm ex illis etiam Curam habentibus pariformiter in Proviſione debeatur Annata juxta eandem *Bullam Sixtinam la* 33. §. 4. *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. ibi „ Mandantes &c. ut &c. ad indicandum &c. Parochiales Eccleſias &c. moneant, et requirant &c. „ *eandem Bullam Urbani VIII. la* 18. *in principio*, *juncto* §. 2. *eod. Bullar. tom.* 5. ibi „ Mandans propterea &c. ut &c. ad indicandum &c. Parochiales Eccleſias &c. moneret, et requireret &c. Mandantes propterea &c. ut &c. ad indicandum &c. Parochiales Eccleſias &c. moneant, et requirant &c. „ *& eandem Bullam Clementis X. la* 50. §. 1. 3. *& 6. eod. Bullar. tom.* 6. ibi „ omnes, & ſingulas Vniones &c. de quibuſvis Monaſteriis &c. et Beneficiis &c. cum Cura &c. et quorumvis Ordinum &c. Regularibus &c. perpetuò factas, et de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli II. &c. includi &c. mandans propterea &c. ut &c. ad indicandum &c. Parochiales Eccleſias &c. moneret, & requireret &c. „ *repet. poſt Tract. int. Conſt.*
39 *Apoſtolic. in ordine la* VII. VIII. & XI. idèmque cavetur in Conſtitutionibus Prædeceſſorum Pontificum, ut in *Bulla* 20. *Julii III.* §. 6. *Bullar. tom.* 1. ibi „ & à quibuſcumque &c. inviolabiliter obſervari &c. quoad omnia, & ſingula Monaſteria, & Beneficia &c. cum Cura &c. & quorumvis Ordinum Regularia &c. decernimus &c. „ *in Bulla* 17. *Pauli IV.* §. 8. *eod. tom.* 1. ibi „ omnes, & ſingulas Uniones &c. de quibuſvis Monaſteriis &c. & Beneficiis &c. cum Cura &c. & quorumvis Ordinum &c. Regularibus &c. „ *& in alia Bulla* 33. *S. Pii V.* §. 6. *eod. Bullar. tom.* 2. ibi „ Mandantes &c. ut &c. ad indicandum &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c. Parochiales Eccleſias &c. moneat, & requirat &c. „ *repet. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſtolic. in ordine la* III. V. & VI. ac tradunt *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 26. *n.* 49. *cum ſeqq. Maſſ. Galleſ. de annat. nu.* 4. 24. *&* 30. *in fin.* §. *Eſt aliud*, *Rota coram Coccin. dec.* 1139. *num.* 10. nóſque dictum articulum ad ſatietatem diſcutimus ſuprà *Cap.* XXXVIII. *&* XXXIX. & infrà *Cap.* XCV.

Quæ fortiùs ſtringunt, ſtante ſignificatu ver-
40 bi relativi *quæ* ſtatim adjecti poſt immediatè præcedentia verba: *Monaſteria Monialium*, *& Hoſpitalia*, ad hoc, ut interpretatio capienda ſit reſtrictivè de Monaſteriis Monialium, & Hoſpitalibus tantùm, de tempore Unionis, Curam, Conventum, & Hoſpitalitatem habentibus; accedente præſertim dictione *tamen* in
41 eiſdem Conſtitutionibus inſerta, quæ eſt adverſativa in eodem genere, & retentis iiſdem terminis, *Rota coram Gregorio XV. dec.* 85. *num.* 9. *&* 10.

Ejuſdem irrelevantiæ eſt prætendere, quòd ampliatio per dictionem *etiam*, Monaſteriorum Monialium, & Hoſpitalium legitur in unica oratione ab eodem verbo recta: ſiquidem oratio 42
unica, quæ regitur ab eodem verbo, ſub una, eadèmque determinatione intelligitur, in puncto quindennii *Vermigliol. conſ.* 477. *nu.* 4. *Rota coram Gregor. XV. dec.* 190 *nu.* 2. *& in recentior. dec.* 33. *num.* 6. 9. *& ſeqq. part.* 7. etenim ſuperabundat pro reſponſione, quòd regula non procedit, quando diſpoſitum in Monaſteriis Monialium non convenit Monaſteriis Virorum.

Leviſſimi tandem momenti eſt ponderatio ſuper dictione *tamen* in Bulla Sixtina, Urbana, & Clementina adjecta circà exceptuationem à quindenniis, Monaſteriorum Monialium, de tempore Unionis, Conventum habentium, nec non Hoſpitalium Curam ægrotorum, aut Hoſpitalitatem habentium, quaſi quòd per dictam 43
dictionem *tamen* remaneat exceptus caſus in prædictis Conſtitutionibus etiam quoad Monaſteria Virorum, cæteràque Beneficia Regularia de tempore Unionis, Curam, aut Conventum habentia, ut in puris terminis quindennii, per textum in *l. ità tamen* 37. *ff. ad Senatusconſult. Trebellian. l. ubi adhùc* 29. *antè fin. verſiculo ità tamen*, *C. de jur. dot.* perpendit *Vermigliol. conſ.* 476. *num.* 3. *Rota recentior. deciſ.* 75. *num.* 4. *part.* 2. *tom.* 1. quia ſemper occurrit reſponſio data, quòd in præfatis Bullis quindenniorum leguntur excepta, ac exempta à quindenniis à contrario ſenſu ſola Monaſteria Monialium, Curam, aut Conventum, & Hoſpitalia, Curam ægrotorum, aut Hoſpitalitatem habentia; ità, ut dictio *tamen* cadat dumtaxat ſuper dictis Monaſteriis Monialium, & Hoſpitalibus, præſertim, cùm poſt verbum *Monaſteria Monialium*, & verbum *Hoſpitalia*, illicò, ac immediatè in eadem oratione, & periodo adnectitur decantata dictio *tamen* ibi: *etiamſi Monaſteria Monialium*, *& Hoſpitalia fuerint*, vel, ut habetur in prædicta Vrbana, & Clementina, *fuiſſent*, *quæ tamen tempore ipſarum Unionum*, *Cura*, *Conventu*, *& Hoſpitalitate caruerint*, vel, ut habetur in prælaudata Clementina, *caruiſſent*.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Monaſteriis Virorum, ſivè Monialium, quantumvis Conventualibus, ſeu Conventualitatem, vel Conventum habentibus, unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Monaſteria tàm Virorum*, *quàm Monialium*, *quibus unita ſunt Beneficia*, *tenentur ad quindennia.*
2 *Rejicitur* Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 139. num. 5. poſt med.
3 *Doctori contrà expreſſum textum loquenti non eſt deferendum.*
4 *Monaſteria Monialium de tempore Unionis Conventum habentia*, *manui mortuæ unita*, *à contrario ſenſu excipiuntur à quindenniis.*

Ee CA-

CAPITULUM LXI.

IN *præcedenti Cap.* monuimus, quòd ex Monaſteriis Virorum, quantumvis Conventum habentibus (quidquid ſit de Monaſteriis Monialium Conventum habentibus) manui mortuæ unitis debeantur quindennia; modò, nè ſumatur æquivocum, monemus, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Monaſteriis Virorum, ſivè Monialium, quantumvis Conventualibus, ſeu Conventualitatem, vel Conventum habentibus, unitis, etiam adhùc debentur quindennia;
1 etenim clara eſt diſpoſitio Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper quindenniis editarum ſubjicientium quindenniis Monaſteria tàm Virorum, quàm Monialium, quibus unita ſunt Beneficia, juxta *Bullam 6. Pauli II.* §. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi ,, Sanè &c. tàm Nos, quàm S. R. E. Martinus V. Eugenius IV. Nicolaus etiam V. Calliſtus III. & Pius II. Pontifices &c.quamplura diverſorum Ordinum Monaſteria &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. aliis Monaſteriis &c.utriuſque ſexus perſonarum &c. Apoſtolica auctoritate univimus, incorporavimus &c.Proptereàque&c. Monaſteria &c. & Beneficia unita hujuſmodi ampliùs nequaquam vacare ſperantur&c.Nos &c. auctoritate Apoſtolica &c. ſtatuimus &c. et declaramus, quòd omnia, et ſingula Monaſteria &c. quorum fructus &c. ſi in libris ejuſdem Cameræ taxati reperiuntur, Communia, et Minuta Servitia, atque alia Jura debita, et conſueta, tàm ipſis Cameræ, & Collegio, quàm Officialibus præfatis, reliqua verò Monaſteria &c.et Beneficia, ut præfertur, unita &c. Annatam &c. in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſolvere teneantur, et debeant. Et quòd de omnibus Monaſteriis &c. et Beneficiis, ut præfertur, unitis &c. Communia, Minuta, et alia Jura, ſeu Annatas &c. ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in futurum &c. Alioqui, ſi à ſolutione &c. ceſſare præſumpſerint, Uniones &c. habeantur penitùs pro infectis, et ſic Monaſteria &c. et &c. Beneficia hujuſmodi tanquàm verè vacantia poſſint &c.impetrari &c. ,, *Bullam* 20. *Julii III.* §. 6. *eod. tom.* 1. ibi ,, et à quibuſcumque &c. virorum, et mulierum &c. & quorumvis Ordinum Regularibus Congregationibus &c. inviolabiliter obſervari quoad omnia, et ſingula Monaſteria, et Beneficia &c. decernimus &c. eaque omnia ad quaſcumque &c. virorum, et mulierum Congregationes &c. extendimus, et ampliamus ,, *Bullam* 17. *Pauli IV.* §.7.8.& 11. *eod. tom.* 1. ibi ,, omnes, et ſingulas Uniones &c. de quibuſvis Monaſteriis &c. et Beneficiis &c. & quorumvis Ordinum &c. Regularibus &c. utriuſque ſexus Congregationibus &c. Regularibus &c. quæ ex eorum perpetuitate non vacant &c. perpetuò factas, et de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli&c.compræhendi &c. Et proptereà &c.ad ſolutionem Communium, et Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, et aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus, ratione earundem Unionum &c.ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c.et ad id &c. cogi &c. poſſe, nec non Monaſteria &c. et Beneficia unita hujuſmodi onus ſolutionis Communium, et Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, et aliorum Jurium ſemper habuiſſe, et ad præſens habere. Et inſuper, ut ratio Communium, Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, et aliorum Jurium prædictorum clara habeatur &c. volumus &c. quòd &c. tàm Virorum, quàm mulierum&c. et quorumvis &c. Ordinum Regulares Congregationes &c. omnia, et ſingula Monaſteria &c.et alia Beneficia &c.quæ poſſident &c. notificaſſe, et intimaſſe debeant, et ad id&c. cogi, et compelli poſſint &c. ,, *Bullam* 38. *S. Pii V.* §. 3. 4. 6. & 7. *eod. Bullar. tom.* 2. ibi ,, Motu ſimili &c. omnia, et ſingula Monaſteria &c. dummodò in libris ejuſdem Cameræ taxata reperiantur, reliqua verò Monaſteria &c. et alia quæcumque Beneficia &c. quorumvis Ordinum Monaſteriis &c. ac utriuſque ſexus perſonarum Piis Locis &c. Apoſtolica auctoritate unita &c. ſub literis Pauli II. et aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi compræhendi, et includi. Et proptereà &c. dummodò Monaſteria, et Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem Communium, Annatarum, et aliorum Jurium prædictorum eidem Cameræ &c.ratione Unionum&c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. Mandantes &c. ut &c. tàm virorum, quàm mulierum &c. et quorumvis Ordinum Regulares Congregationes &c. ad indicandum&c. omnia, et ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque Beneficia &c.quæ &c. poſſideant &c. moneat, et requirat &c. ,, *Bullam* 33. *Sixti V.* §. 2. 4. & 5. *eod. tom.* 2. ibi ,, Statuimus &c. & declaramus, quòd Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis &c. Monaſterio &c. hactenùs factæ, & faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendantur &c. Mandantes &c.ut &c.tàm virorum, quàm mulierum &c. et quorumvis Ordinum Regulares Congregationes &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingula Monaſteria &c.et alia quæcumque Beneficia &c. quæ &c. poſſideant &c. moneat, et requirat &c. ,, *Bullam* 18. *Urbani VIII. in principio, juncto* §.2.3.& 4. *eod. Bullar. tom.* 5. ibi ,, Motu ſimili &c. Mandans proptereà &c. ut &c. tàm Virorum, quàm mulierum &c. et quorumvis Ordinum Regulares Congregationes &c. ad indicandum &c. omnia, et ſingula Monaſteria &c. et alia quæcumque Beneficia &c. quæ &c. poſſiderent &c. Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis &c. cuicumque &c. Monaſterio &c. hactenùs factæ, et in futurum faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendi &c. ,, & *Bullam* 50. *Clementis X.* §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. & 14. *eod. Bullar. tom.* 6. ibi ,, omnes, et ſingulas Uniones &c. de quibuſvis Monaſteriis &c. et Beneficiis &c. utriuſque ſexus Congregationibus &c. perpetuò factas, et de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli II. &c. includi &c. Et proptereà &c. ad ſolutionem Communium, et Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, et aliorum Jurium prædicto-

,, rum

„ rum eiſdem Cameræ, Collegio, et Officiali-
„ bus, ratione earundem Unionum &c. ſingulis
„ XV. annis &c. teneri &c. nec non Monaſteria
„ &c. et Beneficia hujuſmodi onus ſolutionis
„ Communium, et Minutorum Servitiorum,
„ ac Annatarum, et aliorum Jurium prædicto-
„ rum ſemper habuiſſe, et habere decrevit, et
„ declaravit, mandans propterea &c. ut &c.
„ omnia, et ſingula Monaſteria, et alia Benefi-
„ cia &c. unita &c. notificaſſe, et intimaſſe de-
„ buiſſent, et ad id &c. cogi &c. poſſent, de-
„ crevit, ſtatuit &c. mandans propterea &c. ut
„ &c. tàm virorum, quàm mulierum &c. et
„ quorumvis Ordinum Regulares Congrega-
„ tiones &c. ad indicandum &c. omnia, et ſin-
„ gula Monaſteria &c. et alia quæcumque Be-
„ neficia &c. quæ &c. poſſiderent &c. moneret,
„ et requireret &c. ac omnes, et ſingulas Vnio-
„ nes de quibuſvis Monaſteriis, et aliis Benefi-
„ ciis &c. utriuſque ſexus Congregationibus &c.
„ perpetuò factas, et de cætero &c. perpetuò
„ faciendas, ſub literis Pauli Prædeceſſoris
„ hujuſmodi compræhendi, et includi &c. „ *repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III. V. VI. VII. VIII. & XI.

2 Nec refragatur *Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.* 139. *num.* 5. *poſt med.* ſentiens, Monaſteria Monialium non ſubjacere quindenniis pro Beneficiis ſibi unitis, in verbis ibi: *ex qua ratione exceptuata ſunt Monaſteria Monialium*: quoniam loquitur contrà expreſſum textum prælaudatarum Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper quin-
3 denniis emanatarum, ideòque ei tanquàm loquenti contrà legem expreſſam non venit deferendum, ut monet idem *Card. de Luca de emption. & vendition. diſcurſ.* 52. *ſub num.* 2. Eſt tamen verum, quod vice verſa loquendo de Monaſteriis Monialium de tempore Vnionis Conven-
4 tum habentibus, manui mortuæ unitis, ipſa excipiuntur à quindenniis, ut in *citata Conſtitutione Sixtina* §. 2. ibi: *etiamſi Monaſteria Monialium fuerint, quæ tamen tempore ipſarum Vnionum &c. Conventu &c. caruerint*, quod repetitur in *citata Conſtitutione* 18. *Vrbani VIII. in principio, & in citata Conſtitutione* 50. *Clementis X* § 4. veluti hoſce duos caſus benè diſtinguit *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. num.* 10. & 11. ibi „ habemus, quindennia non
„ ſolvi pro Vnionibus factis de &c. Monaſteriis
„ Monialium alicui Eccleſiæ, niſi Monaſteria
„ &c. hujuſmodi de tempore Vnionis careant
„ &c. Conventu, nam cùm illa non ſolvant
„ annatam, neque etiam ſubjacent ſolutioni
„ quindenniorum, aliud enim eſt, quòd quin-
„ dennia ſolvantur pro Beneficiis, quæ uniun-
„ tur Monaſteriis Monialium &c. et aliud, quòd
„ ſolvantur pro Monaſteriis Monialium &c.
„ quando uniuntur &c. priori enim caſu Came-
„ ra Apoſtolica, et Officiales Cancellariæ dam-
„ num paterentur, quia pro illis Beneficiis ſol-
„ vebatur Annata, quæ, cùm per Unionem
„ fuerit ſublata, æquum eſt, quòd ſubintret
„ quindennium. Secundo verò caſu pro Mona-
„ ſterio habente Conventum &c. non ſolvitur
„ Annata, quia Adminiſtratio eſt quid manua-
„ le, & omnes fructus ſunt addicti Regulari-
„ bus &c. Similiter Monaſteria Monialium &c.
„ non ſolvunt Annatam, unde ſi uniantur ali-
„ cui Eccleſiæ, nec quidem ſolvunt quinden-
„ nia, ſi habeant Conventum, quia priùs non
„ ſolvebant Annatam, & quòd nulla continge-
„ bat vacatio; ſi verò Monaſterium hujuſmodi
„ Conventu &c. careat &c. tunc redditur ad
„ inſtar Beneficii ſimplicis, pro cujus ſolutione
„ rectè exigitur quindennium, licet pro iis
„ nunquam fuiſſet ſoluta Annata, nec quidem
„ fuiſſet, niſi ſubſequuta eſſet Unio.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis manualibus, ſeu ad nutum amovibilibus, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper dictis Beneficiis, ad ſavorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Cauſa præcipua, & finalis ſolutionis quindennii, eſt damnum Cameræ, & Annatiſtarum ob ceſſationem ſolutionis Annatæ poſt Vnionem Beneficiorum.*
2 *Etiam ex Beneficiis manualibus unitis ſolvendum eſt quindennium, licet ex eis antè Vnionem nunquam ſoluta fuerit, nec ſolvenda ſit Annata.*
3 *A Conſtitutionum Apoſtolicarum diſpoſitione recedendum non eſt per argumenta, ratiocinia, & interpretationes contrà clara verba legis.*
4 *Vbi adeſt expreſſa auctoritas legis, caſum decidentis, ac clarè loquentis, fruſtrà deſideratur illa Doctorum.*
5 *Generaliter non eſt verum, quòd quotieſcumque ex Beneficio antè Vnionem non ſolvebatur Annata, poſt Unionem non ſit ſolvendum quindennium.*
6 *Ex Monaſteriis Monialium, & Hoſpitalibus Cura, Conventu, & Hoſpitalitate carentibus, quamvis nunquam ſoluta fuerit Annata, poſteà tamen unitis debetur quindennium.*
7 *Si ſuper Monaſterio Monialium, & Hoſpitali carente, vel non carente Cura, Conventu, & Hoſpitalitate fiat reſervatio fructuum, pro illa debetur Annata.*
8 *Si reſervatio prædicta, ſit perpetua, ad favorem nempè manus mortuæ facta, debetur quindennium, ob identitatem rationis.*
9 *Ex Beneficiis XXIV. Ducatos non excedentibus nulla debetur Annata.*
10 *Si plura Beneficia ſub unicis literis uniantur, quorum quodlibet ſingulariter ſumptum non excedat XXIV. Ducatos, nihilominùs ſimul ſumpta illos excedunt, debetur quindennium.*
11 *Diſtributiones quotidianæ non ſunt annatis obnoxiæ.*
12 *Sunt tamen quindenniis obnoxiæ.*
13 *Si Penſio in perpetuum fuerit reſervata manui mortuæ, ex ea debetur quindennium.*
14 *In ſolutione quindennii non ſolùm conſideratur damnum Annatiſtarum ex Jure de præterito, ſed etiam utile ex Jure de futuro.*
15 *Quindennium ſolvendum eſt in recognitionem univerſalis dominii Papæ.*

CAPITULUM LXII.

MIſerè hallucinatur manus mortua, putans ſub clypeo manualitatis, ſeu amovibilitatis Beneficii, non teneri ad quindennia pro Beneficio manuali, ſivè amovibili ſibi unito; ex motivo nempè, quòd tale Beneficium, tanquàm manuale, antè Unionem in illius Proviſione nunquam ſolvere debeat Annatam pro expeditione literarum in Cancellaria Apoſtolica; proindèque conſequenter nec poſt Unionem
1 teneatur ſolvere quindennium, ceſſante damno Cameræ, & Annatiſtarum à Summis Pontificibus conſiderato pro cauſa præcipua, & finali ſolutionis quindennii, juxta *Bullam 6. Pauli II. §. 2. & 3. Bullar. nov. Rom. tom. 1. Bullam 20. Julii III. in principio, juncto §.5. eod. tom. 1. Bullam 17. Pauli IV. §.7 & 8. eod. tom. 1. Bullam 38. S. Pii V. §. 3. tom. 2. Bullam 33. Sixti V. in principio, juncto §. 2. eod. tom. 2. Bullam 18.* Urbani *VIII. in principio, juncto §. 1. tom. 5. & Bullam 50. Clementis X. in principio, juncto §. 3. 4. 5. & 6. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la* III. V. VI. VII. VIII. & XI. ac notant præter alios *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. nu 21. Rota coram Card. Seraphin. dec.* 1410. *num.* 19. *& 28. tom. 2. repetit. poſt Tract. int. Deciſion. Sacr. Rot. Rom. in ordine la V.* hujuſmodi enim exceptio, etiam procedendo cum terminis manualitatis, facilè removetur, duplici quidem reſponſione, prima nempè,
2 quòd etiam ex Beneficiis manualibus perpetuò manui mortuæ unitis ſolvendum eſt quindennium, quantumvis ex iis antè Unionem nunquam ſoluta fuerit, nec ſolvenda ſit Annata, ad tenorem literalis, ac claræ diſpoſitionis Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper materia quindenniorum editarum, veluti videre eſt in *Conſtitut.* 33. *Sixti V. §. 2. & 4. Bullar. nov. Rom. tom.* 2. ibi „ Statuimus &c. & declaramus, quòd „ Uniones &c. dè quibuſcumque Beneficiis &c. „ etiamſi manualia &c. illa Beneficia fuerint, „ ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò comprændantur &c. Et „ propterea omnia, & ſingula &c. Pia Loca &c. „ dummodò Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem Quindenniorum præfatorum eidem „ Cameræ, ac Collegio, & Officialibus, ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. „ faciendam teneri &c. & ad id &c. cogi &c. „ poſſe &c. „ *in Conſtit.* 18. *Urbani VIII. in principio, juncto §. 2. tom. 5. & in Conſtit.* 50. *Clementis X. §. 4. & 5. tom. 6. repetit. poſt Tract. int.*
3 *Conſtitut. Apoſt. in ordine la* VII. VIII. & XI. à Conſtitutionum verò Apoſtolicarum diſpoſitione recedendum non eſt per argumenta, ratiocinia, & interpretationes contrà clara (ut in caſu) verba legis, & caſum in præciſis terminis decidentia, ad *text. in l. proſpexit* 12. *ff. qui, et à quib.*
4 *manumitt. Card. de Luca de dote diſcur.* 196. *n.* 6. & ubi adeſt expreſſa auctoritas legis caſum decidentis, ac clarè loquentis, fruſtrà deſideratur illa Doctorum, *Card. de Luca de fideicommiſſ. diſcur.* 126. *num.* 2. *& de Dote diſcur.* 34. *n.* 4.

5 Altera inſuper congruit ratio; non enim generaliter verum eſt, quòd quotieſcumque ex aliquo Beneficio antè Unionem non ſolvebatur Annata, poſt Unionem non ſit ſolvendum quindennium, ut benè advertit *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. num.* 12. ibi: *rectè exigitur quindennium, licet pro iis nunquam fuerit ſoluta Annata, nec quidem fuiſſet, niſi ſubſequuta eſſet* Unio, *& n. 20. in fin. §. Hactenùs, in principio*, ibi: *quindennium etiam aliquando debetur ubi antè non fuit ſoluta Annata &c.* Vndè eſt, quòd ex Monaſteriis Monialium, 6
& Hoſpitalibus Cura, Conventu, & Hoſpitalitate carentibus, quamvis nunquam ſoluta fuerit Annata, nec illa unquam ſolvenda foret, niſi ſequeretur eorundem Vnio, *Maſſ. Galleſ. de annat. num. 30. prope fin. §. Ex hujus Regulæ, in principio, et §. Quod de Monaſteriis Monialium, Gomez Sarnen. in Regul. 55. Cancellar. de valor. in præfat. in med verſiculo nam videmus, & quæſt. 3. in principio, §. Videtur, & §. Tamen*; facta tamen iſtorum Vnione, profectò debetur quindennium, veluti literaliter habetur in *Conſtitut.* 33. *Sixti V. §. 2. Bullar. nov. Rom tom. 2. in Conſtit. 18. Urbani VIII. in principio, eod. Bullar. tom. 5. & in Conſtit. 50. Clementis X. §. 4. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la* VII. VIII. & XI. ac obſervat *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. num.* 10. *cum ſeqq.* immò ſi ſuper aliquo Monaſterio Monialium, 7
& Hoſpitali carente, vel non carente Cura, Conventu, & Hoſpitalitate, fiat reſervatio fructuum, pro illa debetur Annata, ad tradita per *Maſſ. Galleſ. de annat. num. 30. circà fin. § Quod de Monaſteriis Monialium* ibi: *quod de Monaſteriis Monialium, & Hoſpitalibus dictum eſt, intelligi debet, quòd in expeditione literarum ſuper illorum Proviſionibus, non ſolvitur Annata, ſed, ſi contingat, illorum fructus, aut ſuper ipſis fructibus Penſiones aliis reſervari, pro fructibus reſervatis, & Penſionibus hujuſmodi &c. debet ſolvi, etiamſi Penſiones Monialibus ipſis reſerventur &c.* adeò, ut, ſi reſervatio prædicta, ſit perpetua, ad fa- 8
vorem nempè manus mortuæ facta, procul dubio etiam erit locus quindennio, ob identitatem rationis, juxta ſæpè laudatam *Conſtitut. 50. Clementis X.* ſuper qua inſpectione infrà *Cap.* LXXIX. ſedes.

Prætereà eodem fermè modo, quo, quan- 9
tunvis ex Beneficiis Ducatos XXIV. non excedentibus nulla debeatur Annata juxta *Conſtit. 1. Nicolai V. §. quintò placet, in fin. & Conſtit. 33. Clementis VII. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ubi *Cherubin. Schol. 2. Barboſa Summ. Apoſtol. deciſion. collectan. 28. num. 1. & collectan. 572. num. 1. Dajoiz in Jus Canonic. verbo Annata, Lotther. de re benefic. lib. 3. quæſt. 20. num. 42. Fagnan. in cap. prætereà 1. nè Prælat. vic. ſuas, Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap. 10. nu. 23. Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 3. de annat. num. 42. cum ſeqq. Rota coram Coccin. dec. 568. nu. 11.* attamen ſi plura Beneficia ſub iiſdem, ac unicis literis 10
uniantur, quorum quodlibet ſingulariter ſumptum non excedat Ducatos XXIV. nihilominùs ſimul ſumpta illos excedunt, debetur quindennium, ex *Conſtitut. 33. Sixti V. §. 2. Bullar. nov. Rom. tom. 2. Conſtit. 18. Urbani VIII. in principio, tom. 5. & Conſtit. 50. Clementis X. §. 4. & 7. in fin. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſt. in ordine la* VII. VIII. & XI. ac obſervat *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. nu. 13. cum ſeq.* de quo nos ſuprà *Cap.* XX. & XXI.

Nec abſimile ſuppetit exemplum incertorum emolumentorum, & diſtributionum quotidiana-

na-

11 narum; quæ, licet non ſint annatis obnoxiæ,
Cherubin. ad Conſtit. Innocentii VIII. incipien. Apo-
ſtolicæ Cameræ, §. *Quæro ſecundum*, *Bullar. nov.*
Rom. tom. 1. Lotther. de re benef. lib. 3. qu. 20. n. 43.
& 44. Gonzalez ad Regul. 8. hodie 9. Cancellar.
de Menſib. §. 7. proœm. nn. 166. & 167. Ameyden.
de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 3. de annat. nu. 19.
Ricc. in prax. part. 2. reſol. 90. num. 8. Fagnan. in
cap. prætereà 1. num. 94. & 95. nè Prælat. vic.
ſuas, Rota apud Garz. de Benef. part. 10. cap. 1.
num. 74. ad med. verſiculo Canonicatus, & coram
Caſſador. dec. 6. num. 8. de Præbend. attamen, ſi
12 fructus Beneficii in diſtributiones quotidianas
convertantur, & poſteà uniantur, ex illis ſanè
debetur quindennium, juxta *Conſtit. 38. S. Pii V.*
§. 2. & 3. Bullar. nov. Rom. tom. 2. repet. poſt
Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la VI. de quo
13 nos fusè ſupra *Cap.* XLII. prout ſi Penſio in per-
petuum fuerit reſervata manui mortuæ, profe-
ctò ex ea ſolvendū venit quindennium, ex *Conſt.*
50. Clementis X. §. 7. Bullar. nov. Rom. tom. 6. re-
pet. poſt Tract. in ordine la XI. & tradunt *Monet. de*
diſtribut. quotid. part. 3. quæſt. 9. concl. 6. num. 31.
cum ſeqq. Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18.
§. 4. de quindenn. ſub nu. 23. verſiculo concludendū,
noſque latè infrà *Cap.* CXXIV. *uſque ad Cap.*
CXXXII. incluſivè. Horum autem ratio eſſe
14 poteſt, vel quia in ſolutione quindennii non
ſolùm conſideratur damnum Annatiſtarum ex
jure de præterito, ſed etiam utile ex jure de fu-
turo, ut ponderat *Ameyden. loc. mox allegat.*
15 *num* 13. vel quia quindennium eſt ſolvendum à
quocunque poſſeſſore Bonorum Eccleſiaſtico-
rum in recognitionem directi, alti, ſupremi, ac
univerſalis dominii penès Papam, & Eccleſiam
reſidentis ſuper univerſis mundi Eccleſiis, ex
lectura *Conſtit. 17. Pauli IV. §. 1. Bullar. nov. Rom.*
tom. 1. Conſtit. 38. S. Pii V. §. 3. in principio, tom. 2.
Conſtit. 18. Urbani VIII. in principio, tom. 5. &
Conſtitut. 50. Clementis X. §. 3. tom. 6. repet. poſt
Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la V. VI. VIII.
& XI. ac communiter proſequitur *Card. de Lu-*
ca de Benefic. diſcur. 89. n. 2.

Quamobrem ſumma cum ratione firmamus, quòd ex Beneficiis manualibus, ſeu ad nutum amovibilibus, annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper dictis Beneficiis, ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; omiſſa ponderatione, quòd Beneficia manualia, ſi conferantur à Papa, prout ex multiplici capite contingere poteſt, evadunt pro illa vice perpetua, videlicet ad vitam Proviſi, & ex iis ſolvitur Annata; quamobrem juſtum eſt, quòd ex iis ſolvatur quindennium in caſu eorum Unionis, ut ſuprà in *Cap.* XXXVI. *n.* 12. adnotavimus.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis Eccleſiæ Titularis, aut filialis, ad Eminentiſſimum Titularem ſpectantibus, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper dictis Beneficiis, ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Tituli Cardinalitii in Urbe partim Presbyterales, & partim Diaconales.*

2 *Eminentiſſimus Titularis habet jus conferendi Beneficia, in ſua Eccleſia Titulari, inque Eccleſiis filialibus exiſtentia.*

3 *Indultum Cardinalitium conferendi Beneficia reſervata, continere ſolet Decretum, quòd Proviſi teneantur novam Proviſionem à Sede Apoſtolica impetrare, & Annatam ſolvere.*

4 *Ob præjudicium Cameræ, & Annatiſtarum ex ceſſata ſpe vacationis Beneficiorum unitorum, debetur quindennium.*

5 *Aliquando etiam pro Beneficiis de Jurepatronatus laicali ſolvenda eſt Annata ex multiplici capite expeditionis literarum Apoſtolicarum.*

6 *Ideò pro iiſdem Beneficiis unitis aliquando etiam ſolvendum eſt quindennium.*

7 *Ratio in lege expreſſa habet vim, ut decidat omnes caſus ſub ipſa compræhenſos, etiam corrigendo Jus commune.*

8 *Per* Decretum irritans *appoſitum in Bullis quindenniorum inficitur contraria obſervantia non ſolvendi quindennia.*

9 *Exactores quindenniorum præjudicare nequeunt Cameræ, ac Annatiſtis.*

10 *Humanæ facies, etiamſi habeant inter ſe magnam ſimilitudinem, raròtamen, aut nunquam in omnibus conveniunt.*

11 *Exempla, ut probent, debent eſſe in caſu individuo, ac in eiſdem numero circumſtantiis.*

12 *Non exemplis, ſed legibus, & rationibus judicandum eſt.*

CAPITULUM LXIII.

PRæmiſſo, in Vrbe adeſſe Titulos Cardina- 1
litios, partim Presbyterales, & partim
Diaconales, *Piazza Hierarchia Cardinalitia paſ-*
ſim, Lunador. in Relat. Cur. Rom. tit. de' Titoli de'
Cardinali pag. mih. 246. & tit. delle Chieſe Titolari
de' cinquanta Cardinali Preti pag. mih. 264. ego in
altero meo Tract. de Quindenniis, cap. 159. nu. 1.
cùmque Eminentiſſimus Titularis, inter alias
præeminentias, & prærogativas, cum Juriſdi-
ctione Epiſcopali, vel quaſi Epiſcopali, in ſua
Eccleſia Titulari, redolente quandam, licet im-
propriam ſpeciem Eccleſiæ Cathedralis, vel
Diœceſis, inque ejus Eccleſiis filialibus, de
quibus *Rota deciſ. 524. per tot. part. 19. recentior.*
tom. 2. & in eodem Cauſa in Romana Præeminen-
tiarum 13. Junii 1681. coram Rondinino, potia- 2
tur etiam illa prærogativa Juris conferendi Jure
Ordinario Beneficia ibidem exiſtentia, ex *Re-*
gula 7. hodie 8. Cancellar. de reſervat. Benefic. ubi
Mandoſ. quæſt. 1. num. 5. & Chokier. nu. 11. Gon-
zalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib.
gloſſ. 13. num. 20. Gomez Sarnen. in Regul. 36.
Cancellar. de triennal. quæſt. 31. nu. 17. verſiculo
& eodem modo, & ex *cap. his, quæ 11. de majori-*
tat. & obedient. ubi Honorius III. reſcribit Emi-
nentiſſimo Titulari Baſilicæ SS. Laurentii, &
Damaſi, tunc Presbytero, nunc Diacono,
Card.

Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 21. *num.* 16. *& diſcur.* 111. *num.* 4. *cum ſeqq. Pariſ. de reſign. Beneſic. lib.* 7. *quæſt.* 12. *per tot. Cobell. notit. Cardinal. cap.* 16. *privileg.* 14. *in principio*, *litera B. & C.* §. *Collationem*, *Card. Baron. annal. tom.* 12. *anno* 1148. *pag. mih.* 361. *litera D. E. Rota apud bon. mem. R. P. D. Piton. diſcept. Eccleſ. part.* 2. *diſc.* 51. *num.* 22. §. *Et utriuſque*, *in fin. & poſt Monacell. formular. legal. pract. Eccleſ. in ſupplem. dec.* 7. *num.* 49. *in principio*, *& dec.* 18. *num.* 10. *in principio*; occaſione autem Unionis Beneficiorum hujuſmodi, vel reſervationis perpetuarum Penſionum ſuper iiſdem Beneficiis, poſteà factæ ad favorem manus mortuæ, facilè contingere poteſt inter Annatiſtas, & manum mortuam hæſitatio, nùm iſto caſu ſit locus ſolutioni quindennii, quod ſubterfugere ſatagit manus mortua, excipiendo, talium Beneficiorum collationem, & omnimodam diſpoſitionem ad Eminentiſſimum Titularem ſpectare, ſicque non ſubeſſe expeditioni literarum Apoſtolicarum, ac per conſequens nec ſolutioni Annatæ; nihilominùs è contrà bonum jus fovent Annatiſtæ, jure merito prætendentes quindennium: qua de cauſa proponimus, quòd ex Beneficiis Eccleſiæ Titularis, aut filialis, ad Eminentiſſimum Titularem ſpectantibus, annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper dictis Beneficiis ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; etenim propter varios contingibiles caſus reſervationum, affectionum, & appoſitionum manus Papæ, qui juxta notoriam experientiam quotidie eveniunt, puta ex cauſa vacationis per obitum Commenſalis, aut familiaris Papæ, Conclaviſtæ, vel ſimilis, reſignationis, permutationis, Coadjutoriæ, vel ex alia ſimili cauſa, collatio quandoque, immò ſæpè, ac ſæpiſſimè ſpectare poteſt ad Papam, præſertim cùm Indulta Cardinalitia conferendi Beneficia reſervata, in nonnullis caſibus reſervationum continere ſoleant Decretum, ſeu mandatum ſemper apponi ſolitum ad favorem Cameræ Apoſtolicæ, & Annatiſtarum, de ſui natura comminato-
3 rium, & actus annullativum, quod nempè Proviſi teneantur novam Proviſionem à Sede Apoſtolica impetrare, literas deſuper expedire, & Annatas, ac Jura Cameræ perſolvere, nè aliàs aperiatur via fraudibus Annatarum, *Germon. de Indult. Cardinal.* §. *Volumus autem*, *num.* 1. *ac per tot. Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. *quæſt.* 20. *per tot. Maſſobr. in prax. hab. concurſ. prælud.* 26. *dub.* 28. *num* 2. *cum ſeqq. Gonzalez ad Regul.* 8. *hodie* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.* 15. *n.* 109. *&* 110. *Maſſ. Galleſ. de annat. nu.* 30. *in fin.* §. *Idem contingit*, *Rota coram Card. Creſcent. dec.* 18. *per tot. de Præbend. Vbald. dec.* 822. *nu.* 3. *& in recentior. dec.* 440. *num.* 13. *part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 444. *num.* 34. *par.* 5. *tom.* 2. *dec.* 523. *num.* 65. *&* 81. *par.* 19. *tom.* 2. *ac in Corduben. Beneficiorum* 18. *Februarii* 1704. §. *Sivè certiùs*, *&* §. *Atque hinc*, *coram Molines Decano*, *& Inquiſitore Generali Hiſpaniarum*, *&* 12. *Decembris*, *ejuſdem anni*, §. *Peccat*, *coram Omaña Epiſcopo Giennen.*

Quapropter ſtante poſſibili collatione per Papam facienda, nec non conſequutiva ſolutione Annatæ, quæ per Vnionem ejuſmodi Beneficiorum, perque reſervationem perpetuarum Penſionum ſuper talibus Beneficiis, redacta eſt ad impoſſibile in evidens Cameræ, & Annatiſtarum præjudicium, ob indè ceſſatam omnem 4
ſpem vacationis, ex hac ratione procul dubio debetur quindennium ad formam Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper materia quindenniorum providè, ac ſalubriter promulgatarum, veluti ponderat *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. § 4. *de quindenn. antè num.* 21. Hinc eſt, quòd, cùm pro Beneficiis etiam de Jurepatro- 5
natus laicali ex multiplici capite, puta ex cauſa reſignationis, permutationis, Coadjutoriæ, devolutionis, vacationis apud Sedem, occaſione gratiæ pro præſentato, ratione litis, aliiſque ſimilibus cauſis, contingere poſſit frequentiſſima literarum Apoſtolicarum expeditio, indèque Annatæ ſolutio perneceſſe facienda ſit, *Rebuff. in prax. benef. part.* 1. *in* 3. *Signatur*, *verbo nec non Juſpatronatus*, *num.* 14. *cum ſeqq. Rota in Romana Clericatus*, *ſeu Beneficiatus S. Laurentis in Damaſo* 3. *Martii* 1698. §. *Solùmque*, *coram Molines Decano*, *& Inquiſitore Generali Hiſpaniarum*; ideò ex illis deberi quindennium 6
expreſsè declararunt *Julius III. Conſtit.* 20. §. 6. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi: *quoad omnia*, *& ſingula &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. etiamſi de Jurepatronatus Laicorum &c. S. Pii V. Conſtit.* 38. §. 3. *tom.* 2. *Sixtus V. Conſtit.* 33. §. 2. *&* 4. *eod. tom.* 2. *Vrbanus VIII. Conſtitut.* 18. *in principio*, *juncto* §. 2. *tom.* 5. *Clemens X. Conſtit.* 50. §. 4. *&* 5. *tom.* 6. *& S. M. Clemens XI. Conſtit. edita* 33. *Novembris* 1704. *Conſtitut. edita* 24. *Januarii*, *& Conſtitut. edita* 16. *Maji* 1705. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* III. VI. VII. VIII. XI. XII. XIV. & XV. & proſequuntur *Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.* 10. *num.* 17. *Azor. inſtitution. moral. par.* 2 *lib.* 7. *cap.* 12. *quæſt.* 8. *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *de annat. n.* 28. *&* §. 4. *de quinden. n.* 6. *in med. Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 29. *n.* 4. *poſt med. verſiculo etiamſi*: quæ quidem Pontificia declaratio reſpectu Beneficiorum Patronalium eò fortiùs urget, & confert ad præſentē hypotheſim; non enim emanavit per viam novæ legis contrà literam antecedentium Conſtitutionum Pontificiarum, ſed per viam declarationis ejus, quod jam virtualiter inerat ex operatione, vel ex identitate rationis in eiſdem Conſtitutionibus expreſſæ, videlicet reparandi notorium indè obveniens Annatiſtarum præjudicium, quamobrem explicat alios caſus ſimiles, in quibus eadem militat, ac viget ratio, ex eo, quòd ratio in lege expreſſa eam 7
habeat vim, potentiam, ac efficaciam, ut decidat omnes caſus ſub ipſa compræhenſos, etiam corrigendo Jus comune, *Abb. in cap. ſicut* 9. *circà fin. de teſtib. Card. in Clem.* 1. *num.* 18. *de electiòn. Fagnan. in cap. nuper* 34. *n.* 4. *de Decim. Geminian. conſ.* 37. *n.* 6. *verſiculo item licet Conſtitutio.*

In tantum autem hùc uſque deducta veritatem redolent, ut, quantumvis forſitan manus mortua prætendat, ſe juvari contraria obſervantia interpretativa, ob nunquam factam quindennii ſolutionem, attamen nullo modo iſta manui mortuæ ſuffragari valeat, nec quoque in linea obſervantiæ præſcriptivæ, propter *Decretum irritans* in ventre Bullarum quindenniorum inſertum, per quod inficitur quæcumque diutina, 8
ac

ac longæva quaſi poſſeſſio non ſolvendi quindennia , ut infrà *Cap.* CXCV. monemus ; præterquamquòd aſſerta obſervantia provenit ex incuria Exactorum , cæterorùmque miniſtro-
9 rum , qui proprio facto conſiſtente in culpoſa omiſſione , præjudicare nequeunt Cameræ Apoſtolicæ , ac Annatiſtis jus ſuum irradicatum , & fixum habentibus in clariſſimis Conſtitutionibus Apoſtolicis , prout individualiter declararunt Summi Pontifices in eorum ſaluberrimis Conſtitutionibus , juxta lecturam *Conſtitutionis* 20. *Julii III.* §. 5. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi ,, cùm autem &c. Uniones &c. perpetuò facta &c. fuerint , ac ex incuria agentium pro ,, Camera prædicta, ſeu aliàs obligationes de ,, ſolvendis Communibus , & Minutis Servitiis , ,, ac Annatis , ſeu mediis fructibus , aut aliis ,, Juribus ſolvi debitis , & conſuetis , factæ non ,, fuerint , et quæ ſunt , exequutioni non demandentur in &c. Cameræ , ac Collegii Cardinalium , & Officialium detrimentum , nec non ,, Reipublicæ hujuſmodi non leve præjudicium ,, &c. ,, *& Conſtitutionis* 50. *Clementis X. in principio* , *juncto* §. *6. in principio* , *tom.6.* ibi ,, nec ,, non illorum damnis plerumque ex incuria ,, illorum Jurium Exactorum provenire ſolitis ,, obviare cupientibus &c. Cùm autem &c. exactiones Jurium ratione Quindenniorum ,, hujuſmodi decurſorum , & eorundem Cardinalium Collegio debitorum , ob Procuratorum dicti Collegii incuriam , non ſine maximo illius damno , & præjudicio , non ſolùm ,, neglectæ fuerint &c. ,, *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* III. *&* XI. & obſervat *Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 89. *n.* 13. *& diſcur.* 139. *num.* 2. ibi ,, non obſtante contraria retroacta obſervantia , ex eo , quòd ,, negligentia eorum , penès quos hæc adminiſtratio fuit , non potuerit , nec debuerit præjudicare Collegio Cardinalium , aliiſque intereſſatis, & participibus, ac etiam ob Decretum irritans contentum in dictis Apoſtolicis ,, Conſtitutionibus &c. ,, *& n.* 4. ibi ,, confirmat , & innovat dictas antiquiores Conſtitutiones , demandando earum obſervantiam , ,, ac tollendo illam inobſervantiam , quæ reſultaret à culpa non ſolventium , vel à negligentia non exigentium , & ſic ubi obſervantia ſit ,, illicita &c. ,, nôſque fusè infrà *Cap. CXCV.*

Minùſque ſuffragatur manui mortuæ velle allegare forſitan aliquam ſententiam ſui favore latam ; ſi enim ignorantur omnes circumſtantiæ caſus deciſi , ac præciſa Judicis motiva , non eſt in illa facienda aliqua vis , & fundamentum , dum exempla ſunt ad inſtar humanarum facie-
10 rum , quæ , etiamſi habeant inter ſe magnam ſimilitudinem , raro tamen , aut nunquam in
11 omnibus conveniunt ; exempla autem , ut probent , debent eſſe in caſu individuo , ac in eiſdem numero circumſtantiis , *Alexand. conſ. 6. num.*2. *lib.*5. *Cyriac. controv.*23. *num.*23. *Bonden. collect. legal.*14. *num.*126. *lib.*1. *Thomat. dec. Macerat.*201. *num.*96. *tom.*2. *Rota dec.*799. *num.* 3. *par.*1. *diverſ. & coram Anſald. Decan. dec.*20. *in annotat. & addition. n.*21. *in principio* , *& dec.*71. *in annot. & addit. num.*26. *in principio* , *Card. Cavaler. dec.* 172. *num.* 5. *ac in recentior. dec.* 304. *num.*7. *par.* 12. *& in Leodien.* , *ſeu Aquiſgranen. Canonicatus ſuper bono Jure* 20. *Januarii* 1702.
§. *Fruſtà coram Card. Triolo* ; omiſſo , quòd non 12
exemplis , ſed legibus , & rationibus judicandum eſt , & non quod Romæ fit , ſpectandum , ſed quod fieri debet , *cap.* 1. *de poſtulat. Prælat. cap. cùm cauſam* 17. *de electıon. l. quod verò* 14. *l. quod non ratione* 39. *ff. de legib. l. conſuetudinis* 2. *C. quæ ſit long. conſuetud. l. ſed licet* 12. *ff. de Offic. Præſid. l. nemo Judex* 13. *C. de ſentent. & inter. omn. Judic. l. ſinguli* 14. *C. de accuſation. Capon. controverſ. forenſ.* 32. *ſub n.*34. *verſic. prætereà, Mandoſ. ad Regul.*32. *Cancellar. quæſt.*30. *n.*4. *in principio, Card. de Luca de Præeminent. diſcur.* 13. *nu.*23. *in principio, Rota in recentior. dec.* 484. *n.*21. *par.* 4. *tom.*2. *dec.*194. *n.*64. *par.*7. *dec.*328. *n.*42. *par.*11.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus , manui mortuæ unitis , gravatis Penſionibus Palatinis , etiam adhùc debentur quindennia .

SUMMARIUM.

1 *Solent quandoque per Datariam reſervari Penſiones Palatinæ , & quænam ſint iſtæ .*
2 *Annata , & Quindennium debetur in recognitionem univerſalis dominii .*
3 *Ratione diverſitatis tàm rei , quàm perſonarum nulla intrat compenſatio .*
4 *In reſtaurationem amiſſionis Annatæ introducta fuit ſolutio quindennii .*

CAPITULUM LXIV.

Solent quandoque ſuper Beneficiis per Data- 1
riam Apoſtolicam reſervari Penſiones Palatinæ , aliàs dictæ confidentiales , ſeu Banchariæ perſonis nempè confidentibus , & plerumque ad favorem Palatinorum , aliorùmque benemeritorum , *Corrad. in prax. benefic. lib.*1. *cap.*5. *n.*254. *cum ſeqq. Barboſa in prax. exig. Penſion. part.* 1. *quæſt.*5. *nu.*39. *Pereyr. de man. Reg. par.*2. *cap.*64. *num.*41. *Gonzalez ad Regul.*8. *hodie* 9. *Cancellar. de Menſibus gloſſ.*34. *num.*116. *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 13. *Rota coram Card. Seraphin. dec.* 1088. *&* 1108. *per tot. tom.* 2. *Buratt. deciſ.* 385. *num.* 9. *& deciſ.*401. *num.* 1. *& dec.*724. *num.*9. *tom.* 2. *dec.* 400. *num.* 1. *par.* 1. *diverſ. dec.*271. *per tot. lib.*2. *par.*3. *diverſ.* Undè cùm ſæpè ſæpiùs contingere poſſit , quòd Beneficia , hujuſmodi Penſionibus gravata , uniantur manui mortuæ , monemus in præſenti , quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus , gravatis Penſionibus Palatinis , manui mortuæ unitis , etiam adhùc debentur quindennia ; quantumvis enim tales Penſiones reſerventur etiam ratione augumenti fructuum provenientis ex Beneficiis unitis , attamen nihil commune habet emolumentum proveniens ex Penſionibus , cum Annata debita in Proviſione Beneficiorum , dum Penſiones tangunt fructus annuales , ac annuatim diſtribui aſſolent Penſionariis , ut plurimùm Palatinis , ob eorum benemerita , Annata ve- 2
rò , & quindennium percutit tantùm fructus pri-

primi anni, ac debetur Summo Pontifici in recognitionem directi, alti, ſupremi, & univerſalis dominii omnium mundi Beneficiorum, juxta *Bullam* 17. *Pauli IV.* §.1. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Bullam* 38. *S. Pii V.* §.3. *in principio*, *eod. Bullar. tom.* 2. ibi ,, Nos conſiderantes, quòd Annatarum, Communium, & aliorum Jurium prædictorum exactio, in recognitionem univerſalis dominii introducta, eſt antiquiſſima &c. Bullam 18. *Urbani VIII. in principio*, *eod. Bullar. tom.* 5. Bullam 50. *Clementis X.* §.3. *in principio*, *eod. Bullar. tom.* 6. *&* Bullam *S. M. Clementis XI. editam* 16. *Maji* 1705. *in principio*, *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* V. VI. VIII. XI. & XV. ac proſequuntur *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §.4. *de quindenn. num.* 6. *in fin.* §. *Confirmatur*, *Lotther. de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 20. *n.* 19. *Card. de Luca de* Benefic. *diſcur.* 89. *num.* 2. ibi ,, introducta fuit in Beneficiis Eccleſiaſticis exactio Communium Servitiorum, ac Annatarum, in recognitionem univerſalis dominii, quod Pontifex, & Eccleſia Romana habet omnium Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ac Beneficiorum &c. ,, *& in fin.* §. *Hinc proindè* ibi ,, habemus adeò expreſſam, ac literalem Apoſtolicam determinationem, quòd hæc Servitiorum, ac Annatarum introductio, ſequuta fuerit in recognitionem dominii univerſalis Eccleſiæ Romanæ &c. ,, *n.* 8. *in principio*, *num.* 10. *in principio*, *& nu.* 14. *in principio*, *Maſſa Galleſ. de annat. paſſim*, ac
3 *ferè per tot. Tract.* proindeque ratione diverſitatis tàm rei, quàm perſonarum nulla inter unum, & alterum intrat compenſatio, ad *textum in l. ejus* 9. *C. de compenſation. ac tradita ibid. per Salicet. num.* 2. *Rota coram Card. Cerr. dec.* 32. *num.* 24. potiſſimùm cùm nec ratione ejuſmodi Penſionum ſolvatur Annata; ſi enim illa ſolveretur, tunc facienda eſſet proportionabilis deductio, & diminutio quindennii: ſecùs verò dum ex illis Annata non ſolvitur, nec pro iis expediuntur Bullæ, ac propterea ſemper firmum
4 manet præjudicium Annatiſtarum ob amiſſionem Annatæ, in cujus reſtaurationem, ac reparationem introducta fuit ſumma cum juſtitia ſolutio quindennii, ut videre eſt in *Bulla* 6. *Pauli II. in principio*, *juncto* §. 2. *&* 3. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi ,, quòd &c. conceſſa, in Cameræ Apoſtolicæ, vel aliis præjudicium non redundent &c. Propteràque &c. Beneficia unita hujuſmodi ampliùs nequaquam vacare ſperantur, cùmque propterea Camera Apoſtolica, nec non &c. S. R. E. Cardinalium Collegium, & Sedis Apoſtolicæ Officiales detrimentum non modicum patiantur. Nos, quorum intereſt, eorundem Cameræ, Collegii, & Officialium indemnitati proſpicere &c. ,, *Bulla* 20. *Julii III. in principio*, *juncto* §.5. *eod. tom.* 1. ibi ,, Cupientes Cameræ Apoſtolicæ &c. & Collegii S. R. E. Cardinalium, ac Officialium Sedis Apoſtolicæ indemnitati conſulere, & eorum Jura &c. præſervare &c. Cùm autem &c. Uniones &c. perpetuò factæ fuerint, ac &c. obligationes de ſolvendis Communibus, & Minutis Servitiis, ac Annatis &c. factæ non fuerint, & quæ ſunt, exequutioni non demandentur &c. in &c. Cameræ, ac Collegii Cardinalium, & Officialium detrimentum, nec non Reipublicæ hujuſmodi non leve præjudicium &c. ,, *Bulla* 11. *Pauli IV. in principio*, *eod. tom.* 1. ibi ,, Nos admonent, & cogunt, ut indemnitati ipſius Cameræ &c. intendamus &c. ,, *& Bulla* 17. *ejuſdem Pauli IV. in principio*, *juncto* §. 8. *in principio*, *eod. tom.* 1. ibi ,, ut &c. Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Jura non negligamus &c. & propterea Jus noſtrum, & Collegii, ac Officialium &c. illæſum remanſiſſe, & remanere &c. ,, *Bulla* 38. *S. Pii V.* §. 3. *in principio*, *eod. Bullar. tom.* 2. ibi ,, quindenniorùmque uſus, & ſolutio ideò adinventi ſunt, nè Camera prædicta ex &c. Beneficiorum Eccleſiaſticorum Unionibus, quæ ampliùs vacare non ſperabatur, detrimentum aliquod pateretur. Volentes Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac &c. S. R. E. Cardinalium, nec non &c. Romanæ Curiæ Officialium Participantium Jura præſervare, illorùmque indemnitati conſulere &c. ,, *Bulla* 33. *Sixti V.* §. 2. *in principio*, *eod. tom.* 2. ibi ,, præterea quoniam quindenniorum uſus, & ſolutio ratione Beneficiorum unitorum conſtituta ſunt, quia illorum vacatio ampliùs non ſperatur, &, ut propterea damnum ex hoc Cameræ Apoſtolicæ, & Collegio Cardinalium, & Romanæ Curiæ Officialibus prædictis emergens ſarciatur &c. ,, *Bulla* 18. *Urbani VIII. in principio*, *eod. Bullar. tom.* 5. *& Bulla* 50 *Clementis X.* §.3. *in principio*, *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III. IV. V. VI. VII. VIII. & XI. ac præter alios notant *Maſſa Galleſ. de annat. num.* 30. *in fin.* §. *Eſt aliud*, *in med. verſic. ex hujuſmodi* ibi ,, Ex hujuſmodi Unionibus &c. per quas præcludatur via futuris unitorum Beneficiorum vacationibus; quoniam inferebatur Sedi Apoſtolicæ detrimentum percipiendi ex illis Annatam &c. uſu receptum fuit, ut illi, in quorum commodum tales Uniones cedebant &c. promitterent, obligarèntque ſe, & ſucceſſores, pro ſolvendo in futurum &c. unitorum Beneficiorum Annatas &c. ut ſic Apoſtolicæ Sedis indemnitati proſpiceretur, nè talium Unionum prætextu, remaneret in perpetuum privata jure percipiendi conſuetam Annatam &c. ,, *Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 89. *num.* 3. ibi ,, Quia verò &c. inolevit uſus Apoſtolicæ Sedis, faciendi &c. Beneficiorum Uniones, ità impedientes vacationes, ac perſonales, ſeu vitalitias Proviſiones, præjudicantes Papæ, ac Sacro Collegio Cardinalium, aliiſque Officialibus circà ſolutionem dictorum Servitiorum, & Annatarum, quæ occaſione novarum Proviſionum facienda eſſet; hinc pro hujuſmodi damni, ac præjudicii refectione, inolevit etiam antiquus uſus ſolvendi dicta onera, & Annatas pro Eccleſiis, ac Beneficiis unitis &c.

Quæ principalis aſſertio fortiùs procedit, ſi antè Unionem Beneficiorum, iſta jam eſſent obnoxia reſervationi Penſionum Confidentialium, ſeu Palatinarum; undè per eorum Unionem poſteà nullum majus emolumentum conſequitur Dataria Apoſtolica, ratione cujus reparatum dici valeat præjudicium amiſſionis Annatæ.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ habenti ex Pontificio Indulto pleniſſimam exemptionem, ac omnimodam immunitatem ab omnibus, & quibuſcumque oneribus, gravaminibus, præſtationibus, ac impoſitionibus, unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus, dictam ſummam excedentibus, ad favorem manus mortuæ taliter privilegiatæ, exemptæ, ſeu indultariæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Princeps præſumitur velle illæſa præſervare Jura propria Cameræ.*
2 *Quod meliùs, & clariùs comprobatur ex Bullis quindenniorum.*
3 *Reprobantur* Portius conſil. 107. & poſt eum Decianus conſil. 108. & Imola conſil. 109.
4 *Ex generali exemptione non infertur ad particularem quindenniorum.*
5 *Indultum interpretandum eſt contrà concedentem, quando agitur de illius tantùm præjudicio.*
6 *Contrarium dicendum, quando agitur etiam de aliorum præjudicio.*
7 *In dubio Princeps non præſumitur per verba generalia velle derogare juri tertii.*
8 *Privilegium quando interpretandum ſit contrà concedentem.*
9 *Exemptio, licet generaliſſima, attamen non comprehendit caſum particularem.*
10 *Generaliter immunis, non tamen dicitur exemptus ab hoſpitatione Militum.*
11 *Niſi de tempore conceſſionis immunitatis jam vigeret bellum, vel immunitas conceſſa fuiſſet per viam contractus ex cauſa oneroſa.*
12 *Immunitas eſt odioſa, & tendit contrà publicam utilitatem.*
13 *Princeps non intelligitur per verba generalia derogare velle juri tertii.*
14 *Immunitas generaliter conceſſa, non comprehendit caſum peſtis.*
15 *In dubio reſpondendum eſt pro tractantibus de damno vitando.*
16 *Si Papa concedere voluiſſet quoque exemptionem à quindenniis, facile fuiſſet id exprimere.*
17 *Cathedraticum uti onus reale, non comprehenditur ſub exemptione perſonali.*
18 *Immunitas quæcumque non eſt referenda ad contributionem privilegiatam, & laudatur* bon. mem. R. P. D. Fatinellus.
19 *Verbum* ab omnibus, & quibuſcumque *omnia comprehendit, & nihil excludit.*
20 *Immò includit etiam ea, quæ requirerent ſpecialem mentionem.*
21 *Verba univerſalia vim habent ſpecialis expreſſionis.*
22 *Et comprehendunt ea, quæ non comprehenderentur.*
23 *Vel ubi verba immunitatis adeò prægnantia includerent etiam quindennium.*
24 *Vel ubi verſaremur in favorabilibus.*
25 *Conceſſio ſemper intelligitur contrà concedentem.*
26 *Id procedit, ſi ſolus concedens eſt in cauſa.*
27 Fontanella dec. 267. tom. 1. *ſe ipſum declarat.*
28 *Recenſetur notabile abſurdum.*
29 *A Juribus Cameræ exempti ſunt ſoli Cardinales, et Clerici Cameræ.*
30 *Immunitas uti odioſa, potiùs intelligenda eſt contrà illam prætendentem.*
31 *Conceſſa generaliſſima immunitate, non cenſetur conceſſa immunitas ſolvendi collectam pro reparatione viarum.*
32 *Eccleſia liberata à quocumque onere, non cenſetur liberata à procuratione.*
33 *Meritorum remuneratio tranſit in contractum.*
34 *Princeps neminem remunerari tenetur.*
35 *Exemptio cenſetur data potiùs ex cauſa lucrativa; quàm oneroſa.*
36 *Rejicitur* Cyriac. controv. 569. n. 53. cum ſeqq.
37 *Manus mortua probare debet, quòd merita, & ſervitia Sedi Apoſtolicæ præſtita, condigna ſint remuneratione exemptionis à quindenniis.*
38 *Auctori id videtur probatu difficile.*
39 *Aliàs ſervitia habere deberent perpetuitatem, nec tamen adhùc intraret exemptio à quindenniis.*
40 *Auctori videtur, ſatis remunerata eſſe ſervitia per exemptionem ab aliis omnibus oneribus, præterquàm ab onere quindenniorum.*
41 *Princeps remunerari non cogitur.*
42 *Quindennium non intelligitur ſublatum per generaliſſimam exemptionem.*
43 *A gabellis, ſimilibuſque oneribus non benè fit illatio ad quindennia uti diverſa, prout non fit ad Cathedraticum.*
44 *Exemptio retardare non valet ſolutionem quindennii, longè minùs in judicio poſſeſſorio.*
45 *In generali exemptione non comprehenditur exemptio à Decimis.*
46 *Exemptio cadere nequit ſuper oneribus ordinariis.*
47 *Prout nec cadit ſuper Cathedratico.*
48 *Quindennia debentur Sedi Apoſtolicæ in recognitionem univerſalis dominii.*
49 *Per quæcumque verba generalia nunquam præſumitur Papa voluiſſe concedere exemptionem à quindenniis, niſi de illis facta fuerit expreſſa, & ſpecifica mentio.*
50 *Sub verborum generalitate non comprehenditur exemptio à ſolutione quindenniorum.*
51 *Declaratio Pontificia attendenda eſt pro intelligentia Unionis* Beneficii, *aut reſervationis Penſionis.*
52 *Capitulum* Baſilicæ S. Mariæ *Majoris de Urbe gaudet exemptione à quindenniis, occaſione reſervationis Penſionum ſuper Cathedralibus Mazzarien., & Cathanien.*
53 *Eadem exemptione gaudet Capitulum Metropolitanæ Neapolis, occaſione ſibi unitorum* Beneficiorum.
54 *Ubi de quindenniis Pontifices expreſſam, ac individualem non fecerunt mentionem, noluerunt exemptionem à quindenniorum ſolutione concedere.*
55 *Privilegium expediendi gratis non eximit à ſolutione Annatæ.*

CAPITULUM LXV.

Occurrit in præſenti articulus haud abſimilis alteri, de quo in alio noſtro Tractatu de *Quindenn. cap.* 43. ubi habemus, quòd manus mortua ex Privilegio Principis immunitatem ha-

habens ab omnibus, & quibuſcumque oneribus,
impoſitionibus, ac præſtationibus, non intelli-
gatur exempta, & immunis ab onere quindennii
Emphyteutici; poteſt autem eodem fermè mo-
do ſæpiùs evenire, quòd manus mortua repe-
riatur ex Pontificio diplomate exempta ab om-
nibus oneribus, proindèque prætendat eximi
etiam à quindenniis ſolvendis occaſione ſibi
uniti Beneficii, aut reſervatæ ad ſui favorem
perpetuæ Penſionis, ſub prætextu generaliſſimæ
exemptionis ab omnibus oneribus, & è contrà
Annatiſtæ prætendant, manum mortuam adhuc
ſubjacere quindenniis, non obſtante univerſaliſ-
ſima exemptione à quibuſcumque oneribus;
ideò firmatur, quòd ex Beneficiis annuum va-
lorem XXIV. Ducatorum auri de Camera ex-
cedentibus, manui mortuæ habenti ex Pontifi-
cio Indulto pleniſſimam exemptionem, ac
omnimodam immunitatem ab omnibus, &
quibuſcumque oneribus, gravaminibus, præ-
ſtationibus, ac impoſitionibus, unitis, ſivè ex
perpetuis Penſionibus dictam ſummam exce-
dentibus, ad favorem manus mortuæ taliter
privilegiatæ, exemptæ, ſeu indultariæ reſervatis,
1 etiam adhùc debentur quindennia; præſumitur
enim Princeps ſupremus ſemper illæſa, ac inta-
cta velle præſervare in reliquis non expreſſis Jura
propriæ Cameræ, quorum eſt, eſsèque debet
propugnator, vindex, cuſtos, ac defenſor ac-
cerrimus, *Galeot. reſponſ. fiſcal. 29. num. 68. Pe-
regrin. de Jure fiſci lib. 1. tit. 1. num. 8. in fin. Card.
de Luca de Regalibus diſcur. 44. ſub num. 3. & de
feud. diſcur. 3. ſub num.* 12. quod meliùs, & cla-
2 riùs comprobatur ex *Bulla* 20. *Julii III. §. 6. in
fin. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ eaque omnia
„ ad quaſcumque &c. Congregationes quan-
„ tumvis privilegiatas, & exemptas &c. exten-
„ dimus, & ampliamus &c. „ *Bulla* 17. *Pau-
li IV. §.* 11. *eod. tom.* 1. ibi „ Et quorumvis
„ etiam exemptorum Ordinum Regulares Con-
„ gregationes &c. omnia, & ſingula &c. Bene-
„ ficia Eccleſiaſtica, quæ poſſident &c. notifi-
„ caſſe, & intimaſſe debeant, & ad id &c. co-
„ gi, & compelli poſſint &c. „ *Bulla* 38. *S. Pii V.
§. 4. & 7. eod. Bullar. tom.* 2. ibi „ Et propte-
„ reà &c. Congregationes &c. quantumcumque
„ &c. exemptæ, & privilegiatæ exiſtant &c.
„ dummodò &c. Beneficia ipſa poſſideant, ad
„ ſolutionem Communium, Annatarum, &
„ aliorum Jurium prædictorum eidem Cameræ
„ &c. ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis
„ &c. faciendam teneri &c. Non obſtantibus &c.
„ Privilegiis, exemptionibus, indultis &c. „
Bulla 33. *Sixti V. §. 2. in fin. & §. 5. eod. tom.* 2.
ibi „ Et propterea &c. Congregationes &c.
„ quantumcumque exemptæ, & privilegiatæ
„ exiſtant &c. dummodò Beneficia ipſa poſſi-
„ deant, ad ſolutionem Quindenniorum præ-
„ fatorum eidem Cameræ, ac Collegio, &
„ Officialibus, ratione Unionum &c. ſingulis
„ XV. annis &c. faciendam teneri &c. & ad id
„ &c. cogi &c. poſſe &c. Non obſtantibus &c.
„ Privilegiis, exemptionibus, indultis &c. „
Bulla 18. *Urbani* VIII. *in principio, juncto §. 4.
eod. Bullar. tom.* 5. ibi „ Motu ſimili &c. om-
„ nia, & ſingula &c. Pia Loca &c. quantum-
„ cumque exempta, & privilegiata exiſterent
„ &c. dummodò &c. Beneficia ipſa poſſide-
„ rent, ad ſolutionem Communium, Annata-
„ rum, & aliorum Jurium prædictorum eiſdem
„ Cameræ, Collegio, & Officialibus, ratione
„ Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. facien-
„ dam teneri &c. & ad id &c. cogi, & compelli
„ poſſe decrevit, & declaravit &c. Non obſtan-
„ tibus &c. Privilegiis, Exemptionibus, Indul-
„ tis &c. „ & *Bulla* 50. *Clementis X. §.* 1. 3. 6.
& 8. *tom.* 6. ibi „ omnes, & ſingulas Unio-
„ nes &c. de quibuſvis &c. Beneficiis &c. etiam
„ illis à ſolutione hujuſmodi exemptionem
„ habere præſumentibus &c. perpetuò factas,
„ & de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub li-
„ teris Pauli II. &c. includi &c. quantumcum-
„ que exempta, & privilegiata exiſterent &c.
„ dummodò &c. Beneficia ipſa poſſiderent, ad
„ ſolutionem Communium, & Annatarum,
„ & aliorum Jurium prædictorum eiſdem Ca-
„ meræ, Collegio, & Officialibus, ratione
„ Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. facien-
„ dam teneri &c. & ad id &c. cogi &c. poſſe
„ decrevit, & declaravit &c. omnia, & ſingula
„ privilegia, immunitates, & exemptiones &c.
„ revocantes &c. quaſcumque Congregationes
„ &c. ad ſolutionem Quindenniorum, aliorùm-
„ que Jurium, ratione Penſionum perpetua-
„ rum hujuſmodi, licet à quibuſcumque oneri-
„ bus ordinariis, & extraordinariis impoſitis,
„ & in futurum imponendis liberarum, immu-
„ nium, & exemptarum, eiſdem Cameræ,
„ Collegio, & Officialibus faciendam teneri
„ &c. & ad idem &c. cogi, & compelli poſſe
„ declaramus &c. „ *repet. poſt Tract. int. Conſt.
Apoſt. in ordine la* III. V. VI. VII. VIII. & XI.
quidquid contrarium conſuluerint longè antè 3
memoratas Bullas quindenniorum, & præſer-
tim Clementinam, *Portius conſil.* 107. & *poſt
eum Decianus conſil.* 108. & *Imola conſil.* 109.
freti ſub clypeo generalitatis effrænatorum ver-
borum, quæ tamen operari non debet in mate-
ria quindenniorum, quæ uti ex ſpeciali cauſa
introducta in locum Annatarum non ampliùs
contingibilium, & ob recognitionem univerſa-
lis dominii, quod Papa habet ſuper Beneficiis,
Boniſque aliis Eccleſiaſticis indigent ſpeciali
nota, nè aliàs Pontifex ſibi, ejùſque Cameræ,
& Annatiſtis tàm facilè notabile præjudicium
inferat, quod facere voluiſſe ſub involucro ver-
borum non præſumitur.

Omiſſo, quòd ſatis eſt, ut ex generali exem- 4
ptione non inferatur ad prætenſam etiam parti-
cularem exemptionem quindenniorum, quòd
exemptionem hujuſmodi Papa ob conſiderabile
præjudicium ſui, & tertii non eſt ità de facili
conceſſurus, *cap. in generali* 81. *de regul. Jur.
in 6. l. obligatione generali 6. ff. de pignor. Gratian.
diſc.* 982. *num.* 20. *Barboſa axiom.* 106. *num.* 14.
Larrea alleg. fiſcal. 11. *num.* 11. *tom.* 1.

Nec obſtat, quòd, cùm in caſu agatur de 5
ſolo præjudicio Papæ concedentis generaliſſi-
mam exemptionem, deque illius ſolo intereſſe,
latè interpretandum veniat ipſum indultum
exemptivum generale contrà Principem conce-
dentem, *cap. cùm dilectus* 8. *de conſuetud. cap. cùm
dilecti 6. de donation. cap. olim* 16. *de verb. ſignif.
l. fin. ff. de Conſtitut. Princip. Oldrad. de liter. Prin-
cip. prælud.* 11. *n.* 14. *Reynoſ. obſerv.* 5. *n.* 9. *Ale-
xand. conſ.* 110. *n.* 10. *lib.* 6. *Rota coram Coccin.
dec.* 1856. *num.* 8. & *in recentior. dec.* 533. *nu.* 22.
par. 14. *dec.* 530. *num.* 4. *par.* 18. *tom.* 2. etenim
ve-

veritas eſt, quòd in materia quindenniorum non agitur de ſolo intereſſe Papæ, ſed etiam de intereſſe Sacri Collegii Cardinalium, & Anna-
6 tiſtarum; quo caſu objectum non eſt generaliter verum, veluti ad aliud propoſitum in ſimili ad-
7 vertit *Gratian. diſc.* 982. *num.* 23. & tunc in dubio Princeps non præſumitur per verba generalia velle derogare juri tertii, *Fontanell. dec. Catha-*
8 *lon.* 267. *n.* 3. *cum ſeq. tom.* 1. vel dicendum, quòd privilegium quidem interpretandum eſt contrà concedentem, in rebus, in quibus ſoli ipſi concedenti præjudicatur, non autem contrà alios, ſicque contrà tertium, ſeu tertios, quales ſunt Annatiſtæ, aliique Officiales etiam de Quindenniis Participantes, *Menoch. de arbitrar. Judic. lib.* 1. *quæſt.* 47. *num.* 1. *Gratian. diſc.* 730. *num.* 31. *&* 43. *& diſc.* 854. *num.* 23. *Card. de Luca de Regalib. diſcur.* 142. *nu.* 2. *de feud. diſcur.* 27. *num.* 6. *& de Juriſdict. diſcur.* 41. *num.* 6. *Fontanella dec. Cathalon.* 267. *num.* 2. *tom.* 1. *Rota in recentior. dec.* 86. *num.* 19. *part.* 18. *tom.* 1. hinc
9 eſt, quòd exemptio, quamvis univerſaliſſimè conceſſa pro omnibus oneribus, non compræhendit caſum ſpecialem, ac privilegiatum famis, peſtis, & belli; immò quindennia uti Papæ debita in recognitionem univerſalis dominii, ac partim poſteà ceſſa ex cauſa oneroſa Officialibus, ſeu Annatiſtis ſua Officia propriis pecuniis ementibus, ac à Principe cauſam habentibus, cùmque repræſentantibus, ſpeciali nota digna, indigent expreſſa, ac individua mentione ad
10 hoc, ut manus mortua ab illis eximatur: hinc quis, quantumvis generaliter immunis, non tamen dicitur exemptus ab hoſpitatione Militum, niſi hoc fuerit ſibi ſpecialiter conceſſum, *ad textum in l. qui immunitatem* 3. *C. de munerib. patrimonior. lib.* 10. *l. in qualibet* 2. *l. omnes* 9. *C. de metat. lib.* 12. *Riminald. Jun. conſil.* 59. *n.* 17. *cum ſeqq. & per tot. lib.* 1. *Cyriac. controv.* 154. *num.* 2. *cum ſeq. Surd. dec. Mantuan.* 275. *nu.* 2.
11 *& per tot. & ibi Hodiern.* niſi de tempore conceſſæ immunitatis jam vigeret bellum, vel immunitas eonceſſa fuiſſet per viam contractus ex cauſa oneroſa, *Theſaur. quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 13. potiſſimùm cùm immunitas, quantumvis generaliſſima, quò ſtrictiùs poteſt, interpretanda venit, ubi, ut in caſu, agitur de notabili præjudicio habente tractum perpe-
12 tuum, ac ſucceſſivum, & tanquàm in ſe odioſa, ac tendens contrà publicam utilitatem, *Cyriac. controv.* 469. *n.* 1. *cum ſeqq. Neguzant. quæſt.* 115. *num.* 10. *Fontanell. dec. Cathalon.* 267. *num* 8. *cum*
13 *ſeqq. tom.* 1. ſiquidem Princeps non intelligitur per verba generalia, & vaga derogare velle juri tertii, præſertim habentis cauſam oneroſam in emptione Officii, ſi de illo jure ſpecificè, & expreſsè non fecit mentionem, *cap. dudùm* 31. *de privileg. cap. ſuper eo* 15. *de offic. Delegat. cap. quamvis* 8. *de Reſcript. in* 6. *l. Prætor ait* 2. §. *Meritò* 10. *ff. nè quid in loc. public. l. impuberem* 2. *C. de adoption. l. nec avus* 4. *C. de emancipation. Fontanell. dec. Cathalon.* 267. *num.* 3. *cum ſeqq.*
14 *par.* 1. hinc conceſſa generaliter immunitas, non compræhendit caſum peſtis, *Thnſaur. quæſtion.*
15 *forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 5. *cum ſeq.* Inque dubio reſpondendum eſt pro Annatiſtis petentibus ſibi ſolvi debita quindennia, tanqnàm in hoc tractantibus de damno vitando, non autem pro manu mortua negante ſolvere quindennia, tanquàm in hoc vice verſa tractante de lucro captando, *Neguzant. quæſtion.* 115. *n.* 9.

Præterea, ſi Papa voluiſſet quoque concède- 16
re exemptionem à quindenniis, facile fuiſſet id exprimere, veluti in ſpecie exemptionis univerſalis *Riminald. Jun. conſil.* 59. *num.* 55. *tom.* 1. cùmque quindenniorum onus ſit reale, infixum nempè ipſis Beneficiis, aut perpetuis Penſionibus, ratione eorum Unionis, ac reſpectivè earum reſervationis; quæcumque exemptio manus mortuæ, licet generaliſſima, nihilominùs tanquàm privilegium magis perſonale, quàm reale, nihil commune habet cum quindennio, quod eſt onus merè reale, ut in ſimili de Ca- 17
thedratico uti onere reali non comprænenſo ſub exemptione perſonali, *Card. de Luca de Juriſdict. diſcur.* 49. *num.* 15. *bon. me. R. P. D. Piton. diſceptation. Eccleſ. part.* 2. *diſcept.* 35. *num.* 18. Omiſſo, quòd, cùm quindennium ſit ſpecies contributionis inſtitutæ ob commodum manus mortuæ poſſidentis Beneficium ſibi unitum, ſivè perpetuam Penſionem ad ſui favorem reſervatam, ſicque ex fructibus Beneficii, aut Penſionis perpetuam utilitatem, ſeu commoditatem retrahentis, quæcumque immunitas non 18
eſt referenda ad hujuſmodi contributionem privilegiatam, & fundatam in utilitate, ſeu commodo contribuentis, immortalis ævi *R. P. D. Fatinellus* Cameræ Apoſtolicæ Clericorum Decanus, ac olim Capitolinæ Curiæ Judex integerrimus, nec non inter primarios Urbis Advocatos, *reſponſ.* 45. *n.* 7 *par.* 2.

Nec reluctatur, quòd verbum *ab omnibus,* 19
& quibuſcumque, tamquàm univerſale, & effrænatum omnia compræhendit, & nihil excludit, nullamque patitur reſtrictionem, *Barboſa axiom.* 168. *num.* 1. 3. 4. *&* 16. *& de diction. dict.* 241. *num.* 1. *cum ſeqq. Cyriac. controv.* 469. *num.* 11. *cum plur. ſeqq. junctis nn.* 50. *&* 66. im- 20
mò includit etiam ea, quæ requirerent ſpecialem mentionem, *Cyriac. controv.* 469. *num.* 20. 42. *&* 65. cùm verba univerſalia vim habeant 21
ſpecialis expreſſionis, *Riminald. Jun. conſil.* 59. *num.* 6. *tom.* 1. & compræhendunt ea, quæ aliàs 22
non compræhenderentur, *Barboſa de diction. dict.* 241. *num.* 6. quia hoc procederet, ubi de nullo, vel modico præjudicio tertii ageretur, non verò in caſu noſtro, ubi de maximo Annatiſtarum præjudicio agitur, prout tale eſt, & excreſcit ob tractum ſucceſſivum, vel ubi ver- 23
ba immunitatis adeò prægnantia includerent etiam onus quindenniorum, *Surd. deciſ. Mantuan.* 275. *num.* 10. vel ubi verſaremur in mate- 24
ria favorabili, non autem, ut in caſu, in materia odioſa, & reſtringibili, qualis eſt hæc immunitatis, ſeu exemptionis, *Riminald. Jun. conſil.* 59. *num.* 85. *cum ſeq. vol.* 1.

Minùs turbat, quòd conceſſio ſemper intelli- 25
gatur contrà concedentem, ſicque contrà Papam, qui univerſalem exemptionem conceſſit, *Fontanell. dec. Cathalon.* 267. *num.* 2. *par.* 1. quia
ad ſummum hoc intraret, ſi eſſet ſolus Papa in 26
cauſa, & ipſi dumtaxat inferretur præjudicium, ſed non quando, ut in caſu, non ſolus Papa, verùm Officiales, ſeu Annatiſtæ etiam ſunt in cauſa, eiſque ementibus Officia notabiliter præjudicatur, *Peña in tit. Codic. de excuſat. muner. lib.* 10. *num.* 1. *propè fin. verſiculo vel dic.*, & ità 27
ſe declarat *Fontanell. dec.* 267. *num.* 2. *in princi-*

28 *pio*, *& num.* 10. *tom.* 1. aliàs poſſet dari caſus,
quòd manus mortua poſſideret pinguiſſima Be-
neficia, vel pinguiſſimas Penſiones, & clypeo
exemptionis ab omnibus oneribus juvari præſu-
mens, hoc medio defraudaret in notabili quan-
titate quindenniorum Papam, ſeu ejus Came-
ram, & Annatiſtas, extenuando meliorem red-
dituum ſubſtantiam cum Cameræ Apoſtolicæ,
& Annatiſtarum ſummo detrimento, *bon. mem.*
*R.P.D.Piton.diſceptation.Eccleſ.par.2.diſcept.*35.
*num.*12. præterquamquòd non ità de facili præ-
ſumitur Papa velle eximere à quindenniis, quæ
29 ſunt Jura ſuæ Cameræ, à quibus quidem Juri-
bus Cameræ exempti ſunt ſoli Cardinales ob
maximam eorum Dignitatem, aſſiduòſque la-
bores pro univerſali Eccleſia adhibitos, nec non
Clerici Cameræ Apoſtolicæ, aliique Officiales
principales Papæ, *Pariſ. de confident. Benefic.*
30 *quæſt.*29. *nu.* 31. imò immunitas ſuaptè natura
odioſa, ac reſtringibilis, potiùs intelligenda ve-
nit contrà eum, qui ſe prætendit immunem,
Cyriac. controverſ. 469. *num.* 1. *cum ſeqq.* undè
31 conceſſa immunitate, quantumvis generaliſſi-
ma cum ampliſſimis, ac effrænatiſſimis Clauſu-
lis, nihilominùs non cenſetur conceſſa immuni-
tas ſolvendi collectam pro reparatione viarum,
ad *textum in l. ſunt munera* 11. *ff. de vacation.*
muner. l.per Bithyniam 2. *C. de immunitat.nemini*
*conceden. l.*1.*C. de collation.fund. patrimonial.lib.*
11. *l.antiquitatis* 5.*C.Theodoſian de itiner.munien.*
*bon.mem. R. P. D. Fatinell. reſponſ.*45. *nu.*2.*cum*
32 *ſeqq. & per tot. par.* 2. hinc Eccleſia pleno Jure
liberata à quocumque onere, non cenſetur libe-
rata à Procuratione debita Epiſcopo viſitanti
ſuam Diœceſim, aut à Cathedratico, à quo nè
quidem Papæ familiares, nec S. R. E. Cardina-
les per quamcumque exemptionem remanent
liberati, *bon. mem. R. P. D. Piton. diſceptation.*
Eccleſ. tom. 2. *diſcept.* 35. *num.* 12. *cum ſeqq. ac*
per tot.

Quibus terminatis, duæ ſuperſunt non con-
temnendæ Difficultates.

I. Difficultas, quid dicendum, ſi exemptio
ab omnibus oneribus conceſſa fuerit ob remu-
nerationem meritorum, ſicque ex cauſa onero-
33 ſa, non autem lucrativa, quæ propterea tran-
ſiverit in contractum, *Solorzan. Politic. lib.* 3.
*cap.*10. *verſiculo lo tercero*, *& ſeqq. fol. mih.*315.
*Cyriac. controv.*154. *num.*11. 17. *& ſeqq.* utrùm
ſaltem eo caſu manus mortua cenſeatur exem-
pta à quindenniis, ſi non ob generalitatem ver-
borum ex mox deductis, ob præponderantem
circumſtantiam meritorum, propter quæ con-
ceſſa legitur exemptio; & exiſtimarem, non
obſtantibus meritis, adhùc manum mortuam
34 non eſſe exemptam à ſolutione quindennii: quia
Princeps neminem remunerari tenetur; undè
exemptio provenit ab ejus liberalitate, & mu-
35 nificentia, proindèque cenſetur potiùs data ex
cauſa lucrativa, quàm oneroſa, *Cyriac. con-*
36 *trov.* 469. *nu.*8. quidquid poſteà in contrarium
inclinet *num.*53. *cum ſeqq.* Ultraquamquòd ſem-
37 per manus mortua probare deberet, quod me-
rita, & ſervitia præſtita Sedi Apoſtolicæ, con-
digna forent tali, tantàque remuneratione,
nihilominùs intrà meritorum, & ſervitiorum
menſuram adhùc nequaquam præſumeretur,
voluiſſe Papam manui mortuæ concedere etiam
38 exemptionem à quindenniis: quod mihi vide-
tur probatu difficile; imò ſervitia habere debe- 39
rent perpetuitatem, nec tamen adhùc mereren-
tur remunerationem perpetuam, qualis eſt
exemptio à quindennio, *Solorzan. Politic.lib.*3.
cap. 32. *verſiculo y por*, *cum ſeqq. fol. mih.* 480.
*& de Jure Indiar. tom.*2. *lib.*2. *cap.*30. *num.* 10. 40
Mihi inſuper videretur, ſatis remunerata eſſe
ſervitia per conceſſionem exemptionis ab omni-
bus aliis oneribus, quominùs manus mortua
remuneranda ſit etiam in exemptione à ſolutio-
ne quindenniorum: non omiſſo, quod etiam
immunitates conceſſæ ob merita, provenire
quodammodò dicuntur à liberalitate, & muni-
ficentia Principis, qui non cogitur remunerari, 41
*Cyriac. controv.*469. *nu.* 8. immò quindennium
tanquàm ſpeciali nota dignum, debitùmque
Papæ in recognitionem univerſalis dominii,
nunquam intelligitur ſublatum ſub ſolo præ- 42
textu generaliſſimæ exemptionis abſque ſpeciali
mentione, *cap. Paſtoralis* 7. *de donation. Antonell.*
*de jurib. & onerib. Cleric. lib.*2. *par.*6. *cap.ultim.*
num. 5. *De Luca Melphiten. ad Ventrigl. in prax.*
*Eccleſ. par.*2. *annotat.* 25. §.2. *nu.*4. & exemptio
tendit ad gabellas, ac ſimilia onera, non au-
tem ad quindennia debita in ſignum ſubjectio-
nis, nec ad liberandum Beneficia unita, aut
Penſiones reſervatas; ſicque non benè ab illis 43
ad iſta uti diverſa fit illatio, veluti in ſimili de
Cathedratico *bon. mem. R. P. D. Piton. diſcepta-*
tion. Eccleſ. par. 2. *diſcept.* 35. *num.* 3. præſertim
cùm indultum exemptivum in ſe valdè genera-
le, ac in abſtracto; proindèque valdè dubium,
an etiam extendatur ad quindennium, immò
ex deductis procul dubio ad illud non extendi-
bile, nequaquam retardare valet ſolutionem 44
quindennii, longèque minùs in judicio poſſeſ-
ſorio ob quaſi poſſeſſionem, ex aſſiſtentia Juris
ab Annatiſtis acquiſitam, reſervata interim
diſcuſſione ad judicium petitorium, *cap. cùm per-*
ſonæ 7. *de privileg. in* 6. *Poſth. de manutention. ob-*
*ſerv.*45. *num.*13. *Rota poſt eund. dec.*157. *num.*5.
*& dec.*211. *n.*5. *Adden. ad Gregor.XV. dec.*312.
*ſub num.*4. nec exemptio etiam ampliſſima com-
præhendere poteſt quindennia, ſuper quibus
difficillimè cadere poteſt exemptio, ut in ſimili 45
de Decimis, ſeu de prætenſa exemptione à De-
cimis in generali exemptione *Rota in recentior.*
*dec.*27. *num.*10. *cum ſeq. par.*18. *tom.*1. *dec.*201.
*num.*14. *cum ſeq. ac per tot. par.*19. *dec.*507.*n.*7.
*ead. par.*19. *tom.*2.

II. Difficultas non minùs notabilis ſuccedit,
quid dicendum, ſi exemptio expreſsè cantet ab
omnibus oneribus etiam ſuper redditibus Bene-
ficiorum, an ſaltem tunc ob expreſſam mentio-
nem ab oneribus Beneficiorum, maneat liberata
manus mortua à ſolutione quindennii, & aſſe-
rerem, adhùc ad illud teneri, in nihilum ſuffra-
gante hujuſmodi ſpecifica exemptione; quippè
talis exemptio cadit dumtaxat ſuper extraordi-
nariis exemptionibus ab homine factis, vel fa-
ciendis, puta à Subſidio Excuſato nuncupato
apud Hiſpanos, à Tertiis Decimarum, ac ſi-
milibus, nullibi autem cadere poteſt ſuper one- 46
ribus ordinariis per viam legis univerſalis in
corpore Juris clauſis, præviis Conſtitutionibus
Apoſtolicis ſuper quindenniorum materia edi-
tis, ob nativam ſubjectionem, veluti in ſimili
de Cathedratico ponderat *bon.mem. R. P. D.Pi-* 47
*ton. diſceptation. Eccleſ. par.*2. *diſceptat.*35.*n.*17.

cùm-

cùmque quindennia uti ſuccedentia loco Annatarum, ſint Jura inſignia debita Sedi Apoſtolicæ in ſignum univerſalis ſupremi, ac directi dominii, quod habet ſuper redditibus omnium mundi Beneficiorum, veluti inſinuant *Paulus IV. Conſtit.* 17. §. 1. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *S. Pius V. Conſtit.* 38. §. 3. *in principio, tom.* 2. *Urbanus VIII. Conſtit.* 18. *in principio, tom.* 5. *Clemens X. Conſtitut.* 50. §. 3. *in principio, & §.* 6. *in principio, tom* 6. *& S.M. Clemens XI. Conſtit. edita* 16. *Maji* 1705. *in principio, repet. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la* V. VI. VIII. XI. *&* XV. ac notant ex auctoritate *S. Thomæ* 2. 2. *quæſtion.* 87. *artic.* 4. *Burſatt. conſ.* 126. *nu.* 70. *cum ſeqq. lib.* 2. *Lotther. de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 20. *num.* 23. *Cabaſſut. notit. Concil. cap.* 94. *num* 6. *cum ſeqq. Fagnan. in cap. præterea* 1. *nu.* 43. *cum ſeqq. nè Prælat. vic. ſuas, Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 89. *num.* 8. *&* 10. *Card. Baron. Annal. ad ann.* 1156. *in fin. verſiculo Tale eſt*; proindè per quæcumque verba generalia nunquam præſumitur Papa voluiſſe concedere exemptionem à quindenniorum ſolutione, niſi de illis facta fuerit expreſſa, & ſpecifica mentio, veluti in fortioribus terminis probat *textus apertus in cap. Paſtoralis* 7. *de donation.* & communiter obſervant *bon. me.* R. P. D. *Piton. diſcept. Eccleſ. par.* 2. *diſcept.* 35. *num.* 4. *& per tot. Monet. de Decim. cap.* 9. *num.* 87. *Pignatell. conſult. Canonic tom.* 6. *conſult.* 8. *num.* 20. *Gratian. diſcept.* 620. *nu.* 11. *Barboſa de Epiſcop. par.* 1. *alleg.* 58. *num.* 44. *Pax Jordan. var. lucubr. lib.* 7. *tit.* 18. *num.* 113. *Fagnan. in cap. conquerente* 16. *n.* 49. *de Offic. Ord nar. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib* 2. *part.* 6. *cap. ultim. num.* 5. *Piaſecc. in prax. Epiſc. par.* 2. *cap* 2 *n.* 11. ac in affinibus terminis exemptionis à ſolutione Annatarum *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *de annat. n.* 50.

(48 at "tarum, ſint Jura…"; 49 at "in fin. verſiculo Tale eſt")

Multòque minùs præſeferunt exemptionem à quindenniis verba adjecta in Unione Beneficii, vel reſervatione Penſionis, *cum omnimoda immunitate, exemptione, & libertate ab omni Decima, quarta, media, vel quavis alia fructuum parte, nec non etiam ſubſidio charitativo, & quocumque alio tàm ordinario, quàm extraordinario*
50 *onere*, eo quòd ſub ejuſmodi verborum generalitate nequaquam compræhenditur exemptio à ſolutione quindennii, ut præcisè declaravit *Clemens X. in Conſtitut.* 50. §. 8. *Bullar. nov. Rom. tom.* 6. *repet. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſtol. in ordine la XI.* ibi: *ad ſolutionem Quindenniorum, aliorùmque Jurium ratione Penſionum perpetuarum hujuſmodi, licet à quibuſcumque oneribus ordinariis, et extraordinariis impoſitis, et in futurum imponendis liberarum, immunium, et exemptarum, eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus faciendam teneri, et obligata exiſtere, et ad idem &c. cogi, et compelli poſſe declaramus &c.* quæ
51 quidem Pontificia declaratio venit omninò attendenda pro intelligentia Unionis Beneficii, aut reſervationis Penſionis, *Angel. de Ubald. penès Crott. conſil.* 399. *num.* 28. *cum ſeqq lib.* 3. *Rota coram Dunozett. Jun. dec.* 748. *num* 64. *poſt med. verſiculo poteſt enim Pontifex, tom.* 2. ſuppetente ad id patentiſſima ratione, ex eo quòd nimirùm exemptio à ſolutione quindennii debiti Sedi Apoſtolicæ in recognitionem univerſalis, ac ſupremi dominii, tanquàm privilegiatiſſima ſpecialem, & individuam requirit mentionem, neque unquam conceſſa præſumitur ſub involucro, & generalitate verborum, juxta mox cumulatas auctoritates, idque comprobat inveteratus Summorum Pontificum ſtylus, qui, quoties voluerunt unire Beneficium, vel reſervare Penſionem manui mortuæ unà cum exemptione à quindenniis, id expreſsè, & literis rotundis declararunt, prout practicavit *Innocentius X. Conſt.* 30. §. 21. *Bullar. nov. Rom. tom.* 5. *repet. poſt*
Tract. int. Conſtit. Apoſtol. in ordine la X. occaſione 52
reſervationis, & applicationis perpetuarum Penſionum ſuper fructibus Cathedralium Mazzarien., & Cathanien. in Regno Siciliæ, factæ ad favorem Capituli Patriarchalis Baſilicæ Liberianæ vulgò S. Mariæ Majoris de Urbe, ibi: *quodque propter reſervationem Penſionum per præſentes reſervatarum &c. Capitulum, Canonici &c. de cætero perpetuis futuris temporibus ad ſolutionem alicujus quindennii minimè teneantur, et ad id &c. compelli minimè poſſint, neque debeant,* & Grego-
rius XIII. in Unione Beneficiorum facta ad fa- 53
vorem Capituli Metropolitanæ Neapolis, teſte *Corrad. in prax. beneficiar. lib.* 2. *cap* 8. *num.* 64.
ſignum pluſquàm evidens, quòd ubi de quin- 54
denniis Pontifices expreſſam, ac individualem non fecerunt mentionem, noluerunt exemptionem ab eorundem quindenniorum ſolutione concedere, ſed illam voluerunt prorsùs præſervare, veluti in terminis terminantibus quindenniorum arguit *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. ſub num.* 20. *verſic. ſeu* §. *Quoad Uniones verò in fin. princip.* undè ſuffragari nequit manui mortuæ prætenſa tacita (ut ita inquam) & conjecturata exemptio à quin-
denniis, à generalitate verborum deducta. 55

Quibus addo, quòd Privilegium expediendi gratis non eximit à ſolutione Annatæ, quæ indiget ſpeciali mentione, *Ameyden. de ſtyl Datar. lib.* 1 *cap.* 18. §. 3 *de Annat. n.* 50. *in fin. verſic. et ratio eſt, quia, licet Annata, et nu.* 52. *cum ſeqq.* & in tantum Cardinales, ac Camerales, & etiam Palatini non ſolvunt Annatam, quia expediunt per viam ſecretam, non per Cancellariam.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis, unà cum Indulto expediendi gratis, & per viam ſecretam literas Apoſtolicas ſuper Unione Beneficiorum, ſeu reſervatione Penſionum, vel per priùs habentis in genere Indultum expediendi gratis quaſcumque literas Apoſtolicas ſuper quibuſcumque gratiis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Nonnunquam Papa unire ſolet Beneficium, vel reſer-*

ſervare Penſionem manui mortuæ, cùm Indulto expediendi gratis.

2 *Manus mortua obtinens ſibi uniri Beneficium, aut reſervari Penſionem, cum Indulto expediendi gratis, adhùc tenetur ad quindennia.*

3 *Quindennia debentur in recognitionem dominii.*

4 *Indulta expediendi gratis non compræhendunt Annatam, perque conſequens nec quindennium.*

5 *Gratia ſemel gratis expedita, non extenditur ad alias.*

CAPITULUM LXVI.

1 NOnnunqnam contingere poteſt, quòd Papa uniat Beneficium manui mortuæ, vel reſervet perpetuam Penſionem ad illius favorem, & ob ejuſdem manus mortuæ inopiam, vel ob aliam cauſam ſibi benè viſam, ipſi manui mortuæ concedat indultum expediendi gratis gratiam Unionis Beneficii, aut reſervationis Penſionis, & per viam ſecretam, de quo expediendi modo conquèri ſolent Annatiſtæ, cæterique Officiales intereſſe habentes ſuper Annatis, *Card. de Luca de Offic. diſcur.* 5. *per tot.* undè poſteà oriri poterit controverſia inter Annatiſtas, & manum mortuam ſuper jure exigendi, vel reſpectivè prætenſione non ſolvendi quindennia ſub prætextu expeditæ Unionis Beneficii gratis,
2 ſivè reſervationis Penſionis pariter gratis; hinc reſolvimus, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis, unà cum Indulto expediendi gratis, & per viam ſecretam literas Apoſtolicas ſuper Unione Beneficiorum, ſeu reſervatione Penſionum, vel per prius habentis in genere Indultum expediendi gratis quaſcumque literas Apoſtolicas ſuper quibuſcumque gratiis, etiam adhuc debentur quindennia; quippè, licet expeditio hujuſmodi non veniat ad Cameram, ſeu Cancellariam Apoſtolicam, attamen, ſicuti per hujuſmodi indultum non liberatur à ſolutione Annatæ proviſus de Beneficio, ſi de Annata non fiat expreſſa mentio, ità nec liberari debet à ſolutione quindennii manus mortua, ſi de quindennio non fiat expreſſa mentio, ut in ſimili de Annata perpendit *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *de annat. nu.* 49. *in fin. verſic. ſimiliter habens indultum, cum nn. ſeqq.* ibi „ Similiter habens indultum expediendi „ literas gatis, etiamſi in iilis expreſſa fiat „ mentio de illas expediendo ſuper quibuſvis „ gratiis, & quorumcumque Beneficiorum Ec„ cleſiaſticorum, etiam Eccleſiarum Cathedra„ lium, vel Metropolitanarum, aut Patriar„ chalium Proviſionibus, ſeu Commendis, ac „ fructuum, ſeu Penſionum annuarum ſuper „ iiſdem fructibus reſervationibus, quantum„ vis ampliſſimum, & cùm quibuſvis deroga„ tionibus, etiam Regulæ de non tollendo „ Jure quæſito, non ſe extendit ad Annatæ ſo„ lutionem; ità, ut per hujuſmodi indultum im„ petrans, ſit liber ab illius ſolutione, & ita „ fuit judicatum in Camera Apoſtolica &c. Et „ ratio eſt, quia, licet Annata exigatur in ex„ peditione literarum, & conformetur taxæ &c. „ non tamen exigitur ratione expeditionis li„ terarum, ſed ratione primitiarum, ſeu pri„ morum fructuum Summo Eccleſiæ Dei Sacer„ doti in recognitionem univerſalis dominii de„ bitorum &c. & ſic indulta expediendi literas „ gratis non compræhendunt Annatam &c. Al„ bertus Archidux Auſtriæ &c. antè Principa„ tum Belgii, Cardinalis fuit &c. deindè pro„ viſus fuit de Eccleſia Toletana, volebàntque „ ipſius Agentes expeditionem gratis, & quò „ ad Annatam ſuccubuerunt, quia illius non „ erat facta expreſſa mentio in indulto &c. He„ nricus Cardinalis Caetanus Abbatiam obti„ nebat &c. hanc reſignavit Bonifacio &c. Bo„ nifacius deindè Cardinalis obtinuit Eccleſiam „ Capuanam cum indulto retinendi obtenta, „ inſteterunt Annatiſtæ pro Annata &c. ipſe „ oppoſuit, ſe non poſſidere ratione illius pri„ mæ gratiæ, ſed in vim indulti de retinendo, „ ſed ſuccubuit &c. Indulta enim de expedien„ do gratis, quia cedunt in damnum Officia„ lium obtinentium Officia titulo oneroſo, „ ſunt odioſa, & ſtrictè interpretanda &c. „ quindennia enim, prout Annatæ, non exiguntur ratione expeditionis Bullarum, ſed ratione 3
fructuum Beneficii in recognitionem univerſalis dominii, ut inſinuant Bullæ quindenniorum, proindèque indulta expediendi literas gratis 4
non compræhendunt Annatam, pèrque conſequens nec quindennium, *Ameyden. loc. mox allegat. num.* 50. *in fin. verſiculo et ratio eſt, quia, licet Annata, et num.* 52. *cum ſeqq.* ubi apparet, Cardinales, Auditores Rotæ, & Urbis Gubernatores, etiamſi habeant Indulta expediendi gratis, fuiſſe tamen condemnatos per ſententiam plenæ Cameræ ad ſolutionem Annatæ, dum proviſi extiterunt de Beneficiis: diſtinguendum namque eſt Indultum expediendi gratis ab Indulto expediendi per viam ſecretam, veluti in *præcedenti Cap. num.* 55. aſſerimus. Cæterùm Indultum expediendi Literas Unionis etiam per viam ſecretam liberat quidem manum mortuam à ſolutione Annatæ, ſeu primi quindennii in actu Unionis ſolvendi, ſed non eximit in perpetuum à ſolutione quindennii.

Nec præſumendum eſt, voluiſſe Papam per ſpecialem gratiam conceſſam manui mortuæ, vel antè Unionem Beneficii, ſivè antè reſervationem Penſionis, vel de tempore Unionis Beneficii, ſeu de tempore reſervationis Penſionis, tollere quindennia habentia tractum ſucceſſivum, ideòque notabile inferentia præjudicium Annatiſtis; mandans enim expediri gratiam Unionis per viam ſecretam, ad ſummum, & ad omne pejus liberaret pro illa vice à ſolutione Annatæ debitæ in expeditione gratiæ, ſed non liberaret
in futurum à ſolutione quindenniorum; nec 5
gratia ſemel gratis expedita per viam ſecretam in prima vacatione, venit extendenda ad ulteriores, ſeu ſucceſſivas imaginarias, & fictas vacationes de XV. in XV. annos ſequi ſolitas, *Monet. de diſtribution. quotid. par.* 3. *quæſt.* 9. *nu.* 33. *Ameyden. loc. mox relat. num.* 56. *in principio.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ, quantumvis ex cauſa oneroſa unitis, ſivè ex per-

perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem manus mortuæ, quantumvis ex prædicta cauſa reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Bullæ quindenniorum generaliter veniunt intelligendæ de omnibus illis Unionibus, in quibus verificatur præjudicium Annatiſtarum.*
2 *Dictiones univerſales, omnes Uniones compræhendunt.*
3 *Expenditur* Conſtitutio 6. Pauli II. in principio, Bullar. nov. Rom. tom. 1.
4 *Princeps etiam ea, quæ ſunt juſtitiæ, ex gratia concedere dicitur.*
5 *In Proviſionibus Beneficiorum Papa profitetur liberalitatem.*
6 *Omnes Uniones ſemper cenſentur factæ citrà tertii præjudicium.*
7 *Conſtitutiones poſteriores plurimùm conferunt ad declarationem, et interpretationem præcedentium.*
8 *Dictio* quivis *adjecta in Bullis quindenniorum quid importet.*
9 *Refellitur* Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 139. n. 5. & de Regalib. diſcurſ. 162. n. 2. & 4.
10 *De Jure generaliter ſunt intelligendæ Conſtitutiones de omnibus illis Unionibus, in quibus verificatur præjudicium Annatiſtarum.*
11 *Eccleſia filialis habere potuit proprios redditus, aut dotari ex Benefactorum eleæmoſynis, vel à Papa, aut aliter.*
12 *Bona Eccleſiæ ſuppreſſæ de Jure non revertuntur ad dotantem, ſed remanent ſub diſpoſitione Papæ.*
13 *Potiſſimùm ſi Papa in actu ſuppreſſionis non reſtituerit Bona filialis matrici, ſed applicaverit per actum de novo.*
14 *Præjudicium circà matricitatem quomodò compenſetur.*
15 *Onus Annatæ tranſit in quemcumque poſſeſſorem.*
16 *Exactores quindenniorum præjudicare nequeunt Cameræ, ac Annatiſtis.*
17 *In claris contraria obſervantia pro interpretatione Conſtitutionum nequaquam venit attendenda.*

CAPITULUM LXVII.

Ad ſubterfugiendum quindenniorum ſolutionem, putat manus mortua ab illis liberari, ſub clypeo, levis quidem armaturæ, diſtinctionis nimirùm inter Uniones ex cauſa lucrativa, & oneroſa, ob aliquam nempè cauſam correſpectivam, ob quam facta fuit Unio; nihilominùs malum jus fovet, ac Annatiſtæ habent eorum intentionem fundatam in Conſtitutionibus Apoſtolicis ſuper materia quindenniorum editis: quapropter monemus in præſenti, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ, quantumvis ex cauſa oneroſa unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem manus mortuæ, quantumvis ex prædicta cauſa reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia: etenim Conſtitutiones Apoſtolicæ generaliter loquuntur de Unionibus, & applicationibus fructuum, habita ratione ad evidens, valdèque
ſenſibile cum tractu ſucceſſivo præjudicium indè Cameræ Apoſtolicæ, ac Annatiſtis obveniens ob ceſſationem ſolutionis Annatæ poſt ſequutam Unionem Beneficiorum non ampliùs
vacaturorum, ideòque de Jure generaliter ve- 1
niunt intelligendæ de omnibus illis Unionibus, & applicationibus, in quibus verificatur præjudicium, & damnum Annatiſtarum, ad *textum in l. 1. § generaliter 1. ff. de legat. præſt. Lotther de re beneficiar. lib. 1. quæſt. 25. num. 84. Barboſa vot. Canonic. dec. lib. 3. vot. 96. num. 16.* acce-
dentibus potiſſimùm in Bullis quindenniorum 2
dictionibus univerſalibus, ac prægnantiſſimis id ſuadentibus, exque propria natura omnes Uniones compræhendentibus, nullàmque penitùs excludentibus, *Salern. conſil. 3. num. 77. Gonzalez ad Regul. 8. hodie 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 6. num. 20. cum ſeqq. Barboſa de diction. dict. 329. num. 2.* quales dictiones univerſales, ac effrænatæ leguntur in *Bulla 17. Pauli IV. §. 8. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ibi: *omnes, et ſingulas Uniones &c. perpetuò factas, et de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis* Pauli *&c. compræhendi &c. Et propterea &c. ad ſolutionem Communium, et Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, et aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus, ratione earundem Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. et Bulla 50. Clementis X. §. 1. et 6. in fin. eod. Bullar. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la V. et XI.* nullòque fundamento palliari poteſt prætenſa diſtinctio; minùſque juvare ſpecioſa ponderatio, quòd Bullæ quindenniorum loquantur de Unionibus, ſeu fructuum applicationibus ex nuda tantùm Pontificis munificentia, ſeu liberalitate, ſicque ex titulo, ſivè cauſa lucrativa provenientibus, non verò de aliis Unionibus ex ſimplici, ac nu-
do actu Juſtitiæ, exque cauſa oneroſa, quod 3
elici videtur ex involucro verborum proæmialium *Conſtitutionis 6. Pauli II. in principio Bullar. nov. Rom. tom. 1. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I.* ibi: *Decet Romanum Pontificem ſic ſuis fore gratiis liberalem, quòd in Eccleſiarum &c. favorem conceſſa, in Cameræ Apoſtolicæ, vel aliis præjudicium non redundet*; id namque, quod dicitur de liberalitate in gratiis concedendis, vel referendum eſt ad Uniones inibi commemoratas, quæ forſan ex mera liberalitate Apoſtolica emanaverant, vel adſcri-
bendum eſt majeſtati Principis loquentis, qui 4
etiam ea, quæ ſunt Juſtitiæ, ex gratia concedere dicitur, *Rota in Carpentoraten. Laudemiorum 20. Junii 1692. § fin. coram Card. Caccia, de-
ciſ. 1134. num. 7. coram Emerix Jun. Decano*; 5
prout practicatur in Proviſionibus Beneficiorum, in quibus Papa profitetur liberalitatem, non autem reſtringit legem ad Uniones (ut ità inquam) merè liberales, cùm unica, finalis, ac potiſſima cauſa quindenniorum ſtabilita fuerit in reparatione damni, ac præjudicii Annatiſtarum cohærenter ad principium Juris, quòd om-
nes Uniones ſemper cenſentur factæ citrà tertii 6
præjudicium, *cap. quia Monaſterium 2. de Religioſ. Domib. Pignatell. conſult. Canonic. tom. 1. conſult. 223. num. 14. Rebuff. in prax. benefic. tit. de erection. in Collegiat. verſiculo et in hac erectione*, & in præciſis terminis quindenniorum *Rota coram Card. Seraphin. dec. 1401. num. 1. tom. 2. repetit.*

petit. poſt Tract. int. Deciſion. Sacr. Rot. Rom. in ordine la IV. quod benè declararunt ſubſequentes Conſtitutiones Apoſtolicæ ſuper eadem materia quindenniorum promulgatæ, quæ utpotè loquentes in genère, ac abſtracto de Unionibus factis, & faciendis, nulla habita mentione liberalitatis, unicè conſiderant detrimentum Annatiſtarum, & compræhendunt univerſaliter
7 omnes Uniones: quæ proindè Conſtitutiones poſteriores plurimùm conferunt ad declarationem, & interpretationem præcedentium, *Angel. de Ubald. apud Crott. conſ. 399. num. 28. cum ſeqq. lib. 3. Rota coram Dunozett. Jun. dec. 748. num. 64. poſt med. verſiculo poteſt enim Pontifex, tom. 2.*

In quorum comprobationem valdè urget, quòd ſucceſſivæ Conſtitutiones ſuper eadem materia quindenniorum exaratæ expreſsè includunt Beneficia unita quovis titulo; ſicque non ſolùm titulo lucrativo, ſed etiam oneroſo, nè
8 aliàs dictio *quivis* remaneat fruſtratoria, quando tamen omne genus Unionum ex quavis cauſa provenientium continet, *Barboſa de diction. dict. 320. et 325. per tot.* veluti habetur in *Conſtit. 20. Julii III. §. 6. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ibi: *quoad omnia* Beneficia *Eccleſiaſtica &c. quæ &c. quomodolibet communiter poſſident &c. Conſtit. 38. S. Pii V. §. 3. in fin. eod.* Bullar. *tom. 2.* ibi: *omnia, et ſingula &c. quæcumque* Beneficia *Eccleſiaſtica &c. Apoſtolica auctoritate unita, ſeu aliàs quomodolibet, et quovis titulo obtenta, & poſſeſſa, ſub literis Pauli II. et aliorum* Prædeceſ*ſorum compræhendi, et includi &c. Conſtitut.* 18. Urbani *VIII. in principio, eod.* Bullar. *tom. 5.* ibi: *ut profiteantur omnia, & ſingula* Beneficia *Eccleſiaſtica, quæ vigore ſimilium* Unionum *quomodolibet poſſidebant &c. & Conſtit. 50. Clementis X. §. 4. in fin. & §. 9. in principio, eod. Bullar. tom. 6. repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la* III. VI. VIII. & XI.

9 Nec refragatur punctualis in contrarium auctoritas *Card. de Luca de* Benefic. *diſcurſ. 139. num. 5.* ibi „ quoniam attentis rationibus, quibus innixa eſt introductio Annatarum, & de conſequenti quindenniorum, quæ earum loco ſubrogata ſunt, iſtud onus percutit illos, qui ex gratia, & munificentia Sedis Apoſtolicæ, tanquàm foventes cauſam lucrativam, potiuntur fructibus, & emolumentis Beneficiorum &c. Iſtam itaque rationem exemptivam fortiùs intrare dicebam in hac ſpecie, quoniam in hujuſmodi Collegiis nullum eſt particulare commodum illorum, qui illa regunt, & adminiſtrant, vel aliorum, qui ex quadam prærogativa ſint Collegiales, ità de neceſſariis proviſi; adeò, ut dicatur cum eis exerceri gratia, & liberalitas „ *& nu. 6.* ibi „ iſta Unio non provenit ex gratia, & liberalitate ad magis ditandum, ſed potiùs ex cauſa merè oneroſa &c. „ *& de Regalib. diſcur. 162. num. 2. §. Illa quoque*, ibi „ cùm proviſi de Beneficiis &c. totum obtineant ex gratia, & liberalitate Papæ, cauſam merè lucrativam idcircò foventes, conqueri non poſſunt, quòd eorum Benefactori, & elargitori, aliquam præbeant participationem illorum fructuum, quos ex gratia obtinent, & quæ concedens poterat eis non concedere „ *et §. Hujuſmodi* ibi „ hujuſmodi verò rationes non intrant in hac facti ſpecie, dum hæc Officia per iſtas Eccleſias, vel Pia Loca obtinentur ex cauſa merè oneroſa &c. „ *& num.* 4. ibi „ multò magis non eſt ſolvendum (ideſt quindennium) in iſto caſu, in quo agitur de cauſa verè oneroſa &c. „ quippè aſſerta diſtinctio inter Uniones ex cauſa lucrativa, & Uniones ex cauſa oneroſa, pro Collegiis Græcorum, ac Maronitarum ſcribentis eſt merè idealis, indèque haud immeritò fuit neglecta per Judices ſententiam in illa Cauſa ferentes favore Annatiſtarum cum ſubſequuto effectu ſolutionis quindenniorum, quam præfata Collegia ſponté adimpleverunt, inque ea ad præſens perſeverant; dùm Conſtitutiones Apoſtolicæ loquuntur generaliter de Unionibus, & applicationibus fructuum, habita ratione ad præjudicium Cameræ Apoſtolicæ, & Annatiſtis indè obvenienſ propter ceſſatam impoſterùm ſucceſſivæ ſolutionis Annatæ, ſtante Unione Beneficiorum; atque ideò de Jure generaliter ſunt intel- 10
ligendæ Conſtitutiones prædictæ de omnibus illis Unionibus, & applicationibus, in quibus verificatur præjudicium, ac damnum Annatiſtarum, ad *text. in l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præſtand. Barboſa vot. Can. dec. lib. 3. vot. 96. num. 16. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæſt. 25. num. 84.*

Cæterùm nec adhùc probaretur cauſa oneroſa, ſeu correſpectivitas, ſi verbi gratia Beneficia Eccleſiæ filialis ſupprimerentur, & eorum fructus applicarentur Eccleſiæ matrici, ad reparandum illius damnum, quod per ſuppreſſionem reſultaret ob matricitatem, propter quam exercet actus ſuperioritatis, puta forſitan juris conferendi Beneficia Eccleſiæ filialis; quaſi quòd fieret reſtitutio debita Eccleſiæ matrici: quod tamen eſt de ſubjecto non ſupponente, non docto, Eccleſiam, tametſi filialem, fuiſſe dotatam ab Eccleſia matrice, cùm habere po- 11
tuerit proprios redditus, aut dotari ex Piorum Benefactorum Eleemoſynis, legatis, vel etiam à Summo Pontifice, aut aliter, *Fagnan.* aliique antiquiores in *cap. ad audientiam* 3. *il* 1. *n. 1. cum ſeqq. de Eccleſ. ædific.* eò fortiùs, cùm Bona Ec- 12
cleſiæ ſuppræſſæ de Jure non revertantur ad dotantem, ſed remanent ſub diſpoſitione Papæ, *Fagnan. in cap. relatum 7. n. 36. cum ſeqq. nè Cleric. vel Monach.* potiſſimùm ſi Pontifex uniens in 13
actu ſuppreſſionis non reſtituerit Bona filialis matrici; ſed ea applicaverit, & appropriaverit per actum de novo: quo caſu conſequenter dici nequit reſtitutio ex actu Juſtitiæ, ſed nova applicatio ex gratia juxta ſingularem doctrinam *Bald. in cap. cùm acceſſiſſent* 8. *n.* 15. *cum ſeqq. de Conſtitutionibus.*

Præterquamquòd exageratum præjudicium circà matricitatem exuberanter compenſatum 14
remanſiſſet, ſi poſt ſuppreſſionem Beneficiorum Eccleſiæ filialis, ex iiſdem erigerentur alia Beneficia, ſivè Canonicatus in Eccleſia matrice; ac præſertim, ſi in literis ſuppreſſionis, & Unionis adjecta fuerit conditio, quòd Eccleſia filialis teneretur recognoſcere in matricem in Sabbato Sancto, *Rota poſt Antonell. de jurib. et onerib. Cleric. dec. 17. num. 13. in fine, §. Vel tale aſſertum præjudicium, cum nn. ſeqq.*

Omiſſo, quòd ejuſmodi præjudicium circà matricitatem nihil prorsùs commune habet cum ſo-

Ju-

lutione quindennii, ex ea convincenti ratione, quòd, ſicuti antè Unionem Beneficiorum Eccleſiæ filialis, iiſque exiſtentibus in ſtatu collativo debebatur procul dubio Annata, non obſtante matricitate, ſuperioritate, reliquiſque Juribus Eccleſiæ matricis, ità nulla ratio ſubeſt, quominùs ex fructibus eorundem Beneficiorum applicatis debeatur poſteà pro erectione aliorum Beneficiorum in Eccleſia matrice, quindennium
15 loco Annatæ ſubrogatum, cùm onus Annatæ inhæreat fructibus,& cum illis tranſeat in quemcumque poſſeſſorem, *bon. mem. R. P. D. Piton. diſceptation. Eccl. par.* 1. *diſcept.* 18. *num.* 7. *cum ſeqq.*

Inſuper adeò vera eſt noſtra principalis reſolutio ſuprà firmata, circà ſolvendum quindennium etiam ex Unione facta ex cauſa oneroſa, ſeu correſpectiva, ut illa quoque procedat, quantumvis manus mortua ad ſe tuendum, ſèque à quindenniis eximendum deducat obſervantiam interpretativam ex non ſolutione quindennii, ejuſmodi namque aſſerta obſervantia provenit ex incuria, ac negligentia Miniſtrorum, ſeu Exactorum quindenniorum, quinden-
6 nia non exigentium, qui præjudicare non valent eorum facto, ſeu omiſſione, Cameræ Apoſtolicæ, ac Annatiſtis ſcientibus habere jus ſuum ſalvum, prout declarant Bullæ quindenniorum, & ſignanter *Bulla* 20. *Julii* III. §. 5. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi: *Cùm autem &c. Uniones &c. perpetuò factæ &c. fuerint, ac ex incuria agentium pro Camera prædicta &c. obligationes de ſolvendis Communibus, & Minutis Servitiis, ac Annatis &c. factæ non fuerint, & quæ ſunt, exequutioni non demandentur &c.* et Bulla 50. *Clementis X.* § *6. in principio, tom 6.* ibi: *Cùm autem exactiones Jurium ratione Quindenniorum &c. ob Procuratorum &c. incuriam &c. neglectæ fuerint &c. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* III. *et* XI. ac ponderat *Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 139. *num* 4. ibi: *tollendo illam inobſervantiam, quæ reſultaret à culpa non ſolventium, vel à negligentia non exigentium, et ſic ubi obſervantia ſit illicita*; maximè accedente, quòd, cùm
17 verſemur in claris ob aſſiſtentiam Conſtitutionum Apoſtolicarum ad favorem Annatiſtarum pro conſequutione quindenniorum, contraria obſervantia pro earum interpretatione nequaquam venit attendenda, *Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 89. *n.* 13.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, auctoritate Apoſtolica, ſeu Ordinaria, ſivè Delegata, ſivè alia ſimili, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis antè introductum uſum quindenniorum, vel antè Bullas ſuper quindenniis editas, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Uſus quindenniorum introductus fuit ad reparandum damnum Cameræ, & Annatiſtarum per Unionem reſultans ob deſperatam vacationem Beneficiorum.*
2 *Si Emphyteuſis, aut feudum tranſit in manum mortuam, debentur quindennia Domino directo.*
3 *Expenduntur Bullæ quindenniorum.*
4 *Dictio* hactenùs *quid operetur.*
5 *Refellitur* Card. de Luca de Benefic. diſcur. 139. n.8. in fin. verſic. eò magis.
6 *Standum non eſt gloſſæ, nec cuicumque Doctori loquenti contrà textum.*
7 *Doctrina Conſulentis ad opportunitatem cauſæ parvi facienda eſt.*
8 *Præſertim in concurſu Tractatiſtæ.*
9 *Doctor unicus in ſuo dicto non venit attendendus.*
10 *Auctoritas Doctoris non eſt neceſſaria, ſed ad ſummum probabilis.*
11 *Auctoritas Pontificia eſt maxima, ac omninò neceſſaria.*
12 *Expenditur* Bulla 6. Pauli II. Bullar. nov. Roman. tom. 1.
13 *Argumentum à contrario ſenſu in Jure eſt validiſſimum.*
14 *Explicatur* Bulla 6. Pauli II. Bullar. nov. Rom. to. 1.
15 *Perpenditur eadem* Bulla.
16 *Eadem ratio militat in* Unionibus *factis antè uſum quindenniorum, & antè Martinum V. alióſque Prædeceſſores, ac in aliis Unionibus poſterioribus.*
17 Ad *Summos Pontifices ſpectat gloſſare, ac declarare ſuas Conſtitutiones.*
18 *Summus Pontifex in materia fructuum Beneficiorum adhibere ſolet poteſtatem cum prudentia.*
19 *Indultum conceſſum Regibus Hiſpaniarum, exigendi ab Eccleſiaſticis Subſidium, & Excuſatum, ſuam deſumit indubitatam validitatem à ſuprema, & libera poteſtate* Pontificia.
20 *Mentio Indulti S. Pii V. Capitulo Burgen. impertiti ſuper jure exigendi quindennia ex* Beneficiis *unitis.*
21 *Impugnari nequeunt declarationes* Pontificiæ *editæ per viam legis generalis.*
22 *Ob lapſum longi temporis præſumitur, intereſſe habentes auditos fuiſſe.*
23 *Perpenditur* Bulla 50. Clementis X. §. 12. in principio, Bullar. nov. Roman. tom. 6.
24 *Natura legis eſt futuris proſpicere.*
25 *Ponderantur Bullæ quindenniorum.*

CAPITULUM LXVIII.

Non ſanè alia ex cauſa introductus fuit uſus quindenniorum, nec pariter alia ex cauſa editæ fuerunt Conſtitutiones Apoſtolicæ ſuper quindenniis, niſi ad reparandum valdè ſenſibile 1
damnum, ac præjudicium Cameræ Apoſtolicæ, & Annatiſtarum, ob amiſſam ſpem exigendi impoſterùm Annatam; quod quidem fuit ratio unica, finalis, ac impulſiva, qua moti fuerunt Summi Pontifices ad regulandum quindennium in locum Annatæ per Unionem penitùs deſperatæ, immò indubitatè deperditæ ex eo, quòd Beneficia ſemel unita non ampliùs vacant, ut apertè depromitur ex *Conſtitutione* 6. *Pauli II.* §. 2. 3. 4. & 5. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ „ Proptereàque &c. Beneficia unita hujuſmodi

,, ampliùs nequaquam vacare ſperantur, cùmque propterea Camera Apoſtolica, nec non &c. S. R. E. Cardinalium Collegium, & Sedis Apoſtolicæ Officiales detrimentum non modicum patiantur. Nos, quorum intereſt, eorundem Cameræ, Collegii, & Officialium indemnitati proſpicere &c. auctoritate Apoſtolica &c. ſtatuimus &c. & declaramus, quòd omnia, & ſingula Monaſteria &c. quorum fructus &c. in libris ejuſdem Cameræ taxati reperiuntur, Communia, & Minuta Servitia, atque alia Jura debita, & conſueta, tàm ipſis Cameræ, & Collegio, quàm Officialibus præfatis, reliqua verò Monaſteria &c. & Beneficia &c. unita &c. Annatam &c. in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſolvere teneantur, & debeant. Et quòd de omnibus Monaſteriis &c. & Beneficiis &c. unitis &c. Communia, Minuta, & alia Jura, ſeu Annatas &c. ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in futurum &c. ,, *Conſtitutione* 20. *Julii* III. *in principio*, *juncto* §. 5. *eod. tom.* 1. ibi ,, Cupientes Cameræ Apoſtolicæ &c. & Collegii &c. S. R. E. Cardinalium, ac Officialium Sedis Apoſtolicæ indemnitati conſulere, & eorum Jura &c. illæſa præſervare &c. in Cameræ, ac Collegii Cardinalium, & Officialium detrimentum, nec non Reipublicæ hujuſmodi non leve præjudicium &c. ,, *Conſtitutione* 11. *Pauli IV. in principio*, *eod. tom.* 1. ibi ,, Nos admonent, & cogunt, ut indemnitati ipſius Cameræ &c. intendamus &c. ,, & *Conſtitutione* 17. *ejuſdem Pauli IV. in principio, eod. tom.* 1. ibi ,, Decens eſſe cenſemus, & æquum, ut &c. Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Jura non negligamus &c. ,, *Conſtitutione* 38. *S. Pii V.* §. 3. *tom.* 2. ibi ,, quindenniorùmque uſus, & ſolutio, ideò adinventi ſunt, nè Camera prædicta ex &c. Beneficiorum Eccleſiaſticorum Unionibus, quæ ampliùs vacare non ſperabatur, detrimentum aliquod pateretur. Volentes Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac &c. S. R. E. Cardinalium, nec non &c. Romanæ Curiæ Officialium Participantium Jura præſervare, illorùmque indemnitati conſulere &c. ,, *Conſtitutione* 33. *Sixti V. in principio*, *juncto* §. 2. *in principio*, *eod. tom.* 2. ibi ,, Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, & Collegii &c. S. R. E. Cardinalium, & Officialium Romanæ Curiæ de Annatis, & quindenniis Participantium indemnitati &c. conſulere, & eorum Jura illæſa præſervare volentes &c. Propterea quoniam quindenniorum uſus, & ſolutio ratione Beneficiorum unitorum conſtituta ſunt, quia illorum vacatio ampliùs non ſperatur, ut proptereà damnum ex hoc Cameræ Apoſtolicæ, & Collegio Cardinalium, & Romanæ Curiæ Officialibus prædictis emergens ſarciatur &c. ,, *Conſtitutione* 18. *Urbani* VIII. *in principio*, *tom.* 5. ibi ,, nè Cameræ prædictæ ex &c. Beneficiorum Eccleſiaſticorum Unionibus, quæ ampliùs vacare non ſperabantur, detrimentum aliquod induceretur. Volens propterea dictæ Cameræ, ac &c. S. R. E. Cardinalium Collegio, nec non &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Officialibus, de Communibus, Annatis, & Quindenniis Participantibus Jura præſervare, illorùmque indemnitati conſulere &c. ,, & *Conſtitutione* 50. *Clementis X. in principio*, *juncto* §. 3. *in principio*, §. 5. *in principio*, & §. 6. *in principio*, & *fin. tom.* 6. ibi ,, Cameræ Apoſtolicæ, & Collegii S.R.E. Cardinalium, ac &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Officialium de Communibus, Annatis, & Quindenniis Participantium indemnitati conſulere &c. cupientibus &c. nè Cameræ prædictæ ex &c. Beneficiorum Unionibus, quæ ampliùs vacare non ſperabatur, detrimentum aliquod induceretur, volens propterea prædictæ Cameræ, & eorundem Cardinalium Collegio, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ Officialibus de Communibus, Annatis, & Quindenniis Participantibus Jura præſervare, illorùmque indemnitati conſulere invigilans &c. volens propterea tàm Cameræ prædictæ, quàm eorundem Cardinalium Collegio, ac Officialibus de Annatis Participantibus conſulere &c. Nos verò &c. nolentes Cameræ noſtræ Apoſtolicæ &c. Jura &c. negligere, quinimò tàm illius, quàm &c. S.R.E. Cardinalium, ac &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Officialium de Annatis Participantium, indemnitatibus de cætero obviare &c. ac omnes, & ſingulas Uniones de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. quæ ex eorum perpetuitate non vacant &c. ſub literis Pauli Prædeceſſoris hujuſmodi compræhendi, & includi &c. ,, *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* I. III. IV. V. VI. VII. VIII & XI. & præter alios advertunt *Maſſ. Galleſ. de annat. num.* 30. *in fin.* §. *Eſt aliud quoque*, ibi ,, Cum inter alia Proviſionum genera, quæ ab Apoſtolica Sede impetrantur, ſint illæ, per quas Beneficia Eccleſiaſtica uniuntur, & annectuntur aliis, ità quòd non ſint ampliùs vacatura &c. Ex hujuſmodi Unionibus &c. per quas præcluditur via futuris unitorum Beneficiorum vacationibus, quoniam inferebatur Sedi Apoſtolicæ detrimentum percipiendi ex illis Annatam &c. uſu receptum fuit, ut illi, in quorum commodum tales Uniones cedebant &c. promitterent, obligarentque ſe, & ſucceſſores, pro ſolvendo in futurum &c. unitorum Beneficiorum Annatas &c. ut ſic Apoſtolicæ Sedis indemnitati proſpiceretur, nè talium Unionum prætextu, remaneret in perpetuum privata jure percipiendi conſuetam Annatam &c. ,, *Capon. controv. forenſ. controv.* 32. *num.* 5. *cum ſeqq.* ibi ,, cauſæ finales Conſtitutionum fuere, ut Annatiſtis, & Cameræ Apoſtolicæ ſarciretur detrimentum, quod patiebantur ex Unionibus, & diſmembrationibus factis de Beneficiis, quæ priùs vacabant, & Annatam DD. Annatiſtis ſolvere conſueverant, cùm deindè ob eorum Uniones perpetuas, ampliùs vacare non poſſint &c. Quòd autem cauſæ finales, quibus moti fuerunt Pontifices ad concedenda quindennia, fuerint ob damnum, quod patiebantur Annatiſtæ ex Unione Beneficiorum, quæ vacabant, & Annatam ſolvere conſueverant, elicitur ex prædictis Conſtitutionum verbis, tanquàm in proæmio appoſitis &c. & ex adverbiis quia, & quoniam in dictis proæmiis appoſitis, quæ regulariter ponuntur cauſativè, & reddunt finalem earum diſpoſitionem &c. ,,

,, &c. ,, *Ameyden de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. § 4. de quindenn nu* 1. ibi ,, ubicumque per Unionem eſt ſub ata ſolutio Annatæ alicujus Beneficii, quia non poteſt ampliùs contingere illius vacatio, loco Annatæ ſolvitur quindennium &c. nè videlicet Camera Apoſtolica ex hujuſmodi Unionibus nimium damnum patiatur, inducitur fictio, quòd ſingulo XV. anno contingat vacatio &c. ,, *num* 10. *circà fin.* ibi ,, Camera Apoſtolica, & Officiales Cancellariæ damnum paterentur, quia pro illis Beneficiis ſolvebatur Annata, quæ, cùm per Unionem fuerit ſublata, æquum eſt, quòd ſubintret quindennium &c. ,, *& nu.* 20. *in fin.* §. *ſeu verſic. Hactenùs* ibi ,, aliàs enim Camera Apoſtolica, & Cancellaria pateretur damnum ex eo, quòd Unio &c. operaretur, quòd nunquam rediret vacatio hujus Beneficii ad Cancellariam, quod eſt præcipua cauſa quindennii &c. ,, *Card. de Luca de Benefic. diſcur. 89. num. 3. in principio*, ibi ,, Quia verò pariter antiquiſſimus inolevit uſus Apoſtolicæ Sedis, faciendi &c. Beneficiorum Uniones, ità impedientes vacationes, ac perſonales, ſeu vitalitias Proviſiones, præjudicantes Papæ, ac Sacro Collegio Cardinalium, aliiſque Officialibus circà ſolutionem dictorum Servitiorum, & Annatarum, quæ occaſione novarum Proviſionum facienda eſſet; hinc pro hujuſmodi damni, ac præjudicii refectione, inolevit etiam antiquus uſus ſolvendi dicta onera, & Annatas pro &c. Beneficiis unitis &c. ,, *& de Regalib. diſcur. 162. num. 2. in principio*, ibi ,, Introductio enim quindenniorum &c. illam habet rationem, quòd, cùm Annatiſtæ, aliique Officiales Cancellariæ, Annatarum, aliorùmque emolumentorum, quæ per noviter Proviſos de Beneficiis ſolvuntur pro expeditione literarum, participationem habeant &c. Hinc proindè injuſtum eſſet, quòd per gratias Unionum, quæ fiunt de Beneficiis &c. ità hujuſmodi Officialibus præjudicetur &c. ,, *Rota coram Card. Seraphin. dec.* 1401. *num.* 3. ibi ,, Summi Pontifices voluerunt proſpicere indemnitati Cameræ Apoſtolicæ, quæ ratione Unionum privabatur Annatis ſibi debitis in vacatione Beneficiorum &c. ,, *& dec.* 1410. *num* 10 *&* 28. *tom* 2. *repetit. poſt Tract. int. Deciſion. Sacræ Rotæ Romanæ in ordine la IV. & V.* ibi ,, ratione præjudicii, quod oriebatur ex eo, quòd per Unionem extinguebantur Beneficia; ità, ut ampliùs eorum vacatio dari non poſſet &c. licet quindennia fuerint introducta propter præjudicium, quod per Uniones inferebatur Cameræ Apoſtolicæ &c. prout pariter ex eadem ratione, ad ſimilitudinem iſtorum quindenniorum, ſtante univerſali
2 totius Orbis conſuetudine, debentur Domino directo quindennia ob illius præjudicium in amiſſione laudemiorum, ſi Emphyteuſis, aut feudum tranſit in manus mortuas, loco laudemii, vel relevii debiti in caſu alienationis, aut renovationis Emphyteuſis, ſeu feudi, quæ poſt ejuſmodi tranſitum ad manus mortuas rariſſimè accidunt, *Card. de Luca de Benefic. diſcur. 89. num. 9. ego in alio meo Tract. de Quindenn. cap. 1. n. 32. 37. 41. 43. & 90.*

Indè ſequitur, quòd debeantur quindennia etiam ex Unionibus factis antè introductum ipſum antiquiſſimum quindenniorum uſum, & antè ipſas Conſtitutiones ſuper quindenniis editas, nam eadem ratio præjudicii Cameræ, & Annatiſtarum militat in Unionibus peranteà factis, ut patet ad ſenſum, potiſſimùm cùm Summi Pontifices loquantur in ſuis Conſtitutionibus per dictionem *hactenùs*, veluti legere eſt in *Conſtitutione 17. Pauli IV. §. 7. in fin. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ib: *Communia, Minuta Servitia, Annatas & alia Jura, Cameræ, & Collegio, ac Officialibus prædictis, ratione Unionum eiſdem &c. Beneficiis Eccleſiaſticis hactenùs factarum, debita perſolvere recuſent &c. Conſtitutione 33. Sixti V. § 2 in med. tom. 2.* ibi: *ſtatuimus &c. et declaramus quòd Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c hactenùs factæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò comprehendantur &c. Conſtitutione Urbani VIII. in principio, tom. 5. & Conſtitutione 50. Clementis X. § 4. & 6. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* V. VII. VIII. *&* XI.

Quapropter monemus in præſenti, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus auctoritate Apoſtolica, ſeu Ordinaria, ſivè Delegata, ſivè alia ſimili, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis antè introductum uſum quindenniorum, vel antè Bullas ſuper quindenniis editas, etiam adhuc debentur quindennia; quæ quidem veritas ſatis apparet 3
ex *Conſtitutione 6. Pauli II.* §. 1. 2. 3. 4. *&* 5. *Bullar. tom* 1. ibi ,, Sanè &c. tàm Nos, quàm S. R. E. Martinus V. Eugenius IV. Nicolaus etiam V. Caliſtus III. & Pius II. Pontifices &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. Apoſtolica auctoritate univimus, incorporavimus &c. Proptereàque &c. Beneficia unita hujuſmodi ampliùs nequaquam vacare ſperantur, cùmque propterea Camera Apoſtolica, nec non &c. S.R.E. Cardinalium Collegium, & Sedis Apoſtolicæ Officiales detrimentum non modicum patiantur. Nos &c. auctoritate Apoſtolica &c. ſtatuimus &c. & declaramus, quòd omnia, & ſingula Monaſteria &c. quorum fructus &c. ſi in libris ejuſdem Cameræ taxati reperiuntur, Communia, & Minuta Servitia, atque alia Jura debita, & conſueta, tam ipſis Cameræ, & Collegio, quàm Officialibus præfatis, reliqua verò Monaſteria &c. & Beneficia, ut præfertur, unita, pro quibus Cameræ Apoſtolicæ Annata, vel alia Jura ſolvi conſueverant, vel debebant temporibus retroactis &c. Annatam &c. in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſolvere teneantur, & debeant. Et quòd de omnibus Monaſteriis &c. & Beneficiis, ut præfertur, unitis &c. Communia, Minuta, & alia Jura, ſeu Annatas &c. ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in futurum &c. ,, *Conſtitutione 20. Julii III. §. 6. in principio, eod. tom. 1.* ibi ,, etiam antè Martinum V. &c. tàm pro præterito, quàm futuro tempore inviolabiliter obſervari &c. ,, *Conſtitutione 17. Pauli IV.* § 8. *eod. tom.* 1. ibi ,, Beneficia unita hujuſmodi onus ſolutionis Communium, & Minutorum Servi-

„ vitiorum, ac Annatarum &c. ſemper habuiſ-
„ ſe &c. „ *Conſtitutione* 38. *S. Pii V*. §. 3. *tom*. 2.
ibi „ quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. à
„ quocumque tempore etiam antè fel. record.
„ Martinum Papam V. &c. Apoſtolica aucto-
„ ritate unita &c. ſub literis Pauli II. & alio-
„ rum Prædeceſſorum hujuſmodi compræhen-
„ di, & includi &c. „ *& Conſtitutione* 50. *Cle-
mentis X*. §. 1. *in ſin*. §. 4. 6. *&* 7. *tom*. 6. ibi „
„ omnes, & ſingulas Uniones &c. de quibuſ-
„ vis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. per quoſ-
„ cumque Pontifices &c. quocumque tempore
„ etiam antè S. M. Martinum Papam V. &c.
„ perpetuò factas &c. ſub literis Pauli II. &c.
„ includi &c. „ *repetit poſt Tract. int. Conſt. Apoſt.
in ordine la* I. III. IV. VI. *&* XI. & notant *Amey-
den. de ſtyl. Datar. lib*. 1. *cap*. 18. §. 4. *de quin-
denn. num*. 23. *verſic. ſeu* § *Concludendum* ibi:
*Concludendum igitur, quindennia deberi ex qui-
buſvis Unionibus &c. quocumque tempore factis
&c. et num*. 24. ibi: *Paulus tamen IV. ſtatuit,
ſolvenda eſſe quindennia etiam pro* Unionibus *factis
antè Martinum V. &c. Azor. inſtitution. moral.
par*. 2. *lib*. 7. *cap*. 13. *quæſt*. 5. ac notetur (quæſo)
modus loquendi per tempus indefinitum, ſeu
4 indeterminatum, ibi: *quocumque tempore factas
&c. Alexand. conſil*. 101. *num*. 13. *lib*. 7. *Anto-
nell. de temp. legal. lib*. 1. *cap*. 4. *num*. 8 dictio
verò *hactenùs* continet primum principium, ſeu
originem rei, ſicque etiam primas Uniones fa-
ctas antè introductum uſum quindenniorum,
& antè Conſtitutiones ſuper quindenniis editas,
Barboſa de diction. dict. 101. *num*. 1. *& dict*. 131.
num. 1. *Rota recentior. dec*. 720. *num*. 8. *part*. 18.
tom 2.

5 Nec curandum de punctuali auctoritate in
contrarium *Card. de Luca de Benefic. diſcur*. 139.
num. 8. *in fin. verſiculo eòque magis*, ibi: *Eòque
magis advertebam, huic ſolutioni locum eſſe non
debere, ex eo quòd iſta* Unio *eſſet valdè antiqua
ſub Gregorio XI. &c. priuſquam introduceretur
iſte uſus quindenniorum, ac prodirent Conſtitutio-
nes prædictæ &c.* quia eidem *Card. de Luca* nul-
lum ad id alleganti Doctorem nequaquam defe-
rendum eſt, imò quia ex diametro adverſatur
textui claro, apertòque ſenſui prælaudatarum
6 Bullarum quindenniorum; quando nec ipſi *Gloſ-
ſæ*, nec cuicumquæ Doctori etiam maximi no-
minis in tali circumſtantia ſtandum eſt, *Bald.
in l. Reſpublica* 4. *ſub num*. 2. *C. quib. ex cauſ.
major. in integ. reſtit. Gotthofred. in not. Novell*.
18 *cap*. 5. *verbo erubeſcimus, Noal. conſil*. 99.
num 5. *verſic. non obſtat, Galvan. conſil*. 25. *n*. 19.
Barbat. de ſideicommiſſ. perſonal. part. 1. *cap*. 6.
num 291. *& par*. 2. *cap*. 2. *num*. 5. *Intrigliol. dec.
Sicil*. 45. *num*. 48. non omiſſo, quòd alia ex par-
7 te parvi facienda etiam eſt doctrina prælaudati
Card. de Luca, uti conſulentis ad opportunita-
tem cauſæ, veluti idem monet, *de fideicommiſſ.
diſcur* 27. *num* 2. 9. *&* 17. *diſcur*. 68. *num*. 11.
verſic reflectendo. diſcur. 88. *num* 8. *diſcur*. 209.
n. 3. *& diſcur* 216. *num*. 5. *de donation. diſcur*. 19.
nu. 10. *de feud. diſcur*. 53. *ſub n*. 6. *& diſcur*. 127.
num. 31. *de credit. diſcur*. 154. *num*. 3. *& de dot.
8 diſcur*. 166. *num*. 37. præſertim in concurſu Tra-
ctatiſtæ, *Amyden*. nempè, & *Azor*. mox me-
moratorum, *Claud. in l ſi idem cum eodem* 11. § *fin.
ff. de Juriſdict. omn. Judic. Magon. dec. Floren-
tin*. 83. *num*. 8. *in fin*. præterquamquòd uti uni-
cus in ſuo dicto, ſicque ſingularis, non venit 9
attendendus, etiamſi ſit inſignis Juriſconſul-
tus, *Pedroch conſil*. 8. *num* 208. *Intrigliol. dec.
Sicil*. 3. *num* 95. *& dec* 36. *num*. 43. quando ta- 10
men auctoritas Doctoris non eſt neceſſaria, ſed
ad ſummum probabilis, *Berett. conſil*. 51. *nu*. 9.
è contrà verò auctoritas Pontificia in enuncia- 11
tis Conſtitutionibus eſt maxima, ac omninò
neceſſaria, ut fatetur in puncto quindenniorum
idem *Card. de Luca de Benefic. diſcur* 89. *num*. 2.
poſt med § *Sed meliùs*, ibi: *ex maxima, & ne-
ceſſaria auctoritate Pontificia &c.*

Minùs ſubſiſtit, quòd *Conſtitutio 6. Pauli II*.
§. 1. *Bullar. nov. Rom. tom*. 1. *repetit. poſt Tract*. 12
int. Conſtit. Apoſt in ordine la I. compræhendat
ſimpliciter Beneficia unita à Pontificatu Marti-
ni V. in verbis ibi: *Sanè &c. tàm Nos, quàm
S. R. E. Martinus V. &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c.
Apoſtolica auctoritate univimus, incorporavimus
&c.* ità, ut à contrario ſenſu (quod argumen-
tum in Jure validiſſimum eſt) *Everard. in Topic*. 13
legal. loc. 4. *Barboſa loc. commun. argument. Jur.
loc*. 27. *n*. 1. *cum ſeqq. Rota coram Duran. dec*. 415.
num. 55. *tom*. 2. *dec* 498. *num*. 2. *&* 3. *part*. 2. *re-
centior. tom*. 2. ſub dicta Conſtitutione Paulina
non contineantur Beneficia præcedenter unita,
ſicque antè introductum uſum quindenniorum,
& antè Bullas ſuper quindenniis editas; ideò-
que non videretur, ſolvenda eſſe quindennia ex
Beneficiis tàm antè uſum quindenniorum,
quàm antè Bullas quindenniorum: quippè me-
morata Conſtitutio Paulina ſe habet magis per 14
modum relationis, quàm per modum declara-
tionis circà compræhenſionem Beneficiorum
unitorum, dum in proœmio merè, ac nudè me-
minit Unionum tàm à Martino V. cæteriſque
Summis Pontificibus Eugenio IV. Nicolao V.
Caliſto III. & Pio II. Prædeceſſoribus ſuis,
quàm à ſemetipſo factarum, ut ex verbis mox
prælaudati §. 1. ibi: *tàm Nos, quàm &c Marti-
nus V. Eugenius IV. Nicolaus etiam V. Calliſtus III.
& Pius II. Pontifices &c. univimus &c.* nihilo-
minùs idem *Paulus II*. ponderat generalem
rationem, quòd Uniones factæ cenſeantur cum 15
ſuo onere, & citrà læſionem aliorum Jurium,
prout legitur ſub §. 3. 4. *&* 5 ibi „ Nos, quo-
„ rum intereſt, eorùndem Cameræ, Collegii,
„ & Officialium indemnitati proſpicere &c. au-
„ ctoritate Apoſtolica &c. ſtatuimus &c. & de-
„ claramus, quòd omnia, & ſingula Monaſte-
„ ria, quorum fructus &c. in libris ejuſdem Ca-
„ meræ taxati reperiuntur, Communia, &
„ Minuta Servitia, atque alia Jura debita, &
„ conſueta tàm ipſis Cameræ, & Collegio,
„ quàm Officialibus præfatis, reliqua verò
„ Monaſteria &c. & Beneficia, ut præfertur,
„ unita, pro quibus Cameræ Apoſtolicæ Anna-
„ ta, ſeu alia Jura ſolvi conſueverant, vel de-
„ bebant temporibus retroactis &c. Annatam
„ &c. in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò
„ ſequuturis, eidem Camerario ſolvere tenean-
„ tur, & debeant. Et quòd de omnibus Mo-
„ naſteriis &c. & Beneficiis, ut præfertur, uni-
„ tis &c. Communia, Minuta, & alia Jura, ſeu
„ Annatas &c. ſolvere adſtringantur etiam
„ ſingulis annis XV. in futurum &c. „ ideòque
attenta hac generali ratione, quæ æquè militat 16
in Unionibus factis tàm antè uſum quindennio-
rum, & antè Martinum V. aliòſque Prædeceſſo-
res,

tes, ac in aliis Unionibus poſterioribus, jure merito dicendum eſt, omnia Beneficia indiſtinctim comprehendi quocumque tempore etiam antè uſum quindenniorum, & in quocumque Pontificatu etiam antè Bullas quindenniorum unita, per *textum in cap inter corporalia 2. ibique communiter DD. de translat Epiſcop. Rota dec. 21. ſub num. 2. de Præbend. in nov.* quod poſteà meliùs, ac expreſſiùs declararunt *Paulus IV. Conſtitutione 17. §. 7. in fin. & § 8 Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ibi „ Communia, Minuta Servitia, Annatas, & alia Jura, Cameræ, & Collegio, „ ac Officialibus prædictis, ratione Unionum „ de &c. Beneficiis Eccleſiaſticis hactenùs factarum, debita perſolvere recuſent &c. in &c. „ Cameræ, ac Collegii, & Officialium prædictorum detrimentum &c. omnes, & ſingulas „ Uniones &c. de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. per quoſcumque Romanos „ Pontifices &c. quocumque tempore, etiam „ antè ipſum Martinum &c. perpetuò factas &c. „ ſub literis Pauli &c. comprehendi &c. Et „ propterea &c. ad ſolutionem Communium, „ & Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, „ & aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus, ratione „ earundem Unionum &c. ſingulis XV. annis „ &c. faciendam teneri &c. nec non &c. Beneficia unita hujuſmodi onus ſolutionis Communium, & Minutorum Servitiorum, ac „ Annatarum, & aliorum Jurium ſemper habuiſſe, & ad præſens habere &c. „ *S. Pius V. Conſtitutione 38. § 3. tom. 2.* ibi „ quæcumque „ Beneficia Eccleſiaſtica &c. à quocumque „ tempore citrà etiam antè fel. re. Martinum „ Papam V. &c. Apoſtolica auctoritate unita „ &c. ſub literis Pauli II & aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi comprehendi & includi &c. *& Clemens X Conſtitutione 50 § 6 in fin. tom. 6.* ibi „ omnes, & ſingulas Uniones de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores „ noſtros, & antè ipſum Martinum Prædeceſſorem &c. perpetuò factas &c. ſub literis Pauli „ Prædeceſſoris hujuſmodi comprehendi, & „ includi &c. „ *repet poſt Tract int. Conſt Apoſt. in ordine la V. VI & XI.* & notant *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap 18. § 4. de quindenn. n. 24. Azor. inſtitution. moral part. 2. lib. 7. cap. 13. quæſt. 5.* cui quidem declarationi omninò defe-
17 rendum venit utpotè procedenti à Summis Pontificibus, ad quos ſpectat ſuas Conſtitutiones gloſſare, ac declarare, *Innocent in cap. cùm veniſſent 12. de judic. ibique Barboſa num 1. cum ſeqq. Fagnan. num 1. Gonzalez Tellez nu. 1 & 7. Fermoſin quæſt. 1 n. 3. cum ſeqq. Surd. conſil 558. num 6. Gabriell. conſil. 182. num. 4. lib. 2. Salgad. de ſupplicat. ad Sanctiſſ. part. 2. cap. 16. num. 5. Chokier de Juriſdict. in Exempt. par. 2. quæſt. 13. num. 1. Solorzan. de Jur. Ind. tom. 2 lib. 3 cap. 1. num 34. Rota coram Royas dec. 217. num. 2. cum ſeqq.*

In nihilum refragante, quòd prædictæ Conſtitutiones declaratoriæ emanarunt non vocatis, nec auditis intereſſe habentibus; Conſtitutiones enim Apoſtolicæ, Motu proprio, ex certa ſcientia, & per viam legis generalis emanatæ, impugnari nullatenùs valent ſolo prætextu,
18 quòd auditi non fuerint intereſſe habentes: Summus namque Pontifex, in hac præſertim materia fructuum Beneficiorum abſolutam, & liberam habet poteſtatem, quam tamen adhibere ſolet cum prudentia, juſtitia, ac maturitate, prævia ſcilicet conſultatione, & examine, per *textum in cap. licet Eccleſiarum 2. in principio, de Præbend in 6. Clem. 1. in fin. ut lit. pendent. Garz de Benefic. part 5. cap. 1. num. 1. cum ſeqq Falcon. de reſervation Benefic. prælud 2 n. 2. Gonzalez ad Regul 8. hodie 9 Cancellar. de Menſib. § 1. proœm. num. 31. cum ſeqq. Fagnan. in cap. præterea 1. num 35. cum ſeqq nè Prælat. vic. ſuas.*

Eo fermè pacto, quo ex hac ipſa ſuprema, & libera poteſtate Pontificia ſuam deſumit indu- 19
bitatam validitatem Indultum conceſſum Regibus Hiſpaniarum, exigendi ab Eccleſiaſticis Subſidium, & Excuſatum, pluribus cum declarationibus deſuper emanatis ad ejus intelligentiam, ac explicationem, quin Eccleſiaſtici intereſſe habentes auditi fuerint, veluti præ cæteris meminit *Amoſtaz de cauſ. piis lib 7. cap. 14. num 23. cum ſeqq* prout etiam ab eodem fonte proceſſit Indultum, ſeu Privilegium à S. Pio V. 20
Capitulo Cathedralis Burgen. Eccleſiæ de anno 1566 conceſſum, de quo meminit *Rota coram Card Seraphin. dec. 1401. ſub nu. 3. verſiculo et facultas tom. 2. repetit poſt Tract int. Deciſion. Sac. Rot. Rom in ordine la IV.* ibi: *et facultas iſta percipiendi quindennia primùm conceſſa fuerit à fel rec. Pio V anno 1566 pro Beneficiis in futurum uniendis, videtur, nullum jus competere Capitulo exigendi quindennia ex Beneficiis antè conceſſionem Pii V unitis &c. et dec. 1410. in principio, juncto num. 19 antè med verſiculo et tacitè, eod. tom. 2. repetit poſt Tract in ordine la V.* ibi: *Capitulum Burgen. &c. prætendebat exigere &c. quindennia Beneficiorum unitorum etiam antè Privilegium fel. rec. Pii V. &c. videtur fateri Capitulum, impetrando novum Privilegium à fel rec. Pio V. pro quindenniis futurarum Unionum &c Peña deciſ. 1020. num. 16 tom. 2. dec 787. num. 1 in fin. verſiculo ideò par. 4. diverſ.* ibi: *ità hodie quindennium eidem Capitulo meritò debetur &c. ex Privilegio Pii V. &c*

Privilegium (inquam) à S. Pio V. impartitum ſuper jure exigendi quindennia ex omnibus Beneficiis manibus mortuis in tota Metropoli Burgen. unitis: aliòque Indulto fruuntur ſuper jure exigendi Annatas, Portionarii Eccleſiæ Toletanæ, Canonici SS. Juſti, & Paſtoris de Alcalà, ſeu Compluten., Eccleſiæ Hiſpalen., Conchen., Seguntina, Segobien., & Oxomen., ut tradunt *Petillas de annat. num. 19 & 20. Amoſtaz de cauſ. piis lib. 7. cap. 14. num 35.* hujuſmodique, reliquaque ſimilia Indulta, & declarationes non ita facilè impugnari valerent ſub ſolo præmeditato prætextu, quòd in illorum conceſſione auditi non fuerint intereſſe habentes; ità à fortiori ſub eodem motivo im- 21
pugnari nequeunt declarationes Pontificiæ, editæ per viam legis generalis, quibus cavetur, omnia Beneficia unita etiam antè Martinum V. intelligi debere comprehenſa ſub Conſtitutione Pauli II. demandante ſolutionem quindenniorum Cameræ Apoſtolicæ, ex ratione textus loquentis in terminis Privilegii exigendi mediam Annatam fructuum Beneficiorum in *Extravag. poſtulaſti 10. de Præbend. int. commun.* ibi: *ridicu-*

rulum enim eſſet, ut eadem fabrica potiori, quàm Nos Privilegio in talibus uteretur &c. immò tantum abeſt, quòd adversùs dictas Conſtitutiones declaratorias fuerit hactenùs reclamatum, prævio recurſu ad Sedem Apoſtolicam, prout practicari debuiſſet, ſi illæ apparuiſſent (quod abſit) injuſtæ, ut potiùs tanquàm rationabiles, acjuſtiſſimæ, debitæ, paratæque exequutioni demandatæ fuerint, & citrà contradictionem generaliter, ac communiter in toto Orbe Catholico (prout decebat) ſervatæ per lapſum duorum ſæculorum; in hoc enim ſtatu, quando etiam antè illam promulgationem oportuiſſet audire intereſſe habentes (quod ta-
22 men nullo modo ſubſiſtit) adhùc ob lapſum tàm longi temporis, præſumendum eſt, illos auditos fuiſſe, aut ſaltem nihil inveniſſe, quod rationis dictamini repugnaret, *Felin. in cap. ſicut 16. num. 29. de ſentent. & re judicat. ac communiter DD. & præſertim Jaſon in l. ſecundùm 10. num. 17. ff. de regul. Jur. Archidiacon. in cap. nemo 9. il 1. de conſecration. diſtinction. 1.*

Sed ponit falcem ad radices ſuprà prælauda-
23 ta *Conſtitutio 50. Clementis X. §. 12. in principio, Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la XI.* ibi: *etiam ex eo, quòd &c. quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, præmiſſis non conſenſerint, nec ad ea vocati, & auditi fuerint, nullo unquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio &c. impugnari, invalidari, retractari &c. in judicio, vel extrà poſſe &c.*

24 Minùs obſtat, quòd procul dubio natura legis eſt futuris proſpicere, non autem ad præterita reſpicere (ut ajunt) oculos retrò habere, præſertim in materia odioſa, *Anguian. de legib. lib. 5. cap. 2. cum ſeqq.* quia lex quindenniorum uti generalis, nec alicujus temporis reſtrictiva, ſemper loquitur tàm pro præterito, quàm pro futuro, ut ad aliud propoſitum reſervationis advertit *Gonzalez ad Regul. 8. hodie 9. Cancellar. de Menſib. gloſ. 9 §. 5. n. 44. cum ſeqq.*

Longè minùs obſtat, quòd uſus, & lex quindenniorum non debet ſolummodò cadere ſuper tempore ſolutionis quindennii: quippè Summi Pontifices expreſsè declararunt, quindennia deberi ex Beneficiis unitis etiam antè Martinum V. per modum relationis, ut videre eſt in
25 *Conſtitutione 6. Pauli II. §. 1. Bullar. nov. Rom. tom. 1. Conſtitutione 17. Pauli IV. §. 7. in fin. & §. 8. eod. tom. 1. Conſtitutione 38. S. Pii V. §. 3. tom. 2. & Conſtitutione 50. Clementis X. §. 6. in fin. tom. 6. repetit poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I. V. VI. & XI.* ergò tacitè, ſeu virtualiter iidem Summi Pontifices etiam voluerunt, quindennia deberi ex Beneficiis unitis longè antè Martinum V. aliòſque Prædeceſſores, ſicque etiam antè uſum quindenniorum, ut ſuperiùs declaravimus.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, poſt introductum uſum quindenniorum, vel poſt Bullas ſuper quindenniis editas erectis, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Lex quindenniorum uti generalis, nec alicujus temporis reſtrictiva, ſemper loquitur tàm pro præterito, quàm pro futuro.*
2 *Refertur abſurdum oriturum.*
3 *Quindennium ſoboles Annatarum.*
4 *Non benè arguitur à gratia ſpeciali favore certæ perſonæ ad gratiam generalem Motu proprio conceſſam.*
5 *Gratia ſpecialis, uti ambitioſa, ac odioſa, venit reſtringenda.*
6 *Facultas conferendi Beneficia, non capit Beneficia poſteà erecta, ſeu creata.*
7 *Privilegium percipiendi fructus de Beneficiis vacantibus, non ſe extendit ad Beneficia poſteà creata.*
8 *Id, de quo agendum eſt, primum in rerum naturæ eſſe debet.*

CAPITULUM LXIX.

Viſo, in *præcedenti Cap.* quòd etiam ex Beneficiis unitis antè uſum quindenniorum, vel antè Bullas ſuper quindenniis editas, debeantur quindennia; cùm è contrà dari poſſit caſus, quod reperiantur aliqua Beneficia creata, & fundata poſt jam introductum uſum quindenniorum, vel poſt Bullas ſuper quindenniis editas, iſtaque tractu temporis uniantur manui mortuæ; prætextu autem creationis, ſeu erectionis poſticipatæ, manus mortua, ad declinandum ſolutionem quindenniorum, putat bonum jus fovere in exemptione a quindenniis, vice verſa autem Annatiſtæ habentes pro ſe legem quindenniorum, perque conſequens fundatam eorum intentionem ratione Unionis ipſorum Beneficiorum: proindè firmatur, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, poſt introductum uſum quindenniorum, vel poſt Bullas ſuper quindenniis editas erectis, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia, dum lex quindenniorum uti generalis, nec alicujus 1
temporis reſtrictiva, ſemper loquitur tàm pro præterito, quàm pro futuro, veluti ad aliud propoſitum reſervationis ponderat *Gonzalez ad Regul. 8. hodie 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 9. §. 5. num. 44. cum ſeqq. Falcon. de reſervation. quæſt. 3. principal. num 8. verſic. aliis autem reſervationibus generalibus, Granucc. ad Simonett. eod. tract. quæſt. 12. num. 4. Mandoſ. in Regul. 3. hodie 4. Cancellar. de reſervation. Dignitat. quæſt. 7. num. 22. Rota coram Coccin. dec. 1389. num. 14. dec. 1650. num. 4. dec. 1680. num. 5. dec. 1708. nu. 28. & 30.* aliàs dato diverſo intellectu Pontificiarum Conſtitutionum ſuper quindenniis 2
editarum, ſequeretur abſurdum, immò conſiderabile damnum Annatiſtarum, quorum indemnitati potiùs conſulere voluerunt Pontifices, mediantibus quindenniis, juxta *Bullam 6. Pauli II. in principio, juncto §. 2. 3. & 4. Bullar. nov. Rom. tom. 1. Bullam 20. Julii III. in principio, juncto §. 5. eod. tom. 1. Bullam 11. Pauli IV. in principio, eod. tom. 1. & Bullam 17. ejuſdem*

Pauli IV. in principio , juncto §. 7. in fin. & §. 8 in principio , eod. tom 1. Bullam 38. *S Pii V. §. 3. in principio , & §. 4. & 6. tom 2. Bullam* 33. *Sixti V. in principio . juncto §. 2 in principio , & §. 4. eod. tom. 2. Bullam* 18 *Urbani VIII. in principio , juncto §. 1. & § 2. tom 5. & Bullam* 50. *Clementis X. in principio , juncto §. 2. 3. 4. 5. & 6. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III. IV. V. VI. VII. VIII. & XI. ſequeretur (inquam) abſurdum , quòd nempè plura , ac innumera Beneficia in toto Orbe Catholico erecta fuerint poſt introducta quindennia , horùmque non perpauca unita manui mortuæ , quæ , ſi non ſolviſſent quindennia , actum eſſet de Annatiſtis .

Eodem igitur modo , quo procul dubio debentur Annatæ etiam ex Beneficiis erectis poſt
3 earum introductionem , debentur pariter quindennia uti ſoboles Annatarum vigore naturæ ſubrogationis ex fusè per nos ſuprà deductis *Cap. I.* ſi enim Annatiſtis non præjudicatur , nec præjudicare debet in altero conſequutivo , accedente potiſſimùm ampliſſima loquutione in Bullis quindenniorum de omnibus Beneficiis qualitercumque qualificatis ; ità , ut , non obſtante qualitate noviter ſupervenientis creationis , Beneficia etiam poſteà creata , in iiſdem Conſtitutionibus includuntur ; quæ veritas ad hominem comprobatur ex notabilibus verbis *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap.* 18. §. 4. *de quindenn. nu.* 12. & 13. ibi : *adeò , ut quemadmodùm ſolvitur Annata pro Beneficiis recenter fundatis , ſi fructus eorum , XXIV. Ducatos excedant , ità etiam ſolvuntur quindennia pro Beneficiis annexis , & incorporatis &c.* idque operatur verbum *recenter* , quo utitur *Ameyden.* ad denotandum , loqui de Beneficiis poſt uſum , & Bullas quindenniorum fundatis .

In nihilum relevante , quòd , ſicuti gratia , ſeu reſervatio quindenniorum facta favore Annatiſtarum , videretur , non debere continere Beneficia de novo creata , quæ in rerum natura non erant tempore legis quindenniorum per *textum in l. ſi eo tempore 4. ff. de his , quæ pro non ſcript. hab. l. quidam referunt 14. poſt princip ff. de Jure Codicill. gloſſ. in c. ad diſſolvendum 3 verbo accuſari , de deſponſat. impuber. & in cap. fin. verbo ad futuras , de Reſcript. Gonzalez ad Regul. 8. hodie 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 45. §. 5. num. 44. cum ſeqq. Rota dec. 21. ſub num 5. verſic.*
4 *confirmatur , de Præbend. in nov.* quia non benè arguitur à gratia , ſeu reſervatione ſpeciali pro certa perſona , & favore certæ perſonæ ad gratiam , ſeu reſervationem ipſam generalem quindenniorum , Motu proprio conceſſam , quæ non eſt ſpecialis , nec pro certa perſona , ſed generaliſſima per viam legis generalis ad conſulendum indemnitati Annatiſtarum ex titulo oneroſo à Papa cauſam habentium , ac uti talis favorabilis , & amplianda ad omnia , ac quandocumque creata Beneficia , juxta terminos *Clem. fin. de Reſcript. Gonzalez loc. mox citat. nu.* 48. ad dif-
5 ferentiam gratiæ ſpecialis , quæ è contrà uti ambitioſa , ac odioſa , ratione expectativarum ad Beneficia viventium , venit reſtringenda ad Beneficia jam creata , ad *textum in cap. odia 15. de regul. Jur. in 6. cap. quamvis 38. de Præbend. in 6. l. non poſſunt 12. l. Jura non in ſingulas 8. ff. de legib. l. cùm quidem 19. ff. de liber. & poſthum. Lap. allegat. 26. ſub num 2. & ibi Mandoſ. in addition. litera F. Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. §. 6. proem num 27. & 74. Simonett. de reſervation. quæſt 5. n. 2. cum ſeqq. Rota dec. 240. num. 14. par. 1. diverſorum .*

Minùs obſtat , quòd facultas conferendi Be- 6
neficia , de qua in *cap. ſi cui nulla 36 de Præbend. in 6* non capit Beneficia poſteà creata , *Gonzalez gloſſ. 9. §. 5. num.* 18 quia hoc eſt ſpeciale , nè fundatores retrahantur à fundatione , ut notat idem *Gonzalez* ; quod inconveniens conſiderari nequit in quindenniis , cùm per eorum medium non retrahantur fundatores à fundatione .

Longèque minùs relevat , quòd , ſicuti privi-
legium percipiendi fructus Beneficiorum vacan- 7
tium , de quo in *cap. tua nobis 31. de verb. ſignificat. et in cap. ſi propter 10. de Reſcript. in 6.* non ſe extendit ad Beneficia poſteà creata , ità privilegium percipiendi quindennia , quod nihil aliud eſt , quàm privilegium percipiendi fructus unius anni reiterabile ſingulis XV. annis , videretur pariter , non debere continere Beneficia poſteà creata ; quia illud eſt privilegium particulare , ac uti tale , potiùs reſtringibile , quàm ampliabile , iſtud verò quindenniorum eſt generale , ac univerſale , fundatum in dominio univerſali penès Chriſti Vicarium , ac uti tale , favorabile , ad formam *Conſtitutionis 17. Pauli IV. §. 1. Bullar. nov. Rom. tom 1. Conſtitutionis 38. S. Pii V. §. 3. in principio , tom. 2. Conſtitutionis 18. Urbani VIII. in principio , tom 5. et Conſtitutionis 50. Clementis X §. 3. in principio , et §. 6. in principio , tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt in ordine la* V. VI. VIII. & XI.

Minoris denique relevantiæ eſt ponderatio ,
quòd id , de quo agendum eſt , primum in re- 8
rum natura eſſe debeat , *cap. ad diſſolvendum 3. de deſponſat. impuber. l. ſi eo tempore 4. ff de his , quæ pro non ſcript. hab. l. quidam referunt 14. poſt princip ff. de jur. Codicill.* quia hæc regula non poteſt intrare , quando Conſtitutiones loquuntur generaliſſimè , ac effrænatiſſimè de omnibus , & quibuſcumque Beneficiis qualitercumque qualificatis .

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus , manui mortuæ unitis , quantumvis non docto per Annatiſtas de præventiva ſolutione Annatæ antè Unionem , etiam adhùc debentur quindennia .

SUMMARIUM.

1 *Expenduntur Bullæ quindenniorum .*
2 *Dictio* vel *quomodò ſumatur .*
3 *Affertur locus* Matth. cap 5 verſic. 36. & cap. 6. verſic. 24. & Paul. Epiſtol. 1. ad Corinth. cap. 11. verſic 27.
4 *Dicta dictio* vel *iterùm quomodò ſumatur .*
5 *Iterùm expenduntur Bullæ quindenniorum .*
6 *Dictio & quomodo ſumatur .*
7 *Dicta dictio & non ſemper ſtat copulativè .*

8 *Ad*

8 *Ad evitandam contrarietatem inter Conſtitutiones Apoſtolicas dictio* & *ponitur pro dictione* vel .

9 *Potiùs ponderandæ ſunt circumſtantiæ , et natura negocii pro vera interpretatione dictæ dictionis* & .

10 *Adducitur locus* Joann. cap. 6. verſic. 53. & 54.

11 *Adducitur locus* Paul. Epiſtol. 1. ad Corinth. cap. 11. verſic. 27. cum ſeqq.

12 *Adducitur locus* Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 13. de Sacrament. Euchariſt. cap. 3. & ſeſſ. 21. de Communion. cap. 1. & 3. & Canon. 1. & 3. & Matth. cap. 12. verſic. 37. & Act. Apoſtol. cap. 3. verſic. 6.

13 *Expenditur* Bulla 20. Julii III. Bullar. nov. Rom. tom. 1.

14 *Ad evitandam contrarietatem , ac contradictionem potiùs improprianda eſt particula* et .

15 Regula 22. Cancellar. de Union. *ad quid emanavit* .

16 Regula 55. Cancellar. de valor. *ad quid emanavit.*

17 *Omnia Beneficia excedentia XXIV. Ducatos , in actu eorum Proviſionis tenentur ad ſolutionem Annatæ* .

18 *Datariæ Apoſtolicæ ſtylus ſervat , quòd etiam in Proviſionibus Beneficiorum exprimatur valor per non exceſſum , et exigatur Annata juxta talem expreſſionem* .

19 *Ad effectum ſolutionis Annatæ inſpicitur ſumma expreſſa per non exceſſum , nè fraus fiat Annatiſtis* .

20 *Beneficium de Jurepatronatus laicali , unitum ſolvit quindennia* .

CAPITULUM LXX.

MOnemus in præſenti , quòd ex Beneficiis
annuum valorem XXIV. Ducatorum
auri de Camera excedentibus , manui mortuæ
unitis , quantumvis non docto per Annatiſtas
de præventiva ſolutione Annatæ antè Unionem,
etiam adhùc debentur quindennia , etenim procul dubio Annatiſtis non incumbit maximus ,
improbus , ac immò ſuperfluus labor revolvendi
antiquos libros Datariæ Apoſtolicæ , ad probandum , quòd ex Beneficio unito , antè illius
Unionem , & illius fructuum applicationem ſolveretur Annata occaſione recurrentis Proviſionis Apoſtolicæ , dum ſatis eſt , quòd ex Beneficio excedente XXIV. Ducatos de Jure ſolvi
1 deberet Annata , ut literaliter cavetur in *Conſtitut. 6. Pauli II. §. 3. 4. & 5. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ità , ut ab hac probatione literaliter exemerit Annatiſtas memorata Conſtitutio Paulina ſucceſſivè per Summos Pontifices confirmata , decernens , ad hunc effectum ſatis eſſe ,
quòd de Beneficio unito antè illius Unionem
Annata ſolvi deberet , vel ſoleret , ibi ,, Com-
,, munia , & Minuta Servitia , atque alia Jura
,, debita , & conſueta , tàm ipſis Cameræ , &
,, Collegio , quàm Officialibus præfatis , reli-
,, qua verò &c. Beneficia &c. unita , pro quibus
,, Cameræ Apoſtolicæ Annata , ſeu alia Jura
,, ſolvi conſueverant , vel debebant &c. Anna-
,, tam &c. in poſterum ſingulis XV. annis per-
,, petuò ſequuturis , eidem Camerario ſolvere
,, teneantur , & debeant . Et quòd de omnibus
,, &c. Beneficiis &c. unitis &c. Communia ,
,, Minuta , & alia Jura , ſeu Annatas &c. ſolvere
,, adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in fu-
,, turum ,, prout multi alii ad ſimiles Uniones ,
,, & gratias obtinendas faciunt , & facere con-
,, ſueverunt &c. ,, *& Conſtitut.* 20. *Julii III. §. 5. & 6. eod. tom.* 1. ibi ,, Cùm autem &c. diverſæ
,, aliæ Uniones &c. perpetuò factæ &c. fuerint,
,, ac &c. obligationes de ſolvendis Communi-
,, bus , & Minutis Servitiis , ac Annatis &c. aut
,, aliis Juribus ſolvi debitis , & conſuetis , factæ
,, non fuerint &c. Nos volentes &c. à quibuſ-
,, cumque &c. ac omnibus aliis &c. perſonis ,
,, tàm pro præterito , quàm futuro tempore
,, inviolabiliter obſervari &c. quoad omnia , &
,, ſingula &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. quæ
,, &c. poſſident &c. ,, *repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſtol. in ordine la* I. *&* III. ità , ut vigore alternativæ *vel* , ſatis ſit , quòd Annata
conſueverit , vel debuerit ſolvi ; ſicque , quòd
una tantùm ex adjectis conditionibus adimpleatur , & verificetur , quòd nempè Annata
vel conſueverit , vel debuerit ſolvi , non autem ,
quòd conſueverit , & debuerit ſolvi : ſicque dicta dictio *vel* ſumatur diſiunctivè , ſeparans ca- 2
ſus , *cap. perlectis* 1. *in fin. §. ad Primicerium* 13. *diſtinct.* 25. *cap. inter cæteras* 4. *de Reſcript. §. Si plures conditiones* 11. *Inſtitution. de hæred. inſtit. l.* Pediculis 33. *§. Argento ff. de aur. et argent. legat. l. ſi is , qui ducenta §. Utrùm ff. de reb. dub. l. hæc verba ille , aut ille* 124. *ff. de verb. ſignif. l. cum pupillo ff. de condition. et demonſtration. l. quærebatur ff. judicat. ſolv. l. ubi autem non apparet §. Qui illud audivit l. ſi ſtipulatus fuero illud , aut illud ff. de verb. oblig. l. ſivè uxor* 34. *ff. de donation. int. vir. et uxor. l. ſi hæredi plures , l. cùm ſi hæredi plures ff. de condition. inſtitution. l. cùm quidam* 4. *in principio , C. de verb. ſignif. Rubric ff. de acquir. vel amitt. hæredit. Gomez in l.* 70. *Taur. num.* 3. *in principio , verſic. primò , quia , et var. reſol tom.* 1. *cap.* 5. *num.* 21. *Barboſa de diction. dict.* 46. *num.* 2. *cum ſeqq. dict.* 363. *n.* 1. *cum ſeqq. dict* 375. *num.* 1. *cum ſeqq. et dict.* 415. *n.* 1. *cum ſeqq. R. P. D. Marcell. Severol. in vot. poſt bon. mem. R. P. D.* Piton. *diſcept. Eccleſ. par.* 2. *num.* 20. *in med. verſic. attamen , Rota coram Coccin. dec.* 1505. *num.* 6. *Dunozet. Sen. dec.* 28. *nu.* 4. *Dunozet. Jun. dec.* 100. *num.* 4. *et dec.* 369. *nu.* 9. *tom.* 1. *et dec.* 712. *num.* 7. *tom.* 2. *ac in recentior. dec.* 174. *num.* 46. *par.* 12. *dec.* 303. *num.* 3. *et* 4. *et dec.* 382. *num.* 3. *et* 4. *par.* 17. ubi in ſimili de *Conſtitutione* 59. *Urbani VIII. §.* 1. *Bullar. nov. Rom. tom.* 4. *dec.* 317. *num.* 13. *cum ſeqq. par.* 19.

De quo non deſunt exempla in Sacris literis
ſuper dicta dictione *vel* alternativa , & diſiun-
ctiva , ut apud *Matth. cap.* 5. *verſic.* 36. ibi : *non* 3
potes unum capillum album facere , aut nigrum , et cap. 6. *verſic.* 24. *et* Paul. *in Epiſtol.* 1. *ad Corinth. cap.* 11. *verſic.* 27. ibi : *quicumque manducaverit panem hunc , vel biberit calicem Domini indignè , reus erit corporis , et ſanguinis Domini &c.* Undè Sacra Communio ſub una ſpecie deducitur ; quia particula diſiunctiva *vel* innuit , unam ſpeciem ab altera ſeparari poſſe , & Apoſtolus liberum relinquit , ſivè ſub una , ſivè ſub utraque ſpecie Euchariſtia ſumatur .

Eſt benè verum , quòd eadem dictio *vel* 4
quoad diſpoſita unum & idem in effectu continet , *l. cùm illud* 25. *ff. quando dies legat. ced. l. ſi illud* 27. *ff. de legat.* 2.

In nihilum refragante , quòd prælaudata 5
Conſtitutio 6. Pauli II. §. 3. 4. *et* 5. ibi ,, Com-
,, munia , & Minuta Servitia , atque alia Jura
,, de-

„ debita, & conſueta, tàm ipſis Cameræ, & „ Collegio, quàm Officialibus præfatis; reliqua verò &c. Beneficia &c. unita &c. Annatam &c. in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſolvere „ teneantur, & debeant. Et quòd de omnibus „ &c. Beneficiis &c. unitis &c. Communia, „ Minuta, & alia Jura, ſeu Annatas &c. ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis XV. „ in futurum, prout multi alii ad ſimiles Uniones, & gratias obtinendas faciunt, & facere „ conſueverunt &c. „ & prælaudata *Conſtitutio* 20 *Julii* III. §. 5. ſupponat, quòd ad hoc, ut Beneficia ſubjaceant quindenniis, debeat conſtare, quòd per prius antè Unionem eadem Beneficia ſubjacere Annatæ deberent, & ſolerent, in verbis ibi: *Cùm autem diverſæ aliæ Uniones &c. perpetuò factæ &c. fuerint, ac &c. obligationes de ſolvendis Communibus, et Minutis Servitiis, ac Annatis &c aut aliis Juribus ſolvi debitis, et conſuetis, factæ non fuerint &c.* quaſi,
6 quòd per copulativam, ſeu conjunctivam *et* Pontifex voluerit, utrumque concurrere, nempè debitum, & ſolitum, ſeu conſuetum, ideſt debitam, & ſolitam, ſeu conſuetam ſolutionem Annatæ vigore prædictorum verborum: *ſolvi debitis, et conſuetis*: ad tradita per *Barboſ. de diction. dict. 3 num. 1. dict. 43. in principio, &*
7 *dict.* 100. *num.* 3 quia dicta dictio *et* non ſemper ſtat unitivè, conjunctivè, ſeu copulativè, ſed quandoque diſiunctivè ſecundùm ſubjectam materiam, præſertim quando, ut in caſu, in memorata *Conſtitutione 6. Pauli II.* §. 4. adeſt dictio alternativa, et diſiunctiva *vel*; ità, ut iſta duo copulata non requirant amborum copulatorum concurſum, ſed quando ambo copulata tendunt ad eundem effectum; adeò, ut, rejecta copula, unita reſolvatur, & ſit adjectiva alterius, *Menoch. conſil* 1199 *num* 13. *cum ſeqq.* quo caſu, etiam in proprìando verba ad evitan-
8 dam contrarietatem inter Conſtitutiones Apoſtolicas, dictio *et* ponitur pro dictione *vel*, & reſolvitur in diſiunctivam, per *textum in l conjunctionem 29 ff. de verb ſignif* ibi: *conjunctionem enim nonnunquam pro disjunctione accipi Labeo ait; ut in illa ſtipulatione, mihi, hæredique meo, te, hæredèmque meum, l ſæpè itd* 53 *ff. eod. ubi Rebuff. et Alciat Barboſa de diction dict* 110. *num* 28. *et* 37. *Portol de conſort. cap.* 1 *num.* 20. *cum ſeqq Cened poſt quæſt Canon. et Civil. ſingular.* 50. *num* 7. *Tiraquell. de retract. lignag* §. 1. *gloſſ.* 20. *num.* 3. *Gonzalez ad Regul* 8. *hodie* 9. *Cancellar. de Menſib gloſſ* 3. *num* 14. *cum ſeq. Everard. Topic. legal. loc à natur. copul. nu* 11. *cum ſeqq bon mem* R. P. D. *Piton diſcept. Eccl. par.* 1. *diſc.* 7. *num* 11. *in principio, Rota coram Buratt. dec.* 237. *nu* 4. *tom* 1. *Card. Celſ. dec.* 377. *num.* 12. *&* 13. *Card. Cavaler. dec* 49 *num.* 7. *& in recentior. dec* 584 *num* 3. *&* 4 *par.* 4 *tom* 1. *dec.* 255. *num.* 4 *par.* 5 *tom.* 1. *dec.* 427. *num.* 10. *cum ſeq ead. par.* 5 *tom* 2 *dec.* 432 *num.* 17. *&* 20. *par* 9. *tom.* 2. *dec.* 164 *num* 3. *&* 4. *par.* 15. *dec.* 137. *num* 3. *cum ſeqq. par.* 16.

Quapropter dum habemus claram mentem Pontificum volentium ſubjicere quindenniis Beneficia unita, quæ antè Unionem debebant, vel ſolebant Annatam ſolvere, non eſt attendendus contrarius intellectus dictionis *et* appoſitæ in alia ſubſequente Conſtitutione Pontificia, veluti conſiſtens in aucupio unius dictionis contrà naturam actus, de quo agitur; cùm potiùs ponderandæ ſint circumſtantiæ, & na- 9
tura negocii pro vera interpretatione præfatæ dictionis *et*, ut in puris terminis dictionis *et* ponderat *Rota dec* 432. *num.* 20. *et* 21. *par.* 9 *recentior. tom.* 2. præſertim dum idem Pontifex Paulus II. quantumvis in §. 3. *et* 5. utatur copula *et*, attamen etiam utitur alternativa, ſeu diſiunctiva *vel*, in §. 4. ibi: *vel debebant &c.*

Quam veritatem eruimus ex Sacra Pagina, occaſione inſtitutionis Auguſtiſſimi Sacramenti in Sacra Cœna, apud *Joann. cap. 6. verſic.* 53. 10
et 54 ibi: *niſi manducaveritis carnem filii hominis, et bibetis*, ſeu (ut alii legunt) *biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, et bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam &c. qui manducat meam carnem, et bibit meum ſanguinem in me manet, et ego in illo &c.* ideſt, ut explicat *Card. Bellarmin. contrà Bohemos, niſi manducaveritis, vel biberitis*, inquiens, non obſtare particulam *et*, quominùs una Euchariſtiæ ſpecies ſeparetur ab altera, ubi à *Lapid. dict. verſiculo* 54. *in med.* § *Dices*, ibi: *Et biberitis, hic, et alibi ſæpè per hebraiſmum ſumitur pro aut biberitis: ſufficit enim alteram ſpeciem ſumere, quia ſub qualibet totus, et integer continetur Chriſtus &c.* Immò id explicat *Paul. Apoſtol in Epiſtol.* 1. *ad Corinth. cap.* 11. 11
verſic. 27 *cum ſeqq* loquens de Sacra Cœna modò cum particula diſiunctiva *vel*, de qua loquutus fuerat cum particula conjunctiva, ſeu copulativa *et*, Joannes Apoſtolus, & Evangeliſta modò cum particula conjunctiva, ſeu copulativa *et*, ibi: *quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis, et ſanguinis Domini &c. De pane illo edat, et de calice bibat. Qui enim manducat, et bibit indignè, judicium ſibi manducat, et bibit &c.* ad quod confert Decretum *Sacri Concilii Tridentini* 12
ſeſſ 13. *de Sacrament. Euchariſt. cap* 3 *& ſeſſ.* 21. *de Communion. cap.* 1 *&* 3. *& Canon* 1. *&* 3 *& Matth cap.* 12 *verſic.* 37. ibi: *ex verbis enim tuis juſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis*, hoc eſt, vel ex verbis tuis; ſunt enim hæc duo inter ſe oppoſita *juſtificari*, ſeu *abſolvi*, & *condemnari*, nec in unum ſubjectum cadere poſſunt, *& Act. Apoſtol cap.* 3. *verſic.* 6. ibi: *argentum, & aurum non eſt mihi*, hoc eſt vel aurum, ut explicat *Card. Bellarmin. de Euchariſt. lib.* 4 *cap.* 25. non enim aliter rectè S. Petrus docuiſſet, ſe pecuniariam eleemoſynam facere potuiſſe: ſic hæc duo deberi Annatam, vel ſolere ſolvi Annatam ſunt inter ſe oppoſita.

Nec eſt veriſimile, quòd Julius III. loquendo per particulam conjunctivam, ſeu copulativam *et* voluerit in hac parte derogare præcedenti Conſtitutioni Pauli II. primi quindenniorum regulatoris, loquentis per particulam disjunctivam *vel*; præſertim cùm idem Julius III. profiteatur, ſuam edidiſſe Conſtitutionem ad effe- 13
ctum confirmandi illam Pauli II. aliorùmque Prædeceſſorum, uti habetur in principio ejuſdem Conſtitutionis Juliæ, ſeu Julianæ ibi „ his, „ quæ à Prædeceſſoribus noſtris ad hoc provi- „ dè emanarunt, libenter adjicimus noſtri mu- „ niminis firmitatem &c. „ §. 2. ibi „ & piæ me. Paulus etiam Papa II. &c. & §. 6. ibi „ õnia, „ & ſingula in eis contenta &c. approbamus, „ & in-

„ & innovamus &c. & à quibuſcumque &c. in-
„ violabiliter obſervari &c. quoad omnia, &
„ ſingula &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. eaque
„ omnia &c. extendimus, & ampliamus &c. „
atque liquet ex *Argumento Cherubin. ad prælau-
datam Conſtitutionem Julii III.* ibi: *Confirmatio,
& extenſio Conſtitutionum à pleriſque Romanis
Pontificibus editarum, contrà non ſolventes Came-
ræ Apoſtolicæ quindennia*; nè aliàs idem Ponti-
fex videatur incontinenti ſe corrigere. ſibique
14 contradicere: quando tamen ad evitandam cor-
rectionem, ac contradictionem potiùs impro-
prianda eſt particula *et*, *cap. cùm expediat* 29. *de
election. in* 6. *l. ubi repugnantia*, vel (ut alii le-
gunt) *pugnantia* 148. *ff. de regul. Jur. l. cùm hic ſta-
tus* 32. §. 1. *in fin. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. non
ad ea* 89. *ff. de condit. et demonſtrat. Palm. Nep.
alleg. 7. num. 44. et alleg. 48. num. 19. Barboſa
axiom. 58. num. 1. axiom. 60. num. 1. 3. 5. et 7. et
axiom. 222. num. 9. et 28. Menoch. de præſumpt.
lib. 6. præſ. 37. num. 14. Card. de Luca de teſtam.
diſcur. 69. num 6. Bellon. de his, quæ incontinenti
fiunt, lib. 1. cap. 37. num. 2. Maſcard. de general.
Statut. interpret. concl. 5. limitat. 53. nu. 159. Rota
dec. 2. num. 3. lib. 3. deciſ. 25. num. 12. lib. 6. et
dec. 13. num. 6. lib. 7. poſt Card. de Luca vol. 1.
dec. 4. num. 11. et dec. 5. num. 3. lib. 3. vol. 3. et
poſt Scarfanton. ad Ceccoper. lucub. Canon. tom. 1.
dec. 43. num. 12. Innocent. X. dec. 674. nu. 4. Priol.
dec. 69. num. 15. et dec. 352. nu. 10. ac in recentior.
dec. 33. num. 3. et dec. 273. n. 11. par. 15. dec. 219.
num. 11. par. 16. deciſ. 390. num. 6. et dec. 400.
num. 30. par. 18. tom. 1. dec. 619. num. 8. dec. 671.
num. 24. et dec. 711. num. 8. ead. par. 18. tom. 2.
dec. 45. num. 9. et dec. 303. nu. 13. par. 19. dec. 492.
num. 21. et 22. dec. 513. num. 5. dec. 518. nu. 14.
dec. 557. num. 10. dec. 573. num. 4. et deciſ. 601.
num. 8. ead. par. 19. tom. 2.*

Non omiſſo, quòd ſatis probetur, ex Benefi-
cio unito, peranteà ſolutam fuiſſe Annatam in
actu Proviſionis, ſi fructus Beneficii uniti, in
actu Unionis expreſſi fuerint in tot Ducatis per
exceſſum XXIV. ad hunc enim præciſum effe-
ctum, & unicum finem, ſeu ſcopum dignoſcen-
di, an Beneficium unitum, ſit obnoxium ſolu-
tioni Annatæ; ità, ut poſt Unionem ſit obno-
xium ſolutioni quindennii, & ad quam ſum-
15 mam regulanda ſit illius ſolutio, emanavit *Re-
gula* 21. *hodie* 22. *Cancellar. de Union* obligans
manus mortuas ad expreſſionem valoris in
Unionibus, ſub pœna nullitatis ipſarum Unio-
num, ibi: *item voluit, quòd petentes, Beneficia
Eccleſiaſtica aliis uniri, teneantur exprimere ve-
rum annuum valorem &c. tàm Beneficii uniendi,
quàm illius, cui uniri petitur, alioquin Unio non
valeat &c.* & notant *Lotther. de re beneficiar.
lib. 3. quæſt. 20. num. 48.* ibi: *quippè hoc quoque
ſtatutum eſt, nè Annatiſtis fraus fiat &c. Sott. ad
prælaudat. Regul. 22. num. 3.* ibi: *debet ſolvi me-
dia Annata, ſi valor excedat XXIV. libras ſecun-
dùm Ordinationem Cameræ, Zypeus conſult. 7. de
exceſſ. Prælat. §. Et ut verum*, ubi firmat, *Re-
gulam de Unionibus* præ oculis habere ſolam
quindenniorum rationem: indè fit, quòd etiam
16 in Proviſionibus Beneficiorum exprimendus eſt
verus valor, nè defraudetur Annata, ex *Regu-
la* 61. *hodie* 55. *Cancellar. de valor.* ibi „ item
„ voluit, quòd in gratiis &c. de Beneficiis &c.
„ Beneficiorum &c. verus annuus valor &c. ex-
„ primatur &c. alioquin gratiæ prædictæ ſint
„ nullæ &c. „ *ubi Gomez Sarnen. in præfat. ver-
ſic. quidam verò*, ibi „ nè defraudaretur, Regu-
„ lam factam fuiſſe exiſtimant &c. quia Regula
„ iſta de valore adhæret taxis Annatarum.
„ Nam videmus, quòd in Beneficiis, in qui-
„ bus non ſolvitur Annata, non exprimitur va-
„ lor &c. „ *& quæſt. 3. in principio*, ibi „ propter
„ evitandas fraudes Annatarum &c. „ *Alphonſ.
Sott. ibid. num. 4. in principio*, ibi „ propter me-
„ diam Annatam &c. „ *Chokier ibid. n. 20.* ibi „
„ ideò inventa fuit hæc Regula, nè per ejuſmo-
„ di valoris taciturnitatem Annatæ defrauda-
„ rentur &c. „ Undè expreſſio valoris habet
vim conditionis, adeò, ut, ſi ille non eſt ve-
rus, gratia Unionis tamquàm ſubreptitia, in
totum redditur nulla, juxta *Regul. 21. hodie 22.
Cancellar. de Union.* ibi: *alioquin Unio non va-
leat, Corrad. in prax. benef. lib. 5. cap. 5. num. 20.*
cùm omnia Beneficia Eccleſiaſtica excedentia 17
annuum valorem Ducatorum XXIV. recurren-
tibus illorum Proviſionibus in Curia, teneantur
ad ſolutionem Annatæ, juxta Conſtitutionem
Bonifacii IX. *Maſſ. Galleſ. de annat. n. 3. Amey-
den. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 3. de annat.
num. 6. cum ſeqq. et ſub num 56. verſic. tertiò
quòd, ſi contingat, Fagnan. in cap. prætereà 1.
num. 43. cum ſeqq. nè Prælat. vic. ſuas, Lotther.
de re benef. lib. 3. quæſt. 20. num. 19. cum ſeqq. &
nu. 43. cum ſeqq: Card. de Luca de Benefic. diſc. 89.
num. 4.*

Quod quidem procedit, quantumvis valor
Beneficii uniti expreſſus fuerit in tot Ducatis per
non exceſſum, hic enim eſt notorius ſtylus Da- 18
tariæ Apoſtolicæ, ut etiam in Proviſionibus
Beneficiorum valor exprimatur per non exceſ-
ſum, & juxta hanc expreſſionem valoris per
non exceſſum Annatiſtæ exigant Annatam, ve-
luti in præciſis terminis, deque hujuſmodi ſtyli
notorietate teſtatur *Rota coram Dunozet. Jun.
dec. 633. ſub nu. 6. cum ſeqq. tom 2. Emerix Sen.
dec. 21. num. 3. & 4.* & quamvis valor taliter ex-
preſſus, verificari poſſit in obulo ad effectum
juſtificationis, & exequutionis gratiæ; nihilo-
minùs ad effectum ſolutionis Annatæ inſpicitur 19
ſumma expreſſa per non exceſſum, nè fraus fiat
Annatiſtis, ut plenè explicat *Ameyden. de ſtyl.
Datar. lib. 1. cap. 7. n. 66. cum ſeqq.*

Sed præſcindendo etiam ab onere probandi,
quòd antè Unionem ſolveretur Annata, immò
etiam non probata Annatæ ſolutione, ſemper
aſſiſtit regula Annatiſtis, quòd juxta Conſtitu-
tiones Apoſtolicas eo ipſo, quòd Beneficium
excedit XXIV. Ducatos, ſubeſt ſolutioni quin-
dennii: undè Beneficium de Jurepatronatus lai- 20
cali, ſi uniatur, ſolvit quindennium, juxta
eaſdem Bullas Apoſtolicas, ut in *Bulla* 20. *Ju-
lii III. §. 6. Bullar. nov. Rom. tom. 1. in Bulla 38.
S. Pii V. §. 3. tom. 2. in Bulla 33. Sixti V. §. 2.
eod. tom. 2. in Bulla 18. Urbani VIII. in princi-
pio, juncto §. 2. tom. 5. & in Bulla 50. Clemen-
tis X. §. 4. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtit.
Apoſt. in ordine la* III. VI. VII. VIII. & XI.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis de Jurepatronatus laicali,
quantumvis Imperiali, Regio, Ducali,

Mar-

Marchionali , Baronali , Comitali , vel ſimili , annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus , & quantumvis in Camera Apoſtolica non taxatis , nec antè Unionem Annatas ſolventibus , manui mortuæ unitis , non obſtante , quòd in loco , in quo exiſtit manus mortua , receptæ non eſſent *Bulla* 20. *Julii III.* §. 6. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Bulla* 38. *S. Pii V.* §. 3. *tom.* 2. *Bulla* 33. *Sixti V.* §. 2. *&* 4. *eod. tom.* 2. *Bulla* 18. *Urbani VIII. in principio , juncto* §. 2. *tom.* 5. *& Bulla* 50. *Clementis X.* §. 4. *&* 5. *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la III. VI. VII. VIII. & XI.* in ea parte , in qua mandant ſolvi quindennia ex hujuſmodi Beneficiis Patronalibus , etiam adhùc debentur quindennia .

SUMMARIUM.

1 *Conſtitutiones Pontificiæ non indigent acceptatione Populorum .*

2 *Nec adversùs illas dari poteſt de non uſu , ſeu contrario uſu .*

3 *Conſtitutiones ſuper materia quindenniorum editæ , reperiuntur impreſſæ in* Bullario Romano .

4 *Nec unquam tenendum , quòd dictæ Conſtitutiones non receptæ non obligent .*

5 Extravag. Ambitioſæ 2. de reb. Eccleſ. non alien. *uſu non recepta non tenet .*

6 *In caſu* dictæ Extravag. *ac ſimilium Conſtitutionum agitur de intereſſe particularium .*

7 *In caſu prædictarum Bullarum quindenniorum agitur de intereſſe Papæ , ſicque univerſalis Eccleſiæ.*

8 *Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri .*

9 *Supradictæ Bullæ quindenniorum uti latæ per modum legis univerſalis totum afficiunt orbem .*

10 *Lex localis non protenditur ultrà locum deſignatum.*

11 *Conſtitutio edita per viam legis , obſtringit ignorantes .*

CAPITULUM LXXI.

CUm dari poſſit caſus , quòd aliqua Conſtitutio Apoſtolica quoad aliquam particularem circumſtantiam non ſit uſu recepta , reſpectu alicujus loci particularis, quantumvis quoad alias circumſtantias ſit recepta , exemplo Conſtitutionum Apoſtolicarum mandantium ſolvi quindennia etiam ex Beneficiis de Jurepatronatus Regio , & ſimili , perantea non taxatis in Camera , ſeu Cancellaria Apoſtolica , nec ſolvere Annatas conſuetis ; ideòque putet manus mortua in tali caſu tuta conſcientia eximi à ſolutione quindennii , ſub prætextu non ſervatarum in illo loco prædictarum Conſtitutionum quoad memoratam circumſtantiam ; quapropter firmatur in præſenti , quòd ex Beneficiis de Jurepatronatus laicali , quantumvis Imperiali , Regio , Ducali , Marchionali , Baronali , Comitali , vel ſimili , annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus , & quantumvis in Camera Apoſtolica non taxatis , nec antè Unionem Annatas ſolventibus , manui mortuæ unitis , non obſtante , quòd in loco , in quo exiſtit manus mortua , receptæ non eſſent *Bulla* 20 *Julii III* § 6. *Bullar. nov Rom tom.* 1. *Bulla* 38. *S. Pii V* §.3 *tom* 2 *Bulla* 33. *Sixti V.* §. 2. *&* 4. *eod. tom* 2. *Bulla* 18. *Urbani VIII. in principio , juncto* §.2 *tom.* 5. *& Bulla* 50. *Clementis X* §.4. *&* 5 *tom* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* III. VI. VII. VIII. *&* XI in ea parte , in qua mandant ſolvi quindennia ex hujuſmodi Beneficiis Patronalibus , etiam adhùc debentur quindennia ; Conſtitutiones 1
enim Pontificiæ (tanta eſt earum excellentia) non indigent Populorum acceptatione , ut ligent , ac obligent , ad differentiam aliarum Conſtitutionum Principum ſæcularium , quæ , ut ligent , ac obligent , indigent Populorum acceptatione , cùm Pontifex Juriſdictionem accipiat immediatè à Deo , & non à Populo , ideòque ejus lex non pendet quoad ejus obligationem à Populi acceptatione , juxta communem Canoniſtarum & Theologorum ſententiam , *Dian. reſol moral part* 1. *tract* 10 *de legib. reſol* 1 *in fin* §. *Sed his , Suarez de legib lib* 3 *cap.* 19. *et lib* 4 *cap.* 16. *Card. de Luca de Benefic. diſcur* 65. *num* 18 *et diſcur.* 76. *nu.* 7. *de Juriſdict. diſcur.* 7. *num* 4. *et* 6. *et de feud. diſcur.* 4 *num* 6 *Monacell. formular legal pract. Eccleſ. part.* 2. *tit* 15. *formul.* 4 *num* 2. *in fin verſic ex eo , quia , D. Advoc Urſaya diſcept. Eccl tom.* 2 *part.* 1. *diſc.* 4. *num* 23. *Adden ad Innocent X dec* 278. *num.* 8. *in principio , clar. mem R P. D. Anſaldus Decanus in annotat et addit ad dec.* 71. *num.* 20 *cum ſeqq. Rota coram Merlin. deciſ.* 714 *num.* 4. *et* 5. *tom* 2 *Card. Cavaler dec.* 77 *n.* 3 *et dec.* 111 *n.* 1. *ac in recentior. deciſ* 630. *num.* 6 *part.* 4. *tom.* 3. *dec* 259 *num.* 2. *par.* 12 *dec.* 260. *num.* 15. *par.* 17. *et apud Novar. in Summ. Bullar. dec.* 42. *n.* 16. *et* 17 *part.* 1. *et in Mantiſſ. ad Card. de Luca dec.* 3. *n* 8. *lib* 3. *vol.* 3 *et in Barchinonen Beneficiorum* 15. *Aprilis* 1704 §. *Cæterum , coram Molines Decano , & Inquiſitore Generali Hiſpaniarum* ; nec da- 2
ri poteſt de non uſu , ſeu de contrario uſu , vel potiùs abuſu adversùs illas , *Pignatell. conſult. Canonic tom* 1. *conſult.* 138 *num.* 8. *et tom* 6 *conſult.* 58. *num.* 7. *et tom.* 10. *conſult.* 38. *num.* 6 *Lotther. de re benef. lib* 3 *quæſt.* 25. *num* 40. *Pyrrh. Corrad in prax diſpenſ. Apoſtol lib.* 9. *cap* 1 *n* 9. *verſic. nec non quia Conſtitutiones , Dian. coordinat. impreſſion. Venet. Balleon. tom.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 345. *num.* 2. *cum ſeqq. Caſtellin. in obſerv ad Conſtitution. Legation. Æmiliæ part.* 4. *obſerv.* 2. *num.* 2. *verſic quæ quidem , cum nn. ſeqq. Capyc. Latr conſult.* 125 *num* 29 *cum ſeqq. Baldell. in diſput Theolog moral. lib.* 5 *de legib diſp.* 28. *num.* 4 *cum ſeq. Card. de Luca de cenſib. diſc.* 1. *n.* 4. *Gratian. in addition. ad ſuas deciſion March. dec.* 124 *num* 2. *cum ſeqq. Rota poſt Novar. in ſumm Bullar dec* 42 *n.* 16 *cum ſeqq. part* 1 *et poſt Cenc. de cenſib dec* 87. *num.* 6 *Card Celſ. dec* 200. *n.* 5. *cum ſeqq. Merlin. dec.* 814. *n.* 4. *cum ſeqq. tom.* 2. *Priol dec.* 61 *nu.* 2. *cum ſeq. ac in recentior. dec* 630. *num* 6 *par.* 4. *tom.* 1. *dec.* 194. *num* 14. *ead. par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 235. *num.* 7. *par* 13. *Monacell. formular. practic. Eccleſ. legal. par* 2. *tit.* 15. *formul.* 4 *in adnotat. num.* 2. *in fin. verſic. ex eo quia , et par.* 3. *tit.* 1. *formul.* 22. *in adnotat. n.* 15.

Rota poſt eund. Monacell. par.2. dec.46. n.9. et poſt
Card. de Luca ſuper mater. de Benefic. dec.23. n.12.
vol. 2. et in Mantiſſa dec.3. n. 8. cum ſeqq. vol.3.
3 Omiſſo, quòd Bullæ quindenniorum, tam-
quàm inter impreſſas in Bullario Romano ,
præſumuntur ubique receptæ , *Rota poſt Anto-*
nin. var. reſol. lib.1. reſol.98. in fin. verſiculo quia:
4 nec unquam tenendum eſt contrarium , ſub fri-
volo , ac inapplicabili quidem motivo , quòd ,
5 ſicuti , ſi non eſt uſu recepta *Extravag. ambitio-*
ſæ 2. de reb. Eccleſ. non alien. non tenet , ità nec
dictæ Conſtitutiones Apoſtolicæ ſuper materia
quindenniorum editæ , non acceptatæ , tenere
debent; valdè enim diſcrepat unus caſus ab alio,
6 dum in caſu dictæ *Extravag. ambitioſæ* , ac ſimi-
lium Conſtitutionum Apoſtolicarum agitur de
intereſſe Eccleſiarum particularium ; ſed in caſu
7 prælaudatarum Bullarum quindenniorum agi-
tur de intereſſe Papæ , ſicque univerſalis Eccle-
ſiæ , & quidem conſiderabili ob tractum perpe-
tuum , ac ſucceſſivum , & Annatiſtarum , quod
tollere nequeunt Populi , præfatas Conſtitutio-
nes non acceptando ; hac enim malitioſa via
valdè præjudicaretur Papæ , Cardinalibus , &
Annatiſtis ex facto alieno , nempè Populorum;
immò actum eſſet de quindenniis in notabilem
Papæ , Cardinalium , ac Annatiſtarum perni-
ciem , quod ferendum non eſt , cùm alteri per
8 alterum , longèque minùs Papæ , inferenda non
ſit iniqua conditio , *cap. non debet 22. de regul.*
Jur. in 6. l. non debet 74. ff. eod. Barboſa axiom.22.
num. 1.
9 Prærerquamquòd Bullæ quindenniorum latæ
per viam legis univerſalis , totum afficiunt or-
bem , etiamſi in toto orbe acceptatæ non eſſent,
10 ad differentiam legis localis , quæ non protendi-
tur ultrà locum deſignatum , ſivè pro quo tan-
tùm promulgata legitur , *Honded. conſil.* 52.
num 55. *cum ſeqq. lib.* 1. *Rota recentior. dec.* 107.
*num.*23. *&* 24. *par.*12. *dec.*54. *num.*11. *par.* 13.
11 *dec.*260. *num.*20. *&* 21. *par.*17. eo fermè pacto,
quo Conſtitutio emanata per viam legis , ob-
ſtringit quoque ignorantes , *Navarr. conſil* 1.
*num.*19. *de Conſtitution. Gomez Sarnen. in Proœm.*
*Regul. Cancellar. quæſt.*2. *num.* 23 . *Rota in recen-*
*tior. dec.*69. *num.*32. *&* 33. *par.*12.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis de Jurepatronatus laicali , quantumvis Imperiali , Regio , Ducali, Marchionali , Baronali , Comitali , vel ſimili , annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus , manui mortuæ unitis , ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus , ſuper Beneficiis hujuſmodi ad favorem manus mortuæ reſervatis , non obſtante , quòd in donatione talis Juriſpatronatus , Eccleſiæ facta legatur ſpeciale Indultum , ſeu Privilegium Apoſtolicum , per quod , prævia diſpenſatione , concedatur , ut , non attenta translatione ipſius Juriſpatronatus Laicalis in Eccleſiam ſæcularem , aut Regularem , ſemper tale Juſpatronatus retineat ſuam primævam naturam Laicalitatis , non autem illam mutet , aſſumendo aliam Eccleſiaſticitatis , ac ſi in Eccleſiam non eſſet tranſlatum , etiam adhùc debentur quindennia .

SUMMARIUM.

1 *Expenduntur* Bullæ *quindenniorum.*
2 *Quando in materia quindenniorum adeſſet aliquod dubium , ſolùm id authenticè tollere poſſet declaratio Legislatoris , qui legem impoſuit.*
3 *Juſpatronatus ſæculare , in Eccleſiam translatum , non eſt ampliùs ſæculare , ſed Eccleſiaſticum.*
4 *Ex diſpenſatione ſuper conſervatione , ſeu retentione primævæ naturæ Juriſpatronatus Laicalis , non indè cenſetur Papa velle ſibi , ſeu ſuæ Cameræ , ac Annatiſtis præjudicare.*
5 *Etiam de* Beneficiis *Juriſpatronatus Laicorum ſolvitur Annata , ſi de illis contingat fieri Proviſiones in Curia.*
6 *De iiſdem* Beneficiis *poſteà unitis , ſivè de perpetuis Penſionibus poſteà reſervatis debentur quindennia.*
7 *Diſpenſatio Pontificia ſuper retentione primævæ qualitatis Juriſpatronatus laicalis , non obſtante , quòd tranſierit in Eccleſiam , operatur , quòd remaneat laicale , ſitque mentio Monaſterii de Odivellas Ulyxbonen.*
8 Beneficium *Juriſpatronatus mixti , vacans in turno Compatroni laici , tanquàm de Jurepatronatus laicali , non ſubjacet* Regulæ 8. hodiè 9. Cancellariæ Menſium reſervatoriæ.
9 *Super quo Auctor conſultus fuit .*
10 *In limine fundationis poteſt reſervari Juſpatronatus ad favorem Eccleſiæ , ità tamen , ut illud ſemper ſit laicale .*
11 *Reſervatio talis Juriſpatronatus confirmari ſolet .*
12 *Laudatur* clar. mem. Card. Scottus .
13 *Quiſquis rei ſuæ eſt moderator , & arbiter .*
14 *Juſpatronatus Laicale , in Eccleſiam translatum , ex conventione remanens laicale , non efficitur Eccleſiaſticum .*
15 *Fundator* Beneficii *poteſt adjicere in erectione Juriſpatronatus conditiones ſibi benè viſas .*
16 *Emphyteuſis laicalis donari poteſt Eccleſiæ ſub conditione , quòd non reguletur adinſtar Bonorum Eccleſiæ , ſed remaneat ſemper laicalis .*
17 *Eccleſia feudum poſſidere poteſt , recognoſcendo pro illo Dominum laicum .*
18 *Eccleſiæ donari poſſunt* Bona *ſæcularia ſub lege , quòd ſemper remaneant ſæcularia .*

CAPITULUM LXXII.

Viſo in *præcedenti Cap.* quòd ex Beneficiis de Jurepatronatus laicali , etiam Regio debeantur quindennia , quantumvis Bullæ Apoſtolicæ mandantes quindennia ſolvi ex hujuſmodi Beneficiis , receptæ non ſint in loco , ubi manus mortua exiſtit ; quia verò ex Regia , vel ſimili munificentia ob ſummam erga Pia Loca (ut decet) religionem, ſæpiùs fieri aſſolent Eccleſiis donationes Juriſpatronatus Regii ; cùmque

que aliquando ad inſtantiam Regis donatoris ,
vel Eccleſiæ donatariæ obtineatur Indultum
Apoſtolicum , quòd , non obſtante donatione
hujuſmodi facta ad favorem Eccleſiæ , nihilo-
minùs retineat Juſpatronatus ſuam naturam
laicalis , ac ſi nunquam tranſiiſſet in Eccleſiam ;
modò reſolvimus , quòd ex Beneficiis de Jure-
patronatus laicali , quantumvis Imperiali , Re-
gio , Ducali , Marchionali , Baronali , Comitali,
vel ſimili , annuum valorem XXIV. Ducatorum
auri de Camera excedentibus , manui mortuæ
unitis , ſeu ex perpetuis Penſionibus dictam
ſummam excedentibus , ſuper Beneficiis hujuſ-
modi ad favorem manus mortuæ reſervatis ,
non obſtante , quòd in donatione talis Juriſpa-
tronatus Eccleſiæ facta legatur ſpeciale Indul-
tum , ſeu Privilegium Apoſtolicum , per quod
prævia diſpenſatione , concedatur , ut , non at-
tenta tranſlatione ipſius Juriſpatronatus laicalis
in Eccleſiam ſæcularem , aut Regularem , ſem-
per tale Juſpatronatus retineat ſuam primævam
naturam Laicalitatis , non autem illam mutet ,
aſſumendo aliam Eccleſiaſticitatis , ac ſi in Ec-
cleſiam non eſſet tranſlatum , etiam adhùc de-
bentur quindennia ; quippè Summi Pontifices ,
ad tollendum omne dubium , an Beneficia de
Jurepatronatus Laicali , etiam Regio , ſubjace-
rent quindenniis , expreſsè declararunt , quòd ,
non obſtante illa qualitate Beneficiorum , adhùc
1 prædicto oneri quindenniorum obnoxia eſſent :
equidem primus Pontifex , qui id expreſſit , fuit
Julius III. in Bulla 20. § 6 *Bullar. Rom tom.* 1.
poſteàque *Sixtus V. in Bullâ* 33. §. 2. & 4. *tom.* 2.
Urbanus VIII in Bulla 18. *in principio* , *juncto*
§. 2. *tom.* 5. *Clemens X. in* Bulla 50 § 4. & 5.
tom 6. & *S. M. Clemens XI. in* Bulla *edita* 23.
Novembris 1704. & 24. *Januarii* & 16 *Maji*
1705. *repet poſt Tract. int. Conſt Apoſt in ordine*
la III. VII. VIII. XI. XII. XIV. & XV. cùm
autem adeò claræ , ac literales ſint in hac mate-
2 ria reſolutiones Pontificiæ , ſi fortè in præſenti
caſu aliquod ſupereſſet dubium , ſolùm id au-
thenticè tollere poſſet declaratio Legiſlatoris ,
qui legem imponit , *cap. ſi cui* 11. *quæſt* 1. *l. fin.*
C. de legib. Suarez de legib. lib. 6. *cap.* 1. *num.* 2.
3 quibus aſſiſtit viva ratio , ex eo quòd , cùm Re-
ges , cæterique Patròni transferant in Eccleſias
Juſpatronatus , non eſt ampliùs Regium , aut
ſæculare , ſed tranſit in naturam Eccleſiaſtici ,
ad capitalem *textum in cap. unic. de Jurepatro-*
nat. in 6. *Lotther de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 10. *n.* 6.
Cabed. de Patronat. Reg. Coron. cap 5. *num* 1.
& 3. *Lambertin de Jurepatronat. lib.* 1. *artic.* 8.
quæſt 1. *in principio* , *Card. de Luca eod. tract*
diſcur. 40. *num.* 4 & *diſcur* 92. *num* 1. & 2. *Rota*
dec 32. *num.* 11. & *dec.* 329. *num.* 4. *par.* 18. *re-*
centior. tom. 1. *dec.* 242. *num.* 2. *par.* 19. quibus
4 accedit , quòd ex tali diſpenſatione ſuper con-
ſervatione , ſeu retentione primævæ naturæ Ju-
riſpatronatus laicalis , non indè cenſeatur Papa
velle ſibi , ſeu ſuæ Cameræ , ac Annatiſtis præ-
judicare , quorum Jura potiùs profitetur illæſa
velle remanere , etiam ex irretragabili principio,
quòd Princeps per ſuam conceſſionem non cen-
ſetur velle tertio præjudicare , veluti exprimit
Paulus II. Conſtit. 6. *in principio* , *juncto* §. 2. 3.
4. & 5. *Bullar. nov. Rom. tom* 1. *Julius* III *Con-*
ſtit. 20. *in principio* , *juncto* §. 5. *eod. tom.* 1. *Pau-*
lus IV. Conſtit. 11. *in principio* , *et Conſtit.* 17. *in*
principio , *juncto* §. 7. *in fin. et* §. 8. *in principio* ,
eod tom 1. *S. Pius V Conſtit.* 38. § 3. *in principio,*
tom. 2. *Sixtus V. Conſtit.* 33. *in principio* , *juncto*
§. 2. *in principio* , *eod. tom.* 2. *Urbanus* VIII *Con-*
ſtit. 18. *in principio* , *juncto* § 1. *tom* 5. *et Clemens X.*
Conſtit. 50. *in principio* , *juncto* §. 3. *in principio* ,
§. 4. *in principio* , §. 5 *in principio* , *et* § 6. *in prin-*
cipio , *tom.* 6. *repetit poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol.*
in ordine la I. III. IV. V. VI. VII. VIII. & XI.
eo fermè pacto , quo etiam de Beneficiis Juriſ- 5
patronatus Laicorum ſolvitur Annata , ſi de il-
lis contingat , fieri Proviſiones in Curia , qua-
rum intuitu , ac contemplatione illa ſolvitur ,
Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap. 10. *nu.* 17 *Amey-*
den. de ſtyl Datar. lib 1. *cap.* 18 §. 3. *de annat.*
num. 18. *et* 28. undè pari paſſu de iiſdem Bene- 6
ficiis poſteà unitis , ſivè de perpetuis Penſioni-
bus ſuper talibus Beneficiis reſervatis debentur
quindennia ad formam Bullarum quindennio-
rum .

Non obſtat , quòd in donatione Juriſpatro- 7
natus Papa per ſuum Diploma indulgente , ſeu
diſpenſante , ut Beneficium Patronale laicale ,
donatum Eccleſiæ retineat , ac conſervet ad
omnes , & ſingulos effectus ſuam primordialem
indolem , tunc Juſpatronatus remaneat laicale ,
ac ſi è manibus Patroni laici nunquam exiiſſet ,
nec ad manus Eccleſiæ donatariæ perveniſſet,
quo Indulto gaudet inſigne Monaſterium Mo-
nialium loci de Odivellas Ulyxbonen. Diœceſis
in Portugallia , Ordinis Ciſtercien. , de Eccleſia
loci de Lumiar ſibi donata à Rege Dionyſio
ejuſdem Monaſterii Patrono , ex traditis per *Ca-*
bed. de Patronat. Reg. Coron. cap. 5. *nu.* 8. quippè
ejuſmodi Indultum ad ſummum operari poteſt ,
nè Beneficia Patronalia laicalia , quantumvis in
Eccleſiam per organum donationis tranſlata ,
ſubjaceant quoad reſervationem , *Regulæ* 8 *ho-*
die 9. *Cancellar. de Menſib.* nunquam verò ope-
rari poterit , quòd talia Beneficia poſteà unita ,
non teneantur ad quindennia , ut patet ad ſen-
ſum ; adinſtar Beneficii Juriſpatronatus mixti ,
partim nimirùm Eccleſiaſtici , & partim laicalis
per conventionem Patronorum turnariè provi-
dendi , quòd quidem Beneficium vacans in tur- 8
no compatroni laici , tanquàm de Jurepatrona-
tus laicali , non ſubjaceat *Regulæ prædictæ* 9.
Cancellariæ , ſtante hujuſmodi concordia turna-
ria , ut diſtingunt *Barboſa de Jur. Eccleſ. tom.* 2.
lib 3. *cap.* 12. *nu* 17 *Garz de Benef. par* 5. *cap.* 1.
num 614 *Monet. de commut. ult. vol. cap.* 10.
num 286. *in fin. verſic. declaratur tertiò* , *Filliucc.*
quæſt. moral par. 2. *tract.* 41. *cap.* 3. *num.* 69. *Vi-*
vian. in prax. Juriſpatronat. lib 1. *cap.* 3. *n.* 18.
Rota coram Priolo deciſ. 362. *num.* 10. *cum ſeqq.*
dec 383. *num.* 14. *cum ſeqq.* & *dec.* 432. *num.* 18.
cum ſeqq & ſuper hoc de anno 1705. ego con- 9
ſultus de Partibus , ità reſpondi pro veritate ,
inſtante R. D. Thoma à Fonſeca Eſcova Provi-
ſo ad præſentationem Sereniſſimi Bragantini
Ducis de Parochiali Eccleſia S. Lucretiæ de
Ponte de Louro intrà limites de Barcellos Bra-
charen. Diœceſis in Luſitaniæ Regno : prout
poteſt per fundatorem in limine fundationis re- 10
ſervari Juſpatronatus ad favorem Eccleſiæ , ità
tamen , ut illud ſemper ſit laicale , nec unquam
effici valeat Eccleſiaſticum quoad exercitium ,
quantumvis Beneficium quoad dominium , &
proprietatem verè evaſerit Eccleſiaſticum , qua-
ſi ,

ſi, quòd videatur fundator rogare Pontificem pro approbatione talis conditionis in ſe non continentis aliquam turpitudinem, aut Juris impoſſibilitatem, proviſio enim hominis facit ceſſare proviſionem legis; proviſio autem hominis non habet cauſam aliquam perpetuæ prohibitionis à Jure, nec eſt contrà ſubſtantiam Beneficii, ſed inſpecto fonte, ac primæva origine Jurisſpatronatus laicalis illud remanet præſervatum in eodem primo ſtatu, ac ſi non transferretur in Eccleſiam, per quam quidem mutationem non mutatur qualitas illa naturalis ipſius rei, *Lotther. de re beneficiar. lib.2. quæſt.*10.*nu.*4. *cum ſeqq. Pelliccion. illuſtr. quæſtion. quæſt.* 21. *cap.* 5. *in med. verſiculo quod autem, cum ſeq. & circà fin.* §.*Igitur, Maſſobr. in prax. habend. Concurſ. prælud.* 7. *dub.* 21. *num.* 39. ubi meminit ſimilis Juriſpatronatus laicalis, nunquam efficiendi Eccleſiaſtici etiam per tranſitum in Eccleſiam, fundati in Cathedrali Eccleſia Alexandrina à Sacerdote ejuſdem Cathedralis Theologo Præbendato, ſub conditione, quòd Juſpatronatus ejuſmodi tranſiret in Capitulum, cum natura tamen Juriſpatronatus laicalis, cujus
11 quidem Juriſpatronatus erectio confirmata fuit à Vicario Generali, *Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib.*4. *cap.* 2. *num.* 59. *Vivian. in prax. Juriſpatronat. par.*1. *lib.*1. *cap* 3. *num.*20. & *lib.*4.*cap.*9. *num.*56. ubi ità reſolutum in Sacra Rota Romana, occaſione Juriſpatronatus ſub tali conditione relicti PP. Theatinis Clericis Regularibus in Eccleſia S. Andreæ *della Valle* de Urbe, à Flaminio de Cæſis, *Card. de Luca de Benefic. diſcur.*6. *num.*10. & *de Jurepatronat. diſcur.*40. *num.*2. *et diſcur.*59. *n.*16. *bon. mem. R. P. D. Piton diſcept. Eccleſ. par.*1. *diſcept.*25. *nu.*21. & 22. *ubi n.* 47. ità deciſum in Rota, juxta deciſionem ibidem regiſtratam in *Parmen. Beneficii* 28. *Januarii*
12 1701. *coram clar. mem. Card. Bernardino Scotto, olim meritiſſimo Almæ Urbis Gubernatore, poſteà Signaturæ Juſtitiæ Præfecto, per prius diſertiſſimo Advocato Conſiſtoriali, & Sacræ Rotæ Romanæ Auditore integerrimo, Rota coram Card. Seraphino dec.*611. *num.*1. *Card. Cavaler. dec.*659. *nu.*5. *Royas dec.*252. *n.*2. & 3. *Dunozett. Jun dec.*769. *num.*4. *ac in recentior. deciſ.* 157. *num.* 7. *part.*7.
13 *dec.* 242. *num* 5. *par.* 19. quippè quiſvis rei ſuæ eſt moderator, & arbiter *l. in re mandata* 21. *C. mandat.*

14 Aliàs abſurdum induceretur, ſi Juſpatronatus à ſua origine laicale, poſteàque in ipſo actu tranſlationis in Eccleſiam ex conventione remanens laicale, efficeretur nihilominùs Eccleſiaſticum contrà legem fundatoris, veluti in conſimilibus terminis patronatus libertorum habetur textus rotundus in *l. ſi ità ſtipulatio* 39. §. 1. *in fin ff. de oper. libert.* ibi: *quia non debet ex parte obligationem comprobare, ex parte tanquàm de iniqua queri, l. nam abſurdum* 7. *ff. de bon. libert.* ibi: *nam abſurdum videtur licere eidem partim comprobare judicium defuncti, partim evertere:*
15 quibus adſtipulatur viva ratio, quòd nempè fundator Beneficii poteſt adjicere in erectione Juriſpatronatus conditiones ſibi benè viſas, dummodò non ſint turpes, nec contrà naturam Juriſpatronatus, imò etiam Juri communi contrarias, *Monacell. formular. pract. leg. Eccleſ. par.*1. *formul.*1. *tit.*2. *in annotat. n.*7 *cum ſeqq.*

16 Hinc fit, quòd donari poteſt Emphyteuſis laicalis à laico, Eccleſiæ ſub conditione, quòd non reguletur adinſtar Bonorum Eccleſiæ, ſed remaneat ſemper laicalis juxta ſuam primævam naturam, *Rota penes Vivian. in prax. Juriſpatronat. par.*1. *lib.* 4. *cap.*9. *num.* 56. *in principio, verſic. item, Pellicion. illuſtr. quæſtion. qu.* 21. *cap.*5. *propè fin.* §. *Sic etiam valet conditio, verſic. ſic etiam laicus, ubi* §. *Et Eccleſia*, tenet, poſſe à Laico donari prædium Eccleſiæ, ſub ea lege, ut ſolvat collectas laicis, ad quas aliàs de Jure Eccleſia donataria non teneretur; prout etiam poſſe à laico legatum pium fieri Eccleſiæ ſub conditione, quòd ex eo detrahatur Falcidia, ad quam aliàs de Jure Eccleſia legataria minimè teneretur: & tandem poſſe per Eccleſiam 17
poſſideri feudum, recognoſcendo pro illo Dominum laicum, ut deducitur ex *cap. verùm* 7. *de for. competent.*

Hinc etiam fit, quòd Eccleſiæ donari poſſunt 18
Bona ſæcularia, ſub ea tamen lege, quòd ſemper remaneant ſæcularia, & nunquam amittant primævam naturam ſæcularitatis, *Suarez adverſ. Angl. error. lib.*4. *cap.*14. *Fermoſin. in cap. decernimus* 2. *quæſtion.* 18. *num.* 3. *de Judic. Ripoll. var. reſolution. cap.* 1. *de Juriſdiction. ann. Judic. à n.* 129.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Ordinibus Militaribus unitis ad effectum, ut Magni Magiſtri, ſeu perpetui Adminiſtratores pro tempore, poſt ſequutam Unionem hujuſmodi Beneficia unita in Commendam vitalitiam concedere poſſint Equitibus pro tempore, quominùs redditus hujuſmodi applicare debeant in communes ſumptus eorundem Ordinum Militarium, ſicque in communi tantùm proventus acquirere toti Ordini, ſed quòd è contrà Equites pro tempore poſſidere poſſint Beneficia unita, & percipere in particulari, eorundem Beneficiorum annuos proventus, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Bullæ quindenniorum generaliter, ac indiſtinctim comprehendunt Beneficia quomodocumque unita manibus mortuis, ac etiam Ordinibus Militaribus.*

2 *Equites proviſi de hujuſmodi* Beneficiis *unitis ſolvunt aliquandò Annatam pro aliqua diſpenſatione Apoſtolica, qua indigent ad obtinenda talia* Beneficia.

3 *In talibus* Beneficiis, *Annatarum ſolutiones ſunt raræ, uti dependentes ab eventu neceſſariæ diſpenſationis.*

4 *Undè tale damnum reparandum venit quindenniorum ſolutione.*

5 *Jus honorificum eſt pretio æſtimabile.*

6 *Com-*

6 *Commodum non ſentiens, incommodum ſentire non debet.*
7 *Beneficia ſupradicto modo unita, benè vacare poſſunt.*
8 *Solvenda eſt dumtaxat Annata, vel quindennium dumtaxat.*
9 *Nemo duplici onere pro eadem re gravandus eſt.*
10 *Sunt caſus rari, in quibus ſolvuntur Annatæ ab Equitibus Proviſis, ut ſuprà n.2. & 3.*
11 *Summi Pontifices volunt, ut indemnitati Annatiſtarum conſulatur.*
12 *Rara contingibilis ſolutio Annatarum, non eſt ſufficiens ad reparandum damnum Annatiſtarum redundans ab Unione.*

CAPITULUM LXXIII.

DUo ſanè dari poſſunt caſus inter ſe toto cœlo diverſi, in quibus uniantur Beneficia in perpetuum Ordinibus Militaribus, vel ut ab iiſdem Ordinibus in communi percipiantur fructus Beneficiorum unitorum, vel ut poſt Unionem fructus hujuſmodi percipiantur in particulari ab Equitibus Ordinum vigore Commendarum à Magnis Magiſtris conceſſarum ad vitam eorundem Equitum; cùm autem in utroque caſu ſit locus quindenniis, monemus in præſenti, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Ordinibus Militaribus unitis ad effectum, ut Magni Magiſtri, ſeu perpetui Adminiſtratores pro tempore poſt ſequutam Unionem hujuſmodi Beneficia unita in Commendam vitalitiam concedere poſſint Equitibus pro tempore, quominùs redditus hujuſmodi applicare debeant in communes ſumptus eorundem Ordinum Militarium, ſicque in communi tantùm proventus acquirere toto Ordini, ſed quòd è contrà Equites pro tempore poſſidere poſſint Beneficia unita, & percipere in particulari, eorundem Beneficiorum annuos proventus, etiam adhùc debentur quindennia; cùm pro Beneficiis Ordinibus Militaribus unitis, ad effectum erigendi, & dotandi ex illorum fructibus aliquam Commendam, quindennia debentur à toto Ordine Militari, ſed cùm dies ſolutionis alicujus ex dictis Quindenniis advenerit, à Generali Subcollectore iſtorum jurium in Urbe commorante tranſmittitur partita in Partibus Auditori, ſeu Præſidenti dictæ Militiæ, qui mandat Commendatario, in cujus Commendæ Erectione, ſeu dotatione ſortita fuit Unio Beneficii, de quo agitur, & cujus fructus ad ejus commodum cedunt, ad hoc ut ſolvat Quindennium in partita compræhenſum, & ità in dies ſervatur, præſertim pro Unionibus Militiæ S. Stephani Papæ, & Martyris conceſſis; cæterùm ſi alicui ex Militibus occurrat caſus adeundi Sedem Apoſtolicam pro obtinendis Beneficiis Sæcularibus, & ex iſtius benignitate concedatur diſpenſatio, tunc ſolvenda erat Annata unica vice pro hoc Beneficio ex diſpenſatione conceſſo, ſi fructus excedant Ducatos viginti quatuor, non autem Quindennium, niſi fortè idem Beneficium perpetuò uniatur Commendæ per dictum Militem obtentæ.

1 Etenim Bullæ quindenniorum generaliter, ac indiſtinctim compræhendunt Beneficia quomodolibet manibus mortuis, ac etiam Ordinibus Militaribus unita, juxta *Bullam* 17. *Pauli IV.* §.8. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ omnes, & ſingu- „ las Uniones &c. de quibuſvis &c. Beneficiis „ Eccleſiaſticis &c. quorumvis Ordinum, ſeu „ Militiarum Regularibus quibuſcumque &c. „ perpetuò factas, & de cætero &c. perpetuò „ faciendas, ſub literis Pauli &c. compræhen- „ di &c. Et propterea &c. ad ſolutionem Com- „ munium, & Minutorum Servitiorum, ac „ Annatarum, & aliorum Jurium præ dictorum „ eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus, „ ratione earundem Unionum &c. ſingulis XV. „ annis &c. faciendam teneri &c. & Beneficia „ unita hujuſmodi onus ſolutionis Commu- „ nium, & Minutorum Servitiorum, ac Anna- „ tarum, & aliorum Jurium ſemper habuiſſe, „ & ad præſens habere &c. „ *Bullam* 33. *Sixti V.* §. 2. *tom.* 2. ibi „ ſtatuimus &c. & declara- „ mus, quòd Uniones &c. de quibuſcumque „ Beneficiis Eccleſiaſticis &c. cuicumque &c. „ Ordini, Militiæ &c. hactenùs factæ, & fa- „ ciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum „ Conſtitutionibus &c. omninò compræhen- „ dantur &c. Et propterea &c. Pia Loca hujuſ- „ modi &c. in quorum favorem Uniones &c. „ factæ reperientur, aut poſthac fient &c. ad „ ſolutionem Quindenniorum præfatorum ei- „ dem Cameræ, ac Collegio, & Officialibus, „ ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. „ faciendam teneri &c. „ *Bullam* 18. *Urbani VIII. in principio*, *tom* 5. *& Bullam* 50. *Clementis X.* § 1. 4. *& 6 tom. 6. repetit. poſt Tract. int Conſt. Apoſtolic in ordine la* V. VII. VIII. *&* XI. præſertim cùm, quando Beneficia uniuntur Magno Magiſterio Ordinum Militarium ad effectum illa poſteà commendandi, ſeu in Commendam ad vitam dandi Equitibus Profeſſis pro tempore, Unio hujuſmodi habens quid Juris honorifici, importat quandam facultatem, ac Juriſdictionem per Pontificem Magno Magiſtro communicatam ad hoc, ut auctoritate quaſi Ordinaria de Beneficiis providere poſſit Equites, qui aliquando ſolvunt Annatam in caſu, quo adire debent Sedem Apoſtolicam pro 2 diſpenſatione ad tollendū aliquod obſtaculum, ſeu impedimentum canonicum, quo incapaces redduntur obtinendorum Beneficiorum, *Mend. de Ordin. Militar. diſquiſit.* 1. *quæſt* 2. *num.* 14. ibi: *ſi quando alicui fœminæ, aut inhabili &c. Commenda fuit præſtita, ſeu redditus illius, diſpenſatio à Sede Apoſtolica priùs fuit petita, & impetrata, & dimidia Annata, eo caſu Pontifici perſolvitur &c.* aliàs, cum Beneficia ejuſmodi unita Commendis, per obitum alicujus ex Commendatariis non vacent, perſolvenda ſunt Quindennia pro iis. Verùm ſequuto obitu alicujus Commendatarii, vacat illius Commenda, quam optat ille Miles, ad quem ſpectat optio, abſque literis Apoſtolicis, ſed tantùm vigore ſuæ antianitatis in vim Privilegiorum tali Ordini Militari, ejúſque Magno Magiſtro conceſſorum.

Præterquamquòd vacationes, ſeu proviſiones ejuſmodi Beneficiorum per obitum Commendatariorum pro tempore, quæ, quantumvis ſecundùm humanam mortalitatem, ſeu mortalem humanitatem, certiſſimæ ſint, ſunt attamen quoad tempus incertiſſimæ, imò poſt plures annos contingibiles, proindéque Anna- 3 ta-

tarum ſolutiones raræ, ac rariſſimæ, uti dependentes ab eventu, ſeu contingibilitate neceſſariæ diſpenſationis Apoſtolicæ ſuper aliquo defectu, & incapacitate; ità, ut, etiamſi talia Beneficia vacent, non tamen ſemper ſolvant Annatam, niſi, ut jam prædiximus, in caſu, quo Equites Proviſi indigeant Pontificia diſpenſatione: ideò Ordines Militares, quibus unita reperiuntur talia Beneficia, procul dubio ſolvere debent quindennia intuitu qualiſqualis
4 Unionis, ut evidens damnum indè Annatiſtis reſultans ex raris Annatarum ſolutionibus reparandum ſit mediante quindenniorum ſolutione, uti unico, ac præſentaneo remedio juxta mentem Summorum Pontificum aſſerentium, uſum quindenniorum ex cauſa talis damni introductum fuiſſe, veluti legere eſt in *Bulla 6 Pauli II. in principio, juncto* §. 2. 3. 4. *&* 5. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ Decet Romanum Pontificem „ &c. quòd conceſſa, in Cameræ Apoſtolicæ, „ vel aliis præjudicium non redundent &c. cùmque propterea Camera Apoſtolica, nec non „ &c. S. R. E. Cardinalium Collegium, & Sedis „ Apoſtolicæ Officiales detrimentum non modicum patiantur. Nos, quorum intereſt, „ eorundem Cameræ, Collegii, ac Officialium „ indemnitati proſpicere &c. auctoritate Apoſtolica &c. ſtatuimus &c. & declaramus, „ quòd omnia, & ſingula Monaſteria &c. quorum fructus &c. ſi in libris ejuſdem Cameræ „ taxati reperiuntur, Communia, & Minuta „ Servitia, atque alia Jura debita, & conſueta, tàm ipſis Cameræ, & Collegio, quàm „ Officialibus præfatis, reliqua verò Monaſteria &c. & Beneficia &c. unita &c. Annatam „ &c. ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis, „ eidem Camerario ſolvere teneantur & debeant. Et quòd de omnibus &c. Beneficiis „ &c. unitis &c. Communia, Minuta, & alia „ Jura, ſeu Annatas &c. hujuſmodi ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in futurum &c. „ *Bulla* 20. *Julii III. in principio, juncto* §. 5. *eod. tom.* 1. ibi „ cupientes Cameræ „ Apoſtolicæ &c. & Collegii &c. S. R. E. Cardinalium, ac Officialium Sedis Apoſtolicæ „ indemnitati conſulere, & eorum Jura, ut tenemur, præſervare &c. „ *Bulla* 11. *Pauli IV. in principio*, ibi „ nos admonent, & cogunt, „ ut indemnitati ipſius Cameræ &c. diligenter „ intendamus &c. „ *& Bulla* 17 *ejuſdem Pauli IV. in principio, juncto* §. 7. *in fin. &* §. 8. *eod. tom.* 1. ibi „ Decens eſſe cenſemus, & æquum, „ ut &c. Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Jura non „ negligamus &c. Communia, Minuta Servitia, Annatas, & alia Jura, Cameræ, & Collegio, ac Officialibus prædictis, ratione „ Unionum &c. debita perſolvere recuſent &c. „ in Cameræ, ac Collegii, & Officialium prædictorum detrimentum. Nos conſiderantes „ &c. propterea jus noſtrum, & Collegii, ac „ Officialium &c. illæſum remanſiſſe, & remanere &c. „ *Bulla* 38. *S. Pii V.* §. 3. *&* 4. *tom.* 2. ibi „ quindenniorùmque uſus, & ſolutio ideò „ adinventi ſunt, nè Camera prædicta ex &c. „ Beneficiorum Eccleſiaſticorum Unionibus &c. „ detrimentum aliquod pateretur. Volentes „ Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac &c. S. R. E. „ Cardinalium, nec non &c. Romanæ Curiæ „ Officialium Participantium Jura præſervare, „ illorùmque indemnitati conſulere &c. Motu „ ſimili &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c. „ & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. „ Apoſtolica auctoritate unita &c. ſub literis „ Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi compræhendi, & includi. Et propterea &c. „ Pia Loca &c. in quorum favorem Uniones &c. „ factæ reperiuntur &c. dummodò Monaſteria, „ & Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem „ Communium, Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum eidem Cameræ &c. ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. „ *Bulla* 33 *Sixti V. in principio, juncto* §. 2. *eod. tom.* 2. ibi „ Cameræ „ noſtræ Apoſtolicæ, & Collegii &c. S. R. E. „ Cardinalium, & Officialium Romanæ Curiæ „ de Annatis, & quindenniis Participantium „ indemnitati, prout tenemur, conſulere, & „ eorum Jura illæſa præſervare volentes &c. ut „ propterea damnum ex hoc Cameræ Apoſtolicæ, & Collegio Cardinalium, & Romanæ „ Curiæ Officialibus prædictis emergens ſarciatur &c. ſtatuimus &c. & declaramus, quòd „ Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. hactenùs factæ, & faciendæ &c. „ ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendantur &c. Et „ propterea &c. Pia Loca hujuſmodi &c. in „ quorum favorem Uniones &c. factæ reperientur, aut poſthac fient &c. dummodò Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem Quindenniorum præfatorum eidem Cameræ, ac Collegio, & Officialibus, ratione Unionum &c. „ ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. „ *Bulla* 18. *Urbani* VIII. *in principio, juncto* §. 1. *tom.* 5. ibi „ nè Cameræ prædictæ ex &c. Beneficiorum Eccleſiaſticorum Unionibus &c. „ detrimentum aliquod induceretur. Volens „ propterea dictæ Cameræ, ac &c. S. R. E. Cardinalium Collegio, nec non &c. Cancellariæ „ Apoſtolicæ Officialibus, de Communibus, „ Annatis, & Quindenniis Participantibus Jura præſervare, illorumque indemnitati conſulere, Motu ſimili &c. Pia Loca &c. in quorum favorem &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. & eorum Uniones eis factæ reperirentur &c. dummodò Monaſteria, „ ſeu Beneficia ipſa poſſiderent, ad ſolutionem „ Communium, Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus, ratione Unionum &c. „ ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. „ volentes igitur, tàm Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, quàm &c. S. R. E. Cardinalium Collegio, ac &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Officialibus de Annatis Participantibus conſulere „ &c. „ *& Bulla* 50. *Clementis X. in principio, juncto* §. 2. 3. 4. 5. 6. *&* 7. *tom.* 6. ibi „ Motu proprio &c. Cameræ Apoſtolicæ, & Collegii „ &c. S. R. E. Cardinalium, ac &c. Cancellariæ „ Apoſtolicæ Officialium de Communibus, „ Annatis, & Quindenniis Participantium indemnitati conſulere, immò illorum Jura manutenere, nec non illorum damnis &c. obviare cupientibus &c. Et propterea &c. ad ſolutionem Communium, & Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum Jurium „ prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & „ Officialibus, ratione earundem Unionum &c. „ ſin-

„ ſingulis XV. annis &c. teneri &c. volens pro-
„ pterea tàm Cameræ prædictæ, quàm eorun-
„ dem Cardinalium Collegio, ac Officialibus
„ de Annatis Participantibus conſulere &c.
„ Ideòque &c. ad ſolutionem Communium,
„ & Minutorum Servitiorum, & Annatarum,
„ aliorùmque Jurium prædictorum eiſdem Ca-
„ meræ, Collegio, & Officialibus, ratione
„ earundem Unionum &c. faciendam teneri &c.
repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I. III. IV. V. VI. VII. VIII. *&* XI. ità, ut æquum ſit, quòd Militiæ pro mero Jure honorifico providendi, ſeu commendandi ſuis Militibus in particulari, Beneficia ſibi unita, teneantur ſolvere quindennia ex ſola ratione Unionis etiam abſque aliqua participatione in communi, com-
5 modi ex ipſa Unione, cùm Jus honorificum ſit pretio æſtimabile, ac quaſi venale, *Adden. ad Gregor. XV. dec.*145.*n.*10.

Non obſtat, quòd non ſint gravandi Ordines Militares in ſolutione quindenniorum, nihil percipientes ex Beneficiis ſibi unitis, dum Equites Commendatarii totum percipiunt ex iiſdem Beneficiis poſteà à Magno Magiſtro pro tempo-
6 re ſibi commendatis, Militiæ verò nullum indè ſentientes ex hujuſmodi Unione cõmodum, aut lucrum in communi, nullum viderentur ſentire debere incommodum, nullum onus, nullamque jacturam, ad regulam *textus in l. ſecundùm naturam* 10. *ff. de regul. Jur. Barboſa axiom.* 44. *n.*1.2. *&* 6.

7 Minùs obſtat, quòd, cùm benè vacare poſſint Beneficia ſic unita, & tamquàm talia, ſeu tamquàm de facili vacantia per obitum Equitum, ſeu Militum pro tempore, quibus ad vitam commendata reperiuntur, ſubjacere non debeant Conſtitutionibus Apoſtolicis ſuper quindenniorum materia emanatis, quando per ſucceſſivas vacationes Beneficia hujuſmodi, licet unita, ſemper diſtribuuntur ad favorem aliorum ſuperſtitum Equitum; ſicque non ceſſat defectus vacationis, qui eſt cauſa, & effectus quindenniorum, nec per conſequens aliquod videtur inferri Cameræ Apoſtolicæ, & Annatiſtis detrimentum; dum iidem Equites ſic proviſi, ſeu commendati de Beneficiis hujuſmodi unitis ſolvunt Annatas adinſtar aliorum Proviſorum in Dataria Apoſtolica: aliàs intolerabile videretur ſequi abſurdum, imò iniquitas, quòd nempè de eodem Beneficio ſolveretur Annata ob vacationem, & quindennium ob Unionem; cùm tamen unum iſtorum tantùm ſolven-
8 dum eſt, Annata videlicet, vel quindennium, nè duplex onus uni Beneficio, iiſdémque fructibus imponatur, *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.*18. §.4. *de quindenn. num.*22. ibi: *undè etiam ſi ſolveretur quindennium, imponeretur unis, & eiſdem fructibus duplex onus, cùm tamen unum iſtorum tantùm ſolvendum ſit, Annata nempè, vel quindennium, Annata in vacatione, & quinden-*
9 *nium, ubi vacatio fuit ſublata per Unionem &c.* & nemo duplici onere pro eadem re gravandus eſt, *Barboſa axiom.*189. *num.*1. quippè à veritate aberrat, quòd Equites ſemper ſolvant Annatas, quando tamen (ut ſuprà diximus *num.* 2. *&* 3.) illas tantùm ſolvunt in caſu, quo proviſi indigeant diſpenſatione Apoſtolica ſuper aliquo defectu, aut incapacitate Equitum Proviſorum. Eſt benè verum, quòd, cùm hujuſmodi Beneficia unita non vacent, pro iis non ſolvitur Annata, perque conſequens non verificatur duplex ſolutio, Annatæ ſcilicet, & Quindennii. Sequuto autem obitu Commendatarii vacat illius Commenda, quam optat ille Miles, ad quem ſpectat optio, ex ſuperiùs *n.* 2. deductis.

Longè minùs obſtat, quòd indè impracticabile evadat, quòd vel Equites proviſi, ultrà Annatas ſolvant etiam quindennia de eorum Commendis, quando eorum Beneficia, ſeu Commendæ, per eorundem obitum vacaturæ ſint, vel quod ipſi Ordines Militares hoc caſu ſolvant quindennia ratione Unionis, quando per Equites Proviſos ſolvuntur Annatæ; quia (ut ſuprà 10
inſinuavimus *n.* 2. *&* 3.) ſunt caſus rari, in quibus ſolvuntur Annatæ ab Equitibus Proviſis; ſicque non ſatis remanet conſultum indemnitati Annatiſtarum, prout volunt ſummi 11
Pontifices in enunciatis Bullis quindenniorum.

Ejuſdem irrelevantiæ eſt ponderatio, quòd, cùm fructus hujuſmodi Beneficiorum non ſint inſerviturì in communem cauſam, ac univerſale commodum Ordinum Militarium, ſed in particulari tantùm ipſorum Equitum de iiſdem Beneficiis per Magiſtros providendorum, æquum eſt, non gravari Ordines Militares in ſolutione quindenniorum, quando nullum ſentiunt lucrum in communi de Commendis, quod ſolummodò ſentiunt Equites Proviſi: cùmque Pontificum finalis, ac potiſſima cauſa, qua moti fuerunt ad approbandum uſum quindenniorum, fuerit ceſſatio vacationis Beneficiorum in poſterum propter obſtaculum Unionis, ac per conſequens Annatarum defectum, ceſſare debere videtur in caſu diſpoſitio legis quindenniorum ex eo, quòd verè vacare poſſunt, & cum effectu vacant Beneficia ejuſmodi commendata, per deceſſum Commendatariorum, in quorum Proviſionibus ſolvuntur Annatæ; ſemper enim occurrit jam data reſponſio, quòd nimirùm raro 12
contingat ejuſmodi ſolutio Annatarum, nec iſta ſit ſufficiens ad reparandum damnum Annatiſtarum redundans ab Unione.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad tempus tantùm manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Quindennium debetur etiam ex Emphyteuſi manui mortuæ conceſſa ad tempus.*
2 *Duplex datur Unio, una perpetua, & alia temporalis.*
3 *Quindennia debentur ex Unionibus perpetuis* Beneficiorum.
4 *Nulla adeſt Bulla, nulla declaratio Pontificia ſuper præſenti puncto, utrùm ex* Unione *temporali debeatur quindennium.*
5 *Auctor difficilem Provinciam aggreſſus.*
6 *Quindennia debentur etiam ex Beneficiis ad tempus tantùm unitis.*
7 *Dummodò tamen* Unio *intrà XV. annos ſit, & ex-*

penduntur Bullæ quindenniorum, *vox* ſinguli, *ablativus abſolutus*, *& præpoſitio* de, *ac* in.

8 *Facta Unione intrà XIV. tantùm annos, vel ad brevius tempus duratura, non debetur quindennium.*

9 *Annata ſolummodò, vel quindennium ſolvendum eſt.*

10 *Quindenniorum lex fundatur in ceſſatione vacationis, & expenduntur Bullæ quindenniorum.*

11 *Argumentum à contrario ſenſu validiſſimum.*

12 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

13 *Quindennia debentur ſingulis XV. annis, ſeu de XV. in XV. annos.*

14 *Quindennium debetur pro prorogatione Unionis.*

15 *Iſtud debetur etiam pro lapſu aliorum annorum.*

CAPITULUM LXXIV.

PRæſens inſpectio affinis eſt alteri, de qua agimus in altero noſtro Tractatu de *Quin-*
1 *denn. cap.* 22. ibi docemus, quindennium deberi etiam ex Emphyteuſi ad tempus manui mortuæ
2 conceſſa: duo autem ſunt genera Unionum, aliud eſt Unionis perpetuæ, quæ nullam habet temporis præfixionem, & aliud Unionis temporalis, quæ è contrà aliquam habet temporis præfixionem, ac limitationem, *Epiſcop. Matt. de Cauſ. Conſiſtorial. ſect.* 9. *nu.* 5. *& 6. Turricell. de union. Benefic. cap.* 1. *num.* 2. *cum ſeqq.* de qua
3 in præſenti habendus ſermo; quindennia ſiquidem deberi ex Unionibus perpetuis Beneficiorum manui mortuæ factis, id ſatis comprobant Bullæ quindenniorum: cùm tamen adhùc ſupereſſet ſcrupulus, quid dicendum de Unionibus temporalibus, ſeu de Beneficiis ad tempus unitis circà ſolvendum, nec nè quindennia, quan-
4 do ſuper hoc puncto nulla prodierit Bulla, nul-
5 laque Pontificia declaratio; undè difficilem profectò aggreſſus Provinciam, ingredior labyrinthum, mèque diſſolvo, aſſerendo, quòd ex
6 Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad tempus tantùm manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia; ejuſmodi enim eſt praxis, quam inconcuſsè ſervat Cancellaria, ſeu Camera Apoſtolica, dum Paulus IV. præfinivit hoc tempus quindecim annorum pro complendis hujuſmodi ſolutionibus cum rationabili motivo, quòd per fictionem Juris cenſeantur Beneficia in ſtatu collativo intrà quindecim annos iterùm vacare, & Cancellaria inconcuſsè ſervavit, & ſervat hanc praxim in exactione Quindenniorum etiam pro Unionibus temporalibus, ſcilicet ratam Quindennii pro toto tempore, quo perduravit Unio, expletis primis quindecim annis, pro quibus fuit ſoluta Annata pro effectu Unionis; quæ ſolutio æquivalet primo Quindennio: immò in expeditione Literarum hujuſmodi temporalis Unionis reperitur obligatio pro ſolutione ſecundi, tertii, ac ulterioris Quindennii, uſque ad finem gratiæ per Summum Pontificem conceſſæ.

Velim tamen, ut in materia ſolvendorum
7 quindenniorum intelligatur ſola illa temporalitas, quæ eſt intrà XV. annos, & ſic quòd quindennium debeatur ex Unione facta ad XV. annos, ad XX. annos, ad XXX. vel ad aliud tempus brevius, vel longius, cùm verè de XV. in XV. annos debeatur quindennium, prout clariſſimis, ac apertiſſimis verbis magnam emphaſim habentibus, depromitur ex *Bulla* 6. *Pauli II.* §. 4. *&* 5. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „
„ Annatam, ſivè medios fructus unius anni in
„ poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequu-
„ turis, eidem Camerario ſolvere teneantur,
„ & debeant. Et quòd de omnibus &c. Benefi-
„ ciis &c. unitis &c. Communia, Minuta, &
„ alia Jura, ſeu Annatas, & medios fructus
„ hujuſmodi ſolvere adſtringantur etiam ſingu-
„ lis annis XV. in futurum &c. „ *Bulla* 38. *Pauli III.* §. 6. *eod. tom.* 1. ibi „ Et propterea An-
„ natam &c. Cameræ Apoſtolicæ, aut quibuſ-
„ vis aliis debitam, niſi de XV. annis in XV.
„ annos minimè ſolvi, & &c. ad illius ſolutio-
„ nem, aliàs, quàm, ut præfertur, non teneri
„ &c. decernimus &c. „ *Bulla* 17. *Pauli IV.* §. 8. *eod. tom.* 1. ibi „ Et propterea &c. ad ſolutio-
„ nem Communium, & Minutorum Servitio-
„ rum, ac Annatarum, & aliorum Jurium
„ prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, &
„ Officialibus, ratione earundem Unionum
„ &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri
„ &c. nec non ad ſe Communibus, & Minutis
„ Servitiis, ac Annatis, ac aliis Juribus præ-
„ dictis de XV. annis in XV. annos &c. ſolven-
„ dis &c. obligandum &c. „ *Bulla* 38. *S. Pii V. in principio*, *juncto* §. 4. *tom* 2. ibi „ ut Anna-
„ tarum, Communium, & aliorum Jurium ſe-
„ mel tantùm, vel de XV. in XV. annos &c.
„ perſolvendorum, quæ aliàs &c. Julius III. &
„ Paulus IV. &c. ex præterito dumtaxat Ca-
„ meræ Apoſtolicæ applicaverunt, eo celeriùs,
„ quo poterit, exactio, & exequutio fiat &c.
„ Et propterea &c. dummodò Monaſteria, &
„ Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem
„ Communium, Annatarum, & aliorum Ju-
„ rium prædictorum eiſdem Cameræ &c. ratio-
„ ne Vnionum &c. ſingulis XV. annis &c. fa-
„ ciendam teneri &c. *Bulla* 33. *Sixti V.* §. 2. *in fin. eod. tom.* 2. ibi „ dummodò Beneficia ipſa
„ poſſideant, ad ſolutionem Quindenniorum
„ præfatorum eidem Cameræ, ac Collegio, &
„ Officialibus, ratione Vnionum &c. ſingulis
„ XV. annis &c. faciendam teneri &c. „ *Bulla* 18. *Vrbani* VIII. *in principio*, *tom.* 5. ibi „
„ dummodò Monaſteria, ſeu Beneficia ipſa
„ poſſiderent, ad ſolutionem Communium,
„ Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum
„ eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus,
„ ratione Vnionum &c. ſingulis XV. annis &c.
„ faciendam teneri &c. „ *& Bulla* 50. *Clementis X.* §. 2. *&* 3. *tom.* 6. ibi „ Et propterea &c.
„ ad ſolutionem Communium, & Minutorum
„ Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum Ju-
„ rium prædictorum eiſdem Cameræ, Colle-
„ gio, & Officialibus, ratione earundem Vnio-
„ num &c. ſingulis XV. annis &c. teneri &c. „
repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I. II. V. VI. VII. VIII. *&* XI. & notetur (quæſo) vox *ſingulis* myſterioſè appoſita ad denotandum, quòd, ut debeatur quindennium, ſufficiat ſolus lapſus XV. annorum, ex traditis per *Barboſ. de diction. dict.* 372. *num.* 1. *cum ſeqq.* accedente etiam phraſi loquendi per ablativum abſolutum, quæ importat conditionem, alter *Barboſa in Rubric. ff. ſolut. matrimon. part.* 1. *num.* 23. *Card. de Luca de credit. diſcur.* 113. *n.* 4. *de Feud. diſcurſ.* 108. *num.* 33. *& in Relat. Cur.* di-

diſcur. 31. *num.* 29. *verſic. alter verò*, & inſuper famulante præpoſitione *de*, ac *in*, *Barboſa de diction. dict.* 76. *num.* 1. *cum ſeqq.* & *dict.* 152. *n.*1. *cum ſeqq.*

8 Unde, ſi Unio facta fuerit intrà quatuordecim tantùm annos, vel ad brevius tempus duratura, tunc non eſſet locus ſolutioni quindennii ex eo, quòd intrà XIV. annos tantùm Beneficium unitum, ex natura ejuſmodi Unionis temporalis, elapſis XIV. annis, illicò diſmembrandum eſt ipſo facto à manu mortua, quæ ad unicum illud quindennium non eſt condemnanda, dum Beneficium non poſſidet per XV. annos, ſed per XIV. tantùm, idèmque Beneficium diſmembratum, poſteà conferri poteſt, ac in poſterum vacare, dèque eo, præviis ſucceſſivis vacationibus, provideri, & à Proviſo pro tempore ſolvi in actu Proviſionis Annata, ac proindè ceſſat ratio ſolvendi quindennium, nè aliàs ſequatur abſurdum, ac injuſtitia, quòd ex eodem Beneficio eodem fermè tempore ſolvatur pro una parte Annata, & pro alia parte quindennium, quando Beneficium, ſivè veriùs Beneficii fructus abſque aliqua neceſſitate non ſunt
9 duplici onere gravandi, ſed unum tantùm iſtorum ſolvendum eſt, Annata nempè, vel quindennium, Annata quidem in vacatione, ſeu Proviſione Beneficii, & quindennium, ubi vacatio, ſeu Proviſio fuit ſublata per Unionem, *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. num.* 22. ibi: *undè etiam ſi ſolveretur quindennium, imponeretur unis, & eiſdem fructibus duplex onus, cùm tamen unum iſtorum tantùm ſolvendum ſit, Annata nempè, vel quindennium, Annata in vacatione, & quindennium, ubi vacatio fuit ſublata per Unionem &c.*

Verùm principali noſtræ reſolutioni ſuprà firmatæ videtur reſiſtere objectum ex ipſarumet Bullarum quindenniorum viſceribus deductum; in tantum namque Pontifices mandant ſolvi quindennia ex Beneficiis unitis, in quantum intelligunt, ac expreſsè loquuntur de perpetuò
10 unitis, cùm lex quindenniorum fundata ſit in ceſſatione vacationis Beneficii uniti, ob perpetuitatem Unionis, ac per conſequens in ceſſatione ſolutionis Annatæ, quod redundabat in præjudicium Cameræ Apoſtolicæ, ac Annatiſtarum, ut palam declaratur in *Conſtitutione* 6. *Pauli II. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi ,, Propteréaque &c. Beneficia unita hujuſmodi ampliùs nequaquam vacare ſperantur &c. ,, *Conſtitutione* 20. *Julii III.* §. 5. *eod. tom.* 1. ibi ,, Cùm ,, autem &c. diverſæ aliæ Uniones &c. perpetuò factæ &c. fuerint &c. ,, *Conſtitutione* 17. *Pauli IV.* §. 7. & 8. *eod. tom.* 1. ibi ,, ratione ,, quorumvis Monaſteriorum &c. perpetuò unitorum &c. omnes, & ſingulas Uniones &c. ,, de quibuſvis Monaſteriis &c. & Beneficiis ,, Eccleſiaſticis &c. quæ ex eorum perpetuitate ,, non vacant &c. perpetuò factas, & de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli ,, &c. compræhendi &c. ,, *Conſtitutione* 38. *S. Pii V. in principio, juncto* §. 3. *tom.* 2. ibi ,, ut ,, Annatarum, Communium, & aliorum Jurium &c. ob perpetuas Beneficiorum Eccleſiaſticorum Uniones perſolvendorum &c. exactio, & exequutio hac &c. nè Camera prædicta ex &c. Beneficiorum Eccleſiaſticorum ,, Unionibus, quæ ampliùs vacare non ſperabatur, detrimentum aliquod pateretur &c. ,, *Conſtitutione* 33. *Sixti V.* §. 1. & 2. *eod. tom.* 2. ibi ,, ratione Proviſionum, & ſeu Unionum ,, perpetuarum quorumcumque Beneficiorum ,, Eccleſiaſticorum &c. factarum, & faciendarum &c quoniam quindenniorum uſus, & ,, ſolutio ratione Beneficiorum unitorum conſtituta ſunt, quia illorum vacatio ampliùs ,, non ſperatur &c. ,, *Conſtitutione* 18. *Urbani VIII. in principio, tom.* 5. ibi ,, quindenniorúmque uſus, & ſolutio, ideò adinventi fuerunt, nè Cameræ prædictæ ex &c. Beneficiorum Eccleſiaſticorum Unionibus, quæ ampliùs vacare non ſperabantur, detrimentum ,, aliquod induceretur &c. ,, & *Conſtitutione* 50. *Clementis X.* §. 1. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. *tom.* 6. ibi ,, omnes, & ſingulas Uniones &c. ,, de &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. quæ ex eorum perpetuitate non vacant &c. perpetuò ,, factas, & de cætero &c. perpetuò faciendas, ,, ſub literis Pauli II. &c. includi &c. & Quindenniorum uſus, & ſolutio, ideò adinventi ,, fuerunt, nè Cameræ prædictæ ex &c. Beneficiorum Unionibus, quæ ampliùs vacare non ,, ſperabantur, detrimentum aliquod induceretur &c. tàm ratione Proviſionum, ſeu Unionum perpetuarum quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum &c. factarum, & faciendarum &c Quindennia, & alia Jura, ,, ratione Penſionum perpetuarum hactenùs ,, &c. reſervatarum, & impoſterùm &c. reſervandarum &c. Cameræ Apoſtolicæ, & Collegio, & Officialibus prædictis perſolvere ,, debeant, & teneantur, Motu pari &c. Loca ,, Pia, in quorum favorem ſimiles Penſiones ,, perpetuò &c. reſervatæ fuerint, & in poſterum reſervari contigerit &c. ad ſolutionem ,, Quindenniorum, aliorùmque Jurium, ratione Penſionum perpetuarum &c. eidem Cameræ, Collegio, & Officialibus faciendam ,, teneri, & obligata exiſtere &c. ut profiteantur &c. Penſiones perpetuas &c. Particularem Congregationem &c. pro exactione ,, Quindenniorum &c. Penſionum perpetuarum ,, reſervatarum &c. facienda, Motu ſimili &c. ,, conſtituimus, & deputamus &c. Loca Pia ,, hujuſmodi, in quorum favorem &c. Penſiones perpetuæ hujuſmodi reſervatæ fuerint &c. ,, repellendi facultatem Motu pari &c. concedimus, & communicamus &c. ,, *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. V. VI. VII. VIII. & XI.

Quamobrem arguendo à contrario ſenſu, 11
quòd in Jure argumentum validiſſimum eſt, ad tradita per *Everard. Topic. legal. loc.* 4. *Barboſ. loc. commun. loc.* 27. & quia exceptio firmat re- 12
gulam in contrarium, *Barboſa axiom* 85. *nu.*4. videtur cadere non poſſe diſpoſitio legis quindenniorum ſuper Unionibus temporalibus ob diverſam, imò penitùs contrariam rationem, ac indolem ipſarum Unionum temporalium, ob quas, cùm non inducatur perpetua vacatio Beneficiorum unitorum, ſed ad tempus tantùm, militat contrarium motivum potiùs non ſolvendi quindennium; cùmque quindenniorum lex in ſe videatur eſſe odioſa, tanquàm à Jure devia, Jurique incognita, & tanquàm ſolummodò ab uſu introducta, poſteàque Summorum Pontificum Conſtitutionibus approbata, ac ſta-

ſtabilita, ex per nos fusè ſuprà deductis *Cap.I. ac alibi paſſim*, non videretur extendenda eſſe ad Vniones temporales, de quibus nè verbum quidem per ſomnium faciunt prælaudatæ Bullæ quindenniorum, præſertim ſtante (ut prædiximus) diverſitate rationis in Vnionibus temporalibus.

Verumtamen veriſſima remanet, firmaque noſtra principalis reſolutio, in nihilum refragante excitato objecto; etenim, quantumvis Bullæ quindenniorum loquantur dumtaxat de Vnionibus perpetuis, reddàntque rationem perpetuitatis Beneficiorum penès manus mortuas, proindèque ceſſationis vacationis, ac ſucceſſivæ ſolutionis Annatæ, attamen non indè excludunt Vniones temporales, ſaltem illas intrà XV. annos, in quibus eadem militat ratio quindenniorum: & in tantum loquuntur de perpetuis Vnionibus, uti frequentiùs contingentibus; &quamvis quodammodò ex una parte lex quindenniorum videatur odioſa, reſpectu nempè manuum mortuarum eorum debitricum, quarum favore unita ſunt Beneficia, ex alia tamen parte eſt favorabilis, reſpectu nempè Creditorum, quales ſunt Camera Apoſtolica, & Annatiſtæ; quo caſu favor debet præponderare, ac prævalere odio, quando etiam illud per hypotheſim adeſſet, cùm Papa, ſeu ejus Camera, & Annatiſtæ ab eo cauſam habentes, ſint in cauſa, & ſentire detrimentum incipiant poſt lapſum primorum XV. annorum; imò creditores quindenniorum procul dubio etiam in temporalibus Vnionibus habent pro ſe intentionem fundatam in ipſis Bullis quindenniorum, dummodò Vniones tranſcendant, vel aſcendant
13 tempus XV. annorum, cùm ſecundùm eaſdem Bullas quindennia debeantur ſingulis XV. annis, ſeu de XV. in XV. annos, ut habetur in *Conſtitutione 6. Pauli II.* §. 4. *&* 5. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ Annatam &c. in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſolvere teneantur, & debeant. Et quòd de omnibus &c. Beneficiis &c. unitis, à quorum Unionum temporibus &c. anni XV. effluxerunt &c. Communia, Minuta, & alia Jura, ſeu Annatas &c. ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in futurum &c. „ *Conſtitutione 38. Pauli III.* §. 1. *eod. tom.* 1. ibi „ Et propterea Annatam &c. Cameræ Apoſtolicæ, aut quibuſvis aliis debitam, niſi de XV. in XV. annos minimè ſolvi &c. decernimus &c. „ *Conſtitutione 17. Pauli IV.* §. 8. *eod. tom.* 1. ibi „ Et propterea &c. ad ſolutionem Communium, & Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus, ratione earundem Vnionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. nec non ad ſe Communibus, & Minutis Servitiis, ac Annatis, ac aliis Juribus prædictis de XV. annis in XV. annos &c. ſolvendis &c. obligandum &c. „ *Conſtitutione 38. S. Pii V. in principio, juncto* §. 4. *tom.* 2. ibi „ ut Annatarum, Communium, & aliorum Jurium ſemel tantùm, vel de XV. in XV. annos ob perpetuas Beneficiorum Eccleſiaſticorum Vniones perſolvendorum &c. exactio, & exequutio fiat &c. ratione Annatarum, Communium, & aliorum Jurium prædictorum ſemel tantùm, aut de XV. in XV. annos ſolvendorum &c. Et propterea &c. ad ſolutionem Communium, Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum eidem Cameræ &c. ratione Vnionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. „ *Conſtitutione 33. Sixti V.* §. 2. *eod. tom.* 2. ibi „ ad ſolutionem Quindenniorum præfatorum eidem Cameræ, ac Collegio, & Officialibus, ratione Vnionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. „ *Conſtitutione 18. Vrbani VIII. in principio, tom.* 5. ibi „ ad ſolutionem Communium, Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus, ratione Vnionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. „ *& Conſtitutione 50. Clementis X.* §. 2. *&* 3. *tom.* 6. ibi „ Et propterea &c. ad ſolutionem Communium, & Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus, ratione earundem Vnionum &c. ſingulis XV. annis &c. teneri &c. nec non ad ſe Communibus, & Minutis Servitiis, ac Annatis, & aliis Juribus prædictis de XV. annis in XV. annos &c. ſolvendis &c. obligandum &c. ad ſolutionem Communium, & Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus, ratione Vnionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. „ *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. II. V. VI. VII. VIII. *&* XI.

Adeòque vera eſt noſtra principalis reſolu- 14
tio, ut quindennium debeatur etiam pro prorogatione Vnionis ad aliud tempus, puta inſuper
ad tot annos; immò, etiamſi poſt lapſum pri- 15
morum XV. annorum, remaneant X. aut V. tantùm, aut alii anni plures, vel pauciores, quamvis non alii integri XV. anni, puta ſi Vnio facta ſit ad annos XX. hoc caſu ſolvendum erit unum quindennium, & reſidua rata quindennii aliorum V. annorum, ut practicat Cancellaria Apoſtolica juxta fidem Subcollectoris Generalis, tenoris ſequentis.

ULYXBONEN.

Prior, & Fratres Domus de Batalha Ordinis Prædicatorum Ulyxbonen. pro Annata Quindennii Applicationis ad XXX. annos Ducat. CCCCXL. ex fructibus Parochialis Eccleſiæ S. Jacobi loci de Leomel Lamacen. Diœceſis &c. 224. 3. quart.

Cancellaria 2. Julii 1612. ſolverunt Annatam pro gratia dictæ Diſmembrationis pro primis XV. annis. Item de Februario 1628. ſolverunt quindennium anni 1627. pro reliquis XV. annis.

Et quia Prior, & Fratres prædicti de anno 1692. obtinuerunt ab Alexandro Papa VIII. prorogationem, ſeu novam applicationem dictorum fructuum ad alios XX. annos, ideò in Cancellaria 6. Maji 1692. ſolverunt Annatam, ſeu Quindennium pro primis XV. annis, *& obligaverunt ſe pro ſolutione ratæ Quindennii reſpectu aliorum V. annorum ultimo loco complendorum*, cujus ſolutionis dies ceſſura erit die 31. Januarii 1706.

Ego infraſcriptus Annatarum, & Quindenniorum Cameræ, & Cancellariæ Apoſtolicarum Inquiſitor, & Receptor, ac reſpectivè Subcollector

ctor

ctor Generalis ſupradictorum Quindenniorum, Partitam ex libris earundem Cameræ, & Cancellariæ penès me exiſtentibus fideliter extraxi, prout in dictis libris reperitur. In quorum fidem, præſentem ſubſcripſi, ſolitùmque ſignum Collegii Archivii Romanæ Curiæ appoſui. Romæ die 27 Novembris 1704. Indictionis XII.

Locus ✠ Sigilli

Alexander de Turre.

Sequitur fides Notarii, brevitatis cauſa omiſſa.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis, nulla facta per manum mortuam apud Acta Cameræ, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ, in actu Unionis Beneficiorum, ſeu reſervationis Penſionum, obligatione de ſolvendis ſuo loco, & tempore quindenniis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Manus mortuæ, ad quarum favorem factæ fuerunt* Uniones *Beneficiorum, vel reſervationes perpetuarum Penſionum, ſe obligare debent ad quindennia.*

2 *In literis* Unionis *Beneficiorum, aut reſervationis perpetuarum Penſionum non practicatur talis mentio, ſivè expreſſio obligationis.*

3 *Ubi adeſt obligatio legalis, non deſideratur conventionalis.*

4 *Quis mutuum reſtituere tenetur, etiamſi non adſit pactum de reſtituendo.*

5 *Tacita hypotheca contrahitur, etiamſi non ſit contracta ab homine.*

6 *Ex diſpoſitione aliarum Conſtitutionum ſuper quindenniis editarum, abſque proviſione hominis oritur obligatio ſolvendi quindennia, & expenduntur eædem Conſtitutiones.*

7 *Superflua eſt obligatio manus mortuæ à lege jam obligatæ, & iterùm expenduntur eædem Conſtitutiones, & quid operentur præpoſitiones* ex, & ob, *dictiones* propterea, ideòque, *vox* ratione, *& Clauſula* conſtito, *in iiſdem Conſtitutionibus adpoſitæ.*

8 *Annatæ ſolvuntur etiam abſque mentione obligationis de illis ſolvendis.*

9 *Quindennia in locum Annatarum ſucceſſerunt.*

10 *Diverſitas rationis aſſignari nequit in re ſymbolica.*

11 *Quindennia debentur ex natura* Unionum *Beneficiorum, & reſervationum Penſionum.*

12 *Specialis gratia requiritur ad remiſſionem quindenniorum.*

13 *In promotione ad Eccleſias abſque mentione obligationis de ſolvenda Annata, adhùc illa debetur.*

14 *Recenſetur abſurdum, ſi non deberentur quindennia.*

15 *Obligatio de ſolvendis quindenniis fit ad cauthelam, & expenduntur Bullæ quindenniorum.*

16 *Una, & individua conditio, & determinatio non debet, nec poteſt in una parte acceptari, ac in alia reſpui.*

17 *Omiſſio eorum, quæ ad cauthelam requiruntur, non tollit ſubſtantiam, & validitatem actus.*

18 *Actus poſitivus ſolvendi prævalere debet negativo non ſolvendi.*

19 *Uniones Beneficiorum olim expediebantur in forma Commiſſaria Ordinariis locorum directæ, & iterùm expenduntur Bullæ quindenniorum.*

20 *Quis non debet ex propria malitia præmium reportare.*

21 *Reconventio fieri debet coram Judice conventionis, etiamſi aliud expreſſum non fuerit.*

22 *Creditor nihil opponens venditioni pignoris, cenſetur hypothecam remittere.*

23 *Nemo ſine actione experiri poteſt.*

24 *Ex ſola ſimplici* Unione *eſt locus ſolutioni quindenniorum, & expenduntur Bullæ quindenniorum.*

CAPITULUM LXXV.

Manus mortuas, ad quarum favorem factæ fuerunt Uniones Beneficiorum, vel 1
reſervationes perpetuarum Penſionum, in Camera, ſeu Cancellaria Apoſtolica ſe obligare debere ad quindennia, ſub pœna nullitatis Unionis Beneficiorum, & reſervationis Penſionum, providè ſtatuerunt *Paulus II. Conſtitutione 6.* §. 4. 5. *& 6. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ & de ſolvendo ſingulis certis temporibus futuris obligatio in eadem Camera per inadvertentiam facta non fuit &c. & ad hoc ii, quorum intereſt &c. ſe in eadem Camera efficaciter obligare debeant cum effectu. Alioqui, ſi à ſolutione, aut obligatione præmiſſis ceſſare præſumpſerint, Uniones &c. habeantur penitùs pro infectis &c. ac ſi Uniones ipſæ &c. nullatenùs emanaſſent &c. „ *Julius* III. *Conſtitutione* 28. §. 1. *&* 5. *eod. tom.* 1. ibi „ Dudum &c. Pius Papa II. &c. ordinaverat, quòd omnes, qui ex tunc de cætero pro Annatis quorumcumque Beneficiorum in dicta Camera ſe obligarent, ſi infrà terminos eis præfixos dictæ Cameræ, aut Collectoribus fructuum, & proventuum eidem Cameræ debitorum &c. ſatisfacere deficerent, ipſo facto &c. Beneficiis, pro quibus ſe in ipſa Camera obligaſſent, omninò privati eſſent &c. ſeu aliàs obligationes de ſolvendis Communibus, & Minutis Servitiis, ac Annatis &c. aut aliis Juribus ſolvi debitis, & conſuetis, factæ non fuerint, & quæ ſunt, exequutioni non demandentur &c. „ *Paulus IV. Conſtitutione* 11. §.3. *&* 10. *eod. tom.* 1. ibi „ Ac Pius II. &c. declaraverit, quòd omnes, & ſingulæ obligationes, quæ ex illa die ſuper Annatis quorumcumque Beneficiorum in dicta Camera reciperentur, intelligerentur, quòd obligati, ſi infrà eis præfixos terminos Collectoribus Cameræ &c. ſatisfacere defeciſſent, ipſo facto &c. Beneficiis, pro quibus in dicta Camera ſe obligaſſent, omnibus privati eſſe cenſerentur &c. Statuentes &c. ratione Annatarum, ſeu Quindenniorum &c. aliquid ſolvere obligati &c. omnes pœnas &c. eo ipſo incurrant &c. & nihilominùs ad ſatisfactionem Cameræ Apoſtolicæ omninò teneantur &c. „ *& Conſtitutione* 17. §. 8 *in fin. eod. tom.* 1. ibi „

ibi „ nec non ad ſe Communibus , & Minutis
„ Servitiis , ac Annatis , ac aliis Juribus prædi-
„ ctis &c. realiter , & cum effectu ſolvendis in
„ forma ſolita obligandum , per &c. pœnas
„ etiam privationis , & diſſolutionis Unionum
„ &c. „ *S. Pius V. Conſtitutione* 38. *in principio*,
tom. 2. ibi „ contrà pro tempore in Cameră
„ Apoſtolica , aut aliàs ratione Annatarum ,
„ Communium , & aliorum Jurium &c. ſol-
„ vendorum obligatos &c. „ *& Clemens X.*
Conſtitutione 50. §. 1. 2. 7. *&* 11. *tom.* 6. ibi „
„ Fel. rec. Paulus Papa IV. &c. quaſcumque
„ obligationes per eas dictæ Cameræ propterea
„ factas &c. remiſit , & de illis , ac aliis qui-
„ buſcumque , quæ prædictæ Cameræ eatenùs
„ ſolvere quomodolibet obligatæ erant , gene-
„ ralem quietantiam fecit &c. nec non ad ſe
„ Communibus , & Minutis Servitiis , ac An-
„ natis , & aliis Juribus prædictis &c. realiter ,
„ & cum effectu ſolvendis in forma ſolita obli-
„ gandum per &c. pœnas etiam privationis ,
„ & diſſolutionis Unionum &c. Ideòque &c.
„ Quindennia , & alia Jura , ratione Penſio-
„ num perpetuarum hactenùs &c. reſervata-
„ rum , & impoſterùm &c. reſervandarum &c.
„ Cameræ Apoſtolicæ , & Collegio , & Officia-
„ libus prædictis perſolvere debeant , & tenean-
„ tur , Motu pari &c. ſub &c. pœnis &c. pri-
„ vationis Beneficiorum unitorum , caſſationis
„ Penſionum prædictarum &c. „ *repetit. poſt*
Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la I. III. IV.
V. *&* XI.

Undè omiſſa hujuſmodi obligatione in ipſo
actu Unionis Beneficiorum , aut reſervationis
Penſionum ſuboriri poteſt dubitatio , num
adhùc locus ſit ſolutioni quindenniorum ;
quandoquidem enim contingere poteſt , quòd
Officiales Datariæ , aliàs ſolertiſſimi , expe-
diant literas Unionis Beneficiorum , ſeu reſerva-
tionis Penſionum ad favorem manus mortuæ ,
& ob incuriam omittant reportare ab eadem
manu mortua obligationem de ſolvendis ſingu-
lis XV. annis , quindenniis , cujus omiſſionis
pallio præſumit manus mortua , ſe non teneri
ad ſolutionem quindenniorum , ad quæ expreſsè
non legitur obligata , ſed in irritum ; proindè-
que reſolvimus in præſenti , quòd ex Beneficiis
annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de
Camera excedentibus , manui mortuæ unitis ,
ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam
excedentibus , ad favorem manus mortuæ re-
ſervatis , nulla facta per manum mortuam apud
Acta Cameræ , ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ , in
actu Unionis Beneficiorum , ſeù reſervationis
Penſionum , obligatione de ſolvendis ſuo loco ,
& tempore quindenniis , etiam adhùc debentur
2 quindennia ex eo , quòd in literis Unionis Be-
neficiorum , aut reſervationis Penſionum non
prædicatur talis mentio , ſivè expreſſio obliga-
tionis ; immò in Bullis quindenniorum talis
conditio faciendi obligationem expreſſam pro
ſolutione quindenniorum adjecta fuit non pro
regulanda ſubſtantia illorum ; ità , ut , deficien-
te prædicta obligatione , quindennia non debe-
rentur , ſed pro faciliori , ac ſecuriori eorundem
exactione , & certitudine , ac pro majori cau-
3 thela Cameræ Apoſtolicæ , & Annatiſtarum :
ubi enim adeſt obligatio legalis , non deſidera-
tur conventionalis , niſi ad abundantiorem cau-
thelam ; obligatio autem ſolvendi quindennia
eſt à lege , uti inducta à Conſtitutionibus Apo-
ſtolicis , & illa hominis ſuperaddita : exemplo 4
mutui , quod tenetur quis reſtituere , etiamſi
non adſit pactum de reſtituendo , exemplo do- 5
tis , & hypothecæ tacitæ , ſeu legalis , quæ con-
trahitur , etiamſi non ſit contracta ab homine ;
& ſatis eſt , quòd poſteriores Conſtitutiones
Pontificiæ ſuper quindenniis promulgatæ , de-
clarantes enunciatam *Conſtitutionem* 6. *Pauli II.*
Bullar. nov. Rom. tom. 1. ſtatuerint , literis ro-
tundis , quindennium deberi , quantumvis ob-
ligatio de illo ſolvendo defecerit , juxta *Bul-*
lam 20. *Julii III.* §. 6. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1.
ibi „ ſtatuimus , & ordinamus , quòd illi , quos
„ Annatis hujuſmodi dictæ Cameræ teneri con-
„ ſtiterit , etiamſi aliàs illas ſolvere nullatenùs
„ promiſerint , ſeu ad illarum ſolutionem non
„ aliter ſe ſpecialiter obligaſſent , ad ſolutio-
„ nem Annatæ , & Jurium prædictorum effica-
„ citer teneantur &c. „ *Bullam* 17. *Pauli IV.*
§. 8. *eod. tom.* 1. ibi „ Et propterea &c. etiamſi
„ ſe ſuperindè in Camera non obligaverint , ad
„ ſolutionem Communium , & Minutorum
„ Servitiorum , ac Annatarum , & aliorum Ju-
„ rium prædictorum eiſdem Cameræ , Colle-
„ gio , & Officialibus , ratione earundem
„ Unionum &c. faciendam teneri &c. „ *Bul-*
lam 38. *S. Pii V.* §. 4. *tom.* 2. *Bullam* 33. *Sixti V.*
§. 2. *eod. tom.* 2. *Bullam* 18. *Urbani VIII. in prin-*
cipio , *juncto* §. 3. *tom.* 5. *& Bullam* 50. *Clemen-*
tis X. §. 2. 3. 5. 8. 9. *&* 11. *tom.* 6. *repetit. poſt*
Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la III. V. VI.
VII. VIII. *&* XI. ità , ut ex diſpoſitione prædi- 6
ctarum Conſtitutionum ſtatim miniſterio , ſeu
proviſione legis abſque alia proviſione hominis
oriatur obligatio ſolutionis quindenniorum , id
ſuadente convincentiſſima ratione fundata in
reparando aliàs irreparabili damno Cameræ
Apoſtolicæ , & Annatiſtarum ob indè prorsùs
ceſſatam omnem ſpem futurarum ſucceſſivarum
pro tempore vacationum eorundem Beneficio-
rum , ſi illa unita non fuiſſent , & conſequutiva-
rum ſolutionum Annatarum , quindennia au-
tem non debentur ex vi obligationis contractæ
in actu expeditionis literarum Unionis , aut re-
ſervationis Penſionum , juxta mentem earun-
dem Bullarum quindenniorum , ac ſignanter
Bullæ 6. Pauli II. in principio , *juncto* §. 2. 3. 4.
5. *& 6. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Bullæ* 20. *Ju-*
lii III. in principio , *juncto* §. 5. *eod. tom.* 1. *Bul-*
læ 11. *Pauli IV. in principio* , *& Bullæ* 17 *ejuſdem*
Pauli IV. in principio , *juncto* §. 8. *eod. tom.* 1.
Bullæ 38. *S. Pii V.* §. 3. *tom.* 2. *Bullæ* 33. *Sixti V.*
in principio , *juncto* §. 2. *eod. tom.* 2. *Bullæ* 18.
Urbani VIII. in principio , *juncto* §. 1. *tom.* 5. *&*
Bullæ 50. *Clementis X. in principio* , *juncto* §. 3. 4.
5. *& 6. tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt.*
in ordine la I. III. IV. V. VI. VII. VIII. *&* XI.
Capon. controverſ. forenſ. controv. 32. *nu.* 5. *cum*
ſeqq. juxta autem Bullas quindenniorum debe-
tur quindennium à manu mortua ratione Unio-
nis Beneficiorum , vel reſervationis perpetua-
rum Penſionum ad illius favorem ; undè evadit
ſuperflua obligatio manus mortuæ jam obligatæ 7
à lege ob quaſi contractum correſpectivum , ex
emphatica , valdèque expreſſiva loquutione
ipſarum Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper
materia quindenniorum emanatarum , per mo-
dum

dum cauſativæ mandantium quindennia ſolvi ,
veluti legere eſt in *Conſtitutione* 20. *Julii III.*
§. 5. *& 6. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ Cùm
„ autem &c. diverſæ aliæ Vniones &c. perpe-
„ tuò factæ &c. fuerint &c. ad ſolutionem An-
„ natæ , & Jurium prædictorum efficaciter te-
„ neantur &c. „ *Conſtitutione* 17. *Pauli IV.* §. 2.
& 8. *eod. tom.* 1. ibi „ ſuper ſolutione medio-
„ rum , ſeu integrorum fructuum primi anni ,
„ dictæ Cameræ , ratione Monaſteriorum &c.
„ ac aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum
„ pro tempore unitorum facienda &c. ad ſolu-
„ tionem Communium , & Minutorum Servi-
„ tiorum , ac Annatarum , & aliorum Jurium
„ prædictorum eiſdem Cameræ , Collegio , &
„ Officialibus , ratione earundem Vnionum
„ &c. faciendam teneri &c. „ *Conſtitutione* 38.
S. Pii V. in principio , *juncto* §. 4. *tom.* 2. ibi „
„ ut Annatarum , Communium , & aliorum
„ Jurium ſemel tantùm , vel de XV. in XV. an-
„ nos , ob perpetuas Beneficiorum Eccleſiaſti-
„ corum Vniones perſolvendorum &c. exactio,
„ & exequutio fiat &c. Et propterea omnia , &
„ ſingula &c. Pia Loca , & quivis alii , in quo-
„ rum favorem Vniones &c. factæ reperiuntur
„ &c. dummodò Monaſteria , & Beneficia ipſa
„ poſſideant , ad ſolutionem Communium ,
„ Annatarum , & aliorum Jurium prædictorum
„ eidem Cameræ &c. ratione Vnionum &c. fa-
„ ciendam teneri , & obligatos eſſe &c. „ *Con-
ſtitutione* 33. *Sixti V.* §. 1. *&* 2. *eod. tom.* 2.
ibi „ Itaque &c. literas &c. Pauli II. &c. III.
„ Pauli IV. ac Pii V. nec non quorumcumque
„ aliorum &c. Pontificum &c. ſuper ſolutione
„ Annatarum , Communium , Quindenniorum,
„ & aliorum Jurium , ratione Proviſionum , ſeu
„ Unionum perpetuarum quorumcumque Be-
„ neficiorum Eccleſiaſticorum &c. factarum ,
„ & faciendarum &c. approbamus , & confir-
„ mamus &c. atque illas &c. innovamus . Præ-
„ tereà quoniam quindenniorum uſus , & ſolu-
„ tio ratione Beneficiorum unitorum conſtituta
„ ſunt &c. Nos attendentes , quòd tantundem
„ detrimenti Cameræ , Collegio , & Officiali-
„ bus præfatis , ex Vnionibus , quæ ab Ordi-
„ nariis Locorum , & aliis fiunt , provenit &c.
„ Et propterea omnia , & ſingula &c. Pia Loca
„ hujuſmodi , & quivis alii , in quorum favo-
„ rem Vniones &c. factæ reperientur , aut
„ poſthac fient &c. dummodò Beneficia ipſa
„ poſſideant , ad ſolutionem Quindenniorum
„ præfatorum eidem Cameræ , ac Collegio , &
„ Officialibus , ratione Vnionum &c. facien-
„ dam teneri &c. „ *Conſtitutione* 18. *Vrbani
VIII. in principio* , *juncto* §. 1. *&* 3. *tom.* 5. ibi „
„ ne Cameræ prædictæ ex Monaſteriorum &c.
„ aliorùmque Beneficiorum Eccleſiaſticorum
„ Vnionibus &c. detrimentum aliquod induce-
„ retur . Volens propterea dictæ Cameræ , ac
„ &c. S. R. E. Cardinalium Collegio , nec non
„ &c. Cancellariæ Apoſtolicæ Officialibus , de
„ Communibus , Annatis , & Quindenniis Par-
„ ticipantibus Jura præſervare , illorùmque
„ indemnitati conſulere , Motu ſimili &c. om-
„ nia , & ſingula &c. Pia Loca , & quoſvis
„ alios , in quorum favorem &c. Monaſteria
„ &c. & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica
„ unita &c. & aliorum Uniones eis factæ repe-
„ rirentur &c. dummodò Monaſteria , ſeu Bene-
„ ficia ipſa poſſiderent , ad ſolutionem Com-
„ munium , Annatarum , & aliorum Iurium
„ prædictorum eiſdem Cameræ , Collegio , &
„ Officialibus , ratione Unionum &c. facien-
„ dam teneri , & obligatos eſſe &c. Cùm au-
„ tem &c. adſint quamplurimæ Uniones &c.
„ quaſcumque &c. literas eorundem Pii , &
„ Sixti V. nec non quorumcumque aliorum Ro-
„ manorum Pontificum &c. ſuper ſolutione
„ Annatarum , Communium , Quindennio-
„ rum , & aliorum Iurium , tàm ratione Provi-
„ ſionum , ſeu Unionum perpetuarum quorum-
„ cumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum &c.
„ factarum , & faciendarum &c. approbamus ,
„ & confirmamus &c. atque illas &c. innova-
„ mus &c. ad &c. ſolvendum Quindennia de-
„ curſa &c. conſtito tamen de ſortito effectu
„ Unionum &c. „ *& Conſtitutione* 50. *Clemen-
tis* X. *in principio* , *juncto* §. 2. 3. 4. 5. *6.* 7.
& 11. *tom. 6.* ibi „ Cameræ Apoſtolicæ , &
„ Collegii &c. S. R. E. Cardinalium , ac &c.
„ Cancellariæ Apoſtolicæ Officialium de Com-
„ munibus , Annatis , & Quindenniis Partici-
„ pantium indemnitati conſulere &c. cupienti-
„ bus &c. ratione Vnionum Monaſteriorum &c.
„ aliorùmque Beneficiorum Eccleſiaſticorum
„ &c. Et propterea tàm quaſcumque Congre-
„ gationes , quàm quoſvis alios , in quorum
„ favorem Vniones &c. hujuſmodi factæ fue-
„ rant &c. ad ſolutionem Communium , & Mi-
„ nutorum Servitiorum , ac Annatarum , &
„ aliorum Iurium prædictorum eiſdem Came-
„ ræ , Collegio , & Officialibus , ratione ea-
„ rundem Vnionum &c. teneri &c. Cùm &c.
„ adeſſent quamplurimæ Vniones &c. Ideoque
„ quaſcumque Congregationes , & quoſvis
„ alios , in quorum favorem Vniones hujuſmo-
„ di factæ fuerint &c. ad ſolutionem Commu-
„ nium &c. ratione earundem Vnionum &c.
„ faciendam teneri &c. „ *repetit. poſt Tract. int.
Conſt. Apoſt. in ordine la* III. V. VI. VII. VIII.
& XI. inque memoratis Conſtitutionibus Apo-
ſtolicis adpoſitæ præpoſitiones *ex* , & *ob* , nec
non dictiones *propterea* , *ideoque* , unà cum voce
ratione , & clauſula *conſtito* inducunt cauſati-
vam , ſeu cauſalem , modum , ac conditionem ,
Barboſa de clauſul. clauſul. 25. *num.* 1. *cum ſeqq.
& de diction. dict.* 115. *nu.* 1. *cum ſeqq. dict.* 144.
n 1. *cum ſeqq. & dict.* 233. *n.* 2.

Præterquamquòd , ſicuti ſolvuntur Annatæ, 8
quantumvis in literis Apoſtolicis Proviſionis
nulla fiat mentio obligationis de illas ſolvendo,
ità & ſolvenda ſunt quindennia , quæ in locum 9
Annatarum ſucceſſerunt , juxta per nos ſuprà
tradita *Cap. I. ac alibi paſſim* , quamvis in literis
Vnionis Beneficiorum , aut reſervationis Pen-
ſionum nulla fiat mentio obligationis de quin-
dennia ſolvendo , cùm diverſitas rationis aſſi- 10
gnari nequeat in re ſymbolica , *Barboſa axiom.*
74 *num.* 4.

Comprobatur quoque incontrovertibilis no- 11
ſtri aſſumpti veritas ex ipſa natura , & qualita-
te gratiæ Vnionum Beneficiorum , nec non re-
ſervationum Penſionum , quæ nunquam cenſen-
tur factæ in præjudicium intereſſe habentium ,
quales ſunt Camera Apoſtolica , & Annatiſtæ,
cap. quia Monaſterium 2. *de Religioſ. Domib. Re-
buff. in prax. benef. tit. de erection. in Collegiat.
verſic. & in hac erectione* , *Pignatell. conſult.
Can.* 221.

Can.221. n 14. to.1. Rot. cor.Card.Puteo dec.268. num. 3. lib. 2. ob implicitam quindenniorum comprӕhenſionem, & obligationem legalem ſub ipſa gratia Vnionis Beneficii, aut reſervationis Penſionis, quæ non ſolet, nec debet con-
12 tinere illorum expreſſionem; aliàs, ut præjudicatum dicatur jurì quindenniorum, requiritur in Bullis Vnionum individualis expreſſio, vel ſpecialis gratia ſuper illorum remiſſione, ſeu condonatione, perquàm raró concedi ſolita, prout in caſu ſingulari practicatum extitit per Gregorium XIII. cum Capitulo Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitanæ, teſte *Pyrrh. Corrad. in prax. beneficiar. lib.2. cap.8. n.64.*

Hinc pari paſſu videmus, quòd, non obſtan-
13 te, quòd in promotione ad Metropolitanas, ſivè Cathedrales Eccleſias nulla fiat obligationis mentio de ſolvendo Annatam, Commune Servitium nuncupatam, ad quam tenentur promoti, favore Sedis Apoſtolicæ, & Annatiſtarum, nihilominùs adhùc debentur Annatæ, ſeu Communia Servitia, ut inconcuſſus, ac inveteratus hùc uſque ſervatus ſtylus uno ore prædicat.

14 Aliàs, ſi omiſſio obligationis hujuſuſmodi ſuffragaretur ad non ſolvendum quindennia, omnes manus mortuæ ad illa declinandum, in fraudem data opera illam omittere ſummopere ſtuderent, ſicque Annatiſtæ ſibi debitis emolumentis contrà omnem juſtitiam defraudarentur cum propria jactura, ſicque ferè actum eſſet de quindenniis, quod nequaquam ferendum eſt, nè ſequatur locupletatio cum aliena jactura: immò hac via eſſet in facultate manus mortuæ ſolvere, vel non ſolvere quindennia, tollendo ad libitum Iura Annatiſtarum, qui habentes fundatam intentionem in Bullis Apoſtolicis, & legem claram pro ſe, dependerent ab alieno arbitrio, & voluntate pro ſatisfactione quindenniorum; ſicque nunquam, vel rariſſimè conſequerentur quindennia, ſub ſolo colorato prætextu defectus obligationis debitoris, qualis eſt ipſa manus mortua.

15 Omiſſo, quòd, cùm præfata obligatio reportari ſoleat potiùs ad ſimplicem cauthelam, ac efficaciorem, ſeu ſecuriorem obligationem, quàm ad præciſam neceſſitatem, & eſſentialem ſubſtantiam actus, illa omiſſa, non ideò corruit ſubſtantia debiti, ad *textum in l. teſtamentum 17. C. de teſtament. l. 3. §. penult. ubi gloſſ. ff. de Bon. poſſeſſion. Bartol. in l.2. §. Quod de frumentaria num. 22. ff. de adminiſtration. rer. ad Civitat. pertin. Signoroll. conſ. 227. num.2. verſic. hac reſponſio, Aretin. conſ. 100. num.9. Roman. conſ.497. num. 3. & 6. Conſtantin. ad Statut.Vrb. tom. 1. annotat. 25. artic. 1. ſub num.82. § Non obſtat, cum ſeq. Rota coram Dunozet. Jun. deciſ.919 num.9. tom. 2. & in recentior. dec. 320. num.46. cum ſeqq par.6. dec.371. num.2. par.19.* inſerviente inſuper tali obligatione etiam ad efficaciorem probationem, ac exequutionem, juxta *Conſtitutionem 6. Pauli II. §.5. Bullar. nov. Rom. tom.1.* ibi: *& ad hoc ii, quorum intereſt &c. ſe in eadem Camera efficaciter obligare debeant cum effectu &c. repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I.*

Quòd verò memorata obligatio requiratur ad cauthelam tantùm, & non ad præciſam neceſſitatem, ſeu ſubſtantiam quindenniorum, ſatis patet ex lectura ipſarum Conſtitutionum ſuper quindenniorum materia conditarum, ſignanter ex ipſa originaria *Bulla 6. Pauli II. §.4. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ibi „ & de ſolvendo „ ſingulis certis temporibus futuris obligatio „ in eadem Camera facta non fuit &c. „ *Bulla 20. Julii III. §. 6. eod. tom. 1.* ibi „ etiamſi „ aliàs illas ſolvere nullatenùs promiſiſſent, ſeu „ ad illarum ſolutionem non aliter ſe ſpecialiter obligaſſent &c. ad ſolutionem Annatarum, & Iurium prædictorum efficaciter teneantur &c. „ *Bulla 17. Pauli IV. §. 8. eod. tom. 1.* ibi „ etiamſi ſe ſuperindè in Camera non „ obligaverint, ad ſolutionem Communium, „ & Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, „ & aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus &c. faciendam teneri &c. „ *Bulla 38. S. Pii V. §.4. tom.2. Bulla 33. Sixti V. §. 2. eod. tom. 2. Bulla 18. Vrbani VIII. in principio, juncto §.3. tom.5. & Bulla 50. Clementis X. §. 2. 3. 5. 8. 9. & 11. tom.6. repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III. V. VI. VII. VIII. & XI.

Undè ſequitur, quòd vel allegari nequeant Bullæ quindenniorum pro neceſſario, ac inevitabili requiſito præciſæ obligationis manus mortuæ, vel illæ allegari debeant ſub forma in iiſdem contenta, quòd ſcilicet quindenniorum
ſolutio fieri debeat etiam abſque ejuſmodi obli- 16
gatione: nec una, & individua conditio, ac determinatio debet, & poteſt in una parte acceptari, ac in alia reſpui, per *textum in l.nam hoc Jure, l. Lucius ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitution. Manſ. conſult. 511. num. 17. Gratian. diſcept. 70. num. 39. Rota coram Priolo deciſ. 328.*
num.9. ac in recentior. dec. 334. num.5. par. 15. 17
omiſſio enim eorum, quæ ad majorem, ſeu abundantiorem cauthelam requiruntur, non tollit ſubſtantiam, & validitatem actus, per *textum in l. teſtamentum 17. C. de teſtam. l. non ex eo 30. C. de eviction. Barboſa axiom. 3. nu. 1. & 2.*

Quæ fortiùs militant, ſi manus mortua in actu Unionis Beneficiorum, ſeu reſervationis Penſionum, ſtatim, ac incontinenti (prout fieri aſſolet) ſolvat pro prima vice primum quindennium in locum Annatæ, quam ſolvere
teneretur Proviſus, ſi Unio ſequuta non fuiſſet, 18
cùm actus poſitivus ſolvendi prævalere debeat negativo non ſolvendi, ſeque ſpontè ſubjicere videatur manus mortua abſque alia obligatione ſolutioni ſucceſſivè futurorum quindenniorum, *Rota coram Card. Celſo dec. 341. num.8. & in Auximana Prædii 9. Januarii 1680. §. Quinimmò, coram Rondinino, in Romana fideicommiſſi de Burattis 13. Januarii ejuſdem anni 1680. §. Tandem, coram Albergato Decano, & in Bononien. fideicommiſſi de Pandinis 3. Decembris 1685. §. fin. coram Vrſino Decano.*

Et in tantum ſæpiùs neglectæ, ac omiſſæ fue-
runt hujuſmodi obligationes, in quantum olim 19
Uniones Beneficiorum expediri conſueverant, in forma Commiſſaria Ordinariis Locorum directæ de Beneficiis primò vacaturis; ità, ut antè earundem Unionum effectuationem emitti non ſolerent tales obligationes, poſt ſequutam autem effectuationem, vel ex incuria, vel ex malitia omittebantur frequenter, ut ponderant Bullæ quindenniorum, ac ſignanter *Bulla 6.*

Pau-

Pauli II. §.4. Bullar. *nov. Rom. tom.*1. ibi: *& de ſolvendo ſingulis certis temporibus futuris obligatio in eadem Camera per inadvertentiam facta non fuit &c.* Bulla 20. *Julii* III. §. 5. *eod. tom.* 1. ibi: *Cùm autem &c. diverſæ aliæ Uniones &c. perpetuò factæ &c. fuerint, ac ex incuria agentium pro Camera prædicta, ſeu aliàs obligationes de ſolvendis Communibus, et Minutis Servitiis, ac Annatis &c. aut aliis Juribus &c. factæ non fuerint &c.* & Bulla 17. *Pauli IV.* §.7. *eod. tom.*1. ibi: *ratione quorumvis Monaſteriorum &c. perpetuò unitorum, ſuper quibus nulla obligatio in eadem Camera reperiebatur &c.* undè manus mortua
20 quindennii debitrix non debet ex hac incuria, aut forſan malitia præmium reportare, *gloſſ. in cap. ei, cui 29. verbo ætate, in fin. de Præbend. in 6.*

Si autem contrarium (quod non puto) ſubſtineretur, vel pertinaciter ſubſtineri (quo nihil pejus) prætenderetur, penè actum eſſet de quindenniis, nec unquam forſitan illa ſolverentur in haud leve vilipendium, ac ludibrium Bullarum quindenniorum, ſub hoc ſpecioſo, immò captioſo prætextu non emiſſæ prætenſæ obligationis, dum nullibi in literis Unionum Beneficiorum, aut reſervationum Penſionum fiat de illis expreſſio; cujus ſtyli, & praxis Pontifices gnari, ob innumeras, ac penè infinitas à ſe conceſſas Uniones, cenſentur, Conſtitutiones ſuorum Prædeceſſorum ſuper quindenniis editas locum habere voluiſſe, eàſque ſalvas, ac intactas præſervare, non conſtito de contrario, quantumvis in literis Vnionum non appareat injunctum onus ſolvendi quindennia; & eo ipſo, quòd Papa unit Beneficium manui mortuæ, vel reſervat Penſionem ad favorem ejuſdem, intelligitur Beneficium unire, & Penſionem reſervare cum ſua qualitate, quæ eſt, quòd ex Vnione Beneficii, aut reſervatione Penſionis debeantur quindennia; ità, ut non ſit opus alia expreſſione, ſicuti in ſimili dicitur de mutuis petitionibus, quæ, cùm ex Jure Pontificio receptæ ſint in corpore Iuris Canonici, cenſentur
21 receptæ cum qualitate illa, ut reconventio fiat coram Iudice conventionis, etiamſi aliud expreſſum non fuerit, veluti obſervat *Gonzalez in tit. de mut. petition.* nec inſuper eſt neceſſaria aliqua expreſſio, quia Camera ſcit, jus ſuum eſſe ſalvum, uti fundatum in Conſtitutionibus Apoſtolicis, rèmque tranſire cum ſuo onere.

Nec obſtat, quòd creditor præſens venditio-
22 ni pignoris, & nihil opponens, cenſetur jus hypothecæ remittere, *l. ſicut* 8. §. *Sed ſi permiſerit, l. Paulus* 12. *l. Lucius* 21. *ff. quib. mod. pign. vel hypothec. contrah. l. creditor la* 1. §. *fin. ff. qui potior. in pign. hab. l. ſi debitor* 4. §. *Si in venditione, l. Paulus* 12. *ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolv. l. creditor* 119. *ff. de regul. Jur. l. Si probaveris* 2. *l. cùm te* 4. *l. res* 10. *l. fin. C. de remiſſion. pignor. l. ſi debitor* 12. *C. de diſtraction. pign. Cyriac. controv.* 344. *num.* 1. *Balduin. de pignor. cap.* 10. *circà fin. Neguzant. eod. tract. part.* 6. *membr.* 3. *num.* 12. *verſic. regula, Merlin. eod. tract. lib.* 4. *tit.* 3. *quæſt.* 109. *num.* 3. *cum ſeqq. Gait. de credit. cap.*4. *à num.*2160. *Card. de Luca eod. tract. diſcur.*4. *num.*3. *diſcur.*29. *num.* 4. *& diſcur.*34. *num.* 2. *cum ſeqq. & de dote diſcur.*87. *num.*3. 9. *&* 10. *Rota coram Gregor. XV. dec.*67. *num.*8. *& in recentior. dec.* 373. *num.* 78. *part.*4. *tom.* 1. *dec.*328. *num.*35. *&* 36. *& dec.*347. *n.*3. *par.*5. *tom.* 1. quia in allegatis Iuribus fit diſtractio rei hypothecatæ, hic autem non fit diſtractio, ſed potiùs tranſlatio rei in debitorem, qualis eſt manus mortua, ratione quindenniorum.

Minùs obſtat, quòd abſque obligatione nulla oriatur actio, & nemo ſine actione experiri 23
poteſt, ad *textum in l. quoties* §. *Item ſi temporali ff. de adminiſtration. tutor. l. licet* §. *Ea obligatio ff. de Procurator. Decian. reſponſ.* 2. *num.*47. *cum ſeqq. vol.*1. *Rota coram Coccin. dec.*1383. *num.*3. quia immò Annatiſtæ verè habent actionem contrà manus mortuas ſuper quindenniis ſibi debitis, ac verè eas habent obligatas miniſterio legis ratione Unionis Beneficiorum, aut reſervationis Penſionum juxta Bullas quindenniorum, quæ hoc ſpeciali favore quindenniorum introducere decreverunt ad paratiorem, & faciliorem eorum exactionem, nolentes vindicare regulam generalem in contrarium; in tantum, ut ex ſimplici Unione cogi poſſit manus 24
mortua ad quindenniorum ſolutionem in caſu recuſatæ illorum ſolutionis, ſub pœna privationis Beneficiorum unitorum ipſo Jure incurrenda, Unionum diſſolutionis, ac Beneficiorum unitorum impetrationis, ultrà pœnam inſuper excommunicationis, veluti habetur in *Conſtitutione 6. Pauli II.* §. 6. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ Alioqui, ſi à ſolutione &c. ceſſare „ præſumpſerint, Uniones &c. habeantur penitùs pro infectis, & ſic &c. Beneficia hujuſmodi &c. poſſint &c. impetrari &c. ac ſi „ Uniones ipſæ &c. nullatenùs emanaſſent &c. „ *Conſtitutione* 20. *Julii* III. §. 1. *eod. tom.* 1. ibi „ „ Dudùm &c. Pius Papa II. &c. ordinaverat, „ quòd omnes &c. ſi &c. dictæ Cameræ, aut „ Collectoribus fructuum, & proventuum „ eidem Cameræ debitorum &c. ſatisfacere deficerent, ipſo facto &c. non ſolùm ſententiam excommunicationis inciderent, ſed „ etiam Beneficiis, pro quibus ſe in ipſa Camera obligaſſent, omninò privati eſſent &c. „ *Conſtitutione* 11. *Pauli IV.* §. 3. *&* 10. *eod. tom.*1. ibi „ quòd obligati, ſi &c. Collectoribus Cameræ &c. ſatisfacere defeciſſent, ipſo facto „ &c. tàm ſententiam excommunicationis incurrerent, quàm Beneficiis, pro quibus in „ dicta Camera ſe obligaſſent, omnibus privati „ eſſe cenſerentur &c. & Beneficia &c. poſſent „ &c. impetrari &c. ſtatuentes &c. ratione Annatarum, ſeu Quindenniorum &c. omnes &c. „ pœnas &c. eo ipſo incurrant, & abſque alia „ declaratione &c. incurriſſe cenſeantur &c. & „ Monaſteria &c. impetrari poſſint &c. prout „ &c. eos omnes &c. pœnis prædictis expreſsè „ innodamus, ac privatos eſſe, Commendàſque ceſſaſſe ex nunc decernimus &c. „ *& Conſtitutione* 17. *ejuſdem Pauli IV.* §. 7. *in fin. &* §.8. *&* 11. *eod. tom.*1. ibi „ Et &c. Communia, „ Minuta Servitia, Annatas, & alia Jura, Cameræ, & Collegio, ac Officialibus prædictis, „ ratione Unionum &c. debita perſolvere recuſent, cenſuras &c. incurrendo &c. per ſententias, cenſuras, & pœnas etiam privationis, & diſſolutionis Unionum &c. „ *Conſtitutione* 33. *Sixti V.* §. 2. *in fin. &* §. 4. *tom.* 2. ibi „ & ad id per ſententias, cenſuras, & pœnas &c. cogi &c. poſſe &c. „ *Conſtitutione* 18. *Urbani* VIII. *in principio, juncto* §. 3. *tom.* 5.

ibi „ Nec non eorundem Quindenniorum , & „ Jurium debitores &c. citandi &c. ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac pecuniariis&c. „ ac etiam privationis Beneficiorum unitorum „ &c. per ſimiles ſententias , cenſuras , & pœnas &c.„, *& Conſtitutione* 50. *Clementis X.*§.1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. *et* 11. *tom 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III. IV. V. VII. VIII. *&* XI.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus , manui mortuæ unitis , quantumvis in termino unius anni à die effectuatæ Unionis Beneficiorum computandi , teneatur manus mortua intereſſata , & Beneficiorum poſſeditrix ſe obligare in forma Cameræ ad ſolvendum quindennia,juxta *Bullā 6. Pauli II.* §.5. *Bullar. nov. Rom. tom.*1. *repetit.poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la I.* nihilominùs , ac ſi verè , & realiter intrà præfixum tempus ſe obligaſſet , poſt dictum tempus emiſſa obligatione , etiam adhùc debentur quindennia .

SUMMARIUM.

1 *Manus mortua , ad cujus favorem unita ſunt Beneficia . licet non ſe obligaverit ad quindennia , adhùc ad illa tenetur .*

2 *Eadem . etiamſi in termino unius anni à die effectuatæ Vnionis* Beneficiorum *teneatur ſe obligare ad ſolvendum quindennia , adhùc ad illa tenetur , emiſſa poſt præſtitutum tempus obligatione , ac ſi intrà præfixum tempus ſe obligaſſet .*

3 *Obligatio ſolvendi quindennia reſpicit modum faciliorem exactionis , non autem ipſam ſubſtantiam debiti .*

4 *Conditio obligationis intrà certum tempus emittendæ de ſolvendis quindenniis appoſita fuit pro faciliori quindenniorum exactione .*

5 *Omiſſio requiſitorum ad abundantiorem cauthelam non tollit ſubſtantiam , & validitatem actus .*

6 *Quindennia ſolvi debent à die effectuatæ Vnionis , quamvis nulla præceſſerit obligatio de illis ſolvendis , & expenduntur* Bullæ *quindenniorum .*

7 Bullæ *ſubſequentes inſervire poſſunt pro interpretatione Bullæ præcedentis .*

8 B*ullæ quindenniorum poſteriores* Bullæ 6. Pauli II. §. 5. Bullar. nov. Rom. tom. 1. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la I. *declarant ſolvenda eſſe quindennia , quantumvis nulla appareret de illis ſolvendis olim facta obligatio .*

9 *Manus mortua abſque alia obligatione remanet obligata ipſo Jure ad quindennia ex Conſtitutionibus Pontificiis .*

10 *Maritus tenetur ad dotis reſtitutionem vigore legalis obligationis , etiamſi mulier ſibi non caverit de hypotheca .*

11 *Obligatio de ſolvendis quindenniis appoſita eſt per modum pœnæ comminatoriæ nullitatis Vnionis* Beneficiorum , *& de vi adverſativæ* alioquin *appoſitæ in dicta* Bulla 6. Pauli II. §. *6.*

12 *Ratione ordinis ſcripturæ* , dicta Bulla 6. Pauli II. *dicitur reſpexiſſe ad primum caſum ſolutionis quindenniorum , & de vi alternativæ* aut *appoſitæ in dicta* Bulla Paulina §.*6.*

13 *Emphyteuta canones non ſolvens , non tamen indè liberatur à ſolutione canonum decurſorum , etſi in caducitatem inciderit .*

14 *Manus mortua non tenetur ſe obligare ad quindennia , niſi poſt effectuatam Vnionem* Beneficiorum .

15 *Incongruum eſſet obligari ad quindennia , antequàm effectuetur Vnio .*

16 *Quis ex propria malitia præmium reportare non debet .*

17 *Pontifex non cenſetur illicò ſe corrigere .*

18 Paulus II. dicta Bulla *6.* in principio , juncto §.2. in fin. & §.3. in principio , *proteſtatur , præjudicare nolle Cameræ , & Annatiſtis in quindenniis ſibi debitis .*

CAPITULUM LXXVI.

Viſo in *præcedenti Cap.* quòd , etiamſi manus mortua , ad cujus favorem unita ſunt Beneficia , non ſe obligaverit ad quindennia , quodve , etiamſi in literis Unionis Beneficiorum nulla appareat facta mentio de obligatione ad ſolvenda quindennia , ad illa adhùc teneatur ; modò conſequitur videndum , quòd , non obſtante omiſſione obligationis faciendæ intrà annum à die Vnionis , de ſolvendo quindennia, ad formam *Bullæ 6. Pauli II.* §. 5. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I.* adhùc illa ſolvenda ſint, firmando in præſenti , quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus , manui mortuæ unitis , quantumvis in termino unius anni à die effectuatæ Vnionis Beneficiorum computandi , teneatur manus mortua intereſſata , & Beneficiorum poſſeditrix ſe obligare in forma Cameræ ad ſolvendum quindennia, juxta *Bullam 6. Pauli II.* §. 5. *Bullar.nov. Rom. tom.*1. *repetit poſt Tract. int.Conſt. Apoſt. in ordine la I.* nihilominùs , ac ſi verè , & realiter intrà præfixum tempus ſe obligaſſet , poſt dictum tempus emiſſa obligatione , etiam adhùc debentur quindennia ; obligatio namque ſolvendi quindennia , in forma Cameræ , reſpicit modum faciliorem exactionis , non autem ipſam ſubſtantiam debiti , ad quod Titularis tenetur ex lege , ſeu Bulla Pontificia ; ità , ut pro faciliori quindenniorum exactione , & certitudine , proque majori cauthela Cameræ Apoſtolicæ , ac Annatiſtarum ab ea cauſam habentium ex titulo quidem oneroſo , appoſita fuit conditio obligationis intrà certum tempus emittendæ , non autem pro regulanda ſubſtantia quindenniorum : adeòque deficiente obligatione prædicta intrà præfinitum terminum , quindennia non deberentur ; qua veritate ſuppoſita, intrat regula , quòd omiſſio requiſitorum ad abundantiorem cauthelam non tollit ſubſtantiam , & validitatem actus, ad *textum in l. teſtamentum* 17. *C. de teſtam. l. non ex eo* 30. *C.de evi-ction. l.* 3. *§ penult. ubi gloſſ. ff. de Bon. poſſeſſ. Bartol. in l.*2. *§. Quod de frumentaria nu.*22. *ff. de ad-*

[Margin numbers for CAPITULUM text: 1 (line 1), 2 ("rem XXIV"), 3 ("ſolvendi quindennia"), 4 ("tio obligationis"), 5 ("intrat regula")]

adminiſtrat.rer. ad Civit. pertin. Barboſa axiom.3. num. 1. & 2. Conſtantin. ad Statut. Vrb. tom. 1. annot.25. artic. 1. ſub nu. 82. §. Non obſtat, cum ſeq. Rota coram Dunozet. Jun. dec. 919. num 9. tom.2. ac in recentior. dec.320. num.46 cum ſeqq. par.6. dec.371. num.2. par.19.

Animadvertendum prætereà eſt, quòd, cùm in aliis ſubſequentibus Bullis ſuper eadem materia quindenniorum poſt memoratam Bullam Paulinam emanatis non legatur præfixio hujuſmodi termini annalis ad faciendam talem obligationem de ſolvendis quindenniis, ſed nulla
6 facta mentione præmiſſæ obligationis, mandatur in abſtracto ſingulis XV. annis computandis à die effectuatæ Unionis quindennia ſolvi, quantumvis nulla præceſſerit obligatio de illis ſolvendis, ut legitur in Bulla 20. Julii III. §. 5. Bullar. nov. Rom. tom. 1. ibi „ obligationes de „ ſolvendis Communibus &c. ac Annatis &c. „ factæ non fuerint &c. „ Bulla 17. Pauli IV. §. 8. poſt med. circà fin. Bullar. eod. tom. 1. ibi „ „ etiamſi ſe ſuperindè in Camera non obligave- „ rint, ad ſolutionem Communium, & Minu- „ torum Servitiorum, ac Annatarum, & alio- „ rum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, „ Collegio, & Officialibus, ratione earundem „ Vnionum &c. ſingulis XV. annis à die, quo „ illæ ſuum effectum ſortitæ fuerint &c. facien- „ dam teneri, & obligatos eſſe, & ad id, nec „ non ad ſe &c. de XV. annis in XV. annos „ realiter, & cum effectu ſolvendis in forma „ ſolita obligandum &c. „ Bulla 38. S. Pii V. §. 4. tom. 2. Bulla 33. Sixti V. §. 2. in fin. eod. tom.2. Bulla 18. Vrbani VIII. in principio, tom.5. & Bulla 50. Clementis X. §. 2. in principio, §. 3. antè med. §.5. circà fin. §. 7. in principio, §. 8. in principio antè med. §. 9. circà fin. & §. 11. circà fin. repetit. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la III. V. VI. VII. VIII. & XI.

7 Vndè poſſunt ſubſequentes mox enunciatæ Bullæ inſervire pro interpretatione prædictæ Bullæ Paulinæ, quando in ipſa per hypotheſim aliquod dubium contineretur, ad textum in l. non eſt novum 26. ff. de legib. Maſcard. de general. Statut. interpretation. conc. 2. nu. 107. cum ſeqq.
8 prout eadem Paulina, & aliæ poſteriores Bullæ declarant ſolvenda eſſe quindennia, quantumvis nulla appareret olim facta obligatio, ut in dicta Bulla 6. Pauli II. §. 5. Bullar. nov. Rom. tom.1. ibi: & de ſolvendo ſingulis certis temporibus futuris obligatio in eadem Camera &c. facta non fuit, Annatam &c. impoſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſolvere teneantur, & debeant &c. Bulla 20. Julii III. §. 5. & 6. eod. tom. 1. ibi: Cùm &c. obligationes de ſolvendis Communibus &c. ac Annatis &c. factæ non fuerint &c. Bulla 17. Pauli IV. §. 8. eod. tom. 1. ibi: etiamſi ſe ſuperindè in Camera non obligaverint, ad ſolutionem Communium, & Minutorum Servitiorum, ac Annatarum &c. faciendam teneri &c. Bulla 38. S. Pii V. §. 4. tom. 2. Bulla 33. Sixti V. §. 2. in fin. eod. tom. 2. Bulla 18. Vrbani VIII. in principio, tom. 5. & Bulla 50. Clementis X. §. 2. in principio, §. 3. antè med. §. 5. circà fin. §. 7. in principio, §. 8. in principio antè med. §. 9. circà fin. & §. 11. circà fin. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I. III. V. VI. VII. VIII. & XI.

9 Sicque abſque alia obligatione manus mortua tàm ratione poſſedetricis Beneficiorum, quàm ratione rei poſſeſſæ, ideſt Beneficiorum poſſeſſorum, remanet obligata ipſo Jure ad quindennia ex Conſtitutionibus Pontificiis.

His accedit, quòd lapſus termini, qui appoſitus cenſetur favore tam debitoris, quàm creditoris, non eximit ab obligatione legali ipſo facto contracta, perque conſequens à ſolutione, etiamſi omiſſa appareat obligatio de ſolvendo, l. ſi certis annis 28. C. de pact. Card. de Luca de Regalib. diſcur. 20. ſub nu. 5. in fin adinſtar mulieris, quæ, etiamſi ſibi non caverit de hypotheca expreſſa, nihilominus maritus tenetur ad 10
dotis reſtitutionem, vigore legalis obligationis, §. Fuerat Inſtitution. de action. l. unic. §. Et ut plenius C. de rei uxor. action. Merlin. de pignor. lib.3. tit.2. quæſt.47. num.1. cum ſeqq. Bald. Novell. de dote par. 6. privileg. 7. num.4. in principio, Card. de Luca eod. tract. diſcur. 166. nu.31. Adden. ad dec. 666. num. 100. cum ſeqq. part. 4. recentior. tom. 3. Rota coram Buratt. deciſ. 844. num.3. tom.2. dec.328. num.26. par. 5. recentior. tom. 1.

Omiſſo, quòd conditio iſta obligationis eſt 11
appoſita in prælaudata Bulla 6. Pauli II per modum pœnæ comminatoriæ nullitatis Vnionis Beneficiorum, & ſic reſpicit tantùm nullitatem in caſu non adimplementi, ſeu neglectæ obligationis de ſolvendis quindenniis, juxta naturam adverſativæ alioquin, qua utitur ſæpè laudata Bulla Paulina §.6. in principio ibi: alioquin ſi à ſolutione, aut obligatione præmiſſis ceſſare præſumpſerint, Vniones &c. præfatæ habeantur penitùs pro infectis, et ſic unita &c. Beneficia &c. poſſint &c. impetrari &c. ac ſi Vniones ipſæ &c. nullatenùs emanaſſent &c. Barboſa de diction. dict. 17. n. 2. cum ſeqq. immò quod nec ad formam enunciatæ Paulinæ deſideretur prætenſa obligatio, ſatis, ſuperque comprobatur ex ipſa Bulla, dum illa infligit pœnam nullitatis Vnionis, ſivè in caſu omiſſæ obligationis, ſivè in caſu omiſſæ ſolutionis, ad quem caſum denotat fortiùs reſpexiſſe ratione ordinis ſcripturæ, ut 12
habetur in mox relato §. 6. ibi: ſi à ſolutione, aut obligatione præmiſſis ceſſare præſumpſerint &c. & quidem alternativè per dictionem aut, Barboſa axiom. 172. num. 3. cum ſeqq. & in loc. commun. loc. 80. & de diction. dict. 46. num. 3. cum ſeqq. Ricc. collect. dec. 2604. par. 7. ità, ut, ſi in præfata Paulina annullatur Vnio ob defectum obligationis, aut ſolutionis, indè depræhenditur, quòd, etiamſi intrà annum omiſſa ſit obligatio prædicta, ſi tamen omiſſa ſit etiam ſolutio quindennii, eſt locus nullitati Vnionis juxta ſæpiùs prælaudatam Paulinam; igitur abſque alia præcedenti obligatione de ſolvendis quindenniis, illa ſolvi debent, ſi juxta eandem Paulinam annullatur Vnio ſivè ob non ſolutionem quindennii, ſivè ob non obligationem de illo ſolvendo; adinſtar Emphyteutæ non ſolventis 13
canones, qui, etſi in caducitatem inciderit, non eſt liberatus à ſolutione canonum decurſorum, cùm non ſint contraria remedia expellere Emphyteutam, & petere penſiones præteritas, oriuntur enim ex diverſa cauſa, expulſio ſcilicet provenit ex mora, petitio autem penſionis deſcendit ex contractu, per textum in l. colonus 61. ff. locat. Auth. qui rem, ubi Barboſa num. 22. C. de Sacroſanct. Ecclef. & in prax. exig. Penſion. par. 1.

par.1. quæſt 10. num 3. Gratian. diſc.633.nu.38. cum ſeqq. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. nu.13. pag. 441. col. 1. Fulgin. de jur. Emphyt. tit de var. caducit. quæſt. 15. in principio, ac per tot

Senſus denique ſæpè laudatæ *Conſtitutionis Pauli* II. *la 6.* meo judicio eſt, & quidem conſentaneus ſenſui, ac intellectui poſteriorum Conſtitutionum ſuper eadem materia quinden-
14 niorum editarum, quòd nempè manus mortua non teneatur ſe obligare ad quindennia, niſi poſt effectuationem Vnionis Beneficiorum, nec ſtatim, ſed intrà annum ab effectuatione, prout literis rotundis habetur in §.5.*citatæ Bullæ Paulinæ* ibi: *Et quòd de omnibus &c. Beneficiis &c. unitis, à quorum Vnionum temporibus, poſtquàm illæ ſortitæ effectum, anni XV. effluxerunt, infrà annum proximè futurum Communia Minuta, & alia Jura, ſeu Annatas &c. ſolvere adſtringantur &c.& ad hoc ii, quorum intereſt, infrà unius anni ſpatium ſe in eadem Camera efficaciter obli-*
15 *gare debeant cum effectu*, cùm incongruum videretur obligari ad quindennia antè Vnionis effectuationem, quæ ex aliquo accidenti poſſet non effectuari; undè non eſt bona conſequentia, immò contrà mentem ipſius *Paulinæ*, manus mortua neglexit obligationem de ſolvendis quindenniis emittere intrà præfixum tempus,
16 ergò non tenetur ad quindennia, nè aliter ex propria negligentia, & malitia reportaret præmium, ac victoriam, *cap. intelleximus* 7. *de judic.*

Nec eſt veriſimile, quòd *Paulus* II. primus quindenniorum regulator cum certi, ac invariabilis deinceps temporis præfinitione, de XV.
17 nempè in XV. annos, illicò ſe correxerit, & ſub ſolo prætextu culpabili, ac malitioſo, vel ſaltem per incuriam non emiſſæ obligationis voluerit manum mortuam hac via indirecta immunem, prorsùſque exemptam reddere, cum notabili Cameræ Apoſtolicæ, ac Annatiſtarum
18 detrimento, cui obviare velle mirè profitetur in ſæpiſſimè relata *Conſtitutione 6. Pauli* II. *in principio, juncto* §. 2. *in fin. et* §. 3. *in principio* ibi: *Decet Romanum Pontificem &c. quòd &c. conceſſa, in Cameræ Apoſtolicæ, vel aliis præjudicium non redundent &c. cùmque propterea Cameræ Apoſtolicæ, nec non &c. S. R. E. Cardinalium Collegium, et Sedis Apoſtolicæ Officiales detrimentum non modicum patiantur &c. Nos, quorum intereſt, eorundem Cameræ, Collegii, & Officialium indemnitati proſpicere volentes, quemadmodùm par eſt &c.*

ARGVMENTVM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis, quantumvis Bullæ quindenniorum non appareant exhibitæ in Supremo Regio Caſtellæ Conſilio, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Literæ Apoſtolicæ, antè earum exequutionem præſentari ſolent in Supremo Regio Conſilio Caſtellæ.*
2 *Etiamſi* Bullæ *quindenniorum non appareant exhibitæ in Supremo Regio Caſtellæ Conſilio, adhùc debentur quindennia ex* Beneficiis *unitis, aut perpetuis Penſionibus reſervatis in Hiſpaniis.*
3 *Intrinſeca ſolemnitas, lapſu temporis præſumitur interveniſſe.*
4 *Solemnitas accidentaria, ex diuturnitate temporis præſumitur.*
5 *Præſertim quando ſolemnitas non debet intervenire tempore actus ſolutionis quindenniorum.*
6 *Hiſpaniarum Reges, eorùmque Miniſtri non impediunt fieri ſolutiones quindenniorum.*
7 *Beneplacitum Apoſtolicum præſumitur per centenariam.*
8 *Conſenſus Domini præſumitur interveniſſe in alienatione Emphyteuſis per X. annos.*
9 *Conceſſio Emphyteutica in re privati præſumitur per trigenariam, & in re Eccleſiæ per quadragenariam.*
10 *Aditio hæreditatis per decennium præſumitur.*
11 *Ex decennio præſumitur conſenſus Diœceſani.*
12 *Solemnitas extrinſeca ad aliquem actum præſumitur.*
13 *Solemnitas extrinſeca præſumitur etiam in re magni præjudicii.*
14 *Praxis Hiſpaniæ procedit in Bullis particularibus tantùm, & expenduntur Bullæ quindenniorum.*

CAPITULUM LXXVII.

CVm literæ Apoſtolicæ, antè earum exequu- 1
tionem præſentari ſoleant in Supremo Regio Conſilio Caſtellæ, ſub prætextu, nè aliquod indè inferatur præjudicium Regiæ Coronæ, juxta *l.25.tit.3. & l.44 tit.8. lib.1. Recopilation.* & ad latè tradita per *Salgad.* in copioſis Tractatibus de *Supplicat. ad Sanctiſſim. part. 1. cap. 1. cum ſeqq. & cap. 16. num. 24. ac per tot. Tract. de Reg. Protection.* ſub prætextu autem, quòd non conſtet de præſentatione hujuſmodi, ſeu exhibitione Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper quindenniis editarum, manus mortua, cui unita fuerint in Hiſpaniis Beneficia, ſivè ad ejus favorem reſervatæ perpetuæ Penſiones, putat hac via eximi poſſe à quindenniis; quod tamen uti erroneum ſequendum minimè eſt, reſolvendo in præſenti, quòd ex Beneficiis annuum 2
valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis, quantumvis Bullæ quindenniorum non appareant exhibitæ in Supremo Regio Caſtellæ Conſilio, etiam adhùc debentur quindennia; iſta enim extrinſeca ſolemnitas tamquàm acci- 3
dentalis, ex immemorabili obſervantia in contrarium hùc uſque ſolvendi quindennia pro Beneficiis unitis, aut perpetuis Penſionibus in Regnis Hiſpaniarum præſumitur interveniſſe, ſicque prætenſus defectus lapſu temporis ſanatus, ac ſuppletus remanet, *Felin. in cap. ſicut num. 29. de ſentent. et re judicat. Archidiacon. in cap.nemo de Conſecrat. diſtinct. 1. Jaſon in l. ſciendum num.17. cum ſeqq. ff. de verb. oblig. Card.de Luca de feud. diſc.133. num.5. verſ. ut puta, Ro-*

ta

ta in recentior. dec.48. num.9. et dec. 253. num.6. p. 18 tom. 1.

Omiſſo, quòd, cùm conſtet de diù continuatis ſolutionibus quindenniorum in Hiſpaniis
4 abſque ulla tergiverſatione, adeòque de ſubſtantia actus, aſſerta ſolemnitas præſentandi literas Apoſtolicas in Regio Conſilio indiſtinctè, quæcumque illa ſit, ex diuturnitate temporis præſumitur uti accidentaria, *Antonell. de temp.*
5 *legal. lib.2. cap. 72. num.* 38. præſertim quando hujuſmodi ſolemnitas præſentationis, ſeu exhibitionis literarum non debet intervenire tempore ipſius actus ſolutionis quindenniorum, ſed benè potuit intervenire ſeparatim ab ipſo actu,
6 *Cyriac. controverſ.* 111. *nu.* 13. & Reges Hiſpaniarum, eorùmque Miniſtri optimè ſciunt, nec impediunt pacificè fieri ſolutiones quindenniorum abſque aliqua reclamatione, aut prohibitione, *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ.* 132. *num.*71. *circà fin. verſiculo qui tamen intelligit*, *Antonell. de temp. legal. lib.2. cap.72. n.16.*

Hinc eſt, quòd Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione Bonorum Eccleſiaſticorum requiſitum ab *Extravag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non*
7 *alien.*per lapſum trigenariæ, & hodie per lapſum centenariæ, ſuperventa *Conſtitutione* 47. *Urbani* VIII. *Bullar. nov. Rom. in Appendice, tom* 4. *repetit. penès Galleſ. de reſtitution. in integr.* præſumitur interveniſſe, *Roſa de exequutor. liter. Apoſtolic. par.*1. *cap.*5. *num.*298. *Fulgin. de jure Emphyt. tit. de contract. Empyt. quæſt.*18. *num.*2. *cum ſeqq. et num.* 15. *in med. verſic. ſed videndus erit*, *de Luca Melphiten. de Apoſtolico, Regiove aſſenſu cap.*197. *num.*4. *Antonell. de temp. legal. lib.*2. *cap.*72. *num.*18. *cum ſeqq. Turricell. de reb. Eccleſ. non alien. cap.*14. *nu.* 3. *cum ſeqq. et n.*39. *et cap.*20. *num.*14. *cum ſeqq. et num.* 23. *Trobat. de effect. immemorabil. quæſt.* 12. *num.* 118. *&*
8 *quæſt.*14. *miſcellan. num.*24 hinc conſenſus Domini directi præſumitur interveniſſe in alienatione Emphyteuſis approbata per curſum X. annorum contrà eundem Dominum negantem ſui conſenſus præſtationem, *Menoch. de præſumption. lib.*3. *præſumpt.* 132. *nu.*48. *Antonell. de tempor. legal. lib.*2. *cap.*72. *n.*6. *Fulgin. de Jur. Emphyt.*
9 *tit. de alienat. quæſt.* 1. *num.* 191. hinc conceſſio Emphyteutica præſumitur per ſolutionem canonis factam per lapſum quadragenariæ, ſi res eſt Eccleſiæ, & per lapſum trigenariæ, ſi res eſt privati, *Antonell. de tempor. legal. lib.*2. *cap.*72. *n.*29. *Fulgin. de Jur. Emphyt. in prælud. quæſt.*14. *num.* 39. *et tit. de contract. Emphyt. quæſt.* 18. *num.*16. *Menoch. de præſumption. lib.* 3. *præſum-*
10 *ption.* 108. *num.* 1. *cum ſeq.* hinc aditio hæreditatis ex diuturnitate temporis, immò etiam ex lapſu ſolius decennii præſumitur ſolemniter facta, *Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 72.
11 *num.* 11. *et* 35. hinc ex curſu decennii præſumitur interveniſſe conſenſus Diœceſani in conſtructione Eccleſiæ, vel Cappellæ, quando publicè in ea celebrantur divina Officia, *Maſcard. de probation. vol.*3. *concluſ.* 1316. *n* 2.

Tot ſiquidem ſolutiones quindenniorum hùc uſque factæ ſunt ab innumeris Hiſpaniarum manibus mortuis; ità, ut præſumantur ab initio à tempore immemorabili præſentatæ, ſeu exhibitæ in Supremo Regali Caſtellæ Conſilio literæ Apoſtolicæ in materia quindenniorum emana-
12 tæ, veluti de ſolemnitate extrinſeca ad aliquem actum neceſſaria advertit *Antonell. de tempor. legal. lib.*2. *cap.* 72. *n.*20.

Nec obſtat, quòd ex admiſſa præſumpta præſentatione Bullarum in Conſilio Regio, reſultat notabile præjudicium manuum mortuarum ob tractum perpetuum, ac ſucceſſivum ſolvere debentium quindennia; quia præſumptio ſolemni- 13
tatis extrinſecæ intrat etiam in re magni præjudicii, *Cyriac. controverſ.* 111. *num.* 12. *& controverſ.*162. *num.*24.

Omiſſo, quòd praxis Hiſpaniæ ſuper exhibi- 14
tione Bullarum Apoſtolicarum ad ſummum procederet in Bullis particularibus, tangentibus aliquod damnum, vel inconveniens reſultans Regiæ Coronæ, puta in Proviſionibus Beneficiorum, vel in ſimilibus, non autem in Bullis, ut iſtis, ſuper materia quindenniorum emanatis per viam legis generalis, quæ in nihilum lædunt Regaliam, ut patet ad ſenſum, juxta *Bullam 6. Pauli II.* §. 3. *Bullar. nov. Rom. tom.*1. ibi „ Nos &c. auctoritate Apoſtolica &c. „ ſtatuimus &c. & declaramus &c. „ *Bullam* 20. *Julii* III. §.*6. eod. tom.*1. ibi „ Nos &c. omnia, „ & ſingula &c. approbamus, & innovamus „ &c. & à quibuſcumque &c. inviolabiliter obſervari &c. decernimus &c. ſtatuimus, & ordinamus &c. eaque omnia &c. extendimus, „ & ampliamus &c. „ *Bullam* 11. *Pauli IV.* §.10. *eod. tom.* 1. ibi „ Statuentes &c. ratione Annatarum, ſeu Quindenniorum &c. decernimus „ &c. „ *& Bullam* 17. *ejuſdem Pauli IV.* §. 8. *&* 11. *eod. tom.* 1. ibi „ Nos &c. decernentes &c. „ volumus &c. quòd omnes, & ſinguli &c. „ *Bullam* 38. *S. Pii V. in principio*, *juncto* §. 1. 3. 4. *& 6. tom.* 2. ibi „ per Nos innoventur, approbentur, & confirmentur &c. Nos igitur „ &c. approbamus, & confirmamus &c. Nos „ &c. Motu ſimili &c. quibuſcumque &c. Piis „ Locis &c. Et proptereà omnia, & ſingula &c. „ Pia Loca, & quivis alii &c. quaſcumque „ Congregationes &c & quaſvis alias perſonas „ &c. omnia, & ſingula &c. Pia Loca &c. „ *Bullam* 33. *Sixti V. in principio*, *juncto* §. 1. 2. *&* 4. *eod. tom.*2. ibi „ ea, quæ proptereà à Prædeceſſoribus noſtris providè ſtatuta fuerunt „ &c. confirmationis noſtræ munimine roboramus, & innovamus &c. Itaque &c. literas „ &c. Pauli II. &c. III. Pauli IV. ac Pii V. nec „ non quorumcumque aliorum &c. Pontificum „ &c. ſuper ſolutione Annatarum, Communium, Quindenniorum, & aliorum Jurium „ &c. editas, confirmatas, & innovatas &c. „ approbamus, & confirmamus &c. atque illas &c. innovamus &c. ſtatuimus &c. & declaramus &c. cuicumque &c. in qualibet „ mundi parte &c. Et proptereà omnia, & ſingula &c. Pia Loca &c. & quivis alii &c. „ *Bullam* 18. *Urbani* VIII. *in principio*, *juncto* §. 1. *&* 2. *tom.*5. ibi „ Motu ſimili &c. omnia, & ſingula &c. Pia Loca, & quoſvis alios &c. ſtatuit &c. cuicumque &c. in qualibet mundi „ parte &c. quaſcumque &c. literas eorundem „ Pii, & Sixti V. nec non quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum &c. ſuper ſolutione Annatarum, Communium, Quindenniorum, & aliorum Jurium &c. editas, confirmatas, & innovatas &c. approbamus, & „ confirmamus &c. atque illas &c. innovamus „ &c. quaſcumque Congregationes &c. & quaſ-
vis

„ vis perſonas &c. „ *&* *Bullam* 50. *Clementis X. in principio juncto* §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. *et* 12. *tom.* 6. ibi „ Motu proprio &c. ſtatuit, & „ declaravit &c. Motu pari &c. & cæteri qui- „ cumque &c. „ *repetit. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la* I. III. IV. V. VI. VII. VIII. *&* XI.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, poſteàque intrà XV. annos ſuppreſſis, ſeu diſmembratis, antequàm adveniſſet dies ſolutionis quindennii, ſicque antè illius maturationem, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Suppreſſo Beneficio intrà XV. annos, adhuc manus mortua tenetur ad quindennium.*

2 *Quindennium ſubrogatum loco Annatæ, eſt fructus primi anni, & debetur anticipatè.*

3 *Per ſuppreſſionem, ſeu diſmembrationem Beneficii intrà XV. annos non intelligitur ſublatum jus Annatarum, ſuper quo affertur Decretum Congregationis Quindenniorum.*

CAPITULUM LXXVIII.

Occaſione ſequutæ ſuppreſſionis Beneficii
uniti, intrà XV. annos, ſicque antequàm
maturatũ ſit quindenniũ, oriri poteſt diſſidium
inter Annatiſtas, & manum mortuam ſuper de-
bita ſolutione quindennii, quorum Jura meo
judicio ſolidiora tuendo, reſolvitur in præſenti,
1 quòd, ex Beneficiis annuum valorem XXIV.
Ducatorum auri de Camera excedentibus, ma-
nui mortuæ unitis, poſteàque intrà XV. annos
ſuppreſſis, ſeu diſmembratis, antequàm adve-
niret dies ſolutionis quindennii, ſicque antè il-
2 lius maturationem, etiam adhùc debentur quin-
dennia; quindennium enim uti ſubrogatum
loco Annatæ, ex per nos fusè ſuprà *Cap. I.* de-
3 ductis, eſt fructus primi anni, & debetur anti-
cipatè, *Fagnan. in cap. præterea 1. n.*8. *&* 10. *nè
Prælat. vic. ſuas, Monet. de diſtrib. quotid. part.*3.
quæſt. 9. *num.*27. *&* 33. *Maſſ. Galleſ. de Annat.
n.*2. *&* 4. *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*18.
§. 3. *de annat. nu.* 16. nec per ſuppreſſionem Be-
neficii uniti ſequutam antè rigoroſum, & verum
lapſum XV. annorum, intelligitur ſublatum jus
Annatiſtarum, quod habent in quindennio de-
currere, ſeu maturari incipiente antè ſequutam
ſuppreſſionem Beneficii, veluti in præciſis ter-
minis reſolutum fuit per Congregationem
Quindenniorum contrà Monaſterium S. Mariæ
ad Carceres Monachorum Camaldulenſium
Congregationis Benedictinæ Paduanæ Civita-
tis, in una Paduana Quindenniorum, juxta
Decretum tenoris ſequentis.

PADUANA.

Eadem Congregatio pro Communi Quindennii Unionis Monaſterii S. Mariæ ad Carceres *Paduan. taxat. ad Floren.* 350. & ſolutionis dies advenit 28. Septembris 1681. Debet Ducat. auri de Camera 189. 3. quart. in moneta Romana ———— ſcut. 322. 57. cum dimidio.

Dictum Monaſterium fuit ſuppreſſum per Alexandrum Papam VIII. de anno 1690. & PP. Camaldulenſes debent quindennium prædictum anni 1681. *non obſtante ſuppreſſione prædicta*, quia quindennium hujuſmodi ſolvere debuerant anticipatè ex fructibus primi anni, ſcilicet ex anno 1682. juxta ſenſum Doctorum, & ideò &c.

Nota, quòd, licet Sacra Quindenniorum Congregatio ex ejus Decreto die 6. Decembris 1697. confecto indulſerit RR. PP. Camaldulenſibus (ſolutis nedum ex hac partita, verùm etiam ex aliis, quindenniis tunc decurſis ratione omnium Monaſteriorum in Ditione Reipublicæ Venetæ exiſtentium, duabus tertiis partibus debiti) reſiduum condonaretur, quod ſi ſub die 31. Aprilis 1698. occaſione obtentæ abolitionis partitæ S. Petri de Cereto Volateran. utpotè comprætenſæ in altera partita Monaſterii S. Mariæ Angelorum Florentin. mandatum fuerit per eandem Sacram Quindenniorum Congregationem compenſari dictis Patribus Camaldulenſibus ſummam debitam pro duabus tertiis partibus prædicti quindennii 1681. reſpectu Monaſterii Carcerum (cum erroneo tamen ſuppoſito, quòd hæc non excederet ſcut. 122. & 40.) in partitis perperam ſolutis per dictos PP. Camaldulenſes pro Monaſterio S. Petri de Cerreto, cum clauſula tamen, quòd PP. Camaldulenſes pro iis nihil aliud prætendere, nec petere poſſent; nihilominùs comperto nuper, quòd duæ ex tribus partibus dicti quindennii 1681. ratione Monaſterii Carcerum aſcendant ad ſcut. 215. & 4. 1 tert. monetæ Romanæ, à quibus detracta rata compenſata ſcilicet ſcut. 122. & 40. vigore dicti ſecundi Decreti, & ideò remanent ſolvenda per dictos PP. Camaldulenſes ſcut. 92. & 60. 1. tert. monetæ Romanæ ſcut. 92. 60. 1. tert.

ARGUMENTUM.

Ex aliqua portione fructuum diſmembratorum Beneficii annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentium, manui mortuæ in perpetuum reſervata, etiam adhuc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Etiam ex aliqua portione fructuum diſmembratorum debentur quindennia.*

2 *Bullæ quindenniorum non loquuntur de reſervatione fructuum Beneficiorum.*

3 *Sola fructuum reſervatio nunquam importare poteſt Unionem Beneficii.*

4 *Satis eſt, quòd eadem militet ratio in reſervatione fructuum, quæ militat in Unione Beneficii.*

5 *Quindennia debentur ratione perceptionis fructuum.*

6 *Quindennia introducta fuerunt ob damnum Annatiſtarum.*

7 *Vocabulorum diverſitas infert rerum diverſitatem.*

8 Re-

8 Regula 22. Cancellar. de Union. *mandat exprimi verum valorem Beneficii uniendi , & Beneficii , cui unitur .*

9 Dicta Regula *intrat in reſervatione fructuum .*

10 *Fructus in ſe ſunt potiſſima pars Beneficii .*

11 *Quindenniorum materia lætiſſimè interpretanda eſt .*

12 *De fructibus facienda eſt interpretatio , cùm de alia re commodior interpretatio fieri nequeat .*

13 *Refellitur* Juſtinus Mandoſius *frater* Quintiliani .

14 Quintilianus Mandoſius *non ſequitur* Juſtinum Mandoſium *ſuum fratrem .*

15 *Licet utramque opinionem putet eſſe diſputabilem .*

16 *Caſus omiſſus habetur pro omiſſo .*

17 *Una cauſa continetur ſub alia .*

18 *Fructus appellatione Beneficii includuntur .*

19 Regula 13. Cancellar. revocator. Union. *revocat Uniones effectum non ſortitas .*

20 Regula 22. Cancellar. de Union. *mandat exprimi verum valorem tàm Beneficii uniendi , quàm illius , cui unitur .*

21 *Benè arguitur de toto ad partem .*

CAPITULUM LXXIX.

HAud ſemper unitur Beneficium , ſed aliquando ſalvo remanente titulo , fit quodammodò Unio fructuum , non tituli , Beneficii tantùm fructus diſmembrantur , ac in perpetuum reſervari ſolent manui mortuæ , quæ proindè ſub prætextu formalis , ac rigoſæ Unionis , prætendit , non teneri ad quindennia ; è contrà verò Annatiſtæ putant , bonum jus fovere ex ſola reſervatione fructuum , quorum
1 partes ſequendo , reſolvimus in præſenti , quòd ex aliqua portione fructuum diſmembratorum Beneficii annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentium , manui mortuæ in perpetuum reſervata , etiam adhùc debentur quindennia , veluti in individualibus terminis firmat *Capon. controverſ. forenſ. controverſ.* 32. *num* 19 *cum ſeqq.* ibi : *quod dicitur de noviſſima Conſtitutione Sanctiſsmi D. N. Urbani* VIII. *confirmatoria Conſtitutionum Pontificum Prædeceſſorum. Satis enim patet ex proœmio dictæ Conſtitutionis , quòd Papa non intendit aliquid de novo addere circà ſolutionem quindenniorum , ſed tantùm providere , nè ex applicatione fructuum Beneficiorum , & aliorum, quæ ampliùs vacare non ſperabantur , indemnitati Officialium conſulere , ſed in caſu noſtro fructus applicati non ſunt de Prioratibus , vel Monaſteriis , ex quibus Annatiſtæ , vel Officiales , antè erectionem fuiſſent in poſſeſſione exigendi Annatam , tunc clarum eſſet , ſolvi debere quindennia , nam , cùm paterentur damnum ex applicatione , æquum tamen eſſet , ut ſingulis quindenniis Annata ſolveretur &c.* quantumvis enim diverſum ſit in rigore Beneficium ab illius fructibus , attamen fructus uti acceſſorii Beneficii ſequuntur naturam ſui principalis , ex vulgatis .

Nec obſtat , quòd Bullæ quindenniorum loquantur de Unione tantùm , incorporatione , annexione , ſubmiſſione , & applicatione Bene-
2 ficiorum , & quidem geminatis verbis , non autem de reſervatione , Unione , incorporatione , ſeu applicatione fructuum Beneficiorum , veluti legitur in *Bulla 6. Pauli II.* §. 1. 2. 3 4. 5. 6. & 7. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi ,, Sanè &c. tàm Nos , quàm S. R. E. Martinus V. Eugenius IV. Nicolaus etiam V. Caliſtus III. & Pius II. Poniifices &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. Apoſtolica auctoritate univimus , incorporavimus , & anneximus , applicavimus , atque ſubmiſimus , Beneficia unita hujuſmodi ampliùs nequaquam vacare ſperantur &c. Uniones , incorporationes , annexiones , applicationes , & ſubmiſſiones &c. unita &c. Beneficia &c. unita &c. Annatam &c. in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis , eidem Camerario ſolvere teneantur , & debeant . Et quòd de omnibus &c. Beneficiis &c. unitis , à quorum Unionum temporibus &c. anni XV. effluxerunt &c. Communia , Minuta , & alia Jura , ſeu Annatas &c. ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in futurum , prout multi alii ad ſimiles Uniones , & gratias obtinendas faciunt , & facere conſueverunt &c. Alioqui &c. Uniones , annexiones , & incorporationes &c. habeantur penitùs pro infectis , & ſic &c. Beneficia &c. poſſint &c. impetrari &c. ac ſi ipſæ Uniones &c. nullatenùs emanaſſent . Non obſtantibus Vnionibus &c. ,, *Bulla* 20 *Julii* III. §. 5. & 6. *eod. tom.* 1. ibi ,, Cùm autem &c. tàm per ipſum Julium , quàm etiam &c. Leonem X. Adrianum VI. & Clementem VIII. ac Paulum III. &c. ac Nos , diverſæ aliæ Vniones , annexiones , incorporationes , & applicationes perpetuò factæ &c. fuerint &c. quoad omnia , & ſingula &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. ,, *Bulla* 17. *Pauli IV.* §. 1. 2. 7. & 11. *eod. tom.* 1. ibi ,, ut de Eccleſiis , & Monaſteriis &c. ſolverentur &c. ſummæ pecuniarum in libris Cameræ Apoſtolicæ taxatæ &c. de cæteris autem Beneficiis &c. valorem XXIV. Florenorum de Camera excedentibus &c. juxta taxam ſolitam &c. ratione Monaſteriorum &c. ac aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum pro tempore unitorum &c. Monaſteriorum , & Beneficiorum &c. unitorum &c. ratione Vnionum &c. de Monaſteriis &c. & aliis Beneficiis Eccleſiaſticis &c. omnes , & ſingulas Vniones &c. de quibuſvis Monaſteriis &c. & Beneficiis Eccleſiaſticis &c. ſub literis Pauli &c. compræhendi &c. Et propreteà &c. ad ſolutionem Communium , & Minutorum Servitiorum , ac Annatarum , & aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ , Collegio , & Officialibus . ratione earundem Vnionum &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. etiam per &c. pœnas &c. privationis , & diſſolutionis Vnionum &c. nec non Monaſteria &c & Beneficia unita hujuſmodi onus ſolutionis Communium , & Minutorum Servitiorum , ac Annatarum , & aliorum Jurium ſemper habuiſſe , & ad præſens habere . Et inſuper &c. volumus &c. quòd omnes , & ſinguli , in quorum favorem Vniones &c. Beneficia Eccleſiaſtica , quæ poſſident &c. notificaſſe , & intimaſſe debeant &c. ,, *Bulla* 38. *S. Pii V. in principio , juncto* §. 2. 3. 4. & 6. *tom.* 2. ibi ,, ut Annatarum , Communium , & aliorum Jurium &c. ob perpetuas Beneficiorum Eccleſiaſticorum Vniones perſolvendorum &c. exactio , & exequutio fiat &c. contra &c. quoſcumque Beneficia Eccleſiaſtica abſque eo , quòd Annatas , Communia , & Quindennia prædicta ſolviſſent , pro tempore poſſidentes &c. Et inſu-

,, ſuper quoniam &c. hæſitatur, an Monaſteria,
,, quorum fructus &c. in libris Cameræ Apo-
,, ſtolicæ taxati reperiuntur, nec non Priora-
,, tus &c. cæteràque Beneficia Eccleſiaſtica&c.
,, quorum fructus &c. in diſtributiones quoti-
,, dianas convertuntur, ſub literis Pauli II. &
,, aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi compræ-
,, hendantur &c. nè Camera prædicta ex Mo-
,, naſteriorum &c. & aliorum Beneficiorum
,, Eccleſiaſticorum Unionibus &c.detrimentum
,, aliquod pateretur &c. quæcumque Beneficia
,, Eccleſiaſtica &c. Apoſtolica auctoritate uni-
,, ta &c. ſub literis Pauli II. & aliorum Præde-
,, ceſſorum &c. compræhendi, & includi. Et
,, propterea &c. quivis alii, in quorum favo-
,, rem Uniones, annexiones, incorporationes,
,, applicationes, & ſubmiſſiones hujuſmodi
,, factæ reperiuntur &c. dummodò Monaſteria,
,, & Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem
,, Communium, Annatarum, & aliorum Ju-
,, rium prædictorum eidem Cameræ &c. ratio-
,, ne Unionum, annexionum, incorporatio-
,, num, applicationum, & ſubmiſſionum præ-
,, dictarum ſingulis XV. annis &c. faciendam
,, teneri, & obligatos eſſe &c. Mandantes &c.
,, ut &c. pro faciliori indagatione Unionum
,, prædictarum&c.ad indicandum &c.Beneficia
,, Eccleſiaſtica &c. moneat, & requirat &c. ,,
Bulla 33. *Sixti V.* §. 1. 2. *&* 4. *eod. tom.* 2.
ibi ,, Itaque &c. literas &c. Pauli II. &c. III.
,, Pauli IV. ac Pii V. nec non quorumcumque
,, aliorum &c. Pontificum &c. ſuper ſolutione
,, Annatarum, Communium, Quindennio-
,, rum, & aliorum Jurium, ratione Proviſio-
,, num, & ſeu Unionum perpetuarum quorum-
,, cumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum &c.
,, approbamus, & confirmamus &c. atque
,, illas &c. innovamus &c. ratione Beneficio-
,, rum unitorum &c.ex Unionibus &c.in Unio-
,, nibus &c.ſtatuimus &c.& declaramus, quòd
,, Vniones, annexiones, incorporationes, ap-
,, plicationes, & ſubmiſſiones de quibuſcum-
,, que Beneficiis Eccleſiaſticis &c. ſub dictorum
,, Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omni-
,, nò compræhendantur. Et propterea &c. Pia
,, Loca &c. & quivis alii, in quorum favorem
,, Vniones, annexiones, incorporationes, ap-
,, plicationes, & ſubmiſſiones hujuſmodi factæ
,, reperientur, aut poſthac fient &c. dummodò
,, Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem
,, Quindenniorum præfatorum eidem Cameræ,
,, ac Collegio, & Officialibus, ratione Vnio-
,, num, annexionum, incorporationum, ap-
,, plicationum, & ſubmiſſionum præfatarum
,, ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri, &
,, obligatos eſſe &c. Mandantes &c. ut pro fa-
,, ciliori indagatione Vnionum &c. Pia Loca
,, &c. ad indicandum &c. quæcumque Benefi-
,, cia Eccleſiaſtica &c. moneant, & requirant
,, &c. ſub &c. pœnis &c. privationis Beneficio-
,, rum unitorum &c. conſtito tamen de ſortito
,, effectu Vnionum &c. ,, *Bulla* 18. *Vrbani VIII,*
in principio, *juncto* §. 1. 2. *&* 3. *tom.* 5. ibi ,,
,, nè Cameræ prædictæ ex Monaſteriorum,
,, aliorùmque Beneficiorum Eccleſiaſticorum
,, Vnionibus &c. detrimentum aliquod indu-
,, ceretur &c. Cùm autem &c. adſint quamplu-
,, rimæ Vniones, & applicationes &c. ,, *&*
Bulla 50. *Clementis X. per tot. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III. V. VI. VII. VIII. & XI.

Sola namque fructuum applicatio, ſeu reſer- 3
vatio nunquam importare poteſt Vnionem Be-
neficii, nec illam inducere per æquipollens, ut
patet ad ſenſum; quia ſatis eſt, quòd eadem 4
militet ratio in applicatione, ſeu reſervatione
fructuum, quæ militat in Vnione Beneficii;
dum quindennia in tantum debentur, in quan-
tum Beneficia uniuntur, ſicque ratione Vnionis
Beneficiorum, non ratione applicationis, ſeu
reſervationis fructuum, & in tantum proindè
eadem quindennia debentur, in quantum ma- 5
nus mortua, cui fit Vnio Beneficii, percipit fructus Beneficii uniti; ità, ut perindè ſit, ac ſi de Beneficio fiat diſmembratio, & applicatio, juxta notata per *Capon. controverſ. forenſ. controverſ.* 32. *num.* 29. *in fin.* ibi: *cùm dicti redditus perciperentur à Menſa Capitulari, dicitur vera diſmembratio ex Beneficiis collativis, & perindè eſt ac ſi ex &c. Beneficiis facta fuiſſet diſmembratio &c.*

Minùs obſtat, quòd, cùm quindennia introdu- 6
cta fuerint ad reparandum Annatiſtarum damnum illis reſultans ex defectu futurarum vacationum Beneficii uniti, ob illius perpetuitatem penès manum mortuam vigore Vnionis, perque conſequens exdeſperatis Annatarũ emolumentis, eiſdem Annatiſtis debitis, quando Beneficium unitum excedit XXIV. Ducatos auri de Camera, juxta rationem traditam in *Bulla* 6. *Pauli II.* §. 2. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi: *Propterèaque &c. Beneficia unita hujuſmodi ampliùs nequaquam vacare ſperantur &c.* Bulla 17. *Pauli IV.* §. 8. *eod. tom.* 1. ibi: *omnes, et ſingulas Vniones &c. de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. quæ ex eorum perpetuitate non vacant &c. Bulla* 38. *S. Pii V.* §. 3. *in principio, tom.* 2. ibi: *quæ ampliùs vacare non ſperabatur &c. Bulla* 33. *Sixti V.* § 2. *in principio, eod. tom.* 2. ibi: *quia illorum vacatio ampliùs non ſperatur &c. Bulla* 18. *Vrbani VIII. in principio, tom.* 5. ibi: *quæ ampliùs vacare non ſperabantur &c. et Bulla* 50. *Clementis X.* §. 1. *in fin.* §. 3. *in principio, et* §. 6. *in fin. tom.* 6. ibi: *quæ ex eorum perpetuitate non vacant &c. quæ ampliùs vacare non ſperabantur &c. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. V. VI. VII. VIII. & XI.

Sequuta ſimplici, ac nuda applicatione, ſeu reſervatione fructuum favore manus mortuæ, Beneficium tamquàm non unitum benè vacare poteſt in poſterum, ideòque uti vacabile remanens, ſubjacere non debet quindenniis præter mentem, & contrà expreſſam rationem à Pontificibus in eorum Conſtitutionibus deductam: quia, ſi Beneficium vacat quoad titulum, ſaltem non ampliùs vacat, nec vacare poteſt quoad fructus, ſtante hujuſmodi applicatione, ſeu reſervatione fructuum.

Objectum inſuper procederet, ſi quindennium haberet fixam, ac certam quantitatem, cùm tunc Annatiſtæ nullum ſentirent præjudicium, ſed quia augetur, & minuitur ſecundùm majorem, & minorem fructuum quantitatem: ideò diſmembrata aliqua eorum parte, & conſequenter diminuta quantitate quindennii, juſtitia expoſcit, ut damnum, quod Annatiſtæ patiuntur mediante diſmembratione portionis fructuum, per ſolutionem quindennii propor-

portionabiliter emendetur, & reſarciatur.

Leviſſimi quoque ponderis eſt animadverſio, quòd Bullæ quindenniorum loquuntur de Vnione ipſorum Beneficiorum, nulla facta mentione de fructibus; appellatione autem Beneficiorum Eccleſiaſticorum non veniunt eorum fructus, quia nec fructus ſunt Beneficia Eccleſiaſtica, nec Beneficiis Eccleſiaſticis ſimiles, immò ab ipſis toto cœlo diverſi, tamquàm in ſe temporales, & profani, contradiſtincti à titulo, ſeu ſubſtantia Beneficii, *Card. de Luca de Regalib. diſcur.* **11.** *num.* **10.** aliàs ſi idem eſſent, non di-
7 verſis nominibus nuncuparentur: undè diverſitas vocabulorum infert diverſitatem rerum, & ſubſtantiarum; ità, ut unum non ſequatur ad poſitionem alterius, *cap. Sanctorum* 2. §. *Siquæ* 2. *diſtinct.*70. *cap. eos*, *qui* 2. *diſtinct.* 87. quia,
8 ſicuti, etiamſi *Regula* 22. *Cancellar. de Vnion.* ſolummodò dicat, exprimendum eſſe verum valorem tàm Beneficii uniendi, quàm Beneficii,
9 cui unitur, attamen illa adhùc intrat in Vnione, reſervatione, ſeu applicatione fructuum ob
10 identitatem rationis, *Chokier.ad dict.Regul.n.*15. immò fructus in ſe verè ſunt potiſſima pars Beneficii, nec Beneficium cenſetur habere qui fructus non percipit, argumento *textus in cap. ſi tibi* 17. *de Præbend. in* 6. & Beneficium eſt cauſa immediata fructuum, ac per ipſos Beneficia conſervantur; undè debent & fructus appellatione Beneficii compræhendi, præſertim in iſta
11 materia quindenniorum, quæ tamquàm Sedi Apoſtolicæ favorabilis, latiſſimam recipere debet interpretationem; adeò, ut, etiamſi forſitan non eſſet latè interpretanda, ſaltem veniret improprianda ob favorem publicum, *Mandoſ. ad Regul.*13. *Cancellar.revocator. Vnion.quæſtion.*2. *num.* 4. *cum ſeqq. & ad Regul.* 22. *Cancellar. de Vnion. quæſtion.* 4. *num.* 6. *in med. verſiculo cùm igitur Beneficium*.

Præterquamquòd verbum *Unio*, prout & verbum *diſmembratio* non videtur commodiùs capi poſſe, quàm pro applicatione, & diſmembratione, ſeu reſervatione fructuum, cùm ipſum corpus Beneficii materiale, ſeu ipſa Eccleſia, ſeu muri Beneficii non uniuntur, nec
12 diſmembrantur, ſed benè ipſi fructus; cùm autem de alia re commodior, ac rectior interpretatio, quàm de fructibus fieri non poſſit, de illis interpretatio facienda eſt, argumento *textus in l.nominatim* 2. *ff. de liber. & poſthum.Mandoſ.ad dict. Regul.*13. *Cancellar.revocator.Union. quæſtion.* 2. *n.*6. *in principio*.

Longè inſuper levioris momenti eſt objectum, quòd Bullæ quindenniorum non ſolùm loquuntur de Beneficiis, ſed emphaticè ad tollendam omnem ambiguitatem, adjiciunt verbum *Eccleſiaſticis*: quia hoc non tollit, quòd non intelligatur etiam de fructibus, potiſſimùm cùm non conſideretur Beneficium ſine fru-
13 ctibus, ut patet ad ſenſum, quidquid ſubtiliter contrarium ſenſerit *Juſtinus Mandoſius* frater *Quintiliani Mandoſii*, quòd in mox prælaudata *Regula* 13. *Cancellar. revocator. Union.* non
14 contineretur applicatio, ſeu reſervatio fructuum, quam opinionem non ſequitur idem *Quintilianus Mandoſius ad præcitatam Regul.*13.
15 *Cancellar. quæſtion.*4. *num.*7. *et* 8. quamvis *n.* 6. *in fine*, *verſiculo non tamen negaverim*, putet eſſe ſatis diſputabilem.

Ejuſdem ſanè furfuris eſt aliud objectum, quòd caſus omiſſus habetur pro omiſſo, & re- 16
manet in diſpoſitione, ac ſub cenſura Juris, *l. commodiſsimè* 10. *ff. de liber. et poſthum. Barboſa axiom.* 39. *num.* 1. *cum ſeqq.* in Bullis autem quindenniorum nihil eſt de applicatione, annexione, ſeu reſervatione fructuum, nec de Jure communi debetur quindennium, uti Juri ipſi ignotum, ſed benè tantùm de Jure ſpeciali, vigore nempè Conſtitutionum Apoſtolicarum, ergo per ipſas Bullas quindenniorum nihil cenſetur diſpoſitum de quindenniis in applicatione, ſeu reſervatione fructuum: quia immò 17
quando cauſa proxima habet connexitatem cum cauſa remota, ut quia una ad aliam ſit ordinata, ſub ſpecificatione illius altera continetur, *l.ſi finita* 15. §. *deindè* 2. *ff. de damn.infect.* cùm verò Beneficium ſit cauſa immediata fructuum, ut ſuperiùs inſinuavimus, debent fru- 18
ctus appellatione Beneficii includi, multò magis, quando Bullæ quindenniorum loquuntur per dictiones univerſales, de omnibus nempè Unionibus, annexionibus, applicationibus, incorporationibus, & de quibuſvis Beneficiis, *Mandoſ. ad ſæpè citat. Regul.* 13. *Cancellar. revocator. Union. quæſtione* 2. *n.*5. *&* 6.

Quibus poſitis, ſupereſt Difficultas, quid dicendum, ſi, exempli cauſa, aliqua tantùm pars fructuum alicujus Eccleſiæ, ſeu Beneficii divitis, ac pinguis applicata, & annexa fuerit alteri Eccleſiæ, ſeu Beneficio pauperi, ac tenui, utrùm in iſto caſu Eccleſia reſervataria partis fructuum, adhùc teneatur ſolvere quindennia;
& tenendum eſt, illam teneri, quia eo modo, 19
quo *Regula* 13. *Cancellar. revocator. Union.* revocans Uniones effectum non ſortitas, & *Regula* 22. *Cancellar. de Union.* mandans exprimi 20
verum valorem tàm Beneficii uniendi, quàm illius, cui unitur, compræhendit quoque annexiones, applicationes, & reſervationes alicujus partis fructuum, ità Bullæ quindenniorum, quas mox diximus, eſſe quoque intelligendas de applicatione, ſeu reſervatione partis fructuum, prout taliter intelligendæ veniunt prælaudatæ *Regulæ Cancellariæ*, arguendo de 21
toto ad partem, *l. quæ de tota* 76. *ff. de rei vindicatione*, *Mandoſ. ad dict. Regul.* 13. *Cancellar. revocator. Union. quæſtione* 2. *num.* 5. *cum ſeqq. & ad dict. Regul.* 22. *Cancellar. de Union. quæſtione* 4. *num.* 3. *in fine*, *verſiculo pro parte verò affirmativa*, *cum nn. ſeqq. Everard. in Topic. legal.loc.*80. *Barboſ.loc.commun.argument. loc.*114. *n.* 1. *&* 2. cùm inficias iri nequeat, quòd portio fructuum antè applicationem, ſeu reſervationem non ſit pars illius Beneficii, à quo ſeparatur, ſeu diſmembratur.

ARGUMENTUM.

Ex fructibus Beneficiorum annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, diſmembratis, manui mortuæ unitis, ſeu applicatis, quantumvis remanentibus ipſis Beneficiis penès ſuos Rectores, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Quindennium debetur etiam ex Beneficio, cujus tantùm fructus applicati ſunt, remanente ipſo Beneficio penès ſuum Rectorem.*

2 *Potiùs diſmembratio, quàm Vnio dicitur, remanente penès Rectorem, ſeu Beneficiatum Beneficio.*

3 *Etiam ex perpetua Penſione manui mortuæ reſervata debetur quindennium.*

4 *Nemo duplici onere gravandus eſt.*

5 *Per Vnionem, ſeu applicationem fructuum, & diſmembrationem non extinguitur Beneficium, ſed alteratur tantùm.*

6 *Eundem effectum operari debet Vnio fructuum Beneficii, ſeu diſmembratio, quem operatur Vnio ipſius Beneficii.*

7 *In utraque Vnione eædem requiruntur ſolemnitates, & utraque eſt alienatio.*

8 *Talis Vnio non deſinit eſſe pura, ac perfecta, licet illa differatur poſt deceſſum Rectoris.*

CAPITULUM LXXX.

SIquidem non ſolùm ex Beneficio unito, ſed etiam ex Vnione, ſeu applicatione fructuum Beneficii eſt locus quindennio, ideò fir-
1 matur in præſenti, quòd ex fructibus Beneficiorum annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, diſmembratis, manui mortuæ unitis, ſeu applicatis, quantumvis remanentibus ipſis Beneficiis penès ſuos Rectores, etiam adhùc debentur quindennia; etenim Conſtitutiones Apoſtolicæ ſuper materia quindenniorum emanatæ non modò locum ſibi vindicant, quando ipſamet Beneficia uniuntur manibus mortuis, verùm etiam quando eiſdem uniuntur, ſeu applicantur fructus alicujus Beneficii, veluti pro abſoluto citrà ullam controverſiam admittunt *Capon. controverſ. forenſ. controv.32. num. 22. cum ſeqq.* ibi: *Capitulum, & Canonici &c. pro quindennio Vnionis Parochialis Eccleſiæ &c. ac applicationis medietatis fructuum Ruralis Eccleſiæ &c. ſolvunt ſemper, & ſolverunt quindennia &c. Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 3. nu. 56. & 57.* quamvis aliud ſit habere Beneficium, & habere fructus Beneficii: quandoque enim contingit, quòd non uniatur manui mortuæ ipſum Beneficium, ſed benè illius tantùm fructus, remanente penès Rectorem, ſeu Beneficiatum ipſo Beneficio;
2 quo caſu dicitur potiùs diſmembratio, quàm Unio, *Turricell. de Vnion. Benefic. cap. 1. nu. 11. Garz. de Benefic. part. 12. cap. 2. num. 4. & cap. 3.*
3 *num. 2.* hinc ex eadem ratione ipſæmet Bullæ quindenniorum quoque procedunt, quando reſervantur, ſeu applicantur ſuper Beneficiis perpetuæ Penſiones ad favorem manus mortuæ, quæ pro dictis Penſionibus tenetur ad quindennium, eo modo, & forma, quibus ad illud tenetur pro Beneficio ſibi unito, ut declaravit *Clemens X. in ſua Conſtitutione in ordine la 50. §. 7. cum ſeqq. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la XI.*

Neque obſtat, quòd, cùm Beneficium hujuſmodi adhùc per obitum illius Rectoris vacaturum ſit, proindèque ſubjacere debeat Annatæ, æquum non videtur, ut interim etiam ſubjacere
4 debeat quindennio, nè duplici onere contrà Juris regulas gravetur, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. num. 22.* ibi: *Si etiam ſolveretur quindennium, imponeretur unis, & eiſdem fructibus duplex onus, cùm tamen unum iſtorum tantùm ſolvendum ſit, Annata nempè, vel quindennium, Annata in vacatione, & quindennium, ubi vacatio fuit ſublata per Vnionem &c.* quia immò Beneficium ſemel poſtea per mortem Rectoris vacans, non ampliùs vacat, ſed ad inſtar proprietatis conſolidatur penès manum mortuam: præterea ad juſtitiam ſolutionis quindennii ſuperabundat certa ſpes acquirendi ipſum Beneficium per obitum Rectoris, juſtùmque eſt, ut manus mortua, quæ fructus Beneficii percipit, quindennia ſolvat, licet titulus Beneficii per accidens remanſerit penès Rectorem.

Minùs obſtat, quòd per unionem fructuum, 5
ſeu diſmembrationem fructuum non extinguitur Beneficium, ſed alteratur tantùm, *Garzias de Benefic. par. 12. cap. 3. num. 1.* undè non ſequuta Unione Beneficii, ſed illius tantùm fructuum favore manus mortuæ, videretur potiùs eadem manus mortua non teneri ad quindennia; quaſi, quòd mens Pontificiarum Conſtitutionum fuerit, ut quindennia debeantur ex Beneficiis unitis, non autem ſolummodò ex eorum fructuum unione, prout ex ipſis Conſtitutionibus ſuper quindenniorum materia promulgatis depræhendi valet, quia immò mens Summorum Pontificum ea fuit, quòd ſivè ex fructibus ſolis unitis, ſeu applicatis, ſivè ex Beneficiis unitis unà cum fructibus debentur quindennia, cùm tàm in una, quàm in alia unione ceſſaturæ ſunt impoſterùm ſucceſſivæ vacationes; ſicque militat tàm in uno, quàm in alio caſu viva ratio debendi quindennia, &
eundem effectum operari debet unio fructuum 6
Beneficii, ſeu diſmembratio, quem operatur unio ipſius Beneficii, quando videmus, eandem eſſe naturam unionis Beneficii, & unionis
illius fructuum, dum in utraque unione eædem 7
requiruntur ſolemnitates, & utraque eſt alienatio, *Lotther. de re benefic. lib. 1. quæſt. 28. num. 4. Turricell. de union. Benefic. cap. 7. nu. 8. & 9. & cap. 8. num. 3. Pyrrh. Corrad. in prax.*
benefic. lib. 3. cap. 2. num. 2. nec deſinit hujuſ- 8
modi unio eſſe pura, ac perfecta, licet illius effectus differatur poſt deceſſum Rectoris, illiùſque exequutio protrahatur in tempus vacationis Beneficii, *Rota coram Dunozet. Jun. dec. 525. num. 9. cum ſeqq. tom. 2. ac in recentior. dec. 196. n. 13. par. 7. dec. 374. n. 17. par. 9. tom. 2.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, per Papam Schiſmaticum manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus ad favorem manus mortuæ reſervatis, poſteàque Unione Beneficiorum, ſeu reſervatione Penſionum per Papam legitimum confirmata, ac ſi à principio Unio Beneficiorum, aut reſervatio Penſionum valida eſſet, non à die confirmatæ Unionis Benefi-

cio-

ciorum, aut reſervationis Penſionum, ſed à die factæ Unionis Beneficiorum, aut reſervationis Penſionum, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Quando dicatur Papa Schiſmaticus.*
2 *Idem eſt Papa Schiſmaticus, & Antipapa.*
3 *Romana Eccleſia Schiſmate miſerè laboravit.*
4 *Ex Unione Beneficii, aut reſervatione Penſionis per Papam Schiſmaticum facta, poſteàque per Papam legitimum confirmata, debentur quindennia à die factæ Unionis Beneficii, aut reſervationis Penſionis.*
5 *Confirmatio legitimi Pontificis influit validitatem in primævam conceſſionem.*
6 *Confirmatio adinſtar ratificationis retrotrahitur ad tempus Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſionis, confirmatæ.*
7 *Aliàs manus mortua reſtituere teneretur omnes fructus Beneficii uti nulliter uniti, aut Penſionis uti nulliter reſervatæ.*
8 *Papa Schiſmaticus non habet Claves Cœli, ſed Inferni, ac eſt Diabolus in terra.*
9 *Beneficiorum, & Dignitatum collationes factæ à Papa Schiſmatico, nullæ ſunt.*
10 *Quidquid, ſi confirmaretur Unio Beneficii, aut reſervatio Penſionis de per ſe valida, non indigens confirmatione.*
11 Clemens VII. *fuit Papa Schiſmaticus creatus adversùs Urbanum VI. Papam legitimum.*
12 Benedictus XIII. *ſucceſſor* Clementis VII. *fuit pariter Papa Schiſmaticus.*
13 *Confirmatio, ſeu ratificatio actus nulli influit validitatem ipſi actui ab initio.*
14 *Virtus ſanatoriæ eſt rem reponere in priſtinum ſtatum, ac ſi ab initio non eſſet infirma.*
15 *Cenſus in Signatura Gratiæ ſanatus, remanet convalidatus etiam in præteritum.*
16 *Sanatum à Principe, intelligitur perfectè ſanatum ex tunc, non ſic ſanatum ab homine.*
17 *Laudatus* R. P. D. Maſerius.
18 *Gratia* perindè valere *habet oculos retrò.*
19 *Antipapa Beneficia conferre, aut unire nequit.*
20 *Pareri ſolet Papæ canonicè, & non canonicè electo.*
21 Clemens VII. *fuit Papa Schiſmaticus.*
22 *Mixtura erroris facti, & Juris inducit juſtum errorem.*
23 *Error Juris valdè dubii præbet ſaltem titulum coloratum ad poſſidendum Beneficium, quamvis nulliter unitum.*
24 *Ad ſuſtinendam* Unionem *Beneficii, aut reſervationem Penſionis, ſatis eſt titulus invalidus, & putativus.*
25 *Ad ſalvandam* Unionem *Beneficii, aut reſervationem Penſionis, ſufficit etiam titulus habitus à non habente poteſtatem uniendi Beneficium, ſeu reſervandi Penſionem, dummodò juſto errore ſit inductus.*
26 *Benè emitur à falſo Procuratore, pro vero tamen reputato, vel à Domino putativo.*
27 *Titulus* Unionis *Beneficii, aut reſervationis Penſionis diſcoloratur, detecto Antipapatu.*
28 *Error juſtus, & bona fides ſuper Antipapatu ſaltem ceſſavit poſt Concilium Conſtantien. de anno* 1414.
29 Unio *Beneficii, aut reſervatio Penſionis, quouſque declaretur nulla, interim præbet titulum coloratum.*
30 *Concilium tollere nequit præcedentem juſtum errorem ſuper Antipapatu.*
31 *Nec tollit credulitatem legitimitatis Papæ, nec inducit malam fidem.*
32 *Quod fortiùs intrat, ſi manus mortua perſtiterit in poſſeſſione Beneficii.*
33 *Approbatio* Unionis *Beneficii, aut reſervationis Penſionis retrotrahitur ad initium actus, convalidando à principio, ſeu ex tunc.*

CAPITULUM LXXXI.

PRo dicendorum intelligentia præmittendum eſt, dici Papam Schiſmaticum, 1
quando in diſcordia (quod Deus ab Eccleſia ſua avertat) eliguntur duo Pontifices, quorum unus nulliter electus, dicique etiam Antipa- 2
pam, cùm tunc per factiones partim pareatur Pontifici legitimo, & partim illegitimò, ſeu Schiſmatico, & Antipapæ; quo quidem Schi- 3
ſmate Romana Eccleſia retroactis ſæculis miſerè laboravit, præter alios Antipapas antiquiſſimos, tempore Benedicti XIII. Joannis XXIII. & Clementis VII. de quo *Geminian. conſ.* 35. *in principio, Bald. in ſuo erudito conſil. inter L ectur. regiſtrato antè tit. Codic. ſiquis aliqu teſtar. prohibuer. Cabaſſut. in notit Concil. cap.* 91. *per tot. Edmund. Pricher in Hiſtor. Concil General. lib.* 2. *cap.* 1. *per tot. Ricciull. de Jur. perſon. extr. grem. Eccleſ lib* 9. *cap.* 1. *&* 2. *Lavor. de electione Canonica cap.* 11. *per tot. Frances Barbaſtren. de intruſione quæſtione* 13. *&* 15. *per tot. Card de Luca de præeminent. diſcur.* 2. *num.* 20. *& de feud. diſcur.* 5. *num.* 5. *cum ſeqq. & in Relat. Cur. diſcur.* 2. *n.*31 *&* 32. *Rota coram Card. Seraphin. deciſ.*612. *per tot. tom* 1. *Gregor. XV. deciſ.* 286. *&* 509. *per tot. Coccin. dec.* 295. *per tot. ac in recentior dec.*5. *per tot. par.*13.

Quibus præmiſſis, reſolvimus in præſenti, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. 4
Ducatorum auri de Camera excedentibus, per Papam Schiſmaticum manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus ad favorem manus mortuæ reſervatis, poſteàque Unione Beneficiorum, ſeu reſervatione Penſionum per Papam legitimum confirmata, ac ſi à principio Unio Beneficiorum, aut reſervatio Penſionum valida eſſet, non à die confirmatæ Unionis Beneficiorum, aut reſervationis Penſionum, ſed à die factæ Unionis Beneficiorum, aut reſervationis Penſionum, etiam adhùc debentur quindennia, ob bonam fidem ex præambulo titulo, quantumvis invalido, ac putativo de per ſe ſufficiente ad præſcribendum contrà manum mortuam, & ob confirmationem legitimi Pontificis influentē validitatem in primæ- 5
vam conceſſionem, *Rota coram Carillo dec.* 42. *num.* 2. *cum ſeqq. & per tot. quæ eſt deciſ.* 145. *part.* 7. *recentior. & coram eod. Carillo dec.* 53. *n.*1. *cum ſeqq. ac per tot. & in recentior. dec.*352. *per tot. par.* 4. *tom.* 2. tunc enim confirmatio 6
adinſtar ratificationis retrotrahitur ad tempus Unionis Beneficiorum, ſeu reſervationis Penſionum reſpectivè confirmatæ, & perindè habetur, ac ſi ab initio adfuiſſet, *Coſta de retractation. caſ.*4. *ad cap.*8. *n.*3.

Aliàs prætendens manus mortua, quindennia

nia currere incipere à die tantùm confirmatio-
nis Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſio-
nis, invalidæ, proprio gladio ſe jugulat, in
hoc majus ſibimet inferendo præjudicium,
quàm in ſolvendo quindennia à die factæ Unio-
nis Beneficii, aut reſervationis Penſionis, in-
7 validæ: etenim in hoc ſenſu teneretur ad reſti-
tutionem omnium fructuum Beneficii nulliter
ſibi uniti, vel Penſionis ad ſui favorem nulliter
reſervatæ, uti nulliter reſpectivè perceptorum
ob Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſio-
nis invaliditatem, cap. gravis 11. de reſtitution.
ſpoliat. §. Siquis à non Domino 35. Inſtitution. de
rer. diviſion. undè ſuam meliorem ſanè condi-
tionem facit manus mortua, ſolvendo quinden-
nia à die invalidæ Unionis Beneficii, aut inva-
lidæ reſervationis Penſionis, quàm à die tan-
tùm illius confirmationis.

In nihilum refragante, quòd, cùm titulus
Unionis Beneficii, vel reſervationis Penſionis,
datus à Papa Schiſmatico ſit invalidus; Schiſ-
8 matici enim acta ſunt nullius momenti, &
Schiſmaticus non habet Claves Cœli, ſed In-
ferni, ac eſt Diabolus in terra, per textum in
cap. in nomine Domini 1. diſtinct. 23. cap. 1. de
Baptiſm Ricciull de Jure perſon. extrà grem. Ec-
cleſ. exiſtent. lib 9. cap. 3. nu. 1. & 2. ac in pun-
cto Unionis Beneficii, cap. 4. num. 4. verſiculo
& pari ratione, Rota coram Coccino deciſ. 295.
num. 1. & in recentior. dec. 352. num. 1. par. 4.
tom. 1. ubi de Unione facta à Clemente VII.
Schiſmatico creato adversùs Urbanum VI. Pon-
tificem legitimum, & de alia Unione facta à
Benedicto XIII. ſucceſſore ejuſdem Clemen-
9 tis VII. etiam Schiſmatico; eo ſanè modo,
quo collationes Beneficiorum, & Dignitatum
factæ à Schiſmatico, nullæ ſunt, cap. 1. de
Schiſmatic. ſequuta confirmatio non videtur tri-
buere validitatem Unioni Beneficii, vel reſer-
vationi Penſionis, invalidæ reſpectivè, ſed benè
vim novæ Unionis Beneficii, ſeu novæ reſerva-
tionis Penſionis; proindèque videretur non
intrare ſuprà memorata retrotractio ad princi-
10 pium, quidquid, ſi confirmaretur Unio Bene-
ficii, aut reſervatio Penſionis, quæ de per ſe
valida eſſet, nullàque indigeret confirmatione,
ſed ad melius eſſe, & ad meliorem, majorem,
ſeu abundantiorem cauthelam tantùm, Coſta de
retrotractione caſu 4. ad cap 8. num. 23 in princi-
pio, verſiculo quæ ſanè confirmatio, Rota coram
Carillo dec. 42. nu. 3. & 4. Coccin dec 295 n 1.
& in recentior. deciſ. 352. num. 1. part. 4 tom 1.
11 ubi de Unione facta à Clemente VII. Papa
Schiſmatico electo contrà Urbanum VI. Papam
12 legitimum, & de Benedicto XIII. ſucceſſore
Clementis pariter Schiſmatico; quia Pontifex
optimè ſciens, Unionem Beneficii, ſeu reſerva-
tionem Penſionis factam ab Antipapa eſſe nul-
lam, illam tamen confirmans, cenſetur nullita-
tem hujuſmodi velle ſanare, &, quatenùs opus
ſit, velle de novo Unionem Beneficii, aut re-
13 ſervationem Penſionis concedere, dum confir-
matio, ſeu ratificatio actus nulli influit validi-
tatem ipſi actui ab initio, veluti in puncto
Unionis factæ à Papa Schiſmatico, poſteà con-
firmatæ à Papa legitimo ponderat Rota coram
Carillo dec. 42. num. 2. & deciſ. 53. num. 1. ac in
14 recentior. dec. 352. num. 2. par. 4. tom. 1. virtus
autem ſanatoriæ eſt rem reponere in priſtinum
ſtatum, ac ſi ab initio res ſanata, nulla labo-
raſſet infirmitate, ad textum in l. ſi rem 9. § fin.
ff. de pignoratit. action. Cyriac. controverſ. 308.
num. 56. cum ſeqq. ad inſtar ſanationis cenſus 15
factæ à Papa in Signatura Gratiæ, per quam
remanet convalidatus etiam in præteritum à
die illius impoſitionis: quando namque quid 16
ſanatur à Principe, intelligitur perfectè ſana-
tum ex tunc, ad differentiam ſanati ab homine,
quod intelligitur ſanatum ex nunc, hujuſmodi
operante effectum retrotractione ad initium
actus, ut nulla habeatur ratio geſtorum, nec
juris quæſiti medio tempore, Card. de Luca de
cenſib. diſcur. 3. num. 6. & diſcur. 35. num. 4. Pi-
laja ad Franc. de proteſtation conſiderat 77. nu. 2.
Urceol. de tranſaction. quæſt. 41 num 15. & 16.
immortalis ævi R. P. D. Peregrin Maſer. Signa- 17
turæ Juſtitiæ, & Signaturæ Gratiæ Votans, olim
in Urbe perexcellens Advocatus, Vot. 5. dec. de
Gratiis Roman. Pontific. in Signatura Gratiæ, ſa-
nantium nullitat. contract. num. 12. Rota coram
Bichio deciſ. 614. per tot tom. 2. ac in recentior.
dec 311. n 11. par. 17. dec. 356 num. 12. par. 18.
tom. 1. dec 601. num. 3. ead. part. 18. tom. 2. &
apud Card. de Luca de uſur dec. 21. num. 10 cum
ſeqq. & dec. 22. in fin.; adinſtar gratiæ ſanato- 18
riæ, vulgò perindè valere nuncupatæ concedi
ſolitæ per Datariam Apoſtolicam ſuper Provi-
ſionibus Beneficiorum, quæ habet oculos re-
trò, convalidans gratiam, ac ſi illa ab initio
valida eſſet, Geminian. conſil. 11. num 2. cum
ſeqq. & conſil. 128. num. 3. cum ſeqq Roman. con-
ſil. 362. num 4. cum ſeqq Card. Pariſ conſil. 44.
num. 6. cum ſeqq. vol. 4. Menoch. conſil 316. n. 2.
cum ſeqq. Card de Luca ſumm. benefic. num 253.
Gomez Sarnen. in Regul 27 Cancellar. de non judi-
cand. juxta formul. ſupplication quæſt. 7. verſic.
tamen illis, Rebuff. in prax. benefic par. 2. tit. de
Reſcript. etiam perindè valere, num. 1. cum ſeqq.
Mandoſ. in Regul. 10. hodie 13 Cancellar. reva-
lidator. Gratiar. quæſt 1. num. 1. cum ſeqq. & in
Regul. 34. hodie 35 Cancellar. de annal. quæſt 84.
num. 4. ac in præfat Signatur. Grat. tit. perindè
valere, fol mihi 59. Ricc. collectan. 1471. per
tot. par 4 Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 54.
num 8 58. & 71. cum ſeqq. Ameyden. de ſtyl.
Datar. lib 1. cap. 14. num. 20. cum ſeqq. Flamin.
Pariſ. de reſignat. Benef lib. 11. quæſt. 7. num 89.
cum ſeqq Vivian. in prax. Jurispatron. part. 2.
lib. 13 cap. 8 clauſ. 16. nu. 62. cum ſeqq. Pyrrh.
Corrad in prax. benef. lib. 1. cap 5. nu 201. cum
ſeqq & in prax diſpenſation Apoſtol. lib 7. cap. 2.
num 51. cum ſeqq. & lib. 8 cap. 1. nu 39. & 40.
& cap 5. num. 38. cum ſeqq. Roſa de exequutor.
liter. Apoſtol. par. 1. cap 6. num. 319. cum ſeqq.
& in addition. ad dict. cap. 6. nu. 292. cum ſeqq.
Mendez à Caſtro in prax. Luſitan. lib. 2. cap 3.
num. 14. cum ſeqq. Tondut. reſol. Canonic. & be-
nefic par. 1. cap 4. §. 4. nu. 2 & par. 2. cap. 154.
num. 10. Azor. inſtitution. moral. par. 2. cap. 31.
quæſt. 1. & 9. Rota coram Caſſador. ad Regul. Can-
cellar. dec. 33. n. 6. Bich. deciſ. 325. n. 11. tom. 1.
Merlin. deciſ. 788. num. 5. tom. 2. Dunozet. Sen.
dec. 349. num. 11. & in recentior. dec. 276. nu. 12.
par. 19.

Minùſque obſtat, quòd confirmatio non
poteſt cadere ſuper titulo penitùs invalido,
qualis eſt Unionis Beneficii, aut reſervationis
Penſionis, qui nullo modo dici poteſt cauſatus
ju-

juſto errore ad conſtituendum in bona fide, & ad præſumendum, Papam legitimum velle confirmare, ſivè veriùs convalidare actum Papæ illegitimi, quantumvis habuit notitiam de invaliditate actus ad hoc, ut fingatur Unio Beneficii, ſeu reſervatio Penſionis à principio valida; ſicque quindennia à principio deberi, quando tamen nullibi apparere poteſt de juſti-
19 tia tituli dati ab Antipapa, qui nec conferre, nec unire Beneficia poteſt, *Ricciull. de Jur. perſon. extrà grem. Eccl. exiſtent. lib. 9. cap. 4. num. 4. verſiculo & pari ratione*; ad inſtar petentis reſtitutionem Beneficii in ſpolio, ubi requiritur titulus coloratus, tùncque adeſſe dicitur, quando docetur, obtentum fuiſſe ab habente poteſtatem conferendi: quia, licet uniens fuit Pontifex Schiſmaticus, attamen ad effectum ſuſtinendi ſaltem in ſtatu implicitæ validitatis Unionem Beneficii, ſeu reſervationem Penſionis, aliàs per ſe nullam, ipſius titulum ſatis juſto errore cauſatum fuiſſe dicitur, dum in ſimilibus electionibus duorum Pontificum, ut plurimùm, hinc indè controverti ſo-
20 leat, donec in Conciliis declaretur Antipapa, & tàm canonicè, quàm non canonicè electo pareatur, *Barbaſtren. de intruſione quæſtione 15. num. 5. & 6. & quæſtione 28. num. 9. &* 10. ac
21 in ſpecie Unionis factæ à Clemente VII. Schiſmatico, electo contrà Urbanum VI. Papam legitimum *Rota coram Coccino dec. 295. num. 7. repetit. dec. 228. poſt Farinacc. in conſil. vol. 2.* undè ſtricto modo loquendo, talis error non meretur dici merè, ac ſimpliciter error Juris, cùm habeat naturam facti circà modum electionum hujuſmodi in diſcordia factarum, quæ
22 mixtura inducit juſtum errorem, *Lotther. de re benefic. lib. 1. quæſt. 24. num. 169. & 170. Adden. ad Gregor. XV. dec. 289. ſub num. 26. verſiculo niſi eſſet error*, & in puncto Antipapæ *Rota coram Coccino dec. 295. num. 7. & 8.* præſertim, ſi occaſione Papatus Schiſmatici hinc indè tunc quamplures Doctores ſcripſerint; quo caſu error dicitur Juris valdè dubii, qui æquiparatur
23 errori facti, ac quodammodò præbet aliquem titulum ſaltem coloratum ad poſſidendum Beneficium, quantumvis nulliter unitum, *Gratian. diſcept. 72. num. 40. & 41. Pariſ. de confident. Benefic. quæſt. 59. num. 19. & de reſignat. Benefic. lib. 11. quæſt. 3. nu. 64 & 68. Turricell. de reb. Eccleſ. non alienand. cap. 27. §. 1. num. 16. & 17. Garz. de Benefic. par. 5. cap. 4. num. 305. & 306. & cap. 5. num. 88. Paſqualig. de Jubilæo quæſt. 60. num. 8. Pignatell. conſult. canonic. tom. 2. conſult. 36. num. 8. & tom. 4. conſult. 112. num. 4. in med. verſiculo quia, & tom. 6. conſult. 1. num. 13. Rota coram Coccino deciſ. 295. num. 9. & in recentior. dec. 444. num. 4. part. 4. tom. 2. dec. 569. num. 14. & 15. par. 5. tom. 2.* ex quo inapplicabile redditur exemplum, ſeu ſimilitudo petentis reſtitutionem Beneficii in ſpolio, quòd docere teneatur de titulo ab habente poteſtatem conferendi, cùm hoc procedat, nè in Beneficiis detur vitioſus ingreſſus, quem
24 Jura abhorrent; ad effectum verò ſuſtinendi Unionem Beneficii, aut reſervationem Penſionis, ſatis eſt titulus invalidus, & putativus, *Garz. de Benefic. part. 12. cap. 2. n. 126. & 132. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæſt. 28. num. 105. Rota coram Carillo dec. 42. nu. 6. Coccin. dec. 295. num. 3. cum ſeqq. ac in re centior. dec. 203. num. 1. par. 19.* immò ad ſalvandam Unionem Benefi- 25
cii, aut reſervationem Penſionis ſufficit etiam titulus habitus à non habente poteſtatem uniendi Beneficium, ſeu reſervandi Penſionem, modò juſto errore ſit inductus, *Roca coram Coccino dec. 295. num. 11. in principio, repetit. deciſ. 228. poſt vol. 2. conſil. Farinacc.*

Undè videmus, quòd non eſt curandum de qualitate tituli in materia dominii, ſed benè ſufficit titulus obtentus à Domino putativo; ſicuti benè emitur à falſo Procuratore, pro 26
vero tamen reputato, vel à Domino putativo, *Rota coram Coccino dec. 295. nu. 11. in principio, verſiculo ubi de eo.*

Ejuſdem furfuris eſt objectum, quòd titulus Unionis Beneficii, aut reſervationis Penſionis 27
diſcoloratur detecto Antipapatu, veluti ad aliud propoſitum ponderat *Turricell. de union. Benefic. cap 16. num. 7.* proindèque error juſtus, 28
& bona fides ſaltem ceſſaverit poſt Concilium Conſtantien. de anno 1414. quippè Unio Bene- 29
ficii, aut reſervatio Penſionis, quouſque declaretur nulla, interim præbet titulum coloratum, longèque magis, quando, ut in caſu, illa non revocatur, ſed potiùs confirmatur, & approbatur poſteà à Pontifice legitimo. Memoratum inſuper Concilium, ſivè quoducumque aliud 30
diffiniens ſuper Antipapatu, tollere nequit præcedentem juſtum errorem, & inducere malam fidem, conſtito de revocatione Unionis Beneficii, aut reſervationis Penſionis, ſed potiùs de illius confirmatione, in puncto *Rota coram Coccin. dec. 295. num. 11. poſt med. verſiculo neque officit.*

Præterea nihilum movet, quòd juſtus error habendi Papam illegitimum pro legitimo, cùm ceſſet, poſtquàm illegitimitas declarata fuerit per aliquod Concilium, quo mediante Principes ſtatim ſe retraxerint ab obedientia Antipapæ unientis Beneficium, aut reſervantis Penſionem, inque ipſo Concilio depoſiti, confirmatio Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſionis reſpectivè, nullæ non videtur poſſe influere validitatem, & ſanationem ab initio, quia Concilium, licet deponat Antipapam, 31
non tamen ad effectum, de quo agitur, tollere poteſt juſtum errorem, & credulitatem legitimitatis Papæ, nec inducere malam fidem, præſertim, ſi de geſtis ab Antipapa nullam facit mentionem, illa forſitan revocando, nullaque declarando, *Rota coram Coccino deciſ. 295. num. 11. in med. verſic. neque officit, geminat. poſt conſil. Farinacc. vol. 2. dec. 228.* quod fortiùs intrabit, ſi manus mortua, cui per Anti- 32
papam unitum fuit Beneficium, vel reſervata Penſio, perſtiterit in illius poſſeſſione etiam poſt ſequutam in Concilio depoſitionem Antipapæ, & à nemine fuerit moleſtata: undè veriſimiliter credi potuit, Unionem Beneficii, aut reſervationem Penſionis per Antipapam factam adhùc ſuſtineri, proindèque à die Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſionis pro valida habitæ deberi quindennia, *Rota ſæpè laudata dec. 295. num. 11. in fin. coram Coccino*: ſiquidem Unio Beneficii, ſivè reſervatio Penſionis facta à Schiſmatico, donec iſte deponatur, ex una parte videtur quodammodò eſſe in ſtatu implicitæ validitatis, & ſuperventa approbatione

33 probatio talis Unionis Beneficii, aut talis reſervationis Penſionis ſe habet per modum retrotractivum ad initium actus, ſeu ſtatus impliciti, illud convalidando à principio, ſeu ex tunc, *Card. de Luca de legitima diſcur.* 23. *nu.* 8.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis, ſivè Canonicatibus Eccleſiæ receptitiæ, ſeu non numeratæ, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper dictis Beneficiis, ſeu Canonicatibus ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſiæ non numeratæ quæ dicantur.*
2 *Ex Beneficiis, ſeu Canonicatibus Eccleſiæ non numeratæ, unitis debentur quindennia.*
3 *Ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
4 *In Beneficiis Eccleſiæ non numeratæ nunquam datur vacatio.*
5 *Indultum de percipienda prima annata Beneficiorum vacantium, non intrat in Beneficiis Eccleſiæ non numeratæ.*
6 *Quindennia introducta fuerunt ob ceſſationem annatarum ad reparandum Annatiſtarum damnum.*
7 *Non eſt novum, quod etiam ex Beneficiis, ex quibus anteà non ſolvebatur annata, poſteà ſolvatur quindennium.*
8 *Etiam Beneficia Eccleſiæ non numeratæ quodammodò vacare dicuntur ſaltem impropriè.*
9 *De eo, quod poteſt eſſe perpetuum, ac vacabile, idem juris eſt.*

CAPITULUM LXXXII.

PRo dicendorum intelligentia præmittendum eſt, alias eſſe Eccleſias numeratas, & alias non numeratas, ſeu innumeratas, vel
1 receptitias, ſivè receptivas; non numeratas autem Eccleſias dici illas, in quibus non adeſt certus numerus Beneficiatorum, ſeu Canonicorum, ſed juxta redditnum incrementum, aut decrementum, Beneficiati, ſeu Canonici creſcunt, vel decreſcunt, quorum infinitus eſt numerus in Regno Neapolitano, inque Diœceſi Calaguritana, *cap. dilecto* 25. §. *Prætereà de Præbend. cap. ex parte* 10. *de conceſſion. Præbend. Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.* 9. §. 3. *n.* 1. *Lotther. de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 13. *cum ſeqq. Barboſa de Canonic. cap.* 3. *num.* 1. *& de Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 57. *num.* 179. *Corrad. in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 17. *Filliuc. oper. moral. tom.* 3. *tract.* 41. *de Benefic. cap.* 3. *num.* 6. *Tondut. reſol. Canonic. & benefic. part.* 2. *cap.* 2. §. 5. *num.* 3. *Fermoſin. in cap. cùm M. Ferrarien. quæſt.* 1. *num.* 33. *de Conſtitution. Pax Jordan. lucubr. Canonic. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 36. *num.* 14. *Vivian. in prax. Juriſpatronat. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 114. *Gonzalez Tellez in cap. ex parte* 12. *num.* 8. *verſiculo adhùc, de Conſtitution. Card.* Baron. *Annal. Eccleſ. ann.* 618. *nu.* 5. *Maſſobr. in prax. hab. Concurſ. prælud.* 5. *&* 6. *Garz. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 157. *bon. mem.* R. P. D. Piton. *diſcept. Eccleſ. par.* 1. *diſcept.* 17. *num.* 1. *cum ſeqq.* quo præmiſſo, monemus in præſenti, quòd ex Beneficiis, ſivè Canonicatibus Eccleſiæ receptitiæ, ſeu non numeratæ, 2
annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper dictis Beneficiis, ſeu Canonicatibus ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; cùm enim Bullæ quindenniorum comprehendant generaliter cujuſcumque generis Beneficia, ſanè etiam iſta ex indentitate rationis, quæ, quantumvis non conſiſtant in Eccleſiis numeratis, nihilominùs verè Beneficia Eccleſiaſtica ſunt, comprehenduntur: Bullæ autem quindenniorum comprehendunt omnia Beneficia Eccleſiaſtica qualitercumque qualificata, & ubique exiſtentia, ergo ſivè exiſtant in Eccleſiis numeratis, ſivè in non numeratis, per *textum in cap. ex parte* 10. *de conceſſ. Præbend. Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.* 9. §. 3. *num.* 2. *Vivian. in prax. Jurispatronat. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 116. *Pax Jordan. lucubr. Canonic. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 36. *num.* 12. *bon. mem.* R. P. D. Piton. *diſcept. Eccleſ. par.* 1. *diſcept.* 17. *ſub n.* 11. immò non diſtinguente le- 3
ge quindenniorum, nec nos diſtinguere debemus, *Barboſa axiom.* 136. *n.* 1. *&* 4.

Nec obſtat, quòd, cùm in Beneficiis Eccle- 4
ſiæ non numeratæ nunquam detur vacatio, ſed ſtatim per obitum poſſeſſoris, ſeu titularis iſta ſupprimuntur, expirant, ac eſſe deſinunt, uti Beneficia perſonalia, & per receptionem alterius creatur jus quoddam de novo; ità, ut deficiat eſſentiale requiſitum Beneficii, quod eſt ipſa perpetuitas, per *textum in cap. dilecto* 25. §. *Prætereà de Præbend.* ibi: *prætereà, licet in Eccleſia, in qua non eſt certus numerus Præbendarum, nulla etiam vacante, in Canonicum quis poſſit aſſumi, cùm intelligatur ad quoddam jus eligi, quod ex electorum aſſenſu de novo creatur, & cum electo in Canonicum naſcitur, & deſinit eſſe cum defuncto &c. Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. gloſſ.* 9. §. 3. *num.* 10. *cum ſeqq Lotther. de re beneficiar. lib.* 1. *quæſtion.* 14. *num.* 16. *cum ſeqq. Vivian. in prax. Juriſpatronat lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 17. *cum ſeqq. Barboſa de Canonic. cap.* 3. *n.* 8. *bon. mem.* R. P. D. Piton. *diſcept. Eccleſ. par.* 1. *diſcept.* 17. *num.* 10. 52. *&* 67. *Rota coram Card. Mantic. dec.* 229. *num.* 1. proindèque in ejuſmodi Beneficiis non ſit locus ſolutioni Annatæ ob defectum vacationis, nec videatur eſſe locus ſolutioni quindennii; exemplo Indulti conceſſi de 5
participanda prima annata Beneficiorum vacantium in tali Diœceſi, quòd non intrabit in Beneficiis Eccleſiæ, non numeratæ, ex eo quòd in illis impoſſibilis eſt vacatio, *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. gloſſ.* 9. §. 3. *num.* 17. *antè med.* §. *Prout etiam*; quindennia autem in- 6
troducta fuerunt propter ceſſationem Annatarum, ad reparandum indè reſultans Annatiſtis præjudicium, juxta *Bullam* 6. *Pauli II.* §. 3. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Bullam* 20. *Julii III.*

in

in principio , & §.5. *eod. tom.* 1. *Bullam* 11. *Pauli IV. in principio* , *eod. tom.* 1. *Bullam* 17. *ejuſdem* Pauli *IV.* §.7. *in fin. et* §.8. *in principio* , *eod. tom.* 1. *Bullam* 38. *S. Pii V.* §. 3. *in principio* , *tom.* 2. *Bullam* 33. *Sixti V. in principio* , *et* §. 2. *in principio* , *eod. tom.* 2. *Bullam* 18. *Vrbani VIII. in principio* , *et* § 1. *tom.* 5. *et Bullam* 50. *Clementis X. in principio* , *et* §. 3. *in principio* , §. 4. *in principio* , §.5. *in principio* , *et* §. 6. *in principio* , *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. inter Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* I. III. IV. V. VI. VII. VIII. & XI. non igitur ſolvenda ſunt quindennia pro Beneficiis , pro quibus antè eorum Vnionem non ſolvebatur Annata ; quip-
7 pè , præterquamquòd non eſt novum , quòd etiam pro Beneficiis , pro quibus antè Vnionem non ſolvebatur Annata , poſt Vnionem ſolvendum ſit quindennium , *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. § 4. *de quindenn. num.* 12. *in principio* ibi : *rectè exigitur quindennium* , *licet pro iis nunquam fuerit ſoluta Annata* , *nec quidem fuiſſet* , *niſi ſubſequuta eſſet Vnio* . *Vndè in ſolutione quindennii* , *non ſolùm conſideratur damnum Cameræ Apoſtolicæ* , *et Officialium Cancellariæ ex Jure de præterito* , *ſed etiam utile* , *ex Jure de futuro &c.* nihilominùs in rei veritate etiam
8 Beneficia Eccleſiæ non numeratæ vacare dicuntur , ac perpetuari ; nec eſt novum , aut repugnans , quòd in ejuſmodi Eccleſiis receptitiis , ſeu innumeratis detur vacatio ſaltem impropria , & collatio quoque impropria ; ex quò illa ceſſatio , aut deſinentia Beneficii per obitum poſſeſſoris , ſeu titularis habetur loco vacationis , & illa nova receptio ad ſervitium Eccleſiæ habetur loco collationis , pro conſtitutivo Beneficii , *Gratian. diſcept.* 397. *num* 75. Pax *Jordan. lucubration. Canonic. tom* 2. *lib.* 10 *tit.* 19. *num.* 69. *bon. mem.* R. P. D. Piton *diſcept. Eccl. par.* 1. *diſcept.* 17. *num* 57. *in principio* , *verſiculo neque eſt novum*; ità, ut ex tali impropria vacatione , & impropria collatione debeatur annata , proindeque ex Vnione talium Beneficiorum æquum eſt , quòd debeatur quoque quinden-
9 nium , de quibus debetur annata : & de eo , quod poteſt eſſe perpetuum , ac vacabile , idem juris eſt , *Maſſobr. in prax. habend. Concurſ. prælud.* 5. *dub.* 1. *n.* 4.

ARGVMENTVM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus , quantumvis non liberæ , ſed ſimultaneæ , aut turnariæ collationis , manui mortuæ unitis , etiam adhùc debentur quindennia .

SUMMARIUM.

1 *Auctor editurus eſt Tractatum de* Simultanea , & Turnaria Proviſione.
2 *Bullæ quindenniorum comprehendunt etiam* Beneficia *qualificata* , *et cujuſcumque generis* .
3 *Verba generalia ſunt comprehenſiva omnium* , *quæ dici* , *et excogitari poſſunt etiam in materia ſtricta* .

CAPITULUM LXXXIII.

Occaſione Vnionis Beneficiorum non liberæ collationis , ſed vel conjunctim cum Epiſcopo , & Capitulo , vel diviſim , ſeu turnatim , ac alternativè inter Epiſcopum , & Capitulum , de qua quidem Beneficiorum natura editurus ſum Tractatum de *Simultanea* , *et Tur-* 1
naria Proviſione , inſurgere poteſt altercatio cum Annatiſtis , & manu mortua , cui uniuntur Beneficia hujuſmodi , nùm in hiſce quoque Beneficiis intrent quindennia , nec nè : & aſſerimus , quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus , quatumvis non liberæ , ſed ſimultaneæ , aut turnariæ collationis , manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia ; ex eo quòd Bullæ quindenniorum comprehendunt etiam 2
Beneficia qualificata , & cujuſcumque generis , ac lineæ illa ſint , juxta *Bullam* 6. *Pauli II.* §. 6. *Bullar. nov. Rom tom.* 1. ibi „ & cujuſcumque „ qualitatis , aut generis Beneficia &c. „ *Bullam* 20. *Julii III.* § 6. *eod. tom* 1. ibi „ Beneficia „ Eccleſiaſtica &c. quomodolibet qualificata „ &c. „ *Bullam* 17. *Pauli IV.* §. 8 *eod tom.* 1. ibi „ de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſti- „ cis &c. „ *Bullam* 38. *S. Pii V.* § 2. 3. *et* 6. *tom.* 2. ibi „ cæteràque Beneficia Eccleſiaſtica „ quocumque titulo nuncupata &c. & alia „ quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. „ *Bullam* 33. *Sixti V.* §. 1. 2. *et* 4. *eod. tom* 2. ibi „ „ quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. „ *Bullam* 18. *Urbani VIII. in principio* , *et* §.1. *et* 2. *tom.* 5. ibi „ & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum „ &c. „ *et Bullam* 50. *Clementis X. in principio* , & §. 1. 3. 4. 5. 6. 7. & 9. *tom.* 6 ibi „ aliorùmque Beneficiorum Eccleſiaſticorum &c. qualificatorum &c. de quibuſvis &c. Beneficiis „ Eccleſiaſticis &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. & alia quæcumque „ Beneficia Eccleſiaſtica &c. quorumcumque „ Beneficiorum &c. „ *repetit. poſt Tract. int Conſtit. Apoſt. in ordine la* I.III.VI.VII.VIII. & XI. cùm talia verba generalia , ſint comprehenſiva 3
omnium, quæ dici , & excogitari poſſunt etiam in materia ſtricta , *Gonzalez in Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. reſervator. Menſ. gloſſ.* 9. *n.* 24.

ARGVMENTVM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus , à Laicis conferri ſolitis , manui mortuæ unitis , etiam adhùc debentur quindennia .

SUMMARIUM.

1 *Laici incapaces ſunt juris conferendi Beneficia* .
2 *Illa tamen ex Privilegio Pontificio conferre poſſunt.*
3 *Beneficia à Patronis laicis conferri* , *ſeu præſentari ſo-*

ſolita, ſi poſteà uniantur, ſubjiciuntur quindenniis.
4 *Expenduntur Bullæ quindenniorum.*

CAPITULUM LXXXIV.

1 EX eo, quòd, etiamſi Laici penitùs inca-
paces ſint juris conferendi Beneficia, uti
prorſus incapaces ſpiritualitatis, *cap. ſiquis
deinceps, cap. ſiquis nullus, cap. per laicos, cap.
laicis 16 quæſt. 7. Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9.
Cancellar. de Menſib. gloſſ. 5. num. 10. Selva de
Benefic. par 1. quæſtion 7. num. 8. & 9. Gigas de
Penſion. quæſt. 21. num. 4. Lambertin. de Jurepa-
tronat. par. 1. lib. 2. quæſt. 7. artic. 7. Corrad. in
prax. benef. lib 1. cap. 4. nu 79. Rota coram Card.
Seraphin. deciſ. 1382. num. 1. tom. 2. deciſ. 318.*
2 *& 343. par. 2. diverſorum*, ex Privilegio Ponti-
ficio illa conferre poſſunt quaſi miniſtri nomine
Papæ; ità, ut, mediante miniſterio laicorum,
præſertim ob benemerita ergà Sedem Apoſto-
licam, ut ſignanter Imperator, Reges Hiſpa-
niarum, & Galliarum, cæterique Reges, Pro-
ceres, ac Magnates, & Principes, *Rebuff. de
nomination. quæſt. 21. num. 58. Garzias de Bene-
fic. par. 1. cap. 2. num. 33. 36. & 37. Selva eod.
tract. par. 1. cap 5. num. 1. & par. 2. quæſtion. 23.
Corrad. in prax. beneficiar. lib 1. cap 4 num 79.
poſt med. verſic. requiritur privilegium, & n 80.
cum ſeqq. Gonzalez ad Regul. 8 hodiè 9. Cancellar.
reſervator. Menſ. gloſſ 24. num. 154. Lotther. de
re beneficiar. lib. 1. quæſtion. 6. num 46. Rota co-
ram Achill. de Graſſ dec. 9. de reſtitution. ſpoliat.*
datur anſa dubitandi, an etiam ex hujuſmodi
Beneficiis poſteà unitis ſolvenda ſint quinden-
nia, & firmamus, quòd ex Beneficiis annuum
valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera
excedentibus, à Laicis conferri ſolitis, manui
mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quinden-
3 nia, exemplo Beneficiorum à Patronis laicis
conferri, ſeu præſentari ſolitorum, quæ, ſi
uniantur, ſubjiciuntur quindenniis, juxta *Bul-
lam 20. Julii III. §. 6. Bullar. nov. Rom. tom* 1.
ibi: *etiamſi de Jurepatronatus Laicorum &c.
exiſtant &c. Bullam 38. S. Pii V. § 3. tom. 2.*
ibi: *etiamſi &c. de Jurepatronatus exiſtant &c.
Bullam 33. Sixti V. § 2. eod. tom. 2.* ibi: *etiamſi
de Jurepatronatus Laicorum &c. illa Beneficia
fuerint &c.* Bullam 18. *Urbani VIII. in princi-
pio, et § 2. tom. 5.* ibi: *etiamſi &c. de Jurepatro-
natus Laicorum &c.* Beneficia illa fuerint &c. et
Bullam 50. *Clementis X. § 4. et 5. tom. 6. repetit.
poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la* III VI.
VII. VIII. & XI.
4 His accedit, quòd Bullæ quindenniorum
aptæ ſunt compræhendere etiam Beneficia
hujuſmodi uti generaliter loquentes de omni-
bus, & quibuſcumque Beneficiis, nullis ex-
ceptis, veluti in *Bulla 6. Pauli II. §. 3. 4. et 5.
Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi ,, omnia, & ſingu-
,, la Monaſteria &c. & Beneficia &c. unita &c.
,, in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſe-
,, quuturis, eidem Camerario ſolvere tenean-
,, tur, & debeant. Et quòd de omnibus Mo-
,, naſteriis &c. & Beneficiis &c. unitis &c.
,, Communia, Minuta, & alia Jura, ſeu An-
,, natas &c. ſolvere adſtringantur etiam ſingu-
,, lis annis XV. in futurum &c. ,, *Bulla 20. Ju-
lii III. § 6. eod. tom.* 1. ibi ,, inviolabiliter obſer-
,, vari quoad omnia, & ſingula Monaſteria, &
,, Beneficia &c. ,, *Bulla 17. Pauli IV. § 8. et 11.
eod. tom.* 1. ibi ,, omnes, & ſingulas Uniones
,, &c. de quibuſvis Monaſteriis &c. & Benefi-
,, ciis &c. ſub literis Pauli &c. compræhendi &c.
,, Et propterea &c. ad ſolutionem Commu-
,, nium, & Minutorum Servitiorum, ac Anna-
,, tarum, & aliorum Jurium prædictorum
,, eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus,
,, ratione earundem Unionum &c. ſingulis XV.
,, annis &c. faciendam teneri &c. ,, *Bulla 38.
S. Pii V. § 3. et 6. tom.* 2. ibi ,, Motu ſimili &c.
,, omnia, & ſingula Monaſteria &c. & alia
,, quæcumque Beneficia &c. unita &c. ſub lite-
,, ris Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum hujuſ-
,, modi compræhendi, & includi &c. Mandan-
,, tes &c ut &c. ad indicandum &c. omnia,
,, & ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque
,, Beneficia &c. moneat, & requirat &c. ,, *Bul-
la 33. Sixti V. §. 1. 2. & 4. eod. tom.* 2. ibi ,,
,, ſuper ſolutione Annatarum, Communium,
,, Quindenniorum, & aliorum Jurium, ratio-
,, ne Proviſionum, & ſeu Unionum perpetua-
,, rum quorumcumque Beneficiorum Eccleſia-
,, ſticorum &c. Statuimus &c. & declaramus,
,, quòd Uniones &c. de quibuſcumque Benefi-
,, ciis Eccleſiaſticis &c. ſub dictorum Prædeceſ-
,, ſorum Conſtitutionibus &c. omninò com-
,, præhendantur &c. Et propterea &c. ad ſolu-
,, tionem Quindenniorum præfatorum eidem
,, Cameræ, ac Collegio, & Officialibus, ra-
,, tione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c.
,, faciendam teneri &c. Mandantes &c. ut &c.
,, ad indicandum &c. omnia, & ſingula Mo-
,, naſteria &c. & alia quæcumque Beneficia
,, Eccleſiaſtica &c. moneant, & requirant &c. ,,
*Bulla 18. Urbani VIII. in principio, & §. 1.
& 2. tom* 5. ibi ,, & alia quæcumque Benefi-
,, cia Eccleſiaſtica unita &c. Mandans propte-
,, reà &c. ut &c. ad indicandum &c. omnia,
,, & ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque
,, Beneficia Eccleſiaſtica &c. moneret, & re-
,, quireret &c. ſuper ſolutione Annatarum,
,, Communium, Quindenniorum, & aliorum
,, Jurium, tàm ratione Proviſionum, ſeu
,, Unionum perpetuarum quorumcumque Be-
,, neficiorum Eccleſiaſticorum &c. Mandantes
,, propterea &c. ut &c. ad indicandum &c. om-
,, nia, & ſingula Monaſteria &c. & alia quæ-
,, cumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. moneant,
,, & requirant &c. ,, *et Bulla 50. Clementis X.
§. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. et 10 tom* 5. ibi ,, om-
,, nes, & ſingulas Uniones &c. de quibuſvis
,, Monaſteriis &c. & Beneficiis Eccleſiaſticis &c.
,, ſub literis Pauli II. &c. includi &c. Et propte-
,, reà &c. ad ſolutionem Communium, & Mi-
,, nutorum Servitiorum, ac Annatarum, &
,, aliorum Jurium prædictorum eiſdem Came-
,, ræ, Collegio, & Officialibus, ratione ea-
,, rundem Vnionum &c. ſingulis XV. annis &c.
,, teneri &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſti-
,, ca unita &c. exiſterent &c. Mandans propte-
,, reà &c. ut &c. ad indicandum &c. omnia,
,, & ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque
,, Beneficia Eccleſiaſtica &c. moneret, & re-
,, quireret &c. Vniones &c. de quibuſcumque
,, Beneficiis Eccleſiaſticis &c. ſub dictorum
,, Prædeceſſorum Conſtitutionibus, & Ordi-
,, nationibus omninò compræhendi &c. man-
,, davitque &c. ut &c. moneret, & requireret,
,, ut

„ ut profiterentur &c. omnia, & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica &c. ſuper ſolutione Annatarum, Communium, Quindenniorum, & aliorum Jurium, tàm ratione Proviſionum, ſeu Vnionum perpetuarum quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum &c. mandans propterea &c. ut &c. ad indicandum &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. monerent, & requirerent &c. ratione Proviſionum, ſeu Vnionum perpetuarum quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum &c. ac omnes, & ſingulas Vniones de quibuſvis Monaſteriis, & aliis Beneficiis Eccleſiaſticis &c. ſub literis Pauli Prædeceſſoris hujuſmodi comprahendi, & includi &c. utcumque &c. Quindennia, & alia Jura, ratione Penſionum perpetuarum &c. ſuper quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum quomodolibet qualificatorum fructibus &c. reſervatarum, & &c. reſervandarum &c. Cameræ Apoſtolicæ, & Collegio, & Officialibus prædictis perſolvere debeant, & teneantur, Motu pari &c. ut &c. moneat, ut profiteantur &c. omnia, & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica &c. mandamus, ut &c. ad indicandum &c. omnia, & ſingula Monaſteria, & quæcumque alia Beneficia Eccleſiaſtica &c. unita &c. moneat, & requirat &c. Particularem Congregationem &c. pro exactione Quindenniorum omnium, & ſingulorum Beneficiorum &c. unitorum &c. facienda, Motu ſimili &c. conſtituimus, & deputamus &c. „ *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* I. III. V. VI. VII. VIII. *&* XI.

ARGVMENTVM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Laicis conferri ſolitis, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SVMMARIVM.

1 *Solis Clericis, non autem Laicis conferenda ſunt Beneficia.*

2 *Sicuti Beneficium à Laico conferri nequit, ità neque à Laico obtineri poteſt.*

3 *Ex Papæ diſpenſatione Laici rectè obtinere poſſunt Beneficia.*

4 *Reges Hiſpaniarum, et Galliarum, immò Marchiones, et Comites ex Indulto Apoſtolico eſſe poſſunt Canonici.*

5 *Ex Beneficiis, Laicis conferri ſolitis debentur quindennia.*

6 *Qui totum dicit, nihil excludit.*

7 *Talia Beneficia, uti Beneficia comprahenduntur in Bullis quindenniorum.*

8 *Laici, ex Privilegio Pontificio creati Beneficiati, ſeu Canonici titulares, participare non poſſunt de quindenniis Emphyteuticis.*

9 *Deficiente in Laicis qualitate Capitulari, impoſſibile eſt, acquirere poſſe quindennia Emphyteutica orta ex Bonis Capitularibus.*

10 *Beneficia, licet à Laicis poſſeſſa, ſunt tamen verè Beneficia.*

CAPITULUM LXXXV.

Viſo in *præcedenti Cap.* quòd ex Beneficiis à Laicis conferri ſolitis, debeantur quindennia, benè ſequitur videndum, quòd vice verſa ex Beneficiis Laicis conferri ſolitis, debeantur quindennia; quantumvis igitur ſolis 1
Clericis, non autem Laicis conferenda ſint Beneficia uti ſpiritualium incapacibus, nec una ſola hora Beneficia Eccleſiaſtica poſſidere valentibus, quandoquidem Beneficium eſt res Eccleſiaſtica, ſoli Clerico dandum in ordine ad ſacrum miniſterium, mediante canonica inſtitutione, *cap. in Eccleſia 2. de inſtitution. cap. cùm adeò* 17. *de Reſcript. cap. ex literis 6. de tranſaction. Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. reſervator. Menſ. gloſſ. 2. num. 60. cum ſeqq. Pariſ. de reſignat. Benefic. lib. 4. quæſtion. 2. nu.* 4. quia 2
ſicuti Beneficium à Laico conferri nequit, ex eo quòd ſit jus ſpirituale, ità ex eadem ratione neque à Laico jurium ſpiritualium incapace, poteſt obtineri, *Selva de Benefic. par. 1. quæſt. 7. num. 8. et 9. Gigas de Penſion. quæſt.* 21. *num.* 4. *de Graſſ. de effect. Clericat. effect.* 15. *num. 1. et 9. Corrad in prax. beneficiar. lib. 1. cap. 5. num. 100. cum ſeqq.* nihilominus etiam ex Papæ diſpenſa- 3
tione Laici rectè obtinere poſſunt Beneficia, immò & Canonicatus, cum quibus Papa procul dubio diſpenſare poteſt, eóſque habilitare, ſeu privilegiare ad obtinenda Beneficia, ea namque eſt virtus diſpenſationis, ut de impoſſibili poſſibile faciat, *Gonzalez in Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 2. nu.* 70. *Corrad. in prax. benefic. lib. 1. cap. 5. num.* 135. *cum ſeqq.* Barboſa *de Epiſcop. par. 3. alleg. 72. nu.* 75. *Gigas de Penſion. quæſt. 21. num. 4. in principio, ego in altero Tract. de quindenn. cap.* 114. *num. 7. Rota coram Verall. aliàs Caputaqu. deciſ.* 138. *par. 2. et dec. 24. par. 3.*

Vndè fit, quòd Imperator, Reges Hiſpa- 4
niarum, & Galliarum, immò Marchiones, & Comites, exemplo Marchionum de Altorga familiæ Villalobos, & Comitum Barchinonen., nec non Principum Poloniæ, *Corrad. loc. citat. num. 139. et 140. ego num. 2. 5. et 6.* qua occaſione, datur anſa dubitandi, utrùm ex Beneficiis hujuſmodi poſteà unitis ſit locus ſolutioni quindennii: proindèque firmamus, quòd ex 5
Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Laicis conferri ſolitis, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia; etenim Bullæ quindenniorum nullum genus Beneficiorum excipiunt à quindenniis, ſed effrænatiſſimo ſermone utentes, omnia, & quæcumque Beneficia complectuntur, qui autem totum dicit, nihil excludit, 6
Barboſa *axiom.* 220. *n.* 3. ſempèrque verum eſt, quòd Beneficia ejuſmodi, licet Laicis conferri ſolita, ſunt tamen vera Beneficia Eccleſiaſtica, nec ullo modo amittunt ſuam naturam Eccleſiaſticitatis, proindèque uti talia, comprahen- 7
ſa in Bullis quindenniorum.

Nec obſtat, quòd eo modo, quo in alio *Tract. de quindenn. cap.* 114. *num* 8. *cum ſeqq. ac per tot.* aſſerimus, tales Beneficiatos, ſeu Ca- 8
nonicos Titulares Laicos, ex Privilegio Pontificio creatos, participare non poſſe de quindenniis Emphyteuticis debitis Eccleſiæ, in qua poſſident ſimilia Beneficia, ſimileſque Canoni-

catus , ex talibus Beneficiis non deberentur
quindennia : quippè in tantum non communi-
cantur quindennia Emphyteutica talibus Bene-
ficiatis, ſeu Canonicis ex Privilegio , in quan-
tum tales à Sede Apoſtolica habilitati , ſeu pri-
vilegiati ad poſſidendum Beneficia , ſivè Ca-
nonicatus , non ſunt habilitati ad ingrediendum
locum Capituli ; ſicque , cùm non ſint de Ca-
9 pitulo , deficiente in illis qualitate Capitulari ,
impoſſibile eſt , ipſos acquirere poſſe quinden-
nia Emphyteutica orta , ac provenientia ex
Bonis Capitularibus , veluti pondero *prælaudat.*
loc. num. 8. & 9. ut autem è contrà debeantur
quindennia ex Beneficiis, non eſt neceſſe, quòd
antè eorum Unionem , Beneficiati eſſent de
10 Collegio, aut Capitulo, ſed ſatis eſt , quòd
verè ſint Beneficia , prout re vera talia ſunt, li-
cet à Laicis poſſeſſa , ut patet ad ſenſum ; aliàs
nulla indigerent diſpenſatione Pontificia Laici
ad illa obtinenda , ſi eadem non eſſent vera Be-
neficia .

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus , à fœminis conferri ſolitis , manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Fœminæ de Jure ſunt incapaces juris conferendi Beneficia Eccleſiaſtica , & exercendi Juriſdictionem Eccleſiaſticam .*
2 *Chriſtus Dominus Apoſtolis , non autem Deiparæ , quantumvis illis excellentiori , tradidit Claves Regni Cœlorum .*
3 *Ex Privilegio Apoſtolico fœminæ benè conferre poſſunt Beneficia .*
4 *Quædam Abbatiſſa , ex concordia cum quodam Decano in conferendo Beneficia , gaudet duplici turno , Decanus verò uno tantùm .*
5 *Expenditur* Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib.
6 *Non ſequitur privatio , niſi præcedat habitus .*
7 *Non entis nullæ ſunt qualitates .*
8 *Fœminæ ex Indulto Pontificio Beneficia , & Canonicatus poſſidere valent , & laudatur* Emus D. Card. Petra .
9 *Ex Beneficiis à fœminis conferri ſolitis , poſteà unitis , debentur quindennia .*
10 *Bullæ quindenniorum generaliter loquentes de omnibus Beneficiis , nulla penitùs etiam incogitata excludunt .*
11 *Ex eo , quòd Beneficia à fœminis conferantur , non deſinunt eſſe Beneficia .*
12 *Expenduntur Bullæ quindenniorum .*
13 *Expenditur* Regul. 2. Cancellar. de reſervat. Cathedral.
14 *Expenditur* Regul.8. hodiè 9. Cancellar. reſervator. Menſ.
15 *Refellitur* Gonzalez ad dict. Regul. 8. gloſſ. 22. n.9. & 10.
16 *Refellitur* Bov. de præſcript. Statutar.Urb.gloſſ.3. num. 34.
17 *Maſculinum concipit fœmininum .*
18 *Reprobantur* Fenzon. ad Statut. Urb. lib.1. cap.1 2. n.7. cum ſeqq. & Carpan. ad Statut. Mediolan. lib.1. cap 416. n.1.
19 *Declaratur* Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 22. nu. 10. propè fin. verſiculo quod ſi verum eſſet .
20 *Expenditur* Statut. Urb lib.1. cap. 152.
21 *Filiafamilias magis eſt obnoxia captionibus ratione ſexus , quàm filiusfamilias .*
22 *Expenditur* Statut. Urb. lib.1. cap.151.
23 *Lex , ſivè Statutum extendendum venit ex identitate , fortiùſque ex majoritate rationis .*
24 *Legis , ſeu Statuti mens potiùs eſt attendenda , quàm verba .*
25 *Etiam de Jure communi , appellatione filii venit filia .*
26 *Filius eſt nomen appellativum naturæ .*
27 *Non debent fœminæ in Statutis ad imparia judicari, ubi inter maſculos , & fœminas à Jure non reperitur aliquid diverſimodè determinatum .*
28 *Expenditur iterùm* Statut. Urb. lib.1. cap. 151.
29 *Rejiciuntur* Galganet. ad Statut. Urb. lib. 1. cap.152. num.50. verſiculo ſeptimò non procedit, & Borgni in Cavalcan.dec.31. num 37. par. 1.

CAPITULUM LXXXVI.

POſtquàm oſtendimus, quòd ex Beneficiis à
Laicis conferri ſolitis , debeantur quinden-
nia , ſupereſt modò oſtendendum , quod etiam
ex Beneficiis à fœminis conferri ſolitis , pari
paſſu illa debeantur ; haud tamen inutilis , ac
ſuperflua eſt præſens diſſertatio , quia , quan- 1
tumvis fœminæ de Jure ſint incapaces juris
conferendi Beneficia Eccleſiaſtica , nec non Ju-
riſdictionem Eccleſiaſticam exercendi , ratione
ſexus , *cap mulierem 33 quæſt 5. cap dilecta 14.*
de exceſſib. Prælat cap. decernimus 2. de Judic.
l. fœminæ ff de regul. Jur. Selva de Benefic par.2.
quæſt.5. num. 2. Vivian. in prax. Juriſpatronat.
lib.6 par.2. cap.3. num. 10 im non nec illis con-
ferri poſſunt Beneficia : undè , licet Deipara uti
Mater Servatoris , dignior , ac excellentior eſſet 2
Apoſtolis , & eorum ſucceſſoribus , non tamen
illi , ſed Apoſtolis , ac eorum ſucceſſoribus tra-
didit Chriſtus Dominus Claves Regni Cœlo-
rum , *cap. nova de pœnitent. & remiſſion.* nihilo-
minùs ex Privilegio Apoſtolico variis de cauſis, 3
puta ratione Dignitatis , benè conferre poſſunt
fœminæ Beneficia , *cap. Adrianus , cap. in Sy-*
nodo diſtinct. 63. cap. dilecta 12. de majorit &
obed. cap. dilecti de Arbitr. cap. dilecto 40. de
teſtib. cap. ſignificaverunt de Reſcript. Gonzalez
ad Regul. 8. hodiè 9.Cancellar. de Menſib gloſſ.22.
num.12. cum ſeqq ac ſignanter n.21. & gloſſ. 23.
num. 19. Gonzalez Tellez in cap. dilecta 12. n. 8.
in fin. verſiculo etiam Beneficia conferre , de majo-
rit. & obedient. Vivian. in prax. Juriſpatronat.
par. 2. lib. 6. cap. 3. num. 11. Selva de Benefic.
par. 2. quæſt. 5. num. 1. cum ſeqq. & quæſt 23.
nu. 16. Rodriguez quæſt. Regul. tom. 2. quæſt.44.
art. 3. Tamburin. de Jure Abbatiſſ. diſput. 3.
quæſit. 12. Manriqu. annal. anno 1287. cap. 9.
num. 2. Florez Diez de Mena var. reſol. lib 1.
quæſtion. 10. per tot. Mend. de Ordin. Militar.
diſput.7. quæſit 1. nu.46. Garz. de Benefic par.1.
cap.2. num.33. & par.5. cap.1. num.622. verſic.
licet enim fœminæ , Lambertin. de Jurepatronat.
par.3.

par.3. lib.2. quæſt.1. artic. 11. Gigas de Penſion.
quæſt 21. per tot. Corrad. in prax beneficiar.lib.1.
cap. 4. num. 81. 98. & 99. ego in altero Tract. de
Quindenn. cap. 125. num. 1 cum ſeqq. Boer. dec.
Burdegal.32. nu.20. par. 1. Rota coram Dunozet.
Jun. dec.504. per tot. tom.2. Bich. dec.194. 267.
295. & 397. per tot. tom.1. ac in recentior. dec.191.
4 num.5. par.19. in tantum, ut quædam Abbatiſ-
ſa, ex concordia, ſeu tranſactione cum quo-
dam Decano in conferendo Beneficia Ecclaſia-
ſtica gaudeat duplici turno, Decanus verò uno
tantùm, ut refert Corrad. loc. mox citat. nu.98.
verſiculo de quadam Abbatiſſa, Gonzalez præ-
laudat. gloſſ. 22. num. 15. aliàs, ſi fœminæ non
poſſent Beneficia conferre eo modo, quo inſi-
5 nuavimus, utique Regul. 8. hodiè 9. Cancellar.
reſervator. Menſ. non includeret quoque fœmi-
nas Collatrices, prout illas includit, in verbis
ibi: omnia Beneficia Eccleſiaſtica &c. ad collatio-
nem, proviſionem, præſentationem, electionem,
& quamvis aliam diſpoſitionem quorumcumque
Collatorum, & Collatricum &c. reſervans &c.
ut ponderant Gonzalez citat. gloſſ. 22. num. 6.
6 cum ſeqq. Corrad. laudat. num. 98. cùm non ſe-
quatur privatio, niſi præcedat habitus, l. non
poteſt videri ff de regul. Jur. Barboſa axiom.189.
7 nu.1. & non entis nullæ ſint qualitates, l. ejus,
qui in Provincia §. Quoniam ff. ſi cert. petat. Me-
dic. de regul. Jur regul.6. ex num.1. ad n. 122.
8 Barboſa axiom. 162. num. 1. & 2. prout etiam
fœminæ ex Indulto Pontificio Beneficia, &
Canonicatus poſſidere valent, ut in Germania,
Gallia, ac alibi, cap. dilecta 12. §. fin. de ma-
jorit. & obed. cap. indemnitatibus 43. in fin.
§. Supradicta 5. de election. in 6. Clem. attenden-
tes 2. §. Illas quoque mulieres 4. de ſtat. Monach.
Novell.59 cap.3. antè med. Thomaſin. de Benefic.
tom.1. lib.3. cap.43. nu. 6. cum ſeqq. & cap. 63.
num. 2. & tom. 3. lib. 3. cap. 6. num. 5. Card. de
Luca de Regular. diſcur.1. num. 129 Eminentiſ-
ſimus D. Card. Petra in nunquam ſatis laudatis
Commentar. ad Conſtitution. Apoſtolic. tom. 3. in
Conſtitution.14. Innocent. IV. ſection. unic. n. 19.
cum ſeqq. ego in altero Tract. de Quindenn.
cap.125. num.5. Rot. dec.2. de ſentent. excommu-
nicat. in antiquior. & coram Buratt. dec. 211. &
827. num. 5. & 6. Benincaſa dec. 238. per tot. ac
in Monaſterien. Vicariæ 21. Junii 1705. § fin.
coram clar. mem. Card. Scotto: ideòque, cùm
in Bullis quindenniorum nulla penitùs fiat
mentio Unionis Beneficiorum à fœminis con-
ferri ſolitorum, facilè intrare poteſt diſceptatio
inter Annatiſtas, & manum mortuam, an
etiam ex Beneficiis hujuſmodi debeantur quin-
9 dennia, firmatur in præſenti, quòd ex Benefi-
ciis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri
de Camera excedentibus, à fœminis conferri
ſolitis, manui mortuæ unitis, etiam adhùc
debentur quindennia; quippè Bullæ quinden-
10 niorum generaliter loquentes de omnibus, &
quibuſcumque Beneficiis, nulla penitùs, etiam
incogitata excludunt, ob effrænatam verbo-
rum generalitatem, l. 1. §. Generaliter. ff. de
legat. præſtand. l.1. §. Quod autem ff. de aleator.
l. in fraudem ff. de teſtam. milit. l. regulæ §. fin. ff.
de Jur. & fact. ignor. l. de pretio ff. de Publician.
in rem action. l. ſi finita §. de cæteris ff. de damn.
infect. l. ſi ſervitus ff. de ſervit. urban. præd. l fin.
in fin. ff. de dot. promiſſ. Barboſa axiom.122.n.36.
& 37. Bullarum autem generalitas, nullis pror-
sùs reſtricta cancellis, apertiſſima depromitur
ex Bulla 6. Pauli II. §.3. 4. 5. & 6. Bullar. nov.
Rom. tom.1. Bulla 20. Julii III. §.6. eod. tom.1.
Bulla 17. Pauli IV. §. 8. & 11. eod. tom. 1. Bul-
la 38. S. Pii V. §. 2. 3. 4. & 6. tom.2. Bulla 33.
Sixti V. §. 1. 2. & 4. eod. tom. 2. Bulla 18. Ur-
bani VIII. in principio, & §. 1. tom. 5. & Bul-
la 50. Clementis X. in principio, & §. 2. 3. 4. 5.
6. 7. 9. & 10. tom.6. repetit. poſt Tract.iut.Conſt.
Apoſt. in ordine la I.III.V.VI. VII.VIII. & XI. 11
non enim Beneficia Eccleſiaſtica, ex eo quòd
à fœminis conferantur, deſinunt eſſe Beneficia,
prout talia illa ſunt, quæ conferuntur à viris,
ut patet ad ſenſum.

Nec obſtat, quòd, ſi Bullæ quindenniorum
vellent compræhendere etiam Uniones Benefi-
ciorum à fœminis conferri ſolitorum, profectò
expreſſam de ejuſmodi Beneficiis mentionem
facerent, prout expreſſam mentionem fecerunt 12
de manibus mortuis, ſeu Locis Piis fœmina-
rum, quibus fiunt Uniones Beneficiorum, jux-
ta Bullam 6. Pauli II. §.1. Bullar. nov. Rom. tom.1.
ibi „ Nos &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. Piis
„ Locis, utriuſque ſexus perſonarum &c. Apo-
„ ſtolica auctoritate univimus &c. „ Bul-
lam 20. Julii III. §.6. eod. tom.1. ibi „ & à qui-
„ buſcumque &c. virorum, & mulierum &c.
„ Congregationibus &c. inviolabiliter obſer-
„ vari &c. eaque omnia ad quaſcumque &c.
„ virorum, & mulierum Congregationes &c.
„ extendimus, & ampliamus &c. „ Bullam 17.
Pauli IV. §.8. & 11. eod. tom. 1. ibi „ omnes,
„ & ſingulas Uniones &c. de quibuſvis &c. Be-
„ neficiis Eccleſiaſticis &c. utriuſque ſexus
„ Congregationibus &c. ſub literis Pauli &c.
„ compræhendi &c. volumus &c. quòd &c.
„ tàm virorum, quàm mulierum &c. Congre-
„ gationes &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. no-
„ tificaſſe, & intimaſſe debeant &c. „ Bul-
lam 38. S. Pii V. §. 3. & 6. tom. 2. ibi „ Motu
„ ſimili &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. utriuſ-
„ que ſexus perſonarum Piis Locis &c. Apo-
„ ſtolica auctoritate unita &c. ſub literis Pau-
„ li II. & aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi
„ compræhendi, & includi. Mandantes &c. ut
„ &c. tàm virorum, quàm mulierum &c. Con-
„ gregationes &c. ad indicandum &c. Benefi-
„ cia Eccleſiaſtica &c. moneat, & requirat &c. „
Bullam 33. Sixti V. §. 4. eod. tom. 2. ibi „ Man-
„ dantes &c. ut &c. tàm virorum, quàm mu-
„ lierum &c. Congregationes &c. ad indican-
„ dum &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. moneant,
„ & requirant &c. „ Bullam 18. Urbani VIII.
in principio, tom.5. ibi „ Mandans propterea &c.
„ ut &c. tàm virorum, quàm mulierum &c.
„ Congregationes &c. ad indicandum &c. Be-
„ neficia Eccleſiaſtica &c. „ & Bullam 50. Cle-
mentis X. §. 1. 3. & 6. tom. 6. ibi „ omnes, &
„ ſingulas Uniones &c. de quibuſvis &c. Bene-
„ ficiis Eccleſiaſticis &c. utriuſque ſexus Con-
„ gregationibus &c. ſub literis Pauli II. &c. in-
„ cludi &c. mandans proptereà &c. ut &c. tàm
„ virorum, quàm mulierum &c. Congregatio-
„ nes &c. ad indicandum &c. Beneficia Eccle-
„ ſiaſtica &c. moneret, & requireret &c. omnes,
„ & ſingulas Uniones de quibuſvis &c. Benefi-
„ ciis Eccleſiaſticis &c. utriuſque ſexus Con-
„ gregationibus &c. ſub literis Pauli Prædeceſ-

„ foris hujuſmodi compræhendi, & includi&c.
repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I.
III. V. VI. VII. VIII. *&* XI. prout pariter vi-
13 demus, quòd *Regul.* 2. *Cancellar. de reſervat.*
Cathedral. reſervans Beneficia vacantia Sede
Epiſcopali vacante, expreſsè meminit Benefi-
ciorum à fœminis conferri ſolitorum, ibi *Ac*
etiam reſervavit &c. Beneficia omnia ad collatio-
nem &c. quorumcumque Collatorum, & Collatri-
14 *cum &c. pertinentia &c. & Regul.* 8. *hodiè* 9.
Cancellar. reſervator. Menſ. reſervans certo mo-
do Beneficia, expreſſam facit mentionem de
Beneficiis etiam à fœminis conferri ſolitis ibi:
omnia Beneficia Eccleſiaſtica &c. ad collationem
&c. quorumcumque Collatorum, & Collatricum
&c. reſervavit &c. quia dictæ *Regulæ Cancella-*
riæ hanc expreſſionem faciunt majoris explica-
tionis gratia, & ad abundantiorem cauthelam,
non autem ad præciſam neceſſitatem; ſicque,
ut omnis ambigendi tolleretur anſa, *Garzias de*
Benefic. par. 5. *cap.* 1. *num.* 422. *verſiculo tamen*
majoris explicationis.

15 Nec mihi arridet opinio *Gonzalez ad Regul.* 8.
hodiè 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.* 22. *num.* 9.
& 10. putantis, neceſſarium fuiſſe in *dicta Re-*
gul. 8. verbum *Collatricum*, ad hoc, ut etiam
Beneficia à fœminis conferri ſolita in *dicta Re-*
gula includerentur, deducto exemplo à *Statut.*
Urb. lib. 1. *cap.* 158. debitum præſcribente, ſeu
illius ſolutionem præſumente, ſi poſt lapſum
ſexdecim annorum creditor illud non exegerit;
16 quod quidem *Statutum* ex *Bov. de præſcript. Sta-*
tutar. Urb. gloſſ. 3. *num.* 34. non intret in mulie-
ribus creditricibus; quod tamen mihi videtur
valdè diſſonum, dum nomen *creditoris*, quo
utitur *Statutum Urbis*, eſt valdè genericum,
17 compræhendens quoque mulieres, ex regula,
quòd maſculinum concipiat fœmininum ſaltem
per extenſionem, *Baez. de non melior. filiab.*
cap. 11. *num.* 17. *ego in altero Tract. de Quindenn.*
cap. 5. *nu.* 9. eodem fermè pacto, quo idem *Sta-*
tut. Urb. lib. 1. *cap.* 152. prohibens contractum
cum filiofamilias non procedere in filiafamilias
18 tenentem *Fenzon. ibid. num.* 7. *cum ſeqq.* ſimilè-
que *Statut. Mediolan. lib.* 1. *cap.* 416. non proce-
dere in filiafamilias tenentem *Carpan. ibid. n.* 1.
non approbo; præterquamquòd idem *Gonzalez*
19 *ibid. num.* 10. *propè fin. verſiculo quod ſi verum*
eſſet, dubitare videtur de tali opinione: immò,
20 ſi prælaudatum *Statutum Urbis lib.* 1. *cap.* 152.
prohibet contractum filiifamilias ad obvian-
dum fraudibus, quas in ejuſmodi contractu
præſumit, ut in verbis ibi: *quovis juramento,*
quod dolo, & metu extortum eſſe cenſeatur &c.
eadem, ac major militat ratio, juxta mentem
21 Statuti, in filiafamilias, quæ magis eſt obnoxia
captionibus ratione ſexus, quàm filiusfamilias;
indè eſt, quòd ad obviandum fraudibus, qui-
bus ſubjacent mulieres ob nativam, ac inſitam
22 earum fragilitatem, idem *Statut. Urbis lib.* 1.
cap. 151. requirit ſolemnitates in contractibus
mulierum ibi: *volentes etiam fraudibus obviare,*
nè mulieres ex earum ſimplicitate &c. defrauden-
tur &c. & juramentum aliàs præſtitum, cenſea-
tur dolo, & metu extortum &c. vel, ut legit *Pic.*
ibid. gloſſ. 3. *num.* 1. *fragilitate*, vel, ut potiùs
dicendum fuiſſe exiſtimat *Fenzon ibid. num.* 25.
23 propter ſexus imbecillitatem. lex autem, ſivè
Statutum extendendum venit ex identitate, for-
tiùſque ex majoritate rationis, *Barboſa axiom.*
197. *num.* 3. *&* 7. undè legis, ſeu Statuti mens 24
potiùs eſt attendenda, quàm verba, quibus
præponderare debet ratio ſtatuentium, *Barboſa*
axiom. 136. *nu.* 17. *&* 19. *& axiom.* 197. *nu.* 8.
cum ſeqq. cui quidem noſtræ ſententiæ mirum in
modum favet capitalis *textus in l. ſed & pater-*
familias 40. *ff. ad Senatuſconſult. Macedonian.* ibi:
hoc Senatuſconſultum ad filias quoque familias
pertinet.

Omiſſo, quòd in Jure appellatione filiorum 25
veniunt etiam fœminæ, *l. cognoſcere* 56. §. *Libe-*
rorum appellatione 1. *l. filii appellatione* 84. *l. juſta*
interpretatione 201. *ff. de verb. ſignif. Barboſa de*
filiisfamil. quæſtion. 3. *num.* 8. cùm filius ſit no- 26
men appellativum naturæ, & ſecundùm natu-
ram veniant ſub illius nomine tàm maſculi,
quàm fœminæ, *Cancer. var. reſol. par.* 2. *cap.* 1.
nu. 149. *&* 150. ubi ità judicatum refert, *Thor.*
vot. dec. 97. *num.* 11. *&* 12. *tom.* 1. nec debent 27
fœminæ in Statutis ad imparia judicari, ubi
inter maſculos, & fœminas à Jure non reperitur
aliquid diverſimodè determinatum, *de Franch.*
dec. Neapolitan. 259. *n.* 8. *tom.* 1.

Indè videmus, quòd ex eodē *Statut. Urb. lib.* 1. 28
cap. 151. minores, ac mulieres etiam majores
hoc modo, ultrà alias ſolemnitates, debent
quoque adhibere conſenſum paternum, atta-
men per idem *Statut. dict. cap.* 152. non ſunt
ſublatæ ſolemnitates requiſitæ à *dict. cap.* 151.
ut notat *Conſtantin. ad Statut. Urb. tom.* 2. *an-*
not. 45. *art.* 1. *num.* 40. *ubi num.* 37. *cum ſeqq. &*
dict. num. 40. mordicùs tuetur, & teſtatur de
veriori, ac rationabiliori, quòd in enunciato
Statuto appellatione filiifamilias veniat filiafa-
milias, *ubi num.* 39. rejicit contrarium ſentien- 29
tes, nimirùm *Galganet. ibid. num.* 50. *verſiculo*
ſeptimò non procedit, *fol.* 265. *col.* 2. *Borgnin. Ca-*
valcan. dec. 31. *n.* 37. *par.* 1.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, fœminis conferri ſolitis, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Foeminæ ſunt incapaces Beneficiorum.*
2 *Ex Indulto Apoſtolico benè illa obtinere poſſunt.*
3 *Ex Beneficiis, foeminis conferri ſolitis, debentur quindennia.*
4 *Bullæ quindenniorum complectuntur Beneficia cujuſcumque generis, nullo penitùs excepto.*
5 *Ejuſmodi Beneficia ſunt verè Beneficia Eccleſiaſtica, & laudatur* Emus Petra.
6 *Ad hoc, ut talia Beneficia ſubjiciantur quindenniis, ſatis eſt, quòd in reliquis habeantur pro veris, ac propriis Beneficiis.*

CAPITULUM LXXXVII.

INſpecto, quòd ex Beneficiis à fœminis conferri ſolitis, debeantur quindennia, benè ſequitur inſpiciendum, quòd vice verſa illa etiam de-

beantur ex Beneficiis fœminis conferri ſolitis; profectò autem paradoxica non eſt præſens in-
1 ſpectio, quantumvis enim de Jure fœminæ ſint incapaces Beneficiorum, cùm ad illa requiratur Clericatus, cujus eædem ſunt incapaces, *Ton-*
2 *dut. de Penſion. cap. 71. num. 7.* attamen ex Indulto Apoſtolico benè illa obtinere poſſunt, *cap. dilecta de majorit. & obed. Clem. attendentes §. illas quoque mulieres, de ſtat. Monach. Corrad. in prax. beneficiar. lib. 1. cap. 5. num. 141. cum ſeqq. ego, plures referens, in altero Tract. de Quinden. cap. 125. nu. 5. cum ſeqq.* prout adſunt in Alemania, ſeu Germania, ac alibi Canoniſſæ ſæculares: quamobrem firmatur in præſenti,
3 quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, fœminis conferri ſolitis, manui mortuæ unitis, etiam
4 adhùc debeantur quindennia; quippè Bullæ quindenniorum complectuntur Beneficia cujuſcumque generis, nullo penitùs excepto, ut habetur in *Bulla 6. Pauli II. §. 3. 4. 5. & 6. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ibi „ Auctoritate Apoſtolica &c. ſtatuimus &c. & declaramus, „ quòd omnia, & ſingula Monaſteria &c. Communia, & Minuta Servitia, atque alia Jura „ &c. tàm ipſis Cameræ, & Collegio, quàm „ Officialibus præfatis &c. Et Beneficia &c. „ unita &c. ſingulis XV. annis &c. ſolvere teneantur &c. Et quòd de omnibus Monaſteriis &c. & Beneficiis &c. unitis &c. Communia, Minuta, & alia Jura, ſeu Annatas &c. „ ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis „ XV. &c. Alioqui, ſi à ſolutione &c. ceſſare „ præſumpſerint &c. cujuſvis qualitatis, aut „ generis Beneficia &c. poſſint &c. impetrari „ &c. „ *Bulla 20. Julii III. §. 6. eod. tom. 1.* ibi „ inviolabiliter obſervari &c. quoad omnia, & ſingula Monaſteria, & Beneficia &c. „ *Bulla 17. Pauli IV. §. 8. & 11. eod. tom. 1.* ibi „ omnes, & ſingulas Uniones &c. de „ quibuſvis Monaſteriis &c. & Beneficiis &c. „ ſub literis Pauli &c. comprehendi &c. volumus &c. quòd &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c. & alia Beneficia &c. notificaſſe, „ & intimaſſe debeant &c. „ *Bulla 38. S. Pii V. §. 2. 3. & 6. tom. 2.* ibi „ cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica, quocumque titulo nuncupata &c. ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi comprehendantur &c. „ Motu ſimili &c. omnia, & ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque Beneficia &c. unita &c. ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi comprehendi, & includi „ &c. Mandantes &c. ut &c. ad indicandum &c. „ omnia, & ſingula Monaſteria &c. & alia „ quæcumque Beneficia &c. moneat, & requirat &c. „ *Bulla 33. Sixti V. §. 2. & 4. eod. tom. 2.* ibi „ Statuimus &c. & declaramus, „ quòd Uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò comprehendantur „ &c. Mandantes &c. ut &c. ad indicandum &c. „ omnia, & ſingula Monaſteria &c. & alia quæcumque Beneficia &c. moneant, & requirant „ &c. „ *Bulla 18. Urbani VIII. in principio, & §. 2. tom. 5.* ibi „ & alia quæcumque Beneficia &c. unita &c. „ *& Bulla 50. Clementis X. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9 & 10. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III. V. VII. VIII. & XI.

Nec obſtat, quòd ejuſmodi Beneficia, ſeu 5
Canonicatus non ſunt verè Beneficia Eccleſiaſtica, nec veniunt appellatione Beneficiorum, & nullatenùs participent de ſpiritualitate, immò tanquàm res temporales permutari poſſunt citrà licentiam auctorizabilem Superioris Eccleſiaſtici, & plures Canonicatus, ſeu Præbendas uti merè temporales, ſeu ſæculares una Canoniſſa retinere abſque diſpenſatione Apoſtolica, illarùmque fructus tanquàm commoditas tantùm conſideratur, quæ ex ipſis Præbendis percipitur, *Barboſa de Canonic. et Dignitat. cap. 1. num. 51. in fin. verſiculo quæ quidem Canoniſſæ, Tondut. reſol. Canonic. et benefic. par. 1. cap. 3. §. 9. num. 47 Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 19. num. 15. in fin. verſiculo Præbendæ tamen talium Canonicatuum, Corrad. in prax. beneficiar. lib. 1. cap. 5. nu. 143. in med. verſiculo quarum quidem Canoniſſarum, Lambertin. de Jurepatronat. par. 1. lib. 2. cap. 5. n. 16. Eminentiſſimus D. Card. Petra in ſuis aureis Commentar. ad Conſtitution. Apoſtolic. tom. 3. in Conſtitution. 14. Innocentii IV. ſection. unic. nu. 25. ego in altero Tract. de Quindenn. cap. 125. n. 14. Adden. ad Buratt. dec. 827. num. 9. et dec. 840. num. 15. Rota coram Verall. aliàs Caputaqu. dec. 336. per tot. par. 2.*

Etenim ad hoc, ut Beneficia ejuſmodi ſubji- 6
ciantur quindenniis, ſatis eſt, quòd in reliquis habeantur pro veris, ac propriis Beneficiis, veluti ad aliud propoſitum reſpondet *Corrad. loc. mox relat. num. 146* ibi: *in omnibus tamen talia Beneficia iſtarum Canonicarum, ſeu Canoniſſarum, tractantur, ut alia Beneficia Eccleſiaſtica &c.* ego ad aliud propoſitum, participandi nempè de quindenniis Emphyteuticis, *in altero meo Tractatu de Quindenniis, ſæpè laudato cap. 125. num. 16.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, quantumvis litigioſis, dummodò per manum mortuam illa poſteà poſſideantur, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Quandoque uniri ſolent Beneficia litigioſa.*
2 *Ex Beneficiis unitis, quantumvis litigioſis, etiam adhùc debentur quindennia, dummodò per manum mortuam illa poſteà poſſideantur.*
3 *Manui mortuæ debentur fructus à die Unionis.*
4 *Quindennia debentur, etiamſi manus mortua ad illa ſolvenda ſe non obligaverit.*
5 *Proviſus, in caſu intruſionis ſe obligat ad Annatam, ſi Beneficii poſſeſſionem cœperit.*

CAPITULUM LXXXVIII.

CUm quandoque uniri ſoleant manui mor- 1
tuæ etiam Beneficia litigioſa, & litigium durare intrà, vel ultra lapſum primi quindennii, ſeu XV. annorum, facilè oriri poteſt adinſtar hydræ aliud litigium inter ipſam manum mortuam, & Annatiſtas ſuper prætenſione primi

mi quindennii, non obſtante lite, quam intrà, vel ultrà dictum tempus paſſa fuerit eadem manus mortua, antequàm poſſideret Beneficia ſibi unita, ſicque antequàm fructus Beneficiorum unitorum perciperet: proindè in præſenti
2 reſolvimus, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, quantumvis litigioſis, dummodò per manum mortuam illa poſteà poſſideantur etiam adhùc debentur quindennia; quippè, licet manus mortua, durante litigio ſuper Beneficiis ſibi unitis, nullos perceperit fructus, proindèque ad primum quindennium, vel dimidium non teneri videretur, ſi lis per XV. annos duraverit, vel per ſeptennium cum dimidio, attamen, cùm ma-
3 nui mortuæ debeantur à die Unionis integri fructus per Adverſarium, ſeu intruſum, uſque ad diem poſſeſſionis, æquum eſt, ut etiam illud primum quindennium integrum, ſeu dimidiatum, vel pro tempore, quo lis duraverit, ſolvat, veluti apertè colligitur ex *Conſtitutione* 20. *Julii III.* §.6. *poſt med. Bullar. nov. Rom.tom.*1. ibi „ quoad omnia, & ſingula Monaſteria, & „ Beneficia Eccleſiaſtica &c. quæ &c. poſſi- „ dent, etiamſi &c. aut dummodò &c. poſſi- „ deantur &c. litigioſa exiſtant &c. „ *Conſtitutione* 17. *Pauli IV.* §.11. *eod. tom.*1. ibi „ omnia, & ſingula Monaſteria&c.& alia Beneficia „ Eccleſiaſtica, quæ poſſident &c. notificaſſe, „ & intimaſſe debeant &c. „ *Conſtitutione* 38. *S. Pii V.* §. 4. *et* 6. *tom.* 2. ibi „ dummodò „ Monaſteria, & Beneficia ipſa poſſideant, ad „ ſolutionem Communium, Annatarum, & „ aliorum jurium prædictorum eidem Came- „ ræ &c. faciendam teneri &c. Mandantes &c. „ ut ad indicandum &c. omnia, & ſingula „ Monaſteria &c. & alia quæcumquæ Beneficia „ Eccleſiaſtica, quæ &c. poſſideant &c. mo- „ neat, & requirat &c. „ *Conſtitutione* 33. *Sixti V.* §. 2. *et* 4. *eod. tom.* 2. *Conſtitutione* 18. *Urbani VIII in principio*, *juncto* §. 2. *tom.* 5. *et Conſtitutione* 50. *Clementis X.* §. 3. 4. 5. *&* 9. *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la* III. V. VI. VII. VIII. *&* XI.

Tantæ namque vis, ac efficaciæ eſt poſſeſſio Beneficiorum unitorum ad effectum ſolvendi quindennia etiam pro tempore præterito, quo illa non poſſidebantur per manum mortuam, tamquàm adhùc retenta per intruſos, ut etiam
4 in caſu, quo manus mortua ſe non obligaverit in Camera, ſeu Cancellaria Apoſtolica ad ſolvendum quindennia, adhùc pro præteritis, & decurſis quindenniis à die effectuatæ Unionis tenetur, ac ſi à principio ſe obligaſſet, dum à principio effectuatæ Unionis incipit fructus percipere, ut habetur in *Conſtitutione* 17. *Pauli IV.* §.8. *Bullar. nov. Rom.tom.*1. *Conſtitut.*38. *S.Pii V.* §. 4. *tom.* 2. *Conſtitutione* 33. *Sixti V.* §. 4. *eod. tom.*2. *Conſtitutione* 18. *Urbani VIII.* §. 3. *tom.*5. *et Conſtitutione* 50. *Clementis X.* §. 7. 9. *et* 11. *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la* V. VI. VII. VIII. *&* XI.

Hinc videmus in ſimili, quòd, quantumvis proviſus de Beneficio litigioſo ſub narrativa intruſionis, excedente XXIV. Ducatos auri de Camera, non teneatur pro tunc ſolvere Annatam in ipſo actu Proviſionis, cùm tamen poſſit dari caſus, quòd Beneficium amittat, ſi Judici videbitur, intruſum bonum jus fovere, ideò 5
impetrans, ſeu Proviſus pro aſſecuratione, & indemnitate Annatiſtarum ſe obligat in manibus Notarii Cameræ, prævia idonea fidejuſſione, ſe ſoluturum fore Annatam ſtatim adepta pacifica poſſeſſione Beneficii, probata priùs dicta intruſione per duos teſtes coram eodem Notario inductos, qui, his peractis, tradere ſolet impetranti mandatum de expediendo ſub intruſione, directum Annatiſtis, exhibendùmque Generali Annatarum Subcollectori, qui notat in Bulla *obligavit ſe*, quem deindè ſequuntur reliqui Officiales Annatarum, *Ameyden. de ſtyl Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *de annat. num.*39. *cum ſeqq. Maſſ. Galleſ. de annat. nu.*30. *propè fin.* § *Differtur autem ſolutio*, *Card.de Luca de Benefic. diſcur.*130. *per tot. in ſupplement. Rota coram Gregor. XV. dec.*44. *n.* 6. *ubi Adden. n.*7.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis loco annuæ Penſionis, ſeu præſtationis certorum emolumentorum alicujus Officii non Beneficii Eccleſiaſtici, per prius eidem manui mortuæ ſolvi annuatim conſuetorum, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Præſens articulus ſingularis.*
2 *Ex Beneficiis unitis loco annuæ præſtationis alicujus Officii manui mortuæ præſtari conſuetæ, adhùc debentur quindennia, et ſententia in caſu individuali omninò attendenda eſt.*
3 *Vocabulum* aſſignamentum, *parùm Latinum.*
4 *Refelluntur* Vermigliol. conſil.476. nu.7. & 8. & conſil.477. n.12. & Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.139. n.6. in ſupplem.
5 *Res ſubrogata, dicitur de natura ejus, in cujus locum eſt ſubrogata.*
6 *Annatiſtæ habent intentionem fundatam in Bullis quindenniorum.*
7 *Subrogatum non aſſumit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur, quando inter unum, et alterum militat diverſa ratio.*
8 *Non intrat regula ſubrogatorum, quando ſubrogatio facta fuit ab homine.*
9 *Quod favore conceditur, non retorquetur in odium conceſſionarii.*
10 *Ex facto Principis nemini inferendum eſt præjudicium.*
11 *Recenſetur abſurdum oriturum.*
12 *Quiſquis renunciare poteſt favori ſuo.*
13 *Utens jure ſuo, nullam injuriam facit.*
14 *Titulus lucrativus mutari nequit in titulum oneroſum.*
15 *Hoc procedit inter privatos.*
16 *Papa non poteſt dici, cur ità facit.*
17 *Manus mortua non relinquit cauſam lucrativam, et aſſumit abſque neceſſitate cauſam oneroſam.*
18 *Papa, uti Dominus abſolutus, poteſt mutare titulum lucrativum in oneroſum.*

19 *Res*

19 *Res tranſit cum ſuo onere .*
20 *Onus quindenniorum eſt reale , & perſonale , tàm attenta natura Vnionis* Beneficii *, quàm attenta natura perſonæ , cui illud unitur , nempè manus mortuæ .*
21 *Si detur in ſolutum res , cenſui , canoni , vel alteri ſervituti , ſivè oneri obnoxia , tale onus , aut ſervitus tranſit in recipientem .*
22 *Vt ſubrogatum ſapiat naturam ejus , in cujus locum ſubrogatur , habere debet eaſdem qualitates ejus , in cujus locum ſubrogatur .*
23 *Semper cenſetur facta Vnio* Beneficii *, ſalvo jure Annatiſtarum , niſi aliter uniens diſponat .*
24 *Vniens benè poteſt ſibi præjudicare , renunciando quindenniis .*
25 *Si tamen ageretur de præjudicio ſolius unientis .*
26 *In ſubrogatum tranſeunt omnes qualitates ejus , cui fit ſubrogatio .*
27 *Manus mortua, mediante Vnione* Beneficii *, videtur quaſi contrahere cum Papa .*
28 *Subrogatum debet concordare cum eo , in cujus locum ſubrogatur .*
29 *Pontifices non curant de minimis .*
30 *Princeps non debet eſſe liberalis cum præjudicio tertii .*

CAPITULUM LXXXIX.

SOlent quandoque Pontifices indigentiori-
bus potiſſimùm Piis Locis, ac , ut pluri-
mùm Collegiis in Alumnorum ſubſtentationem
ſubvenire ex aliqua maſſa emolumentorum à
Camera , ſivè Dataria Apoſtolica ratione Offi-
cii Datariatus retrahendorum , quandoque
etiam ſolent iidem Pontifices ad ſe eximendum
ab hujuſmodi emolumentorum præſtatione ,
eorum loco unire iiſdem Piis Locis Beneficia ,
cum expreſſa tamen declaratione , quòd Benefi-
cia illis uniunt , ut Sedes Apoſtolica in poſte-
rum memoratæ præſtationis onere ſublevetur ,
ſubrogando Beneficia in locum emolumento-
rum ; indè facilè diſſidium oriri poteſt inter
Loca Pia præfata , & Annatiſtas ſuper contro-
verſa ſolutione quindenniorum ex Beneficiis
unitis , ac ſubrogatis in locum prædictorum
1 emolumentorum : ideò proponitur præſens ar-
ticulus ſingularis , facilè contingibilis , valdè-
que neceſſarius , & firmatur in præſenti , quòd
2 ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducato-
rum auri de Camera excedentibus , manui mor-
tuæ unitis loco annuæ Penſionis , ſeu præſtatio-
nis certorum emolumentorum alicujus Officii
non Beneficii Eccleſiaſtici per prius eidem ma-
nui mortuæ ſolvi annuatim conſuetorum , etiam
adhuc debentur qundennia , ut in puncto Unio-
nis Beneficiorum factæ Collegio Germanico , &
Vngarico S. Apollinaris de Vrbe , in locum aſ-
ſignationis emolumentorum Sacri Collegii Car-
dinalium judicavit plena Camera de menſe Fe-
bruarii anni 1695. Ponente Corſino Decano ;
adeòque ſententia lata à Supremo Tribunali in
caſu individuali attendenda omninò veniat pro
deciſione ſimilis controverſiæ , ad *textum in l.
fin. C. de legib. l. filius emancipatus ff. ad leg. Cor-
nel. de falſ. Card. de Luca de Judic. diſcurſ.* 35.
nu. 68. *& in Relat. Cur. diſcur.* 32. *n.* 83. *&* 86.
Rota coram Royas deciſ. 279. *num.* 10. *deciſ.* 316.
num. 12. *&* 13. *par.* 9. *recentior. tom.* 2. *dec.* 266.
num. 4. *par.* 15. *dec.* 251. *nu* 33. *&* 34. *par.* 16. *&
in Novarien. Aggregationis* §. *Quibus ità poſi-
tis* , 20. *Julii* 1681. *&* 12. *Junii* 1682. §. *Subſi-
ſtente , coram Vrſino Decano , & in Ariminen.
Caſtrorum* 5. *Maii* 1702. §. *Primum fundamen-
tum , coram Caffarello Vrbis Gubernatore .*

Nec obſtat , quòd ſicuti pro annuis præſta-
tionibus, ſeu aſſignamentis hujuſmodi , vel (ut 3
politiùs , minùſque vulgariter contrà vulgum
loquar) aſſignationibus ex dictis emolumentis
Datariæ , & Cancellariæ Apoſtolicæ tradi ſoli-
tis nulla tunc ſolvebantur quindennia , eodem
fermè modo nulla poſteà ſolvenda ſunt quin-
dennia ex Beneficiis unitis loco emolumento-
rum ob naturam ſubrogatorum , in terminis (ut
ajunt) terminantibus *Vermigliol. conſil.* 476. 4
num. 7. *verſiculo tertiò , quia , & num.* 8. ibi ,,
,, Tertiò , quia idem S. M. Gregorius XIII. in
,, dicta erectione hujus Collegii , cùm pro illius
,, ſubſtentatione ſtatuerit illi tribuere annuum
,, redditum annuorum decem millium aureo-
,, rum , inter alios redditus in hac erectione at-
,, tributos , expreſsè compræhendit annuam
,, Penſionem mille , & ducentorum aureorum
,, ex diſtributionibus pilei appellatis totius
,, Collegii S. R. E. Cardinalium ſingulis men-
,, ſibus pro rata percipiendam , reliqua autem
,, ſex millia , & octigenta aurea , quæ confi-
,, ciendæ ſummæ decem millium aureorum de-
,, ficiebant , ex Fiſci , & Cameræ Apoſtolicæ
,, pecuniis quotannis numerari voluit , diſtri-
,, buta in menſes ſingulos pro rata ſolutione ,
,, quoad de totidem reddituum ſumma ipſi
,, Collegio eſſet proviſum ; hinc namque liquet ,
,, quòd , ſicuti in hiſce redditibus percipiendis
,, à Camera , & Collegio Cardinalium non
,, poſſunt intelligi eiſdem præſervata quinden-
,, nia , ex quò redditus aſſignati non remanſiſ-
,, ſent integri Collegio Germanico , ſed dimi-
,, nuti ; ità eadem integritas conſervanda eſt in
,, àliis redditibus ex cauſa Vnionis dictæ Abba-
,, tiæ ſubrogatis &c. ,, *& conſil.* 477. *n.* 12. ibi ,,
,, Demùm habet quoque ſubſiſtentiam aliud
,, fundamentum applicationis Collegio emolu-
,, mentorum tàm ad Cardinales , quàm ipſam
,, Cameram Apoſtolicam ſpectantium &c. ,,
Card. de Luca de Benefic. diſcur. 139. *num* 6. *in
ſupplem.* ibi ,, quoniam &c. iſta Vnio non
,, provenit ex gratia , & liberalitate , ad magis
,, ditandum , ſed potiùs ex cauſa merè onero-
,, ſa , & correſpectiva , loco ſcilicet annui red-
,, ditus præſtandi ex emolumentis Datariæ ,
,, & Cancellariæ , ut ab hoc onere ipſa Sedes
,, Apoſtolica liberaretur &c. ac etiam , quia ,
,, ſicuti pro hujuſmodi aſſignamentis ex dictis
,, emolumentis Datariæ , & Cancellariæ quin-
,, dennia non deberentur , ità pariter ex hujuſ-
,, modi Vnionibus &c. ,, cùm res ſubrogata
non dicatur nova in totum , ſed de natura ejus , 5
in cujus locum eſt ſubrogata , ſicque libera à
quindenniis , prout anteà libera erat annua præ-
ſtatio , in cujus locum ſucceſſit Vnio , *Valen-
zuela Velazquez conſil.* 33. *n.* 57. *cum ſeqq. vol.* 1.
ideò namque ex hujuſmodi Penſione reſervata
ſuper certis emolumentis Officii Datariatus ,
aut ſimilis non debetur quindennium , in quan-
tum Annatiſtæ ſuper talibus emolumentis nul-
lam prætendere poſſent Annatam eò , quòd ta-
lia emolumenta , ac conſequutivè tales Penſio-
nes

nes ſuper illis impoſitæ non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica , minúſque Penſiones Eccleſiaſticæ , nullùmque proindè ipſis Annatiſtis damnum reſultat ex Penſione hujuſmodi ſuper eiſdem emolumentis reſervata : è contrà verò ſuper Beneficiis Eccleſiaſticis , aut Penſionibus Eccleſiaſticis , ſuper quibus Annatiſtæ habent jus exigendi Annatas , conſervant aliud jus (ut ità dicam) exigendi quindennia ſuper Beneficiis
6 unitis in locum præfatorum emolumentorum , habentes eorum intentionem fundatam in Bullis quindenniorum indiſcriminatim Annatiſtis jus quindenniorum tribuentibus ratione Beneficiorum , aut reſervationis perpetuarum Penſionum .

7 Præterquamquòd ſubrogatum non aſſumit naturam ejus , in cujus locum ſubrogatur , quando inter unum , & alterum militat diverſa ratio , nec quando in ſubrogato deficit qualitas primi ob diverſam qualitatem , quæ unicè attendenda venit, *Valenzuel. Velazquez conſ. 63. num.178. conſ.190. nu.49. et 50. Becc.conſ.101. num. 59. & 60. Surd. conſ. 31. num. 41. & 42. Rocc. diſp. Jur. ſelect. cap. 76. num. 13. Sperell. dec.135. num. 96. & 97. lib.2. Monter. dec. Aragon.25. n.22. Rota coram Dunozet. Jun. dec.502. num. 5. tom. 2.* ac in his puris terminis contrà Collegium Maronitarum Montis Libani de Vrbe reſolvit plena Camera ſub die 26. Junii 1709. ad relationem EmiD.Cardinalis Bentivoli,tunc Cameralis, confirmando Judicatum bon. mem.
8 R. P. D. Molaræ tunc Judicis Annatarum .

Omiſſo, quòd non intrat regula ſubrogatorum ſaltem ad præſentem effectum privilegiorum, ac prætenſarum exemptionum, quando, ut in caſu, ſubrogatio facta fuit ab homine, nempè à Papa, *Riminald. Jun. conſ.18. num. 88. Valenzuel. Velazquez conſ.190. num. 52. Girond. de privileg. num. 213. Rota coram Bichio dec.386. n.36. tom.1.*

Minùs obſtat, quòd aliàs deterior inferretur conditio manui mortuæ (quod ferendum non eſt) ſi occaſione ſubrogatæ Vnionis Beneficiorum cogeretur ad ſolutionem quindenniorum, quando ad illa per prius non tenebatur ex emolumentis ſibi aſſignari conſuetis antè Vnionem,
9 quando è contrà quod favore conceditur, non retorquetur in odium conceſſionarii, *cap. quod ob gratiam 61. de regul. Jur. in 6. l. nulla Juris ratio 24. ff. de legib. l. quod favore 6. C. eod. Barboſa axiom.96. nu.1.* nec æquum videtur quòd, ut Sedes Apoſtolica in uno ſublevetur , & exoneretur , manus mortua in altero pergravetur,
10 & oneretur; imò ex facto Principis unientis non debet manus mortua gravari , eique præjudicium aliquod inferri, *Barboſa axiom. 93.*
11 *num. 21. & 22.* nè hac via ob alienum commodum , Annatiſtarum nempè , jacturam , & incommodum proprium ſentiat manus mortua in ſolutione quindenniorum , quæ antè Vnionem non ſolvebat , *Barboſa axiom. 108. nu. 2.* quidquid forſitan ſit , ſi ipſa manus mortua ſponte ſua inſtaret , ut ſibi unirentur Beneficia loco emolumentorum hujuſmodi, cùm eo caſu vide-
12 retur velle renunciare juri , & favori ſuo , cui quiſquis renunciare poteſt, ſicque ſe quindenniis ſubjici , *Barboſa axiom.96.n.2.et axiom.135. num. 13.* quia deterioratio conditionis eſt accidentaria , proveniens ex facto Principis , non
ex culpa Annatiſtarum , qui utentes jure ſuo 13
ſibi tributo à Bullis quindenniorum , nullam injuriam faciunt manui mortuæ , *Barboſa axiom. 135. n. 8.*

Longèque minùs relevat , quòd abſque cauſa
primævus titulus lucrativus , quo juvabatur 14
manus mortua aſſignataria præſtationum hujuſmodi, mutari nequit in titulum oneroſum , cùm onere nimirùm ſolvendi quindennia ,
quia hoc procederet inter privatos , non autem 15
quando Papa ità diſponere intendit , cui uti 16
Principi non poteſt dici , cur ità facit , *Marquez de Gubernat. lib.1. cap. 10. Solorzan. Politic. lib.5. cap.3. fol.879. verſic. lo mas , & ſeq.*

Ridiculum inſuper eſt objicere , quòd fatua
eſſet manus mortua , quæ vellet relinquere cau- 17
ſam lucrativam , & aſſumere abſque neceſſitate cauſam oneroſam , quod velle facere in evidens ſui præjudicium non præſumitur ; quia hæc mutatio non emanat à voluntate manus mortuæ ,
ſed à poteſtate Papæ , qui uti Dominus abſolu- 18
tus poteſt mutare titulum lucrativum in oneroſum .

Ad tollendam igitur omnem hæſitationem , fulcita remanet ſequentibus fundamentis præſens reſolutio .

I. Quia manus mortua obtinens ex quacumque cauſa , vel occaſione ſibi uniri Beneficia , optimè ſcit , ex Beneficiis ſibi unitis ſe teneri ad quindennia , abſque eo , quòd uniens hoc declaret , cùm Vnio ſit conditio , ſine qua non ,
reſque tranſeat cum ſuo onere , *Barboſa* 19
axiom.169. num.5. & axiom. 199. nu. 6. præſer-
tim quando , ut in caſu , onus quindenniorum 20
eſt reale , & perſonale , tàm attenta natura Vnionis Beneficii , quàm attenta natura perſonæ, cui unitur Beneficium , ipſius nempè manus mortuæ , tamquàm infixum rei , & perſonæ , Beneficio videlicet unito , & manui mortuæ , cui unitur , *Barboſa dict. axiom. 199. n. 5.*
cum ſeqq. undè eſt , quòd , ſi detur in ſolutum 21
res cenſui , canoni , vel alteri ſervituti , ſivè oneri obnoxia , onus hujuſmodi , ſivè ſervitus tranſit in recipientem , ità in caſu noſtro Beneficia unita quodammodò dantur in ſolutum , ad compenſandam nempè primævam annuam præſtationem tradi ſolitam eidem manui mortuæ , quæ hujuſmodi quaſi dationem in ſolutum recipiens , nulla facta proteſtatione , ſeu declaratione , quòd per Vnionem à ſe acceptatam non intelligatur velle ſubjacere quindenniis , videtur illa velle libenter ſolvere juxta naturam rei quaſi datæ in ſolutum , habentis onus , ſeu ſervitutem quindenniorum .

II. Quia ad hoc , ut ſubrogatum ſapiat natu- 22
ram ejus in cujus locum ſubrogatur , neceſſe eſt , quòd habeat etiam eaſdem qualitates , & conditiones ejus , in cujus locum ſubrogatur , *Barboſa axiom.213. n.2.*

Vnio autem ſubrogata , eſt penitùs diverſæ qualitatis ab annua præſtatione per prius tradi ſolita , Vnio namque facta manui mortuæ de ſui natura ſubjacet quindenniis , cùm fiat de certis emolumentis ex Cancellaria , & Dataria Apoſtolica , quæ non ſunt Beneficia .

III. Quia per Vnionem ex quacumque cauſa factam manui mortuæ , non præſumitur Princeps velle præjudicare juri tertii , ipſis nempè Annatiſtis habentibus ab eodem Principe cau-
ſam

ſam onerosam propter empta Officia propriis
23 pecuniis; proindéque ſemper cenſetur facta Vnio ſalvo jure Annatiſtarum, niſi aliter uniens diſponat, *Barboſa de Clauſul. clauſul.* 102. *num.* 13.

Eſt bené verùm, quòd videretur, poſſe reſponderi ad I. fundamentum, quòd in vera datione in ſolutum agitur de præjudicio tertii habentis aliquod onus, ſeu ſervitutem ſuper re data in ſolutum, cui dans in ſolutum ex facto proprio non poteſt præjudicare, ſed hic agitur
24 de præjudicio ipſius unientis, qui bené poteſt ſibi præjudicare, renunciando quindenniis ſui favore inductis ad effectum ſe liberandi ab annua præſtatione per prius ſolvi ſolita, *Barboſa axiom.* 96. *num.* 2. *& axiom.* 135. *num.* 13. quia
25 hujuſmodi argumentum forſitan ſtringeret, ſi in non exactione quindennii ageretur de præjudicio tantùm unientis, qualis eſt Papa, ſed agitur de præjudicio Sacri Collegii Cardinalium, & Annatiſtarum, quibus debentur quindennia juxta Bullas quindenniorum.

Non urget reſponſio ad II. fundamentum, quòd per accidens in hoc caſu ſubrogatum, non eſt eiuſdem conditionis cum eo, in cuius locum ſubrogatur, ſed ad noſtrum intentum ſatis eſt, quòd fiat ſubrogatio in locum rei, quæ quindenniis obnoxia non erat, né aliàs plus contineatur in ſubrogato, quàm quod per prius continebatur in eo, in cuius locum fit
26 ſubrogatio; imò in ſubrogatum tranſeunt omnes qualitates ejus, cui fit ſubrogatio, *Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt.* 5. *artic.* 1. *num.* 3. *&* 4. *Cyriac. controverſ.* 378. *num.* 68. undè, ſi annua præſtatio, in cuius locum ſubrogata fuit Vnio, non erat obnoxia quindennio, nec Vnio vigore ſubrogationis illi obnoxia eſſe debet: quia reſponſio quadraret, ſi ſubrogatum, eſſet eiuſdem indolis cum eo, in cuius locum ſubrogatur, ſicque ſi in locum unius annuæ præſtationis ſubrogaretur alia annua præſtatio.

In nihilum relevante, quòd, ut præſervetur jus tertii, ſemper quidem Princeps præſumitur velle ſalvum jus Annatiſtarum; diverſimodè autem res ſe habet, quando Vnio fit in locum annuæ præſtationis, quæ, ſi facta non eſſet, nunquam locus eſſet ſolutioni quindenniorum: eodem modo, etiamſi facta ſit, nec locus eſſe debet quindenniis, ſed manus mortua continuare in libertate non ſolvendi quindennia etiam poſt Vnionem, ac ſi Vnio ſequuta non eſſet; quia
27 ſibi imputet manus mortua, ſi acceptavit Vnionem, qua mediante, videtur quaſi contraxiſſe cum Principe uniente, & Annatiſtis de ſolvendo quindennia ratione Vnionis.

Meliùs denique procedet noſtra principalis reſolutio, ſi videlicet annuus valor Beneficiorum unitorum excedat in valdé notabili quantitate priſtinam annuam præſtationem; tunc enim, attento illo exceſſu conſiderabili, fortiùs eſſet locus quindennio, cùm pro parte exceſſiva cadere nequeat ſubrogatio ob aliquam diſſimilitudinem ſubrogati cum eo, in cuius locum
28 ſubrogatur, quando, ut intret regula ſubrogatorum, debet ſubrogatum in omnibus, ac per omnia concordare cum eo, in cuius locum ſubrogatur: undé cenſerentur eo caſu Beneficia unita cum ſuo nativo onere quindenniorum quoad exceſſum, tamquàm quid extrà præcedentem præſtationem, exemplificari autem poteſt caſus in præſtatione annuorum ſcutorum mille, & centum, ſeu quinquaginta, non enim eſt exceſſus minimus, de quo non curandum, 29
ut in ſimili de Decimis *Valenzuela Velazquez conſil.* 33. *num.* 162. *&* 163. *& num.* 169. *vol.* 1. nec adeò tamen facile erit ſemper invenire Beneficia unienda cum eodem annuo redditu correſpondente præcedenti annuæ præſtationi, ſed ſemper erunt vel maioris, vel minoris redditus, ut de per ſe patet ad ſenſum.

Nec relevat, quòd Princeps videretur in exceſſu ſe gerere liberalem ergà Pia Loca, præſertim indigentiora, præcipuéque habentia Alumnos literis operam nauantes, proindéque quindenniorum commodo renunciare; quia 30
Princeps in hac parte non debet eſſe liberalis cum præjudicio tertii, ſicque in re aliena, non totaliter ſua, ſed etiam ipſorum Annatiſtarum.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Sacroſanctæ Patriarchali Baſilicæ Vaticanæ S. Petri de Urbe, ſeu illius Capitulo unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem dictæ Baſilicæ, ſeu illius Capituli reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia S. Petri in Vaticano de Vrbe habet corpus ejuſdem Sancti.*
2 *Eadem habet annexum Palatium Pontificium.*
3 *Dictum Palatium incoli ſolitum à S. M. Clemente Papa XI.*
4 *Laudatur idem Pontifex.*
5 *Ex Beneficiis unitis Baſilicæ Vaticanæ S. Petri de Vrbe debentur quindennia.*
6 *Etiam Baſilica Patriarchalis S. Jo annis Lateranen. de Vrbe tenetur ad quindennia.*
7 *Dicta Baſilica eſt Parochialis, & Epiſcopalis.*
8 *Secundùm aliquos Baſilica Vaticana eſt in Diœceſi Portuen.*
9 *Hodiè ſuum habet Archipresbyterum.*
10 *Modernus Archipresbyter eſt Eminentiſſimus D. Cardinalis Annibal Albanus, qui commendatur.*
11 *Iterùm commendatur.*
12 *Plus eſt habere capita SS. Petri, & Pauli, quæ habet Eccleſia Lateranen.*
13 *Caput eſt nobilior pars humani corporis.*
14 *In* Regula 7. hodie 8. Cancellar. *Baſilica Vaticana, tàm in rubro, quàm in nigro dictæ* Regulæ *antiquitùs primo loco denominatur.*
15 *A' denominatione res eſt nobilior.*
16 *De tempore Innocentii III. auctoris ſupradictæ* Regulæ Cancellariæ *nondùm diffinitum erat, quòd Eccleſia Lateranenſis eſſet Primatialis.*
17 *Poſteà idem diffinitum fuit per* Gregorium XI. Conſtitutione 1. Bullar. nov. Rom. tom. 1. & per S. Pium V. Conſtitutione 94. eod. Bullar. tom. 2.

18 *In renovatione* Regularum Cancellariæ *ſemper tàm in rubro, quàm in nigro* dictæ Regulæ 7. hodie 8. *denominatur primo loco Eccleſia Lateranenſis.*
19 *Laudatur S. M. Clemens XI.*
20 Urbanus VIII. Conſtitutione 48. aliàs 158. in Appendice Bullar. nov. Rom. tom. 4. & Alexander VII. Conſtitutione 31. in principio, eod. Bullar. tom. 5. *nominant Vaticanam Baſilicam ſecundo loco poſt Lateranenſem.*

CAPITULUM XC.

CU'm Baſilica Vaticana, præterquamquòd Patriarchalis Eccleſia ſit, inter alias præ-
1 rogativas, potiatur iſta habendi ſacras exuvias S. Petri Principis Apoſtolorum, & I. Pontifi-
2 cis, habeàtque annexum inſigne Palatium Pontificium, anteactis temporibus præter ſolitum,
3 incoli ſolitum à S. M. Clemente PP. XI. pien-
4 tiſſimo Principe, multæque eruditionis inſtructiſſimo, inque memorata Baſilica ex conſuetudine, non electa ſepultura, tumulentur Pontifices, videretur exindè prima facie à quindenniis exempta eadem Baſilica, attentis tot, tantiſque prærogativis, ac honoribus, quibus mirum in modum condecorata refulget; attamen firmatur in præſenti, quòd ex Beneficiis
5 annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus Sacroſanctæ Patriarchali Baſilicæ Vaticanæ S. Petri de Urbe, ſeu illius Capitulo unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem dictæ Baſilicæ, ſeu illius Capituli reſervatis, etiam adhùc debentur qnindennia, etenim, etiamſi non ſit principalior Eccleſia, ut illa Lateranen. S. Joannis de Urbe, quæ, quantumvis ſit Primatialis, & Cathedralis Pontificia, omnium Eccleſiarum Urbis, & Orbis mater, privativè etiam quoad iſtam Vaticanam, nihi-
6 lominùs illa quoque tenetur ad quindennia de Beneficiis eidem unitis, deque perpetuis Penſionibus ad eiuſdem favorem reſervatis, ex per nos *Cap. ſeq.* deductis, nè aliàs creſceret præiudicium Cameræ Apoſtolicæ, ac Annatiſtarum, ſi etiam Eccleſia Vaticana intelligeretur immunis, & exempta à quindenniis, quando iſta non eſt Cathedralis Pontificis, nec Parochia-
7 lis, ut illa Lateranen., quæ non ſolùm Parochialis eſt, ſed & Epiſcopalis, immò iſta Vaticana ſuddita eſt Epiſcopo Portuen., aliàs Sylvæ Candidæ, *Cobell. notit. Cardinal. cap.* 58. *in principio, & cap.* 59. *in fine, Card. Brancat. de option. ſex Epiſcop. circà fin. verſiculo comperimus*, *cum*
8 *ſeqq. pag. mih.* 114. *& ſeqq.* adeò, ut aliqui putaverint, quòd Vaticana ſit in Diœceſi Portuen., *Sott. ad Regul.* 7. *hodie* 8. *Cancellar. de reſervat. Benefic. Eccleſ. S. Joann. Lateran., & S. Petri &c. Piazza Hierarchia Cardinalitia grad.* 2. *tit. dell' Arciprete di S. Pietro in Vaticano, circà fin. verſiculo riferiſce il Torrigia*; eſt benè verum, quòd
9 hodie ſuum habet Archipresbyterum Cardina-
10 lem, ut omnibus patet, hodiernùſque Archipresbyter digniſſimè exiſtit Emus D. Cardinalis Annibal Albanus, S. M. Clementis XI. ex fratre Nepos, & S. R. E. Camerarius, ſummæ
11 expectationis vir, & Patrui virtutum æmulator. Omitto, quòd plus eſt habere capita SS. Apo-
12 ſtolorum Petri, & Pauli, tamquàm humani corporis partem nobiliorem, ac potiorem Se- 13
dem, quæ habet Eccleſia Lateranen. apud Aram Majorem, ut tradit *Cobell. notit. Cardinal. cap.* 58. *circà fin. verſiculo furtum memoratu dignum, in principio, & in fine*, quàm habere ſolummodò corpus S. Petri, ad *textum capitalem in l. cùm in diverſis* 44. *ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* ut ad a'iud propoſitum notat *Alphonſ. Sott. ad Regul.* 7. *hodie* 8. *Cancellar. de reſervat. Benefic. Eccleſ. S. Joann. Lateran. & S. Petri, ac S. Mariæ Major. de Urbe &c. nu.* 2. & nihilominùs ejuſmodi prærogativa nequaquam ſuffragante, eadem Baſilica Lateranen. ſolvere debet quindennia juxta per nos *Cap. ſeq.* cumulata.

Nec refragatur, quòd in *prælaudata Regula* 7. *hodie* 8. *Cancellar.* Baſilica Vaticana, tam in ru- 14
bro, quàm in nigro *dictæ Regulæ* antiquitùs primo loco denominetur, proindèque à denomina- 15
tione nobilior etiam Lateranenſi, quæ ibidem ſecundo loco denominabatur, ad *textum in cap. mandato* 10. *de Præbend. in* 6. *l. quotiès* 34. *ff. de uſufruct.* ac uti talis cenſenda videatur libera, ac immunis à quindenniis; quia, præterquam- 16
quòd de tempore Innocentii III. auctoris *præfatæ Regulæ Cancellariæ* nondùm diffinitum erat, quòd Eccleſia (ut ità dicam) Primatialis eſſet Lateranenſis, etiam ſuprà Vaticanam, prout poſteà diffinitum fuit per *Gregorium XI. in Con-* 17
ſtitutione 1. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *& Conſtitutione* 94. *S. Pii V. eod. Bullar. tom.* 2. nihilominùs, quantumvis poſteà in renovatione *Regularum Cancellariæ*, quæ fieri ſolet poſt aſſumptionem ad Pontificatum, ſemper tàm in rubro, quàm in nigro denominetur primo loco Lateranenſis, & ſecundo loco Vaticana, veluti videre eſt in renovatione *earundem Regularum* 18
Cancellariæ ſub Pontificatu Clementis X. & ſub alio Clementis XI. clementiſſimi, dum viveret, 19
ac ſapientiſſimi Principis, & regnandi digniſſimi, quia regnare renuit, dum invitus ad Chriſti Vicariatum magis raptus fuit, quàm evectus, ità innumeris expoſcentibus meritis, quem Paſtorem ſuis ovibus Deus incolumem diù ſervavit ad publici boni incrementum, & ad ſe die 19. Martii 1721. S. Joſepho ſacrata evocavit; nihilominùs (inquam etiam Baſilica Lateranen. ſubjacere debet quindenniorum ſolutioni ex per nos *Cap. ſeq.* fusè traditis, agendo inſuper de auctoritate Emorum Archipresbyterorum trium Urbis Patriarchalium, *Urbanus VIII. in Conſti-* 20
tutione 48. *aliàs* 158. *in Appendice, Bullar. nov. Rom. tom.* 4. nominat Vaticanam Baſilicam ſecundo loco poſt Lateranenſem, quod idem facit *Alexander VII. in Conſtitutione* 31. *in principio, eod. Bullar. tom.* 5. occaſione injungendi ipſis Emis Archipresbyteris onus intereſſendi divinis Officiis in eorum Eccleſiis Archipresbyteralibus.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Sacroſanctæ Patriarchali Baſilicæ Lateranenſi S. Joannis de Urbe, ſeu illius Capitulo unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam ex-

excedentibus, ad favorem dictæ Baſilicæ, ſeu illius Capituli reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *In Urbe quinque extant Baſilicæ Patriarchales, & laudatur* Emus Petra.

2 *Ex Beneficiis unitis, ſivè Penſionibus reſervatis Capitulo Lateranenſi S. Joannis de Urbe debentur quindennia.*

3 *Quæcumque manus mortua, juxta Bullas quindenniorum, tenetur ad quindennia pro Beneficiis ſibi unitis; aut Penſionibus reſervatis.*

4 *Generalitas verborum comprehendit etiam alios aliàs non comprehendendos.*

5 *Baſilica Patriarchalis S. Joannis Lateranenſis de Urbe eſt caput Eccleſiarum Urbis, & Orbis.*

6 *Lateranenſis Baſilica præcedit Vaticanam.*

7 *Iſta eſt potior Sedes Pontificis.*

8 *Pontifex, iſtius eſt proprius Epiſcopus.*

9 *Pontifex ſepeliendus eſſet in Baſilica Lateranenſi, niſi poſteà conſuetudo invaluiſſet ſepeliendi in Vaticana.*

10 Paulus V. Conſtitutione 68. Bullar. nov. Rom. tom. 3. *declaravit, quòd Capitulum Lateranen. comprehenderetur ſub* Conſtitutione 115. Clementis VIII. eod. tom. 3.

11 *Quindennium non eſt tributum, ſed quaſi quædam reſponſio in ſignum recognitionis univerſalis dominii, & ad reparandum damnum Annatiſtarum ob defectum vacationis Beneficiorum ex cauſa eorum Unionis.*

12 *Baſilica Lateranen. eſt quidem Epiſcopatus Papæ, ſed non eſt ipſe Papa.*

13 *Canonici S. Joannis Lateranen. ſolvere debentes quindennia, ſunt membra Papæ uti Epiſcopi.*

14 *In ſolutione quindenniorum debita ab Eccleſia Lateranenſi non agitur de capite, qualis eſt Papa, qui non debet ſolvere quindennia.*

15 *Canonici S. Joannis Lateranenſis in eorum Proviſionibus ſolvunt Annatam.*

16 *Reſtrictio facienda eſt, ſi ex extenſione oriatur abſurdum.*

17 *Declaratur* Rota coram Bichio dec. 234. tom. 1.

18 *Potior cauſa eſt tractantis de damno vitando.*

CAPITULUM XCI.

1 PRæmittendum cenſeo, quinque in Urbe adeſſe Baſilicas principaliores, ſeu Patriarchales Eccleſias, ſecundùm aliquos ità dictas ex eo, quòd quaſi Cathedrales ſunt, tres nempè ſæculares, reliquàſque duas Regulares, primam Lateranenſem, de qua præſens ſermo eſt, primam quidem tàm in Urbe, quàm in Orbe, aliàs & Conſtantinianam nuncupatam, ſumpta denominatione ab ejus conditore Conſtantino Magno Imperatore pientiſſimo poſt ſacrum lavacrum per manus S. Sylveſtri Papæ receptum, ſeu appellatam etiam Smi Salvatoris à miraculoſa Immagine olim inſuper unitam, ac incorporatam vetuſtiſſimæ Congregationi Canonicorum Regularium indè Lateranenſium nuncupatorum, S. Auguſtini, ibidem per octiès centum annos perſiſtentium, poſteàque ad Templum B. Mariæ de Pace de Urbe à Sixto IV. tranſlatorum, ex eo quòd ſublati fuerant à Bonifacio VIII. proindèque ad præſens ſæculariſatam, *Long. à Coriolan. Chronologic. Pontific. in Paſchal. II. & Concil. Lateranen. ſivè Roman. I. ſub anno 1106. fol. mihi 327. circà fin. Cobell. in notit. Cardinal. cap. 58. per tot. Theophil. Raynaud. Hagiolog. Lugdunenſ. tit. S. Joann. &c. punct. 6. Macr. Hierolexic. verbo Conſtantiniana Eccleſia, verbo Epiſcopium, & verbo Patriarchium, Piazza Hierarch. Cardinalit. tit. dell'Arciprete di S. Giovanni in Laterano, Card. Brancat. de option. ſex Epiſcopat. inter ſuas diſſertation. pag. mihi 58. in fin. & pag. 59. Card Raſpon. de Patriarch. Lateranen. lib. 2. cap. 1. Mandoſ. in Regul. 7. hodie 8. Cancellar. de reſervat. Benefic. Eccleſ. S. Joann. Lateranen. &c. antè 1. quæſtion. verſic. pro declaratione hujus VII. Regulæ, Chokier ad dict. Regul. num 14. Alphonſ. Sott. ad eand. num. 1. & 2. Lotther. de re beneficiar. lib. 2. quæſt. 33. num. 16. poſt med. verſiculo rursùſque prærogativam, Eminentiſſimus D. Card Vincentius Petra, olim Auditoris Cameræ juſtiſſimus Locumtenens, Sacræ Congregationis Concilii, poſteàque Epiſcoporum, & Regularium à Secretis, vir in legali noſtra diſciplina apprimè verſatus, in ſuis eruditiſſimis Commentariis ad Conſtitution. Apoſtolic. tom. 1. in Conſtitution. II. Paſchal. II. num. 1. cum ſeqq.* ſecundam Vaticanam S. Petri de Urbe, *Macr. hierolexic. verbo Vaticana Eccleſia, Card. Brancat. de option. ſex Eiſcopat. pag. mihi 59. Cobell. notit. Cardinal. cap. 59. Piazza Hierarch. Cardinalit. tit. dell'Arciprete di S. Pietro in Vaticano*, tertiam Liberianam S. Mariæ Majoris de Urbe, aliàs ad Præſepe, ob inibi collocatam in Sacello Smi Sacramenti Cullam Pueri Jeſu, ſeu ad Nives ob miraculum Nivium, die 5. Auguſti in Eſquiliis delapſarum à Liberio Papa erectam, *Card. Brancat. loc. citat. Piazza cit. tract. tit. dell'Arciprete di S. Maria Maggiore, Cobell. relat. tract. cap. 60.* quartam S. Pauli de Urbe, Congregationis Caſſinen., ſeu S. Juſtinæ, Ordinis S. Benedicti, *Card. Brancat. ſæpè laudata pag. 59. Cobell. cap. 61.* & quintam demùm S. Laurentii extra muros, per prius ſæcularis, poſteà Congregationis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, vulgò S. Salvatoris Bononiæ, ſeu Scopettinorum, *Card. Brancat. relata pag. 59. Cobell. laudat. tract. cap. 61. in fine*; ſuntque primæ tres Eccleſiæ quaſi Cathedrales, *Sott. in Regul. 7. hodie 8. Cancellar. de reſervat. Benefic. &c. num. 1. in principio, verſiculo & propterea, Lotther. de re benefic. lib. 2. quæſt. 33. num. 19.* vocantur inſuper primariæ Urbis Eccleſiæ per *Alexandrum VII. in Conſtitutione 31. in principio, Bullar. nov. Rom. tom. 6.*

Quibus præmiſſis, firmatur in præſenti, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. 2
Ducatorum auri de Camera excedentibus, Sacroſanctæ Patriarchali Baſilicæ Lateranenſi S. Joannis de Urbe, ſeu illius Capitulo unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem dictæ Baſilicæ, ſeu illius Capituli reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; quæcumque enim manus mortua tenetur ad quindennia pro Beneficiis ſibi 3
unitis, proque Penſionibus ſibi reſervatis, dum Bullæ quindenniorum generaliter loquuntur de quacumque manu mortua, nulla excepta, ut legere eſt in *Conſtitutione 20. Julii III. §. 6. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ibi „ & à quibuſcumque

,, &c. ſæcularibus, & &c. Regularibus Con-
,, gregationibus, ac omnibus aliis &c. perſo-
,, nis, tàm pro præterito, quàm futuro tem-
,, pore inviolabiliter obſervari &c. decernimus
,, &c. eaque omnia ad quaſcumque tàm ſæcu-
,, lares, quàm Regulares &c. Congregationes
,, &c. extendimus, & ampliamus &c. „ *Conſti-
tutione 17. *Pauli IV.* §. 8. *&* 11. *eod. tom.* 1.
ibi „ Et propterea &c. quaſcumque alias
,, Congregationes, quàm quoſvis alios, in
,, quorum favorem Uniones &c. factæ fuerunt
,, &c. ad ſolutionem Communium, & Minu-
,, torum Servitiorum, ac Annatarum, & alio-
,, rum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ,
,, Collegio, & Officialibus, ratione earun-
,, dem Unionum &c. ſingulis XV. annis &c.
,, faciendam teneri, & obligatos eſſe &c. Et
,, inſuper, ut ratio Communium, Minutorum
,, Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum
,, Jurium prædictorum clara habeatur &c. vo-
,, lumus &c. quòd omnes, & ſinguli, in quò-
,, rum favorem Uniones &c. factæ fuerunt &c.
,, Beneficia &c. notificaſſe, & intimaſſe de-
,, beant &c. „ *Conſtitutione* 38. *S.Pii V.* §. 2. *&* 6.
tom. 2. ibi „ Et propterea omnia, & ſingula
,, &c. Capitula &c. & quivis alii, in quorum
,, favorem Uniones &c. factæ reperiuntur &c. ad
,, ſolutionem Communium, Annatarum, &
,, aliorum Jurium prædictorum eidem Came-
,, ræ &c. ratione Unionum &c. ſingulis XV.
,, annis &c. faciendam teneri, & obligatos eſ-
,, ſe &c. Mandantes &c. ut quaſcumque Con-
,, gregationes &c. & quaſvis alias perſonas,
,, ſuper ſolutione Annatarum, Communium,
,, & aliorum Jurium Quindenniorum eorun-
,, dem, vel eorum occaſione &c. ad indican-
,, dum &c. Beneficia &c. moneat, & requirat
,, &c. „ *Conſtitutione* 33. *Sixti V.* §. 2. *&* 4. *eod.
tom.* 2. ibi „ Statuimus &c. & declaramus,
,, quòd Uniones &c. cuicumque Eccleſiæ &c.
,, hactenùs factæ, & faciendæ &c. ſub dicto-
,, rum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c.
,, omninò compræhendantur &c. Et propterea
,, omnia, & ſingula &c. Capitula &c. & quivis
,, alii, in quorum favorem Uniones &c. factæ
,, reperientur, aut poſthac fient &c. ad ſolu-
,, tionem Quindenniorum præfatorum eidem
,, Cameræ, ac Collegio, & Officialibus, ratio-
,, ne Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. fa-
,, ciendam teneri &c. Mandantes &c. ut &c.
,, omnia, & ſingula &c. Capitula &c. ad indi-
,, candum &c. Beneficia &c. moneant, & re-
,, quirant &c. „ *Conſtitutione* 18. *Urbani VIII.
in principio*, *juncto* §. 2. *tom.* 5. ibi „ Motu ſi-
,, mili &c. omnia, & ſingula &c. Capitula &c.
,, & quoſvis alios, in quorum favorem &c. Be-
,, neficia &c. unita &c. & illorum Uniones eis
,, factæ reperirentur &c. ad ſolutionem Com-
,, munium, Annatarum, & aliorum Jurium
,, prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, &
,, Officialibus, ratione Unionum &c. prædi-
,, ctarum ſingulis XV. annis &c. faciendam te-
,, neri, & obligatos eſſe &c. quòd Uniones &c.
,, cuicumque Eccleſiæ &c. hactenùs factæ, &
,, in futurum faciendæ &c. ſub dictorum Præ-
,, deceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò
,, compræhendi &c. Mandavitque &c. ut &c.
,, omnia, & ſingula &c. Capitula &c. mone-
,, ret, & requireret, ut profiterentur &c. Bene-
,, ficia &c. „ *&* *Conſtitutione* 50. *Clementis X.*
§. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *&* 11. *tom.* 6.
ibi „ Et propterea tàm quaſcumque Congre-
,, gationes, quàm quoſvis alios, in quorum
,, favorem Uniones &c. hujuſmodi factæ fue-
,, rant &c. ad ſolutionem Communium, &
,, Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, &
,, aliorum Jurium prædictorum eiſdem Came-
,, ræ, Collegio, & Officialibus, ratione ea-
,, rundem Unionum &c. ſingulis XV. annis &c.
,, teneri &c. mandans propterea &c. ut &c.
,, Cauſas &c. inter &c. quaſcumque Congre-
,, gationes &c. ſuper ſolutione Communium,
,, & Minutorum Servitiorum, ac Annatarum,
,, & aliorum Jurium prædictorum, vel eorum
,, occaſione &c. terminarent, & deciderent,
,, quòdque omnes, & ſinguli, in quorum fa-
,, vorem Uniones &c. emanaſſent &c. Benefi-
,, cia &c. unita &c. notificaſſe, & intimaſſe
,, debuiſſent &c. omnia, & ſingula &c. Capi-
,, tula &c. & quoſvis alios, in quorum favo-
,, rem &c. Beneficia &c. unita &c. exiſterent,
,, & illorum Uniones factæ reperirentur &c. ad
,, ſolutionem Communium, & Annatarum, &
,, aliorum Jurium prædictorum eiſdem Came-
,, ræ, Collegio, & Officialibus, ratione
,, Unionum &c. prædictarum ſingulis XV. an-
,, nis &c. faciendam teneri &c. mandans pro-
,, pterea &c. ut &c. omnia, & ſingula &c. Ca-
,, pitula &c. ad indicandum &c. Beneficia &c.
,, Uniones &c. cuicumque Eccleſiæ &c. eate-
,, nùs factæ, & in futurum faciendæ &c. ſub
,, dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus,
,, & Ordinationibus omninò compræhendi &c.
,, & ad ſolutionem Quindenniorum teneri &c.
,, mandavitque &c. ut &c. omnia, & ſingula
,, &c. Capitula &c. moneret, & requireret, ut
,, profiterentur &c. Beneficia &c. mandans
,, propterea &c. inter &c. quaſcumque Congre-
,, gationes &c. & quaſvis alias perſonas &c. ſu-
,, per ſolutione Annatarum, Communium, &
,, aliorum Jurium Quindenniorum &c. ut &c.
,, omnia, & ſingula Capitula &c. ad indican-
,, dum &c. Beneficia &c. monerent, & requi-
,, rerent &c. Uniones &c. quibuſcumque Ec-
,, cleſiis &c. & aliis Piis Locis, nullis penitùs
,, excluſis &c. perpetuò factas, & de cætero
,, &c. ſimiliter perpetuò faciendas, ſub literis
,, Pauli Prædeceſſoris hujuſmodi compræhen-
,, di, & includi. Ideoque quaſcumque Con-
,, gregationes, & quoſvis alios, in quorum
,, favorem Uniones hujuſmodi factæ fuerint
,, &c. ad ſolutionem Communium, & Minuto-
,, rum Servitiorum, & Annatarum, aliorùm-
,, que Jurium prædictorum eiſdem Cameræ,
,, Collegio, & Officialibus, ratione earundem
,, Unionum &c. faciendam teneri &c. ſtatui-
,, mus, & decernimus &c. utcumque per quæ-
,, cumque Loca Pia &c. Quindennia, & alia
,, Jura, ratione Penſionum perpetuarum ha-
,, ctenùs &c. reſervatarum, & impoſterùm &c.
,, reſervandarum &c. Cameræ Apoſtolicæ, &
,, Collegio, & Officialibus prædictis perſolve-
,, re debeant, & teneantur, Motu pari &c.
,, quaſcumque Congregationes &c. ad ſolutio-
,, nem Quindenniorum, aliorùmque Jurium,
,, ratione Penſionum perpetuarum &c. eiſdem
,, Cameræ, Collegio, & Officialibus facien-
,, dam teneri &c. ut &c. omnia, & ſingula
qua-

,, quarumlibet Eccleſiarum Capitula &c. moneat, ut profiteantur &c. Beneficia &c. mandamus, ut &c. omnia, & ſingula Capitula &c. ad indicandum &c. Beneficia &c. & Penſiones &c. moneat, & requirat &c. Particularem Congregationem &c. pro exactione Quindenniorum &c. per quaſcumque Congregationes &c. debitorum, facienda, Motu ſimili &c. conſtituimus, & deputamus &c. nec non quaſcumque Congregationes &c. repellendi facultatem Motu pari &c. concedimus &c. ,, *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* III. V. VI. VII. VIII *&* XI.

Undè ob effrænatam verborum Bullarum quindenniorum generalitatem, procul dubio etiam Eccleſia Lateranenſis comprænenditur in ipſis Bullis quindenniorum, quantumvis privilegiata, immò privilegiatiſſima, & ſpeciali no-
4 ta digna, immò digniſſima, cùm generalitas verborum faciat, ut etiam ii comprænendantur, qui aliàs non comprænenderentur, ad *textum in l.* 1. *§. Generaliter, ff. de legat. præſtand. l. in fraudem §. fin. ff. de Militar. teſtament. Decius conſil.* 113. *num.* 4. *vol.* 1. *Barboſa de diction. diction.* 241. *num* 1. *cum ſeqq. diction.* 317. *nu.* 1. *cum ſeqq. & diction.* 325. *num.* 1. *cum ſeqq. Rota coram Card. Seraphin. dec.* 980. *nu.* 8. *tom.* 1. ac in puris terminis Baſilicæ Lateranenſis, *& Regulæ* 8. *hodie* 9. *Cancellariæ de Menſibus*, utentis generalitate verbi *quicumque*, in materia collationis Beneficiorum, *Rota coram Bichio dec.* 234. *num.* 7. *cum ſeqq. tom.* 1. *Gregor. XV. deciſ.* 153. *n.* 1. *Peutinger. dec.* 192. *n.* 2. *&* 4.

Nec obſtat, quòd inveriſimile eſt, voluiſſe Summos Pontifices ſub generalitate verborum
5 comprænendere hanc Eccleſiam omnium aliarum Urbis, & Orbis Reginam, matrem, ac caput, immò ipſorum Pontificum ſponſam, & Cathedralem, uti ſpeciali, ac ſpecialiſſima nota dignam, & digniſſimam, *Gonzalez in Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. reſervator. Menſ. gloſ.* 41. *nu.* 16. *Frances de Eccleſ. Cathedral. cap.* 1. *n.* 86. *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtol. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 8.
6 indè eſt, quòd Lateranenſis Baſilica etiam præcedit Vaticanam, juxta reſolutionem Rotalem, & ſanctionem Pontificiam, veluti habetur in *Conſtitutione* 3. *Clementis VII.* §. 1. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *& Conſtitutione* 94. *per tot. S. Pii V. tom.* 2. indecens propemodùm, ac ab omni ratione alienum eſſe videretur, ſubjicere jugo, & ſervituti quindenniorum Patriarchium
7 Pontificis, ejuſque potiorem Sedem, & ſpeciale membrum, qualis eſt Lateranenſis Eccleſia, ut ajunt *Honorius III. in Conſtitutione* 4. *§.* 1. *ſeu unic. & Gregorius XI. in Conſtitutione* 1. *§.* 1. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *S. Pius V. in Conſtitutione* 94. §. 1. *in principio, & Sixtus V. in Conſtitu-*
8 *tione* 19. *in principio, tom.* 2. cujus proprius Epiſcopus, illiuſque Ordinarius eſt ipſe Chriſti Vicarius, *Lotther. de re beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 33. *num.* 16. *in principio, verſiculo adeò, ut Papa*;
9 hinc Papa, non electa ſepultura, niſi poſteà conſuetudo invaluiſſet, ſepeliendi in Baſilica Vaticana, ſepeliendus eſſet in Lateranenſi, ut advertit *Rota apud bon. mem. R. P. D. Piton. diſcept. Eccleſ. part.* 2. *diſc.* 51. *num.* 24. *& poſt Monacell. formular. legal. pract. Eccleſ. ſupplement. dec.* 7. *&* 18. hinc eſt, quòd ob peculiares prærogativas, quibus potitur Baſilica Latera-

nenſis, neceſſaria fuerit *declaratio Pauli V. per* 10
ſuam Conſtitutionem 68. *Bullar. nov. Rom. tom.* 3. quòd Eccleſia, & Capitulum Lateranenſe comprænenderetur ſub *Conſtitutione* 115. *Clementis VIII. eod. tom.* 3. de aggregandis Confraternitatibus, prævia licentia Ordinarii loci, longèque magis exceptuata à quindenniis videtur Lateranenſis Baſilica, cùm agatur de materia odioſa, & præjudiciali, quo caſu ad illam comprænendendam expreſſa facienda erat mentio.

Non obſtat (inquam) objectum, quia quin- 11
dennium non eſt tributum, ſed quaſi quædam reſponſio in ſignum recognitionis univerſalis dominii, & ad reparandum damnum Annatiſtarum ob defectum ulterioris, ac ſucceſſivæ vacationis Beneficiorum unitorum, juxta *Conſtitution.* 6. *Pauli II. in princip. juncto* §. 2. 3. 4. 5. *&* 6. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Conſtitution.* 20. *Julii III. in princip. juncto* §. 5. *&* 6. *eod. tom.* 1. *Conſtitution.* 11. *Pauli IV. in princip. & Conſtitution.* 17. *ejuſdem Pauli IV. in principio, juncto* §. 1. 7. *&* 8. *eod. tom.* 1. *Conſtitution.* 38. *S. Pii V.* §. 3. *tom.* 2. *Conſtitution.* 33. *Sixti V. in princip. juncto* §. 2. *eod. tom.* 2. *Conſtitution.* 18. *Urbani VIII. in princip. juncto* §. 1. *tom.* 5. *& Conſtitution.* 50. *Clementis X. in principio juncto* §. 3. 4. 5. *6. & 7. tom* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la* I. III. IV. V. VI. VII. VIII. *&* XI.

Baſilica autem Lateranenſis eſt quidem 12
Epiſcopatus Papæ, ſed non eſt ipſe Papa, & 13
agitur de membris ipſius Papæ uti Epiſcopi, quales ſunt Canonici S. Joannis Lateranenſis,
ſolvere debentes quindennia, non autem de ca- 14
pite, qualis eſt Papa, ſolvere non debens quin-
dennia; indè eſt, quòd ejuſmodi Canonici in 15
eorum Proviſionibus de talibus Canonicatibus ſolvunt Annatam.

Minùs obſtat, quòd non obſtantibus ſuperiùs recenſitis verbis univerſalibus Bullarum
quindenniorum, adhùc facienda eſt reſtrictio, 16
ſi ex extenſione abſurdum oriatur, potiſſimùm in materia, ut iſta, quindenniorum odioſa, immò à Jure exorbitante, & ipſi Juri communi incognita, veluti ad aliud propoſitum declarat *Barboſa de diction. diction* 241. *num.* 19. *& diction.* 317. *num.* 14. ex ſuperiùs verò deductis videtur, ſatis apparere de abſurdo à prætenſa comprænenſione orituro, quod quidem nec videtur non eſſe leve, ut quindenniorum perpetuo jugo, ac ſervituti obnoxia ſit Eccleſia Lateranenſis, quæ tanquàm ſpecialis Sedes, & Cathedralis Pontificis, eſſe deberet ab omni-
bus oneribus, & impoſitionibus libera; & in 17
tantum *Rota coram Bichio in prælaudata deciſ.* 234. *tom.* 1. firmavit, Eccleſiam Lateranenſem circà collationem Beneficiorum comprænendi ſub *Regula* 8. *hodie* 9. *Cancellar. de Menſib.* utente generalitate verbi *quicumque*, in quantum non agitur de aliquo præjudicio burſali ipſius Eccleſiæ Lateranenſis, ſed de ſola prærogativa Emi Archipresbyteri, & Capituli in conferendo Beneficia: ſi verò eadem *Rota* interrogaretur, an Baſilica iſta comprænenderetur ſub Bullis quindenniorum ob verborum generalitatem, forſitan reſponderet, non comprænendi.

Non tamen ſubſiſtit objectum, quia, ſi ageretur ſaltem de ſolo præjudicio Papæ, ejuſque

Ca-

Cameræ, nec ei præjudicare poſſet, etiamſi agatur de re propria, cùm involueret quoque præjudicium ſucceſſorum, quibus in materia quindenniorum præjudicare nequit, veluti maxima energia profitetur *Paulus IV. Conſtitutione* 17. §. 8. *in principio, Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi: *Nos conſiderantes, præfatum Eugenium &c. Collegio Cardinalium, & Officialium Romanæ Curiæ &c. præjudicare non potuiſſe, & propterea jus noſtrum, & Collegii, ac Officialium &c. illæſum remanſiſſe, & remanere &c. & Clemens X. Conſtitutione* 50. §. 1. *tom.6.* ibi: *ſucceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus, & per conſequens Collegio Cardinalium hujuſmodi, & Officialibus Romanæ Curiæ cauſam ab ipſis Romanis Pontificibus habentibus præjudicare non potuiſſet &c. repetit. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la V. & XI.* multòque minùs præjudicari poteſt, quando (ut in caſu) agitur de præjudicio tertii, Annatiſtarum nempè, ab ipſo Papa cauſam quidem oneroſam habentium uti ementium propriis pecuniis Officia, quibus difficiliùs præſumitur Princeps, maximè Eccleſiaſticus, juſtitiæ acrior vindex, & adſtrictior cultor velle præjudicare, præſertim cùm Lateranenſis Eccleſia, prætendendo exemptionem à quindenniis, agat de proprio commodo captando, ob cauſam lucrativam ex Unione
18 Beneficiorum, ſeu reſervatione perpetuarum Penſionum, Annatiſtæ autem agant de damno vitando; eorum cauſa utique potior eſt, nec deterior conditio eſſe debet tractantis de damno vitando, *Bald. in l. ſiquis crediderit* 49. *n.* 1. *ff. de pact. & in l. ejus rei* 2. *nu.* 15. *C. quod cum eo, Rota coram Coccino dec.*2216. *n.* 35.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, erectis in locis ad Capitulum Sacroſanctæ Patriarchalis Lateranen. Baſilicæ S. Joannis de Urbe ſpectantibus (quod ajunt) in ſolo Lateranen. exiſtentibus, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Collatio Beneficiorum in ſolo Lateranen. ſpectat ad Capitulum Baſilicæ Lateranen.*
2 *Quindennia debentur in locum Annatarum.*
3 *Ex Beneficiis in ſolo Lateranen. poſteà unitis, adhùc debentur quindennia.*
4 *Beneficia de Jurepatronatus nedùm Eccleſiaſtico, ſed etiam laicali, immò Regio, & Imperiali, poſteà unita ſubjacent quindenniis.*
5 *Prout etiam Beneficia ad Emos Titulares in propriis, vel filialibus Eccleſiis ſpectantia.*
6 *Quandoque Beneficia, antè eorum Unionem non ſolventia Annatas, poſteà unita ſolvere debent quindennia.*
7 *Perperàm prætenſa exemptio Capituli Lateranen. à quindenniis quando etiam ſuſtineretur, non indè ſuffragari poſſet extraneis, quotieſcumque Beneficia penès Capitulum Lateranenſe exiſtentia, fuerunt poſteà ſuppreſſa, atque ità ex illius manibus exierunt, & in alienas manus tranſierunt.*
8 *Aſſerta exemptio Capituli Lateranenſis à ſolutione quindenniorum quando etiam vera eſſet, remanet ſublata in Bullis quindenniorum.*
9 *Per diſmembrationem Beneficii omne jus abdicatur.*
10 *Bullæ quindenniorum per verbum* proviſionis *intelligunt Unionem.*

CAPITULUM XCII.

Viſo in *præcedenti Cap.* quòd ex Beneficiis Capitulo Baſilicæ Lateranenſis unitis debentur quindennia, & quia ſolent aliquando Summi Pontifices ſupprimere, ac diſmembrare Beneficia erecta in ſolo Lateranenſi, illaque manui mortuæ unire, cujus Unionis occaſione prætenditur evitari ſolutionem quindenniorum ſub pallio magis, quàm clypeo naturæ Beneficii ſuppreſſi, ſeu diſmembrati, ex motivo nimirùm, quòd, cùm illius collatio perantea 1
ſpectaverit ad Capitulum, ſtante ſuper hoc *Conſtitutione* 19 *Sixti V.* §. 1 *in fin. &* §. 3. *in fin. Bullar. nov. Rom. tom.2.* ibi: *nec non inſtitutio, deſtitutio, collatio, proviſio, præſentatio, & quævis alia diſpoſitio, ad ipſos ſolùm, & inſolidum pertinerent in perpetuum, atque ſpectarent &c.* ſicque Dataria Apoſtolica non potuerit unquam prætendere Annatam à talibus Proviſis, tanquàm non Proviſis Apoſtolicis, qui tenentur ad Annatas; conſequenter Beneficium non ſubjaceret quindenniis, quæ debentur in locum 2
Annatarum, quas Proviſi Apoſtolici ſolvere tenerentur, ſi Beneficium non uniretur, ex per nos ſuprà *Cap. I.* paſſimque alibi congeſtis: verùm quia malum jus in hac parte fovet manus mortua, firmandum duximus in præſenti, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. 3
Ducatorum auri de Camera excedentibus, erectis in locis ad Capitulum Sacroſanctæ Patriarchalis Lateranenſis Baſilicæ S. Joannis de Urbe ſpectantibus (quod ajunt) in ſolo Lateranen. exiſtentibus, manui mortuæ unitis, etiam adhuc debentur quindennia; etenim Beneficia hujuſmodi, mediante eorum ſuppreſſione, ac diſmembratione, deſierunt eſſe de Capitulo, ex illius manibus exeuntia, inque alienas manus ſubindè, ipſius nempè manus mortuæ tranſeuntia, prævia Unione, & remanſerunt adeò affecta diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ, ut, ſi Papa de illis provideret, Proviſi Apoſtolici (prout tenentur) procul dubio ſolverent Annatas, ſic ſolvere debent quindennia manus mortuæ, in quas tranſierunt talia Beneficia, mediante Unione; adinſtar Beneficiorum nedum de Jurepatronatus Eccleſiaſtico, 4
ſed etiam laicali, immò Regio, & Imperiali, manui mortuæ unitorum, proindèque adhùc quindenniis ſubjectorum juxta *Conſtitution.* 20. *Julii III.* §. 6. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Conſtitution.* 38. *S. Pii V.* §. 3. *tom.* 2. *Conſtitution.* 33. *Sixti V.* §. 2. *eod. tom.* 2. *Conſtitution.* 18. *Urbani VIII. in principio, tom.* 5. *& Conſtitution.* 50. *Clementis X.* §. 4. *&* 5. *tom.* 6. *& Conſtitution. S.M. Clementis XI.* 23. *Novembris* 1704. 24. *Januarii. &* 16. *Maii* 1705. *repetit. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſtol. in ordine la* III. VI. VII. VIII. XI. XII. XIV. *&* XV. nec non adinſtar Bene- 5
ficio-

ficiorum ad Emos Titulares in propriis, ſeu filialibus Eccleſiis ſpectantium, ad latè per nos ſuprà *Cap. LXIII.* tradita.

Præterquamquòd non eſt novum, quòd
6 quandoque Beneficia, antè eorum Unionem Annatas non ſolventia, poſteà unita, ſolvere debeant quindennia, *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. num. 12.* ibi: *rectè exigitur quindennium, licet pro iis nunquam fuerit ſoluta Annata, nec quidem fuiſſet, niſi ſubſecuta eſſet Unio. Undè in ſolutione quindennii, non ſolùm conſideratur damnum Cameræ Apoſtolicæ, & Officialium Cancellariæ ex jure de præterito, ſed etiam utile, ex jure de futuro &c.*

7 Et in omnem caſum, perperam prætenſa exemptio Capituli Lateranenſis à quindenniis, quando etiam ſuſtineretur (prout tamen *præced. Cap.* non ſuſtineri comprobamus) non indè ſuffragari poſſet extraneis, quotieſcumque Beneficia penès Capitulum Lateranenſe exiſtentia, ſuppreſſa fuerunt, atque ità ex illius manibus exierunt, & in alienas, nempè manus mor-
8 tuæ tranſierunt; non omiſſo, quòd aſſerta exemptio à ſolutione quindenniorum, quando etiam eſſet vera, ac per hypotheſim Capitulo competeret (quod tamen *præced. Cap.* acriter negamus) expreſsè remanet in Bullis quindenniorum ſublata, veluti legere eſt in *Bulla 20. Julii III. §. 6. in fin. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ibi „ eaque omnia ad quaſcumque &c. Congregationes, quantumvis privilegiatas, & exemptas &c. extendimus, & ampliamus &c. „ *Bulla 17. Pauli IV. §. 11. eod. tom. 1.* ibi „ quorumvis etiam exemptorum &c. „ *Bulla 38. S. Pii V. §. 3. in fin. & §. 4. & 6. tom. 2.* ibi „ Piis Locis, quantumvis privilegiatis, & exemptis &c. quantumcumque &c. exemptæ, & privilegiatæ exiſtant &c. Non obſtantibus &c. Privilegiis, exemptionibus, indultis &c. Capitulis &c. ſub quibuſcumque tenoribus &c. conceſſis &c. „ *Bulla 33. Sixti V. §. 5. eod. tom. 2.* ibi „ Non obſtantibus &c. privilegiis, exemptionibus, indultis &c. Capitulis &c. ſub quibuſcumque tenoribus &c. conceſſis &c. „ *Bulla 18. Urbani VIII. § 4. tom. 5. & Bulla 50. Clementis X. §. 1. 6. 7. 8. & 14 tom 6.* ibi „ & aliis Piis Locis, etiam illis à ſolutione hujuſmodi exemptionem habere præſumentibus &c. ſæcularium perſonarum Congregationes &c. ſub literis prædictis minimè compræhendi contendant &c. omnia, & ſingula privilegia, immunitates, & exemptiones &c. quibuſvis Congregationibus, & quibuſvis aliis, ratione ſolutionis Communium, Quindenniorum, aliorumque Jurium prædictorum, Cameræ, Collegio, & Officialibus prædictis faciendæ, hactenùs quomodolibet conceſſa revocantes, & annullantes, revocataque, & annullata ex nunc eſſe, & fore decernentes &c. omnia, & ſingula, in contrarium diſpoſita, tanquàm nulla, & irrita revocantes &c. Non obſtantibus &c. privilegiis quoque, indultis &c. conceſſis &c. Quibus omnibus &c. Motu pari derogamus &c. „ *repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* III. V. VI. VII. VIII. & XI.

Nec videre ſcio, quomodò, quove prætextu, & ſubterfugio poſſit manus mortua in præſenti caſu ſe eximere à ſolutione quindennii, quando à Pontifice, non à Capitulo gratiam Unionis conſequitur, & quodammodò providetur per viam Unionis; dum ſemel ſequuta ſuppreſſione, ſicuti Capitulum non poſſet ampliùs prætendere vigore ſupra *nu. 1.* memoratæ *Sixtinæ Conſtitutionis*, jus conferendi, tamquàm ad Papam ſupprimentem devolutum, interveniente quadam quaſi alienatione in ſuppreſſione, ſeu diſmembratione Beneficii, 9
per quam omne penitùs jus abdicatur, *Turricill. de union. Benefic. cap. 7. num. 7. & 8.* ità, amiſſa primæva natura libertatis, reaſſumptàque nova ſervitutis, ceſſante indè exemptione Annatarum, ceſſare quoque debet exemptio quindenniorum in ipſo inſtanti Unionis, quæ redolet ſpeciem Proviſionis Apoſtolicæ. de qua procul dubio ſolvenda eſſet Annata, ſi non provideretur manus mortua, & Bullæ quinden- 10
niorum, verbo *Proviſionis* etiam in Unione alicubi utuntur, veluti habetur in *Bulla 33. Sixti V. §. 1. Bullar. nov. Rom. tom. 2.* ibi: *ſuper ſolutione Annatarum, Communium, Quindenniorum, & aliorum Jurium, ratione Proviſionum, & ſeu Unionum perpetuarum quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum &c. Bulla 18. Urbani VIII. §. 1. tom. 5.* ibi: *ratione Proviſionum, ſeu Unionum &c. & Bulla 50. Clementis X. §. 5. in principio, tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VII. VIII. & XI.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, unitis Eccleſiis, Confraternitatibus, Hoſpitalibus, Granciis, cæteriſque quibuſcumque Locis Piis fundatis, ſeu conſtructis, aut dotatis in ſolo, ſeu fundo Sacroſanctæ Patriarchalis Baſilicæ, & Capituli Lateranenſis S. Joannis de Urbe, vel quomodocumque ejuſdem Baſilicæ tributariis, vel cenſualibus, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem eorundem Locorum Piorum reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Loca Pia in ſolo Lateranenſi quomodò fundantur.*
2 *Aggregationes Confraternitatum faciendæ juxta* Conſtitutionem 115. Clementis VIII. Bullar. nov. Rom. tom. 3.
3 *Dicta Conſtitutio extenſa ad Eccleſiam Lateranenſem.*
4 *Etiam Capitulum Lateranen. tenetur ad quindennia.*
5 *Etiam ex Beneficiis unitis Locis Piis fundatis in ſolo Lateranen. ſivè ex Penſionibus, eiſdem Locis Piis reſervatis, debentur quindennia.*
6 *Communicatio privilegiorum quoad ſpiritualia tantùm.*
7 *Vel quoad jus conferendi Beneficia.*

8 *Aſ-*

8 *Affertur* Bulla 19. Sixti V. Bullar. nov. Rom. tom.2.

9 *Rectores Eccleſiarum in plano Lateranenſi tenentur ſolvere Cathedraticum Epiſcopo.*

CAPITULUM XCIII.

1 Solent nonnulla Pia Loca fundari, aut dotari in ſolo Sacroſanctæ Patriarchalis Lateranen. Baſilicæ S. Joannis de Urbe, præviis tamen opportunis licentiis Ordinariorum Locorum, juxta *Conſtitutionem Sixti V. la* 19. *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. *Rota in recentior. dec.*185.
2 *per tot. par.* 15. prout fieri mandat aggregationes Confraternitatum *Clemens VIII. in ſua Conſtitutione* 115. *eod. Bullar. tom.* 3. quæ quidem
3 Clementina extenſa fuit ad Eccleſiam Lateranenſem per *Paulum V. in ſua Conſtitutione 68. eod. tom.* 3. ac ſignanter §. 2. *&* 3. ibi „ Cùm autem &c. Capitulum, & Canonici Baſilicæ „ Lateranenſis de eadem Urbe &c. Eccleſias „ &c. annectere &c. ac in Baſilicæ prædictæ „ membrum recipere &c. nec non aliis ſimiliter „ Eccleſiis &c. ædificatis, & conſtructis in ſolo Lateranenſi varias Indulgentias &c. concedere ſoleant, dictæ Conſtitutionis forma, „ & quòd in ea ſe non compræhendi prætendant. Propterea Nos volentes, ut Conſtitutio prædicta tàm ab eiſdem Lateranenſis Eccleſiæ Capitulo, & Canonicis, quàm ab aliis „ quibuſcumque &c.ut par eſt, ſine diſcrimine „ in poſterum obſervetur, Conſtitutiones, & „ literas prædictas dicti Clementis Prædeceſſoris &c. ad Baſilicæ Lateranenſis, & aliarum „ Baſilicarum &c. Capitula &c. auctoritate „ Apoſtolica &c. extendimus, & ab ipſis, perindè ac ſi eorum expreſſa mentio in dictis „ literis facta eſſet &c. inviolabiliter obſervari „ præcipimus, & mandamus &c. „ ut benè ponderat *Rota dec.*375. *num.*18. *par.* 18. *tom* 1. *recentior.* ad effectum participandi de gratiis,& honoribus ejuſdem Baſilicæ;proindèque præbetur anſa diſceptandi, utrùm eo modo, quo *Cap.*
4 *XCI. & XCII.* firmavimus,quòd etiam Capitulum Lateranenſe teneatur ad quindennia ex Beneficiis ſibi unitis, ſeu ex perpetuis Penſionibus ad ſui favorem reſervatis, ità pariter teneantur ad quindennia Loca Pia fundata in ſolo Late-
5 ranen. & reſolvimus in præſenti, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, unitis Eccleſiis Confraternitatibus, Hoſpitalibus, Granciis, cæteriſque quibuſcumque Locis Piis fundatis, ſeu conſtructis, aut dotatis in ſolo, ſeu fundo Sacroſanctæ Patriarchalis Baſilicæ, & Capituli Lateranenſis S. Joannis de Urbe, vel quomodocumque ejuſdem Baſilicæ tributariis, vel cenſualibus, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem eorundem Locorum Piorum reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; ſi enim non competit immunitas, ſeu exemptio à quindenniis Capitulo Lateranenſi capiti, longè minùs illa competere poteſt Locis Piis ſubalternis, ſeu membris, nè aliàs ſequeretur abſurdum, quòd magis eſſent privilegiata membra, quàm caput eorum Superior; ità, ut in materia quindenniorum, Loca Pia aggregata nihil habeant
6 communicabile ad ſui favorem, ſed communicationem privilegiorum quoad ſpiritualia tantùm, puta Indulgentiarum theſauros, foriſque interni privilegia, ad tradita in ſimili per *Pignatell. conſult. Canonic. tom.*7. *conſult.*9. *nu.*17. *Rota coram Anſaldo Decano dec.*32. *num.*14. *repetit. poſt Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. in ordine la* 43. *num.* 8. vel ad ſummum etiam quoad facultatem tributam Capitulo Lateranenſi ſuper jure conferendi Beneficia ſita in ejus 7
ſolo, & quoad exemptionem præfatorum Locorum Piorum ab Ordinariis Locorum, prævia ſubmiſſione Emo Archipresbytero pro tempore dictæ Baſilicæ, tanquàm proprio Ordinario, reſervata tamen Juriſdictione Ordinariis procedentibus tanquàm Delegatis Sedis Apoſtolicæ, ad terminos Sacroſancti *Concilii Tridentini ſeſſ.*24. *de Reformat. cap.*9. juxta Bullam Honorii III. Calixti III. & Bonifacii IX. ejuſdem Baſilicæ Lateranen. olim, dum Cardinalatus honore fulgebat, Archipresbyteri, & aliam *Sixti V. la* 19. §.3.*Bullar.nov.Rom.tom.*2. 8
modificantem aliam *Bullam Pii IV. la* 57.*eod. tom.* 2. per quam revocata fuerat in totum prædicta Bulla Bonifaciana, ac penitùs ſublata omnimoda exemptio à Juriſdictione Ordinariorum, ex congeſtis à *Card. de Luca de Juriſdictione diſcur.*38. *num.*5. *& diſcur.* 39. *nu.* 2. *cum ſeqq.& de Paroch. diſcurſ.*9. *n.*6. 9. *& ſeqq. Rota coram Card. Seraphin. dec.* 293. *n.*3. *tom.*1. *Gregor. XV. dec.*153. *Bich. dec* 100. *&* 133. *per tot. tom.* 1. *repetit. in recentior. dec.* 115. *&* 217. *par.*9. *tom.*1. *dec.*100. *per tot. part.* 3. *recentior. dec* 310. *per tot. & dec.*313. *per tot. par.*9. *tom.*1. *repetit. coram Royas dec.*250. *dec.*366. *ead. par.*9. *tom.*2. *dec.*185. *per tot. par.*15. *deciſ.*375. *nu.*17. *&* 18. *in principio*, *dec.* 383. *&* 530. *part.* 18. *tom* 1. *repetit. coram Emerix Decano deciſ.* 228. *&* 260. eo fermè pacto, quo etiam Rectores 9
Eccleſiarum ſituatarum in plano Lateranen. tenentur ſolvere Cathedraticum, ſeu Synodaticum Epiſcopo tamquàm Parocho Majori, & univerſali, ac in ſignum ſubjectionis, *Card. de Luca de Juriſdictione diſcurſu* 38. *n.* 5. *poſt med. verſiculo cùm igitur Cathedraticum, & n.*6.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, poſteàque intrà XV. annos ab eadem manu mortua diſmembratis, eiſque ſtatim alteri manui mortuæ unitis, ſicque antè totalem, ac perfectam maturationem decurſi ultimi quindennii, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis, poſteàque intrà XV. annos ab eadem manu mortua diſſolutis, eiſque ſtatim alteri manui mortuæ reſervatis, à prima manu mortua etiam adhùc debentur quindennia.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Diſmembrato Beneficio intrà XV. annos ab una manu mortua, eòque reunito alteri manui mortuæ antè maturationem decurſi ultimi quindennii, debetur quindennium à prima manu mortua.*
2 *Recenſetur abſurdum aliàs oriturum, ſi ſecunda manus mortua, & non prima teneretur ad quindennium.*
3 *Pro tempore, quo præcedens manus mortua poſſedit, ad ratam ſolutionis quindennii tenetur.*
4 *Manus mortua pro rata tantùm temporis, quo Beneficium poſſedit, tenetur ad quindennium; ità, ut, ſi intrà medietatem XV. annorum poſſederit, ad dimidium tantùm quindennium tenetur.*
5 *Idèmque practicandum in reſervatione Penſionis.*
6 *Fructus naturales, ad differentiam civilium, non dietim maturantur, nec dietim naſcuntur.*
7 *Cenſus, affictus, cæterìque fructus civiles dividuntur pro rata temporis, ad differentiam fructuum naturalium.*
8 *Declarantur dicta à* n.2.

CAPITULUM XCIV.

INtrà ſpatium XV. annorum contingere poſſunt duæ Uniones Beneficiorum, vel duæ reſervationes Penſionum ad favorem duarum manuum mortuarum ſucceſſivis temporibus; proindèque controverti inter utramque manum mortuam, ad quam nimirùm ex ipſis ſpectet ſolvere ultimum quindennium maturatum poſt ſequutam ſecundam Unionem, prævia diſmembratione Beneficii facta ad favorem ſecundæ manus mortuæ, ſivè reſpectivè poſt ſequutam ſecundam reſervationem Penſionis, prævia illius diſſolutione facta ad favorem pariter ſecundæ manus mortuæ, cui indulgendo,
1 firmatur, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, poſteàque intrà XV. annos ab eadem manu mortua diſmembratis, eiſque ſtatim alteri manui mortuæ unitis, ſicque antè totalem, ac perfectam maturationem decurſi ultimi quindennii, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus ad favorem manus mortuæ reſervatis, poſteàque intrà XV. annos ab eadem manu mortua diſſolutis, eiſque ſtatim alteri manui mortuæ reſervatis, à prima manu mortua etiam adhùc debentur quindennia, ne aliàs
2 ſequatur abſurdum, quòd, ſi ſecunda manus mortua teneretur ad quindennium hujuſmodi, pro una vice ſolveret duplex quindennium, unum nempè in ipſo actu Unionis Beneficii, vel reſpectivè in actu reſervationis Penſionis ad ſui favorem factæ, & primum quidem quindennium, quod eſt Annata, quam ſolvere deberet Proviſus, ſi Beneficium vacaret, & unitum non eſſet manui mortuæ, vel quam reſpectivè ſolvere deberet Penſionarius, ſeu Penſionis reſervatarius, ſi Penſio vacaret, & reſervata non eſſet manui mortuæ: aliud autem quindennium pro illo, quod ſolvere deberet prima manus mortua; & ſanè iniquum videretur, ut ſecunda manus mortua ſolveret quindennium quaſi jam maturatum tempore primæ manus mortuæ, quando prima manus mortua percepit omnes ferè fructus integrorum XV. annorum, & è contrà ſecunda manus mortua perceptura ſit ad ſummum fructus aliquorum menſium, qui deficiebant ad complementum integrorum XV. annorum, *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.1. cap.18. §. 4. de quindenn. num. 22.* ibi: *imponeretur unis, & eiſdem fructibus duplex onus, cùm tamen unum iſtorum tantùm ſolvendum ſit &c. Maſſ. Galleſ. de annat. num. 23. in principio, verſic. idem probatur*, ibi: *ſi contingat idem Beneficium &c. uno anno bis vacare, & illud ſucceſſivè duobus conferri;* Annata, *& Servitia prædicta non exiguntur, niſi ſemel, propterè quòd illo anno fructus non colliguntur, niſi ſemel, num. 24. circà fin. verſic. & ſi* ibi: *Et ſi infrà annum bis, vel pluries vacaverit, ſemel tantùm ſolvantur, nec debitum hujuſmodi in ſucceſſorem in Eccleſia, vel Monaſterio tranſeat &c. & nu. 30. antè med. §. Ex hujus regulæ, in med. verſic. Pro illis quoque*, ibi: *& pro quibus ſemel ſoluta eſt, ſi contingat, illa intrà unius, & ejuſdem anni circulum iterùm vacare, non perceptis à priùs proviſo fructibus, in ſecundæ proviſionis expeditione Annata non ſolvitur &c.* vel ad omne pejus, quindennia connumerantur inter fructus civiles, quemadmodùm dietim decurrunt, & quodammodò per horas maturantur, non expectantes aeris temperiem, ac certam temporis revolutionem, ut colligantur, ac inter anteceſſorem, & ſucceſſorem diviſionem recipiunt, ità quoque dicendum videretur de quindenniis, ut pro tempore, quo præcedens 3
manus mortua poſſedit, ad ratam ſolutionis quindennii teneatur, *Muñoz de Eſcobar de ratiocin. computat. 20. num.7. Card. de Luca de Benefic. diſcur. 85. num. 4. Panimolla dec.20. adnotat. 1. num. 24.* ideò ſequuta diſmembratione Beneficii antè lapſum XV. annorum, manus mortua, cui unitum fuerat Beneficium, poſteà intrà tale tempus diſmembratum, non teneatur ſolvere integrum quindennium, ſed pro 4
rata tantùm temporis, quo Beneficium unitum poſſedit; ità, ut, ſi intrà medietatem XV. annorum, nempè intra VII. annos cum dimidio ſequuta fuerit diſmembratio, tenebitur ad dimidium tantùm quindennium, ſicque ſemper facta computatione, & menſura ad ſolum tempus poſſeſſionis, & perceptionis fructuum Be- 5
neficii uniti, ac idem practicandum eſt in reſervatione Penſionis facta ad favorem ſecundæ manus mortuæ, prævia illius diſſolutione à viſceribus primæ manus mortuæ.

Hinc eſt, quòd fructus naturales, ad differentiam civilium, non dietim maturantur, nec 6
dietim naſcuntur, *Card. de Luca de Benefic. diſcur.100. num.21. Rota in recentior. deciſ.240. per tot. part. 1. deciſ. 278. per tot. par. 2. tom.1.* hinc cenſus, & affictus, aliàque ſimilia inter fructus civiles connumeranda, pro faciliori ſolutione dividuntur pro rata temporis ad diffe- 7
rentiam fructuum naturalium, *Cenc. de cenſib. quæſt.70. nu.18. Barbat. de diviſion. fruct. par.2. cap.1. num.22. & cap.5. nu.16. Gratian. diſc.20. num. 45. Coſta de rata quæſt. 36. per tot. Rodriguez de annuis redditibus lib.3. quæſt.6. num.5. in fin. Capon. diſc.147. num.14. in fin. Mier. de Majorat. par. 4. quæſt. 24. ſub num. 3. verſic. quam ſententiam, Fuſar. de ſubſtitution. quæſt. 626. num.72. & 73. Paz de tenuta cap.11. à num.32. uſque ad fin. Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 84. num.4.*

num. 4. *& diſcur.* 100. *num.* 21. *& de Penſion. diſcur.* 28. *ſub nu.* 6. *Sperell. dec.*82. *n.*25. *&* 26. *part.*1. *de Franch. dec Neapol.*79. *n.*2. *&* 4. *tom.*1. *Theſaur. dec. Pedemont.*56. *per tot. Rota poſt Cenc. de cenſib. deciſ.* 177. *num.* 13. *cum ſeqq. Duran. dec.*20. *nu.* 3. *cum ſeqq. Card. Cavaler. dec.* 104. *num.* 1. *cum ſeqq. ac per tot. Buratt. deciſ.* 445. *nu.* 11. *Anſald. Decan. dec.* 15. *nu.* 6. *& dec.*56. *num.*5. *ac in recentior. dec.* 293. *num.*11. *part.*17. *dec.*178. *n.*5. *par.*19.

Cùm autem quindennium ſit loco annatæ, quæ ſolvitur in proviſione Beneficii, & fingatur, quòd ſingulis quindecim annis vacare poſſit, hinc ſingulis quindecim annis ſolvitur annata nuncupata quindennium; undè cùm
8 ob totum lapſum quindecim annorum jam ſit anticipatè ſoluta in prima Unione, licet adveniat nova Unio, nondùm perfectè elapſo dicto temporis ſpatio annorum quindecim, extranei videntur termini, quis debeat ſolvere quindennium pro ea temporis parte deficiente ad complementum primorum quindecim annorum. Et ideò extranea videtur quæſtio de dicta diviſione.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, cum Cura actuali, & habituali, manui mortuæ unitis, prævia erectione Vicariarum perpetuarum tàm antè, quàm poſt Sacrum Concilium Tridentinum, tàm per Vicarium perpetuum deputatum, quàm per manum mortuam deputantem, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Vicaria perpetua quid ſit.*
2 Bulla 47. S. Pii V. §. 2. Bullar. nov. Rom. tom. 2. *mandat, quòd in poſterum Vicario perpetuo aſſignetur portio non minùs ſcutis L. annuis, nec major C.*
3 *Manus mortua, & Vicarius perpetuus, juxta dictam* Bullam Pianam *tenentur contribuere pro rata ad quindennium ex Beneficiis ſibi unitis cum perpetua Vicaria.*
4 *Vicarius perpetuus non ſolvens* Annatam *de ſua Vicaria, tenetur ad integrum quindennium.*
5 *Refellitur* Gonzalez ad Regul. 8. hodie 9. Cancellar. de Menſib. gloſ. 5. §. 3. n. 78.
6 *Etiam ex* Beneficiis *Curatis debentur quindennia.*
7 *Vicariæ perpetuæ ſunt verè Beneficia, & quidem Curata.*
8 Beneficia *dicuntur habere Curam* Animarum, *quæ illam actu habent.*
9 Beneficia *unita cum Vicariis perpetuis, dicuntur habitu tantùm Curata.*
10 *Qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur.*
11 *In* Beneficiis *Curatis faciendus eſt Concurſus.*
12 *Vicarius perpetuus eſt nudus miniſter.*
13 *Beneficia unita cum Vicariis perpetuis, non dicuntur Curata quoad Concurſum.*

CAPITULUM XCV.

Aliquando uniri aſſolent manui mortuæ Beneficia Curata, & tunc ad exercendum Curam deputatur Vicarius perpetuus per manum mortuam, ab Ordinario Loci approbandus, apud quem quidem Vicarium reſidet Cura actualis, remanente penès deputantem cura habituali, quod practicatur tàm in Eccleſiis 1
Cathedralibus, & Collegiatis, quàm etiam Regularibus utriuſque ſexus, vel aliis Locis Piis, ad tradita per *Barboſ. de Paroch. part.* 1. *cap.*1. *num.* 55. *& de Jure Eccleſ. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 28. *cum ſeqq. Florez Diez de Mena var. quæſtion. lib.*1. *quæſt.*10. *artic. &* §. 1. *n.*5. *cum ſeqq. Card. de Luca de Paroch. diſcurſ.* 20. *&* 46. *per tot. in ſupplement.* undè oriri poteſt controverſia inter manum mortuam deputantem, & Vicarium perpetuum deputatum, cuinam ex his incumbat onus ſolvendi quindennia ex Vicariis perpetuis, an nempè ipſi Vicario perpetuo deputato, an verò ipſi manui mortuæ deputanti, maximè poſt *Bullam* 47. *S. Pii V.* §. 3. *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. prætermiſſ. in ordine la I.* ſivè *unica*, & penès *Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib.*3. *cap.* 9. *nu.* 22. *& penes Gonzalez ad Regul.* 8. *hodie* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſ* 5. §. 3. *num* 49. per quam quidem memoratam *Bullam Pianam*, primo aſpectu videretur bonum jus fovere manus mortua, juſtàmque cauſam habere refundendi in Vicarium perpetuum onus ſolvendi quindennia, cùm antè *Pianam* adeò exceſſiva aſſignabatur per Ordinarios portio, ſeu congrua Vicario perpetuo, ut nihil, aut parum ex fructibus Beneficiorum Curatorum unitorum remaneret manui mortuæ
deputanti, poſt *Pianam* autem, ut in §. 2. man- 2
datum fuerit, quòd in poſterum Vicario perpetuo aſſignetur portio non minor ſcutis L. annuis, nec major C. computatis etiam incertis
emolumentis, proindèque in eadem *Piana* §. 3. 3
ipſa manus mortua pro rata tantùm fructuum certorum contribuere in quindennio cogitur, pròque alia rata Vicarius perpetuus ad quindennium legitur obligatus, ibi „ & quoniam „ iniquum eſſet, eos, qui commodis privantur, eadem onera, quæ priùs ſuſtinebant, „ debere ſufferre, volumus, & ſtatuimus, „ quòd Eccleſiæ, Monaſteria, Collegia, Beneficia, & Pia Loca hujuſmodi, in quorum „ Parochialibus Eccleſiis unitis continget Vicarias prædictas erigi, pro quantitatibus fructuum ipſis Vicariis perpetuis aſſignatorum, „ ad ſolutionem quindenniorum, quam Nobis, & Cameræ Apoſtolicæ ſolvunt, ulteriùs „ non teneantur, ſed eis detractio fiat ad ratam certorum, quæ de fructibus dictarum „ Parochialium percipiuntur „ quod proſequitur *Gonzalez in Regul.* 8. *hodie* 9. *Cancell. reſervator. Menſ. gloſ.* 5. §. 4. *nu.* 62. ibi „ dum „ pro rata aſſignata Vicariis aufertur Rectoribus onus ſolvendi quindennii, & transfertur „ in Vicarios perpetuos, eos gravando ad ſolutionem Annatæ, & ſic, ſicut ſolutio quindennii priùs fiebat à Rectoribus, pro Beneficiis reſervatis, ità eodem modo, pariter „ Vicarii tenentur in reſervatis ad expeditionem novæ Proviſionis, & ſolutionem Ana-

„ natæ, cùm regulariter tranſlatio fiat cum
„ ſuo onere &c. iſtà tamen ratio non benè qua-
„ drat dictæ Conſtitutioni, quæ potiùs relevat
„ Vicarios ab onere antiquo, quàm de novo
„ gravet ad quindennia „; hinc fit, quòd Vica-
rius perpetuus, tanquàm verus, ac proprius Be-
neficiatus tenetur etiam ipſe ad Annatam pro
portione certorum fructuum eiſdem aſſignata,
aliàs defraudata Annata, in pœnam non ſolu-
4 tionis tenetur ad integrum quindennium juxta
ſæpè laudatam Pianam *in citato* §. 3. nimirùm
ampliùs beneficio contributi uti nequit, ſol-
vendo quindennium pro ejus rata unà cum ma-
nu mortua pro alia rata, ſed in ſolidum ad to-
tum quindennium condemnandus eſt, in ver-
bis ibi: *Ita tamen, quòd Vicarii perpetui tenean-
tur &c. ſolvere Annatam pro portione fructuum
&c. certorum ſibi aſſignata &c. nec aliàs ad poſ-
ſeſſionem dictarum Vicariarum perpetuarum, &
ſervitium earundem Parochialium admitti poſſint,
niſi ſoluta Annata &c. alioquin integrum quin-
dennium ſolvi debere, nec Vicarii anteà tuta con-
ſcientia fructus percipere poſſint &c.* proſequitur
*Ameyden. de ſtylo Datariæ lib.*1. *cap.* 18. §.3. *de
Annat. num.* 30. *&* 31. *Rota in recentior. dec.*62.
num. 20. *par.* 15. *dec.* 93. *num.* 20. *part.* 16. ubi
tamen *Ameyden.* notat, vix unquam ſolvi An-
natam pro Vicaria perpetua, ex eo quòd ultrà
fructus certos, conſiſtunt in fructibus incertis,
5 pro quibus non ſolvitur Annata: qua occaſione
redarguit *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodie* 9. *Cancel-
lar. de Menſib. gloſ.* 5. §. 3. *num.* 78. putantem,
ideò non ſolvi pro Vicaria Annatam, ex eo
quòd ſub congrua Vicario aſſignata compræ-
henduntur diſtributiones, pro quibus Annata
non ſolvitur, æquivocando in nomine diſtribu-
tionum, cùm tamen Vicaria non habeat diſtri-
butiones, ſed benè aliqua emolumenta incerta,
& proſequitur *Rota penès Garzias de Benefic.
par.*9. *cap.*2. *num.*309. *in med. verſiculo & quod
dicta Conſtitutio.*

His itaque pro notitia prænotatis, etiam ex
Vicariis perpetuis juxta eandem *Bullam Pia-*
6 *nam* debentur quindennia, prout illa debentur
ex Beneficiis Curatis, ut ſtatuitur in *Bulla* 20.
Julii III. §.6. *Bullar. nov. Rom. tom.*1. *Bulla* 17.
Pauli IV. §.8. *eod. tom.*1. *Bulla* 38. *S. Pii V.* §.6.
tom. 2. *Bulla* 18. *Urbani VIII. in principio*, *jun-
cto* §. 2. *tom.* 5. *& Bulla* 50. *Clementis X.* §. 1. 5.
*& 6. tom. 6. repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in
ordine la* III. V. VI. VIII. *&* XI. quippè Bullæ
quindenniorum loquentes de Beneficiis Cura-
tis, comprænhendunt quoque Vicarias perpe-
7 tuas, quæ verè Beneficia ſunt, & quidem Cu-
rata, *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodie* 9. *Cancellar.
de Menſib. gloſſ.* 5. §.3. *num.*21. *cum ſeqq. Garz.
de Benefic. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 286. *Maſſobr. in
prax. habend. Concurſ. prælud.*14. *n.*1. *cum ſeqq.*

Neque obſtat, quòd, cùm Bullæ quinden-
niorum loquentes ſimpliciter de Cura, intelli-
gantur de Cura actuali, non autem de habitua-
li, quaſi quòd in propria, & potiori ſignifica-
8 tione ſumenda ſint verba, & quaſi quòd illa
dumtaxat Beneficia dicantur habere Curam
Animarum, quæ eam habent actu, non quæ
eam habent habitu tantùm, *Barboſa de Paroch.
par.*1. *cap.* 1. *nu.*75. *cum ſeqq.* extendi nequeant
ad Vicarias perpetuas, quæ habent ſolam Cu-
9 ram habitualem, proindèque Beneficia unita
cum Vicariis hujuſmodi perpetuis, dicuntur
habitu tantum Curata, *Felin. in cap. poſtulaſti*
27. *num.* 1. *de Reſcript. Leo theſaur. for. Eccleſ.
par.* 1. *cap.* 10. *num.* 5. *in fin. verſiculo Beneficia
autem*; quia fictione quadam Juris quodam-
modò etiam penès manum mortuam deputan-
tem cenſetur reſidere Cura actualis, dum qui
per alium facit per ſe ipſum facere videtur, ex 10
vulgatis.

Minùs obſtat, quòd non videantur compræ-
henſæ in Bullis quindenniorum Vicariæ perpe-
tuæ tanquàm in re conſiderabili diſſimiles à Be-
neficiis Curatis, ſeu cum Cura, dum *Sacrum
Concilium Tridentinum ſeſſ.* 24. *de Reformat. cap.*
18. *& Bulla* 32. *S. Pii V. Bullar. nov. Rom tom.*2.
*repetit. penès Maſſobr. in prax. habend Concurſ.
in principio operis antè prælud.* 1. mandans fieri 11
Concurſum in Beneficiis Curatis, coram Exa-
minatoribus Synodalibus, prævio rigoroſo
examine concurrentium, ſèque opponentium,
non procedit in Vicariis perpetuis, in quibus
non requiritur Concurſus, nec examen Vicarii
perpetui deputati, ſed ſufficit ſola approbatio
Ordinarii, ex eo quòd Vicarius perpetuus con- 12
ſideratur tanquàm nudus miniſter, ac famulus,
non autem tanquàm Eccleſiæ Rector, & ſpon-
ſus, irrevocabilis tamen, ac amovibilis, ut de-
claravit tàm *Sacrum Concilium Tridentinum
ſeſſ.*7. *de Reformat. cap.*13. quàm idem *S. Pius V.
in alia ſuperiùs ſæpè laudata Bulla* 47. §. 4. *Bul-
lar nov. Rom tom.*2. immò etiam deprehendi-
tur ex *cap. de Monachis* 12. *cap. extirpandæ* 30.
§. *Qui verò* 2. *de Præbend. cap. unic. de Cappell.
Monach. in* 6. & explicant *Barboſa ad Concil. loc.
citat. num.*16. *Maſſobr. in prax. habend. Concurſ.
prælud.* 14. *num.* 15. *Turricell. de union. Benefic.
cap.*4. *nu.* 53. *cum ſeqq. Card. de Luca de Paroch.
diſcur.*10. *nu.*3. *&* 4 *diſcur* 17. *n.*5. *diſcurſ* 37.
per tot. diſcur. 39. *n.* 2 *circà fin. verſic minùſque
intrat*, *& diſcur.* 46. *num* 4. *in fin. in ſupplement.
& de Benefic. diſcur.*55. *&* 95 *per tot Rota coram
Merlin. dec.* 95. *&* 115. *tom.* 1. *Coccin. dec.*844. *ac
in recentior. dec.*330. *per tot. par.*9. *tom.*2 nec in
Bullis quindenniorum fit mentio de Vicariis
perpetuis; quia, præterquamquòd expreſſa fit
mentio de hujuſmodi Vicariis ſaltem in *prælau-
data Bulla* 47. *S. Pii V. Bullar. nov. Rom. tom.* 2.
*repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt prætermiſſ. in
ordine la I. ſivè Unica*, non ex permiſſa omiſſio-
ne Concurſus, & rigoroſæ formæ à Concilio,
ac Bulla Piana injunctæ definit militare eadem
ratio in Vicariis perpetuis, quæ militat in Be-
neficiis Curatis, ad effectum ſolvendi quinden-
nia, ſtante præſertim memorata Piana: immò
Beneficia unita cum hiſce Vicariis perpetuis ad 13
ſummum quidem non dicuntur Curata quoad
Concurſum, ut notat *Card. de Luca de Paroch.
diſcur.* 46. *num.* 4. *in fin. verſiculo neque horum
Beneficia*, *in ſupplemento*; & ſatis eſt, quòd Vi-
cariæ perpetuæ ſint Beneficia ad hoc, ut poſteà
unita ſubjaceant quindenniis, juxta literalem
mentem earundem Bullarum quindenniorum.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti
quatuor Ducatorum auri de Camera
excedentibus, Præbendis Præceptoria-

 libus

libus in Gallia nuncupatis, aſsignatis prò Magiſtris Sacræ Scripturæ, aut Grammaticæ, in proventibus Menſæ Capitularis conſiſtentibus, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Deputandi ſunt Magiſtri in* Sacra Scriptura, *& Grammatica, cum aſſignatione Præbendarum.*
2 *In Gallia deputantur de conſilio Conſulum Locorum.*
3 *Ex Præbendis Præceptorialibus in Gallia, conſiſtentibus in proventibus Menſæ Capitularis debentur quindennia.*
4 *Iſtæ non videntur eſſe Beneficia.*
5 *Sola circumſtantia adhibendi conſilium Laicorum, denotat non eſſe Beneficia.*
6 *Rejicitur* Capon.controverſ.forenſ.controver.32. n. 11. 16. & 17.
7 *Declaratur idem* Capon. ibid. n. 11. & 16. in fin.
8 *Iterùm declaratur idem* Capon. ibid. n.29.

CAPITULUM XCVI.

1 AD exemplum Concilii Lateranenſis in *cap. quia nonnullis* 4. *de Magiſtr. & Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.*5. *de Reformat. cap.*1. providè præcipientis deputationem Magiſtrorum in Sacra Scriptura, & Grammatica, ſingulis aſſi-
2 gnando Præbendas, in Gallia ex Ordinatione Regia inſtitui ſolent Magiſtri in prædictis facultatibus ab Epiſcopis de conſilio Capitulorum, & Conſulum, ſeu Priorum Locorum, ad nutum tamen amovibiles, cum aſſignatione Præbendarum de redditibus Menſarum eorundem Capitulorum, *Tondut. reſolution. canonic. & beneficial. par.*1. *cap* 17. *per tot. & de Penſion. Eccleſ. cap* 66. *num* 9. *cum ſeqq. Barboſa de Canonic. & Dignitatib. cap.*28. *num.*63. cùm autem contingere poſſit, quòd Præceptoriales hujuſmodi Præbendæ manui mortuæ uniantur, & ratione Unionis prætendantur ab Annatiſtis quinden-
3 nia, meritòque illa debeantur, reſolvimus, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Præbendis Præceptorialibus in Gallia nuncupatis, aſſignatis pro Magiſtris Sacræ Scripturæ, aut Grammaticæ, in proventibus Menſæ Capitularis conſiſtentibus, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia; quippè, cùm tales Præbendæ aſſignentur ſuper redditibus Menſæ Capitularis, proindè uti participantes de natura, & qualitate Beneficii ratione originis, ac Eccleſiaſticitatis, ſubjacere debent quindenniis ob rationis identitatem.

4 Nec obſtat, quòd iſtæ Præbendæ Præceptoriales non videantur eſſe Beneficia, neque obtineri poſſe tanquàm Beneficia, immò tales Præceptores, ſeu Magiſtri deſtitui poſſunt ab Ordinariis de conſenſu Capitulorum, ac Conſulum eorum Locorum, ut teſtantur *Bleynian. de Benefic. tit. de loc. Collegial. num.*9. *Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.*66. *nu.* 6. *cum ſeqq. & reſol. can. & benef. par.* 3. *cap.*129. *num.* 18. *Paſtor de Benefic. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 10. *circà fin. verſiculo Præceptor verò*: undè Bullæ quindenniorum directæ ad ſola Beneficia unita, tanquàm exorbitantes à Jure communi, vel illi ſaltem incognitæ, ac ignotæ ex ſupra *Cap. I.* traditis, non videntur extendendæ ad Præbendas iſtas non beneficiales, carentes titulo perpetui Beneficii, cùm non debeantur tales Præbendæ ratione ſervitii Eccleſiaſtici, ſed ratione laboris, qui conſiſtit in mera temporalitate; quia ſatis eſt, quòd iſtæ Præbendæ Præceptoriales, ut in Bullis quindenniorum compræhendantur, proveniant, ac conflentur ex redditibus Menſæ Capitularis, ſicque ſint adinſtar Beneficiorum, dùm ejuſmodi Præceptores ex dictis ab Ordinariis inſtituuntur, & deſtituuntur, ut patet ad ſenſum.

Minùs obſtat, quòd ſola aſſignatio proventuum Menſæ Capitularis de per ſe non conſtituit Beneficium citrà approbationem Ordinarii, qui tamen illam non authorizat, immò poſt ſequutam hujuſmodi aſſignationem Præbendarum ſimpliciter inſtituit iſtos Magiſtros, ſeu Præceptores vocatis deſuper Capitulo, & Conſulibus, ſeu Primoribus Loci; adeò, ut tanquàm amovibiles poſteà deſtituit iiſdem vocatis, ſi in munere deliquerint: quæ ſola circumſtantia adhibendi etiam conſilium Conſulum, qui laici ſunt, tàm in inſtitutione, quàm 5
in deſtitutione denotat has Præceptorias non eſſe Beneficia, quæ, ſi talia eſſent, profectò non intervenirent laici, uti incapaces ſpiritualium: quòd quidem objectum forſitan haberet aliquam apparentiam ſubſiſtentiæ, ſi non interveniret etiam auctoritas Ordinarii.

Longè minùs obſtat *Capon. controverſ. forenſ. controv.* 32. *num.* 11. 16. & 17. aſſerens, non 6
deberi quindennia ex Bonis relictis pro Magiſtro Scholæ, in verbis ibi „ Non videntur obſtare, quæ &c. pro parte Annatiſtarum opponuntur; nam, cùm ex Decretis Sacræ Congregationis Regularium appareat, Bona diſmembrata ex Eccleſia, ſeu Cappella S. Mariæ de Arcu, eſſe in adminiſtratione laicorum &c. fuit eiſdem laicis conceſſum, ut poſſint habere ex eiſdem Bonis ſcuta centum pro Magiſtro Scholæ &c. & ſic antequàm deveniſſent ad præfatos Fratres, erant Bona merè laicalia &c. Bona S. Mariæ de Arcu, erant Bona laicalia, quæ liberè adminiſtrabantur à laicis, cùm eſſet quædam Cappella intrà fines Parochiæ loci Summæ, & S. Anaſtaſii, in qua propter multitudinem Miraculorum augebantur redditus ex oblationibus, quæ in dies à Chriſti fidelibus ibi fiebant, & &c. fuit determinatum, ut &c. diſmembrarentur fructus uſque ad ſummam 500. aureorum &c. centum pro Magiſtro Scholæ &c. & ità nondùm erant effecta Eccleſiaſtica tempore applicationis, & ſic, cùm nunquam fuerunt collativa, nec Annatiſtæ eſſent in poſſeſſione exigendi Annatam, non poſſunt ipſi prætendere quindennium. Nam, ſi prædicti Officiales, ex Conſtitutionibus Summorum Pontificum poſſent prætendere quindennia ex præfatis Bonis applicatis pro dote dicti Capituli, poſſent etiam prætendere quindennia ex fructibus applicatis pro Magiſtro Scholæ &c. quod dicere eſſet abſurdiſſimum &c. „ quia *Capon.* loquitur de Bonis 7
merè laicalibus, ut *dicto num.* 11. ibi: *erant Bona merè laicalia &c.* & *dicto num.* 16. ibi: *erant* Bo-

Bona laicalia, quæ liberè adminiſtrabantur à laicis &c. nondùm erant effecta Eccleſiaſtica tempore applicationis, & ſic cùm nunquam fuerunt collativa &c.

Præbendæ autem Præceptoriales, de quibus
agimus, uti conſiſtentes à ſui primordio in red-
ditibus Menſæ Capitularis, verè ſunt Bona Ec-
8 cleſiaſtica, veluti talia eſſe eo caſu fatetur idem
Capon. ibid. num. 29. ibi: *Ponderando autem ſin-
gula exempla &c. Primum Montis Flaſconen. ſi
fiat fundamentum in* Unione *quorundam prædio-
rum, ſeu reddituum, & emolumentorum, quæ
Capitulum Eccleſiæ Lateranen. ab Eccleſia* S. *Lu-
ciæ in Territorio ejuſdem Civitatis annui valoris
Ducatorum* 50. *percipiebat, non applicatur caſui
noſtro, quia, cùm dicti redditus perciperentur à
Menſa Capitulari, dicitur vera diſmembratio ex*
Beneficiis *collativis, ſcilicet Canonicatibus, &
aliis* Beneficiis, *percipiendi fructus ex dicta Men-
ſa, & perindè eſt, ac ſi ex dictis Canonicatibus,
& aliis* Beneficiis *facta fuiſſet diſmembratio &c.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus ad favorem manus mortuæ reſervatis, facta obligatione de ſolvendo quindennia, in conſcientia etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Manus mortua tenetur ſolvere quindennia in conſcientia, quando ad illa ſolvendum ſe obligavit.*
2 *Pupillus, vel minor contrahens ſine ſolemnitatibus, tenetur in foro interno.*
3 *Pupillus, cum auctoritate tutoris naturaliter ſe obligare poteſt.*
4 *Promiſſio de ſolvendo quindennia, continet pactum circà rem licitam.*
5 *Talis promiſſio provenit ab obligatione legali.*
6 *Pontifici reſiſtens, Dei ordinationi reſiſtit.*
7 *Et quidem ſub peccato mortali.*
8 *Quis obligatus eſſe poteſt in conſcientia, quantumvis non ſit obligatus de Jure.*
9 *Promiſſio de ſolvendo quindennia, habet aſſiſtentiam Juris.*
10 *Cauſa quindenniorum eſt Eccleſiaſtica, & in foro Eccleſiaſtico tractanda.*
11 *Non debet minùs operari obligatio legalis, quàm conventionalis.*
12 *Æquum non eſt cum aliena jactura locupletari.*
13 *Contrà manum mortuam propriæ obligationi contravenientem procedi poteſt per cenſuras Eccleſiaſticas.*

CAPITULUM XCVII.

Semel obligata manu mortua per organum
ſuorum Miniſtrorum ad ſolvendum quin-
dennia pro Beneficiis manui mortuæ unitis, ſeu
pro perpetuis Penſionibus ad favorem manus
mortuæ reſervatis, ipſa manus mortua, vel
ejus nomine, illius Miniſtri pro illa ſe obligan-
tes, tenentur in conſcientia quindennia ſolve-
re; ideòque monemus in præſenti, quòd ex Be- 1
neficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum
auri de Camera excedentibus, manui mortuæ
unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus ad favo-
rem manus mortuæ reſervatis, facta obligatio-
ne de ſolvendo quindennia, in conſcientia
etiam adhùc debentur quindennia: tunc enim
manus mortua remanet obligata non ſolùm ex
lege, ſed ex obligatione perſonali, ac reali,
quam fecit ipſa ſtandi; adinſtar pupilli, vel mi- 2
noris, & cum illo contrahentis ſine ſolemnita-
tibus legalibus, aut ſtatutariis, vel filiifami-
lias, ſeu Eccleſiæ ex contractu locupletiorum
factorum, qui in conſcientia, ac ſaltem natura-
liter remanent obligati, quantumvis in foro
externo non teneat eorum obligatio, ad *textum
in l. pupillus* 5. §. *Pupillus* 1. *ff. de authoritat.
tutor. l.* 1. *in fin. ff. commodat. l. naturaliter* 13.
§. *fin. l. nam hoc natura* 14. *ff. de condiction. inde-
bit. l. furioſus* 46. *ff. de obligation. & action. l.* 1.
in fin. ff. de novation. l. ſi ejus 64. *ff. ad Senatuſ-
conſult. Trebellian. l. fin. in principio, ff. de jure-
jurand. l. ſi pupillus* 127. *ff. de verb. obligation. l.
cùm illud* 25. §. *Hæres* 1. *ff. quand. dies legat. ced.
l. in numerationibus* 44. *verſiculo item ſi pupillo
ff. de ſolution. l. ſi pupillus* 21. *ff. ad leg. Falcid. l.
Marcellus* 2. *ff. de fideijuſſor. Gomez in l. Taur.* 3.
num. 124. *Narbon. de ætate anno* 14. *quæſt.* 6.
num. 5. *cum ſeqq. Mandoſ. de ætate minori cap.* 5.
n. 32. *Molin. de contract. tom.* 2. *tract.* 2. *diſp.* 257.
num. 1. *cum ſeqq.* hinc fit, quòd pupillus, acce- 3
dente auctoritate tutoris, etiam naturaliter ſe
obligare valet, *l. pupillus* 149. *ff. de regul. Jur.
l. pupillus* 5. *l. impuberes* 13. *ff. de authorit. tutor.
Thomat. dec. March.* 213. *n.* 40. *tom.* 2.

His accedit, quòd, cùm obligatio, ſeu pro- 4
miſſio de ſolvendo quindennia, contineat pa-
ctum, & conventionem circà rem licitam, uti
introductam ab immemorabili uſu, & approba-
tam à Summis Pontificibus, ſervanda eſt etiam
vinculo naturali, ſeu in conſcientia ſub pœna
peccati mortalis, quidquid ſit, ſi obligatio
verſaretur circà rem illicitam, *Navarr. con-
ſil.* 6. *num.* 4. & 5. *de pact. & conſil.* 14. *num.* 14.
de ſtat. Monach.

Omiſſo, quòd talis obligatio, ſeu promiſſio 5
de ſolvendo quindennia provenit ab obligatio-
ne legali inducta per Conſtitutiones Apoſtoli-
cas ſuper materia quindenniorum editas, ideò-
que obligat in conſcientia ad culpam, & ſub
peccato, ex eo quòd Pontifici legitima eſt po-
teſtas exigendi quindennia ex Beneficiis manui
mortuæ perpetuò unitis, aut ex perpetuis Pen-
ſionibus ad favorem manus mortuæ reſervatis, 6
cui reſiſtens, Dei ordinationi reſiſtit, ſecun-
dùm *Apoſtol. ad Roman. cap.* 13. & quidem ſub 7
mortali potiùs, quàm veniali ob qualitatem
materiæ, & circumſtantiarum includentium
grave præjudicium ipſius Papæ, ſeu illius Ca-
meræ Apoſtolicæ, & Annatiſtarum, *Zoeſius in
Jus Canonic. lib.* 1. *tit.* 2. *de Conſtitution. num.* 29.
Azor. inſtitution. moral. part. 1. *lib.* 5. *cap.* 3.
quæſt. 9. *in principio*, §. *Animadvertendum*, *Spe-
rell. dec.* 46. *num.* 6. *cum ſeqq. par.* 1.

Præterquamquòd benè poteſt quis eſſe obli- 8
gatus in conſcientia, quantumvis non ſit obli-
gatus de Jure ob illius reſiſtentiam; ſicque in
caſu à fortiori manus mortua erit obligata in
con-

conſcientia ob propriam promiſſionem de ſol-
9 vendo quindennia habentem potius aſſiſtentiam Juris, ipſarum nempè Bullarum quindenniorum, ad tradita per *bon. mem. R. P. D. Piton. diſcept. Eccleſ. par 1. diſcept. 2. num. 14. & 15. Didac de Caa in allegat pro ſubſtinend. validit. fundation. Convent Victor. num. 86. cum ſeqq. apud eund. Neguzant. quaſtion. 68. num. 18. & quæſtion. 417. nu. 72. cum ſeqq.*
10 Fortiùſque intrat noſtra reſolutio, dum Cauſa quindenniorum eſt Eccleſiaſtica, & in foro Eccleſiaſtico pertractanda, *Molina de contract. tract. 2. diſp. 257. n. 5. in med. verſiculo obſervat*;
11 eòque modo, quo non debet minùs operari obligatio legalis, quàm conventionalis, *l. obligamur 52. ff. de obligation. & action. Hodiern. ad Surd. dec. Mantuan. 31. num. 15.* ità è converſo non debet minùs operari obligatio conventionalis in caſu, quàm legalis: manus autem mortua procul dubio ex Unione Beneficii, aut reſervatione Penſionis ſibi facta evadit locupletior, dum percipit fructus Beneficii ſibi
12 uniti, aut Penſionis ſibi reſervatæ; nec æquum eſt cum notabili, perpetuo, ac irreparabili detrimento Annatiſtarum locupletari, & è contrà hujuſmodi obligatio naturalis redolet quandam æquitatem, *l. Stichum 95. §. Naturalis 4.*
13 *ff. de ſolution.* in tantum, ut contrà manum mortuam propriæ obligationi contravenientem procedi poſſit per cenſuras Eccleſiaſticas, *Marta de Juriſdiction. par. 4. centur. 2. caſ. 112. n. 13.* ibi: *Per hanc obligationem debitor principaliter Animam obligat, ità, ut poſſit excommunicari, & communione fidelium privari, ut infami illa publicatione notatus curet ſatisfacere &c. Maſſ. Galleſ. de obligat. Cameral. quaſt. 2. nu. 10.* ibi: *ut debitores communione Sacrorum privati, & infami illa publicatione notati &c. quandoque ſatisfacere curent &c.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, vigore mandati, ſeu Decreti de uniendo, manui mortuæ uniendis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, eodem modo ad favorem manus mortuæ reſervandis, dummodò manus mortua mandataria, ſeu decretaria cum effectu in poſſeſſionem Beneficiorum ſibi uniendorum immittatur, ſivè cum effectu perpetuas Penſiones exigere incipiat, à die prædicti mandati, ſeu Decreti, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex ſolo mandato de uniendo* Beneficio, *ſeu de reſervanda Penſione ad favorem manus mortuæ debentur quindennia, à die prædicti mandati, dummodò manus mortua mandataria immiſſa fuerit in poſſeſſionem* Beneficii *ſibi uniendi, ſivè Penſionem exigere cæperit.*

2 *Ex ſolo mandato ad actum gerendum inducitur ipſo Jure actus geſtus, vigore retrotractionis.*

3 *Hæreditatis aditio probatur ipſo Jure ex mandato ad adeundam hæreditatem.*

4 *Quindennia dumtaxat debentur ex Unione Beneficii, aut reſervatione Penſionis.*

5 *Mandatum de providendo non eſt proviſio.*

6 *Mandatum de uniendo* Beneficio, *aut de reſervanda Penſione tribuit jus ad rem.*

7 *Mandatum de ſubrogando non eſt ſubrogatio.*

8 *Expectativæ ſublatæ fuerunt per* Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 19.

9 *Uti inducentes votum captandæ mortis.*

10 *Mandatum de diſpenſando non eſt diſpenſatio.*

11 *Mandatum, ſeu promiſſio de vendendo non eſt venditio.*

12 *Aliud eſt facultas ad faciendum, aliud verò ipſum factum.*

13 *Ut intret retrotractio, ſatis eſt, quòd actus ſubſequens ità cum antecedenti coaleſcat, & fiat individuus, ut uterque perindè habeatur, ac ſi uno, eodèmque tempore factus ſit.*

CAPITULUM XCVIII.

Aſſolent aliquandò Summi Pontifices injungere Ordinario Loci mandatum, ſeu Decretum de uniendo Beneficio, ſeu de reſervanda Penſione manui mortuæ; & non obſtante mandato hujuſmodi Pontificio, ſolet quandoque etiam in longum protrahi ipſa Unio Beneficii, ſeu reſervatio Penſionis, nec niſi poſt multum tempus immitti in poſſeſſionem manus mortua, interim prætendentibus Annatiſtis quindennia ſtatim incipere currere à die mandati de uniendo Beneficio, ſeu de reſervanda Penſione; è contrà verò manu mortua prætendente ad illa teneri à die dumtaxat immiſſionis in poſſeſſionem: quamobrem bonum jus foventibus Annatiſtis, in præſenti reſolvimus, quòd ex Be-
neficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum 1
auri de Camera excedentibus, vigore mandati, ſeu Decreti de uniendo, manui mortuæ uniendis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, eodem modo ad favorem manus mortuæ reſervandis, dummodò manus mortua mandataria, ſeu decretaria cum effectu in poſſeſſionem Beneficiorum ſibi uniendorum immittatur, ſivè cum effectu perpetuas Penſiones exigere incipiat, à die prædicti mandati, ſeu Decreti, etiam adhùc debentur quindenna; ſicuti enim ex ſolo mandato ad aliquem 2
actum gerendum, vigore retrotractionis inducitur ipſo Jure actus geſtus *Salgad. labirynth.*
credit. par. 1. cap. 30. num. 3. undè aditio hære- 3
ditatis probatur ipſo Jure ex mandato ad adeundam hæreditatem, *l. ſi ego 26. ff. de acquir. hæreditat.* ità ex ſolo mandato, ſeu Decreto de uniendo Beneficio, aut de reſervanda Penſione, inducitur ipſo Jure Unio Beneficii, aut reſervatio Penſionis ad effectum ſolvendi quindennia à die mandati, retrotrahendo diem ſequutæ Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſionis ad diem editi mandati.

Nec obſtat, quòd mandatum de uniendo Beneficio, non eſt Unio Beneficii, nec mandatum de reſervanda Penſione, eſt reſervatio Pen-
ſionis: ex Unione autem Beneficii, aut reſer- 4
vatione Penſionis dumtaxat debentur quindennia

ura juxta Bullas quindenniorum: cùmque quindenniorum materia uti præter Jus commune, ſit ab ipſo Jure communi exorbitans, vel ſaltem ipſi incognita ex per nos ſuprà *Cap. I.* ac alibi paſſim deductis, Bullæ quindenniorum mandantes quindennia ſolvi ex Beneficiis unitis, ſivè ex Penſionibus reſervatis manui mortuæ, reſtrigendæ videntur intrà ſuos cancellos, non autem extendendæ ad Beneficia unienda, ſivè ad mandata de Beneficiis uniendis, vel ad Penſiones reſervandas, ſivè ad mandata de Penſionibus reſervandis; eodem fermè pacto,
5 quo mandatum de providendo vulgò gratia *in forma dignum*, ad differentiam Proviſionis *in forma gratioſa*, non eſt proviſio, nec jus in re, ſeu in Beneficio, ſed ad rem, ſeu ad Beneficium, tantùm tribuit mandatario, quatenùs ipſe repertus fuerit idoneus, *cap. eam te 7. cap. Capitulum 30. cap. ad audientiam 31. cap. literis 39. de Reſcript. cap. dilectus 2. de Præbend. cap. ex parte 1. de offic. Delegat. cap. ſi ſoli 6. de conceſſion. Præbend. in 6. cap. ſi eo tempore 45. de election. in 6. Tondut. reſol. Canonic. & benefic. par. 2. cap. 4. §. 2. num. 7. Lotther. de re benefic. lib. 3. quæſt. 8. num. 138. & quæſt. 17. num. 4. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtol. lib. 7. cap. 6. num. 26. Ricc. collect. 1587. in principio, par. 5. Mandoſ. in Regul. 34. hodie 35. Cancellar. de annal. quæſt. 55.*
6 *per tot.* ità mandatum de uniendo Beneficio, aut de reſervanda Penſione tribuit jus ad rem,
7 *Rota coram Bich. dec. 140. num. 4.* & mandatum de ſubrogando non eſt ſubrogatio gratioſa, ſed benè rigoroſa, *Roſa de exequutor. liter. Apoſtol. par. 1. cap. 17. num. 13. & in addition. nu. 4.* ſimiles erant olim expectativæ, ſeu mandata de providendo permiſſa antè Concilium Baſi-
8 lienſe, ſublata poſteà per *Sacrum Concilium Tri-*
9 *dentinum ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 19.* vel uti inducentia votum captandæ mortis, vel uti nimis lædentia auctoritatem Ordinariorum ſuper ſuis collationibus Beneficiorum, *Paſtor de Benefic. lib. 1. tit. 17. num. 1. & per tot. ubi Solier litera A &* B *Garz. eod. tract. par. 6. cap. 1. n. 1. & per tot. Chokier. de Precib. Primar. ſection. 5. Schol. in §. 1. litera* B *verbo gratia expectativa*;
10 hinc mandatum de diſpenſando non eſt diſpenſatio, *Sanchez de matrimon. tom. 2. lib. 8. diſput. 30. num. 12. Pyrrh. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtol.*
11 *lib. 7. cap. 6. num. 26.* hinc mandatum, ſeu promiſſio de vendendo non eſt venditio, nec tranſfert rei dominium, ſed producit dumtaxat quandam actionem, ut promiſſor, ſeu mandans cogat vel vendere, vel præſtare intereſſe, *Caldas Pereyra de emption. & vendition. cap. 8. nu. 5. Lotther. de re benefic. lib. 3. quæſt. 8. nu. 140. Gratian. diſc. 54. num. 49. Salgad. labirynth. creditor. par. 1. cap. 30. nu. 16. verſiculo hinc eſt, & par. 2. cap. 9. num. 72. in fin. verſiculo Princeps etenim.*
12 Prout aliud eſt facultas ad faciendum, aliud verò ipſum factum; ita, ut videretur, ſolummodò à die exequutionis operari debere ſuum effectum debiti quindennialis, *Larrea alleg. fiſcal. 106. num. 8.* quaſi quòd hujuſmodi fictio, ſeu retrotractio non haberet extremum habile, ad quod referri, ac retrotrahi poſſet Unio Beneficii, aut reſervatio Penſionis, cùm Beneficium uniendum, tunc nondùm eſſet, & Penſio reſervanda, nondùm eſſet (ut ità dicam) in Bonis, ſeu in poſſe manus mortuæ mandatariæ, ideòque nondùm in ſtatu maturationis quindenniorum, ſed manus mortua habeat ſpem ſibi faciendæ Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſionis.

Nihilominùs objectum non regit, ut enim 13
intret retrotractio, ſatis eſt, quòd actus ſubſequens ità cum antecedenti coaleſcat, & fiat individuus, ut uterque perindè habeatur, ac ſi uno, eodémque tempore factus ſit, per *textum in cap. ſuggeſtum 20. de Jurepatronat. l. Bonorum 24. ff. rem ratam haberi, l. fin. C. ad Senatuſconſult. Macedon. Gonzalez ad Regul. 8. hodie 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 47. n. 33. Rota in recentior. dec. 239. n. 17. cum ſeqq. par. 16.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ per modum novæ erectionis, ſeu inſtitutionis, non autem per modùm Unionis aſsignatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Intentio probatur ex diverſitate verborum.*
2 *Ex* Beneficio *manui mortuæ aſſignato per modum novæ erectionis, ſeu inſtitutionis, non autem per modum Unionis, etiam adhùc debentur quindennia.*
3 *Ex Beneficiis recenter fundatis debetur Annata.*
4 *Rejicitur* Maſſ. Galleſ. de annat. n. 30. propè fin. §. Ex hujus regulæ, in principio.
5 *Non data eſſentia ſubjecti, cui acceſſio fiat, impoſſibile eſt dari Unionem.*
6 *Venter non patitur dilationem.*
7 *Donare* Beneficium, *non eſt illud unire.*

CAPITULUM XCIX.

Cum Summi Pontifices in aſſignatione Beneficiorum, ſeu Eccleſiarum facta favore Loci Pii non ſemper procedant per viam rigoroſæ, ac formalis Unionis extinctivæ vacationis, quæ (ut plurimùm) verſatur circà Loca Pia jam erecta, & in rerum natura per prius exiſtentia, ſed per viam originariæ, ac primævæ erectionis, ſeu inſtitutionis, quæ propriè, & in rigore dumtaxat verſatur circà Locum nondùm erectum, nec adhùc per prius in mundo exiſtentem.

Probatur autem, Pontificem proceſſiſſe potiùs per viam erectionis, quàm per viam Unionis, ſi in literis Apoſtolicis ad favorem manus mortuæ editis legantur verba, *erigimus, inſtituimus, concedimus*, vel alia ſimilia æquipollentia; ſi namque procedere voluiſſet per viam Unionis, non uteretur hujuſcemodi verbis, ſed aliis Unionem importantibus, quibus uti ſolent Romani Pontifices, quando intendunt unire, non verò erigere, nec melior datur pro- 1
batio intentionis diſponentis, quàm ex diverſitate verborum, quibus ad diſponendum movetur, tanquàm ſignis, & teſtimoniis mentis, ex deductis per *Barboſ. axiom. 222. num. 2.* indè meritò præbetur anſa hæſitandi, an etiam in caſu

no-

novæ erectionis ſit locus quindenniis , prout procul dubio illis locus eſt in caſu veræ , ac propriæ Unionis , juxta literales Bullas quindenniorum : & combinando terminos erectionis cum terminis Unionis , in caſu Beneficii conceſſi manui mortuæ in limine ſuæ erectionis , ſicque deſtitutæ omni alio Beneficio , tamquàm tunc naſcenti , reſolvitur in præſenti , quòd ex Bene-
2 ficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus , manui mortuæ per modum novæ erectionis , ſeu inſtitutionis , non autem per modum Unionis aſſignatis , etiam adhùc debentur quindennia ; eodem fermè pa-
3 cto , quo ex his Beneficiis , quæ novè , recentèrque eriguntur , & tunc primùm ex Bonis profanis dotantur , illi , quibus ea Beneficia ab eorum prima erectione conferuntur , Annatam ſolvunt , proindèque pariter quindennium ſolvere debent , veluti in præciſis terminis firmat *Ameyden. de ſtylo Datariæ lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. num.* 12. ibi : *adeò , ut , quemadmodùm ſolvitur Annata pro Beneficiis fundatis , ſi fructus eorum XXIV. Ducatos excedant , itá etiam ſolvuntur quindennia &c.*

4 Nec obſtat *Maſſ. Galleſ. de annat. nu.*30.*propè fin. §. Ex hujus regulæ , in principio* , contrarium tenens in verbis ibi : *Pro illis quoque Beneficiis , quæ novè eriguntur, & tunc primùm ex Bonis profanis dotantur , illi , quibus ea Beneficia ab eorum prima crectione conferuntur , Annatam non ſolvunt &c.* quia mox prælaudato *Ameyden.* contrarium ſentienti, uti ex profeſſo ſuper ſtylo Datariæ ſcribenti, ſicque uti magis deſuper informato , magis deferendum eſt, quod patet ad ſenſum .

Minùs obſtat , quòd videri neſciatur , quomodò applicari poſſint Bullæ quindenniorum ad erectionem , loquentes de Unione , quaſi quòd illæ procedant , vel procedere videantur in ſolo caſu Unionis factæ manui mortuæ (ut itá dicam (jam natæ , ſeu erectæ , & per prius inſtitutæ , ſicque perantea in rerum natura jam exiſtenti , & per conſequens jam habenti aliquot redditus , non verò in caſu originalis , ac novæ , ſeu recentis erectionis de nihilo manus mortuæ nondùm natæ , nec adhùc in Mundo exiſtentis , minùſque aliundè aliquid habentis ad vivendum , ſeu ſe ſubſtentandum ; itá , ut aſſignatio ejuſmodi dici nequeat vera , ac propria Unio , ſed benè erectio , & recens proviſio , ſeu dotatio manus mortuæ naſci incipientis , ac in Mundum venientis ; cùm Unio juxta vocis ſonum cadere nequeat ſuper corpore adhùc in rerum natura non exiſtente , ſicque nondùm nato , ſed tantùm fiat per acceſſum unius ad aliud jam
5 anteà præxiſtens ex eo , quòd , non data eſſentia ſubjecti , cui illa acceſſio fiat , impoſſibile eſt , dari unionem , *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.*29. *num.*47. non omiſſo , quòd in materia odioſa , ut iſta , quindenniorum , ſaltem odio rationabili , tanquàm Juri communi ignota , ex ſuprà *Cap. I. alibique paſſim* per nos cumulatis , ſub nomine unionis , annexionis , applicationis , incorporationis , & ſubmiſſionis , de qua , ſeu de quibus loquuntur Bullæ quindenniorum , non videtur compræhendi erectio tanquàm quid diverſum ab ipſa Unione : alias ſubverteretur pia erectio contrà mentem Pontificis erigentis , illam promoveri potiùs , & ſubſtine-
ri cupientis , cùm venter non patiatur dilatio- 6
nem ; nos tamen *Cap.* XLIII. & XLIV. tuemur , quindennia etiam deberi ex Unione facta pro ſubſtentatione .

Quod quidem objectum nequaquam ſubſiſtit , ex quò eadem militat ratio in erectione , Beneficium enim primò erectum , aſſignatùmque manui mortuæ , nunquam poſteà vacat .

Longè minùs obſtat ; quòd , prout ex ſimplici , non autem prægnante donatione Beneficii , etiam a Rege manui mortuæ facta videretur , non deberi quindennium , cùm donare Benefi- 7
cium , non ſit illud unire , *Turricell. de union. Benefic. cap.* 11 *n.*71.& 72. *Rota coram Gregor. XV. dec.*77. *num.* 6. *ubi Adden. num.* 11. ita ex ſimplici erectione , non autem prægnante Unione videretur , non deberi quindennium , cùm erigere Beneficium , non ſit illud unire ; quippè redit reſponſio mox data , quòd militat eadem ratio in erectione Beneficii , quæ militat in Unione .

ARGVMENTVM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus , à manu mortua diſmembratis , poſteàque alteri manui mortuæ unitis ex cauſa oneroſa cum reſervatione alicujus annuæ præſtationis faciendæ favore manus mortuæ , à qua diſmembrata fuerunt Beneficia , tàm per primam , quàm per ſecundam manum mortuam , etiam adhùc debentur quindennia .

SUMMARIUM.

1 *Ex Beneficio diſmembrato à manu mortua , poſteàque unito alteri manui mortuæ cum reſervatione annuæ præſtationis favore primæ manus mortuæ, tàm per primam , quàm per ſecundam manum mortuam debentur quindennia .*
2 *Bullæ quindenniorum non ſolùm loquuntur de Unione , ſed etiam de ſubmiſſione Beneficiorum .*
3 *Quindennia ſolvenda ſunt ſub pœna nullitatis Unionis .*
4 *In tantum* Beneficium *unitum , ſubjacet quindenniis, in quantum illud perpetuò unitur .*
5 *Unio debet eſſe perpetua , juxta* Bullas *quindenniorum .*
6 *Papa Jura Cameræ Apoſtolicæ tueri tenetur .*

CAPITULUM C.

IN more poſitum eſt, ut quandoque Romani Pontifices diſmembrent Beneficium ab una manu mortua , illùdque alteri manui mortuæ uniant , non ex cauſa in totum lucrativa , ſed in aliqua parte ex cauſa oneroſa, injuncta nimirùm ſecundæ manui mortuæ reſervatione alicujus annuæ præſtationis ad favorem primæ manus mortuæ , à qua diſmembratum apparet Beneficium , ſicque ſub conditione eandem recognoſcendi in Dominam , exindè oriri poteſt controverſia , an ex tali Unione , & an ab utra-
que

que manu mortua debeantur quindennia, nec
1 ne, & reſolvimus, quòd ex Beneficiis annuum
valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera
excedentibus, à manu mortua diſmembratis
poſteàque alteri manui mortuæ unitis ex cauſa
onerofa cum reſervatione alicujus annuæ præ-
ſtationis faciendæ favore manus mortuæ, à qua
diſmembrata fuerunt Beneficia, tàm per pri-
mam, quàm per ſecundam manum mortuam
2 etiam adhùc debentur quindennia; quippè, ſi
Bullæ quindenniorum præcipientes illorum ſo-
lutionem, non ſolùm loquuntur de ipſa Unio-
ne, ſed etiam de ſubmiſſione Beneficiorum
reſpectu ad manum mortuam, cui uniuntur,
ut ex *Bulla 6. Pauli II. §. 1. in fin. & §. 3. in prin-
cipio, Bullar. nov. Rom. tom. 1. Bulla 20. Julii
III. §. 5. eod. tom. 1. Bulla 17. Pauli IV. §. 8. in
principio, & poſt med. circà fin. & in fin. eod.
tom. 1. Bulla 38. S. Pii V. §. 4. in principio, tom. 2.
Bulla 33. Sixti V. §. 2. in principio, eod. tom. 2.
& Bulla 50. Clementis X. §. 1. poſt med. circà fin.
& §. 4. in principio, tom. 6. repetit. poſt Tract. int.
Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* I. III. V. VI.
VII. & XI. quantumvis hoc modo uniendo,
non detur in rigore ſubmiſſio; ità, ut manus
mortua, cui unitur Beneficium, ſit Domina,
cui potiùs è contrà videatur quodammodò
adhùc remanere Beneficium ſubmiſſum alteri
manui mortuæ, à qua diſmembratum legitur
ob annuum canonem per ſecundam manum
mortuam favore primæ præſtandum, ſicque
quòd tàm ipſum Beneficium, quàm ſecunda
manus mortua ſerviat primæ, remanentibus re-
liquiis dominii penès primam tanquàm reco-
gnoſcendam in Dominam à ſecunda, quando
juxta ſenſum Bullarum quindenniorum per
Unionem Beneficium remanere debeat ſubmiſ-
ſum ſecundæ manui mortuæ, cui unitum, non
verò primæ, à qua diſmembratum eſt; nihilo-
minùs tàm prima manus mortua gaudet annua
præſtatione, quàm ſecunda fructibus Beneficii
ſibi uniti.

Præterea onus ſolvendi annuam hujuſmodi
præſtationem, non imponi ſolet ipſi Beneficio
unito, ſed manui mortuæ, cui illud unitur:
undè Beneficium in ſe etiam per talem Unionem
remanet liberum ab omni ſervitute præſtanda
primæ manui mortuæ, à qua diſmembratur,
ſicque verè ſubmiſſum ſecundæ manui mortuæ,
cui unitur, & exindè compræhenſum in Bullis
quindenniorum, etiamſi, ſivè Beneficio, ſivè
manui mortuæ tale onus injunctum legatur, &
ſemper illud injunctum intelligatur ratione Be-
neficii uniti, quòd non injungeretur, niſi Be-
neficium uniretur; ità, ut certo modo Benefi-
cium ipſum dici poteſt gravatum hoc onere,
& tanquàm in hac parte adhùc ſerviens primæ
manui mortuæ, propriè dici nequit in totum
ſubmiſſum ſecundæ, ſed benè partim ſubmiſſum
primæ, & partim ſubmiſſum ſecundæ: immò
ejuſmodi ſolutio canonis, ſeu annuæ præſtatio-
nis nihil commune habet cum ſolutione quin-
dennii, nec ex debita canonis præſtatione benè
infertur ad exemptionem quindennii pro parte
primæ manus mortuæ canonis debitricis, quod
eſt quid diverſum, & debetur ex natura rei,
3 ſeu Unionis; adeò, ut juxta Bullas quinden-
niorum veniat iſtud in neceſſariam conſequen-
tiam ſub pœna nullitatis, & diſſolutionis Unio-
nis Beneficii, veluti patet ex *Bulla 6. Pauli II.
§. 6. Bullar. tom. 1. Bulla 20. Julii III. §. 1. eod.
tom. 1. Bulla 11. Pauli IV. §. 3. & 10. eod. tom. 1.
& Bulla 17. ejuſdem Pauli IV. §. 8. eod. tom. 1.
Bulla 38. S. Pii V. §. 6. tom. 2. Bulla 33. Sixti V.
§. 4. eod. tom. 2. Bulla 18. Urbani VIII. in prin-
cipio, juncto §. 2. & 3. tom. 5. & Bulla 50. Cle-
mentis X. §. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. & 11. tom. 6. repet.
poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III.
IV. V. VI. VII. VIII. & XI. ac profectò quin-
dennialis præſtatio nihil commune habet cum
annali præſtatione, cùm illa debeatur Cameræ
Apoſtolicæ, & Annatiſtis ab illa cauſam haben-
tibus, & iſta primæ manui mortuæ, ſicque di-
verſæ perſonæ, licet verum ſit, quòd utraque
debeatur ex cauſa Unionis; nec eſt inveriſimile,
Pontificem unientem velle dùplici onere grava-
re etiam ſecundam manum mortuam, quin-
dennii nempè, & canonis, ſeu præſtationis,
dum unum onus ex dictis toto cœlo diverſum
eſt, nec ideò intrat præſumptio, quòd ex uno
onere appoſito, non apponatur aliud, quin-
dennii nimirùm, nec quòd Pontifex voluerit
ab illo ſublevare, quaſi ſubrogando unum onus
in locum alterius.

Aliàs pluſquàm ridiculum eſſet, Papam cen-
ſeri velle eximere primam manum mortuam à
quindenniis ſibi, ſivè ſuæ Cameræ, ac Annati-
ſtis debitis, ex ſolo motivo impoſitionis cano-
nis, quamvis fundus Emphyteuticus habens
onus canonum, tranſlatus in manum mortuam
remaneat etiam obnoxius quindenniis, ſemper
in tantum Beneficium unitum, ſubjacet quin- 4
denniis, in quantum illud perpetuò unitur, ex
mente ipſarum Bullarum quindenniorum; im-
mò prima manus mortua ſemper habet ſpem
regreſſus ad Beneficium à ſe diſmembratum, &
ſecundæ manui mortuæ unitum, dum in caſu
non ſolutionis annuæ præſtationis ab eadem ſe-
cunda manu mortua debitæ, poteſt agere con-
tra ſecundam manum mortuam pro recupera-
tione, & reunione Beneficii ſibi facienda,
quantumvis non ſit ſolitum ſolvi canones in
Unione Beneficii, immò ferè inauditum, ſed
dumtaxat aliquando Summi Pontifices ipſum
injungere ſolent favore primæ manus mortuæ
quaſi in quandam recompenſationem damni,
quod ſentit ex diſmembratione Beneficii, &
forſitan, ut in caſu, non ſolutionis canonum
per ſecundam manum mortuam faciendæ, ea-
dem prima manus mortua retineat ſpem reu-
nionis; ità, ut Papa taliter uniens non inten-
dat facere Unionem perpetuam, ſed ad tempus
tantum, cùm illius diſſolutio dependeat ab
eventualitate non ſolutionis canonum; adeò, 5
ut non ſufficiat Unio accidentalis, & ferè tem-
poralis, ſed debeat eſſe perpetua juxta diſpoſi-
tionem Bullarum quindenniorum, atque eo
animo facta, ut Beneficium perpetuò ſit uni-
tum, ac incorporatum, veluti in ſimili de
unione prædiorum *Rota in recentior. deciſ. 228.
n. 3. par. 14.*

Non omiſſo, quòd non præſumitur Princeps,
maximè Eccleſiaſticus, qualis eſt Papa, vel-
le præjudicare tertio in jure quæſito, minùſ-
que ſuæ Cameræ, cuius Jura viribus omnibus 6
tueri tenetur, illaque illæſa relinquere, ac con-
ſervare, & adaugere potiùs, quàm diminuere,
remanente obligata ad quindennia utraque

 ma-

manu mortua, ex *Bulla 6. Pauli II. in principio, juncto* §.2. *&* 3.*Bullar.nov.Rom.tom.*1 *Bulla* 20. *Julii III. in principio*, *juncto* §. 5. *eod. tom.* 1. *Bulla* 11. *Pauli IV. in principio*, *& Bulla* 17. *ejuſdem Pauli IV. in principio*, *juncto* §. 8. *eod. tom.* 1. *Bulla* 38. *S. Pii V.* §. 3. *tom.* 2. *Bulla* 33. *Sixti V. in principio*, *juncto* §.2. *eod. tom.*2. *Bulla* 18. *Urbani VIII. in principio*, *juncto* §.1.*tom.* 5. *& Bulla* 50. *Clementis X. in principio*, *juncto* §. 1. 3. 4. 5. *&* 6. *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III. IV. V. VI. VII. VIII. *&* XI.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſub conditione tamen illa reſtituendi alteri manui mortuæ, cui per prius unita, & à qua diſmembrata fuerant, in caſu diſceſſus perſonarum Loci Pii, cui unita fuerunt, per ſecundam manum mortuam etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex Beneficio manui mortuæ unito, ſub conditione tamen illud reſtituendi alteri manui mortuæ, à qua diſmembratum fuerat, in caſu diſceſſus perſonarum Loci Pii, cui unitum fuit, per ſecundam manum mortuam debentur quindennia.*

2 *Bullæ quindenniorum loquuntur de ſola Unione Beneficiorum perpetua.*

3 *Quindennia debentur etiam ex Beneficiis manualibus.*

4 *Manualitas Beneficii provenit ex parte Regularis illud poſſidentis, non ex natura Beneficii.*

CAPITULUM CI.

CU'm quandoque perſonæ Loci Pii, cui unitur Beneficium, diſcedere poſſint, & ſoleant aliqua de cauſa, Unio Beneficii fit ſub conditione reſtituendi Beneficium eidem manui mortuæ, à qua fuit diſmembratum, in caſu, quo dictæ perſonæ illinc diſceſſerint; undè eſt locus diſputationi, an in hoc caſu teneatur ſecunda manus mortua ſolvere quindennia,
1 nec nè, & firmatur, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſub conditione tamen illa reſtituendi alteri manui mortuæ, cui per prius unita, & à qua diſmembrata fuerant, in caſu diſceſſus perſonarum Loci Pii, cui unita fuerunt, per ſecundam manum mortuam etiam adhùc debentur quindennia, quantumvis iſta ſecunda Unio de rigore dici nequeat perpetua, ſed potiùs videatur ad tempus tantùm, nec Beneficium remaneat perpetuò penès ſecundam manum mortuam ob ſpem futuræ reunionis favore primæ manus mortuæ, in caſum diſceſſus perſonarum, quibus componitur ſecunda manus mortua; Unio autem temporalis videtur
2 non compræhendi in Bullis quindenniorum de ſola Unione perpetua ſermonem facientibus, juxta apertam earum lecturam: nihilominùs firma remanet noſtra reſolutio; etenim etiam ex Beneficiis manualibus, quæ ſunt de ſui natura 3
amovibilia, ſolvuntur quindennia, ſi illa uniantur manui mortuæ, prout diſponit *Bulla* 38. *S. Pii V.* §. 3. *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. *Bulla* 33. *Sixti V.* §.2. *&* 4. *eod. tom.*2. *Bulla* 18. *Urbani VIII. in principio*, *juncto* §. 2. *tom.* 5. *& Bulla* 50. *Clementis X.* §.4. *&* 5. *tom.*6 *repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VI. VII. VIII. *&* XI.

Nec obſtat, quòd propriè manualitas proveniat ex parte Regularis illud poſſidentis, non ex natura Beneficii, cùm adinſtar precarii ad nutum tantùm Superioris conferatur, & poſſideatur, *Gonzalez ad Regul.*8. *hodie* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſ.*5. §.6. *num.* 2. *&* 3. *& num.* 31. *& gloſ.* 8. *num.* 25. non indè tamen ſequi videtur, quòd Unio Beneficii manualis non fit, vel eſſe non poſſit perpetua; aliud enim eſt, Beneficium non eſſe perpetuum ob particularem, & nativam qualitatem, aliud verò Unionem non eſſe perpetuam, cùm benè ſtet, Beneficium eſſe manuale, ac illius Unionem eſſe perpetuam, è contrà autem Beneficium eſſe perpetuum, & illius Unionem eſſe temporalem. 4

Siquidem neſcitur videre quomodò dici valeat Unio perpetua Beneficii, quod redire debet, undè exiit, in certo caſu, maximè cùm facilè iſte reditus verificari poſſit, ſi manus mortua ob peſtem, bellum, aeris intemperiem, vel propter aliam ſimilem cauſam diſcedere cogatur.

Objectum tamen nullius eſt ſubſiſtentiæ, quippè, ſi ſub prætextu defectus perpetuitatis fixæ Beneficii penès ſecundam manum mortuam ob eventualem illius reditum ad primam manum mortuam, defraudati remanerent Annatiſtæ ſuis quindenniis, dum prima manus mortua uti non ampliùs poſſeditrix Beneficii à ſe diſmembrati, ſe excuſaret à ſolutione quindenniorum.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, citrà tamen omnium bonorum aſsignationem, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex Beneficio unito manui mortuæ, citrà tamen omnium illius Bonorum aſſignationem, debentur quindennia.*

2 *Ut ſit locus quindenniis, Bullæ quindenniorum non exigunt in Unione* Beneficii, *omnium illius* Bono*rum aſſignationem, ſed ſolum exceſſum in Ducatis XXIV.*

3 Beneficium *de ſui natura eſt indiviſibile.*

4 *Vis dictionum* dummodò, *&* tamen.

CA-

CAPITULUM CII.

SÆpè contingere poteſt, quòd fiat Unio Beneficii uni manui mortuæ, non tamen eidem aſſignatis omnibus bonis beneficialibus, ſed eorum aliqua tantùm parte, & reſiduis reſervatis alteri manui mortuæ, à qua diſmembratum fuerit Beneficium, vel approbata alienatione per prius de dicto reſiduo facta; cujus Unionis occaſione intrat dubium circà ſolutionem quindenniorum, & reſolvitur, quòd ex
1 Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, citrà tamen omnium Bonorum aſſignationem, etiam adhùc debentur quindennia, ut
2 enim ſit locus quindenniis, Bullæ quindenniorum non exigunt in Unione Beneficii, omnium illius Bonorum aſſignationem, ſed ſolum exceſſum in Ducatis XXIV. juxta *Bullam* 17. *Pauli IV.* §. 1. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ ut de „ Eccleſiis, & Monaſteriis Virorum &c. ſolve„ rentur &c. ſummæ pecuniarum in libris Ca„ meræ Apoſtolicæ taxatæ &c. de cæteris au„ tem &c. Beneficiis &c. valorem XXIV. Flo„ renorum de Camera excedentibus &c. juxta „ taxam ſolitam &c. „ *Bullam* 38. *S. Pii V.* §. 3. *tom.* 2. ibi „ reliqua verò &c. Beneficia Eccle„ ſiaſtica &c. quorum fructus &c. ſummam „ XXIV. Ducatorum auri de Camera &c. ex„ cedunt &c. Apoſtolica auctoritate unita &c. „ ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum „ hujuſmodi comprætendi, & includi &c. „ *Bullam* 33. *Sixti V.* §. 2. *eod. tom.* 2. ibi „ ſta„ tuimus &c. & declaramus, quòd Uniones &c. „ de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. „ & quorum ſingulorum, vel, ſi plura Benefi„ cia unicis literis compræhenſa ſint, quorum „ quilibet annuus valor XXIV. Ducatos auri „ de Camera &c. non excedat, dummodò ta„ men omnium inſimul illum tranſcendat &c. „ hactenùs factæ, & faciendæ &c. ſub dicto„ rum Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. „ omninò compræhendantur &c. „ *Bullam* 18. *Urbani VIII. in principio, tom.* 5. *& Bullam* 50. *Clementis X.* §. 4. *&* 7. *tom.* 6. ibi „ ſtatuimus, „ & decernimus &c. utcumque per quæcumque „ Loca Pia &c. quindennia, & alia Jura ratio„ ne Penſionum perpetuarum hactenùs &c. re„ ſervatarum, & impoſterùm &c. reſervanda„ rum &c. ſummam tamen XXIV. Ducatorum „ de Camera excedentium, Cameræ Apoſtoli„ cæ, & Collegio, & Officialibus prædictis „ perſolvere debeant, & teneantur, Motu pari „ &c. „ *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* V. VI. VII. VIII. *&* XI.

Nec obſtat, quòd Bullæ quindenniorum intelligendæ ſint de Beneficiis tantùm pleno jure unitis, ſicque de plenaria Unione, non autem de unitis quoad aliquam tantùm partem cum reſervatione reſiduæ favore alterius, cùm dici non poſſit propria, ac rigoroſa Unio, niſi totum corpus Beneficii cum omnibus ſuis membris uniatur; ſcindendo autem Beneficium in plures partes, deficit qualitas Beneficii Eccle-
3 ſiaſtici, quod de ſui natura indiviſibile eſt, nec patitur diminutionem, *cap. unic. ut Eccleſ. Benefic. ſin. diminut. confer. Perez de Lara de Anniverſar. & Cappellan. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 27. *Garzias de Benefic. par.* 8. *cap.* 1. *num.* 121. quia (ut jam inſinuavimus) quoad effectum ſolvendi quindennia, habetur ſola ratio exceſſus Ducatorum XXIV. juxta ipſas Bullas quindenniorum ſuperiùs *n.* 2. indicatas, attentis præſertim myſterioſis dictionibus *dummodò*, & *tamen*, in
eiſdem Bullis adjectis, quæ important modum, 4
conditionem, & reſtrictivam, ſeu limitativam, *Barboſa de diction. dict.* 95. *num.* 2. *cum ſeqq. & dict.* 401. *n.* 1. *&* 3.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Congregationi Clericorum Mozarabum unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem Congregationis Clericornm Mozarabum reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *In Hiſpania apud Eccleſiam Toletanam adeſt Congregatio Clericorum Mozarabum.*
2 *Etiam ex Beneficiis unitis, ſivè perpetuis Penſionibus reſervatis Congregationi Clericorum Mozarabum debentur quindennia.*
3 *Tales Clerici compræhenduntur in Bullis quindenniorum.*
4 *Neceſſitas ſolvendi quindennium, non conſiſtit in identitate ritus ſolvere debentium.*
5 *Conſtitutiones Pontificiæ obligant omnes ſubditos.*
6 *Mozarabes ſunt ſubditi Papæ.*
7 *Privilegiatus tenetur oſtendere Privilegium.*

CAPITULUM CIII.

CUm in Hiſpania apud Metropolitanam 1
Eccleſiam Toletanam ex antiqua conſuetudo vigeat Congregatio quædam Clericorum, qui Mozarabes nuncupantur, quaſi Mixtarabes, corrupto vocabulo, ex eo, quòd in Miſſarum, ac Divinorum Officiorum celebratione mixto ritu utuntur, partim nempè Latinæ Eccleſiæ, & partim Arabico, qui poſt invaſam ab Arabibus Hiſpaniam, in eadem Hiſpania etiam hodie mixti Arabibus vivunt, *Gonzalez in notis ad cap. cùm Marthæ* 6. *num.* 4. *antè med. verſiculo & Hiſpania, de celebration. Miſſar. Card. Bona rer. Liturgic. lib.* 1. *cap.* 11. *&* 12. *Mabyllon de Liturg. Gallican. lib.* 1. *cap* 4. *Coriolan. in Breviar. Chronologic fol mihi* 191. *in med. verſiculo S. Iſidoro, Clericat. de Sacrific. Miſſ. deciſ.* 9. *n.* 26. *cum ſeqq. Rota coram Innocentio X. dec.* 190. 407. 459. *&* 495. *ac alibi coram eodem, & in recentior. dec.* 660. *par.* 4. *tom.* 1. occurrit dubitatio, an ex Beneficiis tali Congregationi unitis, aut ex perpetuis Penſionibus eidem reſervatis ſolvenda ſint quindennia, & reſolvitur affirma-
tivè firmando, quòd ex Beneficiis annuum va- 2
lorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Congregationi Clericorum Mozarabum unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem Congregationis Clericorum Mozarabum reſervatis, etiam

etiam adhùc debentur quindennia; quippè Beneficiati hujuſmodi, licet in rei veritate ritu Mozarabico inſerviant, non tamen ſunt Mozabes, ſed re vera Latini, non conſtituentes di-
3 verſitatem generis perſonarum, & tanquàm tales compræhenſi in Bullis quindenniorum adinſtar cæterorum Clericorum Latinorum, *Rota deciſ.660. num.2.par.4. recentior. tom.1.* immò ſatis eſt, quòd talis Congregatio utatur mixto ritu, quòdve ſaltem in aliqua parte ſequatur ritum Latinum ad hoc, ut compræhendatur in Conſtitutionibus Apoſtolicis, prout procul dubio compræhenduntur omnes Congregationes utentes ritu Latino; prætcrquamquòd Mozarabibus nulla aſſiſtit peculiaris ratio cur ſubjacere non debeant quindenniis.

4 Comprobatur veritas ex eo, quòd neceſſitas ſolvendi quindennium, non conſiſtit in identitate ritus ſolvere debentium, ſed in ipſa Unione Beneficiorum, vel reſervatione Penſionum, quæ eundem effectum operari debet etiam in ſervantibus diverſum, vel ſaltem mixtum ritum, ob identitatem rationis: prætereà cùm
5 Conſtitutiones Pontificiæ obligent omnes ſub-
6 ditos, ut patet ad ſenſum, & iſti Mozarabes ſubditi ſint Summo Pontifici, meritò ad earundem generalium Conſtitutionum obſervantiam tenentur, niſi doceant, aliquo privilegio ſe ab
7 ipſis exemptos eſſe, privilegiatus enim tenetur oſtendere privilegium, in quo fundatur, aliàs, illo non oſtenſo, eo non juvatur, *l. in lege 77. ff. de contrah. emption. cap. cùm perſonæ 7. de privileg. in 6. Pacian. de probat. lib.2. cap.29.nu.4. Maſcard. eod. tract. vol.3. conc.1194. num. 36. cum ſeqq. Rota in recentior. dec.567. num.3. cum ſeqq. part. 18. tom. 2. deciſ.234. num. 10. & 11. par. 19.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Congregationi Clericorum Græcorum, ſeu Albanenſium, vel Orientalium, & Armenorum, ſimiliumque Nationum Septentrionalium unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem Congregationis Clericorum Græcorum, & ſimilium reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex Beneficiis unitis, ſeu Penſionibus reſervatis Congregationi Clericorum Mozarabum debentur quindennia.*
2 *Etiam ex Beneficiis unitis, ſivè Penſionibus reſervatis Congregationi Clericorum Græcorum debentur quindennia.*
3 *Eccleſia Græcorum ſubjacere debet Conſtitutionibus Apoſtolicis.*
4 *Clerici Græci gaudent privilegio fori.*
5 *Qui ſentit commodum, ſentire quoque debet incommodum.*
6 *Græci debent eſſe paris conditionis Latinorum.*
7 *Eccleſia Orientalis ſolvit Annatas ex Beneficiis.*
8 *Unio Eccleſiæ Græcæ, & Armenæ cum Latina quando contigerit.*
9 *Græci, & Armeni non compræhenduntur in Conſtitutionibus Pontificiis, excepta materia dogmatum fidei.*
10 *Græci ordinantur abſque patrimonio, contrà ſanctionem* Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 21. de Reformat. cap. 2.
11 *Græci recipere tenentur leges Apoſtolicas etiam in his, quæ ſpectant ad Jus humanum.*
12 *Eccleſia Catholica unum corpus, ac ovile conſtituit.*

CAPITULUM CIV.

Viſo, in *præcedenti Cap.* quòd ex Beneficiis 1
unitis, ſeu perpetuis Penſionibus reſervatis Congregationi Clericorum Mozarabum debentur quindennia, ſequitur videndum, quòd etiam ex unitis, ac reſpectivè reſervatis Congregationi Clericorum Græcorum illa debeantur, firmando in præſenti, quòd ex Beneficiis 2
annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Congregationi Clericorum Græcorum, ſeu Albanenſium, vel Orientalium, & Armenorum, ſimiliùmque Nationum Septentrionalium unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem Congregationis Clericorum Græcorum, & ſimilium reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; quippè Eccleſia Græcorum, uti unita cum Romana, retento tamen diverſo ritu, & uſu matrimonii inter Clericos Græcos, in reliquis ſubjacere debet Conſtitutionibus 3
Apoſtolicis, *Garz. de Poligam. lib.2. quæſt. 17. num.12. & lib.3. quæſt.12. nu.25. & 26. Pignatell. conſult. Canonic. tom. 1. conſult.151. nu.27. poſt med. verſiculo cùm Eccleſia Græca, & nn. ſeqq. & tom.2. conſult.39. num. 1. & tom.3. conſult.60. num.1. & tom. 8. conſult.77. nu. 13. & conſult.80. per tot. Clericat. de Sacrament. dec.70. num. 34. cum ſeqq. & per tot. & de Sacrament. Ordin. dec.3. num. 40. cum ſeqq. dec.7. num. 10. cum ſeqq. dec.10. num.23. dec.18. num.2. & 50. dec.19. num.38. dec.21. nu.33. cum ſeqq. dec.23. num.13. cum ſeqq. dec.27. num.17. dec.31. n.13. & 52. dec.32. nu.26. dec. 36. num.4. & dec.40. num. 38. & de matrimon. dec.10. nu. 73. dec.35. num.26. dec.36. num. 25. dec. 38. num. 3. & de Sacrific. Miſſ. dec. 9. num.15. deciſ. 47. num. 16. dec.48. num.27. & dec.49. num. 43. & in Erotemat. Eccleſ. dec.12. num.12. Archud. de Concord. Eccleſ. Occidental. & Oriental. lib. 7. de Sacram. Ordin. cap. 40. verſiculo quocircà, Eminentiſ. D. Card. Vincentius Petra ad Conſtitution. Apoſtol. tom. 2. in Conſtitution. IV. Gregorii IX. num. 1. cum ſeqq. & tom. 3. in Conſtitution. XIV. Innocentii IV. nu. 18. Verricell. de Apoſtolic. Miſſion. tit.3. quæſt.83. num.4. cum ſeqq. Card. Albit. de inconſtant. in fide cap.30. num.329. Rota in recentior. dec.297. num.10. par.14.*

Immò æquum eſt, ut Clerici Græci etiam conjugati, qui adinſtar Clericorum Latinorum non conjugatorum, ſublevantur Collectarum onere, & gaudent privilegio fori, *Novar. de* 4
electіon. for. tom.2. par.2. quæſt.9. per tot. Squillant. de privileg. Cleric. cap.8. num. 11. del Bene de immunitat. par.1. cap.1. dub.8. Pignatell. conſult. Canonic. tom.5. conſult.61. nu.3. 9. & ſeqq.

Ni-

Niger in Capit. Regn. Neapol. cap. 98. num. 17.
graventur quindenniorum onere, ad regulam
5 qui ſentit commodum, ſentire quoque debet
incõmodum, *l. ſecundùm naturam* 10 *ff. de regul.*
Jur. Barboſa axiom. 54 *n. 1. 2. & 6. & axiom.* 121.
nè aliàs ſequatur abſurdum, quòd ſint melioris
6 conditionis Græci, quàm Latini; quando tamen ſatis eſſe debet, quòd ſint paris, *Pignatell. conſult. canonic. 39. nu. 8. cum ſeqq. tom. 2.* ſicuti
7 namque etiam Eccleſia Orientalis in illis Partibus, in quibus non aberrarunt Orientales à Fide Orthodoxa, ſolvit Annatas pro Beneficiis, juxta congeſta per *Raynald. lib. Annal. ad ann.* 1436. *num.* 4. ibi: *utpote quæ nunquam fuerint per aliquod Concilium revocatæ, immò potiùs in Generali Viennenſi, & Conſtantienſi Concilio ſuſceptæ, ſervàtque etiam uſque in hodiernam diem ritum hunc in ſua obedientia Orientalis Eccleſia in illis Partibus, in quibus adhùc dominatur &c.*

Quod fortiùs procedit, ſi Unio Beneficio-
8 rum, ſeu reſervatio Penſionum, appareat facta poſt unionem Eccleſiæ Græcæ, & Armenæ cum Latina ſequutam de anno 1596. ut teſtatur *Rota dec. 297. n. 50. par. 14. recentior.*

In nihilum refragante, quòd Clerici ritus Græci, Armeni, vel conſimilis, tamquàm diverſi à Latinis, videantur non compræhendi in Bullis quindenniorum; in quibus, eorum nulla
9 fit mentio, cùm mens Pontificum, ſtante qualiquali ſeparatione Græcorum, & Armenorum, ac ſimilium, ſit, illos non compræhendere in ſuis Conſtitutionibus, excepta materia dogmatum fidei, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, & quando fit in Conſtitutionibus, fit expreſſa mentio eorundem Græcorum, *Azor. inſtitution. moral. par. 1. lib. 5. cap.* 11. *quæſt. 7. in principio*, *§. Sed profectò, in principio, verſiculo vult Pontifex, & in fine, verſiculo ſed eo Jure. Nicol. floſcul. verbo Græci n. 6. D. Advoc. Urſaya diſcept. Eccleſ. tom. 5. par. 2. diſcept. 9. num. 30. cum ſeqq.*
10 undè fit, quòd Græci ordinantur abſque patrimonio contrà expreſſam ſanctionem *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 21. de Reformat. cap. 2.* de Latinis tantùm intelligendam, *Pignatell. conſult. Canonic. tom. 8. conſult. 135. num. 1. in fine, verſiculo ac promoventur*, ubi teſtatur de reſolutione ſuper hoc Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium; quia per unionem Eccleſiæ Græcæ, & Armenæ, ac conſimilis cùm Latina, Græci, Armeni, & ſimiles adæquati ſunt Latinis; ità, ut quod diſponunt Bullæ circà Latinos, locum habere debeant etiam in Græcis, Armenis, & ſimilibus, præſertim Græco-Italis, in Italia nempè degentibus in magna
11 Græcia, qui recipere tenentur leges Apoſtolicas etiam in his, quæ ſpectant ad Jus humanum, veluti reſpondet *Pignatell. conſult. Canon. tom. 8. conſult. 135. num. 3. ubi num. 5. in fine* refert, revocatam fuiſſe per Sacram Congregationem Concilii ſuprà recenſitam contrariam declarationem Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, *Salas de legibus tract. 14. ſect. 15. quæſt. 96. num. 130. in principio, Anynion. de*
12 *unitat. ovil. & Paſtor. cap. 21. num. 23.* Eccleſia enim Catholica unum corpus, ac ovile conſtituit, cujus Caput eſt Chriſtus, & Papa ejus Vicarius, cujus eſt præeſſe, & prodeſſe cunctis, & cujus auctoritate, ac poteſtate omnes tamquàm Chriſti oves reguntur, *Azor. inſtitution. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 11. quæſt. 7. in principio, verſiculo idque probat.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis Dignitatibus ruralibus annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper eiſdem Beneficiis Dignitatibus ruralibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Dignitates rurales reputantur tamqnàm Beneficia ſimplicia.*
2 *Etiam ex Beneficiis Dignitatibus ruralibus unitis, vel ex Penſionibus ſuper eiſdem manui mortuæ reſervatis, debentur quindennia.*
3 *Bullæ quindenniorum etiam Dignitates expreſsè compræhendunt.*
4 *Bullæ quindenniorum mentionem faciunt de Beneficiis manualibus.*
5 *Prout etiam de Beneficiis Regularibus.*
6 *A' factis ad cauthelam non eſt arguendum.*
7 *Dignitates rurales de conſuetudine ſunt Dignitates.*
8 *Verbum* Dignitas *verificatur in quacumque Dignitate impropria.*
9 *Verbum* quivis *compræhendit omne genus.*
10 *Dignitates rurales habent qualitatem beneficialem.*
11 *In Bullis quindenniorum nulla fit exceptio Beneficiorum.*

CAPITULUM CV.

PRæter Dignitates urbanas, ſeu Civitatenſes reperiuntur etiam rurales, ſeu foraneæ, nullam habentes ſedem in Collegiatis, ſeu Capitulis, reputatæ tamquàm Beneficia ſimplicia, 1
de quibus habetur in *cap. ſingulæ plebes 4. de offic. Archipresbyter. cap. ſi in plebibus 20. diſtinct. 63. cap. cùm inter 13. de ſentent. & re judicat. Clement. etſi principalis 2. de Reſcript. & apud Garz. de Benefic. par. 5. cap 3. num 95. cum ſeqq. Pyrrh. Corrad. in prax. benefic. lib 3. cap. 5. nu. 13. in med. verſiculo ac proindè, juncto n. 14. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap. 6. num. 5. cum ſeqq. Roſa de exequutor. liter. Apoſtolic. par. 1. cap. 6. num. 174. & in addition. num.* 101. *&* 102. cùm autem ratione Unionis hujuſmodi Dignitatum factæ ad favorem manus mortuæ, vel ratione reſervationis perpetuarum Penſionum ſuper eiſdem Dignitatibus factæ ad favorem ejuſdem manus mortuæ, oriri poſſit contentio inter Annatiſtas, & manum mortuam Titularem, ſivè Penſionariam ſuper prætenſis quindenniis; ideò firmatur in præſenti,
quòd ex Beneficiis Dignitatibus ruralibus annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper eiſdem Beneficiis Dignitatibus ruralibus, ad favorem manus mortuæ re- 2
ſer-

ſervatis, etiam adhùc debentur quindennia;
ſunt enim Dignitates rurales verè, ac propriè
Beneficia Eccleſiaſtica.
In nihilum relevante, quòd Bullæ quinden-
3 niorum, licet etiam Dignitates expreſsè com-
præhendant, veluti habetur in Bulla 6. Pau-
li II. §. 2. 4. 5. & 6. Bulla 17. Pauli IV. §. 1.
in fin. & §. 8. in principio, & fin. Bullar. nov.
Rom. tom. 1. Bulla 38. S. Pii V. §. 3. poſt med. cir-
cà fin. tom. 2. Bulla 18. Urbani VIII. in princi-
pio, tom. 5. & Bulla 50. Clementis X. §. 1. poſt
med. circà fin. §. 2. antè med. & §. 3. antè med.
tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apo-
ſtolic. in ordine la I. V. VI. VIII. & XI. atta-
men uti à Jure exorbitantes, has Dignitates ru-
rales non videntur comptæhendere voluiſſe ſub
Dignitatibus in genere, cùm facile erat id de-
clarare, expreſſam mentionem faciendo quoque
4 de rutalibus, prout fecerunt de manualibus Be-
neficiis, juxta Bullam 38. S. Pii V. §. 3. poſt med.
verbo etiamſi manualia, Bull. 33. Sixti V. §. 2.
poſt med. eod. verbo, & §. 4. in principio, Bul-
lar. nov. Rom. tom. 2. Bull. 18. Urbani VIII. §. 2.
circà fin. eod. verbo, tom. 5. & Bull. 50. Clemen-
tis X. §. 4. poſt med. circà fin. eod. verbo, & §. 5.
poſt med. eod. verbo, tom. 6. repetit. poſt Tract.
int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la VI. VII.
VIII. & XI. de Curatis Beneficiis, juxta Bul-
lam 20. Julii III. §. 6. poſt med. Bull. 17. Pau-
li IV. §. 8. antè med. Bullar. nov. Rom. tom. 1.
Bull. 38. S. Pii V. §. 2. 3. 4. in principio, & §. 6.
in fine, Bull. 33. Sixti V. §. 4. in principio, tom. 2.
Bull. 18. Urbani VIII. in principio, verbo Paro-
chiales Eccleſias, tom. 5. & Bull. 50. Clementis X.
§. 1. circà fin. verbo cum cura, §. 3. in fin. eod.
verbo, §. 5. poſt med. eod. verbo, & §. 6. in fin.
verbo etiam Parochialibus, tom. 6. repetit. poſt
5 Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la III. V. VI.
VII. VIII. & XI. de Regularibus Beneficiis,
juxta Bull. 6. Pauli II. §. 1. in principio, §. 2. §. 3.
in fine, §. 4. 5. & 6. Bull. 20. Julii III. §. 6. in
med. Bull. 17. Pauli IV. §. 1. §. 7. in fine, §. 8.
antè med. & in fin. & §. 11. in fin. Bullar nov.
Rom. tom. 1. Bull. 38. S. Pii V. §. 2. 3. & 4. in
principio, & §. 6. in fin. Bull. 33. Sixti V. §. 2. in
principio, & §. 4. in principio, tom. 2. Bull. 18.
Urbani VIII. in principio, §. 2. poſt med. tom. 5.
& Bull. 50. Clementis X. in principio, & §. 1. 2.
3. 4. 5. 6. 9. & 11. in principio, tom. 6. repetit.
poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I. III. V.
VI. VII. VIII. & XI. immò præſertim in ma-
teria ſtricta, & exorbitante, ut iſta quinden-
niorum, non veniunt Dignitates rurales ſub
nudo, ac ſimplici nomine Dignitatum tam-
quàm abuſivè Dignitates; quia ad abundan-
tiorem cauthelam, non ad neceſſitatem Ponti-
6 fices ſubdiderunt memoratas declarationes, à
quibus uti non neceſſariis non eſt arguendum,
Lezzan. quæſtion. regular. tom. 2. cap. 5. nu. 43.
7 & quia ſatis eſt, quòd Dignitates rurales de
conſuetudine habeantur pro Dignitatibus, &
veniant ſub nomine Dignitatum, Maſſobr. in
prax. habend. Concurſ. prælud. 15. nu. 11. Garz.
de nobilitat. gloſſ. 7. num. 22. ſiquidem verbum
8 Dignitas, uti in ſe genericum, eſt verificabile
in quacumque Dignitate etiam impropria,
Gratian. diſc. 397. num. 51. veluti legere eſt in
Bulla 17. Pauli IV. §. 8. in principio, Bullar. nov.
Rom. tom. 1. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt.
in ordine la V. ibi: de quibuſvis &c. Beneficiis
Eccleſiaſticis &c.
In quorum comprobationem valdè juvat
modus generalis loquendi per verbum quivis 9
aptum compræhendere omne genus Dignita-
tum ratione ſuæ generalitatis, Barboſa de di-
ction. dict. 317. 320. 324. & 325. præterquam-
quòd, etiamſi verum eſſet, quòd Dignitates
rurales non includerentur ſub ſimplici appella-
tione Dignitatum, maximè in materia ſtricta,
quidquid in materia favorabili, nihilominùs il-
læ ſubjacerent Bullis quindenniorum, ſaltem
tamquam Beneficia, de quibus in genere, ac
effrænatiſſimè loquuntur memoratæ Bullæ, cùm
tales Dignitates verè ſint erectæ anctoritate
Ordinaria, & conferantur ſolis perſonis Eccle-
ſiaſticis perpetuo titulo, ſicque habeant natu- 10
ram, ſeu qualitatem beneficialem, Roſa de exe-
quutor. liter. Apoſtol. par. 1. cap. 6. num. 174. in
fin. verſiculo nullam enim, Flamin. Pariſ. de re-
ſign. Benefic. lib. 2. quæſt. 1. num. 79. & fortiùs,
dum in Bullis quindenniorum nulla fit exceptio 11
Beneficiorum, ſed potiùs effrænatiſſima gene-
ralitate omnia comprænhenduntur, ut liquet ex
Bulla 6. Pauli II. §. 6. Bullar. nov. Rom. tom. 1.
ibi: cujuſvis qualitatis, aut generis Beneficia &c.
Bulla 17. Pauli IV. §. 7. in principio, eod. tom. 1.
ibi: quorumvis &c. Beneficiorum &c. & §. 8. in
principio, ibi: de quibuſvis &c. Beneficiis &c.
Bulla 38. S. Pii V. §. 2. & 3. poſt med. & §. 6. in
fin. tom. 2. ibi: cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica
quocumque titulo nuncupata &c. & alia quæ-
cumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. Bulla 33. Sixti
V. §. 1. antè med. & §. 2. in principio, eod. tom. 2.
ibi: quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſtico-
rum &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſti-
cis &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c.
Bulla 18. Urbani VIII. in principio, §. 1. poſt
med. & §. 2. circà fin. & Bulla 50. Clementis X.
§. 1. poſt med. §. 3. in principio, & fin. §. 4. in prin-
cip. & fin. §. 5. in princip. & med. §. 6 in fin. §. 7.
in fin. §. 9. in princip. & §. 10. circà fin. tom. 6. re-
petit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I.
V. VI. VII. VIII. & XI.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis ruralibus, ſeu terrulis beneficialibus, aliquando cum onere celebrationis Miſſarum, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus (quod raro accidere poteſt, cùm, ut plurimùm, non excedere ſoleant annuum valorem duorum, vel trium Ducatorum) manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper eiſdem Beneficiis ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiamſi de tempore Unionis Beneficiorum hujuſmodi, ſeu reſervationis perpetuarum Penſionum ob temporis antiquitatem, & diuturnitatem ampliùs non habeant titulum, nec invoca-

tio-

tionem alicujus Sancti, nec Eccleſiæ aliquam denominationem, dummodò tamen Beneficia hujuſmodi erecta fuerint auctoritate Eccleſiaſtica, ſaltem ex obſervantia ſubſequuta, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Etiam ex Beneficiis ruralibus, vel ex Penſionibus ſuper eiſdem reſervatis debentur quindennia.*
2 *Ens Beneficii conſervatur in illius reliquiis.*
3 *Aliud eſt appræhendere poſſeſſionem Beneficii, & aliud appræhendere poſſeſſionem prædiorum Beneficii.*
4 *Quando Eccleſia non apparet, minùſque aliquod certum Altare, ſufficit appræhendere poſſeſſionem prædii alicujus ipſius Beneficii.*
5 *Deſtructa Eccleſia materiali, auctoritate Superioris, vel caſu, remanet deſtructus tàm actu, quàm habitu etiam titulus beneficialis in ea exiſtens.*
6 *A diverſis non benè fit illatio.*

CAPITULUM CVI.

Reperiuntur quandoque Beneficia ruralia, ſeu terrulæ beneficiales, præ temporis vetuſtate, carentes intitulatione Eccleſiæ, & denominatione Sancti, quæ manui mortuæ uniuntur, vel ſuper quibus perpetuæ reſervantur Penſiones ad ejuſdem manus mortuæ favorem, indè ſub prætextu defectus (ut ità inquam) beneficialitatis, prætendit manus mortua Titularis, ſeu Penſionaria non ſubjacere quindenniis, è contrà verò prætendunt Annatiſtæ illa exigere poſſe, non obſtante defectu intitulationis, ac invocationis ex injuria temporis provenienite, non ab ineſſentia Beneficii: qua de cauſa
1 reſolvimus in præſenti, quòd ex Beneficiis ruralibus, ſeu terrulis beneficialibus, aliquando cum onere celebrationis Miſſarum, annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, (quod raro accidere poteſt, cùm, ut plurimùm, non excedere ſoleant annuum valorem duorum, vel trium Ducatorum) manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper eiſdem Beneficiis ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiamſi de tempore Unionis Beneficiorum hujuſmodi, ſeu reſervationis perpetuarum Penſionum ob temporis antiquitatem, & diuturnitatem ampliùs non habeant titulum, nec invocationem alicujus Sancti, nec Eccleſiæ aliquam denominationem, dummodò tamen Beneficia hujuſmodi erecta fuerint auctoritate Eccleſiaſtica, ſaltem ex obſervantia ſubſequuta, etiam adhùc debentur quindennia; dum ſubſtantia Beneficii benè conſervari poteſt non ſolùm in ſola denominatione Sancti, ſub cujus invocatione, ac intitulatione fuit inſtitutum, ſed in ſimplici quoque nuncupatione Beneficii, relato vocabulo ad prædium aliquod, cùm enim non appareat, ex qua cauſa ſuppreſſum fuerit nomen, vel invocatio, Beneficium reintegrari ſemper poterit ad ea, quæ amiſerit, & in illa aptitudine conſervat ſuam eſſentiam, remanens in virtute informabili, licet deſtitutum ſit virtute informante, immò remanentibus reliquiis, in illis conſervatur ipſum 2
ens Beneficii, ad *textum in l. ſervitutes 10. §. Si ſublatum 2. ff. de ſervitut. urban. præd. Lotther. de re benefic. lib. 3. quæſt. 4. num 63. Roſa de exequutor. liter. Apoſtolic. par. 1 cap. 6. num. 188. & 189.* eodem fermè pacto, quo, licet aliud 3
ſit appræhendere poſſeſſionem prædiorum Beneficii, *Poſth. de manut. obſ. 55. n. 91. & obſ. 73. num. 109. 115. & ſeqq.* nihilominùs, quando 4
Eccleſia, prout eſt locus Beneficii, non appareat, minùſque aliquod certum Altare, ſufficit appræhendere poſſeſſionem prædii alicujus ipſius Beneficii, *Lotther. de re benefic. lib. 3. quæſtion. 4. n. 67.*

Non obſtat, quòd, deſtructa Eccleſia materiali, auctoritate Superioris, vel caſu omni contingente à natura æquiparato auctoritati Superioris (quidquid, ſi de facto, veluti Tyranni juſſu, aut hoſtium irruptione) ob ceſſatam ſpem reſtaurationis, remanet deſtructus tàm actu, quàm habitu etiam titulus beneficialis in ea exiſtens, *Sylva de Benefic. part. 3. quæſt. 42. num. 8. Remig. de immunitat. Eccleſ. ampl. 20. ſub num. 5. circà med. verſiculo quid tenendum, Antonell. de loc. legal. lib. 3. quæſt. 6. num. 77. cum ſeqq. Paſſerin. de pollution. Eccleſ. diſput. 2. cap. 17. num. 4. Brun. de refect. concluſ. 4. num. 15. cum ſeqq. Rota coram Gregor. XV. dec. 405. nu. 1. ubi Adden.* quia in caſu noſtro non habetur deſtructio Eccleſiæ auctoritate Superioris, aut caſu à natura contingente, puta ruina, incendio, vel ſimili, ſed deſtructio tantum à temporis injuria, ac diuturnitate, quæ non eſt apta tollere id, quod verè extat in rerum natura, quantumvis ignotum ob temporis antiquitatem, ſed tollit duntaxat memoriam; nec benè à diverſis fit illatio, *l. Papinianus 20. ff. de minor.* 5 6

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis Dignitatibus Majoribus poſt Pontificales, in Cathedralibus, ac Metropolitanis, nec non Patriarchalibus, & ex Beneficiis Dignitatibus Principalibus in Collegiatis Eccleſiis, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Etiam ex Dignitatibus unitis ſolvenda ſunt quindennia.*
2 *Olim antè introductam legem quindenniorum uniebantur Dignitates Majores, & Principales.*
3 *Etiam ex Dignitatibus Majoribus, & Principalibus unitis debentur quindennia.*
4 *Olim tàm Majores, quàm Principales Dignitates univerunt Paulus II. & alii Prædeceſſores Pontifices.*
5 *Bullæ quindenniorum loquuntur etiam de Unione Beneficiorum quomodolibet qualificatorum.*
6 *Verba in Conſtitutionibus non debent eſſe otioſa.*
7 *Bullæ quindenniorum ſubjiciunt quindenniis omnia Beneficia.*

8 *Ver-*

8 *Verbum* quicumque *compræhendit Dignitates Majores*.
9 *Quindennia non ſolventes, anima periclitantur*.
10 *Papa quoque ligatur in materia animæ*.
11 *Diſpenſatus ad Dignitates, non eſt diſpenſatus ad Majores*.
12 *Diſpenſatio uti odioſa, reſtringenda*.
13 *Nomine quorumcumque* Beneficiorum *non veniunt minores Dignitates*.

CAPITULUM CVII.

BUllæ Apoſtolicæ ſuper quindenniorum ma-
teria editæ, ad tollendum omne dubium,
an etiam Dignitates venirent ſub nomine Bene-
ficiorum ad effectum ſolvendi quindennia, ex-
1 preſsè ſtatuerunt, ex Dignitatibus quoque ma-
nui mortuæ unitis ſolvenda eſſe quindennia, ut
videre eſt in *Conſtitutione 6. Pauli II.* §. 2. 4. 5.
& 6. *Conſtitutione* 17. *Pauli IV.* §. 1. *in fin.* &
§. 8. *in princip.* & *fin. Bullar. nov. Rom. tom.* 1.
Conſtitutione 38. *S. Pii V.* §. 3. *poſt med. tom.* 2.
Conſtitutione 18. *Urbani VIII. in principio, tom.* 5.
& *Conſtitutione* 50. *Clementis X.* §. 1. *circà fin.*
§. 2. *antè med.* & §. 3. *in princip. antè med. tom.* 6.
*repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in
ordine la* I. V. VI. VIII. & XI. quia verò non
declararunt, an etiam quindennia ſolvenda ſint
ex Dignitatibus Majoribus, & Principalibus;
cùm nihilominùs quandoque contingere poteſt,
quòd uniantur Dignitates Majores, & Princi-
2 pales, prout olim antè introductam legem
quindenniorum ſub certa taxatione temporis
nempè XV. annorum facta per *Paulum II.* pri-
mum quindenniorum regulatorem apparet,
unitas fuiſſe Dignitates Majores, & Principales
tàm per eundem *Paulum II.* quàm per illius
Prædeceſſores, nimirùm *Martinum V. Euge-
nium IV. Nicolaum V. Caliſtum III.* & *Pium II.*
veluti teſtatur idem *Paulus II. in ſua Conſtitu-
tione 6.* §. 1. *in principio, Bullar. nov. Rom. tom.* 1.
*repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtol. in
ordine la I.* indeque diſceptetur, an etiam ex
iſtis Dignitatibus debeantur quindennia; &,
affirmativam ſequendo, reſolvimus in præſenti,
3 quòd ex Beneficiis Dignitatibus Majoribus poſt
Pontificales, in Cathedralibus, ac Metropoli-
tanis, nec non Patriarchalibus, & ex Beneficiis
Dignitatibus Principalibus in Collegiatis Ec-
cleſiis, annuum valorem XXIV. Ducatorum
auri de Camera excedentibus, manui mortuæ
unitis, etiam adhùc debentur quindennia;
quòdque hæc fuerit mens Summorum Pontifi-
cum, ſatis comprobatur dum *Paulus II.* primus
quindenniorum regulator, in *Bulla 6.* §. 1. *in
principio, Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *repetit. poſt
Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la I.* refert,
4 quòd tàm ipſe, quàm *Martinus V. Eugenius IV.
Nicolaus V. Caliſtus III.* & *Pius II.* univerint
tàm Majores, quàm Principales Dignitates:
undè idem *Paulus* II. inferiùs in eadem dicta
ejus Conſtitutione §. 4. *in principio*, ſubjiciendo
quindenniis Dignitates ſimpliciter, videtur
ſubjeciſſe quoque quindenniis Dignitates Ma-
jores, & Principales, quas per prius in eadem
ſua *Conſtitutione* §. 1. teſtatus fuerat, ſe, ſuóſque
Prædeceſſores univiſſe, ex verbis ibi: *Sanè &c.
tàm Nos, quàm S. R. E. Martinus V. Eugenius IV.
Nicolaus etiam V. Calliſtus* III. & *Pius* II. *Pon-
tifices &c. Dignitates Majores &c. & Principa-
les &c. Apoſtolica auctoritate univimus &c.*

In quorum corroborationem valdè urget,
quòd eædem Conſtitutiones Apoſtolicæ lo- 5
quentes etiam de Unione Beneficiorum quomo-
dolibet qualificatorum, ut legere eſt in *Bul-
la 20. Julii* III. §. 6. *poſt med. Bullar. nov. Rom.
tom.* 1. *et Bulla* 50. *Clementis X.* §. 7. *in fin. tom.* 6.
*repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſt. in ordine
la* III. *et* XI. videtur quoque compræhendere
Dignitates Majores, & Principales tamque ve-
rè Beneficia qualificata, nè aliàs verba in Con- 6
ſtitutionibus otioſa remaneant, & nihil ope-
rentur, *Gonzalez ad Regul. 8. hodie 9. Cancellar.
de Menſib. gloſ. 9. num.* 31. *cum ſeqq.* ibi „ procul
„ dubio compræhenduntur &c. omnes Digni-
„ tates, ex quò ſunt appoſita dicta verba qua-
„ litercumque qualificata, quæ ſunt apta com-
„ præhendere omnes, & quaſcumque Dignita-
„ tes, Majores, & Minores, cujuſcumque
„ qualitatis ſint; maximè ſtante illa dictione
„ qualitercumque &c. „ *Gomez Sarnen. ad Re-
gul.* 36. *Cancellar. de triennal. quæſt.* 2. *in med.*
§. *Hinc eſt*, ibi „ hinc eſt, quòd, licet diſpen-
„ ſatus ad Beneficia, non poſſit habere Digni-
„ tatem, ubi tamen fuiſſet diſpenſatus ad quæ-
„ cumque Beneficia, talis diſpenſatio Dignita-
„ tes compræhenderet, ratione illius dictionis
„ quæcumque &c. „ *et* §. *Tandem*, ibi „ in dicta
„ facultate Nuncii compræhendi Dignitates
„ propter generalitatem dictionis quæcumque
„ &c. ſicuti etiam compræhenduntur Dignita-
„ tes ſub Indulto percipiendi dimidiam Anna-
„ tam de omnibus Beneficiis vacantibus in ali-
„ qua Diœceſi &c.

Præterea eædem Conſtitutiones ſubjiciendo 7
quindenniis quæcumque Beneficia, ut *Conſti-
tutione 17. Pauli IV* §. 1. *in principio, Bullar.
nov. Rom. tom.* 1. *Conſtitutione 38. S. Pii V.* §. 3.
poſt med. et §. 6. *circà fin. tom.* 2. *Conſtitutione* 33.
Sixti V. §. 1. *in principio*, §. 2. *in principio, et*
§. 4. *in principio, eod. tom.* 2. *Conſtitutione* 18.
Urbani VIII. *in principio*, §. 1. *in med. et* §. 2. *poſt
med. circà fin tom.* 5. *et Conſtitutione* 50. *Clemen-
tis X.* §. 1. *circà fin.* §. 3. *antè med. et in fin.* §. 4.
in princip. §. 5. *in princip. et med.* §. 6. *poſt med.
circà fin. et* §. 9. *in princip. tom.* 6. *repetit. poſt
Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* V. VI. VII.
et XI. videtur procul dubio ob generalitatem 8
verbi *quicumque* compræhendere etiam Majo-
res, ac Principales Dignitates, *Barboſa de di-
ction. diction.* 317. *per tot. Mandoſ. in Regul.* 21.
hodie 22. *Cancellar. de Union. quæſtion.* 6. *num.* 1.
ubi ait, idem dicendum eſſe, etiamſi prædi-
ctum verbum generaliſſimum non legeretur
adjectum.

Quibus accedit, quòd onus quindenniorum
adimplendum eſt in dubio de omnibus Benefi-
ciis indiſtinctim, quippè illud introductum
fuit in animarum favorem, & ſalutem, quo- 9
rum debitores ſolvere detrectantes, periculo
animarum ſubjacent, juxta *Bullam* 20. *Julii* III.
§. 1. *et* 5. *in fin. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „
„ Dudùm &c. Pius Papa II. &c. ordinaverat,
„ quòd omnes, qui ex tunc de cætero pro An-
„ natis quorumcumque Beneficiorum in di-
„ cta Camera ſe obligarent, ſi infrà terminos
„ eis præfixos, dictæ Cameræ, aut Collecto-
„ ribus fructuum, & proventuum eidem Ca-

me-

„ meræ debitorum &c. ſatisfacere deficerent ,
„ ipſo facto &c. ſententiam excommunicatio-
„ nis inciderent &c. ii verò , qui ſe pro Annatis
„ hujuſmodi , non per ſe , ſed pro aliis ut prin-
„ cipales obligarent , ſi in terminis non ſatisfa-
„ cerent , ultra ſententiam excommunicationis
„ hujuſmodi &c. Cùm autem &c. ex incuria
„ agentium pro Camera prædicta , ſeu aliàs
„ obligationes de ſolvendis Communibus , &
„ Minutis Servitiis , ac Annatis &c. aut aliis
„ Juribus ſolvi debitis , & conſuetis &c. exe-
„ quutioni non demandentur &c. in animarum
„ periculum &c. „ *Bull.* 11. *Pauli IV.* §. 3. *et* 10.
eod. tom. 1. ibi „ quòd obligati , ſi infrà eis
„ præfixos terminos Collectoribus Cameræ &c.
„ ſatisfacere defeciſſent , ipſo facto , lapſis ipſis
„ terminis , ſententiam excommunicationis in-
„ currerent &c. „ *Bull.* 17. *ejuſdem Pauli IV.*
§. 7. in fin. eod. tom. 1. ibi „ Communia , Mi-
„ nuta Servitia, Annatas , & alia Jura , Came-
„ ræ , & Collegio , ac Officialibus prædictis
„ ratione Unionum eis de Monaſteriis &c. &
„ aliis Beneficiis Eccleſiaſticis hactenùs facta-
„ rum , debita perſolvere recuſent , cenſuras &c.
„ incurrendo in animarum ſuarum periculum
„ &c. „ *et Bull.* 50. *Clementis X.* §. 6. *in princip.*
tom. 6. ibi „ Communia, Minuta Servitia, An-
„ natas, & alia Jura &c. debita &c. Cenſuras, &
„ pœnas &c. damnabiliter incurrendo in maxi-
„ mum animarum ſuarum periculum &c. per-
„ ſolvere recuſent &c. „ *repetit. poſt Tract. int.*
Conſt. Apoſt. in ordine la III. IV. V. *et* XI. proin-
dèque omnia Beneficia , ſicque etiam ipſæ Di-
gnitates Majores , & Principales quindennia
ſolvere debent , & manus mortuæ earundem
poſſeditrices ratione Unionum ligantur Conſti-
10 tutione animæ favorabili , qua ligatur quoque
ipſe Papa , ut ad aliud propoſitum inquit *Man-*
doſ. in Regul. 21. *hodie* 22. *Cancellar. de Union.*
quæſtion. 6. *num.* 1. *in fin. verſiculo quartò Regula*
iſta , et n. 2.

Non obſtat , quòd diſpenſatus ad Dignita-
11 tes , non cenſeatur diſpenſatus ad Majores , &
Principales , *Pyrrh. Corrad. in prax. diſpenſation.*
12 *Apoſtolic. lib.* 2. *cap.* 6. *num* 11. quia diſpenſatio
uti ſtricti Juris , ac odioſa , reſtringenda venit ;
è contrà in materia favorabili , ut iſta quinden-
niorum , vel ſaltem non odioſa odio irrationa-
bili , latiſſima facienda eſt interpretatio .

Minùs obſtat , quòd in materia quindennio-
rum non ſolùm à Jure communi exorbitante ,
13 ſed Juri communi penitùs incognita , etiam ſub
nomine quorumcumque Beneficiorum non ve-
nirent ſimplices , ac minores Dignitates , *Gar-*
zias de Benefic. par. 1. *cap.* 6. *nu.* 49. quantò mi-
nùs venient Dignitates Majores , & Principales
ſpeciali nota dignæ ; quia , quidquid forſitan ſit
ad alios effectus , ſuper quo tamen pro nunc non
figo pedes , nec do manus , ſaltem quoad iſtum
effectum quindenniorum non benè arguitur .

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis Dignitatibus Majoribus Monocularibus poſt Pontificales , in Cathedralibus , ac Metropolitanis , nec non Patriarchalibus , & ex Beneficiis Dignitatibus Principalibus Monocularibus in Collegiatis Eccleſiis , annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus , manui mortuæ unitis , etiam adhùc debentur quindennia .

SUMMARIUM.

1 *Monocularitas Dignitatum Majorum, ac Principalium conſiſtit in earum unicitate .*
2 *De adagio* beati monoculi in terra cæcorum .
3 *Etiam ex Beneficiis Dignitatibus Majoribus , et Principalibus monocularibus debentur quindennia .*
4 *Lex quindenniorum , uti generalis comprehendit quaſcumque Dignitates .*
5 *Beneficia Curata etiam ſubjiciuntur quindenniis .*
6 *Beneficia Curata ferè omnia (ut plurimùm) ſunt ſola , ſeu unica .*
7 *Beneficia manualia quindenniis ſubjacent .*
8 *Caſus omiſſus remanere debet ſub diſpoſitione Juris.*
9 *Ob ſolam generalitatem verborum* Beneficia *quoque manualia ſubjacerent quindenniis , quominùs expreſsè illis ſubjicerentur .*
10 *In monocularitate* Beneficiorum , *aut Dignitatum benè conſiderari valent Dignitates qualificatæ .*
11 *In Orbe Catholico infinita adſunt* Beneficia *unita , ex quibus ſolvuntur quindennia .*
12 *Papa eſt omnium Princeps .*
13 *Canonicatus Doctorales in Hiſpania , ſolvunt Annatam in caſum eorum vacationis apud Sedem .*
14 *Declaratur* Gonzalez ad Regul. 8. hodie 9. Cancellar. de Menſib. gloſ. 9. § 2 n. 4. in fin.
15 *Canonicatus Doctorales in Hiſpania , ſunt duo tantùm in qualibet Cathedrali .*
16 *Inibi in qualibet Diœceſi adſunt pluſquàm duo millia* Beneficia .
17 *Canonicatus Doctorales in Hiſpania, ſolvunt Annatam .*
18 *Dignitates monoculares , licet unicæ , ſicque licet agatur de modico præjudicio ob multiplicitatem aliorum* Beneficiorum *non monocularium unitorum ſolvere debent quindennia .*
19 *Majoritas , & principalitas Dignitatis demonſtrari nequit in Eccleſia , ubi una tantùm adeſt Dignitas .*
20 *Unus tantùm homo in Civitate exiſtens , dici nequit Major , ſeu Principalis .*
21 *Principale præſupponit acceſſorium , et majus præſupponit minus .*
22 *Mandante* Papa *aliquem provideri de Dignitate Majori , aut* Principali , *ſi illa ſit unica , de ea provideri nequit .*
23 *Mandatum de providendo , uti odioſum , eſt reſtringendum .*
24 *Etiam intelligi debet de Dignitate Majori , et* Prin*cipali reſpectu aliorum de Capitulo .*
25 *Non ſemper principale , et majus dicit relationem ad minùs principale , et ad minus .*
26 *Etiam unicus principalis dicitur .*
27 *Supremus filius , ac proximus agnatus ille prædicatur , qui eſt ſolus filius , ac ſolus agnatus .*
28 *Optimus , maximus dici poteſt , qui ſolus eſt , nec non ſupremæ tabulæ , quæ ſolæ ſunt .*
29 *Expenduntur loca* Matth. cap. 1. verſic. 25. repetit. in cap. Joſeph 5. de verb. ſignific. Luc. cap. 2. verſ. 7. Pſalm. 88. verſic. 27. Paul. Epiſtol. ad Ro-

Roman. cap.8. verſic. 29. & 30. Epiſtol.1. ad Corinth. cap. 15. verſic. 20. & 23. Epiſtol. ad Coloſſenſ. cap. 1. verſic. 15. & 18. & Epiſtol. ad Hebr. cap.1. verſic.6. Joann. Apoſtol. Apocalypſ. cap.1. verſic.5. Exod. cap.4. verſic.23. & Numer. cap.18. verſic. 15. & 16.

30 *Præmium primò venientis ad bravium, ſeu ad talem locum, debetur uni tantùm venienti, licet nemo eum ſequutus fuerit.*

31 *Poſſumus allegare legem unicam alicujus tituli* Digeſtorum, aut Codicis, ſivè Novellarum, *pro prima, non ſecùs, ac ſi eſſent plures leges.*

32 *Explicatur difficilis* textus in cap. Chriſtus 88. 1. quæſt. 1.

33 *In Dignitatibus monocularibus eadem eſt ratio ſolvendi quindennia ratione Unionis.*

CAPITULUM CVIII.

1 PRæmittendum eſt, quòd monocularitas Dignitatum Majorum, ac Principalium conſiſtit in earum unicitate; ità, ut Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis unicæ ſint, veluti in ſimili de monocularitate Beneficiorum tradunt *Clericat. diſcord. forenſ. de Benefic. & Penſion. par.1. diſcord. 77. num. 1. Lotther. de re benefic. lib. 2. quæſtion.39. nu.3. cum ſeqq. Tondut. reſolution. beneficial. par.2. cap.2. § 6. per tot. ego*
2 *ſuprà Cap.*XXXVI.; undè tritum adagium *beati monoculi in terra cæcorum.*

Cùm verò aliquotiès contingere valeat, quòd uniantur manui mortuæ Dignitates Majores, ac Principales, indèque prætendat manus mortua à quindenniis eximi ſub colorato prætextu, quòd Bullæ quindenniorum nullam penitùs mentionem faciant de hujuſmodi Dignitatibus monocularibus, & vice verſa prætendant Annatiſtæ, manum mortuam in hoc caſu etiam quindenniorum oneri obnoxiam eſſe;
3 quapropter reſolvimus in præſenti, quòd ex Beneficiis Dignitatibus Majoribus Monocularibus poſt Pontificales, in Cathedralibus, ac Metropolitanis, nec non Patriarchalibus, & ex Beneficiis Dignitatibus Principalibus Monocularibus in Collegiatis Eccleſiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, etiam adhùc de-
4 bentur quindennia; lex enim quindenniorum, uti generalis, compræhendit quæcumque Beneficia, & quaſcumque Dignitates, quantumvis ſpeciali nota dignas, *Barboſa axiom.* 136. *nu.* 1. *Maſcard. de general. Stat. interpretation. concluſ.*5. *n.*1. *cum ſeqq.*

Quæ quidem veritas ad hominem comprobatur ex contextu ipſarum Bullarum quinden-
5 niorum, dum iſtæ quindenniis ſubjiciunt etiam Beneficia Curata, ut habetur in *Bulla* 20. *Julii* III. §. 6. *poſt med. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Bulla* 17. *Pauli IV.* §. 8. *antè med. eod. tom.* 1. *Bulla* 38. *S. Pii V.* §. 6. *in fin. tom.* 2. *Bulla* 33. *Sixti V.* §. 2. *in princip. &* §. 4. *in princip. eod. tom.* 2. *Bulla* 18. *Urbani* VIII. *in princip. juncto* §. 2. *poſt med. tom.* 5. *& Bulla* 50. *Clementis X.* §. 1. *circà fin.* § 3. *in fin.* §.4. *in princip. &* §.5. *in med. tom.* 6. *repetit. poſt Tract. inter Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* III. V. VI. VII. VIII. *&* XI. ſignum evidens eſt, immò perneceſſe conſequitur, Summos Pontifices ſubjicere voluiſſe quindenniis etiam Dignitates monoculares,
6 dum omnia ferè Beneficia Curata, ut plurimùm, ſunt ſola, ſeu unica, & monocularia, veluti ad aliud propoſitum reſervationis benè ponderat *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodie* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſ.*9. §.4. *n.*18.

Nec obſtat, quòd, ſi Summi Pontifices in eorum Conſtitutionibus, ſubjicere intenderent quindenniis etiam Dignitates monoculares, procul dubio illas expreſsè quindenniis ſubjeciſſent, prout expreſsè quindenniis ſubjecerunt Beneficia manualia, juxta *Bull.* 38. *S. Pii* 7
V. §. 3. *poſt med. Bull.* 33. *Sixti V.* §.2. *poſt med. &* §.4. *in princip. Bullar. nov. Rom. tom.*2. *Bull.* 18. *Urbani* VIII. §. 2. *poſt med. circà fin. tom.* 5. *& Bull.* 50. *Clementis X.* §. 4. *poſt med. circà fin. &* §. 5. *in med. tom* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VI. VII. VIII. *&* XI. præſertim in re, ut iſta quindenniorum, à Jure communi exorbitante, immò ipſi Juri communi omninò incognita, quamobrem uti caſus 8
omiſſus, remanere deberet ſub diſpoſitione Juris, *Barboſa axiom.* 39. *per tot.* Summi namque Pontifices ad cauthelam tantùm, non autem ad præciſam neceſſitatem expreſſerunt in ſuis Bullis Beneficia manualia, cùm ob ſolam gene- 9
ralitatem verborum, quibus utuntur Bullæ quindenniorum, Beneficia quoque manualia ſubjacerent quindenniis, quominùs expreſsè per Pontifices ſubjicerentur, incipiendo à *Paulo* II. primo quindenniorum regulatore, in *Conſtitut.*6. §.6. *Bullar. nov. Rom. tom.*1. *Conſtit.*20. *Julii* III. §.6. *poſt med. verſiculo & quorumvis, eod. tom.*1. *Conſtitut.* 17. *Pauli IV.* §. 7. *in princip.* §.8. *in princip. &* §.11. *in fin. eod. tom.* 1. *Conſtitut.*38. *S. Pii V.* §.2. *in fin.* §.3. *circà fin. &* §.6. *in fin. tom.*2. *Conſtitut* 33. *Sixti V.* §.1. *in princip.* §.2. *in princip. &* §.4. *in princip. eod tom.*2. *Conſtitut.*18. *in princip. juncto* §.1. *in med. &* §.2. *in med. circà fin. tom* 5. *& Conſtitut.*50. *Clementis X. in princip. juncto* §.2. *in fin.* §.3. *in princip. & fin.* §.4. *in princip. et fin.* §.5. *in princip. et med.* §. 6. *poſt med. circà fin. et in fin.* §.9. *in princip. et* §.10. *circà fin. tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſt. in ordine la* I. III. V. VI. VII. VIII. *&* XI. quapropter ob effrænatiſſimam, ac prægnantiſſimam earundem Conſtitutionum Apoſtolicarum generalitatem aptam compræhendere Beneficia cujuſcumque generis, & qualitatis, rectè compræhenduntur Dignitates monoculares, quæ, licet unicæ ſint, non indè tamen deſinunt eſſe Beneficia Eccleſiaſtica, maximè, dum Bullæ quindenniorum loquuntur de Beneficiis qualitercumque qualificatis, & in mono- 10
cularitate Beneficiorum, aut Dignitatum benè conſiderari valent Dignitates qualificatæ, *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodie* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.*9. §.4. *num.*16. præterquamquòd militabat major ratio exprimendi Beneficia manualia, quam monocularia, cùm illa ſint perpetua, ſed ad nutum amovibilia, ſicque minùs propriè Beneficia, quæ debent eſſe perpetua; undè aliqua forſitan remanebat ambiguitas, an Beneficia manualia ſubjacerent, nec nè quindenniis, iſta verò, nempè monocularia ſunt perpetua, propriè, ac verè Beneficia; undè minor dubitatio de monocularibus, quàm de manualibus.

Minùs obſtat, quòd, cùm agatur de modico præjudicio Sedis, ſeu Cameræ Apoſtolicæ, ac Annatiſtarum, reſultante ex Unione Beneficii, ſeu Dignitatis monocularis, quando in Orbe Ca-

11 Catholico infinita adſunt Beneficia unita, ex quibus ſolvuntur quindennia, veluti ad aliud propoſitum modici præjudicii, quod ſentit Sedes Apoſtolica ex conceſſione Indulti ad duos tantùm Canonicatus Doctorales, & Magiſtrales in qualibet Cathedrali Regnorum Hiſpaniarum reſpectu ad pluſquàm duo millia Beneficia in qualibet Diœceſi, ponderat *Gonzalez ad Regul* 8. *hodie* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.* 9. §. 2. *num* 28. non præſumitur, Summos Pontifices adeò tenaces fuiſſe, ut, qui alios de avaritia notare debent, velint reſpicere etiam ad modicum præjudicium reſultans ex non ſolutione quindennii pro Unione Dignitatum monocularium; & modicum quidem eſt præjudicium
12 reſpectu ad Papam, qui eſt omnium Princeps, ut in ſimili de Papa, *Card. Pariſ. conſil.*42. *n.*2. *cum ſeqq. lib.* 4. quia, quantumvis præjudicium forſitan videatur modicum reſpectu aliorum Beneficiorum non monocularium, attamen ſatis eſt, quòd aliquale præjudicium ſit, & quòd non agatur de ſolo præjudicio Cameræ Apoſtolicæ, ſed etiam de præjudicio tertii, ſeu Annatiſtarum, cui Princeps non ità facilè derogare ſolet: & quia ad ſummum videbitur forſitan præjudicium modicum quoad Papam, ſeu ejus Cameram, ſed non quoad Annatiſtas cauſam oneroſam habentes ob emptionem ſuorum Officiorum: & quia nec Sedes Apoſtolica, in caſu *Gonzalez* aliquod ſentit præjudicium, dum juxta dictum *ejuſdem Gonzalez loc. citat nu* 4.
13 *in fin.* exigit Annatam de Canonicatibus Doctoralibus in caſu eorum vacationis apud Sedem à proviſis, ſeu electis ab Ordinariis, & Capitulis dictam Annatam ſolvere debentibus ratione novæ proviſionis, & expeditionis literarum Apoſtolicarum in Dataria intrà quatuor
14 menſes impetrandæ; undè argumentum *Gonzalez* pro modo tantùm dubitandi excitatum
15 ſtringit potiùs; ſicuti enim Canonicatus Doctorales in Hiſpania, non obſtante, quòd ſint duo tantùm in qualibet Cathedrali, ſicque agatur de modico præjudicio, quando è contrà
16 inibi Beneficia in qualibet Diœceſi adſint pluſ-
17 quàm duo millia, nihilominùs ſolvunt Anna-
18 tam, eodem fermè pacto Dignitates monoculares, licet unicæ, ſicque licet agatur de minori præjudicio ob multiplicitatem aliorum Beneficiorum, & Dignitatum non monocularium unitorum, ſolvere debent quindennium.

19 Longè minùs obſtat, quòd majoritas, & principalitas Dignitatis demonſtrari nequit in Eccleſia, ubi una tantùm adeſt Dignitas,
20 adinſtar unius tantùm hominis in Civitate exiſtentis, qui ob ſuam unicitatem, ſeu monocularitatem, dici non poſſet, quòd talis homo
21 eſſet major, ſeu principalis, quando principale præſupponit acceſſorium, & majus præſupponit minus, *Gonzalez ad Regul.*8. *hodie* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.* 9. §. 4. *num.* 12. immò Majores, & Principales Dignitates, propriè loquendo, ſonant de pluribus, *cap. acceſſorium de regul. Jur. in* 6. *l. quod per manus ff. de Jur.*
22 *codicill.* indè ſit, quòd, Papa mandante aliquem provideri de Dignitate Principali, aut Majori ſi illa unica ſit, de ea ſanè provideri nequit *Card. Zabarell. in Clem. fin. quæſt.*7. *de Præbend. et in Clem. ut ii, qui* §. *fin. notabil.* 4. *et quæſt.* 9. *verbo in eodem, de ætat. et qualitat. ordin.* quia non benè arguitur à mandato de providendo, cùm tale uti odioſum ob gratiam præventi- 23
vam, venit potius reſtringendum, quàm ampliandum, *cap. quamvis de Præbend. in* 6. *Simonet. de reſervation. Benefic. quæſt.* 85. *nu.* 8. præterquamquòd etiam intelligi debet de Dignita- 24
te Majori reſpectu aliorum de Capitulo, ſeu Collegio, & de Dignitate Principali reſpectu aliorum, *Gonzalez ad Regul.*8 *hodie* 9 *Cancellar. de Menſib. gloſſ.* 9. §. 4. *num.*19 nec ſemper princi- 25
pale, & majus dicit relationem ad minùs principale, & ad minus, ſed ſatis eſt, ſi excludat principalius, & majus ſe, *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſt lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 16. *Mandoſ. ad Regul* 3. *hodie* 4. *Cancellar. de reſervat. Dignitat. quæſt.* 5. *num.* 3. ſed tamen etiam unicus princi- 26
palis dicitur, *Clem. etſi principalis de Reſcript.* 27
indè ſupremus filius, ac proximus agnatus ille prædicatur, qui eſt ſolus filius, ac ſolus agnatus, §. *Proximus inſtitution. de legitim. agnat. ſucceſſ. l.* 1. §. *Proximus, l. proximus, l. proximi* 155. *l. in vulgari ſubſtitutione* 162. *ff. de verb. ſignif. l. qui duos* §. *In propoſita ff. de reb. dub. l. poſt conſanguineos* 2. §. *legitima* 4. *ff. de ſuis, et legit. hæred. l.* 1. §. *Proximus* 5. *ff. und. agnat. l. ex duobus in princip. ff. de vulgar. et pupillar. ſubſtitution.* & optimus, maximus dici poteſt, 28
qui ſolus eſt, nec non ſupremæ tabulæ, quæ ſolæ ſunt, *l. illa verba* 163. *la* 2. *ff de verb ſignif. l.* 1. § *ſupremæ ff de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.*

Indè videmus, quòd juxta ſenſum ſacræ Paginæ, Chriſtus dicitur primogenitus ſecundùm humanitatem, licet fuerit unigenitus ſecundùm divinitatem, nec habuerit ſecundum poſt ſe, nec ullus frater eum ſequutus fuerit, *Matth. cap.*1. *verſic.*25. *repetit. in cap. Joſeph* 5. *de verb.* 29
ſignif. ibi „ Joſeph non cognovit Mariam, do- „ nec peperit filium ſuum primogenitum „ idemque habetur *Luc. cap.* 2. *verſic.* 7. ibi „ Et „ peperit filium ſuum primogenitum &c. „ *Pſalm* 88. *verſic.*27. ibi „ Et ego primogenitum „ ponam illum „ *Paul. Epiſtol. ad Roman cap.*8. *verſic.* 29. *&* 30. ibi „ Nam quos præſcivit, & „ prædeſtinavit conformes fieri imagini filii ſui: „ ut ipſe ſit primogenitus in multis fratribus „ *Epiſtol.* 1. *ad Corinth. cap.* 15. *verſic.* 20. ibi „ „ Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis „ primitiæ dormientium &c. „ *& verſic.* 23. ibi „ Unuſquiſque autem in ſuo ordine primi- „ tiæ Chriſtus &c. „ *Epiſtol. ad Coloſſenſ. cap.*1. *verſic.* 15. ibi „ qui eſt imago Dei inviſibilis, „ primogenitus omnis creaturæ &c. „ *& verſic.* 18. ibi „ primogenitus ex mortuis &c. „ *& Epiſtol. ad Hebr. cap.* 1. *verſic.* 6. ibi „ Et cùm „ iterùm introducit primogenitum in orbem „ terræ &c. „ *Joann. Apocalypſ. cap.* 1. *verſic.*5. ibi „ & à Jeſu Chriſto, qui eſt &c. primo- „ genitus mortuorum &c. „ prout Populus Iſraeliticus talis vocatur in figura Chriſti, *Exod. cap.*4. *verſic.*23. ibi: *filius meus primogenitus Iſrael &c.* quod quidem etiam comprobatur ex ſacrificiis in lege veteri, dum habetur *Numeror. cap.* 18. *verſic.* 15. „ Quidquid primum erumpit è vulva cunctæ carnis, quam „ offerunt Domino, ſivè ex hominibus, ſivè „ de pecoribus fuerit, tui juris erit, ità dumtaxat, ut pro hominis primogenito pretium „ accipiat &c. „ attamen ſtatim ſubdit *verſic.*16. „ cùm redemptio erit poſt unum menſem

„ ſiclis argenti quinque , pondere Sanctuarii
„ &c. „ quod rectè explicat *Tiraquell. de Jur. Primogen. quæſtion.* 1. *num.* 3. ibi „ Primogeni-
„ tus igitur dicitur, qui primus natus eſt,
„ etiamſi nullus eum frater ſequitur , ideſt,
„ non tantùm is , poſt quem & alii, ſed antè
„ quem nullus eſt &c. Ex quò facilè colligitur,
„ non eſſe expectandum , an alii filii poſteà
„ naſcantur, ut proindè ſciatur, erit nè is,
„ qui primùm è vulva erupit, unigenitus, ſed
„ poſt menſem eſt redimendus tanquàm pri-
„ mogenitus, licet nondùm ſint alii procrea-
„ ti &c.

30 Exemplo eſſe poteſt præmium primò venien-
tis ad bravium , ſeu ad talem locum , quod de-
betur uni tantùm venienti , licet nemo eum ſe-
quutus fuerit, *Corſ. de bravio quæſtione* 6. *Tiraquell. loc. mox relat. num.* 5. *in principio* , ibi : *Si datur bravium primò venienti ad talem locum , & unus tantùm venit , is certè debebit habere bravium , quaſi primò venerit , licet nemo ſecutus eſt &c.*

31 Undè fit, quòd poſſumus allegare legem
unicam alicujus tituli Digeſtorum , aut Codi-
cis, ſivè Novellarum , pro prima , non ſecùs,
ac ſi eſſent plures leges , *Card. Zabarell. in cap.*
32 *Joſeph.* 5. *de verb. ſignif.* hinc ſumit lucem dif-
ficilis *textus in cap. Chriſtus* 88. 1. *quæſt.* 1. ibi : *primam Euchariſtiam &c. traderet &c. ubi gloſſa* ibi : *ideſt primò confectam Euchariſtiam dedit : nam una ſola eſt, & ideò non eſt prima, vel ultima. Vel ſic , primam , ideſt unicam, & non plures &c.*

His accedit, quòd Bullæ quindenniorum
procedere debent etiam in Dignitatibus mono-
33 cularibus , ex eo quòd in illis eadem ſit ratio
ſolvendi quindennia , ratione Unionis , *gloſſ. in cap.* 1. *verbo Cappella , nè Cleric. vel Monach. Tiraquell. in l. ſi unquam* 8. *verbo ſuſceperit liberos, num.* 215. *C. de revoc. donat. & de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 21. *n.* 3.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus , Collegio , quantumvis Inſigni , ſeu Majori unitis , ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus , ad favorem Collegii , quantumvis Inſignis , ſeu Majoris reſervatis , etiam adhùc debentur quindennia .

SUMMARIUM.

1 *Mentio Collegii Hiſpalen. & Compluten.*

2 *Mentio* Cardinalis Franciſci Ximenez de Ciſneros.

3 *Mentio Collegii Conchen.*

4 *Etiam ex Beneficiis unitis , ſivè Penſionibus reſervatis Collegio Inſigni , ſeu Majori debentur quindennia .*

5 *Clauſula* quorum tenores *compræhendit etiam Collegia Inſignia , & expenduntur Bullæ quindenniorum .*

6 *Talia Collegia reſpectu aliorum Collegiorum non* In*ſignium ſunt privilegiata .*

7 *Bullæ quindenniorum excipiunt à quindenniis Monaſteria Monialium de tempore Unionis , Conventum , & Curam habentia , nec non Hoſpitalia Curam , aut Hoſpitalitatem exercentia .*

8 *Exceptio firmat regulam in contrarium .*

9 *Generalis ratio non admittit ullam reſtrictionem , aut limitationem .*

10 *Metropolitanæ , & Cathedrales Eccleſiæ quindenniis obnoxiæ ſunt ratione Unionis Beneficiorum , & reſervationis Penſionum .*

CAPITULUM CIX.

CUm alicubi , ac præcipuè in Hiſpaniis
adinſtar Collegiatarum Inſignium nonnul-
la extent Collegia Inſignia , ſeu Majora , ad
contradiſtinctionem ab aliis non inſignibus ,
ſeu inferioribus , & minoribus , ut Collegium 1
Hiſpalen. , de quo *l.* 37 *tit.* 1. *lib.* 7. *Recopilation.*
Collegium Compluten. vulgò *de Alcalà* in To-
letana Diœceſi fundatum à Cardinali Franciſco 2
Ximenez , & Ciſneros , ſanctimoniæ notis in
Domino obdormiente , de quo *Barboſa vot. Ca-*
nonic. dec. 49. *lib.* 2. & Collegiũ Conchen. *de quo* 3
Eſcobar à Corro in Antilogia pro intelligentia Sta-
tuti ejuſdem Collegii , poſt prætermiſſa ad Tract. de
utroque foro , Amaya in l 1. *num.* 33. *C. de condit.*
in public. horreis , & in Apologia pro Statuto
ejuſdem Collegii , poſt Commentar. in lib. X. Codic.
& obſervation. Jur. lib. 2. *cap.* 6. *num.* 52. *Roxas*
ſingular. 104. facilè excitabilis eſt prætenſio Col-
legiorum hujuſmodi ſuper exemptione à quin-
denniis , ſub colorato prætextu omiſſæ in Bullis
quindenniorum , eorum ſpecificationis , lo-
quentibus in genere de Collegiis , non autem
venientibus ad individuationem Collegiorum
Inſignium , ſeu Majorum ; verùm quia malum
jus fovent talia Collegia , quantumvis Inſigni-
tatis , ſeu Majoritatis titulo , & prærogativa
condecorata , monemus in præſenti , quòd ex 4
Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum
auri de Camera excedentibus , Collegio , quan-
tumvis Inſigni , ſeu Majori unitis , ſivè ex per-
petuis Penſionibus dictam ſummam excedenti-
bus , ad favorem Collegii , quantumvis Inſignis,
ſeu Majoris reſervatis , etiam adhùc debentur
quindennia ; etenim Bullæ quindenniorum in
vim effrænatiſſimæ generalitatis verborum ,
quibus conceptæ ſunt , emanatæ per viam legis,
juncta præſertim in *Conſtit.* 50. *Clementis X.* §. 14. 5
Bullar. nov. Rom. tom. 6. Clauſula *quorum tenores* , capiente oves , & boves , aptæ ſunt ad compræhendendum etiam Collegia Inſignia , acſi individuè illa exprimerentur , *Barboſa de Clauſul. clauſul.* 127. *num.* 4. *cum ſeqq. Felin. in cap. nonnulla num.* 6. *de Reſcript. Marcheſan. de Commiſſion. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 166. *Gonzalez ad Regul.* 8 *hodie* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.* 36. *n.* 22. *cum ſeqq. Pignatell. conſult. Can.* 138 *nu.* 2. *cum ſeqq. tom* 1. *& conſult.* 87. *nu.* 3. *tom.* 7. *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſt. lib.* 10. *cap.* 4. *num.* 20. *cum ſeqq. Fatinell. reſponſ.* 16. *nu.* 9. *part.* 1. *Rota apud bon. mem. R. P. D. Piton. diſc. Eccl. part.* 1. *diſc.* 27. *num.* 42. *in med. verſic. Junctis , Rota coram Card. Seraphin. dec.* 291. *num.* 7. *cum ſeqq. & dec.* 510. *num.* 6. *tom.* 1. *Gregor. XV. dec.* 240. *num.* 2. *& ibi Adden. num.* 20. *&* 21. *Peutinger. dec.* 161. *num.* 5. *Coccin. dec.* 1680. *nu.* 107. *cum ſeq. tom.* 3. *Manzaned. dec.* 806. *n.* 8. *Alexand. VIII.*

deciſ. 22. *num.* 14. *Caſſador. ad Regul. Cancellar. dec.*10. *num.* 10. *& dec.*38. *num.* 3. *dec.*161. *n.* 1. *par.*2 *diverſ. dec.*88. *num.*9. *par.* 1. *recentior.*

Quibus accedit, quòd Bullæ quindenniorum loquuntur de quibuſcumque Collegiis etiam privilegiatis, ac exemptis, quibus Beneficia unita fuerint, ut habetur in *Conſtitutione* 20. *Julii* III. §.6. *in fin. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ eaque omnia ad quaſcumque &c. Congregationes, quantumvis privilegiatas, & exemptas &c. extendimus, & ampliamus &c. „ *Conſtitutione* 38. *S. Pii V.* §. 3. *in fin. &* §. 7. *tom.*2. ibi „ nec non Collegiis &c. quantumvis privilegiatis, & exemptis &c. Non obſtantibus &c. Privilegiis, exemptionibus, indultis &c. Congregationibus &c. & aliis Piis Locis prædictis, ſub quibuſcumque tenoribus &c. conceſſis &c. „ *Conſtitutione* 33. *Sixti V.* §. 2. *in fin. et* §. 5. *eod. tom.* 2. ibi „ Congregationes, Societates, Univerſitates, Collegia, Seminaria &c. quantumcumque exemptæ, & privilegiatæ exiſtant &c. „ *Conſtitutione* 18. *Urbani* VIII. *in principio*, *juncto* §.4. *tom.* 5. ibi „ Collegia &c. quantumcumque exempta, & privilegiata exiſterent &c. „ *& Conſtitutione* 50. *Clementis X.* §. 1. *in fin.* §.3. *in med.* §. 6. 8. *et* 14. *tom.* 6. ibi „ Collegiis, Univerſitatibus &c. Congregationibus &c. & aliis Piis Locis, etiam illis à ſolutione hujuſmodi exemptionem habere præſumentibus &c. Collegia &c. quantumcumque exempta, & privilegiata exiſterent &c. omnia, & ſingula privilegia, immunitates, & exemptiones &c. quibuſvis Congregationibus, & quibuſvis aliis &c. hactenùs quomodolibet conceſſa revocantes, & annullantes, revocataque, & annullata ex nunc eſſe, & fore decernentes &c. nullis penitùs excluſis &c. „ *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* III. VI. VII. VIII. & XI. undè procul dubio virtualiter compræhendunt Collegia In-
6 ſignia, quæ reſpectu aliorum non Inſignium ſunt privilegiata ratione propriæ Inſignitatis, qua carent alia non Inſignia, ad quod faciunt congeſta per *Filliucc. oper. moral. par.*3. *extract.* 41. *cap.*6. *nu.*59. *Azor. inſtitution. moral. par.*2. *lib.*7. *cap.*12. *quæſtion.* 6.

Aliàs etiam innumeræ Collegiatæ Inſignes, de quibus nulla fit expreſſa mentio in Bullis quindenniorum, ſub hoc ſpecioſo prætextu prætenderent ſe eximi à quindenniis, hàcque via Annatiſtæ notabile paterentur damnum, ſuis juribus, ſeu emolumentis quindennialibus defraudati remanentes, immo ferè penitùs actum eſſet de quindenniis, ac Conſtitutiones Apoſtolicæ ſervirent de vento, effectæ fruſtratoriæ, ſeu eluſoriæ, cùmque habere exemptionem, eſt quid exorbitans à Jure, proindè qui dicit, ſe non eſſe compræhenſum in regula aliorum, debet hoc probare, ubi non eſt tale privilegium
7 exemptivum à quindenniis: omiſſo, quòd, ſicuti Bullæ quindenniorum, à contrario ſenſu, excipiunt à quindenniis Monaſteria Monialium, de tempore Unionis, Conventum habentia, nec non Hoſpitalia Curam, & Hoſpitalitatem exercentia, prout habetur in *Bulla* 33. *Sixti V.* §.2. *in principio*, *verſiculo etiamſi Monaſteria Monialium*, *Bullar. nov. Rom. tom.*2. *Bulla* 18. *Urbani* VIII. *in principio*, *tom.*5. *et in Bulla* 50. *Clementis X.* §.4. *in principio*, *tom.*6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VII. VIII. & XI. ità, ſi eædem Bullæ vellent quoque à quindenniis excipere Collegia Inſignia, illa expreſsè exciperent ex eo, quòd non videtur major ratio in uno, quàm in alio, & exceptio firmat 8
regulam in contrarium, *Barboſa axiom.*85. *n.*4. ſi igitur in exceptione non excipiuntur Collegia Inſignia, ſignum eſt, quòd ipſa remaneant ſub regula: immò eadem quoque militat generalis ratio præjudicii Annatiſtarum, quæ æquè verificatur tàm in Unionibus Beneficiorum, & reſervationibus Penſionum ad favorem Collegiorum Inſignium, quàm in illis ad favorem non Inſignium, undè hæc nullam admittit reſtri- 9
ctionem, vel limitationem, *l. pluribus ff. de acceptilation. Roland. conſ.*27. *num.*15. *et* 16. *lib.*3. *Honded. conſ.*49. *n.* 14. *lib.* 1.

Præterquamquòd Bullæ quindenniorum loquentes de Beneficiis qualitercumque qualificatis, loqui etiam intelliguntur de Collegiis, quibus fiunt Uniones Beneficiorum, vel reſervationes Penſionum, qualitercumque qualificatis, ſicque de Inſignibus, in quibus non poteſt conſiderari major qualitas, ſeu qualificatio, arguendo ab unione, & reſervatione paſſiva ad activam; & ex abundanti ſufficiat ponderare, quòd cauſa Inſignitatis Collegii non poteſt eſſe major, quàm cauſa Metropolitanarum, & Cathedralium Eccleſiarum, quæ tamen quinden- 10
niis obnoxiæ ſunt ratione Unionis Beneficiorum, & reſervationis Penſionum, juxta prælaudatas Bullas quindenniorum, ac præſertim *Bullam* 6. *Pauli* II. §.1. *Bullar. nov. Rom. tom.*1. *Bull.*17. *Pauli* IV. §.8. *et* 11. *eod tom.* 1. *Bull.*38. *S. Pii V.* §.3. 4. 6. *et* 7. *tom.* 2. *Bull.* 33. *Sixti V.* §.2. 4. *et* 5. *eod. tom.* 2. *Bull* 18. *Urbani* VIII. *in principio*, *juncto* §. 2. 3. *et* 4. *tom.* 5. *et Bull* 50. *Clementis X.* §. 3. 4. 5. 7. 9. *et* 11. *tom* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. V. VI. VII. VIII. & XI.

Undè ſi tàm Metropolitanæ, quàm Cathedrales ex inſignioribus Orbis Catholici non renuunt, nec controvertunt quindennia ſolvere, imperceptibile redditur, quomodò, quove jure fulciri queant Collegia Inſignia ad ſe eximendum à quindenniis ſub ſolo apparenti, ac inani motivo inſignitatis.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Eccleſiæ, Collegio, vel alteri Loco Pio ab aliquo S. R. E. Cardinali fundatis, aut dotatis, unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem Eccleſiæ, Collegii, vel alterius Loci Pii ab aliquo S. R. E. Cardinali fundatorum, aut dotatorum, reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Etiam ex Beneficiis unitis, ſeu Penſionibus reſervatis*

tis Eccleſiæ à Cardinali fundatæ, aut dotatæ debentur quindennia.

2 *Beneficia de Jurepatronatus Regio ſubjacent quindenniis.*

3 *A' quindenniis excipiuntur Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia, de tempore Unionis, Conventum, Curam, et Hoſpitalitatem habentia.*

4 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

5 *Quamplures fundationes Locorum Piorum apparent factæ à Cardinalibus.*

6 *Laudantur* Card. Franciſcus Ximenez de Ciſneros, Nunius à Cunha, & Atthayde, ac Franciſcus Aquaviva, & Aragonia.

7 *Quindennia debentur ex* Beneficiis, *et Penſionibus.*

8 *Ex* Beneficiis *Conſiſtorialibus debentur quindennia.*

9 *Naturalis affectio ergà proprium Collegium.*

10 *Collegialis facto ſuo non poteſt præjudicare ſuo Collegio.*

11 *Clericus, conſentiendo in Judicem incompetentem, non præjudicat toti Ordini Clericali.*

12 *Pars præjudicare non poteſt toti.*

13 *Sola voluntas non ſufficit in caſu, quo deficit poteſtas.*

14 *Cardinalis præjudicare nequit Sacro Collegio Cardinalium.*

15 *Nec Papa Prædeceſſor id facere poteſt.*

CAPITULUM CX.

POſtquàm in *præcedenti Cap.* monuimus, quòd etiam ex Beneficiis unitis, aut perpetuis Penſionibus reſervatis Collegio Inſigni, debentur quindennia, benè conſequitur præſens inſpectio, cùm frequentiſſimæ extent fundationes Eccleſiarum, Collegiorum, aliorùmque ſimilium Piorum Locorum factæ à S. R. E. Cardinalibus; undè in irritum prætendere valet immunitatem à quindenniis quæcumque manus mortua Beneficiorum unitorum poſſeditrix, ſivè perpetua Penſionaria, ſub ſoio pallio emendicatæ qualitatis fundationis, ſeu dota-
1 tionis Cardinalitiæ, firmando in præſenti, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Eccleſiæ, Collegio, vel alteri Loco Pio ab aliquo S. R. E. Cardinali fundatis, aut dotatis, unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem Eccleſiæ, Collegii, vel alterius Loci Pii ab aliquo S. R. E. Cardinali fundatorum, aut dotatorum, reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; ſi
2 namque Pontifices Beneficia etiam de Jurepatronatus Regio ſubjicere voluerunt quindenniis, non obſtante adeò eminenti qualitate, ut legere eſt in *Bulla* 20. *Julii* III. §. 6. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Bull.* 38. *S. Pii V.* §. 3. *tom.* 2. *Bull.* 33. *Sixti V.* §. 2. *et* 4. *eod. tom.* 2. *Bull.* 18. *Urbani* VIII. *in principio, juncto* §. 2. *tom.* 5. *et Bull.* 50. *Clementis X.* §. 4. *et* 5. *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* III. VI. VII. VIII. & XI. quantò magis intelligentur iidem Pontifices ſubjicere voluiſſe iiſdem quoque quindenniis Eccleſias, Collegia, aliàque Pia Loca ab Emis Purpuratis fundata, aut dotata, haud majori, ſed æquali inſignita qualitate, arguendo ab unione paſſiva ad activam: ſiquidem facile eſſet omnes fundationes, & dotatio-
3 nes Cardinalitias excipere à quindenniis, prout ab illis à contrario ſenſu excepta fuerunt Monaſteria Monialium, ac Hoſpitalia, de tempore Unionis, Conventum, Curam, & Hoſpitalitatem habentia, ex lectura *Bullæ* 33. *Sixti V.* § 2. *in principio*, *verſiculo etiamſi Monaſteria Monialium*, *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. *Bull.* 18. *Urbani* VIII. *in principio, tom.* 5. *et Bull.* 50. *Clementis X.* § 4. *in principio, tom.* 6. *repetit poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VII. VIII. & XI. undè exceptio firmat regulam in contrarium, 4
Barboſa axiom 85. *n.* 4.

Et palpabilis eſt error, quòd ampliſſimæ prærogativæ, ac exemptiones ipſis Emis Purpuratis, eorùmque Bonis competentes, communicentur, aliquodque tribuant privilegium Collegiis, cæteriſque Locis Piis per eoſdem Emos fundatis, ſivè dotatis, potiſſimùm ad effectum, de quo agitur, pro odioſa nempè prætenſa liberatione à quindenniis; aliàs de illis actum eſſet, ex eo, quòd quamplures funda- 5
tiones Locorum Piorum apparent factæ à Cardinalibus, inter quæ emicat Collegium Majus S. Idelphonſi Compluten. vulgò *de Alcalà* Toletanæ Diœceſis in Hiſpaniarum Regnis, à notæ ſanctimoniæ Viro Cardinali Franciſco Ximenez de Ciſneros fundatum; adeò, ut, ſi Di- 6
gnitas Fundatorum, vel illorum virtus, immò ſanctimonia ſufficiens eſſet ad exemptionem à quindenniis, iſta omninò deficerent, ac quodammodò evaneſcerent, dum omnes Metropolitanæ, Cathedrales, Capitula, Collegia, Hoſpitalia, vel alia Loca Pia, præſertim Monaſteria Regularia fundata, erecta, inſtituta, ſeu dotata fuerunt, vel à Summis Pontificibus, vel ab Imperatoribus, & Regibus, vel à Cardinalibus, & aliis Prælatis, & Fundatoribus Religionum, Dignitate, & ſanctitate illuſtribus.

Teſtetur præ cæteris Roma noſtris temporibus magnificam reſtaurationem vetuſtiſſimæ Eccleſiæ Collegiatæ S. Anaſtaſiæ à noſtro Concive Emo D. Cardinali Nunio à Cunha, & Athayde, Inquiſitore Generali Portugalliæ de anno 1722. factam, dum ejuſdem Eccleſiæ deſignatus fuerat Titularis à S. M. Innocentio XIII. teſtetur pariter aliam haud minùs magnificam reſtaurationem æquè antiquiſſimæ Eccleſiæ S. Cæciliæ Cœnobii Monialium Ordinis S. Benedicti nuper de anno 1724. factam à cla. me. Cardinali Franciſco Aquaviva, & Aragonia, ejuſdem Templi Titulari, ejuſdèmque Monaſterii, nec non Hiſpaniarum Regnorum apud Sanctam Sedem Protectore, de menſe Januarii anni Jubilæi 1725. è vivis erepto, inque eadem Eccleſia tumulato propè cineres Cardinalis Octavii Aquaviva, & Aragonia Patrui, ac olim pariter Titularis.

Accedente ad hoc in corroborationem relevantiſſima ratione, quòd quindennia non exiguntur ex Bonis per Emos Fundatores de proprio patrimonio aſſignatis, ſed ex Beneficiis poſt fundationem, vel dotationem unitis, aut ex Penſionibus poſt eandem reſervatis, ſuper 7
quibus Sedes Apoſtolica ſemper habet jus ſuum certum, ſalvum, ac irradicatum pro taxatione quindenniorum, in recognitionem ſupremi, directi, ac univerſalis dominii penès eandem reſidentis, juxta *Bull.* 17. *Pauli IV.* §. 1. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Bull.* 38. *S. Pii V.* §. 3. *in principio, tom.* 2. *Bull.* 18. *Urbani* VIII. *in principio, tom.* 5. & *Bull.* 50. *Clementis X.* §. 3 *in principio,* & §. 6.

& §. 6. in principio, tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la V. VI. VIII. *&* XI. nè aliàs ſit in poteſtate Cardinalis fundatoris per medium ſuæ fundationis, aut dotationis, quindennia tollere Sedi Apoſtolicæ, ac Annatiſtis, ab ea ex titulo oneroſo cauſam habentibus, quod toleraſſe Pontifices, non eſt credendum, quando tot Bullis, tòtque pœnis in illis contentis ſibi præcavere, ut par erat, ſatagerunt ſuper prompta ſolutione quindenniorum, non obſtante quacumque debitricum manuum mortuarum tergiverſatione, juxta *Bull. 6. Pauli* II. §. *6. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Bull.* 20. *Julii* III. §. 1. *eod. tom.* 1. *Bull.* 11. *Pauli IV.* §. 3. *&* 10. *& Bulla* 17. *ejuſdem Pauli* IV. §. 7. *in fin.* §. 8. *&* 11. *eod. tom.* 1. *Bull.* 38. *S. Pii V. in principio, juncto* §. *6. tom.* 2. *Bull.* 33. *Sixti V.* §. 2. *in fin. &* §. 4. *eod. tom.* 2. *Bull.* 18. *Urbani* VIII. *in principio, juncto* §. 2. *in fin. &* §. 3. *tom.* 5. *& Bull.* 50. *Clementis X.* §. 2. 3. 5. 8. 9. *&* 11. *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la* I. III. IV. V. VI. VII. VIII. *&* XI.

Et quando adeò valida ratiocinia (quod non credimus) non urgerent, procul dubio aliud efficaciſſimum præponderare, & prævalere debet motivum, in eo conſiſtens, quòd aliter admiſſa prætenſa exemptione à quindenniis ex ſolo capite fundationis, erectionis, aut dotationis Cardinalitiæ, iſta ſanè exceptio tenderet in notabile detrimentum ipſius Sacri Collegii Cardinalium, cùm dari poſſit caſus, quòd uniantur Loco Pio per Cardinalem fundato, aut dotato
8 Beneficia Majora, ſeu Conſiſtorialia, ex quibus debentur quindennia eidem Sacro Collegio, juxta Bullas Papales ſuper quindenniis emanatas, ſicque defraudatum remaneat Sacrum Collegium quindenniis ſibi debitis, quando tamen non eſt veriſimile, quòd Cardinalis fundator, prævia ſua fundatione, aut dotatione, voluerit, vel intellexerit præiudicare eidem Sacro
9 Collegio Cardinalium, ad quod ipſe cooptatus fuit, ob naturalem affectionem, & innatam propenſionem ergà proprium Collegium, de quo quis eſt; inveriſimilius inſuper redditur, voluiſſe præiudicare Papæ, cuius ipſe nobile
10 membrum exiſtit, Collega enim, ſeu Collegialis facto ſuo non poteſt præiudicium inferre
11 ipſi Collegio, exemplo Clerici, qui, conſentiendo in Judicem incompetentem, non præiudicat toti Ordini Clericali, ad *textum in cap. fin. de judic. cap. ſi diligenti* 12. *cap. ſignificaſti* 18. *de for. compet Gallerat. de renunciat. tom.* 2. *centur.* 1. *renunciat.* 7. *num.* 45. *& centur.* 2. *renunciat.* 140. *num.* 16. *de Graſſ de effect. Clericat. effect.* 1. *nu.* 1. *cum ſeqq. Antonell. de jur. & oner. Cleric. lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. *Mart de Juriſdict. part.* 4.
12 *caſ.* 152. *nu.* 8. nec pars poteſt præiudicare toti, ex vulgatis: quando autem Fundator Cardinalis voluiſſet præiudicare quindenniis, ſola vo-
13 luntas non ſufficit in caſu, ut iſto, in quo deficit poteſtas, velle enim quis non præſumitur, quod non poteſt, *l. ſi tibi* §. *unius ff. de option. legat. l. Lucius* §. *Imperatores ff. ad municipal. l. pater Severinam, in princip. ff. de condit. & demonſtrat. Barboſa axiom.* 230. *num.* 1. *&* 2. *Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *præſ.* 26. *num.* 5. *Rot. dec.* 364. *num.* 3. *par.* 1. *recentior.* dum Cardinalis
14 de per ſe præiudicare nequit Sacro Collegio in ſuis Juribus quindennialibus, longèque minùs Papæ Principi Supremo, ac abſoluto, veluti, in terminis quindenniorum, & Cardinalis Camerarii eiuſdem Sacri Collegii firmat *Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 89. *n.* 13. *&* 14. quinimmò nec ipſe Papa Prædeceſſor id facere valet, 15
ut proteſtatur *Paulus* IV. *Conſtit.* 17. §. 8. *in principio, Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi: *Nos conſiderantes, præfatum Eugenium &c. Collegio Cardinalium &c. præjudicare non potuiſſe, et propterea jus noſtrum, et Collegii &c. illæſum remanſiſſe, et remanere &c. et Clemenſ X. Conſtitut.* 50. §. 1. *tom.* 6. ibi: *ſucceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus, et per conſequens Collegio Cardinalium hujuſmodi &c. præjudicare non potuiſſet &c. repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* V. *&* XI. & ponderat *Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 89. *num.* 14. *in principio*, §. *Quinimmò*.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Eccleſiæ, Collegio, vel alteri Loco Pio ab aliquo Summo Pontifice fundatis, aut dotatis, unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem Eccleſiæ, Collegii, vel alterius Loci Pii ab aliquo Summo Pontifice fundatorum, aut dotatorum, reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Etiam ex Beneficiis unitis, aut Penſionibus reſervatis Eccleſiæ, ſeu Collegio à Pontifice fundatis, vel dotatis, debentur quindennia.*
2 *Papa nunquam intendit præjudicare tertio.*
3 *Jura Sedis Apoſtolicæ Pontifex pro viribus tueri tenetur.*
4 *Quamplura Collegia Pontificia, in Urbe erecta non renuunt quindennia ſolvere.*

CAPITULUM CXI.

OStenſo in *præcedenti Cap.* quòd pro Beneficiis unitis, ſivè Penſionibus reſervatis Eccleſiæ, Collegio, aut alteri Loco Pio ab aliquo Cardinali fundatis, vel dotatis debentur quindennia, ſupereſt modò oſtendere, quòd etiam pro Beneficiis ſimiliter unitis, pròque Penſionibus ſimiliter reſervatis Eccleſiæ, ſeu Collegio Pontificiis debeantur quindennia, reſolvendo, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. 1
Ducatorum auri de Camera excedentibus, Eccleſiæ, Collegio, vel alteri Loco Pio ab aliquo Summo Pontifice fundatis, aut dotatis, unitis ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem Eccleſiæ, Collegii, vel alterius Loci Pii ab aliquo Summo Pontifice fundatorum, aut dotatorum, reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; aliàs eſſet ultrà fundationem, aut dotationem concedere privilegium exemptivum à quindenniis, quod nequaquam dicendum eſt, niſi exprimatur, præ-

ſer-

ſertim cùm in aliorum detrimentum reſultet ,
2 & regula eſt , quòd Papa nunquam intendat præiudicare tertio, niſi expreſsè id dixerit, juxta *Regul.*18. *Cancellar. de jure quæſito non tollendo* : præterquamquòd valdè inveriſimile eſt , quòd Papa per medium ſuæ fundationis, aut dotationis Loci Pii voluerit ſibi, ac ſucceſſoribus ſuis præiudicium perpetuum , valdèque notabi'e inducere , quindennia penitùs in hac parte auferendo , vel auferre intelligendo , addito etiam alio præiudicio (quod non eſt modica circumſtantia) Sacri Collegii Cardinalium , & Annatiſtarum , ſuum etiam jus fixum babentium in quindenniis , de illis quidem partici-
3 pantium ex cauſa oneroſa ; quando tamen Jura Sedis Apoſtolicæ tueri pro viribus tenetur Pontifex , illaque illæſa , ac intacta conſervare , & manutenere , prout Jura quoque ſuper quindenniis Sacro Collegio Cardinalium , ac Annatiſtis debita, veluti ipſimet Pontifices profitentur in ſpecie quindenniorum , & quidem primus eorum regulator *Paulus* II.*in ſua Conſtitution.*6. *in principio* , *juncto* § 3. *Bullar. nov. Rom.tom.*1. ibi „ Decet Romanum Pontificem ſic ſuis fore „ gratiis liberalem . quòd in Eccleſiarum &c. „ favore conceſſa , in Cameræ Apoſtolicæ , vel „ aliis præiudicium non redundent &c. Nos , „ quorum intereſt , eorundem Cameræ , Colle- „ gii , & Officialium indemnitati proſpicere „ volentes , quemadmodum par eſt &c. & alio- „ rum Jura propterea non lædant &c. „ *Julius* III. *in ſua Conſtitution.* 20. *in principio* , *juncto* §.1. *antè med. eod. tom.*1. ibi „ Cupien- „ tes Cameræ Apoſtolicæ , & Collegii &c. „ S. R. E. Cardinalium , ac Officialium Sedis „ Apoſtolicæ indemnitati conſulere , & eorum „ Jura , ut tenemur , illæſa præſervare &c. Cu- „ piens &c. indemnitati Cameræ huiuſmodi ſa- „ lubriter providere &c. „ *Paulus IV. in ſua Conſtitution.* 11. *in principio*, *eod. tom.* 1. ibi „ „ Nos admonent , & cogunt , ut indemnitati „ ipſius Cameræ &c. diligenter intendamus&c. *& in ſua Conſtitution.*17. *in principio* , *&* §.8. *in principio* , *eod. tom.*1. ibi „ Decens eſſe cen- „ ſemus , & æquum , ut &c. Cameræ noſtræ „ Apoſtolicæ Jura non negligamus , quinimò „ ea uſurpata ſatagentibus opportunis reme- „ diis &c. occurramus &c. Nos conſiderantes, „ præfatum Eugenium &c. Collegio Cardina- „ lium , & Officialibus Romanæ Curiæ &c. „ præiudicare non potuiſſe , & propterea Jus „ noſtrum , & Collegii , ac Officialium prædi- „ ctorum illæſum remanſiſſe , & remanere&c.„ *S. Pius V. in ſua Conſtitution.* 38. §. 3. *in principio* , *&* §. 4. *in med. tom.* 2. ibi „ volentes „ Cameræ noſtræ Apoſtolicæ , ac &c. S. R. E. „ Cardinalium , nec non &c. Romanæ Curiæ „ Officialium Participantium Jura præſervare, „ illorùmque indemnitati conſulere &c. „ *Sixtus V. in ſua Conſtitution.*33. *in principio* , *eod. tom.* 2. ibi „ Cameræ noſtræ Apoſtolicæ , & „ Collegii &c. S. R. E. Cardinalium , & Offi- „ cialium Romanæ Curiæ de Annatis , & „ Quindenniis Participantium indemnitati , „ prout tenemur , conſulere , & eorum Jura il- „ læſa præſervare volentes &c.„ *Urbanus* VIII. *in ſua Conſtitution.*18. *in principio* , *tom.*5.ibi „ „ volens propterea dictæ Cameræ , ac &c. „ S. R. E. Cardinalium Collegio , nec non &c. „ Cancellariæ Apoſtolicæ Officialibus de „ Communibus , Annatis , & Quindenniis „ Participantibus Jura præſervare , illorumque „ indemnitati conſulere &c. „ *& Clemens X. in ſua Conſtitution.*50. *in principio* , *juncto* , §.3. *in principio* , §.5.*in principio* , *&* §.6.*in principio, tom. 6.* ibi „ Cameræ Apoſtolicæ , & Collegii „ &c. S. R. E. Cardinalium , ac &c. Cancella- „ riæ Apoſtolicæ Officialium de Communibus, „ Annatis , & Quindenniis Participantium in- „ demnitati conſulere , immò illorum Jura „ manutenere , nec non illorum damnis &c. „ obviare cupientibus &c. volens propterea „ prædictæ Cameræ , & eorumdem Cardina- „ lium Collegio , nec non Cameræ Apoſtolicæ „ Officialibus de Communibus , Annatis , & „ Quindenniis Participantibus Jura præſerva- „ re , illorùmque indemnitati conſulere &c.no- „ lentes Cameræ noſtræ Apoſtolicæ &c. Jura „ pro poſſe noſtro negligere , quinimò , tàm il- „ lius , quàm &c. S.R.E. Cardinalium , ac &c. „ Cancellariæ Apoſtolicæ Officialium de An- „ natis Participantium , indemnitatibus de cæ- „ tero obviare , nec non illorum commodis , & „ utilitatibus conſulere , ac illorum Jura illæſa, „ ut tenemur , ſervare volentes „ *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III. IV. V. VI. VII. VIII. *&* XI.

Quibus opitulatur inconcuſſa obſervantia quamplurium Collegiorum Pontificiorum in Urbe , quæ , non obſtante eorum Pontificia 4
fundatione , erectione , aut dotatione , non renuunt quindennia ſolvere , quod teſtetur Collegium Romanum à Gregorio XIII. erectum , quindennia ſolvens de Abbatiis , ac Beneficiis eidem unitis , Collegium Germanicum , & Ungaricum S. Apollinaris , à Julio III. inſtitutum, & quaſi deſtitutum , ab eodem Gregorio XIII. reſtitutum , Collegium Græcum , Collegium Anglorum , & Collegium Maronitarum , à prælaudato Gregorio XIII. inſtituta , juxta *Conſtitution.* 14. 20. 42. *&* 91. *ejuſdem Gregorii* XIII. *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. teſtetur denique Collegium de Propaganda Fide ab Urbano VIII. fundatum , & à ſuo Fundatore denominationem ſumens , adhùc de Abbatiis , & Beneficiis illi unitis , abſque ulla contradictione quindennia ſolvens .

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus , Eccleſiæ , Collegio , vel alteri Loco Pio ab aliquo Imperatore , ſeu Rege fundatis , aut dotatis , unitis , ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus , ad favorem Eccleſiæ , Collegii , vel alterius Loci Pii ab aliquo Imperatore , ſeu Rege fundatorum , aut dotatorum , reſervatis , etiam adhùc debentur quindennia .

SUMMARIUM.

1 *Etiam ex Beneficiis unitis , aut Penſionibus reſervatis*

vatis Eccleſiæ, ſeu Collegio ab Imperatore, vel Rege fundatis, vel dotatis, debentur quindennia.

2 *Plura Loca Pia habent Fundatores Imperatores, & Reges.*

3 *Ex Beneficiis de Jurepatronatus Regio, aut Imperiali adhùc debentur quindennia.*

4 *Hoſpitalia Regia non intelliguntur gravata ſub generali loquutione.*

5 *Papa non cenſetur eximere voluiſſe à quindenniis Loca Regia, aut Imperialia.*

CAPITULUM CXII.

Poſtquàm firmatum fuerit, in *præcedenti Cap.* quòd ex Beneficiis unitis, aut perpetuis Penſionibus reſervatis Eccleſiæ, ſeu Collegio Pontificiis, à Pontifice nempè fundatis, aut dotatis, debeantur quindennia, modò idem ſequitur firmandum in Eccleſia, aut Collegio Imperialibus, ſivè Regiis; proindè reſol-
1 vitur, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Eccleſiæ, Collegio, vel alteri Loco Pio ab aliquo Imperatore, ſeu Rege fundatis, aut dotatis, unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem Eccleſiæ, Collegii, vel alterius Loci Pii ab aliquo Imperatore, ſeu Rege fundatorum, aut dotatorum, reſervatis etiam adhùc debentur quindennia; nè aliàs ſub ſpecioſo, ſed captioſo prætextu qualitatis manus mortuæ poſſeditricis Beneficiorum unitorum, aut Penſionariæ, ſivè aliquorum fructuum reſervatariæ, hac via Annatiſtæ defraudati remanerent quindenniis ſibi debitis pro Beneficiis unitis, & Penſionibus reſervatis cuicumque manui mortuæ, cùm non
2 perpauca Loca Pia Imperatores, & Reges habeant, & glorientur habere Fundatores; ſicuti
3 enim ex Beneficiis, quantumvis de Jurepatronatus Regio, ſivè Imperiali adhùc debentur quindennia, ut declaratur in *Bulla* 20. *Julii III.* §. 6. *poſt med. verſic. & de Jurepatronatus*, *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Bull.* 33. *Sixti V.* §. 2. *poſt med. verſic. & de Jurepatronatus*, *tom.* 2. *Bull.* 18. *Urbani VIII. in principio circà fin. probæm. verſic. etiam Imperatoris*, *tom.* 5. *& Bull.* 50. *Clementis X.* §. 4. *poſt med. propè fin. verſic. & de Jurepatronatus*, *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtol. in ordine la* III. VII. VIII. *&* XI. ità pari paſſu, arguendo ab Unione paſſiva ad activam, æquum eſt, ut quindennia debeantur, etiamſi Unio Beneficiorum, vel reſervatio Penſionum fiat favore manus mortuæ Regiæ, aut Imperialis.

Nec obſtat diſpoſitio *Sacri Concilii Tridentini Seſſ.* 22. *de Reformat. cap.* 8. *in principio*, *verſi-
4 culo non tamen*, quod voluit Hoſpitalia Regia habere diverſa privilegia, nec intelligi gravata ſub generali loquutione, quia, ſi Papa non intelligitur eximere voluiſſe Loca ab ipſomet fundata, ex *præcedenti Capitulo* per nos traditis, qui tamen uti Princeps Eccleſiaſticus, & viſibile caput Eccleſiæ, major eſt cæteris omnibus Princi-
5 pibus mundi, longè magis cenſenſus eſt noluiſſe eximere Loca Regia, aut Imperialia, ad textum *in Auth. multò magis C. de Sacroſ. Eccleſ.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Collegio Urbano de Propaganda Fide de Urbe unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem ejuſdem Collegii reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Laudatur* S. M. Clemens Papa XI.

2 *Collegium de Propaganda Fide cur inſtitutum.*

3 *Congregatio de Propaganda Fide cur inſtituta.*

4 Urbanus VIII. Conſtitut. 259. Bullar. nov. Rom. tom. 5. *prohibet, nè ullibi nova Loca fundentur, ſeu erigantur ſub denominatione de Propaganda Fide, abſque facultate Sedis Apoſtolicæ.*

5 *Etiam ex Beneficiis unitis, ſivè Penſionibus reſervatis Collegio de Propaganda Fide debentur quindennia.*

6 *Qui ſentit commodum, ſentire quoque debet incommodum.*

CAPITULUM CXIII.

Occaſione, qua Urbanus VIII. (cujus longævum Pontificatum ſupergreſſus eſſet 1
S. M. Clemens Papa XI. ſapientiſſimus Princeps, niſi ab humanis ereptus die 19. Martii 1721. S. Joſepho Bonæ Mortis Tutelari ſacrata) Fidei propagationi, mediantibus Apoſtolicis Miſſionariis apud Infideles verbum Dei cum uberiori fructuum Animarum in dies diſſeminantibus, conſulere, prout paſtorale debitum poſtulabat, cupiens, erexit in Urbe Collegium de Propaganda Fide, etiam Urbanum à nomine ſui Fundatoris nuncupatum, ad radices Montis Pincii in Platea Hiſpaniarum, inſer- 2
viens ad edocendos, & erudiendos Adoleſcentes, ubi inſtituta viget Congregatio aliquorum 3
Emorum Cardinalium, ad effectum ſuppeditandi victum Epiſcopis, ac Patriarchis à ſuis Sedibus ex aliquo accidenti pulſis, tàm in remotiſſimis regionibus, quàm in Urbe condolendè degentibus, *Card. de Luca in Relat. Cur. diſcur.* 23. *num.* 4. *cum ſeqq.* qui quidem *Urbanus VIII. ſua Conſtitut.* 259. *Bullar. nov. Rom.* 4
tom. 5. providè prohibuit, nè ullibi nova Loca fundentur ſub denominatione de Propaganda Fide, abſque Sedis Apoſtolicæ facultate, ut legere eſt in §. 1. ibi: *Nè nova Loca ſub titulo de Propaganda Fide impoſterùm ubivis gentium temerè, & inconſulta Sede Apoſtolica erigantur, aut inſtituantur &c. Apoſtolica auctoritate &c. prohibemus, nè Monaſteria, Conventus, Domos, Seminaria, Collegia, Hoſpitalia, ſeu Oratoria ſub titulo de Propaganda Fide conſtruant, aut erigant &c. ſine ſpeciali eorundem Cardinalium licentia &c.* non abs re contingit hæſitari, quid dicendum circà quindennia in caſu Unionis Beneficiorum, vel reſervationis perpetuarum Penſionum ad favorem memorati Collegii, & firmatur, quòd ex Beneficiis annuum valo- 5
rem

rem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Collegio Urbano de Propaganda Fide de Urbe unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem ejuſdem Collegii reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; dum omnibus notum eſt, quòd præfatum Collegium abſque ulla contradictione uſque ad præſens quindennia ſolvit de Abbatiis, & Beneficiis eidem unitis.

Non obſtat, quòd Collegium hujuſcemodi ſit fundatum ad Fidem propagandam, ideòque dè Propaganda Fide appellatum, qua de cauſa in favorem Fidei videatur debere eſſe exemptum à quindenniis: quia non propterea tollitur officium, & beneficium propagationis Fidei ob quindenniorum ſolutionem, præſertim cùm ità reſolutum fuerit per Congregationem Particularem, teſte *Card. de Luca de Regalib. diſcur. 162. num. 4. in principio*, ibi: *Quod tamen reſpectu Unionum, quæ factæ ſint, Puerorum, & Adoleſcentum Collegiis, moderno tempore per Congregationem particulariter deputatam ſub Clemente X. in exequutionem ſuæ Conſtitutionis, vel Motus Proprii, admiſſum non fuit &c.*

5 Immò omnis æquitas ſuadet, ut cui applicantur commoda, etiam ſuſtinenda ſint incommoda, ad *textum in l. ſecundùm naturam 10. ff. de regul. Jur. Barboſa axiom. 44. num. 2. & 6. & axiom. 121. n. un.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Collegio Cathecumenorum, vel Neophytorum unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem ejuſdem Collegii reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Quis ſit Cathecumenus.*
2 *Quis ſit Neophytus.*
3 *Collegium Cathecumenorum, & Neophytorum de Urbe ubi extet.*
4 *Collegium aliud Neophytorum de Urbe.*
5 *Laudatur* Card. Hieron. Gaſtaldus.
6 *Gregorius XIII. reſervavit certam annuam Penſionem favore Collegii Neophytorum de Urbe.*
7 *Etiam ex Beneficiis unitis, ſivè Penſionibus reſervatis Collegio Cathecumenorum, vel Neophytorum debentur quindennia.*
8 *Collegium Neophytorum non eſt exemptum à ſolutione Decimarum Papalium, ſeu Cameralium.*
9 *Quindennia in locum Decimarum ſubrogata.*
10 *Cathecumenus non eſt de foro Eccleſiæ.*
11 *Attamen largo modo fidelis eſt.*
12 *Proximè accingendus habetur pro accincto.*
13 *Novitius habetur pro profeſſo.*
14 *Pontifices quoad quindennia nullibi privilegia tribuerunt Cathecumenis, aut Neophytis.*

CAPITULUM CXIV.

Pro majori dicendorum intelligentia præmittendum, quòd Cathecumenus dicitur 1
ille, qui myſteriis Catholicæ Religionis aſſentiens, nondùm baptizatus eſt, *Macr. Hierolexic. verbo Cathecumenus, P. à Panhorm. in ſcrutin. Doctrin. cap. 4. artic. 2. num. 1. cum ſeqq. Clericat. de ſacrific. Miſſ. dec. 36. num. 28.* Neophytus verò, qui recens converſus eſt ad fidem, 2
cap. ſicut Neophytus 2. diſtinct. 48. Macr. verbo Neophytus, Ricciull. poſt Tract. de jur. perſon. extr. grem. Eccleſ. exiſtent. de Neophyt. cap. 1. per tot.

Præmittendum quoque pro clariori notitia, quòd præter alia in Alma Urbe, quæ Orbi exemplar eſt, viget Collegium Cathecumenorum, & Neophytorum apud Eccleſiam S. Salvatoris ad Montes, & B. Mariæ Montium, cum deputatione Cardinalis Protectoris pro tempore, juxta *Bull. 37. Pauli III. & Bull. 9. Pauli IV. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* omiſſo alio Collegio pariter Neophytorum de Urbe à ſapientiſſimo, ac acerrimo Juſtitiæ vindice Cardinali Hieronymo Gaſtaldo erecto è conſpectu Parochialis Eccleſiæ S. Jacobi vulgò *Scoſcia Cavalli* in Platea Collegii Sacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ PP. Societatis Jeſu pro audiendis fidelium Confeſſionibus apud Vaticanam Baſilicam Patriarchalem S. Petri de Urbe; non omiſſo, quòd Gregorius XIII. reſervavit ad favorem Collegii Neophytorum de Urbe annuam Penſionem ſcutorum centum aureorum ſuper fructibus Abbatiæ S. Crucis Fontis Avellanæ in Ditione Urbinaten. per eundem Gregorium Collegio Germanico, & Ungarico S. Apollinaris de Urbe unitæ, juxta *Bull. 123. Alexandri VII. Bullar. nov Rom. tom. 6.*

Quibus præmiſſis, reſolvimus in præſenti, 7
quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Collegio Cathecumenorum, vel Neophytorumm unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem ejuſdem Collegii reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; quippè, ſicuti in ſpecie Collegium Neo- 8
phytorum non eſt exemptum à ſolutione Decimarum Papalium, ſeu Cameralium, quas cum effectu ſolvere Cameræ Apoſtolicæ conſtat ex aſſertiva in mox prælaudata *Bulla Alexandrina §. 7. in principio, antè med.* ibi: *Signori Proviſori del Sacro Monte della Pietà, li piacerà pagare al Ven. Collegio de' Neofiti &c. ſcudi due milla ducento ſettanta trè bajoch. 52. moneta &c. compreſovi anche ſcudi novanta ſimili pagati per le Decime dovute dal detto Collegio de' Neofiti alla R. Camera Apoſtolica, e ſcudi qnatrocento per una volta tanto &c. Dal Collegio Germanico, & Ungarico, li 8. Maggio 1662. &c. Gio. Girolamo Galleno Procuratore del detto Collegio &c.* ità tenetur quindennia ſolvere tàm iſtud Collegium Neophytorum, quàm aliud Cathecumenorum minùs privilegiatum, cùm illius Alumni nondùm ſint baptizati, & Eccleſiæ incorporati, prout ſunt Alumni alterius Collegii Neophytorum; ſiquidem quindennia ſunt quodammodò 9
Decimæ Papales, ſeu Camerales, & earum loco ſubrogata, ex per nos fuſiùs ſuprà in *Cap. I.* allatis, & mirè comprobatur ex *Conſtitutione S. M. Cle-*

S. M. Clementis XI. edita 23. Novembris 1704. ibi: *quoniam itaque exploratum eſt, quindennia &c. ſuffecta fuiſſe in locum Annatarum, Annatas verò ſubrogatas fuiſſe Decimis &c. Hinc Prædeceſſores noſtri, divino, humanòque Juri conſentaneum eſſe duxerunt, quindenniis, quæ naturam, conditionèmque Decimarum induerant, Beneficia &c. ſuis Conſtitutionibus ſubjicere &c. & Conſtitutione edita 24. Januarii* 1705. ibi: *hujuſmodi quindennia penduntur loco Decimarum &c. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la* XII. *&* XIV.

Non obſtat quoad ſaltem Collegium Cathecumenorum, quòd Cathecumenus, licet in
10 Chriſtum credat, attamen uti nondùm baptizatus, non eſt de foro Eccleſiæ, proindèque non tenetur legibus Pontificiis, ſeu Bullis Apoſtolicis quindennia indicentibus, *Duard. in cap. omnis utriuſque ſexus* 12. *de pœnitent. & remiſſion. diſput.* 1. *ſect.* 5. *n.* 1. *cum ſeqq.* ibi „ Etenim „ Cathecumeni, quamvis ſint fideles, cùm in „ Chriſtum credant, & omnia, quæ Eccleſia „ Catholica Romana credit, & docet; nihilominùs, cùm non ſint baptizati, non ſunt de „ foro, & Juriſdictione Eccleſiæ: de his enim, „ qui foris ſunt, non pertinet ad nos, ait „ *Apoſtol.* 1. *ad Corinth. cap.* 1. „ Nec obſtat, „ quòd Cathecumeni ſunt baptizati baptiſmo „ flaminis, & ideò, ſi moriantur, contriti de „ propriis culpis, ſalvantur. Unde ſi deficiant „ à fide, dicuntur Hæretici &c. quoniam reſpondetur, quòd Cathecumeni, licet baptizati ſint baptiſmo flaminis; non tamen ſubjiciuntur juriſdictioni Eccleſiaſticæ, niſi baptizentur etiam baptiſmo fluminis: nam „ baptiſmo flaminis baptizati dicuntur tantùm „ quoad Deum, non autem quoad Eccleſiam. „ Et eadem ratione, ſi deficiant à fide, Hæretici ſunt ſolùm quoad Deum, non autem
11 „ quoad Eccleſiam &c. „ quia immò Cathecumenus verè ſubjicitur legibus Papalibus, ſeu Eccleſiaſticis, & largo modo Fidelis eſt, quaſi quòd in voto baptiſmum ſuſcepiſſe dicatur, quodammodò regeneratus virtute baptiſmi flaminis, *Murg. diſquiſition. moral. Canonic. tom.* 1. *tract.* 2. *diſquiſit.* 4. *dub.* 7. *num.* 2. *cum ſeqq.* &
12 facit regula, quòd proximè accingendus habe-
13 tur pro accincto, & exemplum Novitii, qui habetur pro profeſſo, ad per nos tradita in altero *Tract. de Quindenn. cap.* 50. *n.* 720. *cum ſeqq.*

Minùs obſtat, quòd peculiaribus favoribus, & privilegiis proſequendi ſunt tàm Cathecumeni, quàm Neophyti, ut alacriùs illi fidem ſuſcipiant, & iſti ſuſceptam conſervent, non
14 autem deferant; quia nullibi conſtat, Summos Pontifices ſpecialibus privilegiis eos eſſe proſequutos quoad materiam quindenniorum, de qua agitur.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Congregationi S. Ivonis de Urbe unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem ejuſdem Congregationis reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Congregatio S. Ivonis de Urbe ubi erecta, & alia ſimilis Neapoli.*
2 *Auctor adnumeratus dictæ Congregationi.*
3 *Laudatur Eminentiſſimus D.* Card. Laurentius Corſinus, *poſteà* Clemens XII.
4 *Laudantur clar. mem.* Card. Nicolaus Acciajollus, *&* Petrus Marcellinus Corradinus.
5 *Laudatur clar. mem. Card.* Carolus Collicola, *& R. P. D.* de Carolis.
6 *Quodnam ſit inſtitutum dictæ Congregationis.*
7 *Laudatur bon. mem. R. P. D.* Vincentius de Manieris.
8 *Laudatur bon. mem. R. P. D.* Carolus Firmanus Bichius.
9 *Laudatur S. M.* Clemens Papa XI.
10 *Iterùm laudatur clar. mem. Card.* Carolus Collicola.
11 *Etiam ex Beneficiis unitis, ſeu Penſionibus reſervatis Congregationi S. Ivonis debeatur quindennia.*
12 *Hoſpitalia tenentur ad quindennia ex Beneficiis unitis, exque Penſionibus reſervatis.*
13 *Ægrotare eſt actus præcisè neceſſarius, & caſualis.*
14 *Jus non favet infirmis, cum aliena jactura.*
15 *Lites vix ſine peccato fieri poſſunt.*
16 *Advocati, & Procuratores de aliorum diſcordiis vivunt, & concordiis moriuntur, ſeu eſuriunt.*
17 *Parochiales Eccleſiæ ſubjacent quindenniis.*
18 *Argumenta à bono ſpirituali ad temporale, & à majori ad minus in Jure ſunt validiſſima.*
19 *Bullæ quindenniorum loquuntur de quibuſcumque Congregationibus.*
20 *Etiam Congregationes privilegiatæ ſubjacent quindenniis.*
21 *Congregationi S. Ivonis facta fuit Applicatio fructuum unius Abbreviaturæ vacabilis.*

CAPITULUM CXV.

PRo dicendorum notitia præmittendum eſt, quòd penès Cœnobium Parochialis Eccle- 1
ſiæ SS. Caroli, & Blaſii ad Cattinarios de Urbe PP. Barnabitarum Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli erecta reperitur perantiqua, & pia Congregatio Sæcularis S. Ivonis Pauperum, ac Viduarum Advocati, conſtans ex Romanæ Curiæ Prælatis, Advocatis, & Cauſarum Patronis vulgò Procuratoribus, ſeu Curialibus in magno numero, prout Neapoli extat ſimilis Congregatio apud Eccleſiam SS. Apoſtolorum, PP. Theatinorum, teſte *de Luca ad de Franch. dec. Neapol.* 677. *num.* 8. *Capyc. Latr. dec. Neapol.* 159. cui quidem Con- 2
gregationi S. Ivonis de Urbe ego, imparibus meritis, adnumeratus fui tempore, quo prædictæ Congregationis vigilantiſſimus Præfectus extabat Emus D. Cardinalis Laurentius Corſi- 3
nus, tunc R. Cameræ Apoſtolicæ Clericus, poſteàque Theſaurarius Generalis, vir apprimè doctus, tandem haud imparibus meritis ad Supremum Pontificatus apicem evectus die 12. Julii 1730. ſub clementiſſimo nomine Clementis XII. & ſubindè extitit accuratiſſimus ejuſdem

4 dem Congregationis Protector Cardinalis Nicolaus Acciajollus vir omni doctrina præditus, ac nuper Emus D. Cardinalis Petrus Marcellinus Corradinus olim in Urbe præſtantiſſimus Advocatus, poſteà Prodatarius, qui Statuta prædictæ Congregationis de anno 1722. compillari juſſit; Præfectus item præfatæ Congre-
5 gationis clar. mem. Card. Carolus Collicola, olim Cameræ Apoſtolicæ Clericus, & vigilantiſſimus Graſciæ Præſidens, poſteà meritiſſimus Protheſaurarius, & tandem Theſaurarius Generalis, nec non Juris ſcientiſſimus.

In cujus quidem locum ſubrogatus fuit R. P. D. de Carolis, Præceptor vulgò Commendatarius S. Spiritus in Saxia de Urbe, ad majora præ meritis promovendus.

6 Inſtitutum autem, finis, ſive ſcopus hujus Loci Pii verſatur in tuendis gratis pro Deo, egenorum Cauſis, priùs tamen in Congregatione ad hunc effectum quolibet menſe, ut plurimùm, haberi ſolita, guſtato de bono Jure, & Juſtitia, quantum fert humana imbecillitas, ſuppeditatis etiam ſumptibus pro earundem Cauſarum expeditionibus, in caſu victoriæ, ex nonnullis redditibus in tot Locis Montium per memoratum Locum Pium poſſeſſis, præter eleæmoſynas diſtribui ſolitas ad eundem effe-
7 ctum per bon. mem. R. P. D. Vincentium de Amadoriis, olim de Manieris, tunc utriuſque Signaturæ digniſſimum Votantem, & Sacræ Conſiſtorialis Aulæ, magnique nominis Advocatum, ad majora præ meritorum mole promovendum, niſi ab humanis ereptus eſſet die 22. Februarii 1716. ſolent ergà pauperes ſe liberales (prout poſtulat paterna charitas) exhibere Pontifices, Eccleſiaſticis redditibus eos ſublevando, præſertim quando Piorum Locorum Superiores pro tempore Pontificibus non apprimè inſtructis de neceſſitatibus Loci Pii, illius ſummam indigentiam inſinuant, ad exemplum pientiſſimi, ac vigilantiſſimi enunciatæ Con-
8 gregationis Præfecti immortalis ævi R. P. D. Caroli Firmani Bichii R. Cameræ Apoſtolicæ
9 Clerici, & Graſciæ Præſidis, qui à S. M. Clemente Papa XI. clementiſſimo, ac ſapientiſſimo Principe obtinuit annuam Penſionem aſſignari prædictæ Congregationi, in pauperum litigantium commodum inſervituram; cùmque evenire poſſit caſus, quòd ad inſtantiam Illmi Præfecti pro tempore, qui ſolet eſſe vigilantiſſimus (qualis fuit modernus, clar. mem. Card.
10 Carolus Collicola vir acutiſſimi ingenii, in Jure ſuprà ætatem verſatus, ac digniſſimus olim Graſciæ Præſidens, nec non meritiſſimus Protheſaurarius, tandèmque Theſaurarius Generalis, eidem Congregationi vel reſervetur perpetua Penſio excedens XXIV. Ducatos auri de Camera, vel uniatur Beneficium excedens eundem valorem: undè orietur dubium inter Congregationem, & Annatiſtas ſuper controverſa quindenniorum ſolutione, ob generalem regulam faventem Annatiſtis, deductam ex Bullis quindenniorum, indemnitati eorundem Annatiſtarum conſulentibus, ex perpetuitate Eccleſiaſticorum proventuum penès manum mortuam, proindèque deſperata in futurum Annatarum exactione, ſed alia ex parte bonum jus fovere falsò putante, reſolvitur in præſenti,
11 quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Congregationi S. Ivonis de Urbe unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem ejuſdem Congregationis reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; major namque favor eſſe nequit pauperum litigantium, quàm pauperum ægrotantium, & tamen ſi Hoſpitalia, non obſtante cauſa adeò 11
legitima recipiendi, ac curandi pauperes ægrotos, tenentur ad quindennia ex Beneficiis ſibi unitis, exque perpetuis Penſionibus ſibi reſervatis, juxta *Bull. 6. Pauli II.* §. 1. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Bull.* 17. *Pauli IV.* §. 8. *in med. eod. tom.* 1. *Bull* 38. *S. Pii V.* §. 3. *in fin. & circà fin. tom.* 2. *Bull.* 33. *Sixti V.* §. 3. *in fin. & circà fin. eod. tom.* 2. *Bull.* 18. *Urbani VIII. in principio. & §.* 2. *in fin. tom* 5. *& Bull.* 50. *Clementis X.* §. 1. *in fin.* §. 3. *in principio, &* §. 11. *in med. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* I. V. VI. VII. VIII. *&* XI. quantò magis tenebitur ad quindennia Congregatio S. Ivonis, non obſtante cauſa, non tamen magis legitima, defendendi pauperes litigantes, ſumptùſque ad Cauſarum expeditiones neceſſarios ſubminiſtrandi: quinimmò litigare eſt actus voluntariùs, qui liti renunciando, vel eam non promovendo, benè poteſt prætermitti, ægrotare autem eſt actus præcisè neceſſarius, & ca- 13
ſualis, *Actius de infirmitate par.* 1. *cap.* 10. *nu.* 3. *& 9.* cùm non ſit in poteſtate noſtra non ægrotare, prout in poteſtate noſtra eſt non litigare.

Præterquamquòd, ſi Pontifices noluerunt infirmis favere, cum Annatiſtarum injuria, ſequentes in hoc regulam Juris, quod non favet 14
infirmis, cum aliena jactura, *Actius de infirmitate par.* 1. *cap.* 50. *num.* 26. ibi: *Scias etiam, infirmis non eſſe cum alterius injuria favendum &c.* quanto magis cenſendi ſunt noluiſſe pauperibus favere, cum Annatiſtarum injuria: immò, quando ad exemptionem à quindenniis non ſuffragatur duplex privilegium, unum nempè infirmitatis, alterum verò paupertatis, quod conſideratur in Hoſpitali, quomodò ad exemptionem à quindenniis ſuffragabitur unicum tantùm privilegium, & iſtud quidem minùs efficax, paupertatis nempè, quod conſideratur in Congregatione S. Ivonis; & quando ad effectum excuſandi à quindenniis, nec cauſa juſta ægrotandi ſufficiens viſa fuit Summis Pontificibus juſtitiæ, & æquitatis cultoribus, quantò minùs ſufficiens videbitur cauſa non adeò juſta litigandi, cùm juxta *S. Auguſtin.* lites vix ſine 15
peccato fieri poſſunt, referente *Scanaroll. de viſitation. carcer. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 12. quod dictum ſi reciperetur, actum eſſet de Advocatis, & Procuratoribus, qui de aliorum diſcordiis 16
vivunt, & concordiis moriuntur, ſeu eſuriunt.

Hùc accedit, quòd ſi Parochiales Eccleſiæ, 17
non obſtante, quòd incumbant Curæ Animarum rei adeò neceſſariæ ob adminiſtrationem Sacramentorum, adhùc ſubjaceant quindenniis, juxta *Bull.* 50. *Clementis X.* §. 6. *in fin.* §. 8. *in principio, &* §. 9. *in med. Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtol. in ordine la XI.* ibi: *quibuſcumque Eccleſiis etiam Parochialibus &c. Parochialia &c.* quantò magis Congregatio S. Ivonis quindenniis ſubjacere debet, quæ incumbit defenſioni litium egenorum conſiſtentium in bono temporali

rali præponderare, ſeu prævalere non valente bono ſpirituali, ac ſaluti Animarum, arguendo à bono ſpirituali ad temporale, & à majori
18 ad minus, quæ argumenta in Jure ſunt validiſſima, *Everard. in Topic. legal. loc.* 77. *Barboſa loc.*67.

Non omiſſo, quòd omnis tollitur difficultas ex lectura ipſarum Conſtitutionum ſuper materia quindenniorum editarum, quæ indeter-
19 minatè, ac indiſtinctè loquuntur de quibuſcumque Congregationibus, nulla excepta, ſicque generaliſſimè omnes, cujuſcumque inſtituti illæ ſint, amplectuntur vigore generalitatis verborum etiam pluriès in qualibet Bulla repetitorum, juxta *Bull.*20. *Julii* III. §. 6. *in principio, Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi: *à quibuſcumque &c. Congregationibus &c. & in med.* ibi: *contrà omnes Congregationes &c. quæ Congregationes prædictæ &c. Bull.*17. *Pauli IV.* §.8. *in principio antè med. & poſt med. circà fin. eod. tom.* 1. ibi: *quibuſcumque &c. & utriuſque ſexus Congregationibus &c. quaſcumque alias Congregationes &c. Bull.*38. *S.Pii V.* §.4. *in principio, & §.6.in principio, tom.* 2. ibi: *quaſcumque Congregationes &c. & quaſvis alias perſonas &c. Bull.* 33. *Sixti V.* §. 2. *antè med. & circà fin. &* §. 4. *in principio, eod. tom.* 2. *Bull.* 18. *Urbani* VIII. *in principio, juncto* §.2. *in med. tom.* 5. *& Bull.*50. *Clementis X.* §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 11. *tom.6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* III. V. VI. VII. VIII. & XI.

His accedit in comprobationem, quòd etiam
20 Congregationes privilegiatas, ac exemptas expreſsè ſubjicere voluerunt Summi Pontifices quindenniis, ad tollendum omne dubium, veluti legere eſt in *Bull.* 38. *S. Pii V.* §. 3. *in fin. Bullar. nov. Rom. tom.* 2. ibi „ Congregationibus &c. ac utriuſque ſexus perſonarum Piis „ Locis, quantumvis privilegiatis, & exemptis &c. „ *Bull.*33. *Sixti V.* §.2. *in fin. &* §.5. *eod. tom.* 2. ibi „ quantumcumque exemptæ, „ & privilegiatæ exiſtant &c. Non obſtantibus „ &c. privilegiis, exemptionibus &c. indultis „ &c. Congregationibus &c. conceſſis &c. „ *Bull.*18. *Urbani* VIII. §.4.*in principio, tom.*5. & *Bull.*50. *Clementis X.* §. 1. *in fin.* §. 3. *antè med. &* §.6. *antè med. tom.* 6. ibi „ utriuſque „ ſexus Congregationibus, & aliis Piis Locis, „ etiam à ſolutione hujuſmodi exemptionem „ habere præſumentibus &c. quantumcumque „ privilegiata, & exempta exiſterent &c. omnia, & ſingula privilegia, immunitates, & „ exemptiones &c. quibuſvis Congregationibus, & quibuſvis aliis &c. quomodolibet „ conceſſa revocantes &c. „ *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VI. VII. VIII. & XI.

Aliàs admiſſo contrario intellectu Conſtitutionum Apoſtolicarum, ſequeretur, quòd Pontifices difficiliores ſe redderent ad uniendum Beneficia, vel reſervandum perpetuas Penſiones Congregationi S. Ivonis, nè hac via præjudicarent Annatiſtis ob perpetuitatem redditituum hujuſmodi Eccleſiaſticorum penès manum mortuam, proindèque ob ceſſationem
21 Annatarum ex defectu futurarum vacationum; quidquid hodiè ſucceſſit de novo in Congregatione S. Ivonis, nempè applicatio fructuum unius Abbreviaturæ vacabilis.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Sacro Collegio Emorum S. R. E. Cardinalium unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem ejuſdem Sacri Collegii reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Etiam ex Beneficiis unitis, ſivè Penſionibus reſervatis Sacro Collegio debentur quindennia.*
2 *Verbum* quibuſcumque *nullum excludit.*
3 *Cardinales comprœhenduntur ſub Regulis Cancellariæ.*
4 *Superiores inferioribus exemplo eſſe debent.*
5 *Quindennia introducta favore Papæ.*
6 *Cardinales comprœhenduntur ſub Conſtitutionibus generaliter loquentibus.*
7 *Cardinales non comprœhenduntur ſub Conſtitutionibus de eiſdem ſpecialem mentionem non facientibus.*
8 *Cardinales exempti ſunt à taxis pro expeditionibus literarum, & laudatur bon. mem. R.P.D.*Piton.
9 *Cauſa Papæ comprœhendit Cardinales.*
10 *Laudatur* Emus Petra.
11 *Bullæ quindenniorum ſunt favorabiles Sedi Apoſtolicæ.*
12 *Cardinales ſunt pars corporis Papæ, ejùſque Conſiliarii.*
13 *Laudatur* Card. Franc. Albitius.
14 *Quindennia introducta fuerunt etiam pro ſuſtentatione Cardinalium.*
15 *Locans gabellas ad ſui commodum impoſitas, ad eas non tenetur.*
16 *Laudatur bon. mem. R. P. D.* Anſaldus.
17 *Res conſiderari valet ob diverſos effectus.*
18 *Licet una, eademque res non poſſit diverſimodè conſiderari.*
19 *Auguſta gaudet privilegiis Auguſti.*
20 *Attamen ſub legum vinculo comprœhenditur, niſi ſpecialiter excipiatur.*
21 *Cardinales ſunt Papæ Conſiliarii.*
22 *Solus Princeps ſolutus eſt legibus.*
23 *Quindennia debentur Cardinalibus ex ſolis Beneficiis Majoribus, ſeu Conſiſtorialibus.*
24 *Cardinales ſubjiciuntur Conſtitutionibus imponentibus ſubſidia.*
25 *Adducitur locus* Matt. cap.17. verſ.26.
26 *Quindennium dependet à dominio ſupremo, quod habet Sedes Apoſtolica ſuper omnibus Beneficiis.*
27 *Aliud eſt Capitulum, ſeu Collegium, & aliud Canonici, ſeu Collegiales.*
28 *Cardinales vigore peculiaris Indulti expediendi per viam ſecretam, non ſolvunt Annatas pro Proviſionibus Beneficiorum in eorum perſonis factis.*
29 *Quindennia in Annatarum locum ſubrogata.*
30 *Privilegium non ſolvendi Annatas eſt odioſum, ſtrictèque interpretandum.*
31 *Onus ſolvendi quindennia non ſolùm eſt perſonale, ſed etiam reale.*
32 *Ideò tamquàm tale, ex vi hujuſmodi realitatis, tranſit in quemcumque etiam ſpeciali nota dignum.*

33 *Onus*

33 *Onus quindenniorum regulatur ab ipſis fructibus Beneficiorum, qui in quemcumque tranſeuntes, ſemper remanent affecti onere quindenniali, à quocumque illi percipiantur.*

CAPITULUM CXVI.

QUantumvis præſens articulus videatur eſſe de ſubjecto non ſupponente, cùm nullæ Uniones Sacro Collegio factæ reperiantur, nec probabiles ſint, dum adhùc non accidit talis caſus, prout poteſt accidere, & forſan accidit, quòd Beneficia uniantur Cardinalium Eccleſiis Titularibus; nihilominùs, ſi fortè contingat caſus, quòd Romani Pontifices uniant Sacro Collegio Em̃orum S. R. E. Cardinalium Beneficia, vel reſervent, & applicent perpetuas Penſiones; qua occaſione orietur controverſia, utrùm in hoc caſu ſit locus quindenniis, nec nè, & affirmativè procedendo, reſolvitur,
1 quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Sacro Collegio Em̃orum S. R. E. Cardinalium unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem ejuſdem Sacri Collegii reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; quippè ſub Conſtitutionibus Apoſtolicis de quindenniorum materia loquentibus includuntur Uniones activæ, & paſſivæ de Locis
2 Piis, ac Collegiis, quantumvis qualificatis per verbum *quibuſcumque* pluriès geminatum, nullum excludentibus, ſicque includentibus quoque Sacrum Collegium qualificatiſſimum, *Barboſa de diction. dict.* 317. *per tot.* juxta *Bull.* 38. *S. Pii V.* §. 4. *in principio*, *&* §. 6. *in principio*, *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. *Bull.* 33. *Sixti V.* §. 2. *in med. & poſt fin. eod. tom.* 2. *Bull.* 18. *Urbani VIII. in principio*, *&* §. 2. *in med. tom.* 5. *& Bull.* 50. *Clementis X.* §. 1. *circà fin.* §. 3. *in fin.* §. 4. *in principio*, §. 5. *in principio*, §. 7. *in principio*, *&* §. 9. *in principio*, *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* VI. VII. VIII. *&* XI.

3 Hinc eſt, quòd Cardinales compræhenduntur ſub Regulis Cancellariæ, *Germon. de Indult. Cardinal.* §. *Quæ ſublatis*, *nu.* 93. *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 85. *cum ſeqq. Gonzalez ad Regul.* 8. *hodie* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.* 24. *n.* 13. *cum ſeqq. Garz. de Benefic. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 253. aliàs, ſi non compræhenderentur, intolerabile ſequeretur abſurdum, quòd ferè nulla lex ligaret Cardinales, cùm rariſſimè de illis fiat mentio, & tamen Conſtitutiones eduntur, ut ab omnibus cuſtodiantur, ac ma-
4 ximè ab his, qui in eminentiori gradu conſtituti, reliquis inferioribus exemplo eſſe debent, *Gomez Sarnen. in Proœm. ad Regul. Cancellar. quæſt.* 4. *nu.* 5. *Fagnan. in cap. nè pro dilatione* 18. *de pœnitent. & remiſſion.* potiſſimùm cùm materia quindenniorum non ſit odioſa odio irrationabili, immò favorabilis, uti fundata in recognitione univerſalis dominii Papæ, inque illius
5 favorem, juxta declarationem in prælaudatis Pontificiis Conſtitutionibus contentam, præſertìm in *Conſtit.* 17. *Pauli IV.* §. 1. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Conſtitut.* 38. *S. Pii V.* §. 3. *in principio*, *tom.* 2. *Conſtit.* 18. *Urbani VIII. in principio*, *tom.* 5. *Conſtit.* 50. *Clementis X.* §. 3. *&* 6. *tom.* 6. *& Conſtit. Clementis XI. edita* 23. *Novembris* 1704. ibi: *ad tuendam Dignitatem, & cætera Eccleſiæ univerſalis onera perferenda, Romano Pontifici capiti viſibili &c. Conſtitut. edita* 24. *Januarii* 1705. ibi: *Cùm itaque ad munus noſtrum omninò pertineat tueri Jura hujus S. Sedis Apoſtolicæ, cui hujuſmodi quindennia penduntur &c. quæ ab omnibus Eccleſiis, & Beneficiis, capiti viſibili Eccleſiæ præſtari debent &c. & Conſtitut. edita* 16. *Maji* 1705. ibi: *tùm pro congrua Dignitatis, quam gerit tanquàm viſibile caput Eccleſiæ, ſubſtentatione &c.* & tradunt *Burſatt. conſ.* 126. *n.* 70. *cum ſeqq. lib.* 2. *Fagnan. in cap. prætereà* 1. *n.* 43. *cum ſeqq. nè Prælat. vic. ſuas*, *Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 89. *num.* 2. indèque tantò magis
compræhenduntur Cardinales ſub Conſtitutio- 6
nibus generaliter loquentibus, & concernentibus bonum publicum, niſi concurrat ſpeciale indultum exemptivum à quindenniis, *Rota coram Alexandro VIII. dec.* 257. *n.* 2. *cum ſeqq.*

Non obſtat quòd Cardinales, uti ſpeciali
nota digni, non compræhenduntur ſub Con- 7
ſtitutionibus de eiſdem ſpecialem mentionem non facientibus, præſertim præjudicialibus, ac à Jure exorbitantibus, *Ancharan. conſ.* 297. *per tot. Lotther. de re benef. lib.* 1. *qu.* 8. *num.* 84. *Advoc. Conſtantin. ad Statut. Urb. tom.* 1. *annotat.* 17. *artic.* 1. *num.* 35. undè exempti intelliguntur ab oneribus, & contributionibus, niſi de illis ſpecifica mentio fiat, *Rota coram Duran. dec.* 67. *Alexand. VIII. dec.* 257. *& in recentior. dec.* 46. 452. *&* 464. *par.* 5. *tom.* 1. *&* 2. prout
exempti ſunt à taxis pro expeditionibus litera- 8
rum, *bon. mem. R. P. D. Piton.* meritiſſimus Sanctiſſimi Auditor, olim famigeratus Advocatus Beneficialiſta, *diſceptation. Eccleſiaſtic. par.* 1. *diſcept.* 12. *num.* 12. quia benè compræhenduntur, quando eadem militat ratio, & quando, ut in caſu, jus quindenniorum tribu-
tum fuit favore Papæ, ſicque ipſius cauſa, quæ 9
æquè compræhendit Cardinales, *bon. mem. R. P. D. Piton. loc. mox citat. nu.* 36. *cum ſeqq.*
Eminentiſſimus D. Card. Vincentius Petra eximius 10
Juriſconſultus, olim rectiſſimus Auditoris Cameræ Locumtenens, meritiſſimus Sacræ Congregationis Concilii, poſteàque Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium Secretarius, in ſuis aureis, & elaboratiſſimis Commentar. ad Conſtitution. Apoſtolic. tom. 3. *in Conſtitution. I. Bonifacii VIII. num.* 18. maximè cùm Bullæ quin-
denniorum non ſunt odioſæ odio irrationabili, 11
ſed potiùs favorabiles Sedi Apoſtolicæ, *Lotther. de re beneficiar. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 85. *cum ſeqq. Rota coram Alexand. VIII. dec.* 257. *nu.* 1. *cum ſeqq. dec.* 46. *&* 464. *nu.* 3. *part.* 5. *recentiorum*, *tom.* 1. *&* 2.

Minùs obſtat, quòd videtur quodammodò indecens, ac improprium, quòd Cardinales
ſolvant quindennia, quando ſunt pars corpo- 12
ris Papæ, ipſiùſque Conſiliarii, *Card. Fran-*
ciſcus Albitius, olim in Urbe ſtrenuiſſimus Ad- 13
vocatus, de Juriſdictione Cardinal. in Eccleſ. eor. Titul. diſcept. 2. *quæſt.* 2. *num.* 20. quodve illi ſolvant quindennia, quando illa introducta fuerunt non ſolùm in recognitionem univerſalis
dominii penes Pontificem reſidentis, ſed etiam 14
pro decentiori Sacri Collegii Cardinalium ſubſtentatione, qui hoc modo ſunt quodammodò Domini quindenniorum pro rata ſibi contingente, ut palàm fit ex *Bulla* 6. *Pauli II.* primi quin-

quindenniorum regulatoris, §.2. *in fin.* & §.3. *in fin. Bullar. nov. Rom. tom.*1. ibi ,, Cumque pro-
,, pterea Camera Apoſtolica , nec non &c.
,, S. R. E. Cardinalium Collegium , & Sedis
,, Apoſtolicæ Officiales detrimentum non mo-
,, dicum patiantur . Nos, quorum intereſt ,
,, eorundem Cameræ , Collegii , & Officialium
,, indemnitati proſpicere volentes &c. ,, *Bulla* 20. *Julii III. in principio* , & §.5.*in fin. eod. tom.* 1. ibi ,, Cupientes Cameræ Apoſtolicæ
,, &c. & Collegii &c. S. R. E. Cardinalium , ac
,, Officialium Sedis Apoſtolicæ indemnitati
,, conſulere &c. Cùm autem &c. aliàs obliga-
,, tiones de ſolvendis Communibus , & Minutis
,, Servitiis , ac Annatis &c. factæ non fuerint ,
,, & quæ ſunt, executioni non demandentur , in
,, &c. Cameræ , ac Collegii Cardinalium , &
,, Officialium detrimentum &c. ,, *Bulla* 17. *Pauli IV.* §.7. *in princip. & fin. eod.tom.*1.ibi,,
,, ſub prætextu , quòd dictus Leo &c. agenti-
,, bus pro Camera , ac Cardinalibus , & Offi-
,, cialibus præfatis ſilentium deſuper impoſue-
,, rit &c. Et &c. Communia , Minuta Servitia ,
,, Annatas , & alia Jura , Cameræ , & Collegio,
,, ac Officialibus prædictis &c. debita perſolve-
,, re recuſent &c. in &c. Cameræ , ac Collegii ,
,, & Officialium prædictorum detrimentum
,, &c. ,, *Bulla* 38. *S.Pii V.*§.3. *in princip.tom.*2. ibi ,, Volentes Cameræ noſtræ Apoſtolicæ ,
,, ac &c. S. R. E. Cardinalium , nec non &c.
,, Romanæ Curiæ Officialium Participantium
,, Jura præſervare , illorùmque indemnitati con-
,, ſulere &c. ,, *Bulla* 33. *Sixti V. in princip. juncto* §.2. *in princip. & fin. &* §.4.*in princip.eod. tom.* 2. ibi ,, Cameræ noſtræ Apoſtolicæ , &
,, Collegii &c. S. R. E. Cardinalium &c. in-
,, demnitati &c. conſulere &c. volentes &c. ,, *Bulla* 18. *Urbani VIII. in princip. juncto* §. 1. *tom.* 5. & *Bulla* 50. *Clementis X. in princip. juncto* §. 1. *in princip.* §. 2. *in princip.* §. 3. *in princip. & med.* §. 5. 7. 8. *in fin.* §. 10. *in princip. &* §. 11. *in princip. tom.* 6. ibi ,, ut &c.
,, S. R. E. Cardinales &c. ſtatum illorum juxta
,, Cardinalatus ſublimitatem decentiùs tenere
,, &c. valeant &c. ,, *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* I. III. V. VI. VII. VIII. & XI. ac tradunt *Maſſ. Galleſ. de annat. nu.*23. & 24. *Card. de Luca de Benefic.diſcur.*89. *num.* 3. undè æquum non videtur , quod iidem Cardinales tenerentur ſolvere eadem quindennia , quorum creditores ſunt , quòdve eodem tempore , ac in eadem materia , & re ſint debitores ex una parte , & creditores ex altera , ve-
15 luti de locante gabellas ad ſui commodum impoſitas , quòd ille ad eas non teneatur , nè detur actio , & paſſio in eodem ſubjecto , im-
16 mortalis ævi R. P. D. *Anſaldus de Anſaldis* , *eruditiſſimus S.Rotæ Romanæ Auditorii Decanus* , *olim in Urbe præclariſſimus Advocatus* , *de commerc. & mercatur. diſcur.*21. *nu.*15. & 16. quia, omiſſo , quòd non implicat , eſſe debitores , & creditores eodem tempore pro eadem re ob di-
17 verſos effectus , ſeu reſpectus , cùm res conſiderari valeat ob diverſos effectus , diverſáſque rationes , *cap. cùm Cappella* 16. *de privileg.l.ſiquis perferendus* 35. §. *fin. ff. de furt. l.Miles* 75. §.*Pro parte* 1. *ff.de legat.*2. *Barboſa axiom.*135. *num.*7.
18 licet una , eadémque res non poſſit diverſimodè conſiderari ob monſtruoſitatem , partim nempè uno modo , & partim alio , *l. nam abſurdum* 7. *ff. de bon.libert. l.non ſunt liberi* 14 *ff.de ſtat. homin. l. duobus* 30. *ff. de liberal. cauſ.* immò videmus , quòd Auguſta , quæ alioquin condecoratur radiis Auguſti , & gaudet illius privilegiis , 19
l. fiſcus 6. §. *fin. ff. de jure fiſci* , attamen ſub le- 20
gum vinculo compræhenditur , niſi ſpecialiter excipiatur , *l. Princeps* 31. *ff. de legib. l. benè à Zenone* 3.*C.de quadrienn. præſcription.l.donationes* 26. *la* 2. *C. de donation. int. vir. & uxor. l. fœminæ* 8. *ff. de Senator.* §. *Non tantùm permittitur* , *Novell. de nupt. Maſtrill. de Magiſtrat. par.* 2. *lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 22. & 23. ergò idem dicendum in Cardinalibus , licet eodem modo ſint pars corporis Papæ , ſicuti Auguſta Imperatoris , præſertim , cùm Cardinales nihil aliud 21
ſint , quam Papæ Conſiliarii , *cap. in Parochia* 16. *qu.* 1. *cap. fundamenta* 17. *de electíon. in* 6. & nemo dixerit , Conſiliarios Principis , legum vinculis non arctari , à quibus ſolus Prin- 22
ceps ſolutus dicitur , *l. Princeps* 31. *ff. de legib.* nec Cardinales in abſtracto ſunt Domini quindenniorum ex omnibus Beneficiis etiam inferioribus , minoribus , ſeu non Conſiſtorialibus, ſed ex ſolis Majoribus , ſeu Conſiſtorialibus , 23
*Maſſ. Galleſ. de annat. num.*3. *cum ſeqq. Fagnan. in cap. præterea* 1. *num.* 40. *cum ſeqq. nè Prælat. vic. ſuas* , *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*18. §. 3. *num.* 10. *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.*9. *quæſt.*3. *num.* 4. *in fin. Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.* 10. *num.* 3. *Card. de Luca de Benefic. diſcur.*89. *n.*1.

Hinc Cardinales ſubjiciuntur Conſtitutioni- 24
bus imponentibus ſubſidia , *Monet. de Decim. Papal. cap.*9. *quæſt.*3. *num.*118. *cum ſeqq. Card. de Luca de Regalib. diſcur.*56. *n.*3.

Longè minùs relevat , quòd Cardinales tamquàm filii Papæ , viderentur eſſe immunes ab hujuſmodi tributo quindenniali , juxta illud *Matth. cap.* 17. *verſiculo* 26. ibi : *prævenit eum* 25
Jeſus , *quid tibi videtur Simon* , *Reges terræ* , *à quibus accipiunt tributum* , *vel cenſum ? A' filiis ſuis* , *an ab alienis* : *dixit illi Jeſus* : *ergò liberi ſunt filii* ; quia , ſicuti ex eodem Evangelio conſtat , quòd ad evitandum ſcandalum , Chriſtus, non obſtante , quòd verè eſſet filius Regis cœlorum , nihilominùs ſponte ſua ſe ſubjicere voluit tributo , ut habetur *ibidem verſiculo* 17. ibi: *Ut autem non ſcandalizemus eos* , *vade ad mare* , *& mitte hamum* , *& eum piſcem* , *qui primus aſcenderit* , *tolle* , *& aperto ore ejus* , *invenies ſtaterem* , *illum ſumens* , *da eis pro me* , *& te* ; nec quindennium eſt tributum , ſed pars patrimonii Petri : præterquamquòd quindennium non eſt tributum ſæculare , de quo fit ſermo in Evangelio , ſed onus Eccleſiaſticum impoſitum à Principe Eccleſiaſtico , cui ſubjici Cardinales illius membra nullum datur inconveniens , cùm dependeat à dominio ſupremo , quod habet Se- 26
des Apoſtolica ſuper omnibus Beneficiis Eccleſiaſticis , juxta declarationem traditam in *Bulla* 17. *Pauli IV.* §. 1. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Bulla* 38. *S. Pii V.* §. 3. *in principio* , *tom.* 2. *Bulla* 18. *Urbani VIII. in principio* , *tom.* 5. & *Bulla* 50. *Clementis X.* §. 3 . *in principio* , & §. 6. *in principio* , *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la* V. VI. VIII. & XI. & notant *Burſatt. conſil.*126. *num.*70. *cum ſeqq. lib.* 2. *Fagnan. in cap. præterea* 1. *num.* 43. & 44. *nè Prælat.*

lat. vic. ſuas, *Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 89. *num.* 2. 8. *&* 9. ubi, quòd quindennia hujuſmodi habeantur ad inſtar laudemii, ſeu quindennii debiti Domino directo occaſione novæ Inveſtituræ, vel potiùs adinſtar relevii, quod per feudatarium ſolvitur Domino feudi pro illius renovatione.

Ejuſdem irrelevantiæ eſt, quòd, cùm etiam ipſi Cardinales participent de quindenniis ex Beneficiis Conſiſtorialibus in tertia parte, juxta per nos infrà *Cap. CXCIX. cum ſeqq.* tradita, videretur, eos non teneri ad quindennia; quia accipiunt quindennia ſingulariter, ſeu tamquàm ſinguli, non autem univerſaliter, ſeu collectivè; ità, ut in accipiendo repræſentent Collegium,
27 non in ſolvendo: & aliud eſt Capitulum, ſeu
Collegium, & aliud Canonici, ſeu Collegiales ſingulariter conſiderati, ſicque non datur actio, & paſſio ex eo, quòd tali caſu reputantur perſonæ diſtinctæ.

Ultraquamquod ſolutio ejuſmodi quindenniorum eſt quodammodò compenſatio iſtius gravaminis, dum recipiunt Cardinales etiam quindennia, ſicque illa poſteà reſtituuntur; ſi enim Cardinales illa non ſolverent, maſſa quindenniorum diminueretur, & conſequenter ipſi minus acciperent in ſuis portionibus, ſolvendo autem, ipſi majorem portionem accipiunt, ſicque ſolvendo, fit quædam compenſatio.

Ejuſdem furfuris eſt, quòd, ſicuti Cardina-
28 les vigore peculiaris Indulti expediendi per
viam ſecretam, non ſolvunt Annatas pro Proviſionibus Beneficiorum in eorum Perſonis factis, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *num.* 52. *cum ſeqq.* habenda enim eſt præ oculis diſtinctio inter hujuſmodi Indultum expediendi per viam ſecretam, & inter Indultum expediendi gratis, non liberans à ſolutione Annatæ, ut ſuprà monuimus *Cap. LXIV. num.* 55. ità à fortiori nec etiam Sacrum Collegium ob majorem favorem in communi debitum toti Collegio, quàm in particulari ſingulis Cardinalibus, ſol-
29 vere debet quindennia in Annatarum locum
ſubrogata, ad per nos ſuprà tradita *Cap. I. ac alibi paſſim*, quia privilegium hujuſmodi non ſolvendi Annatas, uti tendens in præjudicium Annatiſtarum ex titulo oneroſo cauſam à Papa habentium, inque eorum evidentiſſimum, ac notabile damnum ob tractum perpetuum, &
30 ſucceſſivum, eſt odioſum, ſtrictèque interpre-
tandum, nec extendibile ad quindennia, ſeu ad exemptionem etiam à ſolutione quindenniorum, ut, quominùs fieri poſſit, tertium non lædat, per *textum in l. ſi unus* 27. §. *Pacta* 4. *verſic. antè omnia*, *ff. de pact. gloſſ. in l. ſub prætextu* 29. *la* 2. *ibique Bartol. nu.* 5. *C. de tranſaction. Oldrad. conſil.* 258. *num.* 2. *Surd. conſil.* 313. *n.* 34. *Abb. in cap. quia circà* 21. *num.* 4. *de privileg. Felin. in cap. cauſam, quæ* 18. *num.* 11. *&* 12. *de Reſcript. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *nu.* 55. *Rota coram Card. Seraphin. dec.* 1410. *num.* 14. *tom.* 2. *Duran. dec.* 233. *num.* 3. *Emerix Jun. Decan. dec.* 260. *nu.* 1. *ac in recentior. dec.* 7. *num.* 14. *par.* 11. *& in Neapolitana Penſionis* 29. *Novembris* 1696. §. *Nec urget, cum ſeqq. &* 22. *Aprilis* 1697. §. *Data*, *coram Molines Decano, Inquiſitore Generali Hiſpaniarum, &* 17. *Februarii* 1698. §. *Unica ſupererat, coram Anſaldo Decano*.

Præterquamquòd nec onus ſolvendi quindennia impoſitum intelligitur ipſi manui mortuæ, cui Beneficia uniuntur, aut perpetuò reſervantur Penſiones, ſed quia ipſis Beneficiis, ſeu eorum fructibus, ſivè Penſionibus, ſicque
non ſolùm eſt perſonale, ſed etiam reale, uti 31
ſuper re ipſa infixum, veluti in ſimilibus, immò fraternizantibus, ſeu veriùs maternizantibus terminis Annatarum, quæ ſunt matres quindenniorum, firmant per *textum in cap. dilecti* 8. *cap. quoniam* 13. *de Decim. Burſatt. conſil.* 126. *num.* 83. *tom.* 2. *Fagnan. in cap. prӕtereà* 1. *n.* 66. *&* 81. *ne Prælat. vic. ſuas*, *Campeg. de annat. num.* 11. *Monet. de diſtribution. quotidian. par.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 34. *Lotther. de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 20. *num.* 34. *cum ſeqq. Rota coram Manzaned. dec.* 842. *num.* 9. undè ex vi hujuſmodi (ut
ità dicam) realitatis, tranſit in quemcumque 32
etiam ſpeciali nota dignum, ut per *textum in l. Reſcripto* 6. §. *Siciendum* 3. *ff. de muner. & honor.* notant *gloſſ. in Clement.* 1. *de cenſibus*, *Hoſtienſ. in ſumm. tit. de jure immunitat.* §. *A quibus, in principio*, *Abb. conſil.* 30. *num.* 2. *lib.* 2. *Roman. conſil.* 412. *nu.* 2. *poſt med. Antharan. conſil.* 386. *col.* 1. *Ruin. conſil.* 111. *num.* 12. *lib.* 5. *Cravett. conſil.* 217. *num.* 5. *Card. Pariſ. conſil.* 32. *num.* 117. *lib.* 1. ſicque tale onus quindenniorum non eſt regulandum ex qualitate
perſonarum ſpeciali nota dignarum, ſed ab 33
ipſis fructibus, qui in quemcumque tranſeuntes, ſemper remanent affecti hujuſmodi onere quindenniali, à quocumque illi percipiantur, *Rota coram Duran. dec.* 67. *n.* 18. *Alexand. VIII. dec.* 257. *num.* 8. *& in recentior. dec.* 432. *nu.* 14. *& dec.* 464. *num.* 31. *cum ſeqq. par.* 5. *tom.* 2.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Collegio Illmorum Sacræ Rotæ Romanæ Auditorum unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem ejuſdem Collegii reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Etiam ex Beneficiis unitis, ſivè Penſionibus reſervatis Collegio Illuſtriſſimorum Rotæ Auditorum debentur quindennia.*
2 *Auditores Rotæ comprӕhenduntur ſub generalitate Conſtitutionum Pontificiarum.*
3 *Iſti privilegiis Pontificum decorantur.*
4 *Quindenniorum materia ſtricta.*
5 *Papa nunquam contrà ſe concedit privilegia.*
6 *Rotæ Auditores nihil ſolvunt pro expeditione gratiæ.*
7 *Indultum expediendi gratis non includit* Annatam.
8 *Auditores Rotæ eximuntur à gravioribus quidem expenſis in expeditionibus beneficialibus, & laudatur R. P. D.* Anſaldus.
9 *In quibus aliis Collegiis procedat principalis reſolutio.*

CAPITULUM CXVII.

Viſo in *præcedenti Cap.* quòd debeantur quindennia ex Beneficiis unitis, aut perpetuis Penſionibus reſervatis Sacro Collegio Emorum Cardinalium, nunc videbimus, quòd pariter debeantur quindennia ex Beneficiis unitis, ſeu perpetuis Penſionibus reſervatis Collegio Illuſtriſſimorum Sacræ Rotæ Auditorum, reſol-
1 vendo, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Collegio Illmorum Sacræ Rotæ Romanæ Auditorum unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem ejuſdem Collegii reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; quia, niſi iſti doceant de
2 exemptione particulari, compræhenduntur ſub generalitate Conſtitutionum Pontificiarum, quæ generaliter loquuntur, & generaliter ſunt intelligendæ, quidquid ex propenſione naturali ergà proprium Collegium ſenſerit *Anſaldus* (quod forſitan non ſentiret in præcedenti gradu Advocati) *in Præfat. ad ſuas deciſion. num.* 85. *&* 86. *Rota coram Card. Put. deciſ.* 85. *&* 205. *lib.* 1.

Non obſtat, quòd Illmi Sacræ Rotæ Auditores, uti invigilantes publico bono in totius
3 orbis Cauſis definiendis, ob idque quamplurimis Summorum Pontificum privilegiis decorati, de quibus *Roman. conſil.* 436. *num.* 10. *ac per tot.* viderentur ſpeciali, immò ſpecialiſſima nota digni, immò digniſſimi ad hoc, ut compræhendantur in Bullis Apoſtolicis, potiſſimùm in materia, ut iſta quindenniorum ſibi præjudi-
4 ciali, immò præjudicialiſſima ob tractum ſucceſſivum, ſtricta, ac à Jure exorbitante, ipſique Juri communi prorsùs ignota, *Anſald. in Præfat. ad ſuas deciſion. nu.* 85. *cum ſeq. Rota coram Card. Puteo dec.* 85. *&* 205. *lib.* 1. quia ſatis eſt, & ſuperabundat generalitas Bullarum ſuper quindenniis editarum ad hoc, ut quæcumque Collegia etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota
5 digna compræhendantur; & Papa nunquam contrà ſe concedit privilegia.

Minùs obſtat, quòd Rotæ Auditores, vigore
6 *Bullæ* 13. *Clementis VII.* §. 14. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. nihil ſolvunt pro expeditione literarum alicujus gratiæ, proindeque ipſis non obligatis ad ſolutionem Annatarum pro Beneficiis, de quibus providentur, ſivè pro Penſionibus, quæ ad eorum favorem reſervantur, nullum infertur Annatiſtis præjudicium in non ſolvendo quindennia, cùm tales Rotæ Auditores non teneri videantur Annatas ſolvere ex eo, quòd gratis expediunt; ergò nec tenebuntur quindennia ſolvere, quia non eſt bona conſequentia, Auditores Rotæ habent privilegium expediendi gratis, ergò habent etiam privilegium non ſolvendi Annatas, cùm immò per unum indultum non inferatur ad aliud, maximè in materia præjudiciali Annatiſtis, & praxis ſervet, quòd Auditores teneantur Annatas ſolvere, forſitan, quia, licet Annata exigatur in expeditione literarum, & conformetur taxæ, nihilominùs illa non exigitur ratione expeditionis literarum, ſed benè ratione primitiarum, ſeu primorum fructuum Summo Eccleſiæ Dei Sacerdoti in recognitionem univer-
7 ſalis dominii debitorum; ſicque indultum expediendi gratis non includit Annatam, veluti in puris noſtris terminis notat *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *de annat. n.* 50 ubi refert, ità fuiſſe judicatum in Cameræ Apoſtolica contrà Robuſterium Rotæ Decanum, occaſione promotionis ad Eccleſiam Oriolen. in Hiſpaniis.

Præterquamquod ex prælaudata Conſtitutione *Clementis VII.* nihil aliud erui poteſt, quàm, quòd Auditores Rotæ, adinſtar Papæ 8
familiarium, eximantur à gravioribus quidem expenſis, ſicque non ab omnibus in expeditionibus beneficialibus, prout obſervat claræ memoriæ eruditiſſimus R. P. D. *Anſaldus Decanus, in Præfatione ad ſuas elaboratiſſimas Deciſiones editas in ſacra Rota Romana n.* 2.

Neve autem me in longius protraham, texendo plura alia *Capitula*, cenſeo, principa- 9
lem noſtram reſolutionem procedere etiam in Collegio Illmorum Cameræ Apoſtolicæ Clericorum; Signaturæ Juſtitiæ Votantium, Prothonotariorum Apoſtolicorum de numero Participantium, & Advocatorum Conſiſtorialium, ac in omnibus aliis ſimilibus Collegiis.

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Cameræ excedentibus, Officio S. Inquiſitionis unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem ejuſdem Officii S. Inquiſitionis reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Etiam ex Beneficiis unitis ſivè Penſionibus reſervatis Officio S. Inquiſitionis debentur quindennia.*
2 *Inquiſitores non ſunt exempti à Decimis Papalibus.*
3 *Quindennia quodammodò Decimæ Papales ſunt.*
4 *Quindennia in locum Annatarum ſubrogata, & laudatur* Clemens XI.
5 *Nullus major favor eſt, quàm ille Fidei.*
6 *Inquiſitores ex Privilegio Pauli III. & S. Pii V. percipere poſſunt in abſentia diſtributiones.*
7 *De Jure tamen communi non poſſunt.*
8 *In Bullis quindenniorum derogatur exemptionibus.*

CAPITULUM CXVIII.

CUm tàm ſanctum Tribunal in favorem Fidei erectum, tàm neceſſario bono invigilet, hæreticales nebulas delendo, proindeque ſpeciali, immò ſpecialiſſima nota dignum, videretur prima facie à quindenniis exemptum, nè ejuſdem, pariſque cum reliquis manibus mortuis conditionis eſſet, nevè de aſſiduis laboribus in cauſam noſtræ Orthodoxæ Religionis exanthlatis præmium ullum reportaret: nihilominùs re ad trutinam revocata, contrarium firmando, reſolvimus, quòd ex Beneficiis an- 1
nuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Officio S. Inquiſitionis unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem ejuſdem Officii S. Inquiſitionis reſervatis, etiam adhùc de-

debentur quindennia; eo enim modo, quo,
2 non obſtante cauſa fidei, Inquiſitores non intelliguntur exempti à ſolutione Decimarum Papalium, niſi expreſsè eximantur, prout exempti fuerunt in Ditione Veneta, *Clericat de Benefic. & Penſion. diſcord. forenſ. par. 2. diſcord. 5. num.* 28. pariter non intelliguntur exempti à ſo-
3 lutione quindenniorum, quæ quodammodò Decimæ Papales ſunt, uti in recognitionem univerſalis dominii Papæ debitæ, ac uti ſubro-
4 gata in locum Annatarum ſubrogatarum in locum Decimarum, ex per nos fusè ſuprà traditis in *Cap. I. ac alibi paſſim*, exque ſapientiſſimo oraculo S. M. *Clementis XI. in ſua Conſtitutione edita* 23. *Novembris* 1704. ibi „ exploratum eſt, Quindennia &c. ſuffecta fuiſſe in locum Annatarum, Annatas verò ſubrogatas fuiſſe Decimis, quæ &c. Romano Pontifici &c. exſolvebantur &c. Hinc Prædeceſſores noſtri, divino, humanòque Juri conſentaneum eſſe duxerunt, quindenniis, quæ naturam, conditionemque Decimarum induerant, ipſa etiam Beneficia &c. ſuis Conſtitutionibus ſubjicere &c. „ *& in alia ſua Conſtitutione edita* 24. *Januarii* 1705. ibi „ Cùm itaque ad munus noſtrum pertineat tueri Jura hujus S. Sedis Apoſtolicæ, cui hujuſmodi quindennia penduntur loco Decimarum, quæ ab omnibus Eccleſiis, & Beneficiis, Capiti viſibili Eccleſiæ præſtari debent &c. „ *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* XII. *&* XIV.

5 Non obſtat, quòd, cùm nullus major favor ſit, quàm Fidei, *cap. Judæi* 28. *quæſt.* 1. *cap. ex literis* 2. *de converſion. infidel.* cenſeantur Inquiſitores à quindenniis exempti; quia, ſicuti iſti
6 de Jure communi, ſecluſo Privilegio à Paulo III. & S. Pio V. conceſſo, illis non ſuffragante cauſa Fidei, de quo *Fragoſ. de regim. Reipub. Chriſtian. tom. 2. par. 2. lib. 3. diſput. 8. §. 2. n. 33. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap. 24. num. 2. Eſcobar à Corro de Hor. Canonic. quæſtion. 5. §. 2. nu. 167. & de puritat. ſanguin. par. 1. quæſtion. 4. §. 5. n. 70. Sanctarell. var. reſolution. quæſtion.* 1.
7 *num.* 3. acquirere nequeunt in abſentia diſtributiones quotidianas apud Eccleſias, in quibus poſſident Canonicatus, *Monet. de diſtribution. quotidian par. 2. quæſtion.* 11. *num.* 110 *&* 111. *Caren. de Inquiſit. par. 1. tit. 5. §. 13. nu. 93. Paſſerin. de ſtat. homin. tom. 1. quæſt. 185. artic. 5. num.* 141. ita iidem, ſecluſo Privilegio, non eximuntur à quindenniis: aliàs favor Fidei, qui non ſuffragatur ob præjudicium aliorum Canonicorum non Inquiſitorum quoad perceptionem diſtributionum in abſentia, ſuffragaretur in præjudicium Papæ, Cardinalium, ac Annatiſtarum quoad exemptionem à quindenniis.

Omniſque tollitur (quando etiam adeſſet)
8 prout non adeſt ſcrupulus, dum in Bullis quindenniorum legitur generaliſſima, & effrænatiſſima derogatio quibuſcumque Privilegiis, ac exemptionibus, ut videre eſt in *Bull.* 20. *Julii III. §. 6. in fin. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ eaque omnia ad quaſcumque &c. Congregationes, quantumvis privilegiatas, & exemptas &c. extendimus, & ampliamus &c. „ *Bull.* 38. *S. Pii V. §. 3. in fin. §. 4. in princip. & §. 7. tom.* 2. ibi „ Piis Locis, quantumvis privilegiatis, & exemptis &c. quantumcumque &c. exemptæ, & privilegiatæ exiſtant &c. Non obſtantibus &c. Privilegiis, exemptionibus, Indultis &c. Piis Locis prædictis &c. conceſſis &c. *Bull.* 33. *Sixti V. §. 5. eod. tom. 2. Bull.* 18. *Urbani VIII. in princip. & §. 4 tom. 5. & Bull.* 50. *Clementis X. §. 3. 6. 7. 8. &* 14. *tom.* 6. ibi „ quantumcumque exempta, & privilegiata exiſterent &c. omnia, & ſingula Privilegia, immunitates, & exemptiones &c. conceſſa revocantes, & annullantes, revocataque, & annullata ex nunc eſſe, & fore decernentes &c. omnia, & ſingula in contrarium diſpoſita, tanquàm nulla, & irrita revocantes &c. „ *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* III. VI. VII. VIII. *&* XI. adeò, ut, ſi forſitan Inquiſitores in aliquibus Partibus exemptionem hujuſmodi perantea habuiſſent à Sede Apoſtolica, adhùc, illa non obſtante, tenerentur ad ſolutionem quindenniorum.

ARGUMENTUM.

Ex Hoſpitalibus titularibus annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, de tempore Unionis, Cura, aut Hoſpitalitate carentibus, vel non carentibus, Hoſpitalibus titularibus, vel non titularibus unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Hoſpitale dictum ab hoſpitando pauperes, & peregrinos, quibus ſuppeditanda ſunt neceſſaria.*
2 *Hoſpitale titulare illud eſt, quod datur Clerico in titulum Beneficii.*
3 *Hoſpitale titulare, de tempore Unionis, Cura, aut Hoſpitalitate carens, vel non carens, adinſtar Beneficii ſimplicis, ſubjacet quindenniis.*
4 *Hoſpitale titulare venit appellatione Beneficii ad Juris, & Regulæ Cancellariæ effectus.*
5 *Hoſpitale non titulare illud dicitur, quod in ſimplicem adminiſtrationem etiam laico conceditur.*
6 *Et tamquàm non Beneficium non venit ſub Primariis Precibus Imperatoris.*
7 *Proviſionis nomen eſt latiſſimum, aptum etiam compræhendere Hoſpitale non titulare.*
8 *Hoſpitale non titulare in Beneficium conferri non poteſt.*
9 *Hoſpitale non titulare illud eſt, quod non in perpetuum, ſed ad triennium tantùm conceditur.*
10 *Illud pariter, quod manuale, ſeu ad nutum amovibile eſt.*
11 *Beneficia Eccleſiaſtica, non autem Bona conceduntur in titulum.*
12 *Hoſpitalarius ſimilis eſt Commendatario.*
13 *Hoſpitale præſumitur non titulare, ſi Eccleſia annexa ſit Hoſpitali, è contrà illud præſumitur titulare, ſi Hoſpitale annexum ſit Eccleſiæ.*
14 *In cognoſcendo, an Hoſpitale ſit titulare, an verò non titulare, attendendus eſt ultimus ſtatus.*
15 *Ex Hoſpitali titulari, de tempore Unionis, Cura, aut Hoſpitalitate carente, vel non carente, unito alteri Hoſpitali titulari, vel non titulari, debentur quindennia.*
16 *Hoſpitale titulare unitum non titulari, aſſumit na-*

tu-

turam illius Hoſpitalis, cui acceſſoriè unitur.

17 *Quindennia deberi non videtur ex Beneficiis unitis Hoſpitali non titulari.*

18 *Privilegia meliora, & humaniora, ſeu favorabiliora attendenda ſunt.*

19 *In Unionis gratia exprimitur annuus valor Beneficii, ad indicandum eſſe locum annatæ, & quindennio.*

20 *Ad judicandum, an annata, ſeu quindennium debeatur, nec nè, attendendum non eſt, an Hoſpitale, cui uniuntur Beneficia, ſit titulare, vel non titulare.*

21 *Nemo venire poteſt contrà factum proprium.*

22 *Promiſſio de ſolvendo quindennium procuratorio nomine, non præſumitur facta per errorem.*

23 *Tutor præjudicare nequit pupillo.*

24 *Procurator non poteſt obligare ſuum Principalem ad ſolvendum id, quod non debet.*

25 *Stylus probandus eſt.*

26 *Hoſpitale titulare, carens hoſpitalitate, ſubjacet quindenniis.*

27 *Per Bullas quindenniorum derogatur conſuetudini, ac exemptioni non ſolvendi quindennia.*

28 *Declaratur* Menoch. conſ. 897. cum duobus ſeqq.

29 *Declarantur Bullæ quindenniorum.*

30 *Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus.*

31 *Diſcretivus modus loquendi indicat diverſitatem.*

32 *Iterùm declarantur Bullæ quindenniorum.*

33 *Hoſpitale propriè dicitur ab hoſpitando pauperes, & peregrinos.*

34 *Hoſpitale verè eſt manus mortua.*

35 *Hoſpitale eſt ſubjectum, ſuper quo cadunt quindennia.*

36 *Rejicitur* Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 139. num. 5. antè med. verſic. ſecùs, & de Regal. diſcurſ. 162. n. 4. in principio.

37 Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 89. num. 5. §. Secundò ex inconcuſſo, *eſt ſibi contrarius.*

38 *Expenduntur Bullæ quindenniorum.*

39 *Verbum* nullus *uti generale, generaliter venit intelligendum.*

40 *Dictum verbum per modum ablativi abſoluti adjectum, importat conditionem.*

41 *Iterùm rejicitur idem* Card. de Luca ubi ſuprà num. 36.

42 *Doctori loquenti contrà textum expreſſum non eſt deferendum.*

43 *Iterùm declarantur Bullæ quindenniorum.*

44 *Dictio* quæ *determinat, & relationem habet per modum ampliationis ad immediatè antè expreſſa.*

45 *Appellatione Monaſteriorum veniunt Monaſteria Conventum habentia.*

46 *Appellatione* Beneficiorum *veniunt etiam* Beneficia *Curata.*

47 *Dictio* omnia *quid operetur.*

48 *Expenduntur* Bullæ *quindenniorum.*

49 *Relatio ſemper ità debet fieri, & interpretari, nè ſequatur contrarietas omninò evitanda.*

50 *Una, ac eadem determinatio reſpiciens plura determinabilia, non debet ea diverſimodè determinare.*

51 Bulla 33. Sixti V. Bullar. nov. Rom. tom. 2. Bulla 18. Urbani VIII. tom. 5. & Bulla 50. Clementis X. tom. 6 *quomodò ſummentur.*

52 *Dictio* etiamſi *ſtat augumentativè, extenſivè, ſeu duplicativè, & ampliativè ad præcedentem diſpoſitionem.*

53 *Poſita ad augendum, non debent interpretari in diminutionem.*

54 *Diſpoſitio extenſiva operatur incluſionem omnium contentorum in actu ampliato, & extenſo.*

55 *Ex Monaſteriis Monialium nulla ſolvitur Annata.*

56 *Ex Hoſpitalibus, quæ dantur in meram adminiſtrationem, illa pariter non ſolvitur.*

57 *Niſi Adminiſtratio habeat fructus ſeparatos à Menſa ægrotorum, eaque detur in titulum.*

58 *Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia Cura, Conventu, & Hoſpitalitate de tempore Unionis carentia, cùm evadant ad inſtar Beneficiorum ſimplicium, ſolvere debent quindennium.*

CAPITULUM CXIX.

PRo dicendorum dilucidatione, duo præmittenda cenſeo.

I. Quid ſit Hoſpitale titulare, quidve per conſequens etiam non titulare.

II. Quomodò dignoſcatur, ſeu diſtinguatur Hoſpitale titulare à non titulari.

Et omiſſo, quòd in dubio præſumitur Hoſpitale potiùs non titulare, quàm titulare, cùm proprietati nominis conveniat, ex eo quòd dictum ab hoſpitando pauperes, & peregrinos, 1 quibus ſuppeditanda ſunt neceſſaria, *Menoch. conſil. 897. num. 1. Lap. de hoſpitalitate num. 13. & 14. ego in altero meo Tractatu de Quindenniis, cap. 6. n. 5.*

Quoad I. dico, Hoſpitale titulare illud eſſe, 2 quod per viam Proviſionis, ac formalis collationis, ſeu electionis in titulum Beneficii datur dumtaxat Clerico, & quidem in perpetuum, *Barboſa de Jure Eccleſ. tom. 1. lib. 2. cap. 3. n. 26. in princip. Pariſ. de reſign. Benef. lib. 11. qu. 3. num. 39. Mancin. de Jure Sacro controverſo diſſert. 5. cap. 5. nu. 16. in med. verſic ſunt & quædam Eccleſiaſtica, Gonzalez in Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 5. § 4. num. 14. & 15.* proindèque tamquàm adinſtar Beneficii ſimplicis ſubjaceat quindenniis, ſi tempore Unionis, 3 Cura, aut Hoſpitalitate caruerit, juxta literales Bullas quindenniorum deſuper editas, ut videre eſt in *Bull. 33. Sixti V. §. 2. Bullar. nov. Rom. tom. 2* ibi: *etiamſi Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia fuerint, quæ tamen tempore ipſarum Unionum, Cura, Conventu, & Hoſpitalitate caruerint &c.* Bull. 18. *Urbani VIII. in princip. tom 5. &* Bull. 50. *Clementis X. §. 4. tom 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VII. VIII. *&* XI. & obſervat *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. num. 11. in fin.* ibi: *ſi verò Monaſterium hujuſmodi Conventu, & Hoſpitale careat Cura, tunc redditur adinſtar Beneficii ſimplicis, pro cujus ſolutione rectè exigitur quindennium &c.*

Omitto, quòd Hoſpitale titulare ex eo, 4 quòd verè eſt Beneficium Eccleſiaſticum, propriè venit ad Juris, & Regulæ Cancellariæ effectus appellatione Beneficii, *Pariſ. de reſignat. Benefic. lib. 11. quæſt. 3. n. 44.*

Quoad II. dico, è contrà Hoſpitale non titu- 5 lare illud dici, quod in ſimplicem, nudàmque adminiſtrationem, ſeu regimen, etiam laico conceditur, *Pariſ. loc. mox citat. num. 40. cum ſeqq.* hinc eſt, quòd tamquàm non Beneficium 6 non venit ſub Primariis Precibus Imperatoris, *Chokier de Precibus Primariis ſchol. in ſection. 2. quæſt. 17. in principio, verſiculo non comprætenduntur Hoſpitalia, poſt Commentaria ad Regul. Cancellar. pag. mih. 34.* licet in Hoſpitali quo-

que non titulari dari ſolito in adminiſtrationem
expediantur literæ, prout in Beneficiis, quaſi
7 quòd Proviſionis nomen ſit latiſſimum, ap-
tum etiam compræhendere Hoſpitale non titu-
lare, *Pariſ. de reſignation. Benefic. lib.* 11. *quæ-
ſtion.* 3. *n.* 61. *&* 62. attamen ſemper verum eſt
dicere, quòd Hoſpitale hujuſmodi non titulare
non eſt ſubjectum conferibile, ſed benè commiſ-
ſibile, ex eo quòd illius adminiſtratio committi
8 dicitur, non conferri; adeò, ut prohibitum
ſit, Hoſpitale non titulare in Beneficium con-
ferri, *Lottber. de re beneficiar. lib.* 3. *quæſtion.* 6.
num. 46. *Barboſa de Jure Eccleſ. tom.* 1. *lib.* 2.
cap. 11. *num.* 36. *&* 37. *Tondut. reſol. Canonic. &
benef. par.* 2. *cap.* 1. §. 7. *num.* 6. optimèque co-
9 gnoſcitur, Hoſpitale eſſe non titulare, ſi illud
non in perpetuum, ſed ad triennium tantùm
concedatur, ut in Hoſpitali non titulari, ubi
ſervatur Hoſpitalitas, præcipit *Sacroſancta Tri-
dentina Synodus ſeſſ.* 25. *de Reformat. cap.* 8. *in fin.*
immò meliùs comprobabitur, Hoſpitale non
10 eſſe titulare, ſi illud comprobetur, eſſe manua-
le, ſeu ad nutum amovibile cùm etiam antè
triennium Hoſpitalarius, ſeu Rector Hoſpitalis
abſque cauſa removeri valeat, *Pariſ. de reſign.
Benef. lib.* 11. *quæſt.* 3. *num.* 41. prout, ſi Hoſpi-
tale conceſſum fuerit Regularibus, cenſetur il-
lud non titulare, cùm benè in adminiſtratio-
nem concedi poſſit, & ſoleat Hoſpitale Mona-
chis, non verò in titulum, ſeu in Beneficium,
illius penitùs incapacibus, maximè, ſi Bona,
ſeu redditus Hoſpitalis conceſſi fuerint, quod
11 ſonat in adminiſtrationem, ex eo quòd Benefi-
cia Eccleſiaſtica, non autem Bona conceduntur
in titulum, *Menoch. conſil.* 897. *num.* 4. *in fin.
verſiculo non etiam urget*; adeò, ut, etiamſi in
conceſſione Hoſpitalis legantur verba illa *per
ceſſum, & deceſſum*, adhùc Hoſpitale remanet
non titulare, cum ceſſus, & deceſſus poſſint
conſiderari etiam in Hoſpitali dato in admini-
ſtrationem, dum cedere, ſeu renunciare poteſt
illius adminiſtrator, ſeu Rector, aliàs Hoſpi-
talarius nuncupatus, ſuæ adminiſtrationi, vel
12 decedere, ad inſtar Commendatarii ſimilis
Hoſpitalario, qui cedit Commendæ, vel dece-
dit: ad quod benè advertit *Menoch. mox relat.
conſil* 897. *num.* 5. *cum ſeqq.*

Si autem verſemur in dubio, an Hoſpitale
ſit, vel non ſit titulare, tunc recurrendum eſt
ad primam originem ſuæ erectionis, & viden-
dum; an Eccleſia annexa ſit Hoſpitali, an verò
Hoſpitale annexum ſit Eccleſiæ, & in primo
13 caſu præſumitur non titulare, ac in ſecundo ti-
tulare, *Amoſtaz. de cauſis piis lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 19.

Major difficultas eſt, quando Hoſpitale mo-
dò habitum fuit pro titulari, & modò pro non
14 titulari, tùncque attendendus erit ultimus ſta-
tus, ac ſecundùm eum judicandum, *Mareſcott.
var. reſolution. lib.* 2. *cap* 3. *num.* 20. *Amoſtazz.
de cauſis piis lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 19. *in fin.*

Quibus pro neceſſitate præhabitis, haud in-
15 congruè firmatur in præſenti, quòd ex Hoſpi-
talibus titularibus annuum valorem XXIV. Du-
catorum auri de Camera excedentibus, de
tempore Unionis, Cura, aut Hoſpitalitate ca-
rentibus, vel non carentibus, Hoſpitalibus ti-
tularibus, vel non titularibus unitis, etiam
adhùc debentur quindennia, juxta aperiſſimas
Bullas quindenniorum ſuprà indicatas *num.* 3.
& communem DD. ſententiam, *Ameyden. de
ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. n.* 11.
in fin. ibi: *ſi verò &c. Hoſpitale careat Cura,
tunc redditur ad inſtar Beneficii ſimplicis, pro
cujus ſolutione rectè exigitur quindennium &c.
Novar in ſumma Bullar. par.* 1. *commentar.* 145.
n. 11. *&* 12. *Lottber. de re benef. lib* 1. *quæſt.* 29.
num. 4. ex iis namque uti collatis in titulum
ſolvitur Annata in eorum Proviſione, cùm ſint
Beneficia Eccleſiaſtica, prout ſunt pleraque
Monaſteria Virorum, quibus juxta Regulam
imminet hoſpitalitas, ad differentiam Hoſpita-
lium in adminiſtrationem conceſſorum, quæ, ſi
habeant curam, & hoſpitalitatem, nunquam
conferuntur, neque ſolvunt Annatam; ſi verò
careant cura, & hoſpitalitate, redduntur adin-
ſtar Beneficii ſimplicis, pro quibus ſolvenda
eſſet Annata; quantumvis Hoſpitale etiamſi
aliàs titulare unitum non titulari, aſſumat na- 16
turam illius Hoſpitalis, cui acceſſoriè unitur,
& ob virtutem unionis, participare debere vi-
deatur de eadem libertate non ſolvendi quin-
dennia, qua per priùs gaudebat Hoſpitale non
titulare, non retenta ampliùs natura titulari-
tatis, ſed illa potiùs mutata in non titularita-
tem, *Menoch. ſæpè laudat. conſil.* 897. *num.* 8.
*circà fin. verſic. hæc ipſa vera ſententia, cum nn.
ſeqq. ac ſignanter num.* 19. *circà fin. verſic. & li-
cet concederemus, & conſil.* 1. *nu.* 8. *in fin. verſic.
ſecundam à nobis propoſitam concluſionem, & n.* 9.
poſt dict. conſil. 897. cùmque per Unionem ac-
ceſſoriè factam Hoſpitalis titularis favore non
titularis, Hoſpitale titulare unitum acquirere
dicatur commoda omnia, ac privilegia Hoſpi-
talis non titularis, cui unitur, ſequi videtur,
ex Unione hujuſmodi non deberi quindennia,
prout videretur, illa non deberi ex Beneficiis 17
unitis Hoſpitali non titulari, *Menoch. citat. con-
ſil.* 897. *num.* 13. *cum ſeqq. ac ſignanter num.* 18.
ibi: *Porrò cùm hujus Hoſpitalis Lazareti melio-
ra, & humaniora ſint privilegia à Jure ipſo
communi competentia, ut exemptum, ac immune
ſit à Quindenniis, ſervari illa debent etiam quoad
duo alia Hoſpitalia huic unita &c. & num.* 19.
propè fin. verſic. Et licet, ibi: *Et licet concedere-
mus &c. duo illa Hoſpitalia olim in titulum con-
ſueviſſe concedi, & conſequenter fuiſſe Annatis,
& Quindenniis ſuppoſita: attamen mutarunt na-
turam, ob Unionem factam &c.* ſed etiam præ-
ſcindendo ab effectu Unionis acceſſoriè factæ, 18
ſemper in concurſu privilegiorum Hoſpitalis
uniti, & Hoſpitalis, cui unitur, attendenda
ſunt privilegia meliora, & humaniora, ſeu fa-
vorabiliora, qualia ſunt immunitas à quinden-
niis, quam habet Hoſpitale non titulare, *Me-
noch. milliès recenſito conſil.* 897. *nu.* 18. attamen
ad hoc, ut debeatur quindennium in caſu pro-
poſito, ſatis eſt, quod in Unionis gratia ex-
preſſus fuerit annuus valor Hoſpitalis uniti, 19
quaſi ad indicandum, eſſe locum annatæ, &
quindennio, juxta mentem *Regulæ* 60. *olim* 54.
& hodiè 55. *Cancellar. de Union. ubi Alphonſ.
Sott. num.* 4. *Chokier num.* 20. nec eſt verum, 20
quòd ad judicandum, an annata, ſeu quin-
dennium debeatur, nec nè, videndum eſt, an
Hoſpitale, cui uniuntur Beneficia, ſit titulare,
vel non titulare, ut malè ſupponit *Menoch. ſæpè
relat. conſ.* 897. *num.* 19. *in fin. verſic. nec eſt bona
conſequentia illa, & n.* 20.

Mul-

Multòque magis intrabit noſtra principalis reſolutio, ſi Adminiſtrator, ſeu Hoſpitalarius, ſivè quicumque alius Hoſpitalis Procurator, procuratorio nomine ſe obligaverit ad ſolvendum quindennium, & cum effectu (quod magis ſtringit) nomine Hoſpitalis aliquando quindennium ſolverit, cùm ex hujuſmodi obligatione, ſivè quaſi contractu dicatur melius jus quæſitum Cancellariæ, ſeu Cameræ Apoſtolicæ ſuper debita futurorum quindenniorum ſolutione, quod poſteà tolli nequit; proindèque ſuper hoc Cameram, & Annatiſtas habere
21 ſuam intentionem fundatam, nè aliàs Rector Hoſpitalis veniat contrà factum proprium, ad
22 *textum in l.cùm à matre 4. C. de rei vindicat.* nec ejuſmodi obligatio, ſeu promiſſio facta in actu Unionis præſumitur facta magis per errorem, metùmque cenſurarum contra Hoſpitale fulminatarum, ut aſſerit *Menoch.allegat. conſil.* 897. *num.*20. *cum ſeqq. & conſil.* 1. *num.* 2. *cum ſeqq. & conſil.*2. *num.*6. *in med. verſic. quod verò attinet*, *cum nu. ſeqq. poſt dict. conſil.*897. ſub motivo forſan, quod Adminiſtrator ſuo Domino ex facto proprio præjudicare nequit, maximè in caſu Hoſpitalis, quod habetur pro pupillo,
23 cui tutor, qualis eſt Adminiſtrator, nocere nequit, *l.*1. *ff. de tutel. tot. tit. ff. rem pupill. ſalv. for. l. tutoris præcipuum ff. de adminiſtr. tutor. l.ſi bonam cauſam C. eod. Galganett. de tutel. & cur. lib.* 1. *tit.* 1. *num.*3. *cum ſeqq & lib.* 3. *quæſt.*40. *num.*7. illud obligando ad id, ad quod non te-
24 netur, idèmque à fortiori Procurator non poteſt obligare ſuum Principalem ad ſolvendum id, quod non debet, *Card. de Luca de Judic. diſcur.*6. *num.* 9. *& diſcur.*37. *nu.* 13. excipientibus namque Annatiſtis, ſe eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi quindennia etiam ab Hoſpitali non titulari, in quo nempè ſervatur hoſpitalitas, ex ſtylo inveterato, & inconcuſſa conſuetudine Pontificum, quorum Unionibus non indè cenſetur exemptum à quindenniis, procul dubio aſſiſtit bonum jus; nec in hoc caſu pro-
25 bandus eſt ejuſmodi ſtylus, ut putat *Menoch. prælaudat. conſil.*1. *nu.* 10. *cum ſeqq. & conſil.* 2.
26 *nu.*5. *cum ſeqq. poſt dict. conſil.*897. dum Hoſpitale titulare, carens nimirum hoſpitalitate ſubjicitur quindenniis, ſed illud non legitur exceptum à quindenniis, cui unitur, ut cantat *Bull.* 33. *Sixti V.* §. 2. *in principio*, *Bullar. nov. Rom. tom.*2. *Bull.* 18. *Urbani VIII in principio*, *tom.*5. *& Bull.*50. *Clementis X.* §.4. *in principio, tom* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VII. VIII. *&* XI. ità, ut prævalere debeat clara diſpoſitio Conſtitutionum Pontificiarum circà ſolvendum quindennium ab Hoſpitali non titulari, cui unitur aliud Hoſpitale titulare, præſertim, ut prædiximus, in caſu exiſtentis conſuetudinis, ac ſtyli perſolvendi quindennium ab Hoſpitali etiam non titulari pro Hoſpitali titulari eidem unito; immò iſte intellectus Bullarum quindenniorum etiam locum ſibi vindicare debet, quando forſitan vigeret contrarius uſus non ſolvendi quindennia ab Hoſpitali non titulari pro Hoſpitali titulari eidem unito;
27 quippè ejuſmodi contrariæ conſuetudini derogatur per Bullas quindenniorum, ac ſignanter per *Bull.*33. *Sixti V.* §.5. *Bullar.nov.Rom.tom.*2. *Bull.* 18. *Urbani* VIII. §. 4. *tom.* 5. *& Bull.*50. *Clementis X.* §. 14. *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſt. in ordine la* VII. VIII. *&* XI.

Nec obſtat *Menoch. conſil.* 897. *num.* 8. ibi „ Cæterùm demus, Cancellariæ &c. duo illa „ Hoſpitalia fuiſſe titularia: & antiquitùs „ Quindenniis ſuppoſita: attamen, poſteaquàm conceſſa fuerunt à Nicolao Pontifice „ Incytæ Civitati Paduæ in adminiſtrationem, „ Quindenniis nullo pacto dici poſſunt obligata &c. Porrò cùm huic Hoſpitali unita acceſſoriè fuerint duo illa S. Spiritus, & S. Pauli, etſi concederemus &c. duo illa fuiſſe titularia, & conſequenter obnoxia quindenniis, „ Unio tamen effecit, ut ſicuti primum illud „ ab onere quindenniorum liberum erat: ſic & „ hæc illi unita, effecta ſunt libera &c. „ *& n.*18. ibi „ Porrò cùm hujus Hoſpitalis Lazareti „ meliora, & humaniora ſint privilegia à Jure „ ipſo communi competentia, ut exemptum, „ ac immune ſit à Quindenniis, ſervari illa debent etiam quoad duo alia Hoſpitalia huic „ unita &c. „ *& num.*19. *circà fin. verſic. Et licet*, ibi „ Et licet concederemus &c. duo illa „ Hoſpitalia olim in titulum conſueviſſe concedi, & conſequenter fuiſſe Annatis, & Quindenniis ſuppoſita: attamen mutarunt naturam, ob Unionem factam &c. „ *& in conſil.*1. *num.* 8. *propè fin. poſt dict. conſil.* 897. ibi „ „ etiamſi concedimus, duo illa Hoſpitalia „ S. Spiritus, & S. Pauli fuiſſe titularia, & antiquitùs quindenniis ſuppoſita: attamen, „ poſteaquàm conceſſa fuerunt à Nicolao Pontifice Inclytæ Civitati Paduæ in adminiſtrationem, Quindenniis nullo pacto dici poſſunt obligata. Nam Hoſpitale ipſum Lazareti „ eſt immune ab his Annatis, & Quindenniis: „ ſic & effecta eſſe immunia duo Hoſpitalia illi „ unita, dicuntur &c. ex natura rei alteri unitæ &c. „ etenim *Menochius* loquitur in caſu 28
Hoſpitalis, de tempore Unionis, Curam ægrotorum, aut Hoſpitalitatem habentis, ut patet ex *prælaudat. conſil.* 897. *nu.* 7. 8. *&* 9. *in primo reſponſ. in ead.Cauſa* ibi „ Et præterea ſatis conſtat, quòd immò in illis exercebatur hoſpitalitas &c. Nam ipſarum Bullarum verba hæc „ ſunt. In quibus quaſi nulla ſervabatur hoſpitalitas. Hæc ſanè verba ſignificant, quòd „ obſervabatur quidem hoſpitalitas, ſed modica &c. „ *& in ſecundo reſponſo in ead. Cauſa num.*9. ibi „ Et quod dictum fuit, verba Bullæ Pii II. & Nicolai V. demonſtrare, quòd „ immò Hoſpitale S.Spiritus obſervabat hoſpitalitatem, rectè dictum fuit: quia verba Bullæ hæc ſunt. In quibus quaſi nulla ſervabatur „ hoſpitalitas &c. ità ſanè legitur, quaſi nulla, „ non autem abſolutè, nulla, ſine illa dictione „ quaſi: ſicuti præſtantiſſimus Collectoris Advocatus legit, & inter unam, & alteram lectionem, maximam eſſe differentiam clariſſimè conſtat, ſi legeretur: in quibus nulla „ ſervabatur hoſpitalitas, apparet, non fuiſſe „ conceſſa in adminiſtrationem, ſed in titulum, & Beneficium. Si verò legitur, ut verè „ legitur; quaſi nulla ſervabatur hoſpitalitas „ &c. ſenſus eſt, quòd ſervabatur quidem hoſpitalitas, ſed tamen modica &c. „ *& melius relato conſil.* 897. *num.* 3. *verſic. nam reſpondetur*, ibi „ quia immò obſervabatur hoſpitalitas, etſi tenuis. Verba enim ipſius Bullæ hæc „ ſunt: in quibus quaſi nulla ſervabatur Hoſpitali-

„ talitas &c. Etiamſi concedimus, nullam
„ conſueviſſe ab illis Religioſis ſervari Hoſpi-
„ talitatem, id contingebat de facto, ob Ad-
„ miniſtratorum incuriam, vel fortè, & ve-
„ riùs, avaritiam, qui redditus in proprios
„ vertebant uſus &c. Civitas itaque inclyta
„ Paduæ, ut impetraret uniri duo illa Hoſpita-
„ lia uni à ſe erecto, narravit in duobus illis
„ Hoſpitalibus non ſervari Hoſpitalitatem, ut
„ faciliùs fortè impetraret, etſi ea cauſa Nico-
„ laus ipſe ad concedendum Unionem motus
„ non credatur &c.

Sicque *Menochius* non loquitur de Hoſpitali titulari, de quo nos loquimur, ſed de Hoſpitali non titulari, & habente de tempore Unionis, Curam ægrotorum, aut Hoſpitalitatem, quod eſt conforme ipſis Bullis quindenniorum, quæ in tali caſu à contrario ſenſu excipiunt, & eximunt à quindenniis ejuſmodi Hoſpitale unitum: ſuper quo inferiùs nos quoque in *Cap. CXXXV.* idem firmabimus, quod firmat *Menochius*.

29 Præterquamquòd Bullæ quindenniorum excipiunt quidem, à contrario ſenſu, ut prædiximus, à quindenniis Hoſpitale non titulare unitum, habens de tempore Unionis, Curam, aut Hoſpitalitatem, non autem excipiunt à quindenniis Hoſpitale titulare, vel non titulare, cui unitur aliud Hoſpitale titulare de tempore Unionis, Cura, aut Hoſpitalitate carens: nec ullibi in Bullis quindenniorum apparet unquam exceptuatum à quindenniis Hoſpitale, cui unitur aliud Hoſpitale titulare, vel non titulare, ſivè quodcumque Beneficium; immò ſubjiciuntur quindenniis omnia Hoſpitalia indiſtinctim, quibus uniuntur quæcumque Beneficia, prout habetur in *Bull.6. Pauli II.* §. 1. 2. 3. 4. 5. *et 6. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ Beneficia Eccle-
„ ſiaſtica &c. Hoſpitalibus &c. Apoſtolica au-
„ ctoritate univimus, incorporavimus, & an-
„ neximus, applicavimus, atque ſubmiſimus.
„ Propptereàque &c. Beneficia unita hujuſmodi
„ ampliùs nequaquam vacare ſperantur &c.
„ Nos &c. ſtatuimus &c. & declaramus, quòd
„ omnia, & ſingula Monaſteria &c. Commu-
„ nia, & Minuta Servitia, atque alia Jura de-
„ bita, & conſueta, tàm ipſis Cameræ, & Col-
„ legio, quàm Officialibus præfatis &c. &
„ Beneficia, ut præfertur, unita &c. in poſte-
„ rum ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis,
„ eidem Camerario ſolvere teneantur, & de-
„ beant. Et quòd de omnibus &c. Beneficiis,
„ ut præfertur, unitis &c. Communia, Minu-
„ ta, & alia Jura, ſeu Annatas &c. ſolvere
„ adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in
„ futurum &c. Alioqui ſi à ſolutione &c. ceſſa-
„ re præſumpſerint, Uniones &c. habeantur
„ penitùs pro infectis &c. „ *Bull.* 17. *Pauli IV.* §. 8. *&* 11. *eod. tom.* 1. ibi „ omnes, & ſingu-
„ las Uniones &c. de &c. Beneficiis Eccleſiaſti-
„ cis &c. Hoſpitalibus &c. quæ ex eorum per-
„ petuitate non vacant &c. perpetuò factas, &
„ de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis
„ Pauli &c. compræhendi &c. Beneficia unita
„ hujuſmodi onus ſolutionis Communium, &
„ Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, &
„ aliorum Jurium ſemper habuiſſe, & ad præ-
„ ſens habere &c. Volumus &c. quòd &c. Ho-
„ ſpitalia &c. omnia, & ſingula &c. Beneficia
„ Eccleſiaſtica, quæ poſſident &c. notificaſſe,
„ & intimaſſe debeant, & ad id &c. cogi, &
„ compelli poſſint &c. „ *Bull.*38. *S. Pii V.* §. 3. *&* 4. *tom.* 2. ibi „ omnia, & ſingula &c. quæ-
„ cumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. Hoſpita-
„ libus &c. Apoſtolica auctoritate unita &c.
„ ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſſo-
„ rum hujuſmodi compræhendi, & includi,
„ & propptereà omnia &c. Hoſpitalia &c. in
„ quorum favorem Uniones &c. factæ reperiun-
„ tur &c. dummodò &c. Beneficia ipſa poſſi-
„ deant, ad ſolutionem Communium, Anna-
„ tarum, & aliorum Jurium prædictorum ei-
„ dem Cameræ &c. ratione Unionum &c.
„ ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri &c. „ *Bull.*33. *Sixti V.* §. 2. *eod. tom.* 2. ibi „ Statui-
„ mus &c. & declaramus, quòd Uniones &c.
„ de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c.
„ Hoſpitali &c. hactenùs factæ, & faciendæ &c.
„ ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutioni-
„ bus &c. omninò compræhendantur &c. Et
„ propptereà omnia, & ſingula Hoſpitalia &c.
„ in quorum favorem Uniones &c. factæ repe-
„ riuntur, aut poſthac fient &c. dummodò Be-
„ neficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem quin-
„ denniorum præfatorum eidem Cameræ, ac
„ Collegio, & Officialibus, ratione Unionum
„ &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam teneri
„ &c. & ad id &c. cogi &c. poſſe „ *Bull.* 18. *Urbani* VIII. *in principio*, *juncto* §. 2. *in fin.* §. 3. *in principio*, *&* §. 5. *tom.* 5. ibi „ omnia,
„ & ſingula &c. Hoſpitalia &c. in quorum fa-
„ vorem &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſti-
„ ca unita &c. & illorum Uniones factæ reperi-
„ rentur &c. dummodò &c. Beneficia ipſa
„ poſſiderent, ad ſolutionem Communium,
„ Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum
„ eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus,
„ ratione Unionum &c. prædictarum ſingulis
„ XV. annis &c. faciendam teneri &c. & ad id
„ &c. cogi, & compelli poſſe &c. quòd Unio-
„ nes &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſia-
„ ſticis &c. Hoſpitali &c. hactenùs factæ, & in
„ futurum faciendæ &c. ſub dictorum Prædе-
„ ceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò com-
„ præhendi &c. & ad ſolutionem Quindennio-
„ rum teneri &c. & ad id cogi &c. poſſe &c. cum
„ poteſtate dicta &c. Hoſpitalia &c. citandi,
„ monendi, & requirendi &c. Non obſtanti-
„ bus &c. Privilegiis &c. Hoſpitalibus &c. con-
„ ceſſis &c. „ *&* *Bull.* 50. *Clementis X.* §. 1. 3. 4. 5. *&* 11. *tom.* 6. ibi „ omnes, & ſingulas
„ Uniones de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſia-
„ ſticis &c. Hoſpitalibus &c. quæ ex eorum
„ perpetuitate non vacant &c. perpetuò factas,
„ & de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub lite-
„ ris Pauli II. &c. includi &c. omnia, & ſingu-
„ la &c. Hoſpitalia &c. in quorum favorem &c.
„ quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c.
„ exiſterent, & illorum Uniones eis factæ repe-
„ rirentur &c. dummodò &c. Beneficia ipſa poſ-
„ ſiderent, ad ſolutionem Communium, &
„ Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum
„ eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus,
„ ratione Unionum &c. prædictarum ſingulis
„ XV. annis &c. faciendam teneri &c. & ad id
„ &c. cogi poſſe &c. quòd Uniones &c. de qui-
„ buſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Hoſpi-
„ tali &c. eatenùs factæ, & in futurum facien-
„ dæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſti-

tu-

„ tutionibus &c. omninò compræhendi &c. & „ ad ſolutionem Quindenniorum teneri &c. „ cum poteſtate dicta &c. Hoſpitalia &c. ci- „ tandi, monendi, & requirendi &c. „ *repet. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. V. VI. VII. VIII. *&* XI.

Sicque Bullæ quindenniorum indiſtinctim loquuntur de Hoſpitalibus, quibus uniuntur Beneficia, non diſtinguendo, an illa debeant, nec nè habere Curam, aut Hoſpitalitatem de
30 tempore Unionis; quod autem lex non dicit, nec nos dicere debemus, ad *textum in cap. illa 2. nè Sed. vac. l. diſſentientis 5. C. de repud. Barboſa axiom. 136. num. 7. ego in altero Tract. de quindenn. cap. 167. num. 7.* præſertim quia in alio caſu diverſo Hoſpitalium unitorum, ut ex illis non debeantur quindennia, deſiderant ipſæ Bullæ quindenniorum, quòd de tempore Unionis Hoſpitalium, eadem Hoſpitalia unita careant Cura ægrotorum, aut Hoſpitalitate: quod non dicunt, quando agunt de Hoſpitalibus, quibus uniuntur Beneficia, vel alia Hoſpitalia; ità, ut
31 diſcretivus modus loquendi indicat diverſitatem, *Card. de Luca de donation. diſcur. 8. nu. 23. ego in alio meo Tract. de quindenn. cap. 52. n. 218. Rota coram Bich. dec. 158. num. 3. tom. 1. & in recentior. dec. 174. num. 6. par. 8. dec. 67. nu. 16. dec. 393. nu. 11. & 12. par. 18. tom. 1. dec. 457. num. 5. dec. 478. num. 10. & 11. dec. 579. nu. 11. dec. 599. num. 9. dec. 620. num. 29. & dec. 638. num. 8. ead. par. 18. tom. 2. dec. 80. n. 16. dec. 122. num. 8. dec. 251. num. 23. & dec. 304. num. 12. par. 19. dec. 454. nu. 12. dec. 573. n. 6. & dec. 601. num. 31. & 32. ead. par. 19. tom. 2.* ſed potiùs
32 dicunt eædem Bullæ quindenniorum, quòd ex Hoſpitalibus de tempore Unionis, Cura, aut Hoſpitalitate carentibus unitis aliis Hoſpitalibus debeantur quindennia, *juxta Bull. 33. Sixti V. §. 2. Bullar. nov. Rom. tom. 2.* ibi „ Statuimus &c. & declaramus, quòd Uniones &c. „ de quibuſcumque Beneficiis &c. etiamſi &c. „ Hoſpitalia fuerint, quæ tamen tempore ipſarum Unionum, Cura &c. & Hoſpitalitate „ caruerint &c. Hoſpitali &c. hactenùs factæ, „ & faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum „ Conſtitutionibus &c. omninò comprehendantur &c. Et propterea omnia, & ſingula „ &c. Hoſpitalia &c. in quorum favorem Uniones &c. factæ reperientur, aut poſthac fient „ &c. ad ſolutionem quindenniorum præfatorum eidem Cameræ, ac Collegio, & Officialibus, ratione Unionum &c. ſingulis XV. „ annis &c. faciendam teneri &c. „ *Bull. 18. Urbani* VIII. *in principio, tom. 5. & Bull. 50. Clementis X. §. 4. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VII. VIII. *&* XI. cùm autem eædem Bullæ quindenniorum non diſtinguant, an Hoſpitalia, quibus alia Hoſpitalia uniuntur, quæve debeant quindennium, utrùm debeant de tempore Unionis carere Cura, aut Hoſpitalitate, prout declararunt, Cura, aut Hoſpitalitate carere debere, quando loquuntur de Hoſpitalibus unitis, ſed loquantur per verbum Hoſpitalia, potiùs præſumendum eſt, quòd præfatæ Bullæ loquantur de Hoſpitalibus ſecundùm proprietatem nominis, ſicque de illis Curam, aut Hoſpitalitatem habentibus, ex
33 eo quòd Hoſpitalia propriè dicuntur ab hoſpitando pauperes, & peregrinos, veluti in puncto quindenniorum arguit, *Menoch. conſil. 897. n. 1. ego in altero meo Tract. de quindenn. cap. 6. nu. 5. & 206.*

Ultraquamquòd cùm Hoſpitale verè ſit manus mortua, uti corpus inanimatum, nunquam defecturum, ad per me tradita in *alio Tract. de quindenn. cap. 2. num. 207. in principio,* 34
eſt ſubjectum, ſuper quo cadunt quindennia, ob illius perpetuitatem, ego in *alio dicto Tract. cap. 6. n. 100. cum ſeqq. & n. 123. cum ſeqq.* 35

In nihilum refragante doctrina *Card. de Luca de Benefic. diſcur. 139. num. 5. antè med. verſic. ſecùs*, putantis, Hoſpitalia non teneri ad quindennia pro Beneficiis eis unitis, ſub ſpecioſo prætextu pietatis ob exercitium hoſpitalitatis, ibi „ Secùs autem ubi agatur de Unionibus, „ quæ fiunt Hoſpitalibus, & aliis hujuſmodi „ Piis Locis, in quibus de nullius privato commodo agatur, ſed totum erogetur in actualem hoſpitalitatem, vel alia pia opera &c. „ *& de Regalib. diſcur. 162. n. 4. in principio*, ibi „ „ atque ſi etiam in Beneficiis unitis Hoſpitalibus, quæ actu Hoſpitalitatem exerceant, „ vel aliis Piis Locis, quæ in opera pietatis integrum redditum erogent; adeò, ut non „ agatur de commodo, & utilitate poſſeſſorum, quindennia non debentur &c. „ quia, omiſſo, quòd *idem Card. de Luca* teſtatur in *Argumento, et in fine diſcurſus num. 10.* Cauſam adhuc fuiſſe indeciſam, miſerè lapſus 36
eſt, dum juxta mentem Bullarum quindenniorum, à contrario ſenſu excipiuntur à quindenniis Hoſpitalia unita, de tempore Unionis, Curam, aut Hoſpitalitatem habentia; nullibi autem excipiuntur à quindenniis Hoſpitalia, quantumvis Curam, aut Hoſpitalitatem habentia, quibus unita fuerunt Beneficia, vel alia Hoſpitalia, veluti diſtinctionis fœdere præfatas Conſtitutiones Apoſtolicas interpretatur *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. nu. 10. et 11. in principio*, ibi „ habemus, quindennia non ſolvi pro Unionibus „ factis de Hoſpitali, ſivè Monaſteriis Monialium &c. niſi Monaſteria, & Hoſpitalia „ hujuſmodi de tempore Unionis careant Cura, & Conventu, nam, cùm illa non ſolvant „ Annatam, neque etiam ſubjacent ſolutioni „ quindenniorum; aliud enim eſt, quòd quindennia ſolvantur pro Beneficiis, quæ uniuntur Monaſteriis Monialium, & Hoſpitalibus, „ quando uniuntur &c. priori enim caſu Camera Apoſtolica, & Officiales Cancellariæ „ damnum paterentur, quia pro illis Beneficiis „ ſolvebatur Annata, quæ, cùm per Unionem „ fuerit ſublata, æquum eſt, quòd ſubintret „ quindennium. Secundo verò caſu pro Monaſterio habente Conventum, & Hoſpitali „ habente Curam non ſolvitur Annata, quia „ adminiſtratio eſt quid manuale, & omnes „ fructus ſunt addicti Regularibus, ſivè ægrotis &c. „ immò *idem Card. de Luca*, in ſe re- 37
verſus, videtur agnoſcere fundamentum prædictæ diſtinctionis, *de Benefic. diſcur. 89. nu. 5. §. Secundò ex inconcuſſo*, ibi: *de Hoſpitalibus &c. aliiſque Beneficiis unitis &c. ſolvuntur Annatæ, et Servitia in Curia &c.*

Aliàs actum eſſet de quindenniis, & ſuperfluæ, ac eluſoriæ evaderent Bullæ quindenniorum (quod non eſt dicendum, nec ſomniandum, minùſ-

nùſque ferendum) cùm omnes Uniones fiant
Locis Piis, omnia autem Loca Pia, indè talia
dicta ob peculiare eorum Inſtitutum, habent,
ac exercent Hoſpitalitatem; ſicque nulla Loca
Pia, in ſenſu ejuſdem *Card. de Luca*, teneren-
tur ad quindennia, quod eſt de directo contra-
rium Bullis quindenniorum expreſsè ſubjicien-
tium quindenniis omnia Loca Pia, nullis ex-
38 ceptis, prout legere eſt in *Bull.6. Pauli II.* §. 1.
2. 3. 4. 5. *et 6. Bullar. nov. Rom tom.* 1. ibi ,,
,, Beneficia Eccleſiaſtica &c. Piis Locis &c.
,, Apoſtolica auctoritate univimus, incorpora-
,, vimus, & anneximus, applicavimus, atque
,, ſubmiſimus. Proptereàque &c. Beneficia
,, unita hujuſmodi ampliùs nequaquam vacare
,, ſperantur &c. auctoritate Apoſtolica &c. ſta-
,, tuimus &c. & declaramus, quòd omnia, &
,, ſingula Monaſteria &c. Communia, & Mi-
,, nuta Servitia, atque alia Jura debita, & con-
,, ſueta, tàm ipſis Cameræ, & Collegio,
,, quàm Officialibus præfatis, reliqua verò
,, Monaſteria &c. & Beneficia, ut præfertur,
,, unita &c. Annatam, ſivè medios fructus
,, unius anni in poſterum ſingulis XV. annis
,, perpetuò, eidem Camerario ſolvere tenean-
,, tur, & debeant. Et quòd de omnibus Mona-
,, ſteriis &c. & Beneficiis, ut præfertur, uni-
,, tis &c. Communia, Minuta, & alia Jura,
,, ſeu Annatas &c. ſolvere adſtringantur etiam
,, ſingulis annis XV. in futurum &c. Alioqui,
,, ſi à ſolutione &c. ceſſare præſumpſerint,
,, Uniones &c. habeantur penitùs pro infectis,
,, & ſic &c. Beneficia hujuſmodi tamquàm ve-
,, rè vacantia poſſint &c. impetrari &c. ,,
Bull.20. Julii III. §.6. *eod.tom.*1. ibi ,, à qui-
,, buſcumque &c. Congregationibus &c. invio-
,, labiliter obſervari &c. quoad omnia, & ſin-
,, gula &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. decerni-
,, mus &c. eaque omnia ad quaſcumque &c.
,, Congregationes &c. extendimus, & amplia-
,, mus &c. ,, *Bull.*17. *Pauli IV.* §.8. *et* 11.*eod.*
*tom.*1. ibi ,, omnes, & ſingulas Uniones &c.
,, de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c.
,, Congregationibus &c. & aliis Piis Locis &c.
,, perpetuò factas, & de cætero &c. perpetuò
,, faciendas, ſub literis Pauli II. compræhendi
,, &c. Et proptereà &c. quaſcumque alias Con-
,, gregationes &c. ad ſolutionem Communium,
,, & Minutorum Servitiorum, ac Annatarum,
,, & aliorum Jurium prædictorum eiſdem Ca-
,, meræ, Collegio, & Officialibus, ratione
,, earundem Unionum &c. ſingulis XV. annis
,, &c. faciendam teneri &c. & ad id &c. cogi &c.
,, poſſe, nec non &c. Beneficia unita hujuſmo-
,, di onus ſolutionis Communium, & Minuto-
,, rum Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum
,, Jurium ſemper habuiſſe, & ad præſens habe-
,, re. Et inſuper, ut ratio Communium, Mi-
,, nutorum Servitiorum, ac Annatarum, &
,, aliorum Jurium prædictorum clara habea-
,, tur &c. volumus &c. quòd &c. Congrega-
,, tiones, & Collegia &c. & alia Pia Loca &c.
,, omnia, & ſingula &c. Beneficia Eccleſiaſti-
,, ca, quæ poſſident &c. notificaſſe, & inti-
,, maſſe debeant, & ad id &c. cogi, & com-
,, pelli poſſint &c. ,, *Bull.*38. *S.Pii V.* §. 3. 4. 6.
et 7. *tom.* 2. ibi ,, quæcumque Beneficia Ec-
,, cleſiaſtica &c. Collegiis &c. Congregationi-
,, bus &c. Piis Locis &c. Apoſtolica auctorita-
,, te unita &c. ſub literis Pauli II. & aliorum
,, Prædeceſſorum hujuſmodi compræhendi, &
,, includi. Et proptereà &c. Congregationes
,, &c. Collegia &c. dummodò &c. Beneficia
,, poſſideant, ad ſolutionem Communium,
,, Annatarum, & aliorum Jurium prædicto-
,, rum eidem Cameræ &c. faciendam teneri &c.
,, Et &c. Collegia, nec non &c. Congregatio-
,, nes, ſeu Collegia, & Pia Loca &c. ad indi-
,, candum &c. omnia, & ſingula &c. quæcum-
,, que Beneficia Eccleſiaſtica, quæ &c. Congre-
,, gationes, & alia Pia Loca prædicta poſſi-
,, deant &c. moneat, & requirat. Non
,, obſtantibus &c. Privilegiis &c. Congrega-
,, tionibus &c. & aliis Piis Locis prædictis &c.
,, conceſſis &c. ,, *Bull.*33. *Sixti V.* §. 2. 4. *et* 5.
eod. tom. 2. ibi ,, Uniones de quibuſcumque
,, Beneficiis Eccleſiaſticis &c. cuicumque Ec-
,, cleſiæ &c. Collegio, Congregationi &c. aut
,, alii Loco Pio hactenus factæ, & faciendæ &c.
,, ſub dictorum Prædeceſſorum Conſtitutioni-
,, bus &c. omninò compræhendantur &c. Et
,, proptereà &c. Congregationes &c. Collegia
,, &c. & Pia Loca hujuſmodi &c. dummodò
,, Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem
,, Quindenniorum præfatorum eidem Cameræ,
,, ac Collegio, & Officialibus, ratione Unio-
,, num &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam
,, teneri &c. & ad id &c. cogi &c. poſſe. Man-
,, dantes &c. ut &c. Congregationes, ſeu Col-
,, legia &c. & Pia Loca &c. ad indicandum &c.
,, omnia, & ſingula &c. quæcumque Beneficia
,, Eccleſiaſtica &c. quæ ipſa Collegia &c. Con-
,, gregationes, & alia Pia Loca præfata poſſi-
,, deant &c. moneant, & requirant &c. Non
,, obſtantibus &c. Privilegiis Congregationi-
,, bus, Collegiis &c. & aliis Piis Locis præfa-
,, tis &c. conceſſis &c. ,, *Bull.*18. *Urbani* VIII.
in principio, *juncto* §. 2. 3. *et* 4. *tom.* 5. ibi ,,
,, Congregationes &c. Collegia &c. ac Pia Lo-
,, ca &c. in quorum favorem &c. quæcumque
,, Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. & illorum
,, Uniones eis factæ reperirentur &c. dummo-
,, dò &c. Beneficia ipſa poſſiderent, ad ſolu-
,, tionem Communium, Annatarum, & alio-
,, rum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ,
,, Collegio, & Officialibus, ratione Unionum
,, &c. prædictarum ſingulis XV. annis &c. fa-
,, ciendam teneri &c. & ad id &c. cogi, &
,, compelli poſſe decrevit, & declaravit. Man-
,, dans proptereà &c. ut &c. Collegia, nec
,, non &c. Congregationes, ſeu Collegia, &
,, Pia Loca hujuſmodi &c. ad indicandum &c.
,, omnia, & ſingula &c. quæcumque Beneficia
,, Eccleſiaſtica, quæ &c. Congregationes &c.
,, poſſiderent &c. Uniones &c. de quibuſcum-
,, que Beneficiis Eccleſiaſticis &c. cuicumque
,, Eccleſiæ &c. Collegio &c. Congregationi &c.
,, aut alii Loco Pio &c. hactenus factæ, & in
,, futurum faciendæ &c. ſub dictorum Præde-
,, ceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò com-
,, præhendi &c. & ad ſolutionem Quindennio-
,, rum teneri &c. & ad id cogi &c. poſſe decla-
,, ravit. Mandavitque &c. ut &c. omnia, &
,, ſingula &c. Loca Pia prædicta moneret, &
,, requireret, ut profiterentur omnia, & ſin-
,, gula Beneficia Eccleſiaſtica, quæ vigore
,, ſimilium Unionum quomodolibet poſſide-
,, bant &c. Mandantes proptereà &c. ut &c.
,, om-

„ omnia, & ſingula &c. Collegia, Congrega-
„ tiones &c. & alia Loca Pia &c. ad indican-
„ dum &c. omnia, & ſingula &c. quæcumque
„ Beneficia Eccleſiaſtica &c. eis unita &c. quæ
„ ipſa &c. Collegia &c. Congregationes, &
„ alia Loca Pia &c. vigore Unionum hujuſmo-
„ di poſſident &c. moneant, & requirant, cum
„ poteſtate dicta &c. Collegia, Congregatio-
„ nes &c. citandi, monendi, & requirendi &c.
„ Non obſtantibus &c. Privilegiis &c. Con-
„ gregationibus, Collegiis &c. & aliis Piis
„ Locis &c. conceſſis &c. „ *et Bull.* 50. *Clemen-
tis X.* §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 14.
et 15. *tom.* 6. ibi „ omnes, & ſingulas Unio-
„ nes de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis
„ &c. quibuſcumque &c. Congregationibus &c.
„ & aliis Piis Locis, nullis penitùs excluſis &c.
„ perpetuò factas, & de cætero &c. perpetuò
„ faciendas, ſub literis Pauli Prædeceſſoris
„ hujuſmodi compræhendi, & includi &c. „
*repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſt. in ordine
la* I. III. V. VI. VII. VIII. & XI.

Et notentur (quæſo) effrænatiſſima verba
prælaudatæ *Conſtitutionis Clementinæ*, *citat.* §. 6.
in fin. haud citrà myſterium adjecta, ad deno-
tandum nempè, omnia Pia Loca, nullis peni-
tùs exceptis, compræhendi ſub Bullis quinden-
niorum, ibi: *et aliis Piis Locis*, *nullis penitùs*
39 *excluſis*; verbum enim *nullus*, uti generale, ſeu
univerſale, immò generaliſſimum, ſeu univer-
ſaliſſimum, generaliter, ſeu univerſaliter, im-
mò generaliſſimè, ſeu univerſaliſſimè venit in-
telligendum, *Barboſa axiom.* 222. *num.* 36. &
40 per modum ablativi abſoluti adjectum impor-
tat conditionem, *Card. de Luca de feud. diſcurſ.*
108. *num.* 33. *de credit. diſcur.* 113. *num* 4. *et in
Relat. Cur. diſcur.* 31. *nu.* 29. *verſiculo alter ve-
rò*, *Galganet. de condition. et demonſtration. par.* 2.
cap. 1. *quæſt.* 20. *num.* 6. *Rota recentior. dec.* 34.
num. 13. *dec.* 322. *num.* 1. *et dec.* 344. *n.* 5. *par.* 17.
dec. 451. *n.* 2. *par.* 19. *tom.* 2.

41 Multòque minùs audiendus eſt idem *Card. de
Luca*, putans, Hoſpitalia non teneri ad quin-
dennia pro Beneficiis unitis; quippè loquitur
contrà ipſaſmet Bullas quindenniorum com-
præhendentes in ſpecie ipſa Hoſpitalia, ut in
Bulla 6. *Pauli* II. §. 1. 2. 3. 4. 5. *et* 6. *Bullar.
nov. Rom. tom.* 1. ibi „ Beneficia Eccleſiaſtica &c.
„ Hoſpitalibus &c. Apoſtolica auctoritate uni-
„ vimus &c. Proptereàque &c. Beneficia hujuſ-
„ modi ampliùs nequaquam vacare ſperantur
„ &c. Nos &c. auctoritate Apoſtolica &c. ſta-
„ tuimus &c. & declaramus, quòd omnia, &
„ ſingula Monaſteria &c. Communia, & Mi-
„ nuta Servitia, atque alia Jura debita, & con-
„ ſueta, tàm ipſis Cameræ, & Collegio, quàm
„ Officialibus præfatis &c. & Beneficia &c. uni-
„ ta &c. Annatam &c. in poſterum ſingulis XV.
„ annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario
„ ſolvere teneantur, & debeant. Et quòd de
„ omnibus &c. Beneficiis &c. unitis &c. Com-
„ munia, Minuta, & alia Jura, ſeu Annatas
„ &c. ſolvere adſtringantur etiam ſingulis an-
„ nis XV. in futurum &c. Alioqui, ſi à ſolutio-
„ ne &c. ceſſare præſumpſerint, Uniones &c.
„ habeantur pro infectis, & ſic &c. Beneficia
„ hujuſmodi, tamquàm verè vacantia, poſ-
„ ſint &c. impetrari &c. „ *Bull.* 17. *Pauli IV.*
§. 11. *eod. tom.* 1. ibi „ volumus &c. quòd &c.
„ Hoſpitalia &c. omnia, & ſingula &c. Bene-
„ ficia Eccleſiaſtica, quæ poſſident &c. notifi-
„ caſſe, & intimaſſe debeant., *Bull.* 38. *S. Pii V.*
§. 3. *in fin. et* §. 4. *in princip. et fin. tom.* 2. ibi „
„ quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. Ho-
„ ſpitalibus &c. Apoſtolica auctoritate unita
„ &c. ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſ-
„ ſorum hujuſmodi compræhendi, & includi.
„ Et propterea omnia, & ſingula &c. Hoſpi-
„ talia &c. in quorum favorem Uniones &c.
„ factæ reperiuntur &c. dummodò Beneficia
„ ipſa poſſideant, ad ſolutionem Commu-
„ nium, Annatarum, & aliorum Jurium præ-
„ dictorum eidem Cameræ &c. ratione Unio-
„ num &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam
„ teneri &c. „ *Bull.* 33. *Sixti V.* §. 2. *et* 5. *eod.
tom.* 2. ibi „ Statuimus &c. & declaramus,
„ quòd Uniones &c. de quibuſcumque Benefi-
„ ciis Eccleſiaſticis &c. cuicumque &c. Hoſpi-
„ tali &c. hactenùs factæ, & faciendæ &c. ſub
„ dictorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus
„ &c. omninò compræhendantur &c. Et pro-
„ pterea omnia, & ſingula &c. Hoſpitalia &c.
„ in quorum favorem Uniones &c. factæ repe-
„ rientur, aut poſthàc fient &c. dummodò Be-
„ neficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem Quin-
„ denniorum præfatorum eidem Cameræ, ac
„ Collegio, & Officialibus ratione Unionum
„ &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam tene-
„ ri &c. Non obſtantibus &c. Privilegiis &c.
„ Hoſpitalibus &c. conceſſis &c. „ *Bull.* 18.
Vrbani VIII. *in principio*, *juncto* §. 2. 3. *et* 4.
tom. 5. *et Bull.* 50. *Clementis X* §. 1. 3. 4. 5. *et* 11.
tom. 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in or-
dine la* I. V. VI. VII. VIII. & XI. qua etiam de 42
cauſa non eſt deferendum eidem *Card. de Luca*
loquenti contrà textum expreſſum Conſtitutio-
num Apoſtolicarum, ut monet idem *Card. de
Luca de emption. diſcur.* 52. *ſub n.* 2.

Quibus diſſolutis, unica ſupereſt Difficultas,
quid dicendum, ſi Hoſpitale unitum, de tem-
pore Unionis haberet Conventum Monacho-
rum, vel Curam Animarum; utrùm eo caſu
eximeretur à ſolutione quindenniorum, ſtante
diſpoſitione *prælaudatæ Bullæ Sixtinæ* §. 2. *Vr-
banæ in principio*, *et Clementinæ* §. 3. *poſt med.*
per argumentum à contrario ſenſu excipien-
tium non ſolùm Hoſpitalia Curam habentia,
ſed etiam Monaſteria Monialium Conventum
habentia de tempore Unionis, ibi: *Statuimus
&c. quòd Vniones de quibuſcumque Beneficiis
Eccleſiaſticis &c. etiamſi Monaſteria Monialium,
et Hoſpitalia fuerint*, *quæ tamen tempore ipſarum
Vnionum*, *Cura*, *Conventu*, *et Hoſpitalitate ca-
ruerint &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſti-
tutionibus omninò compræhendantur &c.* indè
inferendo, quòd, cùm de tempore Unionis,
Hoſpitale unitum vel haberet Conventum, vel
Curam Animarum, ideò ſub eiſdem Conſtitu-
tionibus non compræhenderetur, quod tamen
uti adhùc compræhenſum, omninò ſubjacere
debet quindenniis, conditio enim illa inſerta
in relatis verbis: *quæ tamen tempore ipſarum
Vnionum*, *Cura*, *Conventu*, *et Hoſpitalitate ca-
ruerint*, non reſpicit, nec qualificat indiſtinctè,
ac generaliter omnia Beneficia Eccleſiaſtica ſu-
periùs expreſſa, ſed ſimpliciter determinat
Monaſteria tantùm Monialium, non autem il- 43
la Monachorum, ſeu Virorum, & Hoſpitalia,

quibus imminet Cura ægrotorum, vel Hoſpi-
talitas, puta pro recipiendis peregrinis paupe-
ribus, veluti in punćto ità interpretatur, &
declarat prædićtas Conſtitutiones Sixtinam, &
Urbanam *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.1. cap.18.*
§. 4. de quindenn. num. 10. *et* 11. ibi: *habemus*,
quindennia non ſolvi pro Vnionibus factis de Ho-
*ſpitali, ſivè Monaſteriis Monialium &c. niſi Mo-
naſteria,et* Hoſpitalia *hujuſmodi de tempore Vnio-
nis careant Cura, et Conventu &c.*

Et ſanè Conſtitutiones prædićtæ ità prorsùs
ſunt intelligendæ, tùm attento earum literali,
& grammaticali ſenſu, tùm & fortiùs inſpećta
intrinſeca ratione earundem animativa, atque
univerſali obſervantia.

Quò enim ad literam Conſtitutiones gene-
raliter ſub lege quindenniorum compræhen-
dunt Vniones quorumcumque Beneficiorum
tàm ſæcularium, quàm Regularium, & poſteà
ampliando exprimunt, etiamſi Monaſteria Mo-
nialium, & Hoſpitalia fuerint: conditio pro-
prereà ſubſequens: *quæ tamen tempore ipſarum
Vnionum, Cura, Conventu, et* Hoſpitalitate *ca-
ruerint*, virtute illius dićtionis relativæ, quæ
44 determinat, ac relationem habet ad Monaſte-
ria tantùm Monialium, & Hoſpitalia per mo-
dum ampliationis immediatè antè expreſſa,
non autem generaliter ad quæcumque Beneficia
in principio orationis commemorata, ad tradi-
ta per *Gloſſ. in l. 1. ff. de legat. præſtand. Rota
coram Dunozett. Jun. dec. 996. num.*11. *tom.* 2.
Emerix Jun. Decan. dec. 535. *num.* 10. *et in re-
centior. dec.*34. *num.*52. *par.*12. *dec.*478. *num.*7.
*dec.*692. *num.*18. *par.*18. *tom.*2. *dec.* 65. *num.* 2.
*et dec.*637. *nu.* 8. *par.* 19. & in fraternizantibus
terminis alterius Clauſulæ inſertæ in *Extravag.
ad regimen.* 13. *de Præbend. int. commun.* ibi:
etiamſi ad illa Perſonæ *conſueverint, ſeu debue-
rint per electionem, ſeu quemvis alium modum
aſſumi*, & adjećtæ poſt expreſſas Patriarchales,
Archiepiſcopales, & Epiſcopales Eccleſias, &
etiam Monaſteria, Prioratus, Dignitates,
Perſonatus, & Officia, nec non Canonicatus,
& Præbendas, & Eccleſias, cæteràque Benefi-
cia Eccleſiaſtica, cum Cura, vel ſine Cura, Sæ-
cularia, & Regularia, quòd referatur ſimpli-
citer ad cætera Beneficia Eccleſiaſtica, quibus
immediatè cohæret, non verò ad Patriarcha-
les, Archiepiſcopales, & Epiſcopales Eccle-
ſias, ac Monaſteria, Prioratus, Dignitates,
Perſonatus, & Officia, ac Canonicatus ante-
cedenter nominatas,plenè firmat *Rota in Virdu-
nen. Abaatiæ* 3. *Aprilis* 1702. *§. In Extrava-
ganti, coram Molines Decano, & Inquiſitore
Generali* Hiſpaniarum.

Quæ quidem intelligentia ſolidiſſimè com-
probatur, combinando præfatas Conſtitutiones
Sixtinam, Urbanam, & Clementinam cum
præcedentibus Conſtitutionibus Pauli II. Ju-
lii III. Pauli IV. & S. Pii V. in quibus expresſè
cavetur, quindennia ſolvenda eſſe ex omnibus
Monaſteriis, Prioratibus, Præpoſituris, Di-
gnitatibus, Perſonatibus, Adminiſtrationibus,
Officiis, & Beneficiis tàm Sæcularibus, quàm
Regularibus manui mortuæ perpetuò unitis,
ex quibus antè eorum Vnionem ſolvebatur, vel
ſolvi debebat Annata; ſub hac enim lege uti-
que in litera compræhendebantur omnia Mo-
naſteria Virorum, aliàque Beneficia, etiamſi
antè eorum Vnionem haberent Conventum,
& reſpećtivè Curam Animarum, nedùm quia
memoratæ Conſtitutiones indefinitè loqueban-
tur de Monaſteriis, quorum appellatione ve- 45
niunt Monaſteria Conventum habentia, cùm
hæc qualitas de Jure inſita ſubintelligatur, *Cor-
rad. in prax. benefic. lib.*1. *cap.*6. *num.*266. *cum
ſeqq.* ibi: *& allegat ad hoc ſtylum Cancellariæ,
quæ, quando non eſt Conventus in Monaſterio,
exprimit Monaſterium, quod Conventu caret;
quando verò adeſt, non aliter exprimitur, ſed ſo-
lùm dicit, tale Monaſterium, quaſi primum Papa
ignorat, ſecundum intelligat ex expreſſione Mo-
naſterii &c.* & ad propoſitum arguit *Rota in
mox laudata Virdunen. Abbatiæ*, §. *Et ſanè, co-
ram Molines*: & ſic etiam veniunt Beneficia 46
Curata ex Juribus cumulatis per *Garz. de Bene-
fic. par.*5. *cap.*6. *num.*38. *cum ſeqq. & num.* 74.
& 75. ſed & magis ſtante dićtione univerſali 47
omnia, quæ operatur, ut de omnibus ſint intel-
ligendæ abſque exceptione eorum, quæ habe-
rent Curam Animarum, Conventum, vel Ho-
ſpitalitatem, veluti in proximis, ſeu affinibus
terminis hujus generalitatis, & univerſalitatis
contentæ in *Regula* 2. *Cancellar. reſervatoria
Cathedralium, & Monaſteriorum* proſequitur
Rota in memorata Virdunen. Abbatiæ §. *Quantò
magis, coram Molines*; quorum veritas eo cer- 48
tiùs corroboratur, dum in *Conſtitutione* 20. *Ju-
lii* III. §.6. *Bullar. nov. Rom. tom.*1. nominatim
ſpecificantur Monaſteria, aliàque Beneficia
cum Cura, vel ſine Cura, ibi: *quoad omnia, &
ſingula Monaſteria, et Beneficia Eccleſiaſtica cum
Cura, vel ſine Cura, Sæcularia, et quorumvis
Ordinum Regularia &c. et Conſtitutione* 17. *Pau-
li IV.* §.8. *eod. tom.*1. ibi: *de quibuſvis Monaſte-
riis &c. et Beneficiis cum Cura, et ſine Cura, Sæ-
cularibus, et quorumvis Ordinum Regularibus
&c. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordi-
ne la* III. *et* V. quæ verba ad cauthelam, nec
non ad tollendum omne dubium adjećta, cla-
riſſimè indicant, compræhenſa fuiſſe Monaſte-
ria, & alia Beneficia etiam Curata, appoſitè
obſervat *Gonzalez ad Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancellar.
de Menſib. gloſſ.*6. *n.*26.

Adeò, ut, cum Bulla Sixtina, Vrbana, &
Clementina ſtatuerint, quòd ſub dićtis Conſti-
tutionibus compræhenderentur Vniones quo-
rumcumque Beneficiorum tàm Sæcularium,
quàm Regularium, ſe in hac parte cum illis
uniformando, per illa poſteriora verba: *etiamſi
Monaſteria Monialium, et* Hoſpitalia *fuerint,
quæ tamen de tempore Vnionis, Cura, Conventu,
et* Hoſpitalitate *caruerint*, ſicuti excepta non
fuerunt Monaſteria Virorum, cæteràque Bene-
ficia Curam Animarum habentia, tanquàm
literaliter compræhenſa in præcedentibus Bullis
Julia, & Paulina: immò fortiùs in ipſamet *Bul-
la Sixtina* §. 4. ubi inter cætera Beneficia unita,
quindenniorum ſolutioni ſubjećta ſpecificè nu-
meravit Eccleſias Parochiales; aliter enim Six-
tina prædićta nedùm præcedentibus Juliæ, &
Paulinæ, verùm etiam ſibimet foret contraria,
contrà naturam relationis, quæ ſemper ità de- 49
bet fieri, & interpretari, nè ſequatur contrarie-
tas omninò evitanda, ac potiùs concilianda in
omni diſpoſitione, præſertim Conſtitutionum
Apoſtolicarum, ad *textum in cap. cùm expe-
diat* 29. *de election. in* 6. *l. ubi repugnantia* (aliàs
juxta

juxta aliorum lectionem) *pugnantia* 148. *ff. de regul. Jur. Spad. conſ.*254 *num* 5. *lib.*3. *Barboſa axiom.*58. *num.* 1. *Rota in recentior. deciſ.* 68. *num.*12 *&* 13. *par.* 12. ità prætendi non valet, excepta fuiſſe Monaſteria Virorum, & alia Be-
50 neficia Conventum, ac Hoſpitalitatem habentia, cùm una, ac eadem determinatio, reſpiciens plura determinabilia, non debeat ea diverſimodè, ſed pariformiter determinare, ubi eadem eſt ratio, *l. nam hoc Jure* 3. *l. Lucius Titius* 45. *ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitution. l. quamvis* 4. *C. de impuber. & al. ſubſtitution. Barboſa axiom.* 69. *nu.* 6. præſertim, dum Bullæ Sixtina, Vrbana, & Clementina veniunt, augendo, & ampliando præcedentes Bullas Juliam, & Paulinam etiam ad Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia, de quibus poterat dubitari, an continerentur ſub præcedentibus Bullis, declarando, quòd ea compræhenderentur, quæ de tempore Vnionis, Cura, Conven-
51 tu, & Hoſpitalitate caruerint, prout in hoc ſenſu eaſdem Conſtitutiones Sixtinam, Vrbanam, & Clementinam ſummant *Cherubin. Lan-*
52 *tuſc. & à Roma in Compend.* & comprobat illa dictio *etiamſi*, quæ de ſui natura ſtat augumentativè, extenſivè, ſeu duplicativè, & ampliativè ad præcedentem diſpoſitionem, *Clement.* 1. *§. fin. de Judic. l.* 1. *C. de teſtib. l. extraneum etiam* 9. *la* 1. *l. extraneum etiam* 11. *la* 2. *C. de hæred. inſtit. Barboſa de diction. diction.* 112. *n.* 9. *Bertazzoll. de Clauſul. Inſtrum. clauſ.*27 *gloſſ.*16. *num.* 1. *ſivè unic. Ricc. coll. dec.* 2767. *in principio, Rota coram Bich. dec.* 460. *num.* 16. *tom.* 2. *Anſald. dec.*93. *num.*63. *& in recentior. dec.* 51. *num.*8. *& dec.*367. *nu.* 2. *in fin. par.* 1. ideòque Clauſula illa: *quæ tamen de tempore Vnionis, Cura, Conventu, & Hoſpitalitate caruerint*, non eſt trahenda ad limitandas, ac reſtringendas, & (quod plus, ſeu pejus eſt) ad corrigendas præcedentes Conſtitutiones Apoſtolicas, quaſi quòd Sixtus V. Vrbanus VIII. & Clemens X. voluerint à quindenniis excipere Monaſteria etiam Virorum, & quæcumque alia Beneficia, quæ de tempore Vnionis haberent
53 Curam, Conventum, & Hoſpitalitatem; poſita namque ad augendum, non debent interpretari in diminutionem, ad *textum in l. cùm tale §. fin. ff. de cond. & demonſtr. l. legata inutiliter ff. de legat.* 1. *l. legata* 14. *ff. de adim. legat. Rota coram Emerix Jun. Decano dec.*1271. *n.*10.
54 immò de natura diſpoſitionis extenſivæ fit, ut includat omnia contenta in actu ampliato, & extenſo, *Mareſcott. var. reſolution. lib.*2. *cap.*94. *num.*61. *in fin. & num.* 62. *Rota in ſæpè allegata Virdunen. Abbatiæ §. Ea quoque, coram Molines.*

Quod ſtrictiùs evincitur, examinata intrinſecè ratione earundem Conſtitutionum, quæ ſunt ratio fundamentalis hujuſmodi ſolutionis quindenniorum; ideò per argumentum à contrario ſenſu excipiunt Monaſteria Monialium, quæ de tempore Unionis habebant Conventum, & Hoſpitalia, quæ habebant Curam
55 ægrotorum, aut Hoſpitalitatem, quia ex Monaſteriis Monialium de conſuetudine Curiæ nulla ſolvitur Annata, ut notant *Lotther. de re beneficiar. lib.*1. *quæſt.*26. *num.*63. ibi ,, etiamſi ,, non ſint taxata in libris Cameræ, ea ratione, quia pro hujuſmodi Proviſionibus, ,, quantumcumque fiant in Conſiſtorio, quæ ,, ad Abbatiſſatum promoventur, non ſolvunt ,, Commune, nec propterea fuit neceſſaria ,, taxatio; ſed tradunt Papæ (loco Annatæ) ,, unam veſtem lineam, ſivè Rocchettum, undè nec Proviſiones eæ ſubjiciuntur Regulæ ,, de valore &c. ,, *Ameyden de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*18. §.4. *de quindenn. num.*10. *in principio*, ibi ,, cùm illa non ſolvant Annatam &c. ,, *et in fin.* ibi ,, pro Monaſterio &c. non ſolvitur ,, Annata &c. ,, *Gomez Sarnen ad Regul.* 55. *Cancellar. de valor. in Præfation. in principio, verſiculo Nam videmus, & quæſtion.* 3. *per tot. ac ſignanter in principio, §. Solutio*, ibi ,, ,, cùm de Monaſteriis Monialium ex conſuetudine Curiæ, non ſoleat ſolvi Annata, ſed ,, unum Rocchettum &c. ,, *& in med. §. Tamen, in principio*, ibi ,, quia de illis Monaſteriis non ſolvitur Annata &c. Monaſteria Mo- ,, nialium hodiè non ſubjiciuntur Regulæ, ,, quia non ſolvunt, niſi Rocchettum Papæ pro ,, Annata &c. ,, *Maſſ Galleſ. de annat. num.* 8. *poſt med. verſic. Et debitum*, ibi ,, Et de Mo- ,, naſteriis Monialium nihil penitùs ſolvatur ,, &c. ,, *nu.*10. *in fin. §. Patet etiam, in fin.* ibi ,, ,, & addit, non debere ſolvi etiam pro permutatis, neque pro Monaſteriis Monialium &c. *& num.* 30. *propè fin. §. Ex hujus regulæ, in principio*, ibi ,, deducuntur &c. Monaſteria ,, Monialium, ſeu &c. illorum Abbatiſſatus, ,, pro quibus Annata non debetur, ſed quælibet Abbatiſſa dono dat ſolummodò veſtem ,, lineam, quam vulgò Rocchettum appellant, ,, ſeu certam modicam, pro eodem Rocchetto, pecuniarum ſummam &c. ,, *& §. Quod de Monaſteriis Monialium, in principio*, ibi ,, ,, Quod de Monaſteriis Monialium &c. dictum ,, eſt, intelligi debet, quòd in expeditione literarum ſuper illorum Proviſionibus, non ſolvitur Annata &c. ,, *& in fin. §. Eſt aliud, in principio*, ibi ,, pro quibus diximus, Annatam non ſolvi &c. ,, ſicut non ſolvitur An- 56
nata ex Hoſpitalibus, quæ dantur in meram adminiſtrationem, eorùmque fructus erogantur in uſum pauperum, ex *text. in Clement. quia contingit* 2 *de Religioſ. Domib. gloſſ. in Clement. ſi Beneficiorum* 2 *de Decim. Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. num.* 10. *in fin & num.* 11. *in princip.* ibi ,, pro ,, Hoſpitali habente Curam non ſolvitur Annata, quia adminiſtratio eſt quid manuale, ,, & omnes fructus ſunt addicti &c. ægrotis ,, &c. ,, *Gomez Sarnen. ad Regul.* 55. *Cancellar. de valor. in Præfation. in principio, verſiculo nam videmus*, ibi ,, Nam videmus, quod in ,, Beneficiis, in quibus non ſolvitur Annata, ,, non exprimitur valor, ut patet in &c. Hoſpitalibus datis in adminiſtrationem &c. ,, *& quæſt.* 4 *per tot. ac ſignanter in principio*, ibi ,, ,, Si Hoſpitale detur in adminiſtrationem, & ,, non in titulum, non requiritur mentio valoris, ſecùs ſi datur in titulum &c. videmus ex ,, ſtylo, quòd, quando Hoſpitalia dantur in ,, adminiſtrationem, ut fructus ejus diſtribuantur in pauperes, nulla fit expreſſio valoris. Secùs verò, ubi dantur in titulum Beneficii &c. ,, *Maſſ. Galleſ. de annatis num.* 30. *propè fin. §. Ex hujus regulæ, in principio*, ibi ,, ,, Ex hujus regulæ ſingulis partibus deducuntur ſpecies quædam, pro quibus non debe-

 ,, tur

,, tur Annata &c. Ex prima enim parte, ubi ,, dicitur, ſuper Proviſionibus Beneficiorum ,, deducuntur Hoſpitalia, quæ ſecundùm for- ,, mulam Conſtitutionis Clementis Papæ V. re- ,, genda committuntur &c. ,, *& §. Quod de Monaſteriis, in principio*, ibi ,, quod de Ho- ,, ſpitalibus dictum eſt, intelligi debet, quòd ,, in expeditione literarum ſuper illorum Pro- ,, viſionibus, non ſolvitur Annata &c. ,, *& in fin. §. Eſt alind quoque, in principio, verſiculo ſed ſi Beneficium*, ibi ,, ſed ſi Beneficium An- ,, natæ ſolutioni obnoxium, uniatur Hoſpitali, ,, vel Monaſterio Monialium, pro quibus dixi- ,, mus, Annatam non ſolvi, licet vacent, &
57 ,, conferantur &c. ,, niſi Adminiſtratio habeat fructus ſeparatos à Menſa ægrotorum, eaque detur in titulum, *Ameyden. loc. mox citat. n.* 11. *in principio*, ibi: *Quando verò adminiſtratio habet particulares fructus ſeparatos à menſa ægrotorum, ſolvitur Annata in Proviſione Admini-*
58 *ſtratoris &c.* quod ſecùs eſt quoad Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia Cura, Conventu, & Hoſpitalitate de tempore Unionis carentia, quæ, cùm evadant adinſtar Beneficiorum ſimplicium, atque ex eiſdem debeatur Annata in eorum Proviſione, ſequuta poſteà illorum Unione, debetur quindennium, ut, gloſſando dictas Conſtitutiones Sixtinam, & Urbanam, explicat *Amayden. ubi ſuprà nu.* 11. *in fin.* ibi: *Si verò Monaſterium hujuſmodi Conventu, & Hoſpitale careat Cura, tunc redditur adinſtar Beneficii ſimplicis, pro cujus ſolutione rectè exigitur quindennium &c.*

ARGUMENTUM.

Ex Præſtimoniis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex Præſtimoniis unitis etiam debentur quindennia.*
2 *Bullæ quindenniorum generaliter loquuntur de omnibus, & quibuſcumque Beneficiis, etiam qualificatis.*
3 *Lex generaliter loquens, generaliter venit intelligenda.*
4 *Lege non diſtinguente, nec nos diſtinguere debemus.*
5 *Præſtimonia non ſunt Beneficia.*
6 Hodiè *ſunt Beneficia.*
7 *Quidquid ſit, attento ſtatu antiquo.*
8 *Præſtimonium tanquàm verum Beneficium, ſubjacet* Regulæ 8. hodiè *9.* Cancellar. de Menſibus, & Regulæ 35 de annal.
9 *Immò hodiè eſt quædam Penſio titulata.*
10 *In impetratione alterius Beneficii eſt facienda mentio Præſtimonii.*
11 *Præſtimonium poſſidens tenetur ad* Horas Canonicas.
12 Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de Reformat. cap. 15. *compræhendit etiam Præſtimonium.*
13 *Inter Beneficia Eccleſiaſtica anumerantur quoque Præſtimonia.*
14 *Dictio* aliis *denotat ſimilitudinem, ac idem in qualitate.*
15 *Ponderatur* Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 5. de Reform. cap. 1. in principio, verſiculo de cætero, & ſeſſ. 14. de Reform. cap. 9.
16 *Præſtimonia cum Beneficiis ritè permutantur.*
17 *Si Præſtimonium non eſſet Beneficium, Præſtimoniarius nullius conſuetudinis præſidio indigeret ad teſtandum de fructibus ſui Præſtimonii.*
18 *Clericus liberè teſtari poteſt de Bonis liberis, ac patrimonialibus.*
19 *Præſtimonia tanquàm Beneficia, etiam ſunt incompatibilia.*

CAPITULUM CXX.

SUb emendicato prætextu, quòd Bullæ quindenniorum nec per ſomnium quidem verba faciunt de Præſtimoniis, putat manus mortua, ſed in irritum, ſe ſubtrahere poſſe à ſolutione quindenniorum, veruntamen Jura Annatiſtarum pro juſtitia tuendo, contrarium
firmamus, quòd ex Præſtimoniis annuum va- 1
lorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia; etenim ad hoc, ut Præſtimonia etiam compræhendantur, ſatis
eſt, quòd Bullæ quindenniorum generaliter lo- 2
quantur de omnibus, & quibuſcumque Beneficiis, etiam qualificatis, ut videre eſt in *Bulla 6. Pauli II.* §. 3. 4. 5. *& 6. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Bulla* 20. *Julii III.* §. 6. *eod. tom.* 1. *Bulla* 17. *Pauli IV.* §. 8. *&* 11. *eod. tom.* 1. *Bulla* 38. *S. Pii V.* §. 2. 3. *& 6. tom.* 2. *Bulla* 33. *Sixti V.* §. 1. 2. *&* 4. *eod. tom.* 2. *Bulla* 18. *Urbani VIII. in principio, juncto* §. 1. *&* 2. *tom.* 5. *& Bulla* 50. *Clementis X. in principio, juncto* §. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 9. *&* 10. *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt.*
Apoſt. in ordine la I. III. VI. VII. VIII. *&* XI. 3
lex autem generaliter loquens, generaliter venit intelligenda, *l.* 1. §. *Generaliter ff. de legat.*
præſtand. Barboſa axiom. 136. *nu.* 1. & lege non 4
diſtinguente, nec nos diſtinguere debemus, *Barboſa dict. loc. n.* 4.
Nec obſtat, quòd Præſtimonia non ſunt Be- 5
neficia Eccleſiaſtica, uti conſiſtentia in mera temporalitate, percipiendi nempè annuum proventum, vel ad ſummum ſunt Beneficia innominata, ac uti talia, non veniunt appellatione Beneficiorum; proindèque non cenſentur contemplata in Bullis quindenniorum loquentibus dumtaxat de veris, ac propriis Beneficiis, *Tondut. quæſt. Can. & benef. par.* 2. *cap.* 1. §. 8. *num.* 1. *cum ſeqq. Mandoſ. in Regul.* 16. *hodiè* 17. *Cancellar. de concurrent. in Dat. quæſt.* 38. *nu.* 7. *& in Regul.* 34. *hodiè* 35. *de annal. qu.* 12. *nu.* 1. *cum ſeqq. Tholoſan. ſyntag. Jur. par.* 2. *lib.* 15. *cap.* 30. *n.* 1. *in principio, & de re benefic. cap.* 11. *num.* 9. *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.* 5. §. 2. *num.* 2. *Mancin. de Sacro Jure controverſo diſſert.* 5. *cap.* 9. *n.* 1. *cum ſeqq. juncto nu.* 9. *Barboſa de Jure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 1. *cum ſeqq. Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 35. *num.* 7. *Gratian. diſc.* 397. *num.* 73. *ego in altero Tract. de quindenn. cap.* 50. *nu.* 568. *&* 569.
quippè attenta hodierna rerum ſemetria, ac 6
ſtatu, moderna Præſtimonia, præſertim in Hiſpania, ubi *Preſtamo*, vel *Preſtamera* nuncupantur, ſunt verè, ac propriè Beneficia, in titulum perpetuum, & collativum dari ſolita; nec non habentia annexum aliquod onus, ſeu obſe-

obſequium ſpirituale , nec niſi per Superiorem Eccleſiaſticum noſtris temporibus Proviſio Præſtimonii fit, quamvis præſentatio quandoque ſpectet ad laicum , neque poteſt Præſtimonia ſibi retinere is , qui debet illa conferre , nec de illis provideri poſſunt , niſi Clerici , & dantur propter Officium Divinum , ſuntque perpetua quoad eos , quibus conferuntur , conferunturque purè , & ſine pacto , vel conditione, nec pro aliquo commodo temporali : quæ omnes circumſtantiæ denotant certiſſima ſigna Beneficii Eccleſiaſtici ; & tanquam talia , procul dubio cadunt ſub Bullis quindenniorum loquentibus in genere de Beneficiis, *Maſſobr. in prax. hab.concurſ. prælud.*20. *n.*2. *cum ſeqq. ego*
7 *in altero Tract. de Quindenn. cap.*50. *n.*570. *&* 571. contrariæ autem auctoritates procedunt , attento ſtatu antiquo , quando nempè olim ab initio ipſa Præſtimonia à ſua primordiali origine fuerant inſtituta ad commodum ſtudentium , pròque ſubſidio contrà infideles , ad favorem laicorum militantium , ut diſtinguunt, *Oldrad. conſil.*81. *n.*2. *cum ſeqq. & conſil.*140. *n.*1. *verſic. nemo enim , & nn. ſeqq. Valenzuel. Velazquez conſil.*33. *art.*1. *n.*1. *cum ſeq. lib.*1. *Corrad. in prax. benef. lib.*1. *cap.*3. *n.*73. *cum ſeqq. ac ſignanter n.*77. *Tondut reſol. can. & benef. part.* 2. *cap.* 1. § 2. *n.*6. *ego loc. citat. n.*572.

8 Indè fit , quòd Præſtimonium tamquàm verum Beneficium hodiè ſubjacet , *Regulæ* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. & Regulæ* 34. *hodie* 35. *de annal. Gonzalez ad dict. Regul.* 8. *gloſſ.*5. §.2. *n.*11. *Barboſa de Epiſcop. part.*3. *alleg.*57. *n.*149. *Tondut. de Penſion. cap.*17. *n.*36. *& reſol. benef. part.*2. *cap.*1. §.8. *n.*7. *Chokier ad Regul.*32. *aliàs* 34. *hodie* 35. *Cancellar. de annal. n.*24. *in fin. ego loc. cit. n.*574. *&* 575. im-
9 mo hodie eſt quædam Penſio titulata , nec ampliùs hodiè appellandum eſt Præſtimonium illud , quod laicis tribuitur mero titulo temporali in cauſam ſtudiorum , militiæ , aut quamlibet aliam , *Mancin. de Sacro Jure controverſo diſſertat.*5. *cap.*9. *n.*14. *in fin. Moren. ad Bull. Innocentii XII. tract. moral. tit. Benefic. quæſt.*1. *dub.*9. *ego ſæpe laudat. loc. n.*576. *et* 577. hinc in
10 impetratione alterius Beneficii eſt facienda mentio Præſtimonii , quantumvis tenuis jam
11 obtenti , *ego n.*578. hinc Præſtimonium poſſidens, tenetur ad Horas Canonicas , juxta *Bullam* 138. *S. Pii V. Bullar. nov. Rom. tom.* 2. *Navarr. de Hor. Canonic. cap.*21. *n.*9. *et in manual. Confeſſ. cap.*25. *n.*180. *Fuſch. de viſitat. et regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.*20. *n.*22. *circà fin. et n.*23. *Garz. de benef. part.*1. *cap.*2. *n.*119. *Mancin. de Jure controverſo diſſertat.*5. *cap.*9. *n.*13. *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodie* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.*5. §.2. *n.*12. *verſic. ſufficeret tamen, Eſcobar à Corr. de Hor. Canonic. quæſtion.*3. §.5. *n.*2. *ego loco ſæpe relat. n.*579. hinc Decretum Conciliare *ſeſſ.*25. *de reformat. cap.*15. prohi-
12 bens , filium illegitimum obtinere Beneficium in Eccleſia , in qua pater miniſtravit , compræhendit etiam Præſtimonium , nè illud in eadem Eccleſia filius obtinere valeat , *Barboſa de jure Eccleſ. lib.*3. *cap.*8. *n.*15. *ego n.*580.

13 Undè videmus , quòd inter Beneficia Eccleſiaſtica anumerantur quoque Præſtimonia , in *cap. fin. de conceſſion. Præbend. in* 6. ubi poſt recenſita Præſtimonia , Canonicatus , & Parochiales Eccleſias , adjicitur myſterioſa Clauſula *& aliis quibuſcumque Beneficiis,* dum illa dictio 14
aliis denotat ſimilitudinem, ac idem in qualitate , *Gonzalez ad Regul.*8. *hodie* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.*5. §.2. *n.*7. ex qua ratione *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ.*5. *de reformat. cap.*1. 15
*in principio , verſiculo de cætero , & ſeſſ.*14. *de reformat. cap.* 9. meminit Præſtimoniorum in gradu , & cathegoria Beneficiorum ibi „ De „ cætero verò Præbenda , Præſtimonium , aut „ Stipendium hujuſmodi non niſi perſonis idoneis &c. conferantur , & aliter facta proviſio „ nulla ſit , & invalida &c. ubi nulla Præbenda , aut Præſtimonium , ſeu Stipendium hujuſmodi deputatum reperitur &c. etiamsi „ &c. ſimplicia Beneficia , ſeu Præſtimonia , „ aut Præſtimoniales Portiones fuerint , etiam „ ratione augendi cultum Divinum , aut numerum Beneficiatorum &c. alterius Diœceſis „ Beneficio &c. non uniantur &c. „ hinc Præ- 16
ſtimonia , cùm & ipſa vera Beneficia ſint , ritè permutantur cum Beneficiis , *Maſſobr. in prax. hab. concurſ. prælud.*20. *n.*12. *in fin. Chokier de permutation. Benefic. part.* 2. *cap.* 6. *n.* 2. *ego in altero Tract. de Quindenn. cap.*50. *n.* 585.

Aliàs, ſi Præſtimonium non eſſet Beneficium Eccleſiaſticum , profectò Eccleſia Calagurita- 17
na , aut alia , nullius conſuetudinis præſidio indigeret ad hoc , ut Præſtimoniarius de fructibus ſui Præſtimonii teſtari poſſet , prout indiguiſſe teſtatur , *Oldrad. conſil.*140. *per tot.* cùm tunc etiam Clericus de Jure poſſet teſtari, prout liberè teſtari poteſt de Bonis liberis , ac patri- 18
monialibus, *Bellet. diſquiſition. Cleric. part.*1. *tit. de Bon. Cler.*§.13. *n.*1. *ego loc. mox cit n.*587. hinc 19
eſt, quòd Præſtimonia tanquàm Beneficia, etiam ſunt incompatibilia ; ità , ut ab uno plura inſimul citra diſpenſationem Apoſtolicam obtineri nequeant , *Hojed. de incompatib. Benefic. par.*2. *cap.*8. *n.*8. *Maſſobr. in prax. hab. concurſ. prælud.*20. *n.*7.

ARGUMENTUM.

Ex Patrimoniis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus , Clericis conceſſis ſub conditione , quòd poſt eorum obitum remaneant tanquàm Præbendæ Eccleſiæ, manui mortuæ unitis , etiam adhùc debentur quindennia .

SUMMARIUM.

1 *Ex Patrimoniis Clericorum relictis ſub conditione , quòd illis defunctis , remaneant Præbendæ, ſi illa uniantur , debentur quindennia .*
2 *Eadem tali caſu evadunt Beneficia Eccleſiaſtica .*
3 *Ultimus ſtatus attendendus eſt in omni materia .*

CAPITULUM CXXI.

Viſo in *præcedenti Cap.* quòd ex Præſtimoniis debeantur quindennia, ſupereſt modò videndum , quòd ex Patrimoniis Clericorum illa

1 illa quoque debeantur, firmando, quòd ex Patrimoniis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Clericis conceſſis ſub conditione, quòd poſt eorum obitum remaneant tanquàm Præbendæ Eccleſiæ, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quin-
2 dennia; etenim, adjecta tali conditione, inficiari nequit, evadere Beneficia Eccleſiaſtica, ſicque tanquam talia includi in Bullis quindenniorum generaliter de omnibus Beneficiis loquentibus, *Gonzalez in Regul.8. hodie 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ.5. §.10. ſub n.19.* ibi ,, quòd ſi concederetur Patrimonium Clerico, ut, eo defuncto, remaneret tanquàm Præbenda Eccleſiæ &c. tunc eſſet Beneficium Eccleſiaſticum &c. ,, *& gloſſ.9.§.1. n.8.* ibi ,, quòd dicantur Beneficia Patrimonialia, eo quòd ab aliquibus data fuerunt ordinandis Bona de proprio Patrimonio, ut ad titulum illorum ordinarentur, & in poſterum titularia Beneficia remanerent, & ſic de Patrimoniis efficiuntur tituli perpetui Beneficiorum &c. ,, *Mandoſ. in Regul.19. Cancellar. de viginti, aliàs de infirmis, quæſtion.15. n.7.* ibi ,, negari non poteſt, Patrimonialia Beneficia, quæ hodie dantur in titulum perpetui Beneficii, eſſe verè, & realiter perpetua Beneficia Eccleſiaſtica &c ,, *n.15. in fin.* ibi ,, licet tàm Jura, quàm Doctores concedant, Patrimonium converti poſſe in titulum Beneficii, ſeu in Præbendam ,, *& n.17. in principio*, ibi ,, quòd dicantur Beneficia Patrimonialia, eo quòd ab aliquibus ſuper eorum Patrimonio inſtituta ſint, ſeu Patrimonium Beneficiis aſſignatum fuit in titulum Patrimonii, & ſic de Patrimoniis effecti fuerint tituli perpetui Beneficiorum &c.

Nec obſtat à ſua origine hujuſmodi Patrimonia Clericorum, antequàm decedant, non ſunt Beneficia, quippe ſatis eſt, quòd poſt eorum deceſſum efficiantur Beneficia ob dictam conditionem, ſicque quòd de tempore Unionis
3 jam reperiantur in ſtatu collativo, cùm ultimus ſtatus attendendus ſit in omni materia, prout etiam beneficiali, *Gonzalez ad Regul.8. hodie 9. Cancellar. reſervator. Menſ. gloſſ.45. §.2. n.14. Card. de Luca de feud. diſcurſ.127. n.26. & de Benefic. diſcurſ. 14. n. 3. & 18. & diſcurſ. 29. n. 24.*

ARGUMENTUM.

Ex Decimis Regiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Beneficiis Parochialibus applicatis, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper dictis Decimis, ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Quamplura Beneficia, præſertim in Hiſpania, & Luſitania, conſiſtunt etiam in Decimis.*

2 *Expenditur* Bulla 50. Clementis X. §. 7. in fin. §.9. in fin. & §.11. in fin. Bullar. nov. Rom. tom.6.

3 *Generalis diſpoſitio omnes ſpecies compræhendit.*

4 *Bullæ quindenniorum non ſolùm ſibi locum vindicant, quando perpetuò uniuntur ipſamet Beneficia manibus mortuis, ſed etiam quando illis applicantur fructus alterius Beneficii.*

5 *Ex perpetua Penſione manui mortuæ reſervata etiam debetur quindennium.*

6 *Penſio in ſe non eſt rigoroſè fructus Beneficii.*

7 *In Hiſpalen. Diœceſi nullæ adſunt Parochiæ diſtinctæ, ſed Archiepiſcopus eſt ſolus Parochus univerſalis, adminiſtrans Curam Animarum per Curatos ad nutum amovibiles.*

8 *Iſti ſunt ſimplices Adminiſtri.*

9 *Tales Parochiales in rigore non ſunt Beneficia, ſed tantùm Officia ad exercendam Curam nomine Diœceſani.*

10 *Omnes Decimæ ſuper Parochialibus hujuſmodi impoſitæ de Jure competunt Diœceſano uti Parocho univerſali.*

11 *Epiſcopatus tamquàm taxatus in libris Cameræ, eſt de illis Beneficiis, quæ ſolvunt Commune, & Minutum Servitium.*

12 *In Proviſione Epiſcopatus, cui debentur iſtæ Decimæ, exigitur per Cancellariam Apoſtolicam integra Taxa, non deducta rata tangente Unionem, & applicationem Decimarum.*

13 *In expeditione deduci ſolet tertia pars Taxæ pro omnibus Penſionibus, & reſervationibus fructuum juxta Cedulam Conſiſtorialem.*

CAPITULUM CXXII.

PRæmiſſo, quòd, præſertim in Hiſpania, 1
& Luſitania noſtra, quamplura Beneficia conſiſtant etiam in Decimis, *Rota coram Gregor.XV. deciſ.397. n.1. ac per tot.Carill.deciſ.83. n.8. Bich. deciſ.382. n.10. tom.1. & in recentior. deciſ.468. part.9. tom.2.* cùm igitur in Hiſpaniis applicari ſoleant Decimæ Beneficiis Parochialibus, facilè contingere poteſt, quòd iſtæ uniantur manui mortuæ, quæ ſub prætextu fructuum Decimalium forſan prætendat eximi à ſolutione quindenniorum; attamen contrarium reſolvimus in præſenti, quòd ex Decimis Regiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Beneficiis Parochialibus applicatis, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper dictis Decimis ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia; Decimæ namque ſuper Beneficiis impoſitæ, verè, ac propriè ſunt fructus Beneficiorum, proindèque compræhenſæ etiam ſub Conſtitutionibus Apoſtolicis quindenniorum ſolutionem generaliter præſcribentibus, cum peculiari phraſi denotante quodcumque genus fructuum beneficialium ob effrænatiſſimam, ac prægnantiſſimam loquutionem, quæ evidenter 2
depræhenditur, præſertim ex *Bulla* 50. *Clementis X. §.7. in fin.§.9. in fin. & §.11. in fin. Bullar. nov. Rom. tom.6. repetit. poſt Tract. inter Conſtit. Apoſtol. in ordine la XI.* ibi ,, ſtatuimus, & decernimus &c. utcumque per quæcumque Loca Pia &c. ratione Penſionum perpetuarum

,, rum &c. ſuper quorumcumque Beneficiorum
,, Eccleſiaſticorum &c. fructibus, juribus,
,, obventionibus, & emolumentis univerſis &c.
,, reſervatarum, & impoſterum &c. reſervan-
,, darum &c. perſolvere debeant, & teneantur,
,, motu pari &c. nec non fructuum, reddi-
,, tuum; & proventuum Beneficiorum Eccle-
3 ,, ſiaſticorum, & Penſionum &c.,, ità, ut ge-
neralis diſpoſitio omnes ſpecies compræhendat,
*ad textum in l. ſi chorus ff. de legat.3. l. ſi duo ff.
de adminiſtrat. tut. l.1.§. generaliter ff. de legat.
præſtand. l. in fraudem §. fin. ff. de Militar. teſta-
ment. Barboſa axiom.*106. *num.*1. *cum ſeqq. ac
ſignanter n.*15. *D. Advoc. Urſaya diſcept. Eccleſ.
tom.*3. *part.*1. *diſcept.*24. *n.*15. quæ quidem
Conſtitutiones Apoſtolicæ non ſolùm ſibi lo-
4 cum vindicant, quando perpetuò uniuntur
ipſamet Beneficia manibus mortuis, ſed etiam
quando illis applicantur (prout in hypotheſi)
fructus alterius Beneficii, quales ſunt Decimæ,
Capon. controv. forenſ. controv. 32. *n.*22. *cum
ſeqq.* ibi ,, Capitulum, et Canonici &c. pro
,, quindennio Unionis Parochialis Eccleſiæ &c.
,, ac applicationis medietatis fructuum ruralis
,, Eccleſiæ &c. et aliorum, quorum Duca-
,, ta 300. nec non quorundam prædiorum, ſeu
,, redditnum, et emolumentorum &c. valoris
,, annuorum Ducatorum 50. Item redditus,
,, et proventus, quos Camera Apoſtolica in
,, S. Savino inter Tuſculanum, et Martium
,, percipere conſuevit, qui pariter valoris an-
,, nuorum Ducatorum 100. et ſic in totum pro
,, valore Ducatorum 450. ſub Datum 1369.
,, II. Kalend. Novembris anno VII. Urbani Pa-
,, pæ V. et ſolvunt ſemper, et ſolverunt quin-
,, dennia &c.,, *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.*1.
*cap.*18. §.3. *de annat. ſub n.*56. *in principio*,
ibi ,, ſolet etiam aliquando inter Sacrum
,, Collegium Cardinalium, et Officiales Can-
,, cellariæ oriri difficultas in applicatione fru-
,, ctuum, ſivè partis, quando fiunt Beneficio
,, taxato, nam diſputatur hoc caſu, an ſit ſol-
,, vendum Commune, vel Annata &c. Caſus
,, autem erat, quòd aliàs à fel. rec. Paulo V.
,, fuerunt diſmembratæ duæ ex tribus partibus
,, fructuum; quæ ad Ducata ſexcentum expri-
,, mebantur, à Prioratu S. Michaelis loci de
,, Eſcla, Ordinis S. Auguſtini, Legionen. Diœ-
,, ceſis, et applicatæ Domui, & Fratribus San-
,, cti Dominici loci de Trianos dictæ Diœce-
,, ſis &c. et quoniam applicatio hujuſmodi ef-
,, fectum ſortitura erat poſt obitum q. Martini
,, Cardenes tunc Prioris, literæ fuerunt expe-
,, ditæ in Cancellaria, et relaxatæ ſub ſolita
,, obligatione de ſolvendo Annatam debitam,
,, quando applicatio hujuſmodi ſuum fuiſſet
,, ſortita effectum; et deindè quindennia ſuis
,, temporibus debita; ſucceſſit obitus dicti
,, Martini, et fuit factus locus applicationi, et
,, per conſequens ſolutioni Annatæ; diſputaba-
,, tur inter Sacrum Collegium, et Officiales,
,, an ſolvendum eſſet Commune &c. an potiùs
,, Annata &c. effectus dubii pendebat ex eo, an
,, applicatio eſſet facta Monaſterio taxato, ſeu
,, potiùs non taxato &c.,, *& in fin. dicti n.*56.
,, §. *Quartò*, ibi ,, nihil tamen Sacrum Colle-
,, gium percipit ex literis Unionis, ſeu appli-
,, cationis fructuum uniti Beneficii non taxati
,, in Camera Apoſtolica, ſed in hujuſmodi ex-
,, peditione pro illa prima Annata ſolvitur ad
,, rationem valoris integrè Officialibus Cancel-
,, lariæ &c. quia de tempore applicationis Be-
,, neficium, ſivè fructus illius, qui applicantur,
,, nondùm ſunt de taxatis in libris Cameræ,
,, de quibus ſolis participat Sacrum Colle-
,, gium &c.

Indè fit, quòd etiam in fortioribus terminis, 5
ex perpetua Penſione manui mortuæ applicata
debetur quindennium, ad formam mox laudati
Brevis Clementini in §.7.8.9.10. *&* 11. quan- 6
tumvis Penſio in ſe non ſit rigoroſè fructus Be-
neficii, nec à Penſionario illa percipiatur tan-
quàm fructus ipſius Beneficii, ſed ſolvatur à Ti-
tulari in pecunia, quaſi, quòd illa ſit quid tem-
porale, et à titulo Beneficii ſeparata, nihilque
habens ſpiritualitatis, nec connexionis cum
ipſo titulo Beneficii, *Tondut. de Penſion. Eccleſ.
cap.*17. *n.*23. *cum ſeqq. Rota coram Merlin. de-
ciſ.*732. *n.*1. *tom.*2. *Gregor. XV. deciſ.*403. *n.*2.
*Verall. aliàs Caputaqu. deciſ.*99. *per tot. part.*1.
Buratt. *deciſ.*469. *nu.*1. *ubi Adden. litera A. &
deciſ.*520. *n.*1. *tom.*1.

Quibus adſtipulatur notabiliſſima circum-
ſtantia, quòd in Hiſpania, ac præſertim in Hi-
ſpalen. Diœceſi nullæ adſint Parochiæ diſtinctæ, 7
ſed quòd ibidem Archiepiſcopus eſt ſolus Paro-
chus univerſalis, adminiſtrans Curam Anima-
rum per Curatos ad nutum amovibiles, *Rota
poſt Poſth. de manut. deciſ.*166. *n.*16. *& in recen-
tior. deciſ.*480. *n.*2. *part.*1. *deciſ.*22. *num.*1. *de-
ciſ.*128. *n.*5. *& deciſ.*180. *n.*9. *part.*7. qui qui- 8
dem Parochi ad exercitium Curæ Animarum
deputati, ſunt ſimplices adminiſtri, et ſervito-
res, ſeu Adjutores Archiepiſcopi in exercitio
Curæ, certum habentes ſtipendium, *Rota coram
Peutinger. deciſ.*15. *num.*26. *cum ſeqq. ſignanter
n.*48. *cum ſeqq. deciſ.*53. *n.*61. *& deciſ.*85. *n.*23. 9
cum ſeqq. proindeque Parochiales hujuſmodi in
rigore non ſunt Beneficia, ſed tantùm Officia
ad exercendam Curam nomine Diœceſani, ſeu
Vicariæ temporales, quæ non conferuntur in
titulum, *Rota coram Peutinger. mox citat. de-
ciſ.*15. *n.*46. *cum ſeqq. & deciſ.*53. *n.*72. *cum ſeq.*
omnes propterea Decimæ ſuper Parochialibus 10
hujuſmodi impoſitæ, de Jure competunt Diœ-
ceſano uti Parocho univerſali, *Rota coram Card.
Cerr. deciſ.*607. *n.*2. *Bich. deciſ.*386. *num.*1. *& in
recentior. deciſ.*128. *nu.*5. *& deciſ.*180. *num.*10.
*part.*7. *deciſ.* 302. *n.*1. *part.*9. *tom.*1. *deciſ.*101.
*in principio, part.*10. *deciſ.*201. *n.*6. *& deciſ.*344.
in principio, *part.*13. *deciſ.*498. *nu.*5. *cum ſeqq.
part.*19. *tom.*2. ità, ut Unio Decimarum, vel
reſervatio perpetuarum Penſionum ſuper Deci-
mis non dicatur facta ab ipſis Parochialibus,
ſed ab ipſa Menſa Epiſcopali, et conſequenter 11
cùm Epiſcopatus tanquàm taxatus in libris Ca-
meræ Apoſtolicæ, ſit de illis Beneficiis, quæ
ſolvunt Commune, et Minutum Servitium, ſe-
quuta tali Unione ad favorem manus mortuæ,
indubitati Juris eſt, intrare quindennium, ità
mandantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis,
communibus DD. traditionibus, et inveterata
praxi Sedis Apoſtolicæ, *Maſſ. Galleſ. de Annat.
n.*30. *in fin.* §. *Eſt aliud quoque Annatæ nomen, in
principio*, *Fragnan. in cap. præterea* 1. *n.*13. *cum
ſeqq. nè Prælat. vic. ſuas, Card. de Luca de Bene-
fic. diſcurſ.*89. *n.*3.

In nihilum relevante, quòd in Proviſione 12
Epi-

Epiſcopatus, cui debentur iſtæ Decimæ, exigatur per Cancellariam Apoſtolicam integra Taxa, non deducta proportionabili rata tangente Unionem, et applicationem Decima-
13 rum; quia immo in expeditione deduci ſolet tertia pars Taxæ pro omnibus Penſionibus, & reſervationibus fructuum juxta Cedulam Conſiſtorialem, ultrà quam deductionem Cancellaria ad nihil ampliùs tenetur, *Maſſ. Galleſ. de Annat. n.30. propè fin. §. Quod de Monaſteriis, verſiculo & proviſo de Eccleſia.*

ARGUMENTUM.

Ex Cameris, Ædibus, ſeu Domibus Canonicalibus, ſivè Præbendalibus, ſeu Portionalibus, aut Prædiis, vel membris, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, vigore Statuti, vel conſuetudinis optabilibus, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex Cameris Canonicalibus unitis debentur quindennia.*
2 *Per reſervationem Canonicatus optione fruentis tollitur jus optandi Domum Canonicalem, quando iſta perpetuò inſeparabiliter annexa eſt Canonicatui.*
3 *Per unionem tollitur idem jus.*
4 *Acceſſorium ſequi debet naturam ſui principalis.*

CAPITULUM CXXIII.

IN Caſu, quo Domus Canonicales, ſeu Præbendales, aut Portionales, aliàs optabiles, ſint perpetuò inſeparabiliter annexæ Canonicatibus, ſeu Præbendis, Dignitalibus, ſive Por-
1 tionibus, & uniantur, monemus, quòd ex Cameris, Ædibus, ſeu Domibus Canonicalibus, ſivè Præbendalibus, ſeu Portionalibus, aut Prædiis, vel membris annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, vigore Statuti, vel conſuetudinis optabilibus, manui mortuæ unitis, etiam adhùc debentur
2 quindennia; quippe eo fermè modo, quo per reſervationem Canonicatus, vel Portionis, optione hujuſmodi fruentis tollitur jus optandi Domum Canonicalem, ſeu Portionalem, quando iſta perpetuò inſeparabiliter annexa eſt Canonicatui, vel Portioni, *Card. Zabarell. conſil. 16. per tot. Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. reſervator. Menſ. gloſſ.34. n.30. cum ſeqq. Monet. de option. cap.3. quæſt.2. num.8. & quæſt.3. num.47. Falcon. de reſervation. quæſt.4. principal. effect.39. Tondut. reſol. canon. & benef. part.1. cap.110. num.6. Garz.* de Benef. *part.5. cap.1. num.457. cum ſeqq. Lotther. de re benef. lib.1. quæſt.19. n.22. cum ſeqq. Rot. coram Gregor. XV. deciſ.478. n.2. & 5. ubi Adden. num.6. Buratt. deciſ.390. num.7. tom.1. & in recentior. deciſ.142. n.3. & 4. part.2. tom.1. ac poſt Chokier de permutation.* Benefic. *deciſ.2. n.3. cum ſeqq.*
3 tollitur etiam per Unionem idem jus optandi, cùmque per annexionem hujuſmodi, Domus Canonicalis, ſeu Portionalis participet quodammodò de ſpiritualitate ipſius Canonicatus reſpectu Canoniæ, Dignitatis, ſeu Portionis, cui perpetuò annectitur, æquum eſt, quòd de Domo Canonicali, ſeu Portionali manui mortuæ unita ſolvatur quindennium, prout illud ſolvitur de Beneficio unito, quod eſt principale, juxta Bullas quindenniorum, ut patet ad ſenſum: ſequi enim debet naturam ſui principalis, 4
tanquàm individuum conſtituens per incorporationem, immo ejuſmodi annexionis ratione Camera Canonicalis, ſeu Portionalis deſinit eſſe temporalis, & efficitur, ac evadit ſpiritualis, nec divelli, ſeu per momentum ſeparari valens, ex regula *cap. acceſſorium de regul. jur. in 6.* & in noſtris puris terminis *Card. Zabarella conſil.16. num.1. & 2. Abb. in cap. majoribus num.4. de Præbend. Monet. de option. cap.3. quæſtion.2. n.8. & quæſtion.3. num.47. in principio, §. & quidem ſi Domus, Lotther. de re benef. lib.2. quæſt.25. num.55. Pignatell. conſult. canonic. tom 5. conſult.74. num.3. Antonell. de regim. Eccleſ. lib.3. cap. ult. n.10. Tondut.* de Penſion *cap.22. nu.13. Card. de Luca eod. tract. diſc.15. n.2. & 3. & diſcurſ.76. n.6. bon. mem. R.P.D.* Piton. *diſcept. Eccleſ. part.1. diſcept.10. n.22. Panimoll. deciſ.33. n.20. Adden. ad Ludoviſ. deciſ.76. num.6. in fin. Rot. coram Manzaned. deciſ 81. n.5. & 6. Dunozet. Sen. deciſ.229. nu.24. Peutinger. deciſ.144. n.2. & deciſ.387. n.6. & 7. deciſ.13. nu.3. & 4. poſt Remocamp. de Coadjutor. ac in recentior. deciſ.138. per tot. & ſignanter n.10. part.8.*

ARGUMENTUM.

Ex Penſionibus annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, ſuper fructibus Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, ſive Patriarchatus, Abbatiarum, ſeu Monaſteriorum, aliorùmque quorumcumque Beneficiorum Conſiſtorialium, ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 Clemens X. Conſtitutione 50. Bullar. nov. Rom. tom.6. *ſubjicit quindenniis Penſiones reſervatas ſuper quibuſcumque Beneficiis.*
2 *Etiam ex Penſionibus reſervatis ſuper fructibus Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, & Patriarchatus debentur quindennia.*
3 *Iſti non veniunt ſub nomine* Beneficiorum, *ſed potiùs ſunt majora* Beneficia.
4 *Quindennia introducta fuerunt ad reparandum damnum amiſſarum Annatarum ex defectu vacationum* Beneficiorum.
5 Clemens X. in dicta Conſtitutione 50. *ſtatuit, ſolvenda eſſe quindennia etiam ex perpetuis Penſionibus.*
6 *Quindennia ſubrogata in locum Annatarum.*
7 Innocentius X. Conſtitutione 30. §. 1. Bullar. nov. Rom. tom.5. *eximit Capitulum Sanctæ Mariæ Majoris de urbe à quindenniis pro Penſionibus re-*

reſervatis ſuper fructibus Epiſcopatuum Mazzarien., & Cathanien.
8 *Conſtitutio non debet aliquid continere ſuperfluum.*
9 Innocentius X. *fuit Juris peritiſſimus.*
10 *Laus ejuſdem* Innocentii X.
11 *In Conſtitutione Pontificis Juriſconſulti omnia verba ſunt myſterioſa.*
12 *A' conceſſa exemptione quindenniorum benè infertur ad illorum debitum.*
13 *Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, & Patriarchatus non veniunt ſub nomine Beneficiorum.*
14 *Hæc regula procedit in materia præjudiciali Epiſcopis, Archiepiſcopis, ſeu Patriarchis.*
15 *Eadem procedit in materia pœnali.*
16 *Quindenniorum materia potiùs dicenda eſt favorabilis, uti reſpiciens favorem Cameræ Apoſtolicæ, introducta ex cauſa juſtiſſima.*
17 *Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, ſeu Patriarchatus enumerantur inter majora Beneficia.*
18 *Epiſcopatus differenti modo à reliquis Beneficiis providentur, conſiſtorialiter nempè.*
19 *De Epiſcopatu, ad inſtar Beneficii, Annata, Commune Servitium nuncupata, ſolvitur.*
20 *Annata ſolummodò ex Beneficiis debetur juxta* Conſtitutionem 33. Clementis VII. Bullar. nov. Rom. tom.1.
21 *Affertur Reſolutio Cameralis pro ſolutione quindennii ex Penſione reſervata manui mortuæ ſuper Menſa Epiſcopali.*
22 *Sententia lata ſuper ſtatu, afficit omnes caſus ſimiles.*
23 *Et omninò attendenda venit pro decidendis ſimilibus controverſiis.*
24 *Expenditur* Conſtitutio 50. Clementis X. Bullar. nov. Rom. tom.*6*.
25 *Epiſcopatus eſt ſupremum Beneficium.*
26 *Et ſummum Beneficium.*
27 *Inter* Beneficia *Eccleſiaſtica computatur.*
28 *Dictiones univerſales quid importent.*
29 *Iſtæ adhiberi ſolent in Indultis transferendi Penſiones concedi ſolitis Conclaviſtis, ac Dapiferis.*
30 *Explicantur* Bulla 1. Gregorii XV. Bullar. nov. Rom. tom.3. & Bulla 10. Urbani VIII. tom.4.
31 *Penſiones reſervatæ ſuper Epiſcopatibus, & Archiepiſcopatibus continentur in Indultis Conclaviſtarum, & Dapiferorum.*
32 *Ex ſtylo Cancellariæ, ac Datariæ Apoſtolicæ valdè arguitur, quid veniat ſub nomine quorumcumque* Beneficiorum *quomodolibet qualificatorum.*
33 *Facultas transferendi Penſiones, ſtrictiſſimè interpretanda eſt.*
34 *Appellatione* Beneficii *quando veniat quoque Epſcopatus.*
35 *Collatio Epiſcopatuum ſemper fixè, ac invariabiliter ſpectat ad Papam.*
36 *Collatio* Beneficiorum *inferiorum, ſeu non Conſiſtorialium quandoque ſpectat ad Ordinarium Collatorem.*
37 *Explicatur* Bulla 50. Clementis X. Bullar. nov. Rom. tom.*6*.
38 *Expenditur* Bulla 30. Innocentii X. §. 21. Bullar. nov. Rom. tom. 5.
39 *Quindennia ſunt Jura inſignia S. Sedis, in recognitionem univerſalis dominii.*
40 *In ſolutione quindennii non admittitur alius pro alio, invitis Annatiſtis, ſed idem debitor quindennii tenetur ſolvere, & Dominum recognoſcere.*
41 *Si Epiſcopus ſolvit integram Annatam, non deducta Penſione, datur ejus hæredi, pro quantitate indebita, repetitio, ſeu condictio indebiti.*
42 *Non datur compenſatio à debito proprio ad creditum alterius.*
43 *Adducitur abſurdum.*
44 *Ponderatur Reſolutio Cameralis, de qua ſuprà* num. 21.
45 *Expenduntur* Bullæ *quindenniorum.*
46 *Poſt* Conſtitutionem 50. Clementis X. §. 7. 8. 9. 10. & 11. Bullar. nov. Rom. tom. *6. evanuit quælibet controverſia, an Bullæ quindenniorum intrarent etiam in reſervationibus Penſionum.*
47 *Ejus eſt legem declarare, cujus eſt condere.*
48 *Clauſula* ſublata, & Decretum irritans *operantur, quòd ſublata ſit omnis poteſtas aliter judicandi, ac interpretandi.*
49 *Sub nomine quindenniorum utpotè generali comprehenduntur tàm Annatæ, quàm Communia, & Minuta Servitia.*
50 *Annatam* Bonifacianam *non percipit Sacrum Collegium Cardinalium.*
51 *Cùm aliquid diſponitur, in cujus neceſſarium antecedens venit aliud, idem eſt, ac ſi fuiſſet literaliter explicatum, ac expreſſum.*
52 *Exactio quindenniorum promanat à recognitione univerſalis dominii penès Papam.*
53 *Ratio in lege expreſſa ejus eſt potentiæ, ut determinet omnes penitùs caſus ſub ratione compræhenſos, etiam ad correctionem Juris communis.*
54 *Collatio Epiſcopatuum, aliorùmque* Beneficiorum *Conſiſtorialium ſemper ſpectat ad S. Sedem.*
55 *Collatio* Beneficiorum *inferiorum, ſeu non Conſiſtorialium non ſemper ſpectat ad S. Sedem, ſed ſæpè ad Ordinarios Collatores.*
56 *Sola identitas, multòque magis majoritas rationis juſtam præbent interpretationem compræhenſivam caſus ſimilis.*
57 *Affertur Reſolutio Cameralis, de qua ſuprà* n. 21. & 44.
58 *Sententia lata ſuper ſtatu, & cauſa univerſali, facit jus quoad omnes etiam non citatos.*
59 *Duplicata Annata exigi nequit.*
60 *Taxa* Beneficiorum *Conſiſtorialium eſt tertia pars veri eorum valoris.*
61 Beneficia *Germaniæ exprimuntur in ſolis Ducatis XXIV.*
62 *Nec pro illis ſolvitur Annata.*
63 *Idèmque plerumque practicatur in Canonicatibus Hiſpaniæ.*
64 *Ex Penſione debetur quindennium.*
65 *Expenditur* Conſtitutio 50. Clementis X. §. 7. in fin. Bullar. nov. Rom. tom. *6*.
66 *Quo Jure exigatur Annata à Penſionario, & à Titulari.*
67 *Reſervatio Penſionis exorbitat à Jure communi.*
68 *Perpetuæ Penſionum applicationes redolent ſpeciem diſmembrationis in Concilio Turonen. prohibitæ.*
69 *In his gratiis Summi* Pontifices *procedunt ex Jure ſpeciali, ac extraordinario.*
70 *Si Penſio reſervetur, Beneficio pleno, tunc reſervatio dicitur ſine cauſa.*
71 *Quò difficilior eſt gratia, eo majus onus injungitur.*
72 *Dictio* inſuper etiam *eſt continuativa.*
73 *Dictio* autem *præcedentia modificat, & reſtringit.*
74 *Hæc regula quando procedat.*
75 *Capitulum Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitanæ exemptum fuit à quindenniis per Gregorium XIII.*
76 *Reſpondetur ad ſtylum expediendi Penſiones perpetuas.*

77 Conſtitutio 50. Clementis X. Bullar. nov. Rom. tom. *6. tamquàm edita per viam declarationis, affecit Penſiones antecedenter applicatas.*
78 *Dicta* Conſtitutio *ponderatur.*
79 *Iterùm ponderatur dicta* Conſtitutio.
80 *Materia quindennialis potiùs armonicè, ſeu uniformiter practicari poteſt.*
81 *Super quo affertur Decretum* Pauli V.
82 *Quindennia introducta fuerunt ad reparandum damnum Annatiſtarum.*
83 *Declaratur ſupradicta* Conſtitutio Clementina.
84 *Argumentum à ratione legis valet interdum ad ejus extenſionem, ac interpretationem.*

CAPITULUM CXXIV.

ABſolutis tandem caſibus, in quibus debentur quindennia ex Beneficiis manui mortuæ unitis, modò ſequuntur caſus, in quibus debentur quindennia ex Penſionibus manui mortuæ reſervatis. Articulus ſanè ſingularis, ac utilis profertur in medium ſuper controverſia de facili oritura, occaſione *Conſtitutionis* 50. *Clementis X.* §. 7. *circà fin.* §. 8. §. 9. §. 10. *in fin.* & §. 11. *antè, & poſt med. Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in or-*
1 *dine la XI.* ſubjicientis quindenniis perpetuas Penſiones reſervatas ſuper quibuſcumque Beneficiis favore manus mortuæ, nihil tamen declarantis de reſervatione perpetuarum Penſionum hujuſmodi ſuper fructibus Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, ſeu Patriarchatus.

Cùm igitur, ſicuti ſæpiùs ſolent Pontifices, præſertim favore S. R. E. Cardinalium, aut aliarum perſonarum benemerentium, ſignanter Palatinorum, vel ſimilium reſervare temporales, ac vitalitias Penſiones ſuper fructibus Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, vel Patriarchatus, ità quoque ſoleant quandoque in locum Unionis Beneficiorum, perpetuas reſervare Penſiones favore manus mortuæ ſuper hujuſcemodi fructibus, ambigi datur, utrùm ex Penſionibus ſuper talibus fructibus ſit locus quindenniis, quantumvis memorata *Conſtitutio Clementina* nec per umbram quidem loquatur de tali reſervatione: & affirmativè reſolvimus in præſenti,
2 quòd ex Penſionibus annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, ſuper fructibus Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, ſivè Patriarchatus, Abbatiarum, ſeu Monaſteriorum, aliorùmque quorumcumque Beneficiorum Conſiſtorialium, ad favorem manus mortuæ reſervatis, etiam adhùc debentur quinden-
3 nia; etiamſi iſti non veniant ſub nomine Beneficiorum, vel potiùs ſint Majora Beneficia, ut monemus infrà *num.* 13. & 17. occaſione reſpondendi ejuſmodi animadverſioni: eo enim modo, quo Penſio temporalis, ſeu vitalitia reſervata ſuper fructibus Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, ſivè Patriarchatus ad favorem privati, procul dubio ſubjacet Annatæ, à fortiori perpetua Penſio reſervata ſuper eiſdem fructibus ad favorem manus mortuæ, ſubjacere etiam debet quindennio, cùm ſemper verum ſit, quòd Annatiſtæ ob ſolam talem perpetuam reſervationem cum effectu amittant omnem ſpem futurarum Annatarum ex defectu ſucceſſivarum vacationum, quarum occaſione novæ reſervationes Penſionum fieri poſſent ſuper eiſdem fructibus Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, ſeu Patriarchatus; ad quod notabile removen- 4
dum detrimentum ex perpetuitate Penſionum, in illius reparationem approbaſſe uſum quindenniorum pro Beneficiis manui mortuæ unitis profitentur Pontifices, ut legere eſt in *Conſtitutione 6.* Pauli *II.* §. 2. 3. 4. & 5. *Bullar. nov. Rom. tom.*1. *Conſtitutione* 20. *Julii III. in principio, juncto* §.1. *antè med.* & §.5. *eod. tom.*1. *Conſtitutione* 38. *S. Pii V.* §.3. *in principio, & antè med. tom.* 2. *Conſtitutione* 33. *Sixti V. in principio, juncto* §.2. *eod. tom.*2. *Conſtitutione* 18. *Urbani VIII. in principio, tom.* 5. & *Conſtitutione* 50. *Clementis X. in principio, juncto* §. 1. *in fin.* §.3. *in principio, &* §.5. *in principio, tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſt. in ordine la* I. III. VI. VII. VIII. & XI. proindèque ex eadem ratione conſulendi indemnitati Annati- 5
ſtarum, *Clemens X.* prudentiſſimè ſtatuit, ſolvenda eſſe quindennia etiam pro perpetuis Penſionibus manui mortuæ reſervatis.

Idèmque profectò damnum Cameræ, Cardinalium, & Annatiſtarum conſideratur in perpetuis Penſionibus ſuper fructibus Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, ſeu Patriarchatus, quod conſideratur in perpetuis Penſionibus ſuper fructibus Beneficiorum, cùm tàm in uno, quàm in alio caſu inducatur palpabiliſſima perpetuitas, & ſucceſſivarum vacationum deficientia, cui obviari nequit, niſi mediantibus quindenniis ſubrogatis in locum Annatarum, quæ ſol- 6
verentur, ſi Penſiones vacarent, prout ſolverentur ex Beneficiis, ſi Beneficia vacarent, & unita non eſſent, ex per nos fusiùs ſuprà congeſtis in *Cap.* I.

Aliàs ſi perpetua Penſio reſervata ſuper hujuſcemodi fructibus, non ſubjaceret quindenniis, *Conſtitutio* 30. *Innocentii X.* §. 21. *Bul-* 7
*lar. nov. Rom. tom.*5. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la X.* ſuperfluè eximeret Capitulum Patriarchalis Baſilicæ Liberianæ S. Mariæ Majoris de Urbe à quindenniis pro duabus perpetuis Penſionibus ad favorem ipſius Capituli reſervatis ſuper fructibus Epiſcopatuum Mazzarien. & Cathanien. in Siciliæ Regno; & 8
tamen Conſtitutio non debet aliquid continere ſuperfluum, adeò, ut, ſi Innocentius X. intelligeret in puncto Juris (cujus peritiſſimus extiterat) non deberi quindennium ex hujuſmodi 9
Penſionum reſervationibus, ſanè ab illo eximere non curaret memoratum Capitulum Penſionarium, quod nihilominùs exemit, nullo alio ex motivo, niſi, quia intellexit etiam pro talibus Penſionibus deberi quindennia; maximè agendo de Pontifice eximio Juriſperito, qualis fuit *Innocentius X. Pamphilius*, olim 10
S. Rotæ Romanæ Auditor: quo caſu in Conſtitutione Apoſtolica omnia verba ſunt myſterioſa, *Lotther. de re beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 47. 11
*n.*56. *cum ſeqq. Caſtill. de interpret. ult. volunt. tom. 6. lib.* 5. *cap.* 39. *num.* 5. & 6. *Menoch. de arbitrar. Judic. caſ.*63. *num.* 7. undè à conceſſa 12
exemptione quindenniorum benè infertur ad illorum debitum in caſu deficientiæ privilegii exemptivi: quod ſatis comprobatur ex verbis prælaudatæ *Innocentianæ* ibi: *Quòdque propter reſervationem &c. Penſionum &c. ad ſolutionem alicujus quindennii minimè teneantur, & ad id per Clericos Cameræ, & alios Miniſtros, & Officia-*
le

*les de Annata, & quindenniis hujuſmodi Partici-
pantes &c. compelli minimè poſſint, neque de-
beant &c.* ità, ut, etiam antè *Conſtitutionem
Clementinam* ſolvenda eſſent quindennia pro
Penſionibus reſervatis ſuper Epiſcopatibus,
dum manus mortua Penſionaria per Papam
exempta à quindenniis, pernecesſè præſuppo-
nitur, quòd antè exemptionem, ſicque citrà
ejuſmodi exemptionem fuiſſet ſubjecta ſolutio-
ni quindennii, *Ricc. in prax. reſol.23. n.1. par.2.
Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 15.
quæſit.9. num. 33. Rota coram Zarat. deciſ. 53.
num.5. & in recentior. dec.655. ſub num.1. in fin.
par.3. dec.97. n.8. par.13.*

13 Nec obſtat, quòd Epiſcopatus, Archiepiſco-
patus, longèque minùs Patriarchatus veniat
ſub nomine Beneficii, cùm non ſit Beneficium
ſimplex propter excellentiam, ac præheminen-
tiam Dignitatis, quæ eſt culmen Dignitatum,
ac ſpeciali, immò ſpecialiſſima nota digna,
*Garz. de Benefic. par.1. cap.6. num.66. Lotther.
de re beneficiar. lib.1. quæſt.9. n.121. Pyrrh. Cor-
rad. in prax. diſpenſ. Apoſtol. lib.2. cap.6. n.9. Bar-
boſa de Epiſc. par.2. alleg.1. n.17. in fin.* quia mul-
tipliciter, vel ſaltem tripliciter poteſt reſponderi.

14 I. Quando materia eſſet odioſa, aut præjudi-
cialis Epiſcopis, Archiepiſcopis, ſivè Patriar-
chis, tunc poſſet ſuſtineri, appellatione Bene-
ficii non venire Epiſcopatum, Archiepiſcopa-
tum, & Patriarchatum, ad textum *in cap. nulla
2. §. Cùm verò 1. cap. dilectus 12. de conceſſ. Præb.
cap. ſtatutum 22. de electìon. in 6. cap. Inquiſito-
res 16. de Hæretic. in 6. Mandoſ. ad Regul. 21.
Cancellar. de non impetr. Beneſ. per obit. vivent.
quæſt.6. num.4. & ad Regul.32. Cancellar. de im-
petr. Beneſ. per obit. familiar. Cardinal. quæſt.16.
num.2. in principio, verſiculo quorum appellatio-
ne, Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de
Menſibus, gloſſ. 5. num.36. & 37.* non autem,
quando (ut in caſu) eſt indifferens, nimirùm
nec favorabilis, nec præjudicialis, nullum enim
Titularibus infertur præjudicium, ex eo quòd
ſolvantur quindennia pro perpetuis Penſioni-
bus manui mortuæ reſervatis ſuper eorum Titu-
lis, cùm ſolutio quindenniorum ſpectet ad
ipſam manum mortuam Penſionariam, non
autem ad Titulares; quidquid dicendum eſſet,
ſi Titulares ipſi tenerentur ſolvere quindennia,
15 tunc enim forſitan poſſet ſuſtineri, appellatione
Beneficii non venire Epiſcopatum, Archiepiſco-
patum, ſeu Patriarchatum, ob materiam pœ-
nalem, & præjudicialem ipſi Epiſcopo, Ar-
chiepiſcopo, ſeu Patriarchæ, juxta deducta in
ſimili ad aliud propoſitum per *Mandoſ. in Re-
gul.21. Cancellar. de non impetr. Beneſ. per obit.
vivent. quæſtion. 6. n.4.*

II. Quia, quando etiam materia quinden-
niorum (quod conſtanter negatur) per hypo-
theſim eſſet odioſa, ſaltem non eſſet odioſa
16 odio irrationabili; immò potiùs dicenda favo-
rabilis, uti reſpiciens favorem Sedis, ſeu Ca-
meræ Apoſtolicæ, introducta proindè ex cauſa
juſtiſſima, veluti notant *Novar. in ſumm. Bul-
lar. par. 1. commentar.145. num.13. Capon. con-
troverſ. forenſ. controv.32. n.3.*

III. Quia Epiſcopatus, Archiepiſcopatus,
ſeu Patriarchatus verè eſt Beneficium, &
quidem ſummum, ſeu ſupremum, ac excellen-
tius ratione maximæ Dignitatis, immò culmen
Dignitatum; proindeque enumerantur inter 17
majora Beneficia, & quidem collativa, *cap. cle-
ros 1. §. Epiſcopatus 2. diſtinct.21. cap. antiqua 23.
de privileg. cap. felicis 5. § Quod ſiquis 1. de
pœn. in 6. cap. S. Romana 3. de electìon. int. Ex-
travag. commun. Garz. de Benefic. part.1. cap.6.
num.2. Lotther. de re benefic. lib.1. quæſt.9. n.64.
Fagnan. in cap. cùm in cunctis 7. num.17. de ele-
ctione*; undè videmus, quòd de Epiſcopatu, li- 18
cet differenti modo à reliquis Beneficiis provi-
deatur motu proprio, & conſiſtorialiter, præ-
vio Proceſſu ſuper qualitate promovendorum,
*Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9. Cancellar. de Men-
ſibus, gloſſ. 9. num. 38. Mandoſ. ad Regul. 21.
Cancellar. de non impetr. Beneſic. per obit. vivent.
quæſt. 6. num.5. Lotther. de re beneficiar. lib. 1.
quæſt. 9. num.122. Epiſcop. Matta de Cauſ. Con-
ſiſtorial. ſect. 19. §.1. per tot. & ſect. 23. per tot.
Card. de Luca in Relat. Cur. diſcurſ. 5. num. 15.
& 17. cum ſeqq.* de illo, ad inſtar Beneficii, 19
Annata, quam Commune Servitium vocant,
ſolvitur, *Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.10. n.3.
Maſſ. Galleſ. de annat. nu.3. cum ſeqq. Ameyden.
de ſtyl. Datar. lib. 1. cap.18. §.3. de annat. n.18.*
& tamen ſi verè non eſſet Beneficium Eccleſia-
ſticum Epiſcopatus, profectò Annatam non
ſolveret, quæ ſolummodò ex Beneficiis debe- 20
tur, juxta *Conſtitutionem 33. Clementis VII. Bul-
lar. nov. Rom. tom. 1.*

In deductorum inſuper confirmationem ſu- 21
perabundat Reſolutio à plena Camera capta,
prævia ſententia, & re judicata favore Annati-
ſtarum, in Meſſanen. Quindenniorum ad Rela-
tionem Rmi tunc Decani de Menſe Junii 1702.
cum condemnatione Capituli Meſſanen. in Re-
gno Siciliæ, ad ſolvendum quamplura quinden-
nia ex cauſa Penſionis eidem reſervatæ ſuper
Menſa Archiepiſcopali Meſſanen. à quo quidem
Capitulo fuit poſteà ſolutum debitum quin-
denniale, mediante Judicato ejuſmodi Came-
rali: quæ ſanè ſententia tanquàm lata ſuper 22
ſtatu, maximè à Tribunali Collegiali, & paſ-
ſim cognoſcente Cauſas quindenniorum, afficit
omnes caſus ſimiles, ad *textum in l. ingenuum
ff. de ſtat. homin.* & omninò venit attendenda 23
pro decidendis hujuſcemodi controverſiis, per
*textum in l. filius emancipatus ff. ad leg. Cornel.
de falſ. l. fin. C. de legib. Card. de Luca de Judic.
diſcurſ.35. num.68. & in Relat. Cur. diſcurſ. 32.
num. 83. & 86. Rota in Ariminen. Caſtrorum 5.
Maii 1702. §. Primum fundamentum, coram Caſ-
farello Urbis Gubernatore.*

Prætereà repetendo, ſeu corroborando re-
ſponſionem datam ſuprà *num.13. cum ſeqq.* non
ſubſiſtit fundamentum, quòd Conſtitutiones
Apoſtolicæ ſuper materia quindenniorum ema-
natæ, ac ſignanter illa *Clementis X. in ordine* 24
*la 50. Bullar. nov. Rom. tom.6. repetit. poſt Tract.
int. Conſt. Apoſt. in ordine la XI.* decernat ſolu-
tionem quindennii pro Penſionibus reſervatis
ſuper Beneficiis Eccleſiaſticis, non autem pro
reſervatis ſuper Epiſcopatibus, Archiepiſcopa-
tibus, & Patriarchatibus, qui non veniunt no-
mine Beneficiorum; quippè, præter reſponſum
dictis locis datum, contrarium benè convinci-
tur ex prægnantiſſimis, ac effrænatiſſimis ver-
bis ejuſdem Conſtitutionis *Clementinæ* §.7. ibi:
*Quindennia, & alia Jura, ratione Penſionum
perpetuarum hactenùs &c. ſuper quorumcumque*

Beneficiorum Eccleſiaſticorum quomodolibet quali-
ficatorum fructibus &c. reſervatarum, & im-
poſterùm &c. reſervandarum &c. Cameræ Apo-
ſtolicæ, & Collegio, & Officialibus prædictis per-
ſolvere debeant, & teneantur, Motu pari &c.
quæ verba tamquàm relata ad quæcumque Be-
neficia Eccleſiaſtica quomodolibet qualificata,
de ſui natura compræhendunt omnia Beneficia
cujuſcumque ſint Dignitatis, & præeminentiæ,
25 ſicque conſequenter etiam Epiſcopatum, qui
eſt ſupremum Beneficium, juxta *Geminian. in*
26 *cap. ſi eo tempore, in gloſſ. penult. de Reſcript. in 6.*
& ſummum Beneficium, juxta *Hoſtienſ. in cap.*
ſuper inordinata n. 9. verſiculo aliud ſæculare ſum-
mum, de præbend. & Beneficium Eccleſiaſticum
cum ſumma prælatione, & Dignitate, *Lotther. de*
re beneficiar. lib. 1. quæſtion. 9. num. 64. undè in-
27 ter Beneficia Eccleſiaſtica computari obſervat
Pariſ. de reſignation. Benefic. lib. 2. quæſt. 1. n. 54.
fortiùſque ponderando geminationem, & com-
plicationem plurium dictionum univerſalium
quorumcumque Beneficiorum quomodolibet quali-
28 *ficatorum*, ſub quibus ſanè veniunt omnia Bene-
ficia, quæ aliàs ſub ſimplici, & indefinita
diſpoſitione non venirent, *Gloſſ. in Clement. 1.*
in verbo quodcumque Beneficium, de vit. & hone-
ſtat. Cleric. Rota coram Dunozett. Jun. dec. 640.
num. 11. tom. 2. ubi plures concordantes: quod
evidenter comprobatur ex ſtylo, ſeu conſuetu-
dine, loquendi formula, ſivè phraſi, qua utun-
tur Summi Pontifices in ſimilibus, immò for-
29 tioribus terminis, dum in Indultis transferendi
Penſiones concedi ſolitis Conclaviſtis, ac re-
ſpectivè Dapiferis, adhiberi ſolent eadem ferè
verba ibi: *quaſcumque Penſiones annuas eis, &*
eorum ſingulis ſuper quibuſcumque fructibus quo-
rumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ut le-
30 gitur in *Conſtitutione 1. Gregorii XV. §. 12. Bul-*
lar. nov. Rom. tom. 3. & in Conſtitutione 10. Ur-
bani VIII. §. 11. tom. 4. in eorundem diſpenſatio-
ne à delatione habitus, & Tonſuræ, ut in *dicta*
Conſtitutione Gregoriana §. 13. ibi: *ac cum eiſdem*
Conclaviſtis, quòd ratione quarumcumque Penſio-
num annuarum, & eorum cuilibet ſuper quibuſ-
cumque Beneficiis *Eccleſiaſticis, ut præfertur, vel*
aliàs quomodolibet qualificatis, & in prælaudata
Conſtitutione Urbana §. 13. ibi: *Ac eiſdem Dapi-*
feris, quòd ratione quarumcumque Penſionum,
& eorum cuilibet ſuper quibuſcumque Beneficiis
Eccleſiaſticis, ut præfertur, quomodolibet qualifi-
31 *catis*: ſub qua univerſali, ac effrænata loquendi
formula communis eſt DD. opinio etiam in
praxi recepta, quòd contineantur Penſiones
quoque ſuper Epiſcopatibus, & Archiepiſcopa-
tibus reſervatæ, tamquàm Beneficiis qualifica-
tis, ut ex magiſtrali *deciſione in Parmen. Penſio-*
nis coram Clemente VIII. tradunt *Gratian. diſcept.*
551. n. 19. & 20. ibi „ prædictæ facultates tran-
„ ſferendi Penſiones compræhendent etiam il-
„ las, quæ ſunt impoſitæ ſuper Eccleſiis Ca-
„ thedralibus, quæ, licet ſint ſpeciali nota
„ dignæ &c. tamen in privilegio conceſſo Con-
„ claviſtis datur eis facultas transferendi quaſ-
„ cumque Penſiones ſuper quibuſcumque fru-
„ ctibus quorumcumque Beneficiorum Eccle-
„ ſiaſticorum, & ideò propter iſta verba
„ univerſalia venient etiam Penſiones impoſitæ
„ ſuper Eccleſiis Cathedralibus &c. „ *Tondut.*
de Penſion. Eccleſ. cap. 31. num. 10. ibi „ Immò
„ facultas transferendi Penſiones, verbis am-
„ pliſſimis conceſſa, compræhendit tranſlatio-
„ nem Penſionum impoſitarum etiam ſuper
„ Eccleſiis Cathedralibus, quamvis aliàs regu-
„ lariter illæ ſint ſpeciali nota dignæ &c. „
Card. de Luca de Penſion. diſcur. 62. n. 5. ibi „
„ iſta generalitas de quibuſcumque Penſioni-
„ bus ſuper quibuſcumque Beneficiis, compræ-
„ hendit etiam Cathedrales &c. neque (quod
„ ſcirem) habetur deciſio in contrarium &c. „
Fatinell. de translat. Penſion. cap. 5. n. 1. ibi „
„ Facultas transferendi quaſcumque Penſiones
„ ſuper quibuſvis fructibus quorumcumque
„ Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſivè ſuper
„ quibuſcumque fructibus Eccleſiaſticis, com-
„ præhendit etiam Penſiones reſervatas ſuper
„ Cathedralibus, propter illam verborum ef-
„ frænatam generalitatem &c. „ *Rota coram*
Card. Millino dec. 277. per tot. ac ſignanter n. 7.

Ex ſtylo autem, & modo loquendi Cancella- 32
riæ, ac Datariæ Apoſtolicæ, quæ eſt organum
Papæ, illiúſque mentis ſcrutatrix, valdè argui-
tur, quid veniat ſub nomine quorumcumque
Beneficiorum quomodolibet qualificatorum,
ad *textum in cap. porrecta 6. verb. à Cancella-*
ria, de confirmat. util. Amayden. de ſtyl. Datar.
lib. 1. cap. 16. quæſt. 17. num. 13. & cap. 38.
num. 44. in principio, §. Digreſſi ſumus, Cor-
rad. in prax. benef. lib. 1. cap. 1. num. 9. &
lib. 3. cap. 6. num. 21. cum ſeqq & in prax.
diſpenſ. Apoſt. lib. 7. cap. 5. num. 11. & cap. 7.
num. 70. & lib. 8. cap. 4. num. 24. cum ſeqq. &
lib. 9. cap. 3. num. 9 & 10. Mandoſ. in Regul. 1.
Cancellar. de reſervation. quæſt. 2. num. 3. in Re-
gul. 6. hodiè 7. Cancellar. de reſervat. Benef. Cu-
bicular. &c. quæſt. 1. num. 7. in Regul. 27. Cancel-
lar. de non judic. juxta form. ſupplicat. quæſt. 12.
n. 2. & in Regul. 34. hodiè 35. de annal. quæſt. 45.
num. 2. Gonzalez in Regul. 8. hodiè 9. Cancellar.
de Menſib. §. 7. proœm. num. 136. & gloſſ. 13. n. 12.
Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 40. nu. 69. Card.
de Luca in Relat. Cur. diſcur. 9. num. 28. de Pen-
ſion. diſcur. 2. num. 9. diſcur. 6. num. 8. diſcur. 12.
num. 7. diſcur. 38. num. 5. & diſcur. 75. num. 10.
& de ſucceſſion. diſcurſ. 53. num. 25. bon. mem.
R. P. D. Piton. diſc. Eccl. par. 1. diſc. 6. ſub n. 5.
in med. verſic. & quibus, Rota coram Caſſador.
dec. 12. num. 10. verſic. facit etiam ſtylus Cancel-
lariæ, de Præbend. dec. 2. num. 4. verſic. & iſte
ſtylus, & dec. 3. ſub num. 3. verſic. pro qua in-
terpretatione, de reſervat. dec. 2. nu. 7. de Union.
Cæſar. de Graſſ. dec. 20. aliàs 2. num. 27. de his,
quæ vi, metuſve cauſ. Coccin. dec. 888. num. 26.
Dunozet. Jun. dec. 632. num. 21. tom. 1. Buratt.
deciſ. 883. ad fin. tom. 2. dec. 656. num. 6. part. 2.
recentior. tom. 2. deciſ. 68. num. 8. part. 5. tom. 1.
dec. 70. num. 20. cum ſeqq. par. 8. dec. 115. nu. 4.
cum ſeqq. dec. 205. num. 15. & dec. 360. num. 16.
par. 10. dec. 510. num. 15. par. 14. dec. 88. nu. 12.
par. 15. dec. 247. num. 10. par. 16. dec. 162. n. 12.
par. 17.

Quæ ſanè exempla eò magis urgent, dum fa-
cultas transferendi Penſiones, tanquàm proro- 33
gans ſervitutem Beneficiorum per ſpeciem hæ-
reditariæ ſucceſſionis, eſt odioſiſſima, ſtrictiſ-
ſiméque interpretanda, *Gomez Sarnen. in Re-*
gul. 19. Cancellar. de Infirm. ſeu de Viginti,
quæſtion. 16. ſub num. 2. Pariſ. de reſignation. Be-
nefic. lib. 2. quæſt. 4. num. 16. Gratian. diſc. 55.

num. 34.

num.34. Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.42.n.23. verſic. tamen, Card. de Luca eod. tract. diſcur.51. num. 1. & diſcurſ. 66. num. 8. & poſt Tract. de ſtatutar. ſucceſſion. in altero Tract. de Penſion. cap. 15. num. 7. & 8. Gigas eod. tract. quæſt. 99. nu. 4. Lotther. de re benef. lib.1. quæſt.36. n.115. Nicol. Delphin. de Jurepatronat. n.81. poſt Lambertin. pag. mih. 179. Rota coram Peña dec.554. num. 8. Verall. aliàs Caputaq. dec. 305. aliàs 8. num. 10. cum ſeqq. part. 2. & dec. 100. aliàs 7. num.6. cum ſeqq. part.3. Anſald. Decan. dec.30. num.28. Card. Cavaler. deciſ. 148. num. 6. & in recentior. deciſ. 485. num. 4. & 6. ac per tot. part. 4. tom. 1. quidquid in contrarium inclinent, ob poſſibilem præmorientiam Tranſlatarii, quantumvis junioris, in concurſu transferentis etiam ſenis, & ægrotantis, quaſi, quòd ob euentualitatem, ſeu incertitudinem formari non poſſit præjudicii, aut damni ratio, *Fatinell. de tranſlat. Penſion. cap.1. n.13. Adden. ad Buratt. dec.638. n.9. tom.2. Rota coram Dunozet. Jun. deciſ. 768. num. 17. & 18. tom.2. Merlin. dec. 243. per tot. tom.1. Duran. dec.67. à num.1. ad 4. tom.1.*

E contrà verò Conſtitutiones Apoſtolicæ, ſolutionem quindenniorum decernentes pro Penſionibus, ſunt favorabiles Titulari, immò continent actum Juſtitiæ, ex eo quòd illum eximant, ac liberent pro rata Penſionis à ſolutione Annatæ, exque alio capite præſervent Annatiſtas à damno amiſſionis ejuſdem Annatæ; in
34 quibus terminis, & circumſtantiis appellatione Beneficii etiam ſimpliciter venit procul dubio quoque Epiſcopatus, per *textum in cap. 1. ubi Gloſſ. in figuratione caſus, de regul. Jur. in 6. Burſatt. conſil.287. num.5. lib.3. Mandoſ. ad Regul. 20. Cancellar. de Idiomate, quæſt. 8. num. 7. Selv. de Benef. par.1. quæſt. 3. antè nu. 8. Hojed. de incompatibilit. par.1. cap.24. num.64.*

Quibus in corroborationem accedunt reliquæ geminæ ſolidiſſimæ rationes tàm à priori, quàm à poſteriori; à priori nempè, quòd, cùm quindennia ſint ſubrogata loco Annatæ ex per nos ſuprà deductis *Cap.I. ac alibi paſſim*, quam in caſu, quo collatio Beneficii ſpectat ad Papam, integrè ſolveret Titularis, ſi Beneficium non eſſet gravatum Penſionibus, major profectò ineſt ratio, quòd compræhendantur Penſiones
35 reſervatæ ſuper Epiſcopatibus, quorum collatio ſemper fixè, ac invariabiliter ſpectat ad Papam, ex *Regula 2. Cancellar. reſervator. Cathedral.* ſemperque ſolvunt integram Annatam, ſeu Commune Servitium, tanquàm Beneficia Conſiſtorialia, quàm aliæ Penſiones reſervatæ ſuper Beneficiis inferioribus, ſeu minoribus, vel
36 non Conſiſtorialibus, quorum collatio quandoque ſpectat ad Ordinarium Collatorem, juxta *Regul.8.hodiè 9.Cancellar.reſervator.Menſ.*

Ex hac igitur majoritate rationis *prælaudata*
37 *Conſtitutio 50. Clementis X. Bullar. nov. Rom. tom.6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la XI.* congruam omninò recipere debet interpretationem etiam pro ejuſmodi Penſionum compræhenſione, ad tradita per *Fagnan. in cap. cùm nonnullis num. 22. de Privileg. & in cap. cùm non ab Homine num. 81. de Judic.*

38 A' poſteriori autem, quoniam ex *Conſtitutione 30. Innocentii X. §.21. Bullar. nov. Rom. tom.5. repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſt. in ordine la X.* depromitur, reſervatam, & applicatam fuiſſe ſuper Epiſcopatibus Mazzarien. & Cathanien. Regni Siciliæ perpetuam Penſionem Capitulo Patriarchalis Baſilicæ S. Mariæ Majoris de Urbe, cum expreſſa exemptione à ſolutione quindennii: undè ad oculum dignoſcitur, quòd etiam antè memoratam *Conſtitutionem Clementinam* quindennia ſolvenda eſſent pro Penſionibus reſervatis ſuper Epiſcopatibus; aliàs Indultum ejuſmodi exemptivum eſſet ſuperfluum, ſi Penſiones reſervatæ ſuper Epiſcopatibus non ſubjacerent quindenniis, ut patet ad ſenſum.

Demùm in tantum vera eſt noſtra principalis reſolutio, ut, ſi forſitan per hypotheſim in proviſione Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, aut Patriarchatus exacta fuerit Annata juxta integram taxam, non tamen dempta, ſeu deducta Penſione per Promotum, ſeu Proviſum (quod difficile eſt creditu) niſi pleniſſimè juſtificetur; omiſſa interim diſputatione, an hæc juſtificatio, ſeu probatio facienda eſſet ab Annatiſtis, an verò à manu mortua, ad quam pro certo ſpectaret; &, quatenùs in facto id regeret, eo caſu teneretur Cancellaria Apoſtolica refundere, ac reſtituere hæredibus Promoti, ſeu Proviſi, ratam tangentem Penſionem, non autem eximere manum mortuam à ſolutione quindennii in præteritum, longèque minùs in futurum ex covincentiſſima ratione, quòd Annata, in cujus locum ſucceſſit quindennium, debetur directè à Penſionariis Sedi Apoſtolicæ in recognitionem univerſalis, ſupremi, alti, & directi ejus dominii; proindèque quindennia ſunt Jura 39
inſignia S. Sedi debita ob dominium penès ipſam reſidens ſuper fructibus Bonorum Eccleſiaſticorum, prout declararunt *Paulus IV. Conſtitut. 17. §. 1. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ibi: *Communium Servitiorum, & Annatarum exactio in recognitionem univerſalis dominii introducta &c. S. Pius V. Conſtitut. 38. §. 3. in principio, tom. 2. Urbanus VIII. Conſtitut.18. in principio, tom. 5. & Clemens X. Conſtitut.50. §.3. in principio, tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* V. VI. VIII. *&* XI. ac tradunt *S. Thom. 2. 2. quæſt. 87. artic. 4. Burſatt. conſil. 126. num. 70. Fagnan. in cap. præterea 1. nu.43. cum ſeqq. nè Prælat. vic. ſuas, Lotther. de re benef. lib.3. qu.20. nu.23. cum ſeqq. Card. de Luca de Benefic. diſcur.89. num.8. & 10. Cabaſſut. notit. Concil. cap. 94. nu. 6. cum ſeqq. Card. Baron. Annal. Eccleſ. ad ann. 1156. in fin. verſic. tale eſt;* non omiſſo, quòd in tantum fuerit exacta Annata juxta integram taxam, non deducta Penſione, ac Penſio perpetuò reſervata forſan excedebat taxam, & fructus Epiſcopatus in actu Unionis, ſeu applicationis fuerunt expreſſi in ſumma taxam excedente; in qua ſiquidem 40
ſpecie debiti quindennialis ſingulare eſt, quòd non admittatur alius pro alio, invitis Annatiſtis, quantumvis ultroneè, ac ſponte offerat, ſed idem debitor quindennii tenetur ſolvere, & Dominum recognoſcere, *Bald. in l. acceptam num. 37. ubi Salycet. in fin. C. de uſur. Jaſon. in l. in emphyteuticariis 2. n. 70. verſic. contrarium determinat, & num. 71. verſic. tamen in terminis, C. de Jur. Emphyt. Burſatt. conſil.189. nu.2. lib.2. Gratian. diſc.8. num.8. Pacific. de Salvian. Interdict. inſpect. 5. cap. 1. num. 21. Corbul. de Jur.*

Jur. Empyt. tit. de cauſ. privation. ob non ſolut. Canon. limit.7. nu.2. & 3. Neguzant. de pignor. part.5. memb. 3. num. 41. verſic. quod tamen reſtringitur, *Merlin. eod. tract. lib.* 4. *quæſt.* 76. *num.* 8. *&* 9. *Giurb. dec. Sicil.* 91. *num.* 3. *&* 5. *Surd. dec. Mantuan.* 174. *num.*32. *& deciſ.* 180. *num.* 10. etenim juxta praxim, non ſolvente Penſionario perpetuo, Annatiſtæ ſolent quandoque pulſare Titularem, & ſequeſtrare Penſionem, ac ab iſto exigere quindennium, dato mandato de retinendo, ſeu ſeſe revalendo contrà Penſionarium.

His accedit validiſſima ratio, quòd etiam in caſu, quo Annatiſtæ exegiſſent à Proviſis de Epiſcopatibus integram Annatam, non deducta per Proviſos Penſione, quantumvis Annatiſtæ careant actione exigendi duplicem Annatam, nec unquam talem foveant prætenſionem, attamen pro ſolutione quindennii, ratione perpetuæ Penſionis ſemper habent actionem, & intentionem fundatam directè contrà manum mortuam ob literalem Conſtitutionum Apoſto-
41 licarum ſanctionem: undè ſi Epiſcopus in expeditione ſuæ Proviſionis ſolvit integram Annatam, non deducta Penſione, datur de Jure pro quantitate indebita, ejus hæredi repetitio, ſeu condictio indebiti, per *textum in l.* 1. *& tot. tit. C. de condiction. indebit.* non autem manui mor-
42 tuæ retentio, aut compenſatio, quæ non datur à debito proprio ad creditum alterius, ad *textum in l. ejus C. de compenſation. Poſth. de ſubhaſtation. quæſt.* 65. *num.* 21. *Berſan. de compenſation. cap.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 21. *Anſald. de commerc. & mercatur. diſcur.*45. *n.*48.

Aliàs, ſi admitteretur praxis prætenſa à manu mortua, & quòd per ſolutionem integræ Annatæ eximeretur manus mortua Penſionaria perpetua, notabile, habènſque tractum ſucceſſivum obveniret damnum, ac præjudicium Annatiſtis, dum vacationes Eccleſiarum poſſent contingere dumtaxat ſingulis XXX. annis, ac ultrà privarentur duplici quindennio: ſi namque ad effectum non ſolvendi quindennia, ſatis eſſet allegare non fuiſſe deductam ex taxa Pen-
43 ſionem, ſequeretur, quòd taxa reduceretur quandoque ultrà ejus tertiam partem contrà inconcuſſum ſtylum Cancellariæ Apoſtolicæ, de quo teſtatur *Maſſ. Galleſ. de annat. num.*30. *propè fin.* §. *Quod de Monaſteriis*, *verſic. Proviſo*; immò ſolutio quindennii facienda eſt juxta taxam in libris Cameræ, ſeu Cancellariæ deſcriptam, ac expreſſam, in conceſſione: undè manus mortua ſibi imputet in caſu ſuppoſitæ inferioris exigentiæ, quod inquirere non debent Annatiſtæ.

Ponit autem falcem ad radices animadverte-
44 re, quòd à plena Camera in ſuprà indicata *nu.*21. Cauſa Mediolanen. Quindenniorum non fuit exaudita eadem oppoſitio facta a manu mortua ſuper ſolutione integræ Annatæ, facta diminutione Taxæ pro rata Penſionis, jurèque meritò Annatiſtæ in ſequelam juſtiſſimæ eorum prætenſionis inſtare queunt, non eſſe relaxandas literas reſervationis, ſivè applicationis ejuſmodi Penſionum ſuper Epiſcopatibus, cæteriſque Beneficiis Conſiſtorialibus, niſi priùs facta per manum mortuam (ut ità inquam) Penſionariam, obligatione ſuper quindenniorum ſolutione, quam omninò fieri mandant Conſtitutiones Apoſtolicæ, nempè *Conſtitu-* 45
tio 6. Pauli II. §. 4. 5. *& 6. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi „ & de ſolvendo ſingulis certis temporibus futuris obligatio in eadem Camera „ per inadvertentiam facta non fuerit &c. Et „ quòd de omnibus &c. Beneficiis &c. unitis „ &c. ſe in eadem Camera efficaciter obligare „ debeant cum effectu. Alioqui, ſi à ſolutione, aut obligatione præmiſſis ceſſare præſumpſerint, Uniones &c. habeantur penitùs „ pro infectis &c. „ *Conſtitutio* 20. *Julii III.* §. 1. *&* 5. *eod. tom.*1. ibi „ pro Annatis quorumcumque Beneficiorum in dicta Camera „ ſe obligarent, ſi infrà terminos eis præfixos „ dictæ Cameræ &c. ſatisfacere deficerent, ipſo „ facto &c. etiam Beneficiis, pro quibus ſe in „ ipſa Camera obligaſſent, omninò privati eſſent &c. Cùm autem &c. ex incuria agentium „ pro Camera prædicta, ſeu aliàs obligationes de ſolvendis Communibus, & Minutis „ Servitiis, ac Annatis &c. aut aliis Juribus „ &c. factæ non fuerint &c. „ *Conſtitutio* 11. *Pauli IV.* §. 3. *&* 10. *eod. tom.* 1. ibi „ omnes, & ſingulæ obligationes, quæ ex illa die „ ſuper Annatis quorumcumque Beneficiorum „ in dicta Camera reciperentur, intelligerentur, quòd obligati, ſi infrà eis præfixos terminos, Collectoribus Cameræ &c. ſatisfacere defeciſſent, ipſo facto &c. Beneficiis, pro „ quibus in dicta Camera ſe obligaſſent, omnibus privati eſſe cenſerentur ratione Annatarum, ſeu Quindenniorum &c. aliquid ſolvere „ obligati &c. „ & *Conſtitutio* 17. *ejuſdem Pauli IV.* §. 8. *eod. tom.* 1. ibi „ ad ſe Communibus, & Minutis Servitiis, ac Annatis, ac aliis „ Juribus prædictis de XV. annis in XV. annos „ realiter, & cum effectu ſolvendis in forma ſolita obligandum &c. cogi &c. poſſe &c. „ „ *Conſtitutio* 38. *S. Pii V.* §. 3. *in principio*, *&* §. 4. *tom.* 2. ibi „ contrà pro tempore in Camera Apoſtolica, aut aliàs ratione Annatarum, Communium, & aliorum Jurium prædictorum &c. de XV. in XV. annos ſolvendorum obligatos &c. etiamſi ſe ſuperindè in „ Camera Apoſtolica non obligaverint &c. „ *Conſtitutio* 33. *Sixti V.* §. 2. *in fin. &* §. 4. *in fin. eod. tom.* 2. ibi „ etiamſi ſe ſuperindè in „ Camera Apoſtolica non obligaverint &c. „ *Conſtitutio* 18. *Urbani VIII. in principio*, *juncto* §. 3. *tom.* 5. *& Conſtitutio* 50. *Clementis X.* §. 1. §. 2. *in principio*, §. 3. §. 5. *in fin.* §. 7. *in principio*, §. 8. §. 9. *in fin. &* §. 11. *in fin. tom.* 5. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III. IV. V. VI. VII. VIII. & XI. ac obſervant *Maſſ. Galleſ. de annat. n.* 30. *in fin.* §. *Sed hoc quoque*, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.*18. §. 4. *de quinden. num.* 3. ibi: *qui commodum ſentiebant ex hujuſmodi Unione, obligabant ſe ergà Cameram Apoſtolicam, & Officiales Annatarum, de ſolvendo Annatam &c. & num.* 14. §. *Ut autem*, *in fin.* ibi: *recipientes Unionem obligarunt ſe ad ſolutionem quindenniorum &c.* & anteà dixerat *dicto cap.*18. §. 3. *de annat. ſub. n.*56. ibi: *literæ fuerunt expeditæ in Cancellaria, et relaxatæ ſub ſolita obligatione de ſolvendo Annatam debitam &c. et deindè quindennia ſuis temporibus debita &c. omnes obligationes, quæ ratione Annatæ Communis, tàm ratione quindenniorum, quàm ratione Penſionum deductarum &c. debentur, receptæ, annotantur &c.*

Hæcque

Hæcque Annatiſtarum prætenſio, tanquàm juridica, & clara juſtitia ſuffulta, totis viribus promovenda eſt, ac ſuſtinenda, non verò negligenda, nec pacificè tolerandum aliquod exemplum contrarium valdè perniciosum, & deſtructivum Juris antiquiſſimi S. Sedis: ſicuti namque olim fuerat ab aliquibus in controverſiam revocatum, an Conſtitutiones Apoſtolicæ ſolutionem quindenniorum ſancientes pro Beneficiis Eccleſiaſticis manui mortuæ perpetuò unitis, intrarent etiam in Unionibus, ſeu perpetuis applicationibus, & reſervationibus Pen-
46 ſionum; attamen quælibet controverſia evanuit poſt editam *Conſtitutionem* 50. *Clementis X.* §. 7. 8. 9. 10. *et* 11. *in Bullar. nov. Rom. tom.*6. *repetit. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la* XI. in qua per viam declarationis, & ad tollendum omne dubium, pro majori dilucidatione, ſtatuit, ac decrevit per præciſa verba ibi: *Quindennia, et alia Jura ratione Penſionum perpetuarum &c. Cameræ Apoſtolicæ, et Collegio, et Officialibus prædictis perſolvere debeant, et teneantur, Motu pari &c. ad ſolutionem Quindenniorum, aliorùmque Jurium, ratione Penſionum perpetuarum &c. eiſdem Cameræ, Collegio, et Officialibus faciendam teneri &c. et ad idem &c. cogi, et compelli poſſe declaramus &c.* attenta proindè memorata Conſtitutione declarativa, & deciſiva antiquæ controverſiæ, non licet ampliùs hæſitari, quòd manus mortua teneatur ad ſolutionem quindenniorum pro perpetuis Penſionibus ſibi applicatis, quemadmodùm tenetur pro Beneficiis ſibi unitis, immò declarationi Papali
47 omninò ſtandum eſt, cùm ejus ſit legem declarare, cujus eſt condere, *cap. cùm veniſſent* 12. *de Judic. ubi Barboſa num.* 1. *cum ſeqq. Fermoſin. quæſt.* 1. *num.* 3. *cum ſeqq. Gonzalez Tellez num.* 1. *et* 7. *Fagnan. num.* 1. *Solorzan. de Jure Ind. tom.* 2. *lib.*3. *cap.*1. *num.*34. *Chokier de Juriſdiction. in exempt. par.* 2. *quæſt.*13. *nu.*1. *Salgad. de ſupplicat. ad Sanctiſſ. par.*2. *cap.*16. *nu.*5. *Rota coram Royas dec.* 217. *nu.* 2. *cum ſeqq.* fortius dum Conſtitutio Clementina vallata legitur ampliſſimis Clauſulis *ſublata, et Decreto ir-*
48 *ritanti*, quæ operantur, quòd ſublata ſit omnis poteſtas aliter judicandi, ac interpretandi, *Felin. in cap. nonnulli ſub num.*22. *verſiculo ſeptima concluſio, de Reſcript. Tamburin. de Jure Abbat. tom.* 1. *diſput.* 18. *quæſit.*6. *nu.*12. *Gonzalez ad Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.*6. *num.* 3. *Lotther. de re beneficiar. lib.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 61. ità ſub Conſtitutionibus ſolutionem quindenniorum demandantibus, ac ſignanter ſub prælaudata Conſtitutione Clementina hodiè omni prorsùs caret dubio compræhendi quoque Penſiones reſervatas ſuper Menſis Epiſcopalibus, reliquiſque Beneficiis Conſiſtorialibus, ac in libris Cameræ Apoſtolicæ taxatis; eodem fermè pacto, quo continentur cæteræ Penſiones reſervatæ ſuper aliis Beneficiis inferioribus, ſeu minoribus, ſivè non Conſiſtorialibus, valoris nuncupatis, nec in Camera taxatis, propter effrænatam verborum univerſalitatem, ut jam inſinuavimus.

Ulteriùs validiſſimè fulcitur hæc veritas, etenim Summi Pontifices in Bullis quindenniorum, declarantes, quòd pro Penſionibus ſol-
49 venda erant quindennia, ſub quorum nomine utpote generali compræhendebantur tàm Annatæ, quàm Communia, & Minuta Servitia, ad tradita per *Fagnan. in cap. prætereà* 1. *nu.* 9. *cum ſeqq. nè Prælat. vic. ſuas, Maſſ. Galleſ. de annat. num.* 2. 3. 4. *et* 30. *in fin.* §. *Eſt aliud quoque Annatæ nomen, Amayden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*18. §.3. *de annat. num.*18. *cum ſeqq. et* §. 4. *de quindenn. num.* 2. *cum ſeqq.* ad majorem dilucidationem ſuperaddiderunt quoque verba: *et alia Jura*, prout legitur in *Conſtitutione* 6. *Pauli II.* §. 3. 4. *et* 5. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Conſtitutione* 20. *Julii III.* §. 5. *eod. tom.* 1. *Conſtitutione* 17. *Pauli IV.* §. 7. 8. *et* 11. *eod. tom.*1. *Conſtitutione* 38. *S. Pii V. in principio, juncto* §. 3. *in principio, et* §. 4. *et* 6. *tom.*2. *Conſtitutione* 33. *Sixti V.* §.1. *&* 4. *eod. tom.*2. *Conſtitutione* 18. *Vrbani VIII. in principio, juncto* §. 1. 2. *&* 3. *tom.*5. *& Conſtitutione* 50. *Clementis X* §.2. 3. 5. 6. 7. 8. *&* 11. *tom.*6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III. V. VI. VII. VIII. *&* XI. intelligendo nempè per verba *alia Jura*, de Communibus, & Minutis Servitiis, de quibus paulò antè iidem Pontifices loquuti fuerant, rursùſque ibidem individuando, ac ſpecificando perſonas, quibus facienda erat hujuſmodi ſolutio quindenniorum, nominaverunt R. Cameram Apoſtolicam, Sacrum Collegium Cardinalium, & Annatiſtas: undè clariſſimè expreſſerunt compræhendere voluiſſe Penſiones reſervatas ſuper Epiſcopatibus, omnibùſque Beneficiis Conſiſtorialibus, pro quibus ſolvitur Commune, & Minutum Servitium, pro rata diſtribuendum Cameræ, Sacro Collegio, & Annatiſtis, non verò Penſiones ſimpliciter reſervatas ſuper Beneficiis inferioribus, ſeu non Conſiſtorialibus, pro quibus ſolvitur dumtaxat Annata Bonifaciana, de qua Sacrum Colle- 50
gium non participat, juxta diſtinctionem allatam à *Maſſ. Galleſ. de Annat. num.* 4. *cum ſeqq. Fagnan. in cap. prætereà* 1 *num.*10. *cum ſeqq. nè Prælati vices ſuas, Tamburin. de Jur. Abbat. tom.*1. *diſput.*9. *quæſit.*3. *num.*4. *in fin. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.*18. §.3. *de annat. n.*10. *Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.*10. *num.* 3. *Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.* 89. *num.* 1. *cum ſeqq.* namque cùm aliquid diſponitur, in cujus neceſ- 51
ſarium antecedens venit aliud, idem eſt, ac ſi fuiſſet literaliter explicatum, ac expreſſum, ex eo quòd virtualiter ineſſe dicitur orationi prolatæ, per *textum in l. Prætor ait* §. *Interdum, ubi Bartol. not. in principio, ff. de oper. nov. nunciat. Felin. in cap. translato antè num.* 5. *verſiculo ſed generaliter, de Conſtitution. Lotther. de re beneficiar. lib.*3. *quæſtion.*3. *n.*18. *&* 22.

Cùmque titulus, ſivè ratio univerſalis aſſi- 52
gnata in *Bulla* 17. *Pauli IV.* §. 1. *Bullar. nov. Rom. tom.*1. *Bulla* 38. *S. Pii V.* §.3. *in principio, tom.*2. *Bulla* 18. *Vrbani VIII. in principio, tom.*5. *& Bulla* 50. *Clementis X.* §. 3. *in principio, &* §. 6. *in principio, tom.* 6. *& Bulla S. M. Clementis XI. edita* 16. *Maji* 1705. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* V. VI. VIII. XI. *&* XV. ac notat *Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.* 89. *num.* 2. 8. *&* 14. *in principio*, ſuper exactione hujuſmodi quindenniorum promanet à recognitione univerſalis dominii, quo potitur Summus Pontifex, & Eccleſia Romana ſuper fructibus omnium Beneficiorum, nulla propemodùm aſſignabilis eſt ratio, cur potiùs ejuſmodi recognitio debeatur pro Penſionibus reſervatis ſu-

per

per Beneficiis inferioribus, ſeu minoribus, & non Conſiſtorialibus, quàm pro Penſionibus reſervatis ſuper Beneficiis majoribus, ſeu Conſiſtorialibus, inque Camera taxatis, cùm tàm in una, quàm in altera ſpecie, ſeu cathegoria Beneficiorum inſit qualitas Bonorum Eccleſiaſticorum, quorum Papa ſupremus, & abſolutus eſt Dominus, ac arbiter, ut ex utrorumque fructibus eodem modo Penſionarii participent, proindèque ex hac rationis identitate validiſſimum eruitur argumentum, quòd ſub relata diſpoſitione Pontifices compræhendi voluerint
53 omnes Penſiones, ratio enim in lege expreſſa ejus eſt potentiæ, & efficaciæ, ut determinet omnes penitùs caſus ſub ratione compræhenſos, etiam ad correctionem Juris communis, *Geminian. conſil. 37. num.6. verſiculo item, licet Conſtitutio*, ubi quòd procedat etiam in materia à Jure exorbitante, *Fagnan. in cap. nè innitaris 5. num. 222. cum ſeqq. de Conſtitution. in cap. nuper num. 4. de Decim. & in cap. à nobis nu. 42. de Bigam. Abb. in cap. ſicut, circà fin. de teſtib. Card. in Clem. 1. n. 18. de electíon.*

Fortiùſque ſtringit, quòd, cùm quindennia ſint ſubrogata loco Annatæ perſolvendæ occaſione Proviſionis in Curia, nè poſteà per Unionem ſublata in perpetuum ſpe vacationis Beneficii, ceſſaret impoſterùm ſolutio Annatæ, procul dubio major ſubeſt ratio, quòd compræhenſæ fuerint Penſiones reſervatæ ſuper Epiſcopatibus, aliiſque Beneficiis Conſiſtoria-
54 libus, quorum collatio, tamquàm perpetuis ſubjecta reſervationibus, ſemper fixè, ac invariabiliter ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, juxta *Regul.2. Cancellar. reſervator. Cathedral. & Monaſter.* quàm aliæ Penſiones reſervatæ ſuper Be-
55 neficiis inferioribus, non Conſiſtorialibus, quorum collatio non eſt perpetuò, ac fixè reſervata, & affecta S. Sedi, verùm ſæpè ſæpiùs, immò ſæpiſſimè ſpectat ad Ordinarios Collatores; ubi itaque litera eſt clara pro compræhenſione rei, ſeu caſus controverſi, prout ex deductis clariſſima apparet, nec non ultrà literam adſtipulatur nedùm identitas, ſed majoritas rationis, materia non eſt ampliùs diſceptabilis, dum ſtante etiam dubietate literæ ſola
56 identitas, multòque magis majoritas rationis juſtam præbent interpretationem compræhenſivam caſus ſimilis, non per viam extenſionis, ſed per viam compræhenſionis, *Fagnan. in cap. cùm nonnullis nu. 22. de Privileg. & in cap. cùm non ab Homine num. 21. de Judic.*

His accedit, quòd ejuſmodi intelligentia non ſolùm per obſervantiam recepta fuit, ſed
57 etiam in contradictorio Judicio per plenam Cameram canonizata in Meſſanen. Quindenniorum ſuprà *num.21. &* 44. indicata, ubi agebatur de perpetua Penſione ſuper Menſa Archiepiſcopali Meſſanen. reſervata, ſeu applicata ejuſdem Meſſanen. Eccleſiæ Capitulo, & tamen prodiit reſolutio, quòd eſſet locus quindennio
58 ad favorem Cameræ, ac Annatiſtarum: quo ſtabilito, ſententia deſuper lata, tamquàm ſuper ſtatu, & cauſa univerſali, facit jus quoad omnes etiam non citatos, vulgata *l. ingenuum ff. de ſtat. hom.*

Quibus poſitis, unica ſupereſt Difficultas circà perpetuas Penſiones, manui mortuæ applicatas, & reſervatas ſuper Epiſcopatibus Regnorum Hiſpaniarum, cùm in illis inoleverit quandoque ſtylus apponendi in eiſdem Decretum: *volumus autem, quòd ratione Penſionis hujuſmodi nulla reductio Taxæ prætendi valeat per Epiſcopum, ſed illa integraliter ſolvi debeat*; cujus vigore quemadmodum Promotus, ſeu Epiſcopus in Proviſione Eccleſiæ debet ſolvere integram Taxam, nulla per eum facta Penſionis deductione, proindè viderentur Annatiſtæ exigere nequire quindennium à manu mortua Penſionaria, nè aliàs pro iiſdem fructibus exigatur duplicata Annata, quod fieri nequit, veluti be- 59
nè ponderat *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. num. 22.* ibi: *undè ſi etiam ſolveretur quindennium, imponeretur unis, & eiſdem fructibus, duplex onus, cùm tamen unum iſtorum tantùm ſolvendum ſit, Annata nempè, vel quindennium &c.* nihilominùs etiam pro applicationibus, ſeu reſervationibus Penſionum hujuſmodi ſuper Epiſcopatibus Hiſpaniæ factis profectò debentur quindennia; quantumvis enim Annata, ſeu Commune, & Minutum Servitium ſuper Beneficiis taxatis (qualia ſunt Epiſcopatus, cæteràque Beneficia Conſiſtorialia) ſolvatur ad normam, ſivè menſuram eorum Taxæ, quæ eſt tertia pars veri valoris Be- 60
neficiorum per Joannem XXII. ſeu illius Commiſſarios adinventi, ac excogitati ad hoc per univerſum orbem Catholicum tranſmiſſos, *Maſſ. Galleſ. de annat. ſub num. 4. verſiculo & quoniam taxatio Epiſcopatuum, Fagnan. in cap. prætereà 1. nu.10. nè Prælat. vic. ſuas*: cùmque multotiès ſuper eiſdem Epiſcopatibus, ſeu Beneficiis taxatis imponantur Penſiones menſuram Taxæ excedentes, ſub expreſſione majoris valoris, quàm fuerit deſcriptus in eorum taxatione, ac conſequenter ex ipſa impoſitione Penſionis conſtet, & appareat de augumento fructuum, ſine quo ejuſmodi Penſiones imponendæ non eſſent; undè Summi Pontifices rationem habentes ad augumentum fructuum, voluerunt, quòd pro integra Taxa ſolveret Epiſcopus; & pro Penſione Penſionarius, habita ratione Taxæ reſultantis ab expreſſione ultrà antiquum valorem, indèque videmus, quòd, 61
etiamſi Beneficia Germaniæ, juxta Concordata
Nicolai V. exprimantur in Ducatis XXIV. nec 62
pro illis ſolvatur Annata, adhùc, ſi ſuper his Beneficiis imponatur Penſio excedens Ducatos XXIV. pro illa ſanè ſolvetur Annata, cùm per talem impoſitionem conſtet de majori valore, cujus diſſimulatio eſt contrà naturam, ac eſſentiam gratiæ; proindèque non ampliùs attenditur in Concordatis ſtabilitus, ſed attenditur valor expreſſus in impoſitione, ſeu reſervatione Penſionis, & juxta illum ſolvitur Annata pro Penſione, *Nicolars ad Concordat. German. tit.2. §.3. Zipeus in Analyt. Jur. Pontific. lib.3. tit. ut Benefic. ſin. diminut. confer. controverſ.4.*

Idèmque plerumque practicatur in Canoni- 63
catibus Hiſpaniæ, quorum fructus certi, ad quamcumque ſummam aſcendentes, ex generali conſuetudine exprimuntur in Ducatis XXIV. tantùm, quamvis in rei veritate longè majores ſint hujuſmodi fructus, immò pinguiſſimi, ut omnibus etiam in Curia verſantibus optimè innoteſcit, &, omiſſis quamplurimis DD. illarum Partium, teſtatur *Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9. Cancellar. de Mẽſib. §.7. proem. n.167.*

Eſt

Eſt benè verum, quòd in aliquibus Hiſpaniæ Cathedralibus, Canonicatuum valor exprimitur ſuprà Ducatos viginti quatuor: ſi enim ſuper his imponatur Penſio ſub expreſſione majoris valoris, ceſſat valor conſuetudinarius, ſeu à conſuetudine inductus, immò ſpectato valore expreſſo, ad illius normam, & menſuram ſolvenda eſt Annata, prout notiſſimum eſt in Dataria, & Cancellaria Apoſtolica.

Aliud quoque valdè plauſibile, ac ſolidiſſimum confert exemplum, ex praxi deſumptum, quæ ſervatur in impoſitionibus Penſionum vitalitiarum, ſeu temporalium ſuper diſtributionibus quotidianis, & fructibus incertis, de quibus nulla haberi ſolet ratio in Proviſione, dum tamen ex illis Penſionibus debetur Annata per Penſionarios, atque reſpectivè quindennium

64 per manus mortuas, ſi eis perpetuò reſervatæ fuerint, ex fuſo calamo per nos ſuprà *Cap. XLII.* congeſtis; nullaque è contrà ob iſtam ſolutionem Annatæ fit deductio Taxæ Titulari, ratione fructuum certorum, ut perpetuum, & con-

65 ſtans eſt apud Practicos, ac expreſsè ſtatuit *Clemens X. in ſua Conſtitutione* 50. *§.* 7. *in fin. Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt.* Apoſt. *in ordine la XI.* ibi: *ſtatuimus, & decernimus &c. Quindennia, & alia Jura, ratione Penſionum perpetuarum &c. ſuper &c. diſtributionibus quotidianis reſervatarum, & impoſterùm &c. reſervandarum &c. Cameræ Apoſtolicæ, & Collegio, & Officialibus prædictis perſolvere debeant, & teneantur, Motu pari &c.*

Non omiſſo, quòd dici nequeat in his terminis exactionem Annatæ fieri dupliciter pro

66 iiſdem fructibus, cùm re vera à Penſionariis exigatur pro illis fructibus, qui excedunt valorem taxatum, ſuper quibus radicatur Penſio, à Titulari autem exigitur pro fructibus ſimpliciter, ſuper quibus cadit Taxa, ut patet ad ſenſum, inque hoc conſiſtit rationabilitas, ac congruentia hujuſce Decreti juxta hunc germanum ſenſum interpretati: cujus inſuper juſtitia

67 comprobatur, cùm enim gratiæ reſervationum Penſionum exorbitent à Jure communi, per *textum in cap. unic. ut Benefic. Eccleſiaſtic. ſin.*

68 *diminution. confer.* longèque magis exorbitent perpetuæ Penſionum applicationes, redolentes ſpeciem diſmembrationis, in Concilio Turonen. prohibitæ, per *textum in cap. majoribus,*

69 *& cap. tuæ de Præbend.* proindèque Summi Pontifices in hujuſcemodi gratiis procedunt ex Jure ſpeciali, ac extraordinario, prævia Concilii Lateranen. derogatione; congruum eſt, quòd manus mortua Penſionaria perpetua, obligata remaneat ad ſolutionem quindennii, quantum-

70 vis Epiſcopus perſolvat integram taxam.

Indè fit; quòd, quantumvis regulariter pro Penſionibus reſervatis ſuper Beneficiis taxatis Annata ſolvatur ad rationem Taxæ, ideſt habita ratione tertiæ partis ipſius Penſionis, exempli gratia, ſi ſuper Beneficio taxato in Ducatis, ſeu Florenis mille imponatur Penſio Ducatorum, ſeu Florenorum ter centum, Annata Penſionis ſolvitur ad rationem Taxæ Ducatorum, ſeu Florenorum centum; ſi tamen Penſio reſervetur, Beneficio pleno, cùm reſervatio hujuſmodi dicatur ſine cauſa, magiſque exorbitet à Jure, Annata non ampliùs regulatur juxta Taxam, ſed ſolvitur ad normam Annatæ Bonifacianæ pro medietate Penſionis videlicet in Ducatis centum quinquaginta: quod quidem ſatis juridico fundamento innixum eſt, dum quò difficilior eſt gratia, eò majus onus 71 injungitur, veluti probat *bon. mem. R. P. D. Piton. diſceptatione* 18. *n.* 7. *par* 1.

Adeò, ut ſenſus genuinus, ac proprius enunciati Decreti, non alius ſit, niſi, quòd manus mortua perpetua Penſionaria quindennium ſolvere teneatur ad formam Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper materia quindenniorum emanatarum, & è converſo Epiſcopus prætendere nequeat aliquam deductionem in ſua Proviſione; quod ulteriùs evidenter convincitur ex formula ejuſdem Decreti in recitatis verbis ibi: *Volumus autem, quòd ratione Penſionis hujuſmodi nulla reductio Taxæ prætendi valeat per Epiſcopum, ſed illa integraliter ſolvi debeat*: inficiari enim non valet, quòd, ſi vigore præfati Decreti eximeretur manus mortua Penſionaria à ſolutione quindennii, hæc eſſet nova gratia, ampliativa gratiæ principalis, quo caſu Decretum fuiſſet aliter conceptum, cum dictionibus nempè ampliativis, puta *inſuper etiam*, vel 72 ſimilibus, quæ ſunt continuativæ, incluſivæ, & repetitivæ omnium qualitatum præcedentium, addendo ad ſuperiora, retenta eadem materia, ad *textum in cap. ſtatutum §. Inſuper, cap. ubi periculum §. Ipſos inſuper, de electiòn. in 6. §. Alia inſuper Inſtitution. de donation. Barboſa de diction. diction.* 166. *n.* 3. *&* 4. *diction.* 427. *num.* 1. *& diction.* 428. *num.* 1. *&* 3. *Richter de ſignificat. Adverb. litera I. adverb.* 34. *per tot.* non autem idem Decretum fuiſſet (prout fuit) conceptum cum dictione, ſeu clauſula *volumus autem*, de cujus natura eſt præcedentia modificare, & reſtringere, juxta conſuetum modum 73 loquendi, *Barboſa de diction. dict.* 47. *num.* 1. 4. *&* 7. *dict.* 360. *num.* 1. *cum ſeqq. & dict.* 420. *num.* 1. *cum ſeqq. Germon. de Indult. verbo volumus autem.*

Quòd verò cum effectu formula hujuſmodi *volumus autem* ſit in ſe ſuaptè natura, modificativa, ac reſtrictiva gratiæ, deprænditur 74 quoque ex eo, quòd illa plerumque adjiciatur in corpore ſupplicationis, juxta facultates Officialium Datariæ, non autem in ejus Summariolo, prout ſemper neceſſarium foret, ad effectum validitatis prætenſæ exemptionis à quindennio non venientis in conſequentiam gratiæ principalis, ex traditis per *Rot. in Romana Emphyteuſis 6. Martii* 1684. *§. Probatur tertiò, coram Albergato Decano, in Romana Penſionis* 12. *Februarii* 1685. *§. Non obſtante, coram Paulutio, in Melevitana Penſionis* 28. *Junii* 1698. *&* 23. *Januarii* 1699. *coram Card. dela Tremoille, & in Aſculana Beneficii, ſeu Abbatiæ* 6. *Aprilis* 1699. *§. Et ob id, coram Anſaldo Decano.*

Magis etiam urget, quòd, ſi Summi Pontifices concedere voluiſſent manui mortuæ Penſionariæ, exemptionem à quindenniis, incongrua ſanè fuiſſet ejuſmodi indicata formula diſponendi per involucrum verborum, decernendo videlicet, quòd Epiſcopus petere non poſſet reductionem Taxæ; talis autem exemptio perſpicuè, ac ſpecificè exprimenda eſſet per verba directa ad Penſionarios, & inſuper unà cum derogatione Apoſtolicarum Conſtitutio-

Xx num

num ſolutionem quindenniorum præſcriben-
tium , ampliſſimiſque , & prægnantiſſimis
75 clauſulis roboratarum , prout practicatum
legitur in Pontificatu Gregorii XIII. cum Ca-
pitulo Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitanæ ,
referente *Corrad. in prax. benefic. lib. 2. cap. 8.*
num.64.

Ulteriùs , præter exuberanter hùc uſque alla-
ta , aliundè etiam diluitur objectum ab exage-
rato Decreto deductum , ex eo nimirùm , quip-
pè ſtylus , & praxis expediendi Penſiones per-
petuas cum inſertione prænominati Decreti ,
ultrà , quòd non fuit ſemper , & quandocumque
76 uniformis , dum hujuſmodi expeditiones , ac
forſan numero plures factæ fuerunt abſque illo :
cùmque præfatus ſtylus reperiatur introductus
antè ſæpè *laudatam Conſtitutionem Clementis X.*
in ordine la 50. *Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit.*
poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la XI. tem-
pore nempe , quo per nonnullos controverteba-
tur , num pro perpetuis Penſionibus manui
mortuæ applicatis deberetur , nec nè quinden-
nium , eo modo, quo illud debebatur pro Bene-
ficiis manui mortuæ perpetuò unitis ; quapro-
pter , dum poſtmodùm emanavit *prædicta Con-*
ſtitutio Clementina , hujus controverſiæ deciſiva,
gemini indè reſultarunt effectus , primus nimi-
77 rùm , quòd tamquàm edita per viam declara-
tionis , affecit , ſeu ligavit quoque Penſiones
antecedenter applicatas , & ſubſtulit effectum ,
vim , ac efficaciam hujuſce Decreti adjecti in
ſtatu controverſiæ , quatenùs illi fuiſſet contra-
rius , *Rota coram Dunozet. Jun. dec.* 830. *nu.*14.
*cum ſeqq. tom.*2. *ac in recentior. dec.*216. *num.*4.
*part.*8. *dec.*352. *nu.*24. *&* *dec.*404. *n.*20. *par.* 16.
deciſ. 99. *ſub num.*6. *part.*17. *& in Romana Cau-*
thelæ Angeli 25. Aprilis 1701. §.*Reſponſione , co-*
ram Muto ; hocque abſque ullo ſcrupulo, etenim
78 in eadem *Conſtitutione Clementina* leguntur Clau-
ſulæ ampliſſimæ , abrogativæ , & revocatoriæ
cujuſcumque privilegii exemptionis uſque tunc
conceſſi , veluti habetur in §.1. ibi ,, omnes , &
,, ſingulas Uniones &c. de quibuſvis &c. Be-
,, neficiis Eccleſiaſticis &c. Piis Locis , etiam
,, illis à ſolutione hujuſmodi exemptionem ha-
,, bere præſumentibus &c. perpetuò factas , &
,, de cætero &c.perpetuò faciendas , ſub literis
,, Pauli II. &c. includi &c. ,, §. 6. ibi ,, immò
,, etiam diverſæ &c. perſonarum Congregatio-
,, nes &c. ſub literis prædictis minimè com-
,, præhendi contendant &c. omnia , & ſingula
,, Privilegia , Immunitates , & exemptiones
,, &c quibuſvis Congregationibus &c.ratione
,, ſolutionis Communium , Quindenniorum ,
,, aliorùmque Jurium prædictorum &c. facien-
,, dæ , hactenùs quomodolibet conceſſa revo-
,, cantes , & annullantes , revocataque , & an-
,, nullata ex nunc eſſe , & fore decernentes &c.
,, cum omnibus Clauſulis , Decretis , deroga-
,, tionibus &c. ,, §. 7. ibi ,, omnia , & ſingula
,, in contrarium diſpoſita , tanquàm nulla , &
,, irrita revocantes &c. ſtatuimus , & decerni-
,, mus &c. utcumque per quæcumque Loca
,, Pia &c. Quindennia , & alia Jura ratione
,, Penſionum perpetuarum hactenùs &c. reſer-
,, vatarum , & impoſterùm &c. reſervandarum
,, &c. Cameræ Apoſtolicæ , & Collegio , & Of-
,, ficialibus prædictis perſolvere debeant , & te-
,, neantur , Motu pari &c. ,, & §.8. ibi ,, Loca
,, Pia , in quorum favorem ſimiles Penſiones
,, perpetuò &c. reſervatæ fuerint , & in poſte-
,, rum reſervari contigerit &c. ad ſolutionem
,, Quindenniorum , aliorùmque Jurium , ra-
,, tione Penſionum perpetuarum &c. eiſdem
,, Cameræ , Collegio , & Officialibus facien-
,, dam teneri , & obligata exiſtere &c. declara-
,, mus &c. ,, & reſpondit *Rota in Tiraſſonen.*
Prioratus 19. *Novembris* 1691. *coram Molines*
Decano , & Inquiſitore Generali Hiſpaniarum ,
& 29. *Aprilis* 1697. *coram Urſino Decano , & in*
Virdunen. Abbatiæ 26. *Junii* 1700. *coram eod.*
Molines , ac generaliter probat *textus in l. quæ*
ex relationibus 2. *C. de legib.*

Alter verò effectus fuit , quòd quatenùs in
Jure per impoſſibile ſuſtineri poſſet propoſitio ,
quòd conceſſionibus aliquorum Privilegiorum
præſcribi poſſet contrà Sedem Apoſtolicam jus
obligatorium illa concedendi in futurum , ab
indè citrà non potuit novus ſtylus illi contra-
rius introduci , per quem tale jus præſcriptum 79
remanſerit , reſiſtentibus effrænatiſſimis Clau-
ſulis in *dicta Conſtitutione Clementina* adjectis , ac
præſertim *Decreto irritanti* , *Felin. in cap. cùm*
acceſſiſſent , ſub num. 30. *verſiculo quarto limita,*
de Conſtitution. Rota recentior. deciſ. 373. *num.*7.
& 8. *par.*5. *tom.*1. *dec.*224. *n.*9. *par.*11. *dec.*199.
*n.*37. *par.*12.

Aſſiſtit itaque Annatiſtis lex clara Conſtitu-
tionum Apoſtolicarum , quam quidem nequa-
quam deſtruit ſæpè decantatum Decretum , nè
aliàs inducatur difformitas inter unam , &
allam manum mortuam Penſionibus hujuſmo-
di fruentem , & conſequenter oriatur confuſio ,
ac prætextus contrà ſtimulum calcitrandi ,
quando tamen materia quindennialis potiùs ar- 80
moniacè , ſeu uniformiter practicari poteſt ;
immò hanc uniformitatem eſſe neceſſariam in
hac materia recognovit *Paulus V.* illam conſer- 81
vari præcipiens , ut videre eſt apud *Amayden.*
de ſtyl. Datar. lib. 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn.*
ſub num. 15. *in fin.* mandans ſolvi quindennia
juxta taxam deſcriptam , non verò juxta valo-
lorem expreſſum in Unione , in verbis ibi : *Pau-*
lus V. nè fieret difformitas ſolutionum , et exactio-
num reſpectivè , per Breve Motu proprio emana-
tum &c. ordinavit , Officiales Cancellariæ ſequi
debere taxam &c.

Minùſque refragatur , quòd potiſſima , &
fundamentalis baſis quindenniorum ſtabilita ſit 82
in reparatione damni Annatiſtis contingentis
ex Beneficiorum perpetuis Unionibus , ac re-
ſpectivè ex Penſionum perpetuis applicationi-
bus , ob indè impoſterùm penitùs ceſſatam om-
nem ſpem ſucceſſivarum vacationum , ac con-
ſequenter indubitatam Annatarum ceſſatio-
nem , juxta *Conſtitutionem 6. Pauli II.* §. 2. *&*
ſeqq. Bullar. nov. Rom. tom. 1. *Conſtitutionem* 20.
Julii III. in principio , *juncto* §. 5. *eod. tom.* 1.
Conſtitutionem 17. *Pauli IV.* §. 7. *in fin. et* §.8. *in*
principio , *eod tom.*1. *Conſtitutionem* 38. *S. Pii V.*
§. 3. *in principio* , *tom* 2. *Conſtitutionem* 33. *Six-*
ti V. in principio , *juncto* §. 2. *in principio* , *eod.*
*tom.*2. *Conſtitutionem* 18. *Urbani VIII. in princi-*
pio , *juncto* §. 1. *in principio* , *tom.* 5. *et Conſtitu-*
tionem 50. *Clementis X. in principio, juncto* §.1. §.3.
in principio , §. 4. *in principio* , §. 5. *in principio* ,
et §.6. *in principio* , *tom.*6. *repetit. poſt Tract. int.*
Conſtitut. Apoſt. in ordine la I. III. V. VI. VII.
VIII.

VIII. & XI. quapropter eo ipſo, quòd Epiſcopus ſolvit integram Taxam, nullum prorsùs infertur præjudicium Annatiſtis ex impoſitionibus perpetuarum Penſionum, ac conſequenter prætendere nequeant quindennium. Tùm quia in perpetuis applicationibus Penſionum impoſitarum, ultrà menſuram valoris taxati, non attenditur Taxa, ſed valor expreſſus, dum in illo ſubſtantiatur, ſuámque recipit perfectionem gratia, quæ, aliàs ſervato valore taxato, eſſet nulla ex defectu intentionis.

Tùm etiam, quia ſæpè *laudata Conſtitutio*
83 *Clementina* §. 7. 8. 9. 10. & 11. literaliter eſt clara, ac præcisè obligat manus mortuas ad ſolutionem quindenniorum pro Penſionibus ad favorem earundem manuum mortuarum applicatis, proindè contrà ipſam *Conſtitutionem* ar-
84 guendum non eſt per rationes, cùm argumentum à ratione legis valeat quidem interdum ad ejus extenſionem, ac interpretationem, non verò ad ejus deſtructionem, & everſionem in caſu expreſſo, ſatiſque explicato, juxta theoricam *Bald. in l. Præſes num.* 3. *C. quæ ſit long. conſuetud. Surd. conſil.* 303. *nu.* 12. *lib.* 3. ubi in terminis Conſtitutionis Apoſtolicæ, *Manſ. conſult.* 32. *n.* 17. *tom.* 1.

ARGUMENTUM.

Ex Penſionibus annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis ſuper Beneficiis de Jurepatronatus Laicali, etiam Imperiali, & Regio, licet de hujuſcemodi Penſionibus qualificatis *Conſtitutio* 50. *Clementis X. Bullar. nov. Rom. tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſt. in ordine la XI.* expreſſam mentionem non faciat, ſed benè de Penſionibus tantùm in genere, de quibus nec Conſtitutiones præteritorum Pontificum mentionem fecerant, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Quandoque Penſiones reſervantur ſuper Beneficiis qualificatis, qualia ſunt Patronalia Regia, ſeu Imperialia.*

2 *Humanus intellectus ad omnia intentus eſſe non poteſt, imperfectionis peccans.*

3 *Etiam ex perpetuis Penſionibus ſuper Beneficiis Patronalibus Regiis, aut Imperialibus debentur quindennia.*

4 *Eadem ratio militat in Penſionibus reſervatis ſuper Beneficiis Patronalibus, quæ militat in ipſis Beneficiis etiam Patronalibus unitis.*

5 *Baſilica S. Mariæ Majoris de Urbe non tenetur ad quindennia pro certis Penſionibus, ex peculiari Indulto* Innocentii X. *juxta ſuam* Conſtitutionem in ordine la 30. §. 21. Bullar. nov. Rom. tom. 5. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la X.

6 *Fruſtrà impetratur precibus, quod à Jure conceditur.*

7 *Tales Penſiones ſolvendæ ſunt in Ducatis monetæ Siculæ, non autem in Ducatis auri de Camera, aut in Scutis Romanis, juxta* Conſtitutionem 33. ejuſdem Innocentii X. eod. tom. 5.

CAPITULUM CXXV.

Ex quò non ſemper manui mortuæ uniuntur Beneficia Eccleſiaſtica, ſed quandoque 1
Penſiones Eccleſiaſticæ perpetuò eidem reſervantur non ſolùm ſuper Beneficiis non qualificatis, ſed etiam ſuper qualificatis, qualia ſunt illa de Jurepatronatus laicali, Imperiali, ac Regio; cùmque ad tollendum omne dubium *Clemens X. in ſua Conſtitutione* 50. *Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la XI.* prudenter ſuppleverit, quod omiſſum fuerat à præteritis Pontificibus ſuper reſervationibus Penſionum Eccleſiaſticarum ad favorem manus mortuæ factis, de quibus nè verbum quidem fecerant, ſupèrque ſolutione quindenniorum quoque facienda ex Penſionibus Eccleſiaſticis manui mortuæ perpetuò reſervatis, omiſerit tamen idem *Clemens X.* (non 2
enim ad omnia intentus eſſe poteſt humanus intellectus, imperfectionis ſemper peccans, juxta monitum Juſtiniani Imperatoris in *l. tanta* 2. §. *Si quid autem C. de veter. Jur. enucl.* ibi: *omnium habere memoriam, & penitùs in nullo peccare, divinitatis magis, quàm mortalitatis eſt &c.*) declarare, an etiam Eccleſiaſticæ Penſiones reſervatæ favore manus mortuæ ſuper Beneficiis Patronalibus, ſubjaceant quindenniis, prout declaravit ſubjacere quindenniis Penſiones ſuper cæteris Beneficiis non Patronalibus, facilè controverti poterat inter Annatiſtas, & manus mortuas, utrùm ſit locus quindenniis etiam pro Penſionibus reſervatis ſuper Beneficiis Patronalibus, prout ex *laudata Clementina Conſtitutione*, ſublato omni dubio profectò locus eſt pro Penſionibus Beneficiorum non Patronalium, haud abs re, ad diſſidium componendum reſolvimus in præſenti, quòd 3
ex Penſionibus annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis ſuper Beneficiis de Jurepatronatus laicali, etiam Imperiali, & Regio, licet de hujuſmodi Penſionibus qualificatis *Conſtitutio* 50. *Clementis X. Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la XI.* expreſſam mentionem non faciat, ſed benè de Penſionibus tantùm in genere, de quibus nec Conſtitutiones præteritorum Pontificum mentionem fecerant, etiam adhùc debentur quindennia; eadem enim ra- 4
tio, immò major militat in Penſionibus reſervatis ſuper Beneficiis Patronalibus, quàm in ipſis Beneficiis etiam Patronalibus unitis: fortiùs, quia *Bulla Clementina in* §. 6. *poſt med. verſiculo tàm ratione Proviſionum, &* §. 7. *circà fin.* loquitur de Penſionibus impoſitis ſuper Beneficiis quomodolibet qualificatis, ſicque compræhendit etiam iſtas Penſiones ſuper Beneficiis Patronalibus, cùm iſta propriè dicantur qualificata, maximè, quando per prius Bulla expreſsè loquuta fuit de Unionibus Beneficiorum etiam Patronalium; undè poſteà loquendo de reſervationibus Penſionum ſuper quibuſcumque, & quomodocumque qualificatis Beneficiis,

ciis, referri debet ad Penſiones quoque reſervatas ſuper Beneficiis Patronalibus.

Advertendum tamen eſt, quòd Baſilica Pa-
5 triarchalis Liberiana vulgò S. Mariæ Majoris de Urbe ex peculiari Indulto *Innocentii X.* non tenetur ad quindennia pro perpetuis Penſionibus, ejuſdem Baſilicæ Capitulo reſervatis ſuper Menſis Cathedralium Eccleſiarum Mazzarien. & Cathanien. in Regno Siciliæ, de Jurepatronatus Regis Hiſpaniarum, juxta *Conſtitutionem ejuſdem Innocentii X. in ordine la 30. §. 21. Bullar. nov. Rom. tom. 5. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſt. in ordine la X.* ibi: *Quòdque propter reſervationem Penſionum per præſentes reſervatarum &c. Capitulum, Canonici &c. dictæ Patriarchalis Baſilicæ prædicti de cætero perpetuis futuris temporibus ad ſolutionem alicujus quindennii minimè teneantur, et ad id per Clericos Cameræ, & alios Miniſtros, & Officiales de Annata, & quindenniis hujuſmodi Participantes &c. compelli minimè poſſint, neque debeant &c.* ſignum evidens, quòd aliàs memorata Baſilica, niſi potiretur Pontificio Indulto exemptivo à quindenniis, ad illa teneretur, quantumvis Penſiones ad ejuſdem Baſilicæ favorem reſervatæ ſint ſuper Eccleſiis de Jurepatronatus Regio; non enim indigeret Baſilica aliquo Indulto Apoſtolico pro exemptione à quindenniis, ſi de
6 Jure ad illa non teneretur, ex regula, quòd fruſtrà impetratur precibus, quod à Jure conceditur, *D. Advoc. Urſaya diſcept. Eccleſ. tom. 1. par. 2. diſcept. 8. nu. 9. & tom. 2. par. 1. diſcept. 4. num. 22. & diſcept. 5. num. 26. in fin. verſic. & fruſtrà*: quòd autem Eccleſiæ præfatæ Mazzarien. nec non Cathanien. ſint de Jurepatronatus Regio, ſatis comprobatur ex ipſamet relata *Conſtitutione* 30. *Innocentii X. in principio*, ibi: *ad præſentationem ejuſdem Philippi Regis, Eccleſiæ Mazzarien. quæ de ejus Jurepatronatus &c. exiſtit &c. ſuper Menſæ Epiſcopalis Eccleſiæ Cathanien. fructibus &c. quæ itidem de Jurepatronatus prædicti Philippi Regis &c. fore dignoſcitur &c. et ex alia Conſtitutione ejuſdem Innocentii in ordine la 33. §. 1. dicto tom. 5.* ibi: *quarum Eccleſiæ de Jurepatronatus dicti Philippi Regis &c.*
7 *eſſe dignoſcuntur &c.* quas quidem Penſiones idem *Innocentii X. dicta Conſtitutione* 33. mandavit ſolvi non in Scutis, ſed in Ducatis monetæ Siculæ ad rationem treſdecim Tarenorum pro quolibet Ducato.

ARGUMENTUM.

Ex Penſionibus annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis ſuper fructibus tàm Minorum, quàm Majorum Dignitatum poſt Pontificales in Cathedralibus, & Metropolitanis, ac Patriarchalibus, nec non tàm Principalium, ſeu Minorum, quàm Principalium in Collegiatis Eccleſiis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Tàm Beneficia, quàm Dignitatès ſubjacent quindenniis.*
2 Conſtitutio 50. Clementis X. Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la XI. *quindenniis ſubjecit Penſiones ſuper Beneficiis, nulla facta mentione de Dignitatibus.*
3 *Dignitates ſunt Beneficia duplicia.*
4 *Etiam ex Penſionibus reſervatis ſuper Minoribus, vel Majoribus Dignitatibus debentur quindennia.*
5 Breve prædictum Clementinum in §. 7. & 9. *utitur voce quorumcumque Beneficiorum.*
6 *Sub dicta voce continentur tàm Minores, quàm Majores Dignitates.*
7 *Beneficiorum appellatione veniunt Dignitates.*
8 Clemens X. in prædicta ſua Conſtitutione 50. *quindenniis ſubjecit Dignitates.*
9 *Idem quæcumque Beneficia quindenniis ſubjecit.*
10 *Verbum* quicumque *nihil excludit.*
11 *Beneficii nomine in materia ſtricta non venit Dignitas.*
12 *Etiamſi addatur verbum* quicumque.
13 *Beneficium, eſt genus, & Dignitas ſpecies.*
14 Clemens X. dicta Conſtitutione 50. *loquens de Penſionibus, nè verbum quidem de Dignitatibus habuit.*
15 *Diſpenſatus ad Beneficia, non eſt diſpenſatus ad Dignitates, minùſque ad Majores.*
16 *Dignitates tàm Minores, quàm Majores veniunt appellatione Beneficiorum, quando Conſtitutiones loquuntur de omnibus Beneficiis.*
17 *Rejicitur* Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſt. lib. 2. cap. 6. n. 2.
18 Præfata Bulla Clementina *comprœhendit etiam Beneficia qualificata.*
19 *Dignitates ſunt Beneficia qualificata.*
20 *Indultum trasferendi Penſiones ſuper quibuſcumque Beneficiis, comprœhendit etiam Beneficia S. Petri de Urbe.*
21 *Diſpenſatio eſt odioſa.*

CAPITULUM CXXVI.

Sub prætextu, quòd Conſtitutiones Apoſtolicæ expreſsè ſubiecerint quindenniis tàm 1
Beneficia unita manui mortuæ, quàm Dignitates, *Conſtitutio* autem 50. *Clementis X.* §. 7. & 2
ſeqq. Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la XI. expreſsè tantùm ſubiecerit quindenniis Penſiones perpetuò reſervatas ſuper Beneficiis, nulla facta mentione de Dignitatibus, manus mortua Penſionaria, ſeu Penſionum reſervataria ſuper Dignitatibus Maioribus, & Principalibus, aut Minoribus, exindè putat, non comprœhendi in *Conſtitutione Clementina*, cùm Dignitates ſint quidem Beneficia Eccleſiaſtica, ſed duplicia, ac 3
uti talia, ſpeciali nota digna, *Garzias de Benefic. par. 1. cap. 6. num 6.* ſed procul dubio fallitur manus mortua, & Annatiſtæ fovent bonum
jus; unde firmatur in præſenti, quòd ex Pen- 4
ſionibus annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis ſuper fructibus tàm Minorum, quàm Maiorum Dignitatum poſt Pontificales in Cathedralibus, & Metropolitanis,

ac

ac Patriarchalibus, nec non tàm Principalium,
ſeu Minorum, quàm Principalium in Collegia-
tis Eccleſiis, etiam adhùc debentur quinden-
nia; quippè appellatione *quorumcumque Benefi-*
5 *ciorum*, qua voce utitur memoratum *Breve*
6 *Clementinum in* §. 7. *circà fin.* & § 9. *in principio,*
contineri debent ratione generalitatis ſermonis
etiam Dignitates tàm Maiores, quàm Mino-
res, quæ etiam Beneficia ſunt, *Garzias de Be-*
7 *nefic. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 37. & 52. immò (quod
fortius eſt) ſimplici appellatione Beneficiorum
veniunt Dignitates, *Murga de Benefic. quæſtion.*
1. *dub.* 1. *num.* 22. *circà fin. verſiculo ſub appel-*
latione autem.

Non obſtat, quòd, ſi *Clemens X.* ſubiicere
voluiſſet quindenniis etiam perpetuas Penſiones
reſervatas, ſeu reſervandas ſuper Maioribus, &
Minoribus Dignitatibus, id expreſsè declara-
ret, non obſtante, quòd loquutus fuerat am-
pliſſimis, ac generaliſſimis verbis compræhen-
ſivis Penſionum reſervatarum, ſeu reſervanda-
rum ſuper omnibus Beneficiis, prout expreſsè
8 declaravit in §. 2. *antè med. verbo Dignitates*, &
§. 3. *in principio, antè med. verbo nec non Digni-*
tates, non obſtante, quòd ampliſſimis quoque,
& generaliſſimis verbis per nomina *omnia*, *ſin-*
9 *gula*, & *quæcumque*, quindenniis ſubiecerit
omnia, & quæcumque Beneficia unita, ut in
§. 3. *cum ſeqq.* arguendo à modo diſcretivè lo-
quendi: quia, cùm eadem ratio militet in reſer-
vatione Penſionum, quæ militat in Unione Be-
neficiorum, cenſentur virtualiter compræhen-
ſæ Dignitates tàm Maiores, quàm Minores,
10 præſertim ſtante amplitudine verbi *quicumque*,
cuius vis eſt nihil excludere, *Barboſa de diction.*
dict. 227. *per tot.*

Minùs relevat, quòd, ſi appellatione Beneficii
in materia ſtricta, qualis forſitan eſt iſta quin-
denniorum, uti non ſolùm à Jure communi
11 exorbitans, ſed ipſi Juri incognita, non venit
Dignitas, *Garz. de Benefic. par.* 1. *cap.* 6. *nu.* 49.
12 etiamſi addatur verbum univerſale *quicumque*,
non indè aptum erit compræhendere, niſi ſub-
iectam materiam ipſorum Beneficiorum, non
autem diverſam materiam Dignitatum per ſe
non compræhenſarum in nomine Beneficii, cùm
compræhendere debeat ſolummodò ſimilia,
veluti in ſpecie Dignitatum ad aliud propoſi-
tum ponderat *Pyrrh. Corrad. in prax. diſpenſa-*
tion. Apoſtolic lib. 2. *cap* 6. *num.* 3. quia hoc ar-
gumentum ad ſummum urgeret in diſpoſitione
hominis, & in conceſſione Beneficii ad inſtan-
tiam ſupplicantis ob defectum intentionis con-
cedentis, qui, quod minus eſt, concedere vo-
luiſſe intelligitur, non verò in diſpoſitione per
13 viam legis generalis, & Motu proprio, cùm
Beneficium ſit genus, & Dignitas ſpecies, *Gar-*
zias de Benefic. par. 1. *cap.* 6. *num.* 38. *cum ſeqq.*
& *num.* 57.

Longèque minoris ponderis eſt, quòd ſim-
plici nomine Beneficiorum venire non debent
Dignitates, præſertim Maiores, & Principales,
quidquid forſitan ſuſtineri poſſe videretur circà
Dignitates Minores, non adeò dignas ſpeciali
14 nota, potiſſimùm quando, ut in caſu, *Clemens*
X. loquens de reſervatione Penſionum, nè ver-
15 bum quidem de Dignitatibus habuit: undè di-
ſpenſatus ad Beneficia ſuper ætate, non cenſe-
tur diſpenſatus ad Dignitates, & longè minùs
ad Maiores, ac Principales, ad *textum in cap.*
fin. §. *Cùm igitur unic. de Præbend. Clement.* 1. *de*
ſequeſtr. poſſeſſion. & *proprietat.* quia Dignitates 16
tàm Minores, quàm Maiores, & Principales
benè veniunt appellatione Beneficiorum, quan-
do Conſtitutiones loquuntur de omnibus, &
quibuſcumque Beneficiis, & quando non veni-
rent, etiamſi *Bulla Clementina* loquatur per ver-
bum *quicumque*, ad tradita per *Pyrrh. Corrad.* 17
in prax. diſpenſation. Apoſtolic. lib. 2. *cap.* 6. *n.* 2.
attamen veniunt, quando, ut in caſu, *Bulla Cle-*
mentina, non contenta huius univerſalis loqu- 18
tionis, expreſsè compræhendit etiam Beneficia
qualificata, ſuper quibus reſervatæ fuerint per-
petuæ Penſiones, in § 7. *circà fin. verbo quomo-*
dolibet qualificatorum, cùm Dignitates ſint Be- 19
neficia qualificata, *Corrad. in prax. diſpenſation.*
Apoſtolic. lib. 2. *cap.* 6. *nu.* 5. & ad propoſitum
Indulti traſferendi Penſiones ſuper quibuſcum- 20
que Beneficiis, quòd compræhendat etiam
Beneficia Eccleſiæ ſpeciali nota dignæ, qualis
eſt Cathedralis, & Patriarchalis Sacroſancta
Baſilica Vaticana Principis Apoſtolorum de
Urbe firmat *Rota coram Dunozet. Jun. dec.* 63.
num. 3. *tom.* 1 quidquid ſit, quando agitur de
diſpenſatione ad Beneficia, in quo caſu non
mirum, quòd nomine Beneficii non veniat Di-
gnitas; cùm agatur de materia ſtrictiſſima, & 21
odioſa, qualis eſt diſpenſatio, per quam rela-
xatur vinculum legis, veluti in his terminis ge-
neralibus advertit *Tholoſan. de Reſcript. lib.* 1.
cap. 21. *n.* 4. *in principio.*

ARGUMENTUM.

Ex Penſionibus annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis ſuper Beneficiis commendatis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex Beneficio commendato, poſteàque unito debentur quindennia.*
2 *Ex Penſione manui mortuæ reſervata ſuper Beneficio commendato debentur quindennia.*
3 *Penſiones imponuntur etiam ſuper Beneficiis commendatis.*
4 *Penſio ſemper datur in titulum.*
5 *Beneficium, etiamſi recommendari deſinat, non tamen ſemper eſt in ſtatu collativo, ſed redit, ut priùs, electivum.*
6 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*
7 *Præſertim, quando in acceſſorio militat eadem ratio.*
8 *Beneficium etiam non recommendatum, non ſemper remanet in titulum.*

CAPITULUM CXXVII.

Capitulo LVI. firmavimus, quòd ex Bene-
ficio commendato, manui mortuæ uni- 1
to debentur quindennia, modò pariter firma-
mus in præſenti, quòd ex Penſionibus annuum 2
valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera
exce-

excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis ſuper Beneficiis commendatis, etiam adhùc debentur quindennia; pro maiori autem dilucidatione ſciendum eſt, quòd non ſolùm Penſiones imponi poſſunt ſuper Beneficiis datis
3 in titulum, ſed etiam ſuper datis in commendam, *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 13. quæſit. 7. num. 3. Azor. inſtitution. moral. par. 2. lib. 8. cap. 8. quæſtion. 8.* & præſens reſolutio fun-
4 datur in eo, quòd Penſio ſemper datur in titulum, ſicque ſemper eſt in ſtatu collativo, & tanquàm talis, ſemper obnoxia quindennio,
5 ad differentiam Beneficii commendati, quod, etiamſi recommendari deſinat, non tamen ſemper eſt in ſtatu collativo, ſed evadit, ſivè veriùs redit, ut priùs, electivum.

Penſio inſuper eiuſdmodi, uti annexa Beneficio commendato participare debet de illius natura, proindeque quindenniis obnoxia eſſe, prout quindenniis obnoxium eſſe Beneficium commendatum, *Cap. LVI.* docuimus, ex regula,
6 quòd acceſſorium ſequitur naturam ſui Principalis, *cap. acceſſorium 42. de regul. Jur. l. etiam*
7 *8. C. de jur. dot.* præſertim, quando, ut in caſu, eadem militat ratio in acceſſorio, ex eo quòd Penſio ſemper remanet in titulum, licet princi-
8 pale, quod eſt Beneficium, ſivè commendatum, ſivè non recommendatum, non ſemper remaneat in titulum, ſed ſivè in commendam, ſivè electivum, *Barboſa axiom. 4. n. 10.*

ARGUMENTUM.

Ex Penſionibus annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis ſuper Beneficiis Sacroſanctæ Patriarchalis Baſilicæ Lateranenſis S. Joannis de Urbe, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex Beneficiis unitis Baſilicæ Lateranen. vel ex Penſionibus eidem reſervatis debentur quindennia.*
2 *Etiam ex perpetuis Penſionibus reſervatis ſuper Beneficiis Baſilicæ Lateranen. debentur quindennia.*
3 Clemens X. in Bulla 50. §. 7. Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la XI. *ſubjecit Penſiones quindenniis, etiamſi reſerventur ſuper quibuſcumque quomodolibet qualificatis Beneficiis.*
4 *Indultum transferendi Penſiones ſuper quibuſcumque Beneficiis, capit etiam Beneficia S. Petri de Urbe, & laudatur* bon. mem. R. P. D. Fatinellus.
5 *Quindennia debentur ex Beneficiis unitis Baſilicæ Lateranenſi.*
6 *Quando Penſiones reſervantur, non conſideratur ullus favor Baſilicæ Lateranenſis.*
7 *Beneficia Eccleſiæ Lateranenſis non gaudent prærogativa ſpecialis mentionis.*

CAPITULUM CXXVIII.

CApitulo XCI. reſolvimus, quòd ex Beneficiis unitis Sacroſanctæ Lateranenſi Baſi- 1
licæ, ſivè ex perpetuis Penſionibus ad favorem eiuſdem Baſilicæ reſervatis debentur quindennia, nunc æqua lance reſolvimus in præſenti, quòd ex Penſionibus annuum valorem XXIV. 2
Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis ſuper Beneficiis Sacroſanctæ Patriarchalis Baſilicæ Lateranenſis S. Joannis de Urbe, etiam adhùc debentur quindennia; cum enim *Bulla 50. Clementis X. §. 7. circà fin. Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſt. in ordine la XI.* perpetuas huiuſmodi Penſiones quinden- 3
niis ſubiecerit etiam reſervatas ſuper quibuſcumque quomodolibet qualificatis (ut cantant verba Bullæ) Beneficiis, ſequitur ob effrænatiſſimam generalitatem verborum compræhendi Beneficia Patriarchalium Eccleſiarum Urbis, quæ verè qualificata ſunt, immò qualificatiſſima, veluti ad propoſitum Indulti transferendi 4
Penſiones ſuper quibuſcumque Beneficiis, quòd capiat Beneficia conſimilis Patriarchalis Baſilicæ Vaticanæ S. Petri de Urbe firmat *Rota coram Dunozet. Jun. dec. 63. num. 2. cum ſeqq. tom. 1.* & in genere de Eccleſiis Patriarchalibus *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 16. §. 6. n. 15. & 36. immortalis ævi R. P. D. Fatinellus Clericorum Cameræ Apoſtolicæ Decanus, ac olim in Urbe præclari nominis Advocatus, de translation. Penſion. cap. 5. num. 2.* eo ſanè modo, quo ſicuti *Cap. XCI.* firmavimus, deberi quindennia 5
ex Beneficiis unitis Baſilicæ Lateranenſi, ſivè ex perpetuis Penſionibus ad eiuſdem favorem reſervatis, quantumvis talis Eccleſia uti omnium aliarum Urbis, & Orbis Eccleſiarum caput, proindèque ſpeciali nota digna, videatur indigere ſpeciali mentione, & tanquàm Cathedralis Papæ, ipſe enim ſe inſcribit Epiſcopum Lateranenſem, ità à fortiori debentur quindennia ex perpetuis Penſionibus ſuper Beneficiis Lateranenſibus, ad favorem manus mortuæ reſer- 6
vatis, dum quando Penſiones huiuſmodi reſervantur favore manus mortuæ, non conſideratur ullus favor Baſilicæ Lateranenſis, prout conſiderari poſſet favor eiuſdem Baſilicæ, quando eidem vel uniuntur Beneficia, vel reſervantur Penſiones, & tamen ſemper eadem Baſilica tenetur ad quindennia: præterquamquòd in præſenti hypotheſi nec ulla conſideranda venit prærogativa ſpecialis mentionis, cùm nullum damnum ſentiat Baſilica Lateranenſis, quòd manus mortua Penſionaria ſolvat quindennia, nec aliquod commodum ſentiat, quòd eadem manus mortua non ſolvat quindennia; immò nec Penſiones eiuſmodi ſunt reſervatæ ſuper ipſa Patriarchali Eccleſia Lateranenſi (ſuper qua tamen etiamſi eſſent reſervatæ, adhùc teneretur ad quindennia) ex per nos *Cap. XCI.* deductis, ſed ſuper eius Beneficiis, quæ longè minùs gau- 7
dent prærogativa ſpecialis mentionis, ut in fortioribus terminis alterius Patriarchalis Baſilicæ Vaticanæ de Urbe ponderat *Rota coram Dunozet. Jun. dec. 63. n. 5. tom. 1.*

ARGUMENTUM.

Ex Penſionibus annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis, ſuper Canonicatibus Lectoralibus, Doctoralibus, Magiſtralibus, ſeu Præceptorialibus, ſivè Scholaſticis, Theologalibus, & Pœnitentialibus, ſeu Pœnitentiariis, Scripturalibus, ſeu Scripturariis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſint Canonicatus Doctorales, Theologales, & Magiſtrales.*
2 *Quid ſint Canonicatus Pœnitentiales.*
3 *Quid ſint Canonicatus Scripturales.*
4 *Canonicatus hujuſmodi ratione menſium ſunt compræhenſi in* Regula 8. hodiè *9.* Cancellariæ de Menſib.
5 *Parochiales vacantes in menſibus reſervatis quomodò provideantur.*
6 *Canonicatus in Gallia non recipiunt Penſiones.*
7 *Ibidem Præbenda Pœnitentialis Penſionem benè patitur.*
8 *In Hiſpania Canonicatus Doctorales, aut Magiſtralis gravari nequit Penſione.*
9 *In Portugallia, & Hiſpania tales Canonicatus per oppoſitionem conferri ſolent graduatis, ab Ordinariis.*
10 *In* Conſtitutione 50. Clementis X. Bullar. nov. Rom. tom. *6.* repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la XI. *nulla fit mentio de Penſione ſuper talibus Canonicatibus.*
11 *Etiam ex Penſionibus reſervatis ſuper ſupradictis Canonicatibus debentur quindennia.*
12 *Ex Penſione ſuper talibus Canonicatibus reſervata debetur Annata.*
13 *Etiam ex dictis Canonicatibus ſolvitur Annata.*
14 *Quindennium in locum Annatæ ſubrogatum fuit.*
15 Clemens X. in dicta Conſtitutione 50. *decrevit, ut quindennia ſolvantur etiam pro* Penſionibus *reſervatis ſuper diſtributionibus quotidianis Canonicatuum.*
16 *Viri literati præ aliis debent habere Beneficia.*
17 *Rejicitur* Gonzalez ad Regul. 8. hodiè *9.* Cancellar. de Menſib. gloſſ. *9.* §. 2. num. 20. in med.
18 *Privilegium exemptivum intuitu meritorum, non eſt communicabile.*
19 Clemens X. in dicta Conſtitutione 50. §. 7. circà fin. *ſtatuit pro Penſionibus reſervatis ſuper quibuſcumque quomodolibet qualificatis Beneficiis ſolvenda eſſe quindennia.*
20 *Supradicti Canonicatus vigore verbi* qualitercumque qualificata *compræhenduntur in* Regula 8. hodiè *9.* Cancellar. de Menſib.
21 *De talibus Canonicatibus meminit* Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de Reform. cap. 5.
22 *In Conſtitutionibus nulla ſylaba ſuperflua eſſe debet.*
23 *In condendis* Regulis Cancellariæ *qui interveniant.*
24 *Verbum* quicumque *omnia compræhendit.*
25 *Expreſſio ad cauthelam non debet inducere neceſſitatem exprimendi.*

CAPITULUM CXXIX.

Præmittendum eſt pro intelligentia, quòd Canonicatus Doctorales, Theologales, & 1
Magiſtrales ità denominantur, quia ſolis graduatis, ſeu Licentiatis in Jure Canonico, aut Magiſtris in Sacra Theologia conferri debent, juxta diſpoſitionem *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.* 5. *de Reformat. cap.* 1. *& ſeſſ.* 23 *de Reformat. cap.* 18. *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.*27. *per tot. Lotther. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 21. *nu.* 127. *cum ſeqq.* eodem fermè pacto dicuntur 2
Canonicatus Pœnitentiales, ſeu Pœnitentiarii, quia inſtituendi ſunt Canonici in ætate annorum quadraginta, Doctores pariter, ſeu Licentiati in Jure Canonico, aut Magiſtri in Theologia ad audiendas ſacramentales confeſſiones, juxta ſanctionem ejuſdem *Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi ſeſſ.*24. *de Reformat cap.*8. *ubi Barboſa, & de Canonic. & Dignitat. cap.* 26. *per tot. Narbon. de ætat. ann.*40. *quæſt.*1. *per tot. Clericat. diſcord. forenſ. de Benefic. & Penſion. par.* 1. *diſcord.* 43. *per tot.* Scripturales inſuper, ſeu Scri- 3
pturarii dicuntur, ex eo quòd interpretantur Sacram Scripturam.

Cùm igitur apud Sedem quandoque vacare contingat Canonicatus hujuſmodi ratione menſium, uti compræhenſos ſub *Regula* 8. *ho-* 4
diè 9. *Cancellar. de Menſibus, Gonzalez ad eand. Regul. gloſſ.*9. *in principio, ac per tot. juncto* §. 2. *ex num.*81. *Lotther. de re benefic lib.*3. *quæſt.*17. *num.*95. *Garzias de Benefic. par.*5. *cap.*4. *n.*167. ad inſtar Parochialium vacantium in menſibus 5
reſervatis, quæ, facta in Partibus oppoſitione, providentur in Curia, prævia fide Ordinarii ſuper approbatione in examine, ad formam *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.*24. *de Reformat. cap.*18. *poſt med. verſiculo cùm verò inſtitutio, Maſſobr. in prax. habend. concurſ. prælud.*3. *dub.*3.

Eoque modo, quo reſervari poteſt Penſio temporalis favore privati, ità reſervari poſſit Penſio perpetua favore manus mortuæ, quidquid ſit in Gallia, ubi Canonicatus Magiſtra- 6
les non recipiunt Penſiones etiam temporales, & optima quidem ratione, cùm Præbendæ iſtæ concedantur ratione aſſidui laboris, & ſervitii, ad quod Præceptores tenentur; quod congruit quoque Juri Canonico in *cap. quia nonnullis* 4. *de Magiſtr. Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.* 66. *num.* 7. *&* 8. in eadem tamen Gallia 7
Præbenda Pœnitentialis, in qua non conſideratur eadem ratio, nec idem favor, benè Penſionem patitur, ſicut & ibidem reliqua Beneficia, *Tondut. mox citat. num.* 15. prout in 8
Hiſpania ex Indulto *Sixti IV. Innocentii VIII. & Leonis X.* gravari nequit Canonicatus Doctoralis, aut Magiſtralis aliqua Penſione etiam de conſenſu Titularium, niſi accedente conſenſu Ordinariorum, & Capitulorum per trinas literas cum intervallo trium menſium inter Datas, *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.* 27. *num.* 62. *poſt med. verſic. Additur etiam, Gonzalez in Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.* 9. §. 2. *num.*25. *cum ſeqq.*

In noſtro autem Portugalliæ Regno, ac præ- 9
ſertim in Hiſpania, Sacroſanctæ Æconomicæ Tridentinæ mandata rigoroſiùs ſervando, ſolent tales Canonicatus per oppoſitionem, ſeu concurſum conferri graduatis, ab Ordinariis

Lo-

Locorum, & Capitulis vigore Bullarum præ-
dictarum *Sixtinæ*, *Innocentianæ*, & *Leoninæ*, in
quibuſcumque menſibus vacaverint; ità ta-
men, ut illis vacantibus apud Sedem, electi
infrà quatuor menſes novam Proviſionem de-
ſuper ab eadem S. Sede in Dataria Apoſtolica
impetrare, & literas expedire teneantur, ſolu-
ta Annata, *Garz. de Benefic. par.* 5. *cap.* 4. *per
tot.* Barboſa *de Canonic. & Dignitat. cap.* 27.
*num.*62. *Gonzalez ad Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancellar.
de Menſib. gloſſ.* 9. §. 2. *num.* 4. *in fin verſic. &
quòd ſi dicti Canonicatus Magiſtrales*, & *nu.* 80.
poſt med. circa fin. verſic. dummodò ſi vacant.

Sicuti igitur occaſione novæ Proviſionis in
Curia reſervari poteſt temporalis, ſeu vitalitia
Penſio, ità & perpetua ad favorem manus
mortuæ; proindèque ambigi datur, an etiam
ex perpetua huiuſmodi Penſione ſuper talibus
10 Canonicatibus debeantur quindennia, licet in
Conſtitutione 50. *Clementis X.* §. 6. *cum ſeqq.*
Bullar. nov. *Rom. tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int.
Conſt. Apoſt. in ordine la XI.* nulla fiat mentio
de Penſione ſuper talibus Canonicatibus: ad
quod diſſolvendum dubium, affirmativè re-
11 ſpondendo, reſolvimus, quòd ex Penſionibus
annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de
Camera excedentibus, ad favorem manus mor-
tuæ reſervatis ſuper Canonicatibus Lectorali-
bus, Doctoralibus, Magiſtralibus, ſeu Præ-
ceptorialibus, ſivè Scholaſticis, Theologali-
bus, & Pœnitentialibus, ſeu Pœnitentiariis,
Scripturalibus, ſeu Scripturariis, etiam adhuc
debentur quindennia; eadem enim, immò for-
tior ratio eſſe debet Penſionis perpetuæ, quàm
12 quæ eſt Penſionis temporalis, ſed ex Penſio-
ne temporali, ſeu vitalitia reſervata ſuper hu-
iuſmodi Canonicatibus procul dubio Annata
ſolvenda eſt, cùm etiam pro eiſdem Canonica-
tibus apud Sedem vacantibus, quantumvis in
Hiſpania ſemper, & quandocumque vacave-
rint, ab Epiſcopis, & Capitulis provideantur
vigore peculiarium Pontificiorum Indultorum
13 mox recenſitorum: attamen ſolvitur Annata in
Curia ratione novæ Proviſionis, & literarum
Apoſtolicarum ibidem expediendarum intrà
quatuor menſes; undè, ſi pro principali (qua-
lis eſt Canonicatus) ſolvitur Annata, quantò
magis illa venit ſolvenda pro acceſſorio, qualis
14 eſt Penſio, perque conſequens debetur quin-
dennium uti ſubrogatum in locum Annatæ ad
per nos latè tradita ſuprà *Cap.I. ac alibi paſſim*;
quæ quidem annata deberetur ex Penſione tem-
porali ſucceſſivè per plures vices reſervanda, ſi
non eſſet reſervata perpetua Penſio ad favorem
manus mortuæ.

His accedit, quòd, ſi *Clemens X. in ſua Con-
ſtitutione* 50. §. 7. *in fin. verſiculo ac etiam* Cano-
nicatuum, *verbo diſtributionibus*, *Bullar. nov.
Rom. tom.*6. *repetit. poſt Tract. int.* Conſt. *Apoſt.*
15 *in ordine la* XI. decrevit, ut quindennia ſolvan-
tur etiam pro perpetuis Penſionibus reſervatis
ſuper diſtributionibus quotidianis Canonica-
tuum, ac Præbendarum, quantò magis intelli-
gitur voluiſſe, quòd illa ſolvantur pro perpe-
tuis Penſionibus reſervatis ſuper Canonicatibus
Doctoralibus, & ſimilibus, arguendo à fortio-
ri, cùm diſtributiones, quamvis introductæ
pro augumento cultus divini, non gaudeant
ſuper hoc aliquo privilegio; undè multò minùs
illo gaudere debent Canonicatus huiuſmodi de
rigore, non introducti pro augumento cultus
divini, ſed benè pro maiori ſplendore, maiori-
que decore Eccleſiarum, quæ debent habere vi-
ros literatos, ſicuti & iſti, uti benemeriti præ 16
aliis debent habere Eccleſias, ſeu Beneficia, ob
quotidianos ſudores in communem utilitatem,
Gonzalez ad Regul. 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de
Menſib. gloſſ.* 9. §. 2. *nu.* 48. *in fin.* quidquid pu-
tet idem *Gonzalez num.* 20. *in med. verſiculo &* 17
multò minùs, huiuſmodi Canonicatus eſſe funda-
tos in favorem, & augumentum cultus divi-
ni: quia, præterquamquòd non probat aſſum-
ptum, ſed proprio marte figurat, patet con-
trarium ad ſenſum, dum iſti Canonici, tam-
quàm aſſiduis ſtudiis, & lectionibus addicti,
mancipatique, non adeò benè, non adeò ſe-
dulò, non adeò frequenter inſervire poſſunt
eorum Eccleſiis, perque conſequens potiùs
hinc diminuitur, quàm augetur cultus divi-
nus, propriè conſiſtens in Chori frequentatio-
ne; ſed quando etiam tales Canonici non ſol-
verent Annatam ob perſonalem benemeren-
tiam, non hinc ab illa cenſerentur exempti
eorum Penſionarii, diverſæ qualitatis, & ca- 18
thegoriæ, cùm privilegium exemptivum intui-
tu meritorum, non eſt communicabile, ideò-
que manus mortua Penſionaria eodem modo
non eximitur à quindenniis, ſub ſolo prætextu
qualitatis Beneficii.

Prætereà animadvertendum eſt, quòd, licet
huiuſmodi Canonicatus mereantur aliquos fa-
vores in concurſu aliorum Canonicatuum non
Doctoralium, ac ſimilium, cùm tamen talibus
Canonicatibus, vel eorum poſſeſſoribus non in-
feratur novum præiudicium occaſione ſolutio-
nis quindenniorum, ultrà præiudicium illud,
quod ſentiunt ex reſervatione Penſionum exte-
nuante, ac diminuente fructus Canonicales,
ac Præbendales, ex eo quòd ſolutio quinden-
niorum non ſit infixa Canonicatibus, aut Ca-
pitulis, ſed incumbat ipſi manui mortuæ Pen-
ſionariæ, quæ nullo debet gaudere privilegio
exemptivo quindenniorum, quando ex jam di-
ctis (quod magis urget) nec illo gauderent
exemptivo Annatarum tales Canonici proviſi
in Curia, immò nec eorum Penſionarii.

Corroboratur quoque juſtitia Annatiſtarum,
omniſque ſublata penitùs remanet difficultas,
virtualiter namque tales Canonicatus compræ-
henduntur in noviſſima *Bulla* 50. *Clementis* X.
§. 7. *circà fin. Bullar. nov. Rom. tom.* 6. *repetit.
poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordiue la XI.* dum
in *dicto* §. 7. *circà fin.* ſtatuit generaliſſimis, ac 19
ampliſſimis verbis pro Penſionibus perpetuò
reſervatis ſuper quibuſcumque quomodolibet
qualificatis Beneficiis ſolvenda eſſe quinden-
nia, ibi: *ſtatuimus*, & *decernimus &c. ut &c.
quindennia &c. ratione* Penſionum *perpetuarum
&c. ſuper quorumcumque* Beneficiorum *&c. quo-
modolibet qualificatorum fructibus &c. reſerva-
tarum &c. perſolvere debeant*, & *teneantur &c.*
negari autem nequit, Canonicatus huiuſmodi
verè eſſe Beneficia qualificata, immò qualifica-
tiſſima ob notoriam, ac palpabilem differen-
tiam ab aliis Beneficiis, quæ conferri poſſunt
abſque iſta qualitate Doctoratus, aut Licentia-
turæ in Jure Canonico, & Magiſterii in Theo-
logia, veluti in ſimili de *Regula* 8. *hodiè* 9. *Can-*
cel-

20 *cellar. reſervator. menſ.* comprætendente etiam iſtos Canonicatus vigore verbi *qualitercumque qualificata*, notat *Gonzalez ad dict. Regul. gloſſ. 9. §. 2. n. 51.*

Nec obſtat, quòd, ſi memorata *Bulla Clementina* comprætendere voluiſſet Canonicatus hujuſmodi, profectò, non obſtante generalitate verbi *quorumcumque*, ſpecificam de illis, tamquàm ſpeciali nota dignis, individuationem
21 faceret, prout de eiſdem expreſsè meminit *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de Reformat. cap. 5. verſiculo idem in Præbendis Theologalibus*, non obſtante, quòd ibidem etiam per verbum *quorumcumque* ſermonem habuerit de quibuſcumque Beneficiis, occaſione præcipiendi, ut ſervetur lex fundationis quorumcumque Beneficiorum: alias, ſi ſola univerſalitas verborum ſufficeret ad comprætendendum etiam tales Canonicatus, ſuperflua eſſet eorum individuatio in mox relato Decreto Conciliari, quando
22 tamen in Conſtitutionibus, maximè in iſtis Conciliaribus adeò maturè tot graviſſimorum Patrum conſilio editis, nè ſyllaba quidem fruſtrà cenſetur appoſita, *cap. ſi Papa 10. verſiculo cùm enim, de privileg. in 6. l. ait Prætor 3. in principio*, ibi: *nec fruſtrà, ff. de jurejur.* ac in
23 ſimili de *Regulis Cancellariæ*, in quibus condendis convenire aſſolent Abbreviatores de Majori Præſidentia, duo Auditores Rotæ antiquiores, totidem Advocati, & Procuratores magis practici, *Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 30. num. 16. cum ſeqq.* quia ibi de directo, & principaliter dubitari poterat, an in Concilio continerentur etiam fundationes talium Canonicatuum, in caſu autem noſtro per indirectum agitur de talibus Canonicatibus, cùm agatur ſolummodò de perpetuis Penſionibus ſuper talibus Canonicatibus, vel, quia Concilium forſitan ad majorem cauthelam voluit quoque individuare tales Canonicatus, non quòd tali individuatione indigerent, præ-
24 ſertim, quando adhibuerat verbum generaliſſimum *quicumque* aptum de per ſe comprætendere omnia Beneficia, nullo excepto; ità, ut
25 expreſſio ad abundantiorem cauthelam non debet inducere neceſſitatem exprimendi, ad tradita per *Card. de Luca de Emphyt. diſcur. 25. num. 8.*

ARGUMENTUM.

Ex Penſionibus annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis ſuper Monaſteriis Monialium, & Hoſpitalibus, Cura, Conventu, aut Hoſpitalitate carentibus, vel non carentibus, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia non ſubjacent Annatæ.*
2 *Nec ſubjacent quindennio, ſi de tempore Unionis, Cura, Conventu, aut Hoſpitalitate non caruerint.*
3 *Penſio reſervata ſuper hujuſmodi Monaſteriis, & Hoſpitalibus, ſubjacet Annatæ.*
4 *Ex Penſionibus manui mortuæ reſervatis ſuper talibus Monaſteriis Monialium, & Hoſpitalibus Cura, Conventu, aut Hoſpitalitate carentibus, vel non carentibus, debentur quindennia.*
5 *Lex generaliter loquens, generaliter venit intelligenda.*

CAPITULUM CXXX.

Quamvis à veritate non aberret, Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia de conſue- 1
tudine Curiæ, non ſubjacere ſolutioni Annatæ, *Gomez Sarnen. in Regul. 55. Cancellar. de valor. in Præfat. in med. verſic. nam videmus, & quæſt. 3. §. videtur, & §. Tamen, juncto verſic. & in ſumma, & quæſt. 4. in principio, Maſſ. Galleſ. de annat. n. 30 propè fin. §. Ex hujus regulæ, in principio, & §. Quod de Monaſteriis Monialium, & Hoſpitalibus, Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. num. 11.* pariter non ſubjacent 2
ſolutioni quindennii Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia, ſi de tempore Unionis, Cura, Conventu, & Hoſpitalitate non caruerint, ut à contrario ſenſu declarant *Sixtus V. Conſtitut. 33. §. 2. Bullar. nov. Rom. tom. 2. Urbanus VIII. Conſtitut. 18. in principio, tom. 5. & Clemens X. Conſtitut. 50. §. 4. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſt. in ordine la* VII. VIII. *&* XI. & notat *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. num. 10. & 11.*

Si tamen ſuper Monaſteriis Monialium, & 3
Hoſpitalibus hujuſmodi reſervetur Penſio, procul dubio locus erit ſolutioni Annatæ, *Maſſ. Galleſ. de annat. num. 30. propè fin. §. Quod de Monaſteriis Monialium, in principio* ibi: *Quod de Monaſteriis Monialium, & Hoſpitalibus dictum eſt, intelligi debet, quòd in expeditione literarum ſuper illorum Proviſionibus, non ſolvatur Annata. Sed, ſi contingat, illorum fructus, aut ſuper ipſis fructibus Penſiones aliis reſervari, pro fructibus reſervatis, & Penſionibus hujuſmodi, prout generaliter pro omnibus aliis fructuum Eccleſiaſticorum, & Penſionum ſuper illis aſſignatarum reſervationibus, debet ſolvi, etiamſi Penſiones Monialibus ipſis reſerventur, ſi Penſiones ipſæ XXIV. Ducatorum ſummam excedant &c.*

Undè in caſu propoſito reſolvimus, quòd ex 4
Penſionibus annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis ſuper Monaſteriis Monialium, & Hoſpitalibus, Cura, Conventu, aut Hoſpitalitate carentibus, vel non carentibus, etiam adhùc debentur quindennia; ex identitate enim rationis pro hujuſmodi Penſionibus debetur quindennium eo modo, quo debetur Annata mater quindennii, ad tradita per *Barboſ. axiom. 97. nu. 3. & 7.* mirè adſtipulante *Conſtitutione 50. Clementis X. §. 7. 8. 9. 10. & 11. Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la* XI. qua cavetur deberi quindennium pro perpetua Penſione ſuper quocumque Beneficio; ità, ut lex genera- 5
liter loquens, generaliter venit intelligenda, *Barboſa axiom. 136. n. 1.*

ARGUMENTUM.

Ex Penſionibus annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis ſuper Beneficiis alteri manui mortuæ unitis cum pleniſſima exemptione à quindenniis, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Præſens inſpectio valdè practicabilis.*
2 *Unito Beneficio cum pleniſſima exemptione à quindenniis manui mortuæ, & reſervata Penſione alteri manui mortuæ, manus mortua Penſionaria adhùc tenetur ſolvere quindennia.*
3 *Exemptio à quindenniis non eſt extendibilis.*
4 *Penſionarius non cenſetur exemptus à Decimis Papalibus, licet exemptus ſit Titularis.*
5 *Argumentum à diſparitate rationis validiſſimum eſt.*
6 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*
7 *Fallit regula, quando diverſa militat ratio.*

CAPITULUM CXXXI.

1 OCcurrit inſpectio valdè practicabilis, cùm ſæpè contingere poſſit, quòd Papa liberalitatem exercere velit ergà duas manus mortuas, uniendo uni Beneficium, aliqua de cauſa ſibi benè viſa illud pleniſſimè eximendo à quindenniis, & reſervando favore alterius manus mortuæ perpetuam annuam Penſionem, non tamen illam eximendo à quindenniis; quamobrem ob expreſſam exemptionem in Unione Beneficii, & propter omiſſam in reſervatione Penſionis, datur locus hæſitandi, an etiam manus mortua Penſionaria tacitè intelligatur exempta à quindenniis, prout expreſsè exempta legitur altera manus mortua Titularis: cùmque malum jus foveat manus mortua Pen-
2 ſionaria, firmatur in præſenti, quòd ex Penſionibus annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis ſuper Beneficiis alteri manui mortuæ unitis cum pleniſſima exemptione à quindenniis, etiam adhùc debentur quin-
3 dennia; hujuſmodi namque exemptio tamquàm non realis, ſed merè perſonalis, & contemplatione manus mortuæ tantùm Titularis, non eſt extendibilis de una manu mortua contemplata ad aliam non contemplatam, *cap. ſanè 9. cap. cùm Cappella 16. de privileg. cap. per*
4 *exemptionem 9. eod. in 6.* & in ſimili de Penſionario expreſsè non exempto à Decimis Papalibus, quantumvis ab illis expreſsè exemptus legatur Titularis, *Clericat. diſcord. forenſ. de Benef. & Penſion. par. 2. diſcord. 5. num. 26. cum ſeqq. ac per tot.*

Præterquamquòd veriſimiliter Papa aliquod motivum, & quidem validiſſimum habere potuit ad eximendum à quindenniis potiùs unam, quàm alteram manum mortuam, quaſi, quòd illam manum mortuam, cui Beneficium univit, gravando onere Penſionis favore alterius manus mortuæ, ſublevare voluerit ab onere quindennii, nè duplici onere gravaretur, ordinario nempè, quale eſt iſtud quindennii, & extraordinario, quale eſt iſtud Penſionis, alteram verò manum mortuam, cui Penſionem reſervavit, nullo onere gravando, cenſeatur, ſe juri quindenniorum conformando, voluiſſe, ut gravata remaneret onere ordinario quinden- 5
nii; & argumentum à diſparitate rationis eſt in Jure fortiſſimum, *Barboſa loc. commun. argument. Jur. loc. 77.* Aliàs, ſi Papa intendiſſet etiam Penſionem à quindenniis eximere, illam expreſsè exemiſſet, prout expreſsè Beneficium exemit à quindenniis.

Non obſtat, quòd Penſio uti acceſſorium, ſequi debeat naturam ſui principalis, quod eſt 6
Beneficium in caſu exemptum à quindenniis, ad *textum in cap. acceſſorium 42. de regul. Jur. in 6.* quia, quando (ut jam dictum eſt) Papa moveri poteſt diverſa ratione ad eximendum po- 7
tiùs unam, quàm alteram manum mortuam, tunc fallit exagerata regula, *Barboſa axiom. 4. num. 10.*

ARGUMENTUM.

Ex Penſionibus annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis, in quarum locum pro illarum recompenſa permittitur Titulari gravato, ex Indulto Apoſtolico ſubrogare coæquales redditus conſiſtentes in re merè profana, etiam adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Pontifex, reſervando Penſionem, aliquando indulget Titulari, ut loco Penſionis ſubroget alios fructus conſiſtentes in mera temporalitate.*
2 *Ex tali Penſione adhùc debentur quindennia.*
3 *In tali caſu videtur Pontifex conſiderare Penſionem tamquàm redditum merè profanum.*
4 *Ex redditu merè profano non debetur quindennium, ſed benè ex Penſione tantùm Eccleſiaſtica.*
5 *Aliàs manus mortua Penſionaria, ſi cogi poſſet ad ſolvendum quindennium, contrà mentem Pontificis ſingulis XV. annis careret in totum, vel pro majori parte Penſione, ſeu ſumma pro Penſione ſibi aſſignata, aut ſubroganda loco Penſionis.*
6 *Gratia non debet eſſe fruſtratoria, ſed ſemper debet aliquid operari, & eſſe cum effectu.*
7 *Papa cenſetur concedere gratiam ſine præjudicio tertii, præſertim ubi præjudicium non eſt particulare, ſeu privatum, ſed publicum.*
8 *Papa non cenſetur diſponere voluiſſe contra Bullas quindenniorum.*

CAPITULUM CXXXII.

POteſt contingere aliquando, quòd Pontifex, reſervando perpetuam Penſionem, in- 1
dulgeat Titulari, ut in locum Penſionis ſubrogare valeat alios fructus æquivalentes, conſiſtentes tamen in mera temporalitate, & occaſione

ſione hujus ſubrogationis in re toto cœlo diſſimili, contrariæque penitùs naturæ, controverti inter Annatiſtas, & manum mortuam Penſionariam, ſuper exactione quindenniorum: cùm verò Annatiſtæ Jura longè firmiora ſint,
2 reſolvitur in præſenti, quòd ex Penſionibus annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis, in quarum locum pro illarum recompenſa permittitur Titulari gravato, ex Indulto Apoſtolico ſubrogare coæquales redditus conſiſtentes in re merè profana, etiam adhùc debentur quindennia; quippè hoc inductum ad abundantiorem cauthelam, non autem, ut redditus Eccleſiaſtici per prius, mediante Penſione reſervati, aſſumerent naturam Bonorum profanorum, qui in ſe tales non ſunt, donec ſubrogatus ſit prædictus redditus profanus, cùm interim inferri non debeat præjudicium Annatiſtis, nec ob ſolam eventualitatem ſequuturæ ſubrogationis, quæ poteſt, & non poteſt evenire, debent quindennia remanere in ſuſpenſo; quod non videtur ferendum, cùm ſicuti ſequi poteſt ſubrogatio, ità & illa ſequi non poteſt, ac indè dari caſus, quòd per indirectum qnindennnia nunquam ſolvantur: quod ſanè abſurdum vitandum eſt.

3 Nec obſtat, quòd in tali caſu videatur Pontifex conſiderare Penſionem ejuſmodi tanquàm
4 redditum merè profanum, ex quo quidem non debetur quindennium, quod debetur dumtaxat ex Penſione Eccleſiaſtica, juxta literalem *Conſtitutionem* 50. *Clementis* X. §.7. 8. 9. 10. & 11. *Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* XI. ibi „ utcumque per „ quæcumque Loca Pia &c. Quindennia, & „ alia Jura, ratione Penſionum perpetuarum „ hactenùs &c. in favorem dictorum Locorum „ Piorum &c. ſuper quorumcumque Beneficio„ rum Eccleſiaſticorum &c. fructibus &c. reſer„ vatarum, & impoſterùm &c. reſervandarum, „ & Locis Piis aſſignatarum, & aſſignanda„ rum &c. Cameræ Apoſtolicæ, & Collegio, „ & Officialibus prædictis perſolvere debeant, „ & teneantur, Motu pari &c. prædicta Loca „ Pia, in quorum favorem ſimiles Penſiones „ perpetuò &c. reſervatæ fuerint, & in poſte„ rum reſervari contigerit &c. ad ſolutionem „ Quindenniorum, aliorumque Jurium, ra„ tione Penſionum perpetuarum hujuſmodi &c. „ eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus „ faciendam teneri, & obligata exiſtere, & ad „ idem per &c. pœnas etiam privationis, caſ„ ſationis, extinctionis, & annullationis ſimi„ lium Penſionum cogi, & compelli poſſe de„ claramus. Nec non &c. ut &c. moneat, ut „ profiteantur &c. Penſiones perpetuas hujuſ„ modi &c. mandamus, ut &c. ad indican„ dum &c. Penſiones perpetuas illis reſervatas, „ & aſſignatas &c. moneat, & requirat &c. „ ſub &c. pœnis &c. etiam &c. extinctionis, & „ annullationis Penſionum reſervatarum hujuſ„ modi &c. ad indicandum &c. Penſiones re„ ſervatas hujuſmodi, & ſolvendum quinden„ nia decurſa &c. conſtito tamen de ſortito „ effectu &c. Penſionum hujuſmodi reſervatio„ num &c. per &c. Penſionum hujuſmodi &c. „ ſequeſtrationem &c. cogendi &c. Particula„ rem Congregationem &c. pro exactione „ Quindenniorum &c. Penſionum perpetua„ rum reſervatarum hujuſmodi debitorum fa„ cienda, Motu ſimili &c. conſtituimus, & „ deputamus &c. nec non Loca Pia hujuſmodi, „ in quorum favorem &c. Penſiones perpetuæ „ hujuſmodi reſervatæ fuerint &c. repellendi „ facultatem Motu pari &c. concedimus &c. „ ſub &c. pœnis &c. caſſationis Penſionum „ prædictarum &c. ipſóſque debitores ad indi„ candum &c. Penſiones aſſignatas, & ſolven„ dum quindennia decurſa &c.

Aliàs, ſi manus mortua Penſionaria cogi poſſet ad ſolvendum quindennium, careret in 5
totum, vel pro majori parte Penſione ſingulis XV. annis contrà mentem Pontificis; quando tamen gratia non debet eſſe fruſtratoria, ſed ſem- 6
per debet aliquid operari, & eſſe cum effectu, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 26. num. 96. & cap. 33. num. 7.* quippè Papa ſemper cenſetur 7
concedere gratiam citrà tertii præjudicium, præſertim ubi præjudicium non eſt particulare, ſeu privatum, ſed publicum, uti Cameræ, ac Annatiſtarum, *cap. cùm olim de conſuetud. l. Reſcripta 7. C. de precib. Imperat. offer. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæſt. 42. nu. 2. Corrad. in prax. benef. lib. 2. cap. 14. nu. 57. cum ſeqq. Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 14. ſub n. 10. & cap. 33. num. 21. Card. de Luca de Canonic. diſcur. 39. n. 3. Pignatell. conſult. Canonic. tom. 10. conſult. 52. num. 7. D. Advoc. Urſaya diſcept. Eccleſ. tom. 1. par. 1. diſc. 19. num. 25. & diſc. 25. num. 48. & par. 2. diſc. 20. num. 21. & 22. & tom. 2. par. 1. diſc. 13. num. 24. & tom. 3. par. 1. diſc. 35. n. 19. & par. 2. diſc. 25. num. 55. & 56. Rota coram Innocent. X. dec. 81. num. 3. & 4. Emerix Jun. dec. 998. num.* 13. nec Papa cenſetur diſponere vo- 8
luiſſe contrà Bullas quindenniorum, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 33. num. 8. & 15.*

ARGUMENTUM.

Ex Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Patriarchatibus, Primatibus, ſeu Primatiis, Archiepiſcopatibus, Epiſcopatibus, aut Monaſteriis collativis, puta Abbatiis, vel ſimilibus, aliiſque Beneficiis Regularibus Majoribus, ſeu Conſiſtorialibus, ſivè taxatis in libris Cameræ Apoſtolicæ, unitis, non debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex fructibus Beneficiorum, Epiſcopatibus, aut Monaſteriis unitorum, augetur taxa, & ad menſuram valoris aucti ſolvitur Annata in eorum Proviſione.*

CAPITULUM CXXXIII.

Recenſitis caſibus, in quibus debentur quindennia ex Beneficiis unitis, aut Penſionibus reſervatis, modò recenſendi ſunt caſus, in quibus vice verſa non debentur quindennia ex Beneficiis unitis, aut Penſionibus

reſervatis; & incipiendo à Beneficiis unitis, præmittimus, quòd ſuprà *Cap.XL.* firmavimus, quòd ex Beneficiis, aliis Beneficiis, quantumvis vacabilibus, puta Dignitatibus, aut Canonicatibus, unitis, etiam adhùc debentur quindennia, modò in præſenti contrarium aſſerendo quoad Beneficia unita Epiſcopatibus, aut Monaſteriis, firmamus, quòd ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Patriarchatibus, Primatibus, ſeu Primatiis, Archiepiſcopatibus, Epiſcopatibus, aut Monaſteriis collativis, puta Abbatiis, vel ſimilibus, aliiſque Beneficiis Regularibus Majoribus, ſeu Conſiſtorialibus, ſivè taxatis in libris Cameræ Apoſtolicæ, unitis,
1 non debentur quindennia, cùm ex eorundem Beneficiorum unitorum fructibus augeatur taxa, & ad menſuram valoris aucti ſolvatur Annata in Proviſione Epiſcopatuum, ſeu Monaſteriorum, quibus fit Unio, ut in puncto *Maſſ. Galleſ. de annat. num.* 30. *in fin.* §. *Eſt aliud*, *in principio*, ibi „ Cùm inter alia Proviſionum genera, quæ ab Apoſtolica Sede impetrantur, ſint illæ, per quas Beneficia Eccleſiaſtica uniuntur, & annectuntur aliis; ità, quòd non ſint ampliùs vacatura: quod contingit, ſi Unio ſit perpetua, nec Beneficium uniatur alteri Beneficio de ſua natura vacabili (puta Epiſcopatus, aut Abbatiæ alicujus Menſæ, aut alii cuivis Beneficio conferibili) tunc enim augetur Epiſcopatus, aut Abbatiæ taxa, pro tertia parte quantitatis fructuum uniti Beneficii, ſi illud non ſit inter taxata in libris Cameræ; & ſi ſit taxatum, tantundem augetur taxa Beneficii, cui fit Unio; & ſic de conſueta uniti Beneficii Annata, Sedi Apoſtolicæ nihil detrahitur &c. „ *Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.* 10. *num.* 21. & videre eſt in Taxis impreſſis apud *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 1. *fol.* 442. *cum ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Ex Monaſteriis Monialium, ſivè Hoſpitalibus annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, de tempore Unionis, Cura, Conventu, aut Hoſpitalitate carentibus, poſt Unionem autem tractu temporis, Cura, Conventu, aut Hoſpitalitate non carentibus, à die ſuperventæ Curæ, Conventus, aut Hoſpitalitatis, non debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex Monaſteriis Monialium, ſivè Hoſpitalibus de tempore Unionis, Cura, Conventu, aut Hoſpitalitate carentibus, poſt Unionem autem non carentibus, à die ſuperventæ Curæ, Conventus, aut Hoſpitalitatis non debentur quindennia.*
2 *Attendenda ſunt principium, medium, & finis.*
3 *In omnibus ferè actibus tempus præſens inſpicitur, non præteritum.*
4 *Bullæ quindenniorum ſubjiciunt quindenniis Beneficia, ſeu Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia de tempore Unionis, Cura, Conventu, aut Hoſpitalitate carentia.*
5 *Dictio tamen importat modum, & conditionem.*
6 *Lex non adaptatur ad caſus raros.*
7 *Rationi magis adhærendum eſt, quàm cortici verborum.*

CAPITULUM CXXXIV.

Præmiſſo, quòd præſens inſpectio adaptari poteſt poſt diſſolutionem Unionis, novàmque Monaſterii, aut Hoſpitalis erectionem; aliàs, ſi tempore Unionis illa Conventu, & cura carebant, jam evaſerant Beneficia ſimplicia de ſui natura perpetua, quam quidem qualitatem amittere non poſſunt, niſi per ſuppreſſionem authoritate Apoſtolica factam, nec per privatam reaſſumptionem Conventus, aut Curæ mutata dici valeret natura Beneficii: ſicque in terminis habilibus quandoque evenire poteſt, quòd Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia, quæ de tempore Unionis, Cura, Conventu, aut Hoſpitalitate caruerint, poſteà non caruerint, & proindè haud levis oriri altercatio inter manum mortuam Beneficia hujuſmodi poſſidentem, & Annatiſtas ſuper quindenniorum prætenſione: hac de cauſa firmatur in præſenti, quòd ex Monaſteriis Monialium, ſivè 1
Hoſpitalibus annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, de tempore Unionis, Cura, Conventu, aut Hoſpitalitate carentibus, poſt Unionem autem tractu temporis, Cura, Conventu, aut Hoſpitalitate non carentibus, à die ſuperventæ Curæ, Conventus, aut Hoſpitalitatis, non debentur quindennia; qualitas enim Beneficii ſemel requiſita in Bullis quindenniorum, ad effectum ſolvendi, vel non ſolvendi quindennia, ſemper durare debet, & Beneficium ſemper eundem retinere ſtatum, ac primævam naturam in regulanda ſolutione quindennii; ità, ut attendenda ſint prin- 2
cipium, medium, & finis, *Barboſa axiom.* 196. *num.* 5. hinc eſt, quòd in omnibus ferè actibus 3
tempus præſens inſpicitur, non præteritum, *Antonell. de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 1. *cum ſeqq.*

In nihilum ſuffragante, quòd Bullæ quinden- 4
niorum ſubjiciunt quindenniis Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia de tempore Unionis, Cura, Conventu, aut Hoſpitalitate carentia, ut legitur in *Bulla* 33. *Sixti V.* §. 2. *antè med. verſic. quæ tamen*, *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. ibi: *etiamſi Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia fuerint, quæ tempore ipſarum Unionum, Cura, Conventu, & Hoſpitalitate caruerint &c. Bulla* 18. *Urbani VIII. antè med.* §. 1. *circà fin. eod. verſiculo*, *tom.* 5. *& Bulla* 50. *Clementis X.* §. 4. *in principio*, *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtolic. in ordine la* VII. VIII. *&* XI. undè à contrario ſenſu intelliguntur à quindenniis exempta Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia Curam, Conventum, aut Hoſpitalitatem habentia de tempore Unionis, quaſi quòd Bullæ quindenniorum, eorum ſolutionem regulari voluerint à tempore Unionis, nulla habita ratione ad mutationem ſtatus Beneficii medio tempore, quòd nempè Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia de tempore Unionis, Cura, Conventu, aut Hoſpitalitate non carentia, poſteà

Cura, Conventu, aut Hoſpitalitate careant, vel è contrà quòd de tempore Unionis, Cura Conventu, aut Hoſpitalitate carentia, poſteà Cura, Conventu, aut Hoſpitalitate non ca-
5 reant, præſertim utendo dictione *tamen*, quæ importat modum, & conditionem, *Barboſa de diction. dict.* 401. *num.* 3. quia nihilominùs non cenſetur hoc requiſitum Curæ, Conventus, aut Hoſpitalitatis taxativè de ſolo tempore Unionis, ſed potiùs demonſtrativè appoſitum; itá, ut admitti deſinant alii ſimiles caſus poſt Unionem medio tempore quandoque faciles evenire de Cura videlicet, Conventu, aut Hoſpitalitate ad non Curam, Conventum, aut Hoſpitalitatem, vel de non Cura, Conventu, aut Hoſpitalitate ad Curam, Conventum, aut Hoſpitalitatem: & in tantum in Bullis quin-
6 denniorum omiſſi, in quantum rariores, ad *textum capitalem in Clement. exivi de Paradyſo* 1. §. *Cùm autem de verb. ſignificat. Barboſa de diction. diction.* 97 *num.* 5. *&* 8. *diction.* 330. *nu.* 2. *& diction* 401. *nu.* 8. ultraquamquòd cùm ratio
7 Bullarum ſit generalis, ipſi rationi magis adhærendum eſt, quàm cortici verborum, *cap. intelligentia* 6. *cap. præterea* 8. *de verb. ſignificat. l. nominis* 6. §. *Verbum ex legibus* 1. *ff. eod. l. ſcire oportet* 21. *ff. de excuſation. tutor.*

Nec alia potuit eſſe mens Summorum Pontificum, cùm in utroque caſu ſemper militet eadem ratio, ſivè Cura, Conventus, aut Hoſpitalitas exiſtat de tempore Unionis, ſivè poſteà medio tempore, ſivè illa non exiſtat de tempore Unionis, ſivè poſt Unionem; Cura namque, Couventus, ant Hoſpitalitas dat regulam ſolvendi, vel non ſolvendi quindennium, non autem ſolum tempus Unionis: & ſicuti Annatiſtæ ſuorum jurium acerrimi vindices, ac accuratiſſimi defenſores, in caſu carentiæ Curæ, Conventus, aut Hoſpitalitatis poſt factam Unionem, profectò, & quidem meritò à manu mortua prætenderent quindennia, ſub motivo ceſſatæ Curæ, Conventus, aut Hoſpitalitatis, itá è contrà pro ſervanda juſtitia diſtributiva, in caſu ſuperventæ Curæ, Conventus, aut Hoſpitalitatis poſt Unionem manus mortua non poterit cogi ad quindennia.

Minùs obſtat, quòd Bullæ quindenniorum ſtrictim veniant interpretandæ, ſicque extendi nequeant ultrà caſum, in quo loquuntur; quia benè extenduntur, quando caſus eſt idem, licet tempus caſus non ſit idem, ex vulgatis.

ARGUMENTUM.

Ex Hoſpitalibus ſimplicis adminiſtrationis, non autem tituli, & Beneficii, annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, favore infirmorum inibi curandorum, aut peregrinorum recipiendorum, non debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *In Urbe præ aliis Romana pietas effulget.*
2 *Laudatur* D. Advoc. Dominic. Urſaya.
3 *Laudatur S. M.* Clemens Papa XI. & Benedictus XIII.
4 *Auctoris Patria Ulyxbonen. Civitas.*
5 *Laudatur* Sereniſſimus Portugalliæ Rex Joannes V.
6 *In dicta Civitate Ulyxbonen. unum tantùm extat Hoſpitale, & quidem magnificum.*
7 *Laudatur nobiliſſima Confraternitas Domus Miſericordiæ ibidem exiſtens.*
8 *Laudatur Natio Luſitana.*
9 *Etiam Hoſpitalia tenentur ad quindennia.*
10 *Illa tamen, quæ Hoſpitalitate carent.*
11 *Ex Hſolpitali ſimplicis adminiſtrationis, non autem tituli, unito manui mortuæ, favore infirmorum inibi curandorum, aut peregrinorum recipiendorum, non debentur quindennia.*
12 *Hoſpitalia de tempore Unionis, Hoſpitalitate carentia ſubjiciuntur quindenniis.*
13 *Omnes fructus Hoſpitalis addicti ſunt ægrotis.*
14 *Hoſpitalis Adminiſtrator illud adminiſtrat adinſtar tutoris.*
15 *Quindennia non debentur abſque perceptione fructuum, & refellitur* Menoch. conſil. 897.
16 *Ex Hoſpitali in adminiſtrationem tantùm dato non ſolvitur Annata.*
17 *Mentio Religionum Hoſpitalariarum.*
18 *Mentio Hoſpitalis S. Thomæ in Formis de Urbe.*
19 *Laudatur* Emus D. Cardinalis Vincentius Petra.
20 *Laudatur bon. mem.* P. Magiſter Fr. Vincentius Copola *Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Calceatorum.*
21 *Quindennium debetur ab Hoſpitali pro rata fructuum inſervientium Ordini Militari, aut Regulari.*
22 *Hoſpitalis Adminiſtrator, ſeu Rector redditus in proprios uſus convertere nequit.*
23 *Hoſpitalia, in quibus de tempore Unionis nulla ſervabatur hoſpitalitas, quindennia ſolvere debent.*
24 *Argumentum à contrario ſenſu in Jure validiſſimum eſt.*
25 *Qui totum dicit, nihil excludit.*
26 *Fructus Hoſpitalis per illius Rectorem, ſeu Adminiſtratorem nulliter acquiſiti, reſtitui debent eidem Hoſpitali.*
27 *Hoſpitalia viſitari poſſunt ab Ordinariis.*
28 *Parum, & nihil in Jure æquiparantur.*
29 *Verba* ferè nulla ſervatur hoſpitalitas *ſignificant, Hoſpitale concedi ſolitum in adminiſtrationem, ſeu regimen.*
30 *Quindennia, tanquàm Juri communi ignota, & tanquàm de Jure ſpeciali Summorum Pontificum approbata, veniunt reſtringenda.*
31 *Ex Hoſpitali habente ſeparatos fructus à menſa ægrotorum, in Proviſione Adminiſtratoris ſolvitur Annata.*
32 *Ex Hoſpitali habente Curam, aut Hoſpitalitatem non ſolvitur quindennium.*

CAPITULUM CXXXV.

Pulchra, & frequens ſeſe offert materia, 1
ſignanter pro Alma Urbe, in qua, teſte *Amayden. in libello de Pietate Romana cap.* 1. præ aliis Romana pietas effulget, capùtque inter cæteras extollit ob numeroſa Hoſpitalia, præter alia Nationalia etiam innumera, juxta *Bullam* 45. *Alexandri VII. Bullar. nov. Rom. tom.* 6.

2 *tom. 6.* & proſequitur *D. Advoc. Dominic. Ur-
ſaya, præſtantiſſimus Juriſconſultus, ejuſdèmque
Urbis Archigymnaſii pubicus Juriſprudentiæ Pro-
feſſor, Inſtitution. criminal. lib. 2. tit. 8. n. 186.
cum ſeqq. ego in alio Tract. de quindenn. cap. 6.*
3 *num.* 4. quæ quidem Hoſpitalia frequenter in-
viſere aſſolebat ipſum caput viſibile Eccleſiæ
S. M. *Clemens* XI. Pontifex vel invitus, pientiſ-
ſimus, religioſiſſimus, ac ſapientiſſimus Prin-
ceps, prout eadem pietate fretus eadem Ho-
ſpitalia inviſere quoque aſſolebat San. Mem. *Be-
nedictus* XIII. ex nobiliſſima Urſinorum Fami-
lia, invitus ad Pontificatus apicem evectus,
verùſque Petri æmulator præ humilitate, ac
4 ſanctimoniæ nota; interim doleo, quòd in
Ulyxbonen. Civitate Patria mea, ubi Regia
Curia reſidet, nec minor pietas emicat (re-
5 gnante præſertim hodiè moderno Sereniſſimo
Portugalliæ, & Algarbiorum Rege pientiſſimo
Joanne V.) unum tantùm (quod ſciam) Ho-
ſpitale Regium, ſeu Magnum nuncupatum ſub
Invocatione omnium Sanctorum in illis Parti-
bus vulgò *o grande Hoſpital*, de quo nos in al-
6 tero *Tract. de quindenn. cap. 6. num.* 73. exiſtat
ſub regimine, & adminiſtratione celeberrimæ
7 Confraternitatis S. Domus Miſericordiæ nun-
cupatæ, quod gaudet Indulto Apoſtolico im-
pertito à Paulo III. & Clemente VIII. perci-
piendi emolumenta omnia Miſſarum, cætera-
que pia onera in Ulyxbonen. Civitate non
adimpleta, *Reynoſ. obſerv. 7. per tot. ubi Lau-
rent. de Sad Colimbrien. Additionator. Alvarez
Pegas reſolution. forenſ. cap. 4. nu. 244. Coſta de
muner. Proviſor. cap. 1. §. 5. & 11. Benedict.
Ægyd. in l. 1. num. 34. par. 1. C. de Sacroſanct. Ec-
cleſ. Cabed. de Patronat. Reg. Coron. cap. 39. &
46. & dec. Portugall. 51. par. 1. Pereyr. de Caſtr.
de man. Reg. par. 1. cap. 16. in fin. & dec. Portu-
gall. 57. per tot. Barboſa de Epiſcop. par. 3. alleg.
75. nu. 17. & 18. Hieronym. Roman. de Republ.
Roman. lib. 5. cap. 22. per tot. ac ſignanter verſi-
culo tiene Liſboa, Phæb. dec. Portagall. 47. nu. 1.
& per tot. & dec. 100. num. 1. & per tot. par. 1.*
ſed mirari deſino, quòd non adſit copia Hoſpi-
talium in prædicta Patria mea, nec in toto Por-
tugalliæ Regno; hoc enim provenit ex animi
magnitudine in Luſitana gente, quæ dedecori
8 vertere ſolet curari in Hoſpitali, talis eſt Natio
tàmque præclara, de qua ait noſter Virgilius
Luſitanus Ludovicus Camoens in ſuo opere
vernaculo Idiomate conſcripto *Os Luſiadas,
cant. 1. in principio, e julgareis, qual he mais
excellente, sè ſer do mundo Rey, sè de tal gente*,
ideſt & judicabis, quid excellentius ſit, an eſſe
mundi Regem, an talis gentis, ſeu nationis.

Undè, redeundo ad rem noſtram, miſericor-
diæ opus (prout ratio poſtulat) confovere ſtu-
dentes Pontifices, aſſolent Hoſpitalibus, maxi-
mè Urbis, non ſolùm ſpiritualium favorum
theſauris ditare, & condecorare, ſed etiam
temporalibus Bonis impinguare, eiſdem Benefi-
cia uniendo in ægrotorum beneficium, ac ſub-
ſtentationem: qua occaſione Unionis Hoſpita-
lium ejuſmodi, Camera Apoſtolica, & Anna-
tiſtæ prætendunt quindennia, fulciti Bullis
9 Pontificiis obligantibus etiam Hoſpitalia ad
quindennia, quantumvis illa fuerint privilegia-
ta, ac exempta, ut habetur in *Conſtitutione
S. Pii V. la 33. §. 3. in fin. & §. 4. in principio,
Bullar. nov. Rom. tom. 2. in Conſtitutione Sixti V.
la 33. §. 2. in med. & circà fin. & §. 5. in princi-
pio, eod. tom. 2. in Conſtitutione Urbani VIII. la
18. in principio, juncto §. 2. in fin. & §. 4. in prin-
cipio, tom. 5. & in Conſtitutione Clementis X.
la 50. §. 1. in fin. §. 3. in principio, §. 4. in princi-
pio, & in med. & §. 11. antè med. tom. 6. repetit.
poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VI. VII.
VIII. & XI. attamen, cùm iidem Pontifices
ad pietatis opera promovenda (prout par eſt)
intenti, & attenti, non intellexerint quinden- 10
niis ſubjicere omnia Hoſpitalia, illa nempè
Hoſpitalia verè, ac propriè re, & nomine Ho-
ſpitalia, in quibus cum effectu ægroti curantur,
actualiter miſericordiæ opera exercendo, red-
ditùſque erogando in cauſam, & commodum
pauperum, nè aliàs Pontifices, quaſi miſeri-
cordiæ lumen claudentes, ſe minùs benignos
præberent ergà pauperes, Chriſti perſonam in-
duentes, ut ad aliud propoſitum ponderatur in
quadam magiſtrali obſervatione Signaturæ re-
giſtrata *in dec. 862. num. 6. in principio, verſicu-
lo nè dicatur, par. 4. diverſ.* occaſione celebris
diſquiſitionis, an Hoſpitalia gaudeant privile-
gio *l. un. C. quand. Imperat. int. pupill. & Vid.*
ideò in præſenti aſſeritur, quòd ex Hoſpitali- 11
bus ſimplicis adminiſtrationis, non autem titu-
li, & Beneficii, annuum valorem XXIV. Du-
catorum auri de Camera excedentibus, manui
mortuæ unitis, favore infirmorum inibi curàn-
dorum, aut peregrinorum recipiendorum, non
debentur quindennia, cùm inibi actu exercea-
tur hoſpitalitas, ac integer redditus impendi-
tur in opera pietatis, nec agitur de commodo,
& utilitate poſſeſſorum, *Menoch. conſil. 897. cum
duobus ſeqq. per tot. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.
1. cap. 18. §. 4. de quindenn. n. 10. & 11. Card. de
Luca de Regalib. in ſupplement. diſcur. 162. n. 4.
Rota dec. 182. n. 3 cum ſeqq. par. 1. diverſ. dec. 753.
nu. 4. & per tot. par. 4. diverſ. repetit. poſt Tract.
int. Deciſion. Sacr. Rot. Rom. in ordine la I.*

Quod comprobatur à contrario ex verbis
Bullarum ſuper quindenniis editarum, ubi Ho- 12
ſpitalia tantum de tempore Unionis, hoſpitali-
tate carentia ſubjiciuntur quindenniis, cùm in
hujuſmodi Hoſpitalibus non ampliùs Hoſpita-
libus, ſed potiùs Beneficiis Eccleſiaſticis ceſſet
favor infirmorum, perque conſequens militet
ratio ſolvendi quindennia; immò ob corrupte-
lam non ſolùm noſtrorum, ſed etiam anteacto-
rum temporum magis nomine, quàm re ipſa
appellata fuerint uſque ad hanc diem Hoſpita-
lia, licet in his hoſpitalitas non exerceatur, ad
quod advertitur in quadam præclara obſerva-
tione Signaturæ, relata in *deciſione 862. nu. 10.
in fin. verſiculo quæ potiùs nomine, par. 4. diverſ.*
veluti habetur in *Bulla 33. Sixti V. §. 2. antè
med. Bullar. nov. Rom. tom. 2. in Bulla 18. Ur-
bani VIII. in principio, tom. 5. & in Bulla 50.
Clementis X. §. 4. in principio, tom. 6. repetit. poſt
Tract. int. Conſtitut. Apoſtolic. in ordine la* VII.
VIII. & XI. cùm enim adminiſtratio Hoſpita-
lis ſit quid manuale, & omnes fructus ſint ad- 13
dicti ægrotis, penè impium videretur, ex pia
adeò cauſa ſolvi quindennia, *Amayden. de ſtyl.
Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. num. 11.
in principio.*

Aliàs durum, ac penè inhumanum eſſet,
quòd ſimplex Adminiſtrator Hoſpitalis tenere-

tur

tur ad quindennia, quando ex Hoſpitali unito
nullos fructus ad ſui utilitatem percipit, nec
eos percipere poteſt tamquàm ægrotorum uſui
14 deſtinatos, dum ad inſtar tutoris adminiſtrat,
Lotther. de re beneficiar. lib. 3. quæſtion. 6. n. 30.
15 *cum ſeqq.* quindennia autem non debentur
abſque perceptione fructuum, egregiè *Menoch.
conſil. 897. num. 8. & num. 19. in principio, ver-
ſiculo nil ſanè.*

Cæteroquin non eſt ſequendus *Menoch. dict.
conſil. 897.* in ea parte, in qua intendit probare,
quòd, etiamſi Hoſpitale unitum, de tempore
Unionis careret cura, adhùc, ſi uniatur Ho-
ſpitali curam habenti, ex eo non debeatur
quindennium, quod eſt omninò falſum, rur-
ſùſque falſum eſt, quòd, etiamſi Hoſpitale
unitum, ſolitum eſſet in titulum conferri, ex
eo non debeatur quindennium; dum rationes
per ipſum adductæ non concludunt.

Nè igitur *prælaudati Menochii* authoritas ma-
teriam involuat, inculcanda eſt diſtinctio in-
ter Hoſpitalia, quæ antè Unionem ſolita erant
in titulum conferri, & alia, quæ concedeban-
tur in ſimplicem adminiſtrationem. Ac etiam
ex Hoſpitalibus, quæ tempore Unionis, cura
carebant, ſolvendum eſt quindennium. Juxta
quas quidem diſtinctiones meretur impugnari
Menoch. dict. conſil. 897. in ea parte, quæ illi
adverſatur, ſequendo authoritatem *Amayden.
de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. n. 10.
& 11.* uti magis uniformis Cõſtitutionibus Apo-
ſtolicis, & praxi, nec non etiam rationi, & ſicuti
16 ex Hoſpitali in adminiſtrationem tantùm dato
non ſolvitur Annata, ità nec ſolvendum eſt
quindennium, *Gomez Sarnen. in Regul. 61. olim
54. hodiè 55. Cancellar. de valor. in proœm. ſeu
præfation. in med. verſiculo nam videmus*, ibi „
„ nam videmus, quòd in Beneficiis, in quibus
„ non ſolvitur Annata, non exprimitur valor,
„ ut patet in Monaſteriis Monialium, & Ho-
„ ſpitalibus datis in adminiſtrationem &c. „
& quæſtion. 4. in principio, ibi „ ſi Hoſpitale
„ datur in adminiſtrationem, & non in titu-
„ lum, non requiritur mentio valoris: ſecùs, ſi
„ datur in titulum &c. quando Hoſpitalia dan-
„ tur in adminiſtrationem, ut fructus ejus di-
„ ſtribuantur in pauperes, nulla fit expreſſio
„ valoris. Secùs verò, ubi dantur in titulum
„ Beneficii &c. Et quod dictum eſt de Hoſpi-
„ talibus, idem dicendum eſt de omnibus red-
„ ditibus, qui non dantur in titulum &c. „
*Maſſ. Galleſ. de annat. nu. 30. propè fin. §. Ex
hujus regulæ, in principio*, ibi „ Ex hujus re-
„ gulæ ſingulis partibus, deducuntur ſpecies
„ quædam, pro quibus non debetur Annata
„ &c. Ex prima enim parte, ubi dicitur ſuper
„ Proviſionibus Beneficiorum, deducuntur
„ Hoſpitalia, quæ &c. regenda committuntur
„ &c. „ *& §. Quod de Monaſteriis, in principio,*
ibi „ Quod de Monaſteriis Monialium, &
„ Hoſpitalibus dictum eſt, intelligi debet,
„ quòd in expeditione literarum ſuper illorum
„ Proviſionibus, non ſolvitur Annata &c. „ *&
in fin. §. Eſt aliud quoque annatæ nomen, in
principio*, ibi „ ſed, ſi Beneficium annatæ ſo-
„ lutioni obnoxium uniatur Hoſpitali, vel
„ Monaſterio Monialium, pro quibus dixi-
„ mus, annatam non ſolvi &c. „ *Amayden. de
„ ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn.
num. 10. in principio, & fine, & num. 11. in
principio*, ibi „ habemus, quindennia non
„ ſolvi pro Unionibus factis de Hoſpitali &c.
„ alicui Eccleſiæ, niſi &c. Hoſpitalia hujuſ-
„ modi de tempore Unionis careant Cura &c.
„ nam, cùm illa non ſolvant Annatam, neque
„ etiam ſubjacent ſolutioni quindenniorum;
„ aliud enim eſt, quòd quindennia ſolvantur
„ pro Beneficiis, quæ uniuntur &c. Hoſpitali-
„ bus &c. & aliud, quòd ſolvantur pro &c.
„ Hoſpitalibus, quando uniuntur aliis Colle-
„ giis; priori enim caſu Camera Apoſtolica,
„ & Officiales Cancellariæ damnum pateren-
„ tur, quia pro illis Beneficiis ſolvebatur anna-
„ ta, quæ, cùm per Unionem fuerit ſublata,
„ æquum eſt, quòd ſubintret quindennium.
„ Secundo verò caſu pro Hoſpitali habente Cu-
„ ram non ſolvitur Annata, quia adminiſtra-
„ tio eſt quid manuale, & omnes fructus ſunt
„ addicti &c. ægrotis &c.

Modò inſurgunt, dictorum occaſione, III.
Difficultates aliqua ponderatione dignæ.

I. Difficultas, quid dicendum de Hoſpitali
unito, inque adminiſtrationem, ſeu regimen
commiſſo Ordinibus Militaribus reliquiſque
Regularibus poſſidentibus indè fructus Hoſpi-
talis ſibi uniti, qui tamen omnes per ſe non
ſunt deſtinati ad ſolos uſus, & neceſſitates in-
firmorum, ſed potiùs ad Militum, & Regula-
rium ſubſtentationem cum onere aliquo ſervan-
dæ hoſpitalitatis, prout cum effectu ſunt Reli-
giones Hoſpitalariæ, illa S. Antonii Abbatis
Viennenſis, illa S. Spiritus, illa S. Joannis de
Deo, & illa in Indiis Hiſpaniarum nuperrima
vulgò Bethlemitica, ac quæcumquæ aliæ Reli- 17
giones per orbem Catholicum hoſpitalitatem
ſervantes, de quibus *Lezzan. quæſt. Regular.
tom. 2. cap. 6. num. 1.* eſt antiquiſſimum, ac opu- 18
lentiſſimum Hoſpitale S. Thomæ in Formis pro-
pè Monaſterium S. Gregorii in Monte Cœlio de
Urbe, Congregationis Eremitarum Camaldu-
lenſium Ordinis S. Benedicti, quinque abhinc
ſæculis uſque de anno 1209. ab Innocentio III.
conceſſum Fratribus Ordinis S*mæ* Trinitatis
Redemptionis Captivorum Calceatorum (de
quo Ordine divinitùs inſtituto latè *Eminentiſſi-* 19
*mus D. Card. Vincentius Petra in ſuis eruditiſſi-
mis aureis, ac nunquam ſatis laudatis Commen-
tar. ad Conſtitution. Apoſtolic. in Conſtitution.
Innocentii III. tom. 1.*) cum ſucceſſivis confir-
mationibus ejuſdem conceſſionis factis de an-
no 1216. ab Honorio III. & de anno 1369. ab
Urbano V. quod etiam depromitur ex Lectione
propria de S. Joanne de Matta unà cum S. Feli-
ce de Vallois ex ſtirpe Regum Gallorum, Or-
dinis prædicti conditoribus de anno 1198. in
Breviario Romano 8. Februarii, aſſignata cer-
ta parte fructuum in uſus ægrotorum, alia par-
te in redemptionem captivorum, aliàque in
ſubſtentationem Regularium primitivi Conven-
tus in Urbe: quod Hoſpitale præ opulentia ad a-
matum, ex malo fato ab Alexandro IV. aliis
conceſſum fuit, quò citiùs tamen eiſdem PP.
Trinitariis reſtitutum de anno 1261. ab Urba-
no IV. & de anno 1369. ab Urbano V. ut ex
ejuſdem *Bulla 4. 6. & 7. in Bullario Ordinis*,
*ubi P. Joſeph à Jeſu Maria Trinitarius Excal-
ceatus, in Scholiis ad dictam Bullam 4. num. 2.
par. 1.* tandem adhùc inimico malo fato præfa-
tum

tum Hoſpitale cæpit in Commendam concedi S. R. E. Cardinalibus, reſervatis certis portionibus pro memoratis PP. proque conſervanda, manutenenda, & proſequenda hoſpitalitate, ac captivorum redemptione, interim exiſtente noviſſimo Abbate, ac Commendatario Cardinale Pinello Urſino de anno 1378. eòque adhùc in humanis agente, Capitulum Sacroſanctæ Patriarchalis Baſilicæ Vaticanæ S. Petri de Urbe, ominoſam gratiam expiſcando cum voto captandæ mortis, ex cauſa penurioſorum tunc temporum, ac bellorum tunc ingruentium, ſupplicavit Bonifacio IX. pro conceſſione, ac unione memoratæ Eccleſiæ, & Hoſpitalis ad ſui favorem, ſub falſo ſuppoſito, quòd per prius jam impetrata eſſet ab Urbano VI. Prædeceſſore, nondùm tamen expeditis deſuper literis Apoſtolicis; qua de cauſa prædicto Patriarchali Capitulo unitum fuit Hoſpitale à Bonifacio ad tempus tantùm, quouſque nempè conſimili, vel majori redditu potiretur Capitulum, ſervata tamen interim hoſpitalitate, ut patet ex *Bulla* 1. *ejuſdem Bonifacii IX. in enunciato Bullario Ordinis*, accepta per Bonifacium à Capitulo pecunia pro conceſſione hujuſmodi, teſte *P. Joſepho à S. Maria in Schol. ad dict. Bull. n.* 2. *in fin. Ciacon. de Vit. Pontific. in Urbano VI. col.* 980. *Figueras in Chronic. Ordin. Trinitar. pag.* 515.

Ac in tantum Urbanus VI. Prædeceſſor ejuſdem Bonifacii IX. deliberaverat auferre à prædictis PP. Hoſpitale, in quantum in illius Pontificatu exardeſcente pernicioſiſſimo, ac peſſimo Schiſmate Antipapæ Clementis VII. de Natione Galli, electi in Pontificem ætatis ſuæ annorum triginta ſex, referente *Bald. in quæſtione de Schiſmate, inſerta lib. 6. Codic. antè Rubric. ſiquis aliqu. teſtar. probibuer. fol. mih.* 125. *Marc. dec. Delphin.* 947. *num.* 13. *par.* 1. cujus *Bald. conſilium* vocat divinum *Rota deciſ.* 352. *num.* 1. *circà fin. par.* 4. *recentior. tom.* 1. quod tamen parùm Grammaticale eſt, dum ſæpiùs utitur Phraſi *in Roma* pro *Romæ*, & præterito *rumperunt* pro *ruperunt*, *avviſati* pro *moniti*, *conſolarent* pro *conſolarentur*, licet *Natal. Alexand. in ſelect. Hiſtoriis Eccleſiaſticis penès Acta Eruditorum Lypſiæ anni* 1688. *pag. mihi* 100. *& ſeq. tom.* 7. ob dubietatem excuſare conetur à Schiſmate; Major Miniſter Generalis Ordinis Trinitaris tunc Fr. Joannes de Marchia cum Provinciis Galliarum adhæſit, & paruit Clementi VII. uti Nationali, denegata obedientia Urbano VI. quantumvis enutritus eſſet in Gallia: vigore cujus Bonifacianæ unionis Capitulum Vaticanum poſſeſſionem Hoſpitalis ſtatim cæpit de anno 1395. nemine tunc ſe opponente, non ſervata hoſpitalitate, nec reſervata ſalva tertia parte proventuum ad captivos redimendos, horrendàque peſte de anno 1527. Romæ graſſante, magis in poſſeſſione ſe intruſit, & confovit, non obſtante, quòd non indigeret ampliùs proviſionali, ſeu interina gratia, cùm potitum fuerit priſtinis redditibus hodiè aſcendentibus ad ſcuta Romana viginti millia, ac ultrà; immò contrà præfatam Bonifacianam titulo Emphyteuſis alienare præſumpſit de anno 1541. & 1562. Tandem vigore Motus Proprii S. Pii V. de anno 1572. editi, regiſtratique ſub *Bulla* 9. *ejuſdem S. Pii V. in Bullario Ordinis*, reintegrati fuere PP. Trinitarii ad eorum Hoſpitale, capta per eoſdem poſſeſſione de ſequenti anno 1573. Attamen Capitulum prætendens, ſe fuiſſe ſpoliatum ſua poſſeſſione, adiit Sacram Rotam Romanam, & de annis 1588. 1589. 1607. & 1608. obtinuit, declarari, eſſe locum prætenſo ſpolio, ac per conſequens reintegrationi Capituli, ut videre eſt in *deciſion.* 360. *coram Coccino*, reviſa Cauſa, ſuccubuit Capitulum de anno 1614. & reobtinuit de anno 1616. ut videre eſt in *dec.* 328. *&* 384. *coram Card. Cavaler. dec.* 95. *coram Remboldo, & dec. coram Scotto apud Marcheſan. de Commiſſion. par.* 1. *fol. mihi* 275. ſopita per concordiam controverſia, & per Paulum V. conceſſa eiſdem PP. Eccleſia S. Franciſcæ Romanæ in Via Felici de Urbe, bonæ memor. P. Magiſter Fr. Vin- 20
centius Copola, tunc Procurator Generalis totius Ordinis Trinitariorum, Neapolitanus, ex antiquiſſima, ac nobiliſſima proſapia, poſt majora ſui Ordinis munia præclarè geſta, præ eximia in S. Theologia doctrina ad longè majora evehendus, antiquam litem inſtaurare curavit contrà Capitulum Vaticanum, me ſcribente adhùc durantem.

Redeundo itaque ad rem noſtram, dicimus, quòd in caſu, quo Hoſpitale unitum, ſpectet ad Ordines Militares, vel Regulares, nec fructus omnes ſint deſtinati ad ſolum uſum infirmorum, ſed etiam ad ipſorum Militum, ſeu Regularium ſubſtentationem cum onere hoſpi- 21
talitatis, tunc quindennium debetur ex Hoſpitali ſaltem pro rata fructuum inſervientium ipſis Militibus, vel Regularibus, ſalva à contributione alia rata fructuum inſervientium ægrotis, prout idem dicendum eſt in ſolutione Decimæ Papalis, *Monet. de Decim. cap.* 9. *quæſtion.* 2. *n.* 35. *&* 36.

II. Succedit Difficultas, quid dicendum in caſu, quo in Hoſpitali ferè nulla ſervetur hoſpitalitas, an tunc videlicet ſolvendum ſit quindennium; eo enim caſu non poteſt ampliùs conſiderari rigoroſè totalis, ac plenùs favor hoſpitalitatis in loco, ubi quaſi nulla hoſpitalitas ſervatur; nihilominùs adhùc hoc caſu Hoſpitale eximitur à ſolutione quindennii, quippè ad exemptionem à quindennio ſatis eſt, quòd aliqua ſervetur hoſpitalitas, licet modica, ſeu qualiſqualis, nihilque intereſt, quòd ferè nulla ſervetur hoſpitalitas, non enim nocere debet Hoſpitali mala adminiſtratio Rectoris, qui ex incuria modicam tantùm exercet hoſpitalitatem, vel redditus ex avaritia, & per abuſum in proprios uſus convertit contrà diſpoſi- 22
tionem *Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi ſeſſ.* 25. *de Reformat. cap.* 8. *in principio*, *Menoch. poſt conſil.* 897. *in primo ſequenti conſil. incipiente dictum fuit*, *num.* 7. *in med. verſiculo nam* ibi „ Nam
„ ipſarum Bullarum verba hæc ſunt. In quibus
„ quaſi nulla ſervabatur hoſpitalitas. Hæc ſa-
„ nè verba ſignificant, quòd obſervabatur
„ quidem hoſpitalitas, ſed modica. Id, quod
„ eveniebat, vel quia tenues erant redditus
„ ipſius Hoſpitalis S. Spiritus &c. Nam reddi-
„ tus illi non excedebant LX. Florenos Came-
„ ræ &c. vel, ſi majores erant redditus &c. id
„ contingebat negligentia, aut avaritia illorum
„ Religioſorum, quibus Hoſpitalis admini-
„ ſtratio fuerat conceſſa. Et ob quorum malam
„ adminiſtrationem adduci potuit inclita Ci-

vi-

,, vitas Paduæ ad impetrandum, illud Hoſpi-
,, tale uniri proprio Hoſpitali Lazareti &c. ,,
& num. 8. *in principio*, ibi ,, Itaque admini-
,, ſtratio fructuum, & redditutum fuit conceſſa
,, pro uſu Hoſpitalis. Id, quod ſignificant illa
,, jam recitata verba Bullæ, in quibus quaſi
,, nulla ſervabatur hoſpitalitas. Non enim eo
,, temperamento, ferè, uſus fuiſſet Pontifex,
,, ſi redditus, & fructus ſolùm conceſſiſſet illis
,, Religioſis, & non ipſum Hoſpitale. Sed
,, dixiſſet nulla ſervabatur hoſpitalitas, cùm
,, ſine redditibus, & fructibus fuiſſet impoſſi-
,, bile hoſpitalitatem ſervare &c. & in ſecundo
,, ſequenti conſilio incipiente quod dictum fuit,
num. 9. ibi ,, Et quod dictum fuit, verba Bul-
læ Pii II. & Nicolai IV. demonſtrare, quòd
,, immò Hoſpitale S. Spiritus obſervabat ho-
,, ſpitalitatem, rectè dictum fuit: quia verba
,, Bullæ hæc ſunt. In quibus quaſi nulla ſerva-
,, batur hoſpitalitas &c. Ità ſanè legitur, quaſi
,, nulla, non autem abſolutè, nulla, ſine illa
,, dictione quaſi: ſicuti præſtantiſſimus Colle-
,, ctoris Advocatus legit. Et inter unam, &
,, alteram lectionem maximam eſſe differen-
,, tiam clariſſimè conſtat: ſi legeretur. In qui-
,, bus nulla ſervabatur hoſpitalitas, appareret,
,, non fuiſſe conceſſa in adminiſtrationem, ſed
,, in titulum, & Beneficium. Si verò legitur
,, (ut verè legitur) quaſi nulla ſervabatur ho-
,, ſpitalitas &c. ſenſus eſt, quòd ſervabatur
,, quidem hoſpitalitas: ſed tamen modica. Id,
,, quod &c. fortè eveniebat negligentia, &
,, avaritia illorum adminiſtratorum, in quo-
,, rum pœnam Hoſpitale hoc fuit ab eorum
,, manibus ereptum, & unitum Hoſpitali à Pa-
,, duanis erecto &c. Illa verba nulla ſervabatur
,, hoſpitalitas, abſolutè ſignificant, Hoſpitale
,, non fuiſſe adminiſtrationis, ſed tituli. Hæc
,, verò ferè nulla, ſignificant, fuiſſe admini-
,, ſtrationis, etſi ipſi adminiſtratores ſua incu-
,, ria minùs rectè adminiſtrarent. Et propte-
,, reà modica illa hoſpitalitas, quæ de facto ab
,, illis adminiſtratoribus ſervabatur, fuit in
,, cauſa, ut illud Hoſpitale uniretur huic Pa-
,, duano &c. Et Religioſi illi majorem fru-
,, ctuum partem &c. ob eorum &c. avaritiam
,, in proprios uſus convertebant. Et ideò rectè
,, ab eis ereptum fuit illud Hoſpitale, & Pa-
,, duano unitum &c. ,, *& num.* 10. ibi ,, quia
,, non eſt veriſimile, quòd Pontifex voluerit
,, deſtruere Hoſpitale, & pauperes, ac peregri-
,, nos privari ea hoſpitalitate: ſed voluit illis
,, Religioſis munus hoc hoſpitandi injungere:
,, quod, cùm malè ab eis impleretur, coactus
,, quodammodò fuit ſucceſſor Religioſos illos
,, privare, & Hoſpitale illud huic Paduano
,, unire &c. ,, *Rota dec.* 725. *nu.* 11. *&* 12. *par.* 1.
diverſ. ibi ,, Non obſtat, quòd iſte locus re-
,, periatur deſcriptus in libro Collectorum De-
,, cimarum Papalium &c. quia potuit exactori
,, concedi facultas exigendi Decimas etiam de
,, Hoſpitalibus, in quibus non ſervaretur ho-
,, ſpitalitas &c. Non obſtat, quòd locus iſte,
,, licet haberet nomen hoſpitalitatis, tamen
,, cum effectu non erat Hoſpitale, cùm in eo
,, nulla ſervata ſit hoſpitalitas, vel modica, &
,, qualiſqualis &c. Quia id accidit de facto, &
,, fuit merus abuſus &c.

Quod comprobatur ex Bullis quindenniorum
caventibus, ut ſolvatur quindennium pro Ho- 23
ſpitalibus, in quibus de tempore eorum Unio-
num nulla ſervabatur hoſpitalitas, ut ex *Bulla*
33. *Sixti V.* §. 2. *antè med. Bullar. nov. Rom.*
tom. 2. ibi: *etiamſi &c. Hoſpitalia fuerint, quæ*
tempore ipſarum Unionum, Cura &c. & Hoſpi-
talitate caruerint &c. Bulla 18. *Urbani VIII. in*
principio, tom 5. *& Bulla* 50. *Clementis X.* §. 4.
tom. 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apo-*
ſtolic. in ordine la VII. VIII. *&* XI. ergò à con-
trario ſenſu (quod argumentum in Jure vali-
diſſimum eſt) *Barboſa loc. commun. argum. Jur.*
loc. 27. *num.* 1. *&* 43. non ſolvetur quinden-
nium pro Hoſpitalibus, in quibus aliqua, licet
modica, ſervetur hoſpitalitas, cùm requiſita
carentia Curæ, aut hoſpitalitatis, ad effectum
ſolvendi quindennia, ſupponere videtur tota-
lem inhoſpitalitatem, ſeu privationem, non
autem aliquam modicam hoſpitalitatem ex eo,
quòd qui totum dicit, nihil excludit, *Barboſa* 24
axiom. 168. *n.* 1. *& axiom.* 220. *n.* 3.

Neque obſtat, quòd, cùm in Hoſpitali, ubi
ferè nulla ſervatur hoſpitalitas, etiam ferè nul-
li impenduntur redditus Hoſpitalis uniti, in
cauſam ægrotorum, aut peregrinorum, ſed eo-
rum longè major impendatur in utilitatem Ad-
miniſtratoris, per conſequens debeatur quin-
dennium ſaltem proportionabiliter ad ratam
reddituum non impenſorum in cauſam hoſpita-
litatis; ſicque ceſſante in aliqua parte, ſignan-
ter conſiderabili, cauſa non ſolvendi quinden-
nia, adeſt ratio ſolvendi quindennia ſaltem pro
ea parte, pro qua non ſervatur hoſpitalitas:
quia, cùm fructus Hoſpitalis uniti, & per illius
Rectorem, ſeu Adminiſtratorem nulliter acqui- 25
ſiti, reſtitui debeant eidem Hoſpitali, nulla
conceſſa Hoſpitalario remiſſione, aut compoſi-
tione ſuper hujuſmodi fructibus indebitè per-
ceptis, juxta ſaluberrimam, ac providam ſan-
ctionem *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.* 25. *de Re-*
format. cap. 8. *in fin. verſiculo & prædicti nihilo-*
minùs, ſequitur, iterùm in uſus pauperum
convertendos fore, ſicque tanquàm tales, ſem-
per remanere liberos à quindenniis ob reaſſum-
ptam primævam naturam originariæ eorum
deſtinationis; undè fideliter adminiſtranda ſunt
Hoſpitalia poſſidentia bona pauperum, quæ
ſunt patrimonium Chriſti ſub onere reddendi
rationem adminiſtrationis Ordinariis Loco- 26
rum, à quibus viſitari poſſunt, *Clement. quia*
contingit 2. *de Religioſ. Domib. Sacr. Concil. Tri-*
dentin. ſeſſ. 7. *de Reformat. cap.* 15. *& ſeſſ.* 22.
cap. 8.

Minùs obſtat, quòd ferè nullam ſervari, vel
nullam ſervari hoſpitalitatem idem eſt, cùm pa- 27
rum, & nihil in Jure æquiparentur, *Barboſa*
axiom. 175. *num. unic.* quapropter videretur,
potiùs dicendum, ſolvendum fore quinden-
nium etiam ex Hoſpitali, ubi ferè nulla ſervatur
Hoſpitalitas: quia parum, & nihil æquiparan- 28
tur quidem quoad effectum, ſed non quoad
demonſtrationem naturæ rei; dum verba *nulla*
ſervatur hoſpitalitas, abſolutè denotant, Ho-
ſpitale concedi ſolitum in titulum, ſeu Benefi-
cium, non verò in adminiſtrationem, ſeu regi-
men, è contrà verba *ferè nulla ſervatur hoſpita-* 29
litas, ſignificant, Hoſpitale concedi ſolitum in
adminiſtrationem, ſeu regimen, non verò in
titulum, ſeu Beneficium, ideòque Hoſpitale

non teneri ad quindennia, ut ità reſpondet *Menoch. in conſil. 2. incipiente quod dictum fuit, num. 9. in principio, verſiculo & hinc conſtat, poſt conſil.* 897. cùmque quindennia in una parte, reſpectu ad eorum debitores, & tamquàm
30 à Jure communi exorbitantia, ſeu Juri communi ignota, & tamquàm de Jure tantùm ſpeciali Summorum Pontificum approbata, reſtringenda veniunt, ut minùs, quàm poſſibile eſt, noceant, & lædant Jus commune, *cap.* 1. *de fil. Presbyter. cap. odia* 15. *cap. quæ à Jure* 28. *de regul. Jur. in* 6. *Pereyr. de Caſtr. dec. Portugall.* 57. *num.* 6. *in principio*; æquiùſque eſt, ut non debeantur ex Hoſpitali, quando in eo aliqua, quantumvis modica ſaltem ſervatur hoſpitalitas, & Bullæ quindenniorum mandantes ſolvi quindennia pro Hoſpitalibus Cura, aut Hoſpitalitate carentibus, verificari nequeunt in Hoſpitalibus aliquam Curam, aut Hoſpitalitatem ſervantibus, quantumvis modicam, ac ferè nullam, dici namque non valet quid re carere, quod aliquam rei partem, licet non totam rem habeat.

III. Denique concomitatur Difficultas, quid dicendum, ſi adminiſtratio Hoſpitalis habeat particulares fructus ſeparatos à menſa ægrotorum: & hoc caſu procul dubio debentur quindennia pro rata fructuum adminiſtrationis, cùm iſti fructus non inſerviant ægrotis, ſed deſtinati ſint Adminiſtratori pro Cura; proinde-
31 que videmus, ex illis Annatam ſolvi in Proviſione Adminiſtrationis, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. num.* 11. *in principio, verſiculo quando verò adminiſtratio.*

Pro coronide animadverſione dignum eſt, nè ſumatur æquivocum, quòd diverſum ſit Hoſpitale adminiſtrationis, ſeu habens curam, aut hoſpitalitatem, & Beneficium excedens XXIV. Ducatos auri de Camera, uniri manui mortuæ, vel alteri Hoſpitali, curam, aut hoſpita-
32 litatem habenti; cùm in primo caſu non debeatur quindennium, in ſecundo verò caſu illud debetur, ut benè obſervant *Menoch. poſt conſil.* 897. *conſil.* 1. *num.* 9. *in principio, verſiculo Præterea loquitur* Bulla, *& circa fin. verſiculo quod hæc (inquam) ſi uniantur*, ibi „ Præterea „ loquitur Bulla de Beneficiis, quæ uniuntur „ aliis Locis, ut puta Hoſpitalibus &c. non „ autem loquitur de ipſis Hoſpitalibus, quæ „ uniuntur, vel aliis Hoſpitalibus &c. vel aliis „ Locis &c. hæc (inquam) ſi uniantur &c. „ etiam Hoſpitalibus &c. nihilominùs teneantur „ ad annatas, & quindennia; loquitur ergò Bulla de ſolis Beneficiis, quæ dari ſolent „ in titulum, ut, ſi illa uniantur Locis privilegiatis, teneantur præſtare quindennia &c. „ *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. nu.* 10. *&* 11. ibi „ aliud enim eſt, „ quòd quindennia ſolvantur pro Beneficiis, „ quæ uniuntur &c. Hoſpitalibus, & aliud, „ quòd ſolvantur pro Hoſpitalibus, quando „ uniuntur aliis Collegiis &c.

ARGUMENTUM.

Ex adminiſtrationibus Cappellaniarum annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, per teſtatores conſanguineis relinqui ſolitis, poſteàque tractu temporis ob defectum conſanguineorum, vel ob malam adminiſtrationem, vel ob aliam cauſam, manui mortuæ unitis, non debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex adminiſtrationibus Cappellaniarum per teſtatores conſanguineis rilinqui ſolitis, poſteàque manui mortuæ unitis, non debentur quindennia.*
2 *Adminiſtrationes hujuſmodi non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica.*
3 *Laudatur* bon. mem. R. P. D. Lancetta Decanus.
4 *Propter has adminiſtrationes non ſolvuntur annatæ.*
5 *Quindennium ſolvitur pro Beneficiis.*
6 *Simplex Cappellanus Cappellam mundare, ornare, lampades accendere, & ſimilia facere debet.*
7 *Cappellaniæ Eccleſiæ S. Jacobi Hiſpanorum de Urbe non ſunt collativæ.*
8 *Cappellani non tenentur ad Horas Canonicas.*
9 *Quindennia non debentur ex adminiſtratione Hoſpitalium non titularium.*
10 *Ex adminiſtratione ſtipendiorum pro Lectione Sacræ Theologiæ, pulſatione Organorum, vel pro ſimili, manui mortuæ unita non debentur quindennia.*
11 *Adminiſtrator Cappellaniarum ſibi acquirit quod ſupereſt.*
12 *Affertur abſurdum.*

CAPITULUM CXXXVI.

MOs eſt teſtatorum ſæpiùs practicatus in Cappellaniarum erectionibus deputare earum adminiſtratores conſanguineos, inque eorum defectum, adminiſtratores Loca Pia, ſivè Ordinarios Locorum pro tempore, ut Cappellaniæ in perpetuum adminiſtrentur, & ut plurimùm, adminiſtrationes hujuſmodi Locis Piis committuntur ultimo loco poſt extinctos omnes de familia, ſeu parentela, quibus illas teſtatores priùs committunt, ea forſitan veriſimili, ſivè potiùs probabili freti ratione, quòd nemo meliùs Cappellanias adminiſtrabit, quàm conſanguinei, cùm tamen aliquando vel poſt conſanguineos non nominatur in adminiſtratorem Locus Pius, vel quia conſanguinei negligunt adminiſtrationem, vel ob aliam cauſam tractu temporis hujuſmodi adminiſtrationes uniuntur manui mortuæ: quamobrem demandata quocumque modo, & tempore adminiſtratione Cappellaniarum manui mortuæ, quæ tamquàm nunquam defectura, in perpetuum illas adminiſtrare valet, inſurgit peregrina inſpectio, quid aſſerendum in hoc caſu, an ſit locus quindenniis, nec nè; & dicimus, quòd 1
ex adminiſtrationibus Cappellaniarum annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, per teſtatores conſanguineis relinqui ſolitis, poſteàque tractu temporis ob defectum conſanguineorum, vel ob malam adminiſtrationem, vel ob aliam cauſam, manui mortuæ unitis, non debentur quindennia;
quippè adminiſtrationes hujuſmodi non ſunt 2
Beneficia Eccleſiaſtica, ſed onera merè tempora-

ralia , conſiſtentia principaliter in faciendo ce-
lebrare certum Miſſarum numerum ex quibuſ-
dam redditibus à teſtatoribus relictis , quod
verò ex illis ſupereſt , convertitur ad utilitatem
earum adminiſtratorum , quæ iis non permit-
terentur , ſi verè eſſent Beneficia Eccleſiaſtica ,
& darentur in titulum , proprièque eſſent titu-
lares , ſivè collativæ , ſeu in ſtatu collativo ,
quandò immò etiam (quis crederet) fœminæ
habere poſſunt haſce adminiſtrationes juxta
voluntatem teſtatorum , Corrad. in prax. bene-
fic. lib. 1. cap. 2. num. 3. Lotther. de re benefic.
lib. 1. quæſt. 5. num. 40. cum plur. ſeqq. Amoſtaz.
de cauſ. piis lib. 3. cap. 1. num. 7. & 33. Germon.
de Indult. Cardinal. §. Regularia num. 62. Pigna-
tell. conſult. Canonic. tom. 8. conſult. 4. num. 4.
& 5. Garz. de Benefic. par. 1. cap. 2. num. 102. &
103. Paſqualig. de ſacrific. Miſſ. quæſt. 1036. n. 3.
& quæſt. 1040. num. 4. & num. 8. verſic. immò
cum, Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de
Menſib. gloſſ. 5. num. 41. Card. de Luca de Jure-
patronat. diſcur. 27. num. 7. & diſcur. 55. num. 7.
Barboſa de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 5. num. 6. Lau-
rent. de for. Eccleſ. par. 1. ſeſſ. 1. cap. 3. quæſt. 86.
num. 2. D. Advoc. Urſaya diſc. Eccleſ. part. 1.
tom. 1. diſc. 15. per tot. bon. mem. R. P. D. Piton.
de controverſ. Patron. alleg. 33. num. 28. & al-
leg. 34. nu. 20. alleg. 49. num. 9. & 10. alleg. 63.
num. 4. & 5. alleg. 87. num. 11. alleg. 91. num. 3.
alleg. 94. num. 2. & alleg. 100. in ſupplement.
num. 10. Schimier. in Jur. Canonic. par. 2. cap. 3.
num. 20. Bordon. de legat. Miſſar. cap. 6. num. 32.
& 33. Anaclet. in Jus Canonic. lib. 3. tit. 5. n. 12.
Vivian. de Jurepatronat. lib. 2. cap. 4. num. 2. D.
Advoc. Fargn. eod. tract. par. 1. canon. 6. caſ. 3.
num. 1. par. 2. canon. 4. caſ. 3. num. 1. canon. 9. caſ.
10. num. 25. canon. 21. caſ. 1. num. 7. & cap. 4.
caſ. 3. num. 9. par. 3. cap. unic. caſ. 1. num. 30.
par. 5. canon. 6. caſ. 2. & par. 6. canon. 16. caſ. 2.
num. 4. Monacell. formul. legal. in appendic. pag.
329. num. 12. Perez de Lara de Anniverſar. &
Cappellan. lib. 2. cap. 7. num. 7. & cap. 8. num. 42.
Eminentiſſimus D. Card. Petra ad Conſtitut. Apo-
ſtolic. tom. 4. in Conſtit. 7. Eugenii IV. num. 21.
& 22. Hontalb. de jur. ſuperv. quæſt. 21. §. 6. n. 6.
& 7. ego in alio Tract. de Quindenn. cap. 50. num.
597. cum plur. ſeqq. Themud. à Fonſeca dec. Ulyx-
bon. 189. num. 1. par. 1. Panimol. dec. 21. num. 5.
Guid. Pap. dec. 87. num. 1. Rota coram Manza-
ned. dec. 283. num. 3. 7. 8. & 9. dec. 334. nu. 1.
cum ſeqq. & dec. 347. num. 1. Card. Cavaler. dec.
639. num. 2. cum ſeqq. Rembold. dec. 549. num. 8.
Card. Cerr. dec. 856. num. 9. Emerix Jun. deciſ.
1100. num. 1. Pena dec. 1205. num. 1. ac per tot.
tom. 2. Dunozet. Jun. dec. 101. num. 3. tom. 1.
dec. 71. num. 1. & dec. 182. num. 1. & 2. ac per
tot. par. 1. diverſor. dec. 264. per tot. & dec. 265.
num. 1. par. 2. diverſ. dec. 294. num. 1. par. 1. re-
centior. deciſ. 254. num. 3. par. 2. dec. 238. num. 1.
part. 5. deciſ. 39. num. 31. & 32. par. 12. dec. 327.
num. 8. par. 15. dec. 48. num. 6. par. 18. tom. 1. &
in Mediolanen. Beneficii 4. Februarii 1692. §. Ne-
que huic , coram Manuel , in Senogallien. Cappel-
laniæ 6. Aprilis 1696. §. Etenim pro totali , co-
ram Molines Decano , & Inquiſitore Generali
Hiſpaniarum , in Hydruntina Cappellaniæ 10.
Maji 1697. §. Quod autem , coram Del Olmo
Magno Mediolani Cancellario , in Piſana Juriſpa-
tronatus 24. Januarii 1698. §. Quoniam , coram
Urſino Decano , in Baren. Beneficii 20. Januarii
1713. §. Subſtineri , coram bon. mem. Card.
Scotto , in Tridentina Cappellaniæ 2. Martii 1714.
§. Ex illo , coram Eminentiſſimo D. Card. Falco-
nerio , in Firmana Beneficii 11. Januarii 1715.
§. Sed quamvis , coram Anſaldo Decano , in Au-
guſtana Summæ Cuſtodiæ ſuper ſecundis literis 15.
Maji 1716. §. Probato , cum ſeq. coram Eminen-
tiſſimo Falconerio , & in Firmana Cappellaniarum
2. Julii 1717. §. Ex pluribus , §. Secundò , quia ,
& §. Ad hæc , coram bon. mem. R. P. D. Lan- 3
cetta Decano , 14. Aprilis anno Jubilei 1725. è
vivis erepto , olim in Romana Curia Advocato
Primario , majorèſque gradus ob eximiam Juris
peritiam promerito , & ità , me ſcribente in Ulyx-
bonen. Occidentalis , reſolvit Sacra Congregatio
Concilii 26. Junii 1723. nec propter has admi- 4
niſtrationes ſolvuntur annatæ ; ſiquidem haud
incongruum videtur , nec pariter quindennia
ſolvenda eſſe , Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1.
cap. 18. §. 3. num. 29 ibi „ Non autem ſolvitur
„ annata in deputationibus , ſivè adminiſtra-
„ tionibus &c. „ Rota dec. 182. nu. 1. cum ſeqq.
& per tot. par. 1. diverſ. ibi „ Fuit concluſum ,
„ Regulam de valore non habere locum in
„ hujuſmodi adminiſtrationibus Cappellania-
„ rum , quia dicta Regula loquitur de Benefi-
„ ciis Eccleſiaſticis , hæ vero adminiſtrationes
„ non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica , ſed onera
„ conſiſtentia principaliter in faciendo celebra-
„ re certum numerum Miſſarum ex quibuſdam
„ redditibus relictis à teſtatoribus : quod verò
„ ſupereſt ex illis , convertitur ad utilitatem
„ dictorum adminiſtratorum , & propterea
„ mulieres , & laici ſunt capaces hujuſmodi
„ adminiſtrationum , quarum non permitte-
„ retur , ſi eſſent Beneficia Eccleſiaſtica &c.
„ maximè cùm Regula ſit exorbitans , & odio-
„ ſa , & inventa propter annatas , quæ annatæ
„ non ſolvuntur propter has adminiſtrationes
„ &c. quia , ſi ſolverentur annatæ , fortè tunc
„ intraret Regula . Nec obſtat dictum Rebuf.
„ &c. ubi voluit , dici Beneficium illam par-
„ tem reddituum , quæ datur miniſtro Eccle-
„ ſiæ . Quia Domini dixerunt , id procedere ,
„ ſi daretur in titulum perſonæ habili , prout
„ mulier , & laicus eſt inhabilis , non autem
„ miniſter Eccleſiæ „ dec. 264. per tot. & dec.
265. nu. 1. cum ſeqq. par. 2. diverſ. ibi „ quia
„ adminiſtratio Bonorum , de quibus agitur ,
„ non eſt Beneficium Eccleſiaſticum , ex quò
„ laicus , & fœmina poteſt illam obtinere , ſed
„ eſt onus temporale , ut aliàs fuit reſolutum
„ in hac Cauſa . Et propterea mandatum &c.
„ ad reſignandum dictam adminiſtrationem in
„ manibus Nuncii &c. ipſa ceſſio non eſt ſimo-
„ niaca , quia non ſumus in beneficialibus &c.
„ Nec obſtat , quod hæc adminiſtratio ſit an-
„ nexa ſpirituali , quia reſpondetur , quòd an-
„ nexa ſpirituali &c. poſſunt donari de con-
„ ſenſu Ordinarii &c. „ equidem quinden- 5
nium adinſtar annatæ non ſolvitur , niſi pro
Beneficiis Eccleſiaſticis , quibus reſpondet per-
petuitas , & Proviſio , quæ utraque deeſt in
hujuſcemodi adminiſtrationibus , Amayden. de
ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 3. num. 29. ibi : quia
non ſolvitur , niſi pro Beneficiis , quibus reſpondet
perpetuitas , & proviſio &c. & num. 30. ibi : Et
quamvis Vicariæ perpetuæ poſt Conſtitutionem

Pii V. ſint vera Beneficia, & de ipſis fiat proviſio, non deputatio; tamen, quia illis aſſignatur congrua &c. vix nunquam pro Vicaria ſolvitur annata &c. prout in fortioribus terminis nec quindennium debetur ex ſimplici Cappellania non ſolita dari in titulum perpetuum, prævia inſtitutione Ordinarii, nihilque ſpiritualitatis habente, ſed merè temporali, amovibilique ad
6 tempus, & ad effectum dumtaxat, ut Capellanus Cappellam mundet, ornet, lampades accendat, & alia hujuſmodi faciat, *Gonzalez ad Regul.8. bodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ.5. n.11. cum ſeqq. Rota coram Duran. dec.418. num.6. in principio, par. 2.* immò, etiamſi ex lege fundationis Cappellanus teneatur celebrare, & reci-
7 tare in Choro, quales ſunt Cappellani Eccleſiæ SS. Jacobi, & Idelphonſi Hiſpanorum de Urbe, recipi conſueti per Adminiſtratores pro tempore illius Eccleſiæ, abſque aliquo titulo, *Gonzalez loc. præallegat. num.32.* aliàs deputati
8 ad Cappellanias, de quibus loquimur, adeò Beneficiati eſſe deſinunt, ut nec ad Horas Canonicas teneantur, *Eſcobar à Corr. de Hor. Canonic. quæſtion. 3. §.5. num.3. in principio, verſi-*
9 *culo non tamen ità*; eo ſanè modo, quo ex adminiſtratione Hoſpitalium non titularium, ſeu non in titulum conferri ſolitorum non debentur quindennia, ad latè per nos in *præced. Cap.* tradita,& in ſimili per *Rot.dec.182. n.3.& 4.par.1.*
10 *diverſor.* Idemque dicendum eſt de unita manui mortuæ adminiſtratione ſtipendiorum Eccleſiaſticorum pro Lectione Sacræ Theologiæ, pulſatione Organorum, vel pro ſimili, cùm hæc dentur ob actionem temporalem, qualis eſt legere Theologiam, pulſare organa, ac ſimilia, *Eſcobar à Corr. loc. mox relat. limitat. 1. num. 13.*

Nec obſtat, quòd, cùm manus mortua ex hujuſmodi Cappellaniarum adminiſtrationibus,
11 prout per prius alius adminiſtrator, aliquam capere poſſit utilitatem, ſibi acquirendo, quod ſupereſt poſt erogatos redditus in celebrationem Miſſarum, ut ait *Rota dec.182. n.2. par.2. diverſor.* ibi: *quod verò ſupereſt ex illis, convertitur ad utilitatem dictorum adminiſtratorum &c.* videretur, potiùs teneri ad quindennium: quia hæc poſſibilis acquiſito per accidens evenit, nec ſemper, & forſitan in valdè modica ſum-
12 ma; ità, ut, ſi ob ſolam accidentariam acquiſitionem gravaretur manus mortua quindennium ſolvere, contingeret, quòd illud ſolveret in longè majori quantitate, quàm reſiduum annuum redditum perciperet: quod profectò iniquum foret, quando è contrà manus mortua poſſidens aliquod Beneficium Eccleſiaſticum vigore Unionis de illo ſibi factæ, ſolvere tenetur quindennium ſingulis XV. annis in ſola quantitate mediæ annatæ, ſeu fructuum dimidii anni, ſi Beneficium non eſt Conſiſtoriale, & in quantitate integræ annatæ, ſeu fructuum integri anni, ſi Beneficium eſt Conſiſtoriale, ſeu taxatum, non autem valoris, ex per nos uberiori meſſe ſuprà collectis *Cap.I. ac paſſim alibi.*

ARGUMENTUM.

Ex Bonis Eccleſiaſticis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, non debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex ſola ſimplici Unione Bonorum Eccleſiaſticorum manui mortuæ facta non debentur quindennia.*
2 *Quindennia non ſunt Juri cognita.*
3 *Quindennia ſolvenda ſunt de ſolis Bonis Beneficiorum in rigoroſo ſignificatu.*
4 *Incluſio unius eſt excluſio alterius.*
5 *Conceſſio limitata limitatum producit effectum.*
6 *Bona diſmembrata ab una Eccleſia, & unita alteri, dici nequeunt beneficialia, nec eorum poſſeſſor Beneficiatus.*
7 *Beneficia ſemel unita, ampliùs vacare non poſſunt.*
8 *Ceſſante damno annatarum, ceſſare debet quoque quindenniorum lucrum.*
9 *Quindennium, uti in locum annatæ ſubrogatum, ſapit naturam annatæ, in cujus locum ſubrogatur.*
10 *Papa habet pleniſſimam poteſtatem ſuper commutatione, & applicatione Bonorum.*
11 *Quindennia debentur ex Beneficiis unitis, ex quibus antè eorum Unionem ſolvebantur annatæ.*
12 *In dubio reſpondendum eſt pro tractante de damno vitando.*
13 *Ex Beneficio Patronali unito debetur quindennium.*
14 *Ex Beneficiis manualibus, ſeu ad nutum amovibilibus ſolvitur quindennium.*
15 *Ex Penſionibus ſuper Hoſpitalibus, aut Monaſteriis Monialium perpetuò reſervatis debetur quindennium.*
16 *Ex Legatis Piis ſolvi ſolent quindennia.*
17 *Beneficium Patronale, & manuale verè eſt Beneficium.*
18 *In reſignattione Beneficii manualis ſervanda eſt Bulla Gregoriana de publicandis.*
19 *Beneficium manuale non compræhenditur ſub Regulis Cancellariæ.*
20 *Illud tamen dici poteſt perpetuum, ſaltem aptitudine.*
21 *Immò non eſt propriè Beneficium reſpectu nominantis ad illud, qui, etiamſi ſit laicus, poteſt ad ipſum nominare, & deputare Clericum.*
22 *Penſiones perpetuò reſervatæ ſuper Hoſpitalibus, aut Monaſteriis Monialium, non ampliùs vacant.*
23 *Ex Legatis piis prætendi nequeunt annatæ.*
24 *De Legatis piis non ſolvitur quindennium.*
25 *Non ex omni ſolutione annatæ benè infertur ad ſolutionem quindennii.*
26 *Quindennia introducta ſunt, nè Annatiſtis damnum inferatur ob deſperatam ſolutionem annatarum.*

CAPITULUM CXXXVII.

AD clariorem dicendorum intelligentiam, præmittendum eſt, an Bona Eccleſiæ, Capituli, vel Monaſterii diſmembrata, atque manui mortuæ unita, ſint ſeparata à titulo Beneficii nec nè. Cùm diſmembratis fructibus Beneficii,eiſq; applicatis manui mortuæ, debeatur quindennium,ut ſuprà *Cap.LXXIX. & LXXX.* firmamus,& probant Bullæ quindenniorum,nec non punctuales auctoritates, ſæpenumerò accidit diſmembratio Bonorum unius Eccleſiæ, Capituli, vel Monaſterii, ad effectum faciendi Unionem, & incorporationem favore alterius Loci Pii: qua occaſione haud levis oriri poteſt con-

controverſia per Annatiſtas facilè ſuſcitanda,
Jura Cameræ allegantes, tamquàm ejus ceſſio-
narios, an nempè, ſicuti ex Beneficiis Eccleſia-
ſticis unitis manui mortuæ, ſeu alicui Loco Pio
debentur quindennia, ità ex Bonis Eccleſiaſti-
cis unitis pariter illa debeantur: proindè ob
materiæ ſingularitatem non omiſi in re tanti
ponderis manum apponere, & pedem figere,
1 firmando, quòd ex Bonis Eccleſiaſticis annuum
valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera
excedentibus, manui mortuæ unitis, non de-
bentur quindennia, cùm ejuſmodi Bona conſi-
ſtant in mera temporalitate, nec conſtituant
Beneficium Eccleſiaſticum, Sæculare, vel Re-
gulare, veluti in præciſis terminis *Mandoſ. con-
ſil. 92. num. 10. circà fin. verſiculo Poſtremò quæ-
ritur*, ibi „ Poſtremò quæritur, an ſolvenda
„ ſit annata pro Penſione impoſita ſuper fru-
„ ctibus, ſeu Bonis &c. Et negativè reſpondeo,
„ quia annata ſolvitur de redditibus beneficia-
„ riis, ut Romæ eſt notiſſimum, ac ſupponunt
„ omnes Conſtitutiones de annatis loquentes
„ &c. „ *Menoch. poſt conſil. 897. in ſequenti pri-
mo conſil. in eadem cauſa num. 8. in principio*,
„ ibi „ cùm Bona in titulum non dentur; ſed
„ Beneficia &c. „ *Gomez Sarnen. in Regul. 61.
hodiè 55. Cancellar. de valor. quæſtion. 4. circà
fin. verſiculo & quod dictum eſt*, ibi „ Et quod
„ dictum eſt de Hoſpitalibus, idem dicendum
„ eſt de omnibus redditibus, qui non dantur in
„ titulum &c. „ *Fatinell. reſponſ. 50. num. 13.
par. 2.* ibi „ Ex ſupradicta ratione, quòd
„ Quindennia ſucceſſerint loco Annatæ, ad re-
„ levandam Cameram, & Officiales à præju-
„ dicio, quod ex Unione Beneficii collativi
„ ſentiebant, ſequitur, non deberi Quinden-
„ nia ex Unione Eccleſiæ, vel partis Bonorum
„ illius, ſi non erat in ſtatu collativo, & proin-
„ dè non ſubjecta oneri Annatæ. Ità cenſuit
„ Tribunal Cameræ in Nolana Quindennio-
„ rum inter Collegiatam Summæ, & Annati-
„ ſtas 28. Aprilis, & 26. Maji 1656. coram
„ bon. mem. Caracciolo Decano, deindè S.R.E.
„ Cardinali, & vigilantiſſimo Archiepiſcopo
„ Neapolitano. Cùm enim Sanctæ Memoriæ
„ Clemens VIII. ab Eccleſia S. Mariæ de Ar-
„ cu &c. diſmembraſſet annua ſcuta quingen-
„ ta, eaque præfatæ applicaſſet Collegiatæ,
„ Annatiſtæ pro hujuſmodi applicatione pete-
„ bant Quindennia: Camera cenſuit, ea non
„ deberi, licet prima vice in Unione fuiſſet à
„ Procuratore Capituli ſoluta Annata, & emiſ-
„ ſa obligatio ſolvendi Quindennia in futurum
„ &c. „ *Capon. controverſ. forenſ. controverſ. 32.
per tot. ac ſignanter in Epitom. ſeu Argnment.
juncto num. 2. 3. 4. & 5.* ibi „ an ob Uniones
„ quomodolibet factas, quorumcumque Bo-
„ norum &c. vel potiùs ex Unionibus Benefi-
„ ciorum collativorum debeatur &c. Effluxis
„ 54. annis, cœperunt DD. Annatiſtæ quin-
„ dennia prætendere ex eo, quia aſſignatio an-
„ nui redditus tanquàm applicata in erectione
„ prædictarum Dignitatum, & Canonicorum,
„ ſit illis ſubjecta; quò circà ſequeſtrum in Bo-
„ nis quibuſdam dictæ Collegiatæ ad inſtan-
„ tiam DD. Annatiſtarum fuit interpoſitum,
„ ſed habito per nos recurſu, fuit ſubſcriptum
„ ſuprapoſitum Dubium, ad favorem DD.
„ meorum Principalium ex juſtitia reſolven-
„ dum. Siquidem Conſtitutiones Pontificiæ
„ nihil expreſsè diſponunt, quòd ex Bonis diſ-
„ membratis ab Eccleſia, quæ non erant in ſta-
„ tu collativo, ſolvi debeant quindennia, &
„ proindè recurrendum eſt ad interpretatio-
„ nem mentis concedentium &c. Mens enim
„ Pontificum quindennia Annatiſtis conceden-
„ tium, aut eſt elicienda ex verbis, aut ratio-
„ nibus, & cauſis finalibus conceſſionum. Si
„ enim ex verbis, non videntur compræhenſa
„ Bona ex prioribus eleemoſynis Eccleſiæ ac-
„ quiſita, cùm Conſtitutiones loquantur de
„ Bonis Beneficiorum, ſub quorum nomine
„ non veniunt alia Bona ab Eccleſiaſticis poſ-
„ ſeſſa, cùm neque dicatur Beneficiatus, qui
„ Bona Eccleſiaſtica poſſidet abſque Ordinarii
„ inſtitutione, & collatione, ut erant Bona ab
„ Eccleſia S. Mariæ de Arcu diſmembrata &c.
„ Immò nè dum ex verbis, ſed etiam rationi-
„ bus, & cauſis finalibus Conſtitutionum vi-
„ dentur excluſa quindennia, quia &c. cauſæ
„ finales Conſtitutionum fuere, ut Annatiſtis,
„ & Cameræ Apoſtolicæ ſarciretur detrimen-
„ tum, quod patiebantur ex Unionibus, & diſ-
„ membrationibus factis de Beneficiis, quæ
„ priùs vacabant, & Annatam DD. Annatiſtis
„ ſolvere conſueverant, cùm deindè ob eorum
„ Uniones perpetuas ampliùs vacare non poſ-
„ ſint &c. „ *num. 7. & 8.* ibi „ Quòd autem
„ cauſæ finales, quibus moti fuerunt Pontifices
„ ad concedenda quindennia, fuerint ob
„ damnum, quod patiebantur Annatiſtæ ex
„ Unione Beneficiorum, quæ vacabant, &
„ Annatam ſolvere conſueverant, elicitur ex
„ prædictis Conſtitutionum verbis &c. „ *&
poſt num. 39. in fin.* ibi „ fuit Cauſa diù Ro-
„ mæ agitata &c. & fuit judicatum contrà An-
„ natiſtas.

His accedit, quòd, cùm in nulla ex Bullis
quindenniorum literaliter legatur obligatio ſol-
vendi quindennia etiam ex Bonis ab aliqua Ec-
cleſia diſmembratis, alterique Eccleſiæ unitis,
caſus ejuſmodi omiſſus, remanet ſub diſpoſi-
tione Juris communis; de Jure autem commu-
ni incontroverſum eſt, quindennia non deberi,
ex eo quòd illa eidem Juri communi non ſunt 2
cognita, ad per nos tradita in pluribus locis &
ſignanter in *Cap. I. tàm in altero, quàm in iſto
Tractatu de Quindenniis*; cùmque eædem Bullæ
(ut ità inquam) quindenniales injungant ſolu-
tionem quindenniorum de Bonis dumtaxat in
ſtatu collativo, qualia ſunt Beneficia Eccleſia-
ſtica, nihil autem diſponant circà alia Bona
Eccleſiaſtica, vel profana, quæ non ſunt in
ſtatu collativo, interpretanda venit ſano modo
mens Summorum Pontificum concedentium,
quòd nempè in rigoroſo ſignificatu de ſolis Bo- 3
nis Beneficiorum cenſerint ſolvenda fore quin-
dennia, ut in pnncto *Mandoſ. conſil. 92. nu. 10.
in fin.* ibi: *Annata ſolvitur de redditibus benefi-
ciariis, ut Romæ eſt notiſſimum, ac ſupponunt
omnes Conſtitutiones de Annatis loquentes &c.*
Aliàs, ſi Pontifices vellent, ut ſolverentur quin-
dennia etiam de aliis Bonis Eccleſiaſticis in ſta-
tu non collativo, unitis, procul dubio de his
quoque quindennia ſolvi expreſsè mandarent;
adeò, ut incluſio unius eſt excluſio alterius, 4
præſertim in materia, ut iſta, exorbitante,
Barboſa axiom. 20. num. 1. 2. & 8. immò con- 5
ceſ-

ceſſio Pontificia limitata ad ſola Beneficia, limitatum producit effectum, *l. in agris 16. ff. de acquir. rer. domin. Capon. loc. mox citat. num. 9. in med. antè verſic. potiſſimùm cùm inter*, quindennia autem Annatiſtis conceſſa de Bonis tantùm ipſorum Beneficiorum unitorum juxta literales Bullas quindenniorum, excluſa cenſentur de aliis Bonis Eccleſiaſticis non beneficialibus, nec collativis, tàm ex verbis, quàm ex rationibus, & cauſis finalibus earundem Pontificiarum Conſtitutionum ſuper hujuſcemodi re ſicco pede tranſeuntium.

Ex verbis quidem non compræhenduntur ſub Bullis quindenniorum cætera Bona Eccleſiaſtica non collativa; ex eo quòd ſub nomine Bonorum Beneficiorum, de quibus Bullæ loquuntur, venire nequeunt alia Bona diverſæ ſpeciei, quantumvis Eccleſiaſtica, & quantumvis ab una Eccleſia per prius diſmembrata, unitaque, ſeu incorporata alteri Eccleſiæ, cùm hujuſmodi
6 nec dici poſſint beneficialia, nec eorum poſſeſſor Beneficiatus, ob defectum inſtitutionis, & collationis ab Ordinario faciendæ, ut optimè ponderat, *Capon. laudata controverſ. 32. num. 4.* ibi: *cùm Conſtitutiones loquantur de Bonis Beneficiorum, ſub quorum nomine non veniunt alia Bona ab Eccleſiaſticis poſſeſſa, cùm neque dicatur Beneficiatus, qui Bona Eccleſiaſtica poſſidet abſque Ordinarii inſtitutione, & collatione &c.* Nec ex rationibus, & cauſis finalibus in Bullis quindenniorum Bona Eccleſiarum ſubjacere debent quindenniis, prout ſubjacent Beneficia Eccleſiaſtica: etenim, ſi quindennia, ut ipſæ Bullæ fatentur, introducta fuerunt ob Annatarum amiſſionem contingentem ex carentia ſucceſſi-
7 varum vacationum Beneficiorum unitorum, quæ ſemel unita, ampliùs vacare non poſſunt, & per conſequens ob damnum, quod indè ſentiebant Annatiſtæ, aliquo modo, ità ſuadente æquitate, reſarciendum, per neceſſarium conſequens impoſſibile eſt, poſſe, vel debere conſiderari aliquod damnum Annatiſtarum ex Unione Bonorum Eccleſiaſticorum, quæ nec vacationi, nec collationi obnoxia ſunt; proindèque nec Annatiſtæ perantea ex illis, Annatarum
8 emolumenta percipiebant: undè ceſſante damno Annatarum ceſſare debet quoque quindenniorum lucrum in ſolam reparationem damni juſtiſſimè adinventorum, *Capon. loc. ſæpè relat. num. 6. cum ſeqq. & num. 14. & 15.* ibi „ Ultraquòd, etiamſi ex diverſo poſſet probari, „ præfata Bona applicata, eſſe Eccleſiaſtica, „ ex illorum applicatione non debentur quindennia, cùm non probetur, prædicta Bona „ eſſe diſmembrata ex Bonis Eccleſiaſticis, alicujus Beneficii collativi, ex cujus applicatione Annatiſtæ paterentur damnum in futurum, pro Annatis in caſu vacationis, ex quò „ vacare nunquam ſperari poſſit, nec poſſunt „ prætendere quindennia, & ità nobis ſufficeret obtinere per non jus Actorum &c. Capitulum, & Canonicos &c. moleſtari non debere ſuper prætenſa ſolutione quindenniorum „ prætenſorum ex applicatione &c. Ducatorum „ 500. aureorum ex diſmembratione fructuum „ S. Mariæ de Arcu, quia ex Conſtitutionibus „ Apoſtolicis, tàm Pauli II. quàm Pii V. & „ Sixti V. clarè apparet, præfata quindennia „ eſſe ſubrogata loco Annatarum, quarum „ fructus antè ſuppreſſionem, Unionem, & applicationem ipſorum Beneficiorum &c. erant „ Annatiſtæ, & Officiales in poſſeſſione exigendi Annatas, ex quò nunquam ſperabantur vacare.

Immò ſicuti ex Bonis, non tamen in ſtatu collativo prætendi nequit Annata, ità nec etiam prætendi poteſt ex illis quindennium,
quod uti in locum Annatæ ſubrogatum, ſapit 9
naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur, *Capon. loc. citat. num. 35. verſiculo Ideò, cùm ex Bonis*, ibi: *Ideò, cùm ex Bonis applicatis nunquam fuerit ſoluta, nec etiam prætenſa Annata, nec etiam poteſt prætendi quindennium, quia ſubrogatum ſapit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur, & eodem jure utitur, & venit regulariter*; & Papa hoc caſu applicando, ac uniendo alicui Eccleſiæ fructus Bonorum alterius Eccleſiæ, mediante illorum diſmembratione, nullam injuriam, nullùmque damnum infert Annatiſtis circà quindennia ſub his Bonis prætendere non
valentibus Annatas, ſed utitur jure ſuo, ple- 10
niſſimàque poteſtate, quam habet ſuper commutatione, & applicatione Bonorum, juxta *Clement. quia contingit 2. de religioſ. Domib.* Præterea quindennia tanquàm debita ex uſu, & privilegio, ſivè Jure peculiari Summorum Pontificum, quod accommodatur in Bullis
quindenniorum ob Uniones Beneficiorum, ex 11
quibus anteà ſolvebatur Annata, ceſſant ceſſante qualitate in eis requiſita, quæ eſt ipſa præmeditata ſolutio Annatæ, *Capon. loc. allegat. num. 37.* ibi: *quindennia &c. debentur ex privilegio &c. Privilegia autem ſunt reſtricta ad Uniones Beneficiorum, & applicationes Bonorum, quæ anteà ſpectabant ad Beneficium, ex quibus ſolvebatur Annata, ut clarè patet, ponderando ſingulas Conſtitutiones Pontificum in hac materia editas, non poteſt autem eſſe locus Conſtitutionibus, & privilegiis prædictis, niſi concurrat qualitas in eis requiſita &c.* Denique cùm quindennia ſint oneroſa, tractùmque perpetuum, ac ſucceſſivum habentia ob perpetuum, proindèque notabile gravamen, non ſunt abſque aliqua neceſſitate de caſu ad caſum extendenda contrà verba, mentem, rationes, & cauſas finales Pontificiarum Conſtitutionum, ſed in contemplatis tantùm caſibus ſolvenda, & non ultrà ob rationem diverſitatis inter caſum expreſſum in Conſtitutionibus, & inter non ex-
preſſum; immò in dubio reſpondendum vide- 12
tur pro manu mortua tractante de damno vitando contrà Annatiſtas tractantes de lucro captando, *Capon. dict. loc. n. 10. in fin. verſiculo eòque magis*.

Quantumvis autem noſtra principalis reſolutio, firmiſſima appareat, non deſinit tamen ſequentibus IV. prima facie, & in apparentia relevantiſſimis infirmari objectis.

I. Quia non eſt novum, etiam ex redditibus Eccleſiaſticis manui mortuæ unitis, pro quibus aliàs non ſolvebatur annata, ſolvi poſteà quindennia; hinc videmus, quòd, licet ex Benefi-
cio Patronali nulla ſolvatur annata, attamen 13
adhùc ex illo, ſi poſteà manui mortuæ uniatur, debetur quindennium, juxta *Bullam 20. Julii III. §. 6. Bullar. nov. Rom. tom. 1. Bullam 38. S. Pii V. §. 3. tom. 2. Bullam 33. Sixti V. §. 2. propè fin. eod. tom. 2. Bullam 18. Urbani VIII.*

§. 2. in

§. 2. *in med. tom.* 5. & *Bullam* 50. *Clementis X.* §. 4. *poſt med.* & §. 5. *in med. tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* III. VI. VII. VIII. & XI. & perpendit *Capon. prælaudata controverſ.* 32. *num.* 9. *in principio*, ibi: *non eſſe novum, quòd debeantur quindennia, etiam pro Unionibus Bonorum, ex quibus aliàs non ſolvebatur annata, ut eſt in Jurepatronatus &c.* ex Beneficiis manualibus, ſeu ad nutum amovibilibus pariter nulla ſolvi ſolet annata, & tamen
14 non indè deſinit ſolvi quindennium, juxta *Bullam* 38. *S. Pii V.* §. 3. *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. *Bullam* 33. *Sixti V.* §. 2. *in fin. eod. tom.* 2. *Bullam* 18. *Urbani VIII. in principio, tom.* 5. & *Bullam* 50. *Clementis X.* §. 4. *poſt med.* & §. 5. *in med. tom.* 6. & obſervat *Capon. citat. num.* 9. *in*
15 *principio*, ex Penſionibus demùm Eccleſiaſticis reſervatis ſuper Hoſpitalibus, aut Monaſteriis Monialium perpetuò reſervatis adhùc debetur quindennium, *Capon. allegat. num.* 9. *in principio*; undè, ſi non ſemper repugnat, quòd ſolvatur quindennium ex Beneficiis manui mortuæ unitis, licet peranteà non ſolveretur annata, videretur, potiùs firmandum in caſu, quòd, licet ex Bonis Eccleſiaſticis nulla ſolvatur annata, ex illis tamen manui mortuæ unitis ſolvendum ſit quindennium.

II. Quia, ſi ex Legatis Piis, puta pro Magiſtro Scholæ pauperum, pro nubendis puellis, pro curandis egenis, pro Miſſis celebrandis, proque ſimilibus, quæ tamen citrà dubium Beneficia Eccleſiaſtica non ſunt, cùm non ſint in ſtatu
16 collativo, adhùc ſolvi debent quindennia, *Capon. loc. allegat. num.* 22. *cum ſeqq.* ibi „ Capi-
„ tulum, & Canonici Eccleſiæ Montis Flaſco-
„ nen. pro quindennio &c. applicationis me-
„ dietatis fructuum Ruralis Eccleſiæ &c. &
„ aliorum, quorum Ducatos 300. nec non
„ quorundam prædiorum, ſeu redditnum, &
„ emolumentorum, quæ Capitulum Eccleſiæ
„ Lateranen. ab ipſa Eccleſia in territorio di-
„ ctæ Civitatis Montisflaſconen. percepit, va-
„ loris annuorum Ducatorum 50 Item reddi-
„ tus, & proventus, quos Camera Apoſtolica
„ in S. Savino inter Tuſculanum, & Martium
„ percipere conſuevit, qui pariter valoris an-
„ nuorum Ducatorum 100. & ſic in totum pro
„ valore Ducatorum 450. ſub Datum 1369. 2.
„ Kalend. Novembris anno VII. Urbani Pa-
„ pæ V. & ſolvunt ſemper, & ſolverunt quin-
„ dennia. Eugenius IV. per ſuam Bullam. Da-
„ tum Florentiæ 1439. 8. Kalend. Februarii an-
„ no IX. confirmavit dictam applicationem.
„ Major, & cæteri Cappellani &c. pro quin-
„ dennio &c: unius Legati Pii Ducatorum 80.
„ pro celebratione certarum Miſſarum &c. le-
„ gatarum, & eiſdem Cappellaniis aſſignati,
„ ſolvitur juxta reſolutionem factam in Can-
„ cellaria pro valore Ducatorum 2580. ſub Da-
„ tum 1590. 3. Non. Novembris anno I. obli-
„ gatio 28. Januarii 1591. Antonius Maga-
„ lhaens de Menezes &c. Bracharen. Diœceſis
„ pro erectione perpetua &c. unius Hoſpitalis
„ pro fovendis, & alendis pauperibus, ac do-
„ nationis, & aſſignationis eidem Hoſpitali,
„ tot Bonorum ſtabilium &c. ad Ducatos 300.
„ aſcendentium, nec non diſmembrationis, &
„ applicationis dicto Hoſpitali Ducatorum
„ 300. à Parochialibus Eccleſiis &c. Solvitur
„ igitur pro valore Ducat. 600. &c. pro quin-
„ dennio &c. ſub Datum 1588. Kalend. Fe-
„ bruarii anno III. obligatio 19. Martii 1591.
„ Conſules, Univerſitas, & Homines Oppidi
„ de Cluitano Elnen. Diœceſis &c. ex Unio-
„ ne &c. unius Legati piæ cauſæ &c. ad Duca-
„ tos 125. ſub Datum 1599. 7. Idus Septembris
„ anno VIII. & obligarunt ſe pro qnindennio.
„ Obligatio de menſe Maji 1600. Univerſitas,
„ & Homines Oppidi de Alunia de Domina
„ Godina Cæſarauguſtanæ Diœceſis &c. pro
„ applicatione perpetua unius 500. olim pro
„ nubendis puellis, & alterius 835. pro Miſſis
„ recitandis, ac reliqui Legatorum piorum 95.
„ ſolid. monetæ illarum Partium in totum &c.
„ 95. conſtituen. &c. & obligarunt ſe pro quin-
„ dennio &c. ſub Datum &c. Obligatio 10.
„ Februarii 1604. Rector, & Beneficiati Paro-
„ chialis Eccleſiæ S. Jeremiæ Prophetæ Vene-
„ tiarum pro Annata Unionis perpetuæ Legati
„ Pii &c. relicti Ducatorum 90. & applicatio-
„ nis perpetuæ illius Collegio &c. obligavit ſe
„ pro quindennio. Sub Datum Idibus Decem-
„ bris, anno VIII. Clementis Papæ VIII. „
cur ex Bonis Eccleſiaſticis manui mortuæ unitis ſolvenda non erunt eodem modo quindennia.

III. Quia ſolet etiam ex Bonis hujuſmodi Eccleſiaſticis Eccleſiæ aſſignatis tempore erectionis ſolvi Annata, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. ſub num.* 13. ibi: *adeò, ut quemadmodùm ſolvitur Aanata pro Beneficiis recenter fundatis, ſi fructus eorum XXIV. Ducatos excedant &c.* undè & quindennium ſolvendum eſt ex regula ſubrogatorum.

IV. Quia ſupervenit *Bulla Urbani VIII. la* 18. *Bullar. nov. Rom. tom.* 5. & *noviſſima Bulla Clementis X. la* 50. *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VIII. & X. aliarum præcedentium Bullarum confirmatoria prægnantiſſimis verbis, quaſi compræhendantur non ſolùm Beneficia, ſed etiam Bona Eccleſiaſtica in caſu ſequutæ eorum Unionis favore alicujus manus mortuæ.

Quibus in nihilum relevantibus, ſtabilis, & inexpugnabilis adhùc perſiſtit reſolutio.

I. Siquidem objectum corruit ex eo, quòd relata exempla in contrarium, videntur ex alia ratione expreſſa, & contenta in Bullis quindenniorum, cùm nimirùm ſaltem lato ſumpto vocabulo poſſunt compræhendi ſub nominibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum, quale eſt Benefi- 17
cium Patronale, & manuale, quod de ſui natura eſt collativum, ſubjacetque vacationi, ac uti tale verè Beneficium, *Garz. de Benefic. part.* 1. *cap.* 2. §. 1. *num.* 69. & 77. *Tondut. quæſtion. canonic. & beneficial. part.* 1. *cap.* 106. *num.* 5. & *part.* 2. *cap.* 1. §. 6. *num.* 1. *Chokier de permutation. Benefic. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. *Solier ad Paſtor. de Benefic. lib.* 1. *tit.* 2. *litera A. Lotther. de re beneficiar. lib.* 1. *quæſtion.* 7. *num.* 14. *Flamin. Pariſ. de confident. Benefic. quæſtion.* 18. *nu.* 16. *Capon. loc. allegat. num.* 9. *in fin. verſic. exempla enim*: undè etiam in reſignatione Beneficii manualis 18
ſervanda eſt vulgata Bulla Gregoriana de publicandis, *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.* 5. §. 6. *nu.* 32. & 33. *Pariſ. de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 43. & 44. licet ex alio capite ob defectum perpetuitatis manuale Beneficium non ſit in rigore Beneficium, nec

nec appellatione Beneficii veniat, proindeque
19 nec compræhendatur ſub Regulis Cancellariæ, *Ricc. collect.* 870. *per tot. par.*4. *Gonzalez in Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancellar. reſervator. Menſ. gloſſ.* 5. §.6. *num.*9. *cum ſeqq.* Pariſ. *de reſign. Benefic. lib.* 11. *quæſt.* 3. *num.*83. *cum ſeqq. Lotther. de re beneſ. lib.* 1. *quæſt.* 7. *num.*22. nihilominùs quia
20 adhùc in alio ſenſu dici poteſt perpetuum ſaltem aptitudine, tanquàm conceſſum ad beneplacitum Superioris, ſicque non ad tempus certum, ſed ad incertum, & infinitum, quouſque nempè à Superiore revocetur, *Pariſ. de confident.* Benefic. *quæſtion.* 18. *num.*22. *Garz. de Benefic. par.*1. *cap.*2. §.1. *num.*79. *Pyrrh. Corrad.in*
21 *prax. beneſ. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 278. Immò non eſt propriè Beneficium reſpectu nominantis ad illud, qui, etiamſi ſit laicus, poteſt ad ipſum nominare, & deputare Clericum, *Roſa de exequutor. literar. Apoſtolic. par.*1. *cap.*6. *num.*149. *cum ſeqq.* De Penſionibus verò Eccleſiaſticis reſervatis ſuper Hoſpitalibus, aut Monaſteriis Monialium in tantum ſolvitur quindennium, in quantum etiam de illis ſolvitur Annata, *Maſſ. Calleſ. de annat. num.* 30. *propè fin.* §. *Quod de Monaſteriis*, *in principio* ibi „ Quod de Monaſteriis Monialium, & Hoſpitalibus dictum „ eſt, intelligi debet, quòd in expeditione literarum ſuper illorum Proviſionibus, non ſolvitur annata. Sed ſi contingat, illorum fructus, aut ſuper ipſis fructibus Penſiones „ hujuſmodi, prout generaliter pro omnibus „ aliis fructuum Eccleſiaſticorum, & Penſionum ſuper illis aſſignatarum reſervationibus, „ debet ſolvi, etiamſi Penſiones Monialibus „ ipſis reſerventur, ſi Penſiones ipſæ XXIV. „ Ducatorum ſummam excedant „ *Capon. ſæpè laudata controverſ.* 32. *num.* 10. ibi „ Quod „ verò deducitur circà Penſiones impoſitas „ Hoſpitalibus, & Monialium Monaſteriis, „ non applicatur, quia &c. ſolvitur annata pro „ aliqua recognitione pro una vice, & ſic non „ eſt trahenda diſpoſitio ad actus ſucceſſi-
22 „ vos &c. „ Penſiones enim reſervatæ ſuper Hoſpiralibus, aut Monaſteriis Monialium, adinſtar Beneficiorum unitorum, non ampliùs pariter vacant, ut patet ad ſenſum.

II. Objectum nullius eſt momenti, quia immò abſurdiſſimum eſſet de hujuſmodi applicatione fructuum quindennia ſolvere, cùm hoc eſſet ſolvere quindennia de Bonis propriis, quod nullibi in Bullis quindenniorum cautum
23 reperitur, dum indè nullum ſentiunt Annatiſtæ detrimentum, nec prætendere queunt annatas ex Legatis Piis antè eorum applicationem, *Capon. loc. citat. num.* 17. *& ſeqq.* ibi „ Nam ſi „ prædicti Officiales ex Conſtitutionibus Summorum Pontificum poſſent prætendere quindennia ex præfatis Bonis applicatis &c. poſſent etiam prætendere quindennia ex fructibus applicatis pro Magiſtro Scholæ, pro „ maritandis Puellis, quod dicere eſſet abſurdiſſimum, nam dicta applicatio fuit facta „ vigore Decretorum Sacræ Congregationis, „ tanquàm propria eorundem Hominum dicti „ Loci, ut patet ex Decretis, quæ dantur, & „ ſic ſolvere quindennia de Bonis propriis nullibi in præfatis Conſtitutionibus cavetur, & „ eadem ratio militat pro Bonis applicatis prædictæ Eccleſiæ, cùm res non poſſit diverſo „ Jure cenſeri &c. Nec obſtat, quòd ex Penſionibus perpetuis ſolvuntur quindennia, „ nam nos etiam concedimus, ſolvi debere „ quindennia quando Penſiones perpetuæ exiguntur à fructibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum, quorum Officiales, & Annatiſtæ „ erant in poſſeſſione exigendi annatam, & „ clarum eſt, quòd per applicationem fructuum ad Penſiones perpetuas Annatiſtæ „ privantur jure exigendi annatas, & ſic debent exigere quindennia, cùm illæ Penſiones „ ſint perpetuæ, & nunquam vacent, in quarum locum ſunt ſubrogata quindennia, quod „ non poteſt applicari caſui noſtro, quia nunquam Annatiſtæ poterunt probare ex præfatis Bonis habuiſſe annatas, cùm nunquam „ antè applicationem præfata Bona eſſent Beneficia Eccleſiaſtica, nec ſolita conferri &c. „ Nec obſtare videtur, quòd dicitur de noviſſima Conſtitutione S.D.N. Urbani VIII. confirmatoria Conſtitutionum Pontificum Prædeceſſorum. Satis enim patet ex proœmio „ dictæ Conſtitutionis, quòd Papa non intendit, aliquid de novo addere circà ſolutionem quindenniorum, ſed tantùm providere, „ nè ex applicatione fructuum Beneficiorum, „ & aliorum, quæ ampliùs vacare non ſperabantur, indemnitati Officialium conſulere, „ ſed in caſu noſtro fructuum applicatio non „ eſt de Prioratibus, vel Monaſteriis, ex quibus Annatiſtæ, vel Officiales, antè erectionem, fuiſſent in poſſeſſione exigendi annatam, tunc clarum eſſet, ſolvi debere quindennia; nàm, cùm paterentur damnum ex „ applicatione æquum tamen eſſet, ut ſingulis quindenniis annata ſolveretur, & ità, „ cùm illi nunquam fuerint in poſſeſſione exigendi annatam antè applicationem dictorum „ fructuum, non debent quindennia prætenſa „ exigere. Ultrà quòd, dato, & non conceſſo, quòd præfata applicatio fructuum, eſſet „ de Bonis Eccleſiaſticis, in prædictis Conſtitutionibus Apoſtolicis, in quibus Officiales „ fundant ſuam intentionem, nullibi cavetur, „ quòd debent ſolvi quindennia, ſed tantùm „ quando applicantur, & diſmembrantur ex „ Bonis Beneficiorum &c. ut patet ex eiſdem, „ quod ſecùs eſſet de Legatis piis, vel aliis Bonis Eccleſiaſticis, nam ex illis non poſſunt „ prætendere quindennia, cùm nullum damnum ſentiant Officiales, & Summus Pontifex eſt Dominus in commutatione, & applicatione prædictorum Bonorum &c. „ *et n.*34. *in principio*, ibi „ & ideò ſufficit, quòd non „ debeatur quindennium, niſi ex Unionibus, „ aut diſmembrationibus, & applicationibus ex „ Beneficiis collativis, in quibus patitur præjudicium &c. „ *et n.*35. ibi „ Reſpondendum videtur, non deberi quindennia &c. ratione applicationis &c. ex Bonis, & redditibus Eccleſiæ „ S. Mariæ del Arco &c. „ & nos ſuprà *Cap. LIV.*

Omiſſo, quòd de Legatis piis non ſolvitur 24
quindennium, cùm Legatum Pium, Beneficium non ſit, *Capon. controverſ. forenſ. controverſ.* 30. *num.*8. *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.* 18. §.4. *de quindenn. num.* 16. ubi ità deciſum, non omiſſo, quòd non ex omni ſolutione 25
annatæ benè infertur ad ſolutionem quindennii, *Capon. loc. mox relat.*

III. De-

III. Denique objectum nullam vim facit,
quia Summi Pontifices in Bullis quindenniorum
non intendunt aliquid de novo addere circà ſo-
lutionem quindenniorum, ſed ſolummodò con-
26 ſulere Annatiſtis, nè ex Unionibus Beneficio-
rum in futurum ampliùs non vacaturorum,
eiſdem inferatur damnum ob deſperatam indè
ſolutionem Annatarum, veluti notat *Capon. ſæ-
pè laudata controverſ.32. n.19.*

ARGUMENTUM.

Ex Legatis Piis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, manui mortuæ unitis, non debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex Unione Legati Pii cum ſuo onere facta manui mortuæ, non debentur quindennia.*
2 *Legatum Pium non eſt Beneficium.*
3 *Adminiſtratio perpetua Loci Pii dici nequit Beneficium Eccleſiaſticum.*
4 *Cappellania Laicalis non eſt Beneficium.*
5 *Annata indebitè ſoluta, nullum acquiritur jus Annatiſtis ſuper jure exigendi quindennia.*
6 *Ex Legato Pio ab Ordinario conferri ſolita debetur quindennium.*

CAPITULUM CXXXVIII.

Sicuti Beneficia uniri, vel Penſiones reſervari
ſolent manui mortuæ, itá quoque quan-
doque dari poteſt caſus, quòd uniatur Lega-
tum Pium; proindèque occaſione Unionis ejuſ-
modi vertitur in controverſiam inter Annati-
ſtas, & manum mortuam, cui unitum repe-
ritur Legatum Pium, an ſit locus ſolutioni
quindennii, ſicuti locus eſt in caſu Unionis
Beneficii, aut reſervationis Penſionis; ideò
1 firmatur in præſenti, quòd ex Legatis Piis an-
nuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Ca-
mera excedentibus, manui mortuæ unitis, non
2 debentur quindennia; Legatum enim Pium
non eſt Beneficium, ſed conſiſtit in meris red-
ditibus laicalibus, ſeu profanis Bonorum à te-
ſtatore aſſignatorum, Bullæ autem quinden-
niorum loquuntur de Beneficiis tantùm manui
mortuæ unitis, ut in his puris terminis monet
*Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §.3. de
annat. num.57. in principio, verſiculo addamus,
cum nn. ſeqq.* ibi „ Addamus alium caſum ap-
„ plicationis in una Seguntina coram R.P.D.
„ Raymundo Annatarum Judice, in qua Cau-
„ ſa ſcripſi contrà Cancellariam, & D. Gaſpar
„ Rivaldus ſuccubuit; adeò, ut quandoque
„ ſummè peritis poteſt aſſignari lapſus. Caſus
„ autem eſt. Joannes de Aguilar &c. legavit
„ Fratribus Carmelitis &c. plura Bona &c.
„ Fratres Legatum &c. recuſarunt. Exequu-
„ tores teſtamentarii adiverunt Smum pro
„ Commutatione voluntatis, quam obtinue-
„ runt, transferendo hoc Legatum à Sacerdo-
„ tibus Regularibus ad Sacerdotes Sæculares
„ &c. in expeditione commutationis volunta-
„ tis hujuſmodi Annatiſtæ, & pro eis D. Ri-
„ valdus prætendebat exigere Annatam, & per
„ conſequens quindennium: ego verò dice-
„ bam, neutrum deberi, quia Annata non de-
„ betur, niſi pro Beneficio &c. in caſu noſtro
„ nullum adeſſe Beneficium, ſed legatum pium
„ ex redditibus laicalibus Bonorum teſtatoris
„ &c. quòd, ſi non debetur Annata, nec etiam
„ debetur quindennium &c. „ *& §. 4. de quin-
denn. num. 16. cum ſeqq.* ibi „ Quod autem
„ vidimus ex ſupradicta Conſtitutione Urbani,
„ reliquorum & Prædeceſſorum, quindennia
„ deberi ex Unione quorumcumque Beneficio-
„ rum &c. non debent intelligi de Legatis Piis,
„ Legatum enim Pium Beneficium non eſt &c.
„ Hinc contigit dubitari de anno 1627. ut ſu-
„ prà deductum, in una Seguntina, ubi Joan-
„ nes de Aguilar &c. legavit Fratribus Carme-
„ litis plura Bona ſua &c. Fratres Legatum
„ oneroſum recuſarunt, exequutores teſta-
„ mentarii in Signatura Gratiæ obtinuerunt
„ commutationem voluntatis, in cujus expe-
„ ditione Sollicitator ſolverat Annatam; lapſo
„ quindennio D. Gaſpar Rivaldus Annatarum
„ Generalis Subcollector, coram Rmo D. Hie-
„ ronymo Raymundo Judice Annatarum pe-
„ tiit ſolutionem quindennii, Capitulum verò
„ Collegiatæ Eccleſiæ, cui dictum Legatum
„ &c. applicatum fuerat, ſolutionem hujuſmo-
„ di detrectabat, & me pro Capitulo ſcriben-
„ te, obtinuit, ea ratione, quòd Legatum
„ Pium non eſt Beneficium, neque juribus Ca-
„ pituli fuit præjudicatum per expeditorem li-
„ terarum ſolventem Annatam, quaſi ex ſolu-
„ tione Annatæ neceſſariò ſequatur ſolutio
„ quindennii; nam, licet verum ſit, quòd
„ quindennium regulariter reguletur juxta An-
„ natam, tamen, ſi Annata fuerit indebitè ſo-
„ luta, ex indebita illa Annatæ ſolutione, non
„ defertur aliquod jus Annatiſtis ad exigen-
„ dum quindennium &c. „ *Capon. controverſ.
forenſ. controv. 32. num.20.* ibi „ quod ſecùs
„ eſſet de legatis piis &c. nam ex illis non poſ-
„ ſunt prætendere quindennia, cùm nullum
„ damnum ſentiant Officiales &c. „ eo fermè
pacto, quo adminiſtratio, quantumvis perpe- 3
tua Loci Pii per teſtatorem ordinata, dici ne-
quit Beneficium Eccleſiaſticum, *Pyrrh. Corrad.
in prax. beneficiar. lib. 1. cap. 2. num.17. 25. &
ſeqq. Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9. Cancellar. de
Menſibus, gloſſ.5. num.64. Rota coram Dunozet.
Junior. dec. 101. per tot. tom. 1.* ad inſtar Cap-
pellaniæ laicalis, ſeu profanæ, quæ pari modo 4
non eſt Beneficium, nec ſpiritualizata, ſed ſub
pia diſpoſitione fundatoris, ejùſque hæredum
cum onere mercenario celebrationis Miſſarum
in certa Cappella, ſeu Altari, *Navarr. conſil.5.
num. 1. & conſil.7. num. 1. de Præbend. Perez de
Lara de Anniverſar. & Cappellan. lib. 2. cap. 1.
nu.10. & 50. & cap.6. num.1. Leo de offic. Cap-
pellan. quæſt. 3. ſect.3. num.29. & 39. in princi-
pio, verſic. undè in facto, Gonzalez in Regul. 8.
hodiè 9. Cancellar. reſervator. Menſ. gloſſ. 5. nu.
20. & 34. cum ſeqq. Tondut. reſol. Canonic. &
benefic. par. 2. cap.1. §.3. num.1. cum ſeq. Amo-
ſtaz. de cauſ. piis lib. 3. cap. 2. num. 3. cum ſeqq.
& num. 38. cum ſeqq. Pignatell. conſult. Cano-
nic. tom. 10. conſult. 80. num.1. D. Advoc. Ur-
ſaya diſcept. Eccleſ. tom. 1. par.1. diſcept.15. per
tot. Rota coram Carill. dec. 96. per tot. Peña dec.
10. per tot. Manzaned. dec.283. num.8. cum ſeq.*

Dunozet. Jun. deciſ. 101. *num.* 1. *tom.*1. *quæ eſt dec.* 283. *par.* 5. *recentior. tom.* 1. *dec.*2. *per tot. par.* 13. *dec.* 327. *num.* 8. *par.*15. *dec.*48. *num.*6. *cum ſeq. par.* 18. *tom.* 1. *dec.* 335. *num.*21. *cum ſeqq. par.*19.

Quid autem dicendum, ſi per manum mortuam, ſivè ejus Procuratorem, vel negociorum geſtorem in actu Unionis, ſeu applicationis Legati Pii ſoluta fuerit Annata, quaſi, quòd ex iſtius ſolutione inducatur per neceſſarium conſequens ipſa quoque ſucceſſiva futuri quindennii ſolutio; nihilominùs nedùm in tali hypotheſi debetur quindennium; etenim manus mortua ſibi præjudicare nequit, minuſque per organum ſui Procuratoris, ſeu miniſtri, me-
5 diante ſolutione Annatæ, quæ in hoc caſu, cùm indebitè ſoluta fuerit, nullum tribuit jus Annatiſtis ſuper jure exigendi futura quindennia, veluti ita reſpondet *Amaydcn. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. *§.*4. *de quindenn. num.*16. *circà fin. verſiculo neque juribus, junctis nn. ſeqq.* Quid inſuper dicendum, ſi in Legato Pio adſint conjecturæ, ex quibus colligatur, eſſe Beneficium Eccleſiaſticum, puta, quia ſoli Eccleſia-
6 ſtico conferibile, ſemperque ab Ordinario collatum: & tunc ex tali Legato Pio (ut ità dicam) qualificato unito debentur quindennia, ad tradita per *Panimoll. dec.* 131. *per tot.*

ARGUMENTUM.

Ex Legatis Piis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, vigore commutationis ultimæ voluntatis in manum mortuam tranſlatis, non debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex Legato Pio, vigore commutationis voluntatis, in manum mortuam tranſlato, non debetur quindennium.*

CAPITULUM CXXXIX.

Cum in propoſita hypotheſi tranſlationis Legati Pii in manum mortuam vigore commutationis ultimæ voluntatis, nulla cadat Unio, ſed benè ſola commutatio voluntatis, de qua nè verbum quidem faciunt Bullæ quin-
1 denniorum, firmamus in præſenti, quòd ex Legatis Piis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, vigore commutationis ultimæ voluntatis in manum mortuam tranſlatis, non debentur quindennia, *Amaydcn. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. *§.* 3. *de annat. num.* 57. *cum ſeqq.* ibi „ Addamus alium caſum applicationis in una Seguntina coram R.P.D. Raymundo Annatarum Judice, in qua Cauſa ſcripſi contrà Cancellariam, & D. Gaſpar Rivaldus ſuccubuit; adeò, ut quandoque ſummè peritis poteſt aſſignari lapſus. Caſus autem eſt. Joannes de Aguilar &c. legavit Fratribus Carmelitis &c. plura Bona, conditione impoſita, quòd ſingulis hebdomadibus haberent publicas Proceſſiones, & pluribus aliis fungerentur ſacris miniſteriis: Fratres Legatum ob onus recuſarunt, exequutores teſtamentarii adiverunt Smum pro commutatione voluntatis, quam obtinuerunt, transferendo hoc Legatum à Sacerdotibus Regularibus ad Sacerdotes Sæculares, omnibus oneribus in ſuo robore, & ſtatu manentibus; in expeditione commutationis voluntatis hujuſmodi Aunatiſtæ, & pro eis D. Rivaldus prætendebat exigere annatam, & per conſequens quindennium, ego verò dicebam neutrum deberi, quia annata non debetur, niſi pro Beneficio &c. in caſu noſtro nullum adeſſe Beneficium, ſed Legatum Pium ex redditibus laicalibus Bonorum teſtatoris &c. Nec obſtare, quod dicebatur ex adverſo, ſolutionem annatæ, immò hoc caſu eſſe debitam ex „ *Conſtitutione Sixti V. in Bullar. nov.* 33. „ ubi expreſsè cavetur, quòd pro quibuſcumque Monaſteriis ſuppreſſis, etiam Monialium, debeat ſolvi annata, quia Conſtitutio loquitur de Monaſteriis unitis; in caſu noſtro nulla adeſt Unio, ſed ſimplex commutatio voluntatis, remanentibus in ſuo robore &c. iiſdem oneribus per teſtatorem impoſitis, Unio verò ſupponit ſuppreſſionem onerum Beneficii uniti &c. in commutatione verò voluntatis remanent onera, vel ſaltem alia in aliorum locum ſubrogantur &c. quòd, ſi non debetur annata, nec etiam debetur quindennium &c. „ *& §.*4. *de quindenn. num.* 16. *cum ſeqq.* ibi „ Quod autem vidimus, ex ſupradicta Conſtitutione Urbani, reliquorum & Prædeceſſorum, quindennia deberi ex Unione quorumcumque Beneficiorum, qualitercumque nuncupatorum, non debet intelligi de Legatis Piis: Legatum enim Pium, Beneficium non eſt &c. Hinc contigit dubitari de anno 1627. &c. in una Seguntina, ubi Joannes de Aguilar &c. legavit Fratribus Carmelitis plura Bona ſua, multis impoſitis, & adjectis oneribus; Fratres Legatum oneroſum recuſarunt, exequutores teſtamentarii in Signatura Gratiæ obtinuerunt commutationem voluntatis, in cujus expeditione Sollicitator ſolverat annatam; lapſo quindennio D. Gaſpar Rivaldus Annatarum Generalis Subcollector, coram Rmo D. Hieronymo Raymundo Judice Annatarum, petiit ſolutionem quindennii; Capitulum verò Collegiatæ Eccleſiæ, cui dictum Legatum cum oneribus à Fratribus recuſatis applicatum fuerat, ſolutionem hujuſmodi detrectabat, & me pro Capitulo ſcribente, obtinuit, ea ratione, quòd Legatum Pium non eſt Beneficium, neque juribus Capituli fuit præjudicatum per expeditorem literarum ſolventem annatam, quaſi ex ſolutione annatæ neceſſariò ſequatur ſolutio quindennii; nam, licet verum ſit, quòd quindennium regulariter reguletur juxta annatam; tamen, ſi annata fuerit indebitè ſoluta, ex indebita illa annatæ ſolutione, non defertur aliquod jus Annatiſtis ad exigendum quindennium &c. Neque ſolutio illa annatæ dici poteſt juridicè facta, eò quòd „ *Sixtus V. Conſtitutione* 33. *in Bullar. nov.* „ expreſsè ſtatuat, quòd etiam pro Monaſteriis ſuppreſſis ſit ſolvendum quindennium; quia in caſu iſto nullum poteſt dici Monaſterium

„ rium ſuppreſſum, quia nunquam fuit erectum Monaſterium, undè non potuit ſupprimi, & quando Monaſterium ſupprimitur, ſupprimuntur etiam onera &c. In commutatione verò voluntatis, remanent onera, vel ſaltem ſubrogantur una in locum aliorum &c. quod cùm ſucceſſerit in caſu propoſito, ceſſat prætenſio quindennii; aliàs enim onera juxta gratiam commutationis non poſſent ſuppleri „ *& Pius V. in Conſtitutione* 38. „ quindennium ſolvi præcipit pro Monaſteriis unitis excedentibus annuum valorem Ducatorum XXIV. auri de Camera; quæ Conſtitutio fuit per Sixtum V. confirmata: in caſu propoſito, cum utilitas Legati correſpondeat oneribus, & nulli ſuperſint fructus, eo caſu non exigitur annata, ſivè quindennium &c.

ARGUMENTUM.

Ex Locis Collegialibus annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, non tamen in perpetuum titulum conferri ſolitis, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper dictis Locis, ad favorem manus mortuæ reſervatis, non debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex Locis Collegialibus in perpetuum titulum conferri non ſolitis, unitis, vel ex Penſionibus ſuper dictis Locis reſervatis, non debentur quindennia.*
2 *Dicta Loca dantur ad tempus tantùm Scholaribus.*
3 *Alibi dantur in titulum.*
4 *Quo caſu ſunt verè Beneficia Eccleſiaſtica, & tanquàm talia, ſubjacent quindenniis.*

CAPITULUM CXL.

PRo intelligentia dicendorum ſciendum eſt, quòd Loca Collegialia (prout vox ſonat) dicuntur illa, quæ deſtinantur in Collegiis pro Scholaribus ad primitivas ſcientias, puta Grammaticam, aliàſque ſuperiores addiſcendas, cùmque quandoque evenire ſoleat, Loca hujuſmodi Collegialia manui mortuæ uniri, vel perpetuas Penſiones ad favorem manus mortuæ reſervari ſuper præfatis Locis Collegialibus, & proindè Annatiſtæ prætendant locum eſſe quindenniis, manus verò mortua in tali caſu à quindenniis ſe immunem prædicet, fir-
1 matur in præſenti, quòd ex Locis Collegialibus annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, non tamen in perpetuum titulum conferri ſolitis, manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ſuper dictis Locis, ad favorem manus mortuæ reſervatis, non debentur quindennia; quippè talia Loca Collegialia non ſunt vitalitia, ad vitam nempè Scholarium conceſſa, ſeu perpetua ſicut Beneficia Eccleſiaſtica, ſed dantur Scholaribus ad tempus tan- 2
tùm ratione ſtudii, *Rebuff. de nominat.on. quæſtion.* 15. *nu.*20. ubi meminit de ſimilibus Locis Collegialibus in Montepeſſulano, Tholoſæ, Avenione, Caturci, & Pariſiis, *Tholoſan. de re beneficiar. cap.* 11. *num.* 8. *in principio Tondut. reſol. canonic. & benefic. par.*2. *cap.*1. §.8. *n.*10. *&* 11. ideòque Loca hujuſmodi non conceduntur in titulum Beneficii, vel Penſionis.

E contrà autem, ſi alicubi, prout mòx *citati* 3
Doctores teſtantur in Eccleſia Smi Salvatoris in Suburbiis Montiſpeſſuli Civitatis, & in Eccleſia Smæ Trinitatis Magalonæ, ac alibi, ad vitam, inque titulum perpetui Beneficii concedi ſoleant, indèque perpetua nuncupentur hæc Loca Collegialia, ſpirituale onus annexum habentia, tunc illa procul dubio ſubjacerent quin- 4
denniis; eſſent verè Beneficia Eccleſiaſtica, tanquàm titulum, & perpetuitatem habentia, *cap. unic. de Cappell. Monach. in* 6. ac in fortioribus terminis ſimilium Locorum Collegialium Regularium *Tondut. reſolution. Canonic. & benefic. part.*1. *cap.*106. *nu.*1. *cum ſeqq. ac per tot.* nec ſuper hoc puto ampliùs immorandum, cùm mihi nulla præbeatur difficultas.

ARGUMENTUM.

Ex Penſionibus Laicalibus annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem Laicorum, puta Advocatorum Eccleſiarum in Germania, vel ſimilium reſervari ſolitis, docto de peculiari Indulto illas transferendi etiam in manus mortuas, per translatarias hujuſmodi non debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex perpetuis Penſionibus quindennia quoque debentur.*
2 *Etiam ex Penſionibus excedentibus XXIV. Ducatos, debentur annatæ.*
3 *Penſio Laicalis quænam ſit.*
4 *Solus Papa concedit Penſionem Laicalem.*
5 *Beneficia, & Canonicatus concedi poſſunt per Papam Laicis.*
6 *Equites Lauretani, ex Indulto Sixti V. obtinere, & retinere poſſunt in quocumque ſtatu, etiam Laicali, & conjugali Penſiones uſque ad ſummam annuorum ducentorum Ducatorum auri de Camera.*
7 *Manus mortua eſt incapax Penſionis, & Beneficii.*
8 *Penſio Laicalis transferri poteſt ſine licentia Papæ.*
9 *Advocati Eccleſiarum Germaniæ quinam ſint.*
10 *Imperator dicitur Advocatus Eccleſiæ.*
11 *Reges Hiſpaniarum, & Galliarum ſunt Advocati.*
12 *Ex Penſionibus Laicalibus, ad favorem Laicorum reſervari ſolitis, per manus mortuas illarum translatarias non debentur quindennia.*
13 *Penſiones Laicales ſunt immunes à ſimonia.*
14 *Penſio Laicalis dicitur ſalarium.*
15 *Illa etiam in Gallia aſſignatur pauperibus Militibus mutilatis.*

16 *Ex Penſione Eccleſiaſtica excedente XXIV. Ducatos ſolvenda eſt annata.*

17 Clemens VII. Conſtitut. 33. Bullar. nov. Rom. tom. 1. *loquitur de Penſione tantùm Eccleſiaſtica, ſeu Clericali.*

18 *Regulariter non ſolvitur quindennium de re, de qua non ſolvitur annata, & expenditur* Conſtit. 50. Clementis X. Bullar. tom. *6.*

CAPITULUM CXLI.

Cum ad tollendum omne dubium, an etiam ex perpetuis Penſionibus manui mortuæ reſervatis ſolvenda eſſent quindennia eo modo, quo illa ſolvuntur ex Beneficiis manui mortuæ unitis, providè, ac prudentiſſimè ſancitum fuit per *Clementem* X. *in ſua Conſtitutione* 50. *§. 7. poſt med.* §. 8. *in principio, & in fin.* §. *9. in principio, antè med. & poſt med.* §. 10. *in fin. &* §. 11. *antè med. & poſt med. Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordi-*
1 *ne la XI.* quòd ex perpetuis Penſionibus etiam quindennia deberentur, quando Prædeceſſores Pontifices nè verbum quidem de Penſionibus fecerunt: & tamen *Clemens VII. in Conſtitutio-*
2 *ne* 33. *Bullar. nov Rom. tom.* 1. ſtatuerat, etiam ex Penſionibus, adinſtar Beneficiorum, excedentibus XXIV. Ducatos auri de Camera, deberi annatas; indè facilè oriri poteſt hæſitatio, an quindennia etiam ex Penſionibus Laicalibus, adinſtar Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſolvenda ſint, nec nè.

Pro deducendorum autem notitia, quinque præmittenda ſunt.

I. Quòd Penſio Laicalis, vel ſecundùm alios minùs politè, magiſque laicaliter loquentes, laica, ad differentiam Penſionis Clericalis, ſeu
3 Eccleſiaſticæ, eſt illa, quæ reſervari poteſt Laico ob benemerita, vel obſequia præſtita, vel præſtanda Eccleſiæ, vel ob cauſam belli, ob merita etiam parentis, ob miniſterium aliquod temporale præſtitum Eccleſiæ, vel præſtandum, ob bonam operam, Eccleſiæ defendendæ navatam, vel navandam, exempli cauſa, Principi, aut Regi, Æconomo, Advocato Eccleſiæ, Æditno, aut alteri perſonæ illuſtri negocia Eccleſiæ gerenti, aut Campanas pulſanti, aut fores Eccleſiæ aperienti, vel pueros Grammaticam, aut Cantum Eccleſiaſticum docenti, Cantoribus, aut ſimilibus: cujus Penſionis expediendæ etiam certa formula extat, *Layman theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 18. *quæſt.* 2. *num.* 2. *& in med. verſic. porrò, Bellet. diſquiſition. Clerical. part* 1. *tit. de diſciplin. Cleric.* §. 3. *nu.* 30. *Paulut. de Jurisprud. Sacr. tom.* 2. *lib.* 6. *tract.* 10. *cap.* 11. *num.* 5. *in principio, Molin. de Juſtit. & Jur. tract.* 2. *diſput.* 145. *in principio, verſit. ex eadem Bulla; litera B. fol. mihi* 507. *tol.* 1. *in principio, Amoſtazz. de cauſ. piis lib.* 8. *cap.* 2. *nu.* 20. *bon. mem. R. P. D. Piton. diſcept. Eccleſ. par.* 2. *diſcept.* 47. *n.* 13.
4 II. Quòd ſolus Papa concedit Penſionem Laicalem, cujus eſt fructus Beneficii à Beneficio disjungere, eòſque profanos, ſeu temporales efficere, *Navarr. conſil.* 34. *nu.* 2. *de Præbend. & conſil.* 63. *num* 5. *de ſimon. Sanchez conſil. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 49. *num.* 11. *in fin. verſic. & quòd ſolus Papa, Leo theſaur. for. Eccleſ. par.* 2. *cap.* 7. *num.* 24. *Clericat. diſcord. forenſ. de Be-*
nefic. & Penſion. part. 2. *diſcord.* 1. *num.* 25. *& diſcord.* 3. *per tot.* eo modo, quo in durioribus terminis Beneficia, & Canonicatus concedi 5
poſſunt per Papam Laicis quoad temporalitatem maximè Regibus, & illuſtribus perſonis, de quo habemus infrà *Cap. CCXXII.* inque altero *Tract. de Quindenn. cap.* 114. *per tot.*

III. Quòd Penſio, de qua agitur, non eſt illa, quam ex Indulto Sixti V. obtinere, & reti- 6
nere poſſunt etiam in ſtatu laicali, & conjugali Equites, ſeu Milites Lauretani uſque ad ſummam annuorum bis centum Ducatorum auri de Camera, *Barboſa in addition. ad collectan. Apoſtolic.* 471. *Marant. controverſ.* 76. *nu.* 34. *&* 35. *part.* 4. cùm talis Penſio ſit Eccleſiaſtica, ſeu Clericalis; aliàs, ſi eſſet, ut noſtra, Laicalis, profectò nullo indigerent Indulto Apoſtolico Laici ob innatam capacitatem; ut patet ad ſenſum.

IV. Quòd reſervatarius Penſionis debet habere ſpeciale Indultum ad transferendum Penſionem etiam in manum mortuam, cùm aliàs Indultum generale transferendi non ſuffragetur, ex eo quòd manus mortua eſt incapax 7
Penſionis, prout Beneficii, & mediante quindenniorum ſolutione fit capax, *Rota deciſ.* 443. *num.* 3. *par.* 19. *recentior. tom.* 2. ibi: *Tùm, quia in Jure non ſubſiſtit, quòd Capitulum ſit capax Penſionis, quæ aſſignatur in titulum loco* Beneficii, *qualis eſt hæc, de qua agitur, non magis, quàm ſit capax ipſiuſmet* Beneficii, *quod non poteſt Eccleſiæ, Capitulo, vel alteri Univerſitati conferri &c. quæ omnia nihil conferunt ad præſentem quæſtionem, quæ non conſiſtit in eo; an Capitulo, vel Eccleſiæ poſſint perpetuò, vel temporaliter applicari fructus* Beneficii, *ſeu commoditas percipiendi Penſionem, ſed in eo, an Capitulum ſit capax tituli Penſionis, quæ ſuccedit loco* Beneficii *&c.* Eſt benè verum, quòd forſitan ſuſtineri poſſet, transferri licitè poſſe Penſionem 8
hujuſmodi Laicalem etiam abſque aliqua licentia Papali, quidquid ſit, ſi ageretur de Penſione Clericali, ſeu Eccleſiaſtica, de qua loquitur Rota loco mox allegato, veluti benè diſtinguit *Ameyden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 27. *n.* 4. *cum ſeq. in fin. verſiculo ſi verò.*

V. Quòd Advocati Eccleſiarum paſſim in 9
Germania uſitati, ſunt conſervatores, protectores, & defenſores, ſeu Patroni, tutelam, & defenſionem Eccleſiis, ſeu Monaſteriis præſtantes tàm in rebus, quàm in perſonis, ſanè ſimiles noſtris Advocatis togatis, in foro ſe exercentibus, ad inſignem *textum in l. Advocati* 14. *C. de Advocat. diverſ. Judic. Mager de Advocat. armat. cap.* 3. *num.* 320. *cum ſeqq. Chokier de Advocatiis quæſt.* 1. *nu.* 10. *Huſſon de Advocat. lib.* 1. *cap.* 22. *cum ſeq. & cap.* 30. *&* 34. *Lantmeter de veter. Cleric. cap.* 54. Indè eſt, quòd Im- 10
perator dicitur Advocatus, defenſor, & Protector Eccleſiæ, ad *textum in cap. convenior* 23. *quæſt.* 8. *cap. venerabilem* 34. *de election. Clem.* 1. *in principio, verbo ego Romanorum Rex, de jurejur. Clem. nè Romani* 2. *de election. Reſtaur. Caſtald. de Imperator. quæſt.* 6. *&* 7. *Valdes de Dignitat. Reg. Hiſpan. cap.* 1. *num.* 4. *Chokier de Advocat. quæſt.* 21. *nu.* 1. *& in Vindic. libertat. Eccleſ. par.* 2. *cap.* 7. *&* 8. *& ad Prec. Primar. ſection.* 1. *in fin. verbo Advocatum devoviſti, litera K. pag. mihi* 19. *in principio, Theophil. Raynaud.*

naud. de Bon. Eccleſ. tom.12. lib.2. ſection.1. fol. mihi 131. *Mager de Advocat. armat. cap.1. nu.* 295. *Conrad. Oligen. de Primar. Precib. Imperial. num.76. ſeu num. fin. in fin. Giabalin. de negociation. tom. 2. lib. 6. cap. 6. artic. 9. Thomaſſin. de Benefic. par. 3. lib. 2. cap. 55. Eminentiſſimus D. Card. Petra in ſuis elaboratiſſimis Commentar. ad Conſtitution. Apoſtolic. tom. 2. in Conſttution. 7.*
11 *Gregorii IX. num. 4. & 5.* hinc Rex Hiſpaniarum eſt Advocatus, eodem modo Rex Galliæ, *Huſſon de Advocat. lib. 1. cap. 34. in principio, verſiculo Rex*.

Quibus præmiſſis, reſolvimus in præſenti,
12 quòd ex Penſionibus Laicalibus annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem Laicorum, puta Advocatorum Eccleſiarum in Germania, vel ſimilium, reſervari ſolitis, docto de peculiari Indulto illas transferendi etiam in manus mortuas, per tranſlatarias hujuſmodi non debentur quindennia; quippè Penſiones hujuſmodi, licet debitæ ex corpore Beneficii, attamen tanquàm redolentes quid temporale, ideòque non titulo Clericali, ſeu ſæculari reſervatæ, & applicatæ, tanquàm non Bona Eccleſiaſtica, ſed profana, & conceſſæ ob cauſam merè temporalem, ac ab omni ſpiritualitate ſeparatam, indèque à ſimo-
13 niæ labe immunes, obnoxiæ eſſe non debent quindenniis, *Sanchez conſil. moral. lib.2. cap.2. dub. 47. num. 1. cum ſeq. & ſignanter num. 6. in princip. verſic. item quia, Eſcobar. à Corr. de Hor. Canonic. quæſt. 3. §. 5. num. 17. in princip. Dian. moral. part.10. tract. 16. miſcellan. 6. reſol. 95. quæſt. 3. in fin. verſic. ſed ſiquis, Coninch de Sacrament. diſput.14. dub.9. num.84. Vallenſ. de Benefic. lib.1. tit.1. nu.13. in princip. & lib.4. tit. 1. num.3. & tit.14. num.17. Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap. 17. num.7. cum ſeqq. & cap.77. num. 14. & 17. Caccialup. eod. tract. quæſt. 15. num. 2. Garz. de Benefic. part. 1. cap. 5. num. 8. Duaren. eod. tract. lib.6. cap.4. poſt princip. verſic. alia ſunt, Layman Theolog. moral. lib.4. tract. 2. cap. 18. quæſt. 2. num.2. Mandoſ. de Signatur. Grat. tit. de Penſion. in princip. & in Regul. 19. Cancellar. de viginti, aliàs de Infirm. quæſt. 11. num.1. Mancin. de Sacro Jure controverſo diſſertat. 5. cap. 8. num.2. in med. verſic. quædam neque ad titulum, Filliucc. quæſt. moral. poſt tom. 2. in Appendic. tract.42. quæſt.6. num.6.* adeò, ut
14 Penſio ejuſmodi dicatur ſalarium, & ſtipendium, ſicque ob meram temporalitatem debita, *Amoſtazz. de cauſ. piis lib. 8. cap 2. nu. 20.*
15 immò in Gallia illa etiam aſſignari ſolet pauperibus Militibus mutilatis ſuper quibuſdam Abbatiis, Prioratibus, aut Monaſteriis de Jurepatronatus Regio, *Chopin. de Domanio lib. 3. tit.28. Heuret de Abuſ. lib.2. cap.4. num.39. cum ſeqq. fol. mihi* 180. *Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap 7. n.22. cum ſeqq.*

16 Nec obſtat, quòd ſicuti ex Penſione Clericali, ſeu Eccleſiaſtica excedente XXIV. Ducatos auri de Camera ſolvéda eſt annata per reſervatarium, juxta *Bullam in ordine la 33. Clementis VII. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ità in caſu ſolvendum eſt quindennium per tranſlatarium, qualis eſt manus mortua, in quam transfertur Penſio: quia
17 immò, cùm in prælaudata *Bulla Clementina*, ut ex illius *Rubrica* ibi: *Annatæ de Beneficiis, vel Penſionibus Eccleſiaſticis &c.* fiat ſermo de ſola Penſione Eccleſiaſtica, ſeu Clericali, non autem de noſtra Laicali, ſequitur è contrà, quòd, ſicuti de Penſione Laicali reſervatarius non teneretur ad annatam, ità de eadem Penſione tranſlatarius, nempè manus mortua non tenebitur ad quindennium, ex eo quòd regulariter 18
non ſolvitur quindennium de re, de qua non ſolvitur annata: quis autem ſomniaverit, de Penſione merè temporali, uti laicali deberi annatam, quod lumen accipit ex *Conſtitutione* 50. *Clementis X. §. 7. 8. 9. 10. & 11. Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la XI.* qua cavetur, quindennia deberi ex Penſione Eccleſiaſtica, ut ex verbis ibi „ Statuimus, & decernimus &c. utcumque „ per quæcumque Loca *Pia* &c. Quindennia, „ & alia Jura, ratione Penſionum perpetuarum &c. ſuper quorumcumque Beneficiorum „ Eccleſiaſticorum &c. fructibus &c. reſervatarum, & impoſterùm &c. reſervandarum „ &c. Cameræ Apoſtolicæ, & Collegio, & „ Officialibus prædictis perſolvere debeant, „ & teneantur, Motu pari &c. Loca Pia, in „ quorum favorem ſimiles Penſiones perpetuò „ &c. reſervatæ fuerint, & in poſterum reſervari contigerit &c. ad ſolutionem Quindenniorum, aliorùmque Jurium, ratione Penſionum perpetuarum hujuſmodi &c. eiſdem „ Cameræ, Collegio, & Officialibus faciendam teneri, & obligata exiſtere, & ad idem „ per ſupradictas pœnas etiam privationis, „ caſſationis, extinctionis, & annullationis „ ſimilium Penſionum cogi, & compelli poſſe „ declaramus. Nec non &c. ut &c. moneat, ut „ profiteantur &c. Penſiones perpetuas hujuſmodi &c. mandamus, ut &c. Loca Pia &c. „ ad indicandum &c. Penſiones perpetuas illis „ reſervatas &c. ſub &c. extinctionis, & annullationis Penſionum reſervatarum hujuſmodi &c. ipsòſque debitores ad indicandum „ &c. Penſiones reſervatas hujuſmodi, & ſolvendum quindennia decurſa &c. conſtito tamen de ſortito effectu &c. Penſionum hujuſmodi reſervationum per &c. Penſionum „ hujuſmodi &c. ſequeſtrationem &c. Nec non „ &c. Particularem Congregationem &c. pro „ exactione Quindenniorum &c. Penſionum „ perpetuarum reſervatarum hujuſmodi, per „ &c. Loca Pia hujuſmodi debitorum, facienda, Motu ſimili &c. conſtituimus, & deputamus &c. nec non &c. Loca Pia hujuſmodi, „ in quorum favorem &c. Penſiones perpetuæ „ hujuſmodi reſervatæ fuerint &c. repellendi „ facultatem Motu pari &c. concedimus, & „ communicamus &c. ſub &c. pœnis &c. caſſationis Penſionum prædictarum &c. ipsòſque debitores ad indicandum &c. Penſiones „ aſſignatas hujuſmodi, & ſolvendum quindennia decurſa &c.

Minùs obſtat, quod, cùm idem reſultet effectus ex tranſlatione Penſionis in manum mortuam, qui reſultat ex Unione Beneficii eidem manui mortuæ facta, videretur etiam in alio caſu eſſe locum quindenniis ob perpetuò remanentem Penſionem penès manum mortuam; quia hæc ponderatio militaret in Penſione Eccleſiaſtica, ſeu Clericali, non autem in noſtra Laicali, in qua nullum poteſt conſiderari præjudicium Annatiſtarum ex ſimili perpetuitate, quan-

quando ex ſimili Penſione, ut prædiximus, annata non ſolvitur. Si tamen Penſio ſit reſervata ſuper Beneficio Eccleſiaſtico, & applicata in perpetuum manui mortuæ, ob rationem præjudicii Annatiſtarum, tunc deberetur quindennium pro rata Penſionis; qualitas enim laicalis in hoc caſu non tollit hujuſmodi præjudicium, & non inſpicitur natura Penſionis, ſed natura Beneficii, ſuper cujus fructibus reſervatur; prælaudata verò Conſtitutio Clementis X. loquitur quidem de Penſionibus perpetuis, ſed non diſtinguit Eccleſiaſticas à Laicalibus.

ARGUMENTUM.

Ex feudis Eccleſiaſticis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, Clerico dumtaxat concedi ſolitis, manui mortuæ conceſſis, non debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Feuda Eccleſiaſtica ſolis Clericis, & perſonis Eccleſiaſticis debentur.*
2 *Ex feudis Eccleſiaſticis concedi ſolitis Clerico dumtaxat, manui mortuæ conceſſis, non debentur quindennia.*
3 *Auctoritas Ordinarii eſt conſtitutivum eſſentiale* Beneficii.
4 *Clerici patrimouium non compræhenditur in Conſtitutionibus de* Beneficiis *loquentibus.*
5 Titulus de feudis *ponitur inter titulos de contractibus, tàm in* Decretalibus, *quàm in* Clementinis.
6 *Abſurdum vitandum eſt.*
7 *Feudum eſt* Beneficium.
8 *Feudum eſt benevola actio gaudium tribuens capienti.*
9 *Gratiæ, &* Privilegia Principum *dicuntur* Beneficia.
10 *Donationes dicuntur* Beneficia.
11 *In materia favorabili, appellatione* Beneficii *compræhenditur feudum Eccleſiaſticum.*
12 *Conceſſa poteſtate legitimandi ad omnia Beneficia, intelligitur conceſſa quoque poteſtas legitimandi ad feuda Eccleſiaſtica.*
13 *Contraria opinio eſt verior.*
14 *Lex quindenniorum capit dumtaxat* Beneficia *in ſtatu collativo.*
15 *Feudum non confertur Clerico proviſione.*
16 A' *feudis ad* Beneficia *valet argumentum.*
17 Gomez Sarnen. in Regul. 36. Cancellar. de triennal. *ſibi contrarius.*
18 *Generalitas verborum recipit diſtinctionem ſecundùm ſubjectam materiam.*

CAPITULUM CXLII.

PRo dicendorum notitia ſciendum eſt, feu-
1 da Eccleſiaſtica ſolis Clericis, & perſonis Eccleſiaſticis deberi, *cap. 1. de feud. cap. unic. de Cleric. qui inveſtitur. accep. in uſib. feud. §. fin. de Capitul. Conrad. cap. 1. qui feud. dar. poſſ. Schrader. de feud, tom. 1. part. 2. cap. 3. num. 17. Intrigliol. eod. tract. centur. 1. quæſt. 30. per tot. de Graſſ. de effect. Clericat. effect. 4. nu. 301. 310. & ſeqq. Bellett. diſquiſit. Clerical. part. 1. tit. de Bon. Cleric. §. 20. num. 13.* notiſſimum autem eſt, plura feuda eſſe in dominio Eccleſiarum, proindèque illa dici Eccleſiaſtica ex duplici motivo, uti ab Eccleſia poſſeſſa, ac uti Clericis tantùm, & perſonis Eccleſiaſticis concedi ſolita; verùm quia non ſemper feuda hujuſmodi apud ſe retinere ſolent Eccleſiæ, ea concedunt Clericis, & aliquando manui mortuæ, puta Eccleſiæ, vel alteri Loco Pio, reſervato ſibi jure homagii, controverſia fàcilè oriri poteſt inter manum mortuam conceſſionariam, & Annatiſtas ſuper prætenſo jure quindenniorum pro feudis ejuſmodi Eccleſiaſticis adinſtar illorum, quæ debentur pro Beneficiis unitis pariter manui mor-
tuæ: undè in præſenti firmamus, quòd ex feu- 2
dis Eccleſiaſticis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Clerico dumtaxat concedi ſolitis, manui mortuæ conceſſis, non debentur quindennia; quippè, licet talia feuda ſint Eccleſiaſtica, non indè tamen ſunt, nec ullo ſano modo dici poſſunt Beneficia Eccleſiaſtica, cùm non ſint collativa, & careant titulo, nec fundata auctoritate Ordina-
ria, minùſque habeant aliquid ſpiritualitati 3
annexum, quod ad conſtitutivum eſſentiale Beneficii omninò requiritur, *Pyrrh. Corrad. in prax. benefic. lib. 1. cap 1. nu. 12. & cap. 2. n. 14. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæſt. 5. num. 39. & 40. Garz. de Benefic. part. 1. cap. 2. nu. 61. & 62. Nicolarts in prax. benefic. tit. 1. dub. 3. §. 5. poſt princip.*

Exemplum in fortioribus ſuppeditari valet de patrimonio Clerici, quod dicitur titulus ordinandi, & ordinati, ac quodammodò Benefi-
cium Eccleſiaſticum, nihilominùs non regula- 4
tur à legibus Beneficii, nec compræhenditur in Conſtitutionibus de Beneficiis loquentibus, *Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 5. §. 10. num. 10. cum plur. ſeqq.* undè
fit, quòd *titulus de feudis* ponitur in *Decretalibus* 5
inter titulos de contractibus, tamquàm remotus à re ſpirituali, & beneficiali, ac in *Clem. 1. in principio, verſiculo à feudis, de pœn.* ponuntur feuda tamquàm diverſiſſima à Beneficiis Eccleſiaſticis, veluti benè ad propoſitum obſervat *Gonzalez in Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. reſervator. Menſ. gloſſ. 5. §. 10. num. 9.* omiſſo, quòd in tantum dicitur feudum Eccleſiaſticum, in quantum ab Eccleſia, vel Clerico poſſidetur, cujus Bona, quamvis dicantur Eccleſiaſtica, adhùc tamen retinent nomen, & naturam temporalium ad per nos ſuprà *Cap. CXXXVII.* fusè congeſta; aliàs confunderentur termini, & nulla conſtitueretur differentia inter Bona Eccleſiaſtica ſpiritualia, & temporalia, quod eſſet into-
lerabile abſurdum, ac uti tale omninò vitan- 6
dum, *l. nam abſurdum 7. ff. de Bon. libert. Genuenſ. practicabil. Eccleſ. tricen. 1. quæſtion. 33. n. 2. poſt med. verſiculo & feudum, Barboſa axiom. 2. n. 1.*

Præterquamquòd nullum poteſt conſiderari præjudicium Papæ, ex tranſlatione feudi Eccleſiaſtici in Eccleſiam, ſivè manum mortuam, cùm, etiamſi feudum hujuſcemodi Papa ſemper concederet Clericis, adhùc illud non ſubjaceret annatis ratione Eccleſiaſticitatis; adeò, ut, ſi nullibi reperitur ſcriptum, quòd Clericus feudum Eccleſiaſticum à Papa obtinens teneatur annatam ſolvere, ea fermè ratione manus mor-

mortua feudum hujuſmodi retinens non tenebi-
tur ad quindennia pro re, pro qua ſolvi non ſo-
let annata, licet talis res ſit Eccleſiaſtica, nec in
Dataria Apoſtolica ſit expeditio; undè Annati-
ſtæ nullum lucrum ſperare poſſunt ab hujuſmo-
di feudo, cùm hujuſmodi feuda non ſint colla-
tiva..
7 Nec obſtat, quòd feudum ſit Beneficium,
cap. 1. verſiculo beneficium, in quib. cauſ. feud.
amitt. ac uti tale ſubjici videatur quindenniis;
quia, ultraquamquòd feudum in tantum dici-
8 tur beneficium, in quantum eſt benevola actio
gaudium tribuens capienti, ex *tit. de benefic.*
fratr. in uſib. feud. notat *Pariſ. de confident. Be-*
nefic. quæſtion. 28. num. 42. & 43. Lotther. de re
benefic. lib. 1. quæſt. 1. num. 31. & 32. Larath.
theatr. feud. tom. 1. part. 2. dilucidat. 7. per tot.
Card. de Luca de feud. diſcur. 39. nu. 6. & in hoc
ſenſu tàm feudum Eccleſiaſticum, quàm ſæcu-
lare dici poteſt beneficium, etenim neutrum eſt
Beneficium Eccleſiaſticum in ſenſu Beneficiali-
ſtarum, ſeu in intelligentia, & linea materiæ
9 beneficialis. Eodem modo omnes gratiæ, &
Privilegia Principum dicuntur beneficia, *cap.*
decet 16. de regul. Jur. in 6. l. beneficium 3. ff.
10 *de Conſtitution. Princip.* & omnes donationes di-
cuntur beneficia, *cap. cùm dilecti 6. de donation.*
licet in materia proportionabili, maximèque
11 favorabili, prout eſt legitimatio, appellatione
Beneficii compræhendatur quoque feudum Ec-
cleſiaſticum, *Decius conſil. 76. num. 1. antè med.*
verſic. ſed tamen prædictis non obſtantibus, &
num. 2. poſt med. circà fin. verſic. tertiò conſide-
12 *randum eſt, tom. 1.* ubi quòd conceſſa à Summo
Pontifice poteſtate legitimandi ad omnia Be-
neficia, intelligitur conceſſa quoque poteſtas
legitimandi ad feuda Eccleſiaſtica, *Card. Man-*
tic. de tacit. & ambig. convention. tom. 2. lib. 23.
13 *tit. 12. num. 9.* omiſſo, quòd opinio contraria
eſt verior, ut teſtatur *Genuenſ. practicabil. Ec-*
cleſ. tricen. 1. quæſtion. 33. num. 2. verſiculo hæc
poſterior opinio, & num. 3. in fin. verſiculo verior
14 *igitur*, attamen, cùm lex quindenniorum ca-
piat dumtaxat Beneficia in ſtatu collativo, ut
clarè deducitur ex Bullis ſuper illorum materia
editis, in quo quidem ſtatu procul dubio non
15 eſt feudum Eccleſiaſticum, nec illius inveſtitu-
ra confertur Clerico per iſtos modos beneficia-
les, mediante collatione, ſeu proviſione, in
puncto *Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar.*
de Menſibus gloſſa 5. §. 10. n. 5.
16 Minùs obſtat, quòd, ſicuti à feudis ad Be-
neficia valet argumentum, *Gomez Sarnen. in Re-*
gul. 32. aliàs 34. hodiè 35. Cancellar. de annal. in
præfatione, ità è contrà à Beneficiis ad feuda
17 valere debet argumentum, quia idem *Gomez*,
palynodiam canendo, contrarium tenet in *Re-*
gul. 33. aliàs 35. hodiè 36. Cancellar. de triennal.
quæſtione 4. ut notatur in *additione ad eund. De-*
cium litera C
Minoris quoque momenti eſt generalitas ver-
borum in Bullis quindenniorum loquentibus de
omnibus, & quibuſcumque Beneficiis; iſta
18 enim recipit diſtinctionem ſecundùm ſubjectam
materiam, ut in ſpecie reſpondet *Gomez in mox*
citat. Regul. 36. Cancellar. de triennal. quæſtione
4. in fin. verſiculo dictio igitur qualiacumque.

ARGUMENTUM.

Ex Officiis venalibus annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, vigore Indulti Apoſtolici manui mortuæ conceſſis, non debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex Officiis Venalibus, vigore Indulti Apoſtolici manui mortuæ conceſſis, non debentur quindennia.*
2 *Quindennia debentur in locum annatarum.*
3 *Quindennia ſunt de Jure incognita.*
4 *In Officiis non intrat* Regula 19. Cancellar. de Viginti, aliàs de Infirmis.
5 *Officia ſaltem non Vacabilia, etiam in mortis articulo reſignari poſſunt.*
6 *Papa gerit duas perſonas, unam Pontificis, & aliam Principis temporalis.*
7 *Beneficia Eccleſiaſtica Clericis tantùm, mediante collatione conceduntur.*
8 *Officia Romanæ Curiæ pretiari conſueta.*
9 *Res non debet duplici onere gravari.*
10 *Nemo duplex ejuſdem rei pretium, & emolumentum conſequi poteſt.*
11 *Obſervantia eſt optima interpres caſus dubii.*
12 *Bullæ quindenniorum non extenduntur ad Officia.*
13 *Longa obſervantia per modum interpretationis benè ſuffragatur, quidquid ſi illa deduceretur per modum præſcriptionis.*
14 *Bullæ quindenniorum expreſsè, & geminatis verbis compræhendunt etiam Officia.*
15 *Dictæ tamen Bullæ intelliguntur de Officiis Eccleſiaſticis, habentibus adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum.*
16 *A' Beneficiis ad Officia valet argumentum.*
17 *Officia de quadam Curiæ conſuetudine venduntur etiam Laicis.*
18 *Ac pleno jure ſpectant ad Officiales, inque eorum dominio eſſe dicuntur.*
19 *Officia Vacabilia Romanæ Curiæ vacare calculantur ſingulis XV. annis.*
20 *A' diverſis non benè infertur.*
21 *Officia Venalia, nec Vacabilia evadunt per promotionem ad Epiſcopatum.*
22 *Nec cadunt ſub* Regula 8. hodiè 9. Cancellar. reſervator. Menſ.
23 *Ex Locis Montium non debentur quindennia, & laudatur* D. Advoc. Urſaya.

CAPITULUM CXLIII.

Ex peculiari gratia ſolent aliquando Summi
Pontifices concedere Eccleſiis, aliiſque
Locis Piis, ſeu manibus mortuis Officia Vena-
lia Romanæ Curiæ; qua occaſione ſimilis Pon-
tificiæ conceſſionis, Annatiſtæ præſumunt ſibi
deberi quindennia, è contrà manus mortuæ
poſſeditrices, ac conceſſionariæ Officiorum
hujuſmodi Venalium quærunt modum ſubter-
fugiendi quindenniorum ſolutionem: qua de
cauſa pro ſedanda controverſia proponimus,
quòd ex Officiis Venalibus annuum valorem 1
XXIV. Ducatorum auri de Camera excedenti-
bus, vigore Indulti Apoſtolici manui mortuæ
con-

conceſſis, non debentur quindennia, ut in præ-
ciſis terminis *Card. de Luca de Regalibus diſcur.*
162.per tot.in ſupplement. ibi „ præfatis Capitu-
„ lo, & Hoſpitali, ex conceſſionibus Apoſtoli-
„ cis poſſidentibus duos Secretariatus Apoſto-
„ licos, aliiſque Piis Locis pariter &c. poſſi-
„ dentibus conſimilia, vel alia Officia Venalia;
„ per Datariæ Officiales excitata fuit præten-
„ ſio ſuper ſolutione quindenniorum, adinſtar
„ Beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ penes
„ Eccleſias, vel Monaſteria, & Collegia,
„ aliâſve manus mortuas unita ſint &c. Re-
„ ſpondi, improbabilem videri hujuſmodi præ-
„ tenſionem. Introductio enim quindenniorum
„ &c. illam habet rationem, quòd, cùm An-
„ natiſtæ &c. annatarum &c. participationem
„ habeant ex cauſa dupliciter oneroſa; & ſe-
„ cundò, quòd pretio mediante, hujuſmodi
„ Officia obtinentur &c. Hinc proindè inju-
„ ſtum eſſet, quòd per gratias Unionum &c.
„ ità hujuſmodi Officialibus præjudicetur &c.
„ Hujuſmodi verò rationes non intrant in hac
„ facti ſpecie, dum hæc Officia per iſtas Eccle-
„ ſias, vel Pia Loca obtinentur, ex cauſa one-
„ roſa, & correſpectiva, loco quorundam Ca-
„ ſalium, & Bonorum, & per conſequens nul-
„ la juſtitiæ ratio exigit, quòd, cùm ipſemet
„ Papa, non tanquàm Princeps Benefactor,
„ ſed tanquàm privatus venditor ex privato
„ contractu correſpectivo, hujuſmodi conceſ-
„ ſionem fecerit, atque rem tanquàm liberam
„ pleno jure vendiderit, poſſit ſervitutem ad
„ ſui, vel ſuorum Officialium favorem impo-
„ nere, vel prætendere, dum ità eſſet obtinere
„ duplex ejuſdem rei pretium, ſeu emolumen-
„ tum &c. adeò, ut tranſitus ad manum mor-
„ tuam, non proveniat à facto tertiis, quo ca-
„ ſu dicere poteſt, quòd id ſibi præjudicare
„ non debeat, ſed agitur de directa, & imme-
„ diata conceſſione facta illi manui, quam ipſe
„ concedens rectè ſciebat eſſe mortuam &c.
„ Ponderabam quoque &c. aliam diverſitatem
„ rationis inter Officia, & Beneficia, quòd
„ ſcilicet in iſtis Papa gerit perſonam Papæ, &
„ Principis ſpiritualis; in illis verò potiùs di-
„ verſam perſonam Principis temporalis, con-
„ tractantis rem merè temporalem &c. cùm ex
„ præmiſſis ſaltem dubitabile ſit, an Apoſto-
„ licæ Conſtitutiones, quæ de hujuſmodi quin-
„ denniis agunt, atque ſunt editæ ſuper Unio-
„ nibus Beneficiorum, complectantur, nec nè
„ hujuſmodi Officia &c. „ *& de Offic. Venalib.*
Vacabilib. Rom. Cur. cap. 9. nu. 11. *antè med.*
verſic.quando autem, cum nn ſeqq. ibi „ quan-
„ do autem contingit, quòd Officia &c. Va-
„ cabilia &c. conceſſa ſint alicui manui mor-
„ tuæ &c. Tunc aliquas mihi occaſio dedit de-
„ ſuper diſputare quæſtiones, & præſertim, an
„ hujuſmodi manus mortuæ, vel alii, qui loco
„ manuum mortuarum, impedita vacatione,
„ hæc Officia in perpetuum obtinent, tenean-
„ tur loco emolumentorum, Datariæ, & Can-
„ cellariæ ſolvendorum, pro expeditionibus
„ faciendis in ſingulis vacationibus, & novis
„ proviſionibus, ſolvere quindennia, eo mo-
„ do, quo illa ſolvuntur per manus mortuas,
„ quibus unita fuerint Beneficia &c. Atque in
„ illis Officiis &c. probabilior viſa eſt pars ne-
„ gativa &c. „ *& cap.* 16. *num.* 14. non enim

eadem militat ratio in Officiis, quæ militat in
Beneficiis; quippè, cùm ex Beneficiis ſolvan-
tur annatæ in actu proviſionis, ex eiſdem uni-
tis manui mortuæ poſteà ſolvenda ſunt quin-
dennia: aliàs deberentur quindennia, quin de-
berentur annatæ, quando tamen quindennia 2
debentur in locum annatarum, tanquàm ea-
rum ſoboles, ex latè per nos ſuprà deductis in
Cap. I. immò ad hoc, ut non debeantur quin-
dennia ex Officiis, ſatis eſt, quòd verſemur in
materia de Jure communi incognita, qualis eſt 3
iſta quindenniorum, *Vermigliol. conſ.* 476. *n.*1.
ibi „ quindennia non reperitur Jure cautum,
„ quòd loco annatæ, vel aliàs debeantur, ſed
„ dumtaxat ex ſpeciali privilegio &c. prove-
„ niente ex „ *Conſtitutione Pauli II. §.6. in nov.*
Bullar. tom. 1. *&c. Capon. controverſ. forenſ.*
controv. 32. *num.* 37. ibi „ quindennia non
„ ſunt nota de Jure communi, ſed debentur ex
„ privilegio &c. „ *Maſſ. Galleſ. de annat. n.* 30.
in fin. §. *Eſt aliud*, *Rot. coram Card. Seraphin.*
*dec.*1401. *num.*3. *&* 4. *tom.*2. ibi „ hæc facul-
„ tas non competat de Jure communi, ſed ex
„ quodam ſpeciali privilegio, quo Summi Pon-
„ tifices voluerunt proſpicere indemnitati Ca-
„ meræ Apoſtolicæ &c. & facultas iſta perci-
„ piendi quindennia &c.conceſſa fuerit &c. non
„ de Jure communi, cùm ei nota non ſint
„ quindennia &c. „ *& dec.* 1410. *num.* 29. *eod.*
*tom.*2. ibi „ Privilegium enim hujuſmodi con-
„ ceſſum Cameræ, non competebat de Jure
„ communi; ideò non proceditur de ſimilibus
„ ad ſimilia in caſibus introductis contrà re-
„ gulas Juris, & exorbitantibus &c. „ *deciſ.*
690. *num.*2. *poſt med.* §. *Reſpectu Quindennio-*
rum, *par.* 4. *diverſ.* ibi „ Nuſquam enim in
„ Jure cautum reperitur, quòd loco annatæ
„ quindennia debeantur, & ex Bulla Pauli II.
„ &c. ſatis deducitur, jus quindenniorum non
„ eſſe in Jure communi fundatum, ſed de ſpe-
„ ciali privilegio &c. Nam, ſi de Jure com-
„ muni loco annatæ quindennia fuiſſent debi-
„ ta, non erat neceſſe de illis ſpecialem legem
„ ferre &c. „ *repetit. poſt Tract. int. Deciſion.*
Sac. Rot. Rom. in ordine la IV. & VI. ideòque
hujuſcemodi materia quindennialis ſtrictim ve-
nit interpretanda, non autem extendibilis de
uno caſu ad alium, ex mox *relata deciſ.* 1410.
num. 29. accedente præſertim diverſitate ratio-
nis: undè eſt, quòd in Officiis non intret *Re-* 4
gul. 19. *Cancellar. de Viginti*, *aliàs de Infirmis*,
loquens de reſignationibus Beneficiorum ab in-
firmis factis, eaſque annullans, & Beneficia re-
ſignata, per obitum vacare declarans, ſi intrà
viginti dies à tempore factæ reſignationis com-
putandos deceſſerint reſignantes, ſicque per vi-
ginti dies non ſupervixerint, ex eo quòd de ſo-
lis Eccleſiaſticis Beneficiis loquitur præfata *Re-*
gula, *Gomez Sarnen. in dict. Regul. quæſt.*22. *per*
tot. Gonzalez in Regul. 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de*
Menſib. gloſſ. 5. §. 11. *num.* 24. *in fin. verſic. ta-*
men non placuit Dominis, *Pariſ. de reſign. Bene-*
fic. lib. 12. *quæſt.* 1. *in fin. & quæſt.* 3. *num.* 62.
& 64. *Card. de Luca de Regalib. diſcur.* 6. *nu.* 2.
cum ſeqq. ac per tot. & in annotation. ad dict. di-
ſcur. 6. *in principio*, *in ſupplement.* hinc eſt,
quòd Officia ſaltem non Vacabilia, etiam in 5
mortis articulo reſignari poſſunt, *ſcribentes poſt*
Card. de Luca ad tract. de Offic. Venalib. in Re-
ſtri-

ſtrictu Juris ſuper III. artic. in Cauſa Romana pretii Officiorum n. 19.

Præterea ob diſtinctionem perſonarum formalium, quæ conſideratur in una, eademque perſona materiali Papæ, pro diverſitate reſpe-
6 ctuum, quòd alia ſit perſona Summi Pontificis, tanquàm Vicarii Chriſti, & Epiſcopi Eccleſiæ univerſalis, alia perſona Principis temporalis totius Status Eccleſiaſtici; ſicque cùm quindennia introducta ſint per immemorabilem conſuetudinem, perque Papam approbata in materia beneficiali, juxta primam, ac digniorem perſonam, ſeu figuram, Officia verò Venalia, ut plurimùm popularia, & non Prælatitia, nec ad negocia Cameræ, Cancellariæ, & Datariæ ſpectantia, pertineant ad alteram perſonam, ſeu lineam minùs dignam, Principis nempè temporalis, una lex non habet connexionem cum altera, *Card. de Luca in annotation. ad diſcur. 6. de Regalib. in princip. antè verſic. & tertiò fortiùs, in ſupplement. & diſcur. 162. num. 8. eod. tract. de Regalib.* non omiſſo, quòd improprium, ac impertinens videretur, ſolvi quindennia ex Officiis per prius retineri ſolitis etiam ab uxoratis, quæve vendi poſſunt tanquàm res profana, ſeu temporalis, proindèque dicta venalia, quando tamen quindennia ſolvi ſolent ſolummodò ex Beneficiis Eccleſiaſticis, quæ nullo ſanè modo vendi poſſunt,
7 minùſque retineri poſſunt ab uxoratis, ſed Clericis tantùm non conjugatis, ſeu non uxoratis, mediante collatione, conceduntur tanquàm res ſpiritualis, *Gomez Sarnen. ad Regul. 19. Cancellar. de Infirm. reſignant. aliàs de Viginti, quæſtion. 22. in principio, Caſtracan. de Societat. Offic. Rom. Cur. in Proœm. num. 5. cum ſeqq.*

8 Et (quod magis ſtringit) eſt Officia hujuſmodi tanquàm pretiari conſueta ex relatis per *Card. de Luca de Regalib. diſcur. 2. per tot.* non
9 debent duplici onere gravari, nempè illo quoque quindenniorum, contrà regulam, de qua *Barboſa axiom. 169. num. 1. & 2.* Eſt etiam dignum conſideratione, quòd Beneficia ſuam trahant originem à gratia, & liberalitate Papæ, hocque modo de illis proviſi cauſam merè lucrativam habentes, æquum, ac juſtum eſt, quòd ſubjaceant annatis, & eodem modo manus mortuæ quindenniis, quarum favore unita ſunt Beneficia, neutri conqueri valentes, quòd eorum Benefactori, ac elargitori aliquàm præbeant, & devoveant participationem fructuum, quos ex gratia Papæ percipiunt, quæve Beneficia concedens poterat eis non concedere; Officia verò obtinentur per manus mortuas ex cauſa merè oneroſa, ac correſpectiva loco quorundam Caſalium, & Bonorum; perque conſequens nulla juſtitiæ ratio exigit, quòd, cùm ipſemet Papa, non tanquàm Princeps benefactor, ſed tanquàm privatus venditor ex privato contractu correſpectivo hujuſmodi conceſſionem fecerit, atque rem tanquàm liberam pleno jure vendiderit, poſſit ſervitutem ad ſui, vel ſuorum Officialium commodum imponere, vel
10 prætendere, dum hac via duplex ejuſdem rei pretium, ſeu emolumentum conſequeretur, veluti benè advertit *Card. de Luca de Regalib. diſcur. 162. num. 2. circà fin. verſic. illa quoque conſideratione, & n. 3. in ſupplement.*

Quæ fortiùs procedent, ſi manui mortuæ aſſiſtet diuturna obſervantia non ſolvendi quindennia, cùm iſta ſit optima interpres caſus du- 11
bii, quando etiam præſens talis dicendus eſſet, *Card. de Luca de Regalibus dicto diſcur. 162. n. 9.*

In nihilum refragante, quòd inallegabilis ſit obſervantia ob reſiſtentiam Bullarum ſuper quindenniis editarum, ex *Decreto irritanti, & Clauſula ſublata*, quia prætendimus, Bullas 12
hujuſmodi non eſſe extendendas ad Officia, ſicque fruſtrà ſit vis in earum *Decreto irritanti, & Clauſula ſublata*, cùm illæ habeant locum in caſu tantùm quindenniorum pro Beneficiis unitis ſolvendorum, vel quia ſaltem eſt dubium, an ſub Conſtitutionibus prædictis Apoſtolicis compræhendantur, nec nè Officia ad effectum ſolvendi quindennia; ideò longa obſervantia 13
per modum interpretationis benè ſuffragatur, quidquid, ſi illa deduceretur per modum præſcriptionis, qualis datur in caſu claro, *Card. de Luca ſæpè relato diſcurſu 162. num. 10. de Regalibus.*

Nec relevat, quòd Bullæ de quindenniis loquentes, expreſsè, & geminatis verbis com- 14
præhendant etiam Officia, ut videre eſt in *Bulla 6. Pauli II. §. 1. poſt princip. §. 2. in princip. §. 4. in princip. & §. 6. poſt med. & in Bulla 17. Pauli IV. §. 1. in fin. & §. 8. poſt princip. Bullar. nov. Rom. tom. 1. in Bulla 38. S. Pii V. §. 3. poſt med. tom. 2. & in Bulla 50. Clementis X. §. 1. circà fin. & §. 2. antè med. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* I. V. VI. *&* XI. etenim non poteſt intelligi ſano ſenſu de Officiis iſtis Venalibus, ſeu ſæcularibus à conjugatis quoque retineri conſuetis, ſed de Officiis 15
Eccleſiaſticis tantùm, habentibus nimirùm adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum, citrà tamen ullam prærogativam, præeminentiam, ac honorem in Choro, qualia ſunt Præpoſitura, Archipresbyteratus, Primiceriatus, Theſauraria, Sacriſtia, ac ſimilia, per *textum in cap. cùm acceſſiſſent 8. de Conſtitution. cap. dudum 22. de electiòn. cap. nulla 2. §. Cùm verò 1. de conceſſion. Præbend. cap. quod Dei timorem 5. de ſtat. Monach. cap. 1. de Offic. Sacriſt. tot. tit. de Offic. Primicer. tot. tit. de Offic. Cuſtod. tot tit. de Offic. Archipresbyter. Lotther. de re beneficiar. lib. 3. quæſt. 5. num. 11. Pyrrh. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtol. lib. 2. cap. 6. num. 20. cum ſeqq. Corraſ. de Benefic. par. 4. cap. 3. num. 8. Pariſ. de reſign. Benefic. lib. 2. quæſt. 1. num. 92.* hicque germanus intellectus comprobatur ex eiſdem Bullis quindenniorum, ubi è contrà geminatis etiam verbis ſtatim antè verbum *Officia* præmittitur verbum *adminiſtrationes*, quaſi pro explicatione illicò ſequentis verbi *Officia*, cùm non ſit novum in Jure, quòd unum verbum, maximè proximum, apponatur pro explicando aliud verbum; aliàs, ſi de Officiis Venalibus intelligendæ eſſent Bullæ quindenniorum, ſequeretur abſurdum in eo, quòd, ut in enunciatis Bullis legitur, ſit mentio priùs Officiorum, & poſteà Beneficiorum, quando tamen facienda eſſet priùs mentio Beneficiorum, & poſteà Officiorum, incipiendo à digniori: undè magis patet Bullas quindenniorum loqui de Officiis Eccleſiaſticis, quæ etiam Beneficia ſunt.

Minoris momenti eſt objectum, quòd etiam dato, Bullas quindenniorum non intelligi de Officiis Venalibus, attamen, cùm iſta haben-

da ſint ad inſtar Beneficiorum ob aliquam inter
hæc, & illa ſimilitudinem, uti etiam perſonaliſſima,
ſeu vitalitia, & ad hæredes non tranſitoria,
ſed vacantia pariter tàm per obitum,
quàm per reſignationem poſſeſſorum, ſolùmque
reſignabilia in manibus Papæ, à quo reſignatarius
dicitur illa obtinere; nec in his quoque
dantur expectativæ ad evitandum votum
16 captandæ mortis; itâ, ut de his ad illa valeat
argumentum, *Paul. Roman. de Penſion. quæſtion. 7. n. 11. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 25. num. 10 & 11. Card. de Luca de Regalib. diſcurſ. 2. num. 10. diſcur. 3. num. 6. & diſcur. 11. num. 10. Montan. de Regal. Offic. num. 2. ad fin. Pyrrh. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 4. cap. 5. num. 19. poſt med. verſic. cæteros verò, Pariſ. de confident. Benefic. quæſtion. 58. num. 63. Fatinell. poſt Tract. de translat. Penſion. reſponſ. 36. n. 1. cum ſeqq. de Ponte dec. 28. n. 1. 5. & 6. Boer. dec. Burdegal. 350. ſub n. 4. ad med. verſic. & idem videtur in Officio, Cabed. dec. Portugall. 20. num. 1. par. 2.* ſolvenda quoque eſſent quindennia
pro hiſce Officiis; quia, licet in aliquo
ſint ſimilia, non tamen in omnibus adſimilantur:
undè videmus, quòd contrà naturam Be-
17 neficiorum de quadam Curiæ conſuetudine
venduntur etiam Laicis, *Lauden. de Official. quæſtion. 7. per tot. Pariſ. de confident. Benefic.*
18 *quæſtion. 58. num. 64.* ac pleno jure ſpectant ad
Officiales, inque eorum dominio eſſe dicuntur,
ſicuti aſinus eſt in patrimonio, & dominio ruſtici,
Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 5. §. 11. nu 15. verſiculo talia namque Officia; & ſicuti Officia non ſubjacent annatis
ex jam deductis, æquum videtur ob paritatem
rationis, quòd nec ſubjaceant quindenniis.

Longè minoris relevantiæ eſt ponderatio,
quòd ex tranſitu Officiorum in manus mortuas,
reſultante notorio, ac graviſſimo præjudicio
Cameræ ob indè amiſſum commodum
vendendi Officia totiès, quotiès vacant per
mortem Officialium illa obtinentium, ac poſſidentium;
undè, cùm Officia in manum mortuam
tranſlata, non ampliùs vacent, prout nec
Beneficia ſemel manui mortuæ unita, videretur,
mediante ſolutione quindennii conſulendum
eſſe huic privationi commodi vendendi:
quaſi, quod ex pari ratione Officia ad inſtar
Beneficiorum fingerentur ſingulis XV. annis
vacare; quia etiam in Officiis non tranſeuntibus
in manus mortuas, ſed penès privatas perſonas
exiſtentibus hoc incommodum, & damnum
ſentit Camera, ex eo quòd experientia
docet, rariſſimas contingere vacationes Officiorum
per obitum Officialium, dum immò
maxima habetur facilitas reſignandi Officia;
ſicque etiam eo caſu privata remanet Camera
commodo vendendi: ſicuti igitur hujus incommodo,
ac damno conſulitur per introductio-
19 nem Officiorum Vacabilium ejuſdem Romanæ
Curiæ, quæ vacare calculantur ſingulis XV.
annis, *Scribentes poſt Card. de Luca poſt Tract. de Offic. Vacabilibus in Reſtrictu Juris ſuper III. articulo, in Cauſa Romana prætii Officiorum, nu. 6.* itâ etiam ſimili incommodo Cameræ in caſu
tranſitus Officiorum in manum mortuam ſatis
videtur conſultum per introductionem eorundem
Officiorum Vacabilium.

Ejuſdem furfuris eſt alia ponderatio, quòd,
concedendo Officia manui mortuæ, ob illorum
perpetuitatem, proindèque ceſſationem, ſeu
defectum futuræ vacationis, Camera, ſivè Cancellaria
Apoſtolica de illis ampliùs providere
non valens, amittit conſueta emolumenta pro
expeditionibus, quas faceret, ſi Officia vacarent,
quæ non itâ amittit in Beneficiis manui
mortuæ unitis, ob compenſationem quindenniorum;
quia ſatis eſt reſpondere, quòd Annatiſtæ
ſuper ſolutione quindenniorum ex Beneficiis
unitis manui mortuæ habent expreſſam legem
pro ſe, & eorum intentionem fundatam in
ipſis Conſtitutionibus Apoſtolicis, ſuper ſolutione
autem quindenniorum ex Officiis Venalibus
manui mortuæ conceſſis nullam habent
pro ſe legem, nullam auctoritatem, nullàmque
conſuetudinem; undè Bullæ Pontificiæ non
ſunt trahendæ de uno caſu ad alium, maximè
diverſiſſimum, ut præſentem, nec de uno ad
alium benè infertur, ſtante præcipuè notoria 20
diverſitate, ad *textum in l. Papinianus 20. ff. de minor.*

Quibus ſtantibus, binæ curioſæ ſuperſunt
Difficultates.

I. Difficultas, ſi ſaltem Officia Eccleſiaſtica
(quæ tamen Beneficia non ſint) unita ſint manui
mortuæ, puta Prothonatariatus, vel ſimilium,
an hoc caſu deberentur quindennia, &
crederem, illa non deberi: quippè hæc Officia,
licet ſint Eccleſiaſtica, nihilominùs non dantur
in titulum, ſicque non ſunt in ſtatu collativo,
immò in contrario, dum venalia ſunt, proin- 21
dèque nec vacabilia evadunt per promotionem
ad Epiſcopatum, *Ricc. collectan 1808. in principio, part. 5.* nec cadunt ſub *Regul. 8. hodiè 9.* 22
Cancellar. reſervator. Menſ. Gonzalez ad dict. Regul. gloſſ. 5. §. 11. num. 10. cum ſeqq. Novar. in Summ. Bullar. par. 1. commentar. 22. num. 2. Rota coram Achill. de Graſſ. deciſione 1. de electione.

II. Difficultas, ſi Loca Montium poſſideantur
per manus mortuas, & Loca Pia, an in iſto
caſu debeantur quindennia, & pariter reſolven- 23
dum eſt, illa non deberi, ut in præciſis terminis
tradit celeberrimus, ac præſtantiſſimus Juriſconſultus,
nunquam ſatis laudatus *D. Advoc. Dominic. Urſaya de Loc. Mont. diſcur. 2. nu. 78.*
ibi: *Immo æquali generoſitate recuſarunt aures præbere illis temperamentis, à quibus maxima Apoſtolicæ Sedi utilitas reſultaſſet; inter quæ, aliis omiſſis, recens hebemus exemplum introductionis ſolutionis Quindenniorum reſpectu illorum Locorum, quæ poſſidentur à Locis Piis, & ab Eccleſiaſticis Perſonis, ad inſtar ejus, quod practicatur in Beneficiis, quòd, licet ad ejus commodum unicè directum & aptum, magnam, continuàmque afferret utilitatem eidem Apoſtolicæ Sedi, ultimo loco æquali conſtantia, ac intrepiditate rejectum fuit &c.*

ARGUMENTUM.

Quindennia ex perpetuis Penſionibus annuum
valorem viginti quatuor Ducatorum auri
de Camera excedentibus, ad favorem manus mortuæ
reſervatis ſuper

Be-

Beneficiis Majoribus, ſeu Conſiſtorialibus debentur in eadem quantitate, in qua debentur ex eiſdem Beneficiis manui mortuæ unitis, ſicque ſingulis XV. annis ex Penſionibus hujuſmodi ſolvenda eſt eadem Annata,

SUMMARIUM.

1 *Quindennium modò debetur ad ratam Communis Servitii, modò ad ratam dimidiæ annatæ, attenta nempè qualitate Beneficii uniti.*

2 *Ex Beneficio Conſiſtoriali unito debetur quindennium ad ratam Communis Servitii.*

3 *Annata pro Beneficio Conſiſtoriali nuncupatur Commune Servitium.*

4 *Auctor miratur, cur nullus ex Doctoribus tangat præſens punctum, vel aliud affine, an ex Penſione temporali, ſeu vitalitia ſuper Beneficio Conſiſtoriali, debeatur Commune Servitium, prout ex tali Beneficio Commune Servitium debetur.*

5 *Falcidia detrahitur à ſingulis portionibus hæredum gravatorum.*

6 *Prædium dicitur ſervire, quando ſervitus prædio ineſt.*

7 *Infirmitas intellectus eſt exquirere auctoritatem, ubi habemus rationẽ, veritas, & Deus æquiparantur.*

8 *Quindennia introducta ſunt etiam pro ſubſtentatione Pontificiæ, & Cardinalitiæ Dignitatis.*

9 *Aliàs, ſi manus mortua Penſionaria non teneretur proportionabiliter ad quindennia, fruſtratoria eſſet exemptio à quindenniis.*

CAPITULUM CXLIV.

Poſtquàm in *Cap. CXXIV.* docuimus, quòd non ſolùm ex Beneficiis, ſed etiam ex Penſionibus debeantur quindennia, oportet modò docere in qua quantitate illa debeantur ex Penſionibus reſervatis ſuper Beneficiis Conſiſtoria-
1 libus; cùm autem quindennium ex Beneficiis Conſiſtorialibus unitis modò debeatur ad ratam Communis Servitii, juxta taxam nempè, quæ fit in tertia parte veri valoris, ſeu annui fructus, quæ quidem quindennii ſolutio juxta hanc taxam non attingit medietatem fructuum unius anni, modò pro dimidia Annata, ratione qualitatis Beneficii uniti, quod eſt valoris, vel non Conſiſtoriale, *Amayden. de ſtyl. Dutar. lib. 1. cap. 18. §. 3. de annat. nu. 16. cum ſeqq. & §. 4. de quindenn. num. 1. 2. 14. & 15. nos ſuprà in Cap. I. num. 44.* adeò, ut, ſi uniatur manui mor-
2 tuæ Beneficium Majus, ſeu Conſiſtoriale, ex illo debeatur ſingulis XV. annis quindennium ad ratam Communis Servitii, ſi verò uniatur Beneficium inferius, ſeù minus, ſivè non Conſiſtoriale, debeatur dimidia annata, *Maſſ. Galleſ. de annat. nu. 1. cum ſeqq.* in præſenti videndum eſt, an eadem ſemetria, methodus, & norma ſervanda eſſet etiam in reſervatione perpetuæ Penſionis ad favorem manus mortuæ facta ſuper Beneficio majori, ſeu Conſiſtoriali, ut videlicet ex illa debeatur ſingulis XV. annis annata,
3 quæ alio nomine Commune Servitium nuncupatur, *Maſſ. Galleſ. loc. citat. num. 3. & 4. ego*
4 *Cap. I.* latiori calamo; miratus interim cum turbis, juxta *Evangel. Luc. cap. 11. verſiculo 15.* (quod non laudo, nec vitupero) cur nullus ex Doctoribus, quem viderim, tangat hoc punctum adeò neceſſarium, & quotidiè controvertibile, vel ſaltem affine, an ex Penſione temporali, ſeu vitalitia ſuper Beneficio majori, ſivè Conſiſtoriali ſolvendum ſit Commune Servitium, prout illud ſolvitur ex collatione ejuſdem Beneficii Conſiſtorialis: & affirmativam partem tuendo, reſolvimus, quòd quindennia ex perpetuis Penſionibus annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis ſuper Beneficiis Majoribus, ſeu Conſiſtorialibus debentur in eadem quantitate, in qua debentur ex eiſdem Beneficiis manui mortuæ unitis, ſicque ſingulis XV. annis ex Penſionibus hujuſmodi ſolvenda eſt eadem annata; Penſio enim uti acceſſorium Beneficii, ſequi debet naturam ſui principalis, pro quo in proviſione, attenta ſua qualitate, & ſphæra Conſiſtorialitatis, ſeu majoritatis ſolvitur annata aliàs Commune Servitium; & in Unione, quoque ſolvenda eſt ſingulis XV. annis, cùm quod dicitur de toto, intelligitur etiam de
parte: favere poteſt exemplum falcidiæ, quæ de- 5
trahitur à ſingulis portionibus hæredum gravatorum, §. *Et cùm quæſitum 2. Inſtitution. de leg. Falcid.* & ſicuti de Beneficio unito debetur quindennium, ac quidem Commune Servitium, ſi illud eſt Conſiſtoriale, ità de parte Beneficii aſſignata titulo Penſionis, quæ non mutat naturam, ſed idem gravamen retinere debet: & ſicuti procul dubio tàm ex reſervatione Penſionis vitalitiæ, quàm perpetuæ ſuper Beneficio inferiori, ſeu minori, ſivè non Conſiſtoriali debetur dimidia annata, ità quoque è contrà ad ſervandam æqualitatem tàm in reſervatione Penſionis vitalitiæ, quàm perpetuæ ſuper Beneficio majori, ſivè Conſiſtoriali debebitur annata aliàs Commune Servitium, quia gravamen impoſitum eſt toti Beneficio, proindèque debet afficere totum corpus Beneficii, ſicque quamlibet partem Beneficii, cujus quidem pars eſt ipſa Penſio; ad quod facit exemplum ſervitutis,
quæ ineſt toti prædio, indèque totum prædium 6
dicitur ſervire; & ſicuti totum Beneficium dicitur ſervire, ità & quælibet illius pars, quæ eſt Penſio, anima, quæ eſt in toto corpore, eſt etiam in parte.

Præterea cùm Annatiſtæ participent in proviſione de annatis, & in Unione de quindenniis indiſtinctim pro omnibus Beneficiis tàm Conſiſtorialibus, ſeu majoribus, quàm non Conſiſtorialibus, ſeu minoribus, vel inferioribus; prout etiam in reſervatione tàm vitalitiarum, quàm perpetuarum Penſionum ſuper Conſiſtorialibus, & non Conſiſtorialibus Beneficiis, Sacrum verò Collegium Emorum S. R. E. Cardinalium participet in proviſione de annatis, & in Unione de quindenniis pro Conſiſtorialibus dumtaxat Beneficiis, prout etiam in reſervatione tàm vitalitiarum, quàm perpetuarum Penſionum, ſuper ſolis tamen Conſiſtorialibus Beneficiis, quæ longè pauciora ſunt, quàm reliqua Beneficia inferiora, ſeu non Conſiſtorialia, quæve ſæpiùs uniri ſolent, quàm Conſiſtorialia, ſi annata, ſeu Commune Servitium non deberetur, notabiliter defraudaretur idem Sacrum Collegium ſuis juribus, ac emolumentis, immò nunquam lucraretur quindennia ex reſervatione perpetuarum Penſionum, nec etiam an-

natas ex reſervatione temporalium, ſeu vitalitiarum Penſionum, quod inveriſimile, ac improbabile eſt, voluiſſe Summos Pontifices ob peculiarem affectionem, qua proſequi præſumuntur idem Sacrum Collegium, de quo antè Pontificatum extiterant; quæ quidem conclu-
7 ſio, cùm habeat fundamentum in ratione naturali, non indiget Doctorum auctoritate, infirmitas enim intellectus eſt exquirere auctoritatem, ubi habemus rationem, *Bald. in l. ſcire oportet* 13. §. *ſufficit 6. num.* 4. *ff. de excuſat. tutor.* cùm tamen veritas, & Deus æquiparentur, *cap. qui contempta 6. cap. fruſtrà* 7. *diſtinct.*8. nè aliàs melioris eſſent conditionis Annatiſtæ Officiales inferiores, quàm Emi Cardinales, qui pro regimine univerſalis Eccleſiæ inſudantes, & ferentes pondus diei, & æſtus, vocati ſunt ad juvandum Pontificem conſilio, & opere, eùmque in laboribus ſublevandum; præſertim
8 cùm quindennia introducta ſint etiam pro ſubſtentatione Cardinalitiæ Dignitatis in præmium laborum, ſicque pro cauſa publica, veluti eleganter ſumma energia declarat *Clemens X. in ſua Conſtitntione* 50. §.10. *in principio*, *Bullar. nov. Rom. tom.6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſt. in ordine la XI.* ibi „ ut &c. S. R. E. „ Cardinales, qui illius honorabilia membra „ &c. exiſtunt &c. ſtatum illorum juxta Car„ dinalatus ſublimitatem decentiùs tenere, & „ expenſarum onera, quæ eos jugiter de neceſ„ ſitate ſubire oportet, faciliùs perferre valeant, „ Particularem Congregationem, in qua &c. „ intereſſe poſſint, & valeant, pro exactione „ Quindenniorum omnium, & ſingulorum Be„ neficiorum, ut præfertur, unitorum, & in „ libris Cameræ prædictæ taxatorum, & Pen„ ſionum perpetuarum reſervatarum hujuſmo„ di, per &c. Loca Pia hujuſmodi debitorum, „ facienda, Motu ſimili &c. conſtituimus, & „ deputamus &c. „ licet *S. M. Clemens XI. in ſua Conſtitutione edita* 23. *Novembris* 1704. *in principio*, profiteatur, quindennia introducta fuiſſe pro ſubſtentatione Pontificiæ Dignitatis, ut in verbis ibi „ exploratum eſt, Quindennia „ &c. ſuffecta fuiſſe in locum Annatarum, An„ natas verò ſubrogatas fuiſſe Decimis, quæ „ &c. ad tuendam Dignitatem, & cætera Ec„ cleſiæ univerſalis onera perferenda, Romano „ Pontifici capiti viſibili Eccleſiæ &c. exſolve„ bantur &c. „ *& in Conſtitutione edita 16.Maji* 1705. *in principio*, ibi „ tùm pro congrua Di„ gnitatis, quàm gerit tanquàm viſibile caput „ Eccleſiæ, ſubſtentatione &c. „ *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la XI. & XV.*

9 Aliàs, ſi manus mortua Penſionaria non teneretur ſolvere proportionabiliter in hac quantitate quindennium, fruſtratoria eſſet gratia, quæ impetratur à Summo Pontifice ad eximendum ab onere ſolvendi quindennium, de quo *Cap. XLII. n.*38.47. *&* 48. *Cap. LXV. n.*52. *&* 53. *Cap CXXIV. n.*7. *&* 75. *Cap. CXXV. n.*5. *& Cap. CLXXVI. n.*10.

ARGUMENTUM.

Quindennia ex perpetuis Penſionibus annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, ad favorem manus mortuæ reſervatis, debentur à die earundem reſervationis uſque ad diem *Conſtitutionis* 50. *Clementis X.* §.7. *cum ſeqq. Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la XI.*

SUMMARIUM.

1 *In* Conſtitutione *6.* Pauli II. & in Conſtitutione 18. Urbani VIII. *expreſsè ſtatuitur, ex perpetua Unione quindennia deberi.*

2 *In* Conſtitutione 50. Clementis X. *expreſsè declaratur, ex perpetuis Penſionibus quindennia deberi.*

3 *Etiam quindennia decurſa à die reſervationis perpetuæ Penſionis uſque ad diem* Conſtitutionis 50. Clementis X. *debentur.*

4 *Lex procedens per viam declarationis legis antiquæ, trahitur etiam ad præterita.*

5 *Virtus legis declaratoriæ conſiſtit in reſecandis dubiis circà intellectum legis antiquæ.*

6 *Verbum* declaramus *non importat novam diſpoſitionem, ſed, prout ſonat, declarationem.*

7 *Lex declaratoria antiquæ, utens verbo promulgatorio novi Juris, tunc trahitur ad futura.*

8 Clemens X. *eandem imponit pœnam nullitatis Unionis jam impoſitam ab aliis Conſtitutionibus.*

9 *Idem* Clemens X. *impertitur Judici Annatarum facultatem compellendi debitores quindenniorum ad indicandum, & revelandum etiam perpetuas Penſiones.*

10 *Judex Annatarum eſſe ſolet Clericus Cameræ.*

11 Clemens X. *decernit, etiam ex Penſione ſolvendum eſſe quindennium, nè de cætero ſuper hoc ampliùs hæſitetur.*

12 *Bulla reſpiciens tempus futurum, denotat, non eſſe declaratoriam antiquarum, ac præcedentium Bullarum, nec ad præterita referri.*

13 *Tunc eſſet inductiva novi Juris.*

14 *Si perpetuæ Penſiones comprænhenſæ eſſent in præcedentibus Conſtitutionibus ſuper materia quindenniorum editis, non opus eſſet Conſtitutione* Clementis X.

15 S. Pius V. *in* Conſtitutione 38. §. 2. *&* Clemens X. in Conſtitutione 50. §. 7. in fin. *declaravit, Beneficia quoque conſiſtentia in diſtributionibus quotidianis comprænhendi in Bullis quindenniorum.*

16 Sixtus V. *in* Conſtitutione 33. §. 2. *declaravit, comprænhendi etiam Beneficia per Ordinarios unita.*

17 Urbanus VIII. in Conſtitutione 18. *idem pariter declaravit.*

18 Clemens X. in Conſtitutione 50. *idem concluſit.*

19 Clemens X. *comprænhendere voluit quindennia præterita.*

20 *In claris non eſt ampliùs quærendum de mente Legiſlatoris.*

21 *Conſuetudo particularis unius loci non cenſetur nota Principi.*

22 *Supradicta* Conſtitutio 50. Clementis X. *cenſetur nova lex, novique Juris editoria.*

CAPITULUM CXLV.

Cum in nulla ex præcedentibus Conſtitutionibus, incipiendo à *Conſtitutione 6. Pauli II.* primi quindenniorum regulatoris, *Bullar. nov.*

nov. Rom. tom. 1. repetit. poſt Tract. int. Conſtitu-
tion. Apoſtolic. in ordine la I. ſuper materia
quindenniorum conditis, uſque ad *Conſtitutio-*
nem 18. *Urbani VIII. tom.* 5. *repetit. poſt Tract.*
int. Conſt. Apoſt. in ordine la VIII. expreſsè ſta-
1 tuatur, quindennia deberi ex perpetua Unione
Beneficiorum, poſt ſuperventam noviſſimam
Conſtitutionem Clementinam, quæ ad tollendum
2 omne dubium, an in prioribus Bullis quinden-
niorum continerentur perpetuæ Penſiones, ex-
preſsè declaravit, ex perpetuis hujuſmodi Pen-
ſionibus manui mortuæ reſervatis, quindennia
ſolvenda eſſe, & dari poſſit caſus, quòd longè
antè *Bullam prædictam Clementinam* reſervatæ
appareant perpetuæ Penſiones, indèque quin-
dennia decurſa ſint uſque ad diem *Conſtitutionis*
Clementinæ prædictæ, facilè excitari poteſt con-
troverſia, utrùm perpetuæ Penſiones antè me-
moratam *Conſtitutionem Clementinam* reſervatæ,
ſubjacere incipiant quindenniis etiam uſque ad
diem memoratæ *Clementinæ*, non autem ſolum-
modò à die ejuſdem *Clementinæ* uſque in poſte-
rum; undè reſolvitur in præſenti, quòd quin-
3 dennia ex perpetuis Penſionibus annuum valo-
rem XXIV. Ducatorum auri de Camera exce-
dentibus, ad favorem manus mortuæ reſerva-
tis, debentur à die earundem reſervationis
uſque ad diem *Conſtitutionis* 50. *Clementis X.* §. 7.
cum ſeqq. Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt
Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la XI.
4 quando enim lex procedit per viam declaratio-
nis legis antiquæ, aut dubiæ, aut malè inter-
pretatæ, uti nihil de novo inducens, trahitur
etiam ad præterita contrà regularem naturam
ipſius legis, quæ non habens oculos retrò, fu-
turis tantùm rebus normam præſtat, ut in ter-
minis generalibus *Maſcard. de general. Statut.*
interpretat. conc. 13. *nu.* 41. *Felin. in cap. fin. n.* 4.
de Conſtitution. Butr. in cap. quoniam num. 15.
verſic. ſi eſt antiqui Juris declaratoria, eod. tit.
ubi Abb. ſub num. 8. *&* 11. *& Felin. num.* 14.
Bartol. in l. Jus autem 7. *num.* 43. *verſic. Primo*
caſu, ff. de Juſtit. & Jur. Rot. coram Card. Pu-
teo dec. 469. *nu.* 4. *lib.* 2. *Dunozet. Jun. dec.* 830.
num. 14. *&* 15. *tom.* 2. *& in recentior. deciſ.* 352.
num. 24. *& deciſ.* 404. *num.* 20. *par.* 16. *deciſ.* 99.
num. 5. *&* 6. *par.* 17. *& in Viterbien. Donationis*
22. *Januarii* 1689. §. 1. *&* 13. *Martii* §. *Ex Ju-*
re, coram Hervault, & in Romana Cauthelæ An-
geli 25. *Aprilis* 1701. §. *Reſponſione, coram*
Muto.

Quòd verò *Conſtitutio Clementina* proceſſerit
per viam ſimplicis, ac nudæ declarationis alia-
rum præcedentium Conſtitutionum, ſatis de-
præhenditur, ex eo quòd, poſtquàm in proæ-
mio priores retulerit Conſtitutiones, incipiendo
à §. 2. *uſque ad* §. 5. *incluſivè*, nec non narraverit
in §. 6. plures manus mortuas quindenniorum
debitrices ſub illis non compræhendi prætende-
re, ſtatim in parte diſpoſitiva, ad removen-
dum omne dubium, num manus mortuæ Pen-
ſionariæ, ſeu perpetuarum Penſionum hactenùs
illis reſervatarum, & in futurum reſervandarum
reſervatariæ teneantur ad quindennia, declarat
illas teneri, ut in §. 8. ibi: *ad quodlibet dubium*
è medio tollendum, & pro majori dilucidatione,
litiùmque remotiori occaſione &c. ad ſolutionem
quindenniorum &c. ratione Penſionum perpetua-
5 *rum hujuſmodi &c. teneri &c. declaramus*; undè
virtus legis declaratoriæ conſiſtit in reſecandis
dubiis circà intellectum legis antiquæ per ſe
ipſam obſcuræ, aut forſitan erroneè intellectæ,
Fagnan. in cap. quoniam 13. *n.* 17. *de Conſtitution.*

Comprobatur hæc veritas, dum verbum *de-*
claramus, quo utitur *Bulla Clementina*, ex ſui 6
proprietate non importat novam diſpoſitio-
nem, ſed benè (prout ſonat) declarationem,
præcipuè quando, ut in præſenti, lex declara-
toria, refert veterem, *Bald. in l. Jus autem* 7.
num. 50. *ff. de Juſtit. & Jur.* tuncque lex de- 7
claratoria antiquæ legis traheretur ſolùm ad fu-
tura, ſi uteretur verbo promulgatorio novi Ju-
ris, ut puta, quia diceret *ſtatuimus, decernimus,*
vel *per hanc noſtram Conſtitutionem*, quod tamen
in noſtra *Conſtitutione Clementina* non legitur
ſaltem in parte, qua per modum declarationis
præcedentium Conſtitutionum mandat ſolvi
quindennia ratione perpetuarum Penſionum,
Maſcard. de general. Statut. interpretat. concluſ.
13. *num.* 8. quando tamen eandem imponit pœ- 8
nam nullitatis gratiæ jam præcedenter impoſi-
tàm ab aliis Conſtitutionibus circà Beneficia
unita, nempè nullitatis, ſeu diſſolutionis Unio-
nis, prout conſtat ex prædicta *Conſtitutione Cle-*
mentina in §. 8. *in fin. &* §. 11. *poſt med. circà fin.*
verſic. ac etiam privationis, ibi: *& ad idem per*
ſupradictas pœnas etiam privationis, caſſationis,
extinctionis, & annullationis ſimilium Penſionum
cogi, et compelli poſſe declaramus &c. ac etiam
privationis Beneficiorum unitorum, caſſationis
Penſionum prædictarum &c.

In quorum majorem confirmationem acce-
dit, quòd in ſequelam hujus declarationis in
parte exequutiva, noſtra *Bulla Clementina* fa- 9
cultatem impartitur Judici Annatarum (qui 10
eſſe ſolet unus ex Clericis Cameræ) ad compel-
lendum debitores quindenniorum, ut indicent,
ac revelent, præter Beneficia unita, perpetuas
quoque Penſiones, juxta literalem contextum
§. 9. *in principio* ibi: *ut &c. moneat, ut profi-*
teantur, medio juramento &c. Penſiones perpe-
tuas &c. ad indicandum, & profitendum medio
juramento &c. Penſiones perpetuas &c. moneat,
et requirat &c et antè fin. ibi: *ipſòſque debitores*
ad indicandum &c. Penſiones &c. et ſolvendum
quindennia decurſa &c. conſtito tamen de ſortito
effectu &c. Penſionum hujuſmodi reſervationum
&c. et §. 11. *poſt med. propè fin.* ibi: *ipſòſque de-*
bitores ad indicandum &c. Penſiones aſſignatas
hujuſmodi, et ſolvendum quindennia decurſa &c.
cogendi &c. aliàs namque iſtam facultatem co-
gendi manus mortuas debitrices ad ſolvendum
quindennia decurſa non tribuiſſet *Clemens* X. ſi
ſua declaratio contineret novam diſpoſitionem,
ſeu novam legem, quæ non habet oculos retrò,
neque trahitur ad præterita.

In nihilum relevante, quòd idem *Clemens X.* 11
præcedenter in §. 7. *in med.* decernit, manum
mortuam ſubjacere quindenniis etiam ratione
perpetuæ Penſionis, ſubdens, id ſe decernere,
nè de cætero ampliùs ſuper hoc hæſitetur ibi:
nè de cætero in dubium revocari contingat &c.
proindèque juxta naturam dictionis *de cætero*,
importantis idem, quod *in poſterum, in futu-*
rum, ſeu *deinceps*, Bulla tanquàm reſpiciens 12
tempus futurum denotat, non eſſe declarato-
riam antiquarum, ac præcedentium Bullarum,
nec ad præterita referri, ut in generalibus ter-
mi-

minis ponderat *Maſcard. de general. Statut. interpretat. concluſ.* 13. *num.* 43. *Felin. in càp. fin. num* 5. *&* 6. *de Conſtitution. Imol. ibid. num.*12. *verſiculo Nam primò*, *Butr. ibid. num.* 15. *gloſſ. in cap. licet* 14. §. *De cætero*, *de election. in 6. &* *in Extravag. cùm inter*, §. *Deinceps*, *verſic. ſicut verbum de cætero*, *de verb. ſignif. Barboſa de dictione. dict.*78. *Rota coram Card. Cavaler. dec.*566. *nu.* 4. quia prædictum verbum *de cætero* legitur adjectum ſimpliciter ad unicum finem, & ſcopum removendi dubia, & frivolos prætextus non ſolvendi quindennia, in parte proæmiali perantea enunciatos, ut in mox prælaudato §. 7. *in med.* ibi: *nè de cætero in dubium revocari contingat, ut cumque &c. quindennia &c. ratione Penſionum perpetuarum &c. perſolvere debeant &c.* è contra verò principalis diſpoſitio, ſeu declaratio, ac effectus diſpoſitionis conceptus eſt per verba etiam referibilia ad tempus præteritum, immò literaliter compræhendit præterita, ut in §. 9. *antè fin.* ibi: *& ſolvendum quindennia decurſa &c.* ità, ut in dubio ſemper potiùs attendendum ſit verbum relativum ad præteritum, utpotè reſpiciens effectum declarationis, quam verbum *de cætero* merè indicativum finis contemplati à Papa, removendi videlicet omnem ambiguitatem, *Rota coram Dunozett. Jun. dec.* 830. *n.*17. *&* 18. *tom.*2. prætereà verbum *de cætero* eſt appoſitum hæſitationi, non autem novæ diſpoſitioni, ibi: *nè de cætero in dubium revocari contingat*.

Aliquantulùm verò ſtringeret excitatum objectum, ſi verbum *de cætero* appoſitum eſſet ſubſtantiæ diſpoſitionis principalis, & reſpiceret effectum principalem ipſius declarationis, ſi nempè dictum fuiſſet in ſæpè laudata *Bulla Clementina in* §. 8. *de cætero teneri ad ſolutionem quindenniorum ratione perpetuarum* Penſionum, *declaramus*, per textus apertos in *cap. Aqua de conſecrat. Eccleſ. vel Altar.* ibi: *hoc fieri de cætero prohibemus*, *cap. fin. de ſponſa duorum* ibi: *In matrimoniis de cætero contrahendis illud te volumus obſervare*, *cap.*1. *de poſtulat. Prælat. in 6.* ibi: *ad faciendas electiones, vel poſtulationes de cætero procedatur*, *Clement.* 1. *de uſur.* ibi: *ſtatuimus, ut quicumque Statuta hujuſmodi de cætero facere præſumpſerint, ſententiam excommunicationis incurrant*, *Felin. in cap. quoniam num.*4.
13 *de Conſtitution.* tunc enim eſſet inductiva novi Juris.

14 Minoris relevantiæ eſt, quòd, ſi jam perpetuæ Penſiones virtualiter compræhenſæ eſſent in præcedentibus Bullis quindenniorum, non opus eſſet *Conſtitutione Clementina* pro earum compræhenſione, ſed ſatis fuiſſet ad abundantiorem cauthelam confirmatio earundem Conſtitutionum, veluti in puncto quindenniorum firmat *Rota coram Card. Seraphin. dec.*1410. *num.*29. *in med. verſic. ſi enim*, *tom.*2. *repetit. poſt Tract. int. Deciſion. Sacr. Rot. Rom. in ordine la V.* ibi: *ſi enim hoc jus ipſis competebat anteà, fruſtratorium erat hoc impetrare, ſed ſufficiebat illud ad cauthelam confirmare &c.* quia benè potuit ad tollendum omne dubium (ut aſſerit idem *Clemens X. in* §. 7. *in med. verſic. & inſuper, nè de cætero in dubium revocari contingat &c. & in* §. 8. *in principio, verſic ad quodlibet dubium è medio tollendum*) declarari, perpetuas Penſiones quoque obnoxias eſſe quindenniis, licet illæ virtualiter compræhendi intelligerentur in præcedentibus Conſtitutionibus; nec erat ſuperflua hujuſmodi declaratio, ſed potiùs neceſſaria, ſaltem ad cauthelam pro dirimendis litibus, & dubiis reſecandis, prout, licet in præcedentibus Conſtitutionibus virtualiter cenſerentur etiam compræhenſæ diſtributiones quotidianæ ad effectum ſolvendi quindennia, ſi applicatæ fuerint manui mortuæ, attamen ad tollendum omne
dubium, pariter *S. Pius V. in ſua Conſtitutio-* 15
ne 38. §. 2. 3. *&* 4. *Bullar. nov. Rom. tom.*2. declaravit, Beneficia quoque conſiſtentia in diſtributionibus quotidianis compræhendi ſub Bullis quindenniorum, ibi „ Et inſuper, quo-
„ niam &c. hæſitatur, an Monaſteria &c. cæ-
„ teràque Beneficia &c. quorum fructus &c. in
„ diſtributiones quotidianas convertuntur,
„ ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſſo-
„ rum hujuſmodi compræhendantur. Nos &c.
„ Motu ſimili &c. omnia, & ſingula Monaſte-
„ ria &c. & alia quæcumque Beneficia Eccle-
„ ſiaſtica &c. etiam pro quotidianis diſtribu-
„ tionibus &c. Apoſtolica auctoritate unita
„ &c. ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſ-
„ ſorum hujuſmodi compræhendi, & includi.
„ Et propterea omnia, & ſingula &c. Pia Lo-
„ ca &c. in quorum favorem Uniones &c. fa-
„ ctæ reperiuntur &c. ad ſolutionem Commu-
„ nium, Annatarum, & aliorum Jurium præ-
„ dictorum eidem Cameræ &c. ratione Unio-
„ num &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam
„ teneri &c. „ idèmque etiam declaravit *Clemens X. in ſua Conſtitutione* 50. §. 7. *in fin. tom.* 6. ibi „ & inſuper, nè de cætero in dubium
„ revocari contingat, utcumque per quæcum-
„ que Loca Pia &c. Quindennia, & alia Jura,
„ ratione Penſionum perpetuarum &c. ſuper
„ &c. Canonicatuum, & Præbendarum diſtri-
„ butionibus quotidianis reſervatarum &c. Ca-
„ meræ Apoſtolicæ, & Collegio, & Officiali-
„ bus prædictis perſolvere debeant, & tenean-
„ tur, Motu pari &c. „ *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la VI. & XI.*

Eodem fermè pacto, quantumvis in antecedentibus Conſtitutionibus viderentur ob idem Annatiſtarum detrimentum quoque incluſa Beneficia per Ordinarios Locorum unita, nihilo-
minùs, ad tollendum omnem ambiguitatem, 16
Sixtus V. declaravit, etiam illa compræhendi, ut in ſua *Conſtitutione* 33. §. 2. *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. ibi „ licètque in Conſtitutionibus &c.
„ Prædeceſſorum præfatorum compræhendi vi-
„ deatur, tamen, ut cuivis dubitandi occaſio
„ præcidatur &c. ſtatuimus, decernimus, &
„ declaramus, quòd Uniones &c. de quibuſ-
„ cumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. per &c.
„ quemcumque &c. Loci Ordinarium &c. fa-
„ ctæ, & faciendæ &c. ſub dictorum Prædeceſ-
„ ſorum Conſtitutionibus &c. omninò com-
„ præhendantur &c. Et propterea omnia, &
„ ſingula Pia Loca &c. in quorum favorem
„ Uniones &c. factæ reperientur &c. ad ſolu-
„ tionem Quindenniorum præfatorum eidem
„ Cameræ, ac Collegio, & Officialibus, ra-
„ tione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c.
„ faciendam teneri &c. „ idemque etiam declaravit *Urbanus VIII. in ſua Conſtitutione* 18. *in principio*, *&* §. 2. *tom.* 5. ibi „ attendens,
„ quòd tantundem detrimenti, Cameræ, Col-
„ le-

,, legio, & Officialibus prædictis ex Unioni-
,, bus, quæ ab Ordinariis Locorum, & aliis
,, fiunt, provenit, ac propterea æquum eſſe
,, cenſuit, ut quòd in Unionibus per Sedem
,, Apoſtolicam locum obtinet, illud idem, &
,, fortiùs in Unionibus per ipſos Ordinarios fa-
,, ctis, & faciendis obſervaretur, & licet in
,, Conſtitutionibus, & literis Prædeceſſorum
,, ſuorum compræhendi viderentur &c. ſtatuit
,, &c. quòd Uniones &c. de quibuſcumque Be-
,, neficiis Eccleſiaſticis &c. per quemcumque
,, Loci Ordinarium &c. factæ, & &c. facien-
,, dæ &c. ſub dictorum Prædeceſſorum Conſti-
,, tutionibus &c. omninò comprænhendi &c. vo-
,, luit, & ad ſolutionem Quindenniorum tene-
,, ri &c. declaravit &c. Mandantes propterea
,, &c. ut &c. omnia, & ſingula &c. Loca Pia &c.
,, ad indicandum &c. quæcumque Beneficia Ec-
,, cleſiaſtica &c. quavis auctoritate Apoſtoli-
,, ca, ſeu Ordinaria &c. unita &c. moneant,
,, & requirant &c. ,, *& Clemens X. in ſua Con-*
ſtitutione 50. §. 4. *&* 5. *tom. 6. repetit. poſt Tract.*
int. Conſt. Apoſt. in ordine la VII. VIII. *&* XI.
exemplo nullitatum, quæ etiamſi inductæ ſint
ipſo Jure, attamen lex utitur ſæpè verbo *irrita-*
mus, quod idem eſt, ac *declaramus irritum*,
17 idémque repetit *Urbanus VIII. in ſua Conſtitu-*
tione 18. *in principio*, *Bullar. nov. Rom. tom.* 5.
ibi: *licet in Conſtitutionibus &c. comprænhendi vi-*
derentur, tamen, ut cuivis diſputandi occaſio
18 *præcideretur &c.* & denique idem concludit *Cle-*
mens X. in ſua Conſtitutione 50. §. 4. *in principio*,
tom. 6.

Quibus poſitis, occurrit Difficultas, quid
dicendum ſi antè *Clementinam Conſtitutionem* vi-
guerit communis obſervantia in contrarium in
toto Orbe Catholico, vel ſaltem in majori il-
lius parte, non ſolvendi quindennia à die reſer-
vationis perpetuarum Penſionum uſque ad diem
prædictæ *Clementinæ*, ſed tantummodò à die
ejuſdem *Clementinæ* uſque in futurum; & aſſero,
adhùc eſſe locum ſolutioni quindenniorum in
præteritum etiam uſque ad diem præfatæ *Cle-*
mentinæ, in nihilum ſuffragante communi con-
traria obſervantia, etenim cenſetur illi deroga-
19 tum, dum *Clemens X. in ſæpè laudato* §. 9. *antè*
fin. & §. 11. *poſt med.* literaliter comprehendere
voluit quindennia præterita ibi: *ad indicandum*
&c. Penſiones reſervatas hujuſmodi, & ſolven-
20 *dum quindennia decurſa &c.* quo caſu non eſt
ampliùs quærendum de mente legislatoris, ad
textum in cap. quoniam 13. *in fin. de Conſtitution.*
ibi: *niſi nominatim in eis de præteritis caveatur*,
quidquid dicendum eſſet, ſi ageretur de con-
ſuetudine locali unius loci particularis, puta
21 Seminarii, aut Collegii, quæ non cenſetur nota
Principi, per *textum in cap. 1. de Conſtitution. in 6.*
ubi Papa profitetur, ſe non habere intentionem
derogandi conſuetudini particulari, cujus no-
titiam non haberet.

In nihilum faciente, quòd, ſi admittimus,
Clementinam Conſtitutionem quoque intelligen-
dam eſſe de quindenniis præteritis, & decurſis
à die reſervationis Penſionis uſque ad diem
ejuſdem *Brevis Clementini* (prout in *præſenti*
Capitulo comprobare intendimus) ſequitur,
quòd, cùm præfata *Clementina*, uti obligans
etiam ad ſolutionem quindenniorum in præte-
ritum, ſit in hoc contrà Jus, ideòque ſtrictim
interpretanda, non debet intelligi de præteri-
tis, ac diuturnitate temporis comprobatis,
ſicque de quindenniis ex diuturna obſervantia
non deberi prætenſis, uti nunquam ſolutis,
cùm quoad obſervantiam cenſeatur nova lex, 22
novique Juris editoria, *Decius in cap. fin. n.* 35.
& 55. *de Conſtitution.* ibi ,, Et ideò Statutum,
,, quod expreſsè ad præterita ſe refert, cùm ſit
,, contrà Jus commune &c. debet reſtringi, ut
,, non intelligatur de præteritis diuturnitate
,, temporis comprobatis &c. ,, *Abb. ibid. n.* 12.
in fin. ibi ,, ad unum tantùm adverte &c. quia
,, quatenùs dixi, quòd Conſtitutio declarato-
,, ria extendatur ad præterita, dicit D. Anto-
,, nius hoc verum, niſi reperiat, conſuetudi-
,, nem eſſe in contrarium &c. ,, *Imola ibid. num.*
12. *verſic. Secundò limitat*, *Felin. ibid. num.* 6.
ibi ,, Secundum limita hanc fallentiam, niſi
,, Conſtitutio antiqui Juris declaratoria reperi-
,, ret communem obſervantiam in contrarium,
,, quia tunc quoad illam, & in his, quæ jam
,, profecta ſunt, videtur novi Juris editoria,
,, & ideò non trahitur ad præterita &c. ,, *Butr.*
ibid. n. 15. ibi ,, quando Conſtitutio antiqui
,, Juris declaratoria habuit oppoſitam commu-
,, nem obſervantiam, quia tunc quoad illam
,, videtur novi Juris editoria &c. & non trahi-
,, tur ad præterita &c. ,, *& num.* 17. *verſic. ſe-*
cùs ſi omnia ſint finita, *Rota coram Martin.*
Andrea dec. 23. *num.* 3. *verſic. cùm iſta*, ibi ,,
,, cùm iſta nova opinio declaratoria Juris anti-
,, qui, futuris, & pendentibus ſolummodò
,, cauſis inſerviat &c. ,, *& dec.* 48. *num.* 8. ibi ,,
,, Nihilominùs fuit per omnes dictum, poſſe
,, procedere quoad Quindennia ſoluta, duran-
,, te illa opinione, & ſic quoad præterita, non
,, autem quoad futura &c. ,, *& dec.* 70. *num.* 3.
ibi ,, Cùm dato etiam, quòd iſta poſſit dici
,, nova opinio, ſeu declaratio, quamvis non
,, eſſet trahenda ad caſus præteritos, & conſu-
,, matos &c. Attamen benè traheretur ad caſus
,, pendentes, & exequutioni traditos &c. ,,
repetit. poſt Tract. int. Deciſion. Sacr. Rot. Rom.
in ordine la VIII. IX. *&* X. quia hoc modo per
indirectum Conſtitutio remaneret eluſoria, ac
fruſtratoria, ſi per relationem ad quindennia
præterita, non cenſeretur voluiſſe quoque, de-
rogare contrariæ obſervantiæ ſuper non ſolu-
tione quindenniorum in præteritum.

ARGUMENTUM.

Quindennia ex Beneficiis annuum valo-
rem viginti quatuor Ducatorum auri de
Camera excedentibus, Seminario, ſeu
Collegio unitis, ſivè ex perpetuis Pen-
ſionibus dictam ſummam excedentibus,
ad favorem Seminarii, ſeu Collegii re-
ſervatis, antequàm illùc introducti fue-
rint Alumni, incipiunt currere à die
effectuatæ Unionis, quantumvis Alum-
ni poſteà in Seminarium introducti fue-
rint.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Solent quandòque Pontifices unire Beneficia, ſeu reſervare Penſiones Seminario, ſeu Collegio nondùm erecto.*

2 *Solus Papa, non autem Ordinarius Loci id facere poteſt, ſtante* Sacro Concilio Tridentino ſeſſione 23. de Reformatione cap. 18.

3 *Ex Unione Beneficii, ſeu reſervatione Penſionis facta Seminario, ſeu Collegio, antequàm illùc introducti fuerint Alumni, quindennia currere incipiunt à die effectuatæ Unionis, quantumvis Alumni poſteà in Seminarium introducti fuerint.*

4 *Pueri conſtituunt formale Seminarium.*

5 *Præparatio, ſeu deſtinatio Collegii, aut Seminarii æquipollere videtur Collegio, aut Seminario jam formaliter erecto.*

6 *De proximo accingendus habetur pro accincto.*

7 *Collegium, ſivè Seminarium ſtatim ac formatum eſt, quærit, undè vivat.*

8 *Eſt corpus, quod naſcitur cum dentibus.*

9 *Præparatio non convenit rei gerendæ in damnoſis.*

10 *Intentio unientis eſt ſubvenire Collegio formali.*

11 *Verè erectum dicitur Collegium, ſeu Seminarium formale, etiamſi pueri introducantur in domo conductitia per modum proviſionis.*

12 *Non entium nullæ ſunt qualitates.*

13 *Papa, ad differentiam Ordinarii, unire poteſt Beneficia etiam Seminario, ſeu Collegio nondùm erecto.*

14 *Recenſetur abſurdum oriturum, ſi antè introductionem puerorum deberentur quindennia.*

15 *Collegium, ſeu Seminarium de proximo erigendum, fingitur de Jure jam erectum, & conſtructum.*

16 *Partus futurus habetur pro nato.*

17 *Lex Julia de fundo dotali habet locum etiam ad favorem fœminæ de proximo nubendæ.*

18 *In favorabilibus tantùm Collegium, aut Seminarium de proximo erigendum, habetur pro erecto.*

19 *In favorabilibus, homo exiſtens in utero, habetur pro nato.*

20 *Favore dotis mulier nubenda, habetur pro nupta.*

21 *Ex* Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 23. de Reformat. cap. 18. *injungitur Ordinariis, ut contribuere faciant Beneficiatos, & Beneficia ſimplicia uniant Collegiis.*

22 *Intellectus* Sacri Concilii dicto loco, *adducitur.*

23 *Alius intellectus ejuſdem* Sacri Concilii dicto loco.

24 *Muri non faciunt Seminarium, aut Collegium.*

25 *Non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum.*

26 *Alius intellectus ejuſdem* Sacri Concilii dicto loco.

27 *Beneficia unita, non ampliùs vacant.*

CAPITULUM CXLVI.

1 Solent aliquando Summi Pontifices, erudiendæ (prout par eſt) juventuti apprimè intenti, occaſione præſentaneæ vacationis Beneficii, ſeu Penſionis, illud unire, illámque reſpectivè reſervare ad favorem Seminarii, ſeu Collegii nondùm erecti, neque adhùc habentis
2 Alumnos, ſeu Scholares, quod ſanè Papa, qui non ligatur Decreto *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.* 23. *de Reformat. cap.* 18. non autem Ordinarius Loci, Papa inferior, facere poteſt, *Pyrrh. Corrad. in prax. beneficiar. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 2. *Antonell. de regim. Eccleſ. Epiſcop. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 9. *verſiculo hoc autem, Tondut. reſol. Canonic. & benefic. par.* 3. *cap.* 144. *num.* 4. *Frances de Eccleſ. Cathedral. cap.* 28. *nu* 447. & eadem occaſione ſolet etiam in controverſiam revocari, an quindennia ſtatim incipiant currere etiam antè introductionem Alumnorum, an verò ſolummodò poſt eorum introductionem, proindéque reſolvimus in præſenti, quòd quindennia 3
ex Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, Seminario, ſeu Collegio unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus dictam ſummam excedentibus, ad favorem Seminarii, ſeu Collegii reſervatis, antequàm illùc introducti fuerint Alumni, incipiunt currere à die effectuatæ Unionis, quantumvis Alumni poſteà in Seminarium introducti fuerint, cùm Adminiſtratores Bonorum Beneficii uniti, aut Penſionis reſervatæ, cenſeantur gravati impendere in fabricam fructus Beneficii uniti, aut Penſionis reſervatæ ſuperextantes ſolutioni quindennii.

In nihilum relevante, quòd Seminarium, ſeu Collegium, quantumvis materialiter conſtructum reperiatur, non tamen conſtat ex parietibus, & domicilio ad inhabitandum, ſed benè ex cœtu puerorum inſimul literas addiſcentium, 4
qui conſtituunt formale Seminarium, ſeu Collegium, *Turricell. de Union. Benefic. cap.* 9. *n.* 27. *Barboſa de Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 77. *num.* 23. *& ad Sacr. Concil Tridentin. ſeſſ.* 23. *de Reformat. cap.* 18. *num.* 11. *Ricc. in prax. par.* 1. *reſol.* 380. *n.* 1. *Lotther de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 29. *n.* 47. *cum ſeqq Pyrrh. Corrad. in prax. beneficiar. lib.* 4. *cap* 8. *num* 32. *cum ſeqq. Antonell. de regim. Eccleſ. Epiſcopal. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 9. *Pignatell. conſult. Canonic. tom.* 1. *conſult.* 179. *num.* 18. *& tom.* 8. *conſult.* 36. *num.* 2. *Frances de Eccleſ. Cathedral. cap.* 28. *num.* 428. *&* 433. *Card. de Luca in annotat. ad Sacr. Concil. Tridentin. diſcurſ.* 25. *num.* 17.

Quòd præparatio, ſeu deſtinatio Collegii, 5
aut Seminarii æquipollere videatur Collegio, aut Seminario jam formaliter erecto, *l. quid ergò* 3. *§. quid ergò* 6. *ff. de contrar. judic. tutel.* 6
prout de proximo accingendus, habetur pro jam accincto, *l. filiusfamilias* 43. *ff. de militar. teſtam. ego in altero Tract. de Quindenn. cap.* 50. *num* 718. *cum ſeqq.* cum Collegium, ſivè Seminarium ſtatim, ac formatum eſt, quærit, undè 7
vivat ex fructibus perceptis Beneficii uniti, vel Penſionis reſervatæ, qui inſervituri ſunt pro ſuſtentatione Collegii, ſeu Seminarii, quod fructus percipiendos expectare nequit; eſt enim 8
corpus, quod naſcitur cum dentibus, ſtatimque quærit cibum, quem devoret: ſicque videretur, ſolvenda eſſe quindennia à die Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſionis, non expectata formali erectione Collegii, ſeu Seminarii, mediante introductione Rectoris, Magiſtrorum, & Scholarium.

Minùs refragatur, quòd præparatio non con- 9
venit rei gerendæ in materia, ut iſta, Collegio, ſeu Seminario damnoſa, qualis eſt ſolutio quindenniorum; quidquid ſit, ſi verſaremur in materia eidem Collegio, ſeu Seminario proficua: quia, cùm interim fructus Beneficii uniti, aut Penſionis reſervatæ impendantur in fabricam materialem Collegii, ſeu Seminarii, ſicque in beneficium futurorum Collegialium, ſeu Seminariſtarum, interim etiam currere debent quinden-

dennia, nè aliàs futurum Collegium, ſeu Seminarium uſque ad ſui formalem erectionem, quæ poſt longum tempus perfici valet, interim contrà omnem juſtitiam locupletetur cum jactura aliena, Annatiſtarum nempè, quindennia hac via, & prætextu exigere non valentium.

10 Longè minùs obſtat, quòd intentio Papæ unientis Beneficium, aut reſervantis Penſionem, non ſit ſubvenire Collegio, ſeu Seminario materiali, ſed formali tantùm, ſicque ipſis Collegialibus, ſeu Seminariſtis; adeò, ut mellus eſſet, pendente fabrica, interim introduci pueros
11 in domo conductitia per modum proviſionis, cùm etiam tunc diceretur verè erectum Collegium, ſeu Seminarium formale, *Antonell. de regim. Eccleſ. Epiſcop. lib.3. cap. 8. num.9. in fin. Card. de Luca in annotat. ad Sacr. Concil. Tridentin. diſcur. 25. num. 17. Pignatell. conſultat. Canonic. tom.8. conſult.36. num.8. Frances de Eccleſ. Cathedral. cap.28. num.49. cum ſeqq. & nu.430. Monacell. in formular. legal. practic. Eccleſ. tit. 12. in adnotation. num.2. par.1.* quia fabrica poteſt diù durare, & interim Annatiſtæ, hoc ſubterfugio, defraudantur in exactione quindenniorum, quæ ſub ſpecioſo prætextu, & excuſatione non introductionis puerorum differtur, percipiente hoc medio tempore Adminiſtratore fructus Beneficii uniti, ſeu Penſionis reſervatæ nomine futurorum puerorum.

Ejuſdem irrelevantiæ eſt, quòd aliàs ridiculum eſſet obligare ad quindennia Collegiales, ſeu Seminariſtas, qui nondùm in rerum natura
12 ſunt, quorum non entium nullæ ſunt qualitates, *cap. ad audientiam 5. il 2. de Eccleſ. ædific. l. quidam referunt 14. §. 1. ff. de jure Codicill. l. ejus, qui in Provincia 41. ff. ſi cert. petat. l. decem 116. ff. de verb. oblig. l. eſt enim 2. ff. de uſufructu, l. 1. ff. de uſufructu legato*; quia, ſi Pa-
13 pa, ad differentiam Ordinarii Papa inferioris, unire poteſt Beneficia, longèque magis reſervare Penſiones ad favorem etiam Collegii, ſeu Seminarii nondùm erecti, *Antonell. de regim. Eccleſ. Epiſcopal. lib.3. cap.8. num.9. verſiculo hoc autem*, per neceſſarium conſequens quindennia debebuntur à die Unionis Beneficii, ſeu reſpectivè reſervationis Penſionis, non autem à die introductionis puerorum; quidquid forſitan dicendum eſſet in Unione Beneficii, ſeu reſervatione Penſionis ab Ordinario facta ad favorem Collegii, ſivè Seminarii erigendi, quo caſu procul dubio non deberentur quindennia à die Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſionis ob illius nullitatem; quæ tamen nullitas non adeſt, nec ullo modo conſiderari poteſt in Unione Apoſtolica: undè ob diverſitatem rationis Unio Pontificia ab initio valida, è contrà ad differentiam Unionis Ordinariæ illicò operari debet ſuum effectum cauſativum quindenniorum etiam antè formalem Collegii, ſeu Seminarii erectionem, & puerorum introductionem; quia non benè compatitur, Unionem Apoſtolicam eſſe validam, & tamen ob aliquam cauſam non illicò deberi quindennia: nec major videtur dari poſſe cauſa, illa debendi, quàm ſpes futuræ introductionis puerorum, in quorum gratiam Unio facta fuit; præſertim, cùm fructus Beneficii uniti, vel Penſionis reſervatæ, deſtinentur futuris Alumnis, æquum eſt, quòd eorum nomine, Adminiſtrator incipiat ſolvere quindennia, non expectata Adoleſcentum introductione, quaſi quòd Collegiales, ſeu Seminariſtæ teneantur ſubire hoc onus, & incommodum quindenniorum, qui ſentire poſteà debent commodum fructuum Beneficii ſibi uniti, aut Penſionis ſibi reſervatæ, quod profectò non ſentirent, ſi eorum Collegio, ſeu Seminario Beneficium per prius unitum, ſeu Penſio per prius reſervata non eſſet.

Haud minoris inſubſiſtentiæ eſt, quòd immò Alumni ſolummodò tenerentur ad quindennia, quando incipiunt uti fructibus Beneficii uniti, aut Penſionis reſervatæ, non autem quando fructus per accidens colliguntur ab Adminiſtratore, quibus tunc uti non poterant, uti nondùm in Collegio, ſeu Seminario præexiſtentes: undè major iniquitas videretur inſurgere, quòd deberentur quindennia ſub ſolo prætextu perceptionis fructuum abſque eo, quòd Collegiales, ſeu Seminariſtæ de tempore ſolutionis quindennii uterentur fructibus perceptis, quantumvis in ſpe illis uſuri poſteà ſint: immò oriretur ab- 14
ſurdum, & (quod pejus eſt) litigium, quòd nempè antè formalem erectionem ſolveretur quindennium, & fortaſsè medio tempore aliqua ex cauſa Collegium, ſeu Seminarium diſſolveretur, hincque daretur anſa controverſiæ, an Annatiſtæ tenerentur reſtituere exactum quindennium, & cui reſtituere; ad quæ inconvenientia evitanda, convenientius, juſtius, ac honeſtius eſſe videretur, non ſolvi quindennium antè tempus, quàm ſolutum repetere: quando tamen potiùs quindennium non eſſet reſtituendum ab Annatiſtis, veluti in ſimili ad aliud propoſitum obſervat *bon. mem. R. P. D. Piton. diſcept. Eccl. par.1. diſcept. 18. num. 5. 6. 7. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 17. 22. 23. 24. 27. 29. & 30.* ibi „ ſubſtituendum videtur, pecunias ſolutas pro media annata, ſeu Communi non „ eſſe reſtituendas &c. licet &c. nullos perceperit fructus Eccleſiæ ob non factum locum futuræ ſucceſſioni &c. licet hujuſmodi tributum non exigatur intuitu collationis, & proviſionis Beneficiorum, & Eccleſiarum, ex quò eſſet ſimonia, ſed ratione fructuum Sedi Apoſtolicæ reſervatorum ex titulo præambulo reſervationis, quaſi hoc tributum ſit æs alienum, & onus reale deducendum ex fructibus Beneficii &c. dico, Commune Servitium non eſſe reſtituendum ob prædeceſſum Coadjutoris, eò quia illud non fuit ſolutum, nec debitum ratione perceptionis fructuum &c. ſed fuit debitum, & ſolutum principaliter, & finaliter tamquàm onus à Papa &c. injunctum &c. Agitur de condictione, ſeu repetitione ſoluti, in qua præſumptio eſt pro Cancellaria, ſeu Dataria, quòd licitè receperit, quod ſolutum eſt, niſi condicens, probet notoriè, & manifeſtè pecunias fuiſſe datas reſtrictivè, taxativè, & finaliter ex aliqua cauſa, quæ ſequuta non fuerit; ità, ut etiam probet negativam coarctatam, quòd ex alia cauſa poſſibili dari non potuerint, nec ex alia ratione imaginabili ſolutio debita cenſeri valeat &c. cùm enim ſolutio purè facta fuerit in ipſo actu expeditionis literarum, nulla expreſſa cauſa de futuro, utique cenſetur facta pro ipſa cauſa de præſenti &c. Cùmque non habeamus aliquem Textum, ſeu Conſti-

,, tutionem ſpecialem, quæ dicat, Annatas, &
,, Communia Servitia &c. deberi conditionatè,
,, quatenùs percipiantur fructus Beneficiorum
,, &c. & ſolùm ſit quæſtio inter Doctores, an
,, ſolvatur Annata ratione fructuum, vel ratio-
,, ne Collationis, ſeu Proviſionis, & iſti, ad
,, evitandam labem Simoniæ, dicant, deberi
,, ratione fructuum, & non proviſionis &c.uti-
,, que in caſu, quo ceſſat labes iſta Simoniæ,
,, & poteſt Annata referri ad ipſam proviſio-
,, nem, non debet neceſſariò referri ad cauſam
,, fructuum, niſi tamquàm accidentalem, &
,, demonſtrativam, quæ, ſi non ſequatur, non
,, facit ceſſare debitum, nec repetitioni locum
,, præbet &c. & proindè, ſi caſu merè fortuito
,, &c. Eccleſia haberi non poſſit, nec fructus
,, percipi, exindè non condicitur tributum,
,, quod fuit ab initio purè debitum Principi
,, pro obtinenda gratia &c. Quòd autem Com-
,, mune Servitium ſolvatur non habita ratione
,, principaliter, & taxativè ad perceptionem
,, fructuum, ſed benè tamquàm onus à Sum-
,, mis Pontificibus imponi ſolitum &c. videtur
,, evidentiſſimum &c. quia dictum Commune
,, ſolvitur in ipſo actu expeditionis literarum,
,, tanquàm tunc purè, & ſimpliciter debitum,
,, quæ quidem ſolutio arguit clarè, non deberi
,, Commune propter fructus futuros ab Eccle-
,, ſia percipiendos, ſeu conditionaliter, quate-
,, nùs illi percipiantur, quia, ſi illud ex tali
,, cauſa fructuum, & non ex alia debitum fo-
,, ret, certè non ſolveretur purè, & anticipatè
,, in actu expeditionis literarum &c. Proindè
,, cùm nemo præſumatur petere, & ſolvere in-
,, debitum, eo ipſo, quòd tàm Dataria, ſeu
,, Cancellaria, quàm proviſi &c. ſemper incon-
,, cuſsè petierunt, & reſpectivè ſolverunt Com-
,, munia Servitia, ſeu medias Annatas in expe-
,, ditione literarum &c. nunquam practicata
,, fuerit obligatio de ſolvendo in eventum &c.
,, ſed purè, & ſimpliciter ſemper practicata
,, fuerit actualis ſolutio, exindè certius argu-
,, mentum dari non poteſt ad demonſtrandum,
,, quòd Annata non ſolvatur conditionaliter
,, propter fructus futuros ab Eccleſia percipien-
,, dos, ſed benè pro ipſa gratia &c. nam aliàs
,, Cancellaria non practicaret ſolutionem, ſeu
,, receptionem Communis in actu expeditionis
,, literarum, dum illa tali caſu eſſet omninò
,, indebita, dum exactio Annatæ non fit ratio-
,, ne alicujus obligationis perſonalis ortæ in
,, ipſius collationis articulo, ſed ratione debiti
,, realis fructibus infixi &c. dum ergò actualis
,, exactio fit in ipſa expeditione literarum, ſi-
,, gnum evidens eſt, ſolutionem non deberi ex
,, cauſa finali fructuum percipiendorùm, ſed
,, tamquàm onus impoſitum à Summo Pontifi-
,, ce &c. quia &c. ſi pro Coadjutoria ſolvatur
,, componenda, & contingat, Coadjutorem
,, ptædecedere Coadjuto, non reſtituitur Com-
,, ponenda &c. quod ſanè evidenter demon-
,, ſtrat, in ſolutionibus, quæ fiunt pro Coadju-
,, toriis, non haberi reſpectum ad &c. utilita-
,, tem ex fructibus, quos percipiat Proviſus,
,, ſed id tantùm conſiderari, quod reſpicit
,, conceſſionem gratiæ &c. aliud non attendi-
,, tur, quàm ſola conceſſio, & pro ea dum-
,, taxat fiunt ſolutiones in ſubſidium Principis
,, indictæ, quòdque gratia dicitur conſumpta
,, per ſolam expeditionem literarum, in cujus
,, actu ſolutio eſt debita &c. non operatur, ut,
,, quod antea fuit debitum, evadat indebitum
,, ex poſt facto caſuali &c. ſicut videmus,
,, quòd, ſiquis obtineat diſpenſari pro con-
,, trahendo matrimonio in gradu prohibito, &
,, pro diſpenſatione aliquid ſolvat, non exindè
,, quòd matrimonium ſequutum non ſit &c.re-
,, ſtituitur ſolutum, & paſſim id ſuccedit in
,, aliis gratiis, quæ exequutioni demandari
,, non potuerunt ob fortuitos caſus, cùm Papa
,, ſe non obliget ad caſus fortuitos in conceſſio-
,, ne gratiarum, ſeu (ut ità dicam) de evictio-
,, ne. Ex quibus cùm pateat, ſolutionem Com-
,, munis poſſe referri ad aliam cauſam, quàm
,, perceptionis fructuum Eccleſiæ, non debet
,, ea retractari, ſi fructus non fuerint percepti
,, &c. quia, cùm agatur, non quidem de exi-
,, gendo debitum Communis in vim præexi-
,, ſtentis obligationis de ſolvendo, ſed de repe-
,, tendo jam ſolutum, & ſic de reddendo con-
,, ditionalem, & cauſalem ſolutionem, quæ
,, conditionata non fuit, ſed purè facta ab ini-
,, tio &c. non eſt referenda Annata, eadèmque
,, reſtringenda ad merum onus, & intuitum
,, fructuum percipiendorum, niſi occaſionali-
,, ter, & demonſtrativè, non autem finaliter,
,, & taxativè &c. undè, licet Annata, ſeu
,, Commune in Coadjutoriis debeatur, & ſol-
,, vatur occaſione fructuum &c. tamen ſolvi-
,, tur, & debetur principaliter tamquàm onus
,, ipſius conceſſionis &c. ideòque, quantumvis
,, ceſſet factum, hoc eſt illa occaſio, propter
,, quam Annata impoſita eſt, ſcilicet perceptio
,, actualis fructuum, non exindè tamen ceſſat
,, ipſum jus, hoc eſt cauſa debendi ratione
,, conceſſionis &c. habitæ, & conſumptæ per
,, ſolam expeditionem literarum &c.

Quia, cùm Collegium, ſeu Seminarium de 15
proximo erigendum, fingatur de Jure jam ere-
ctum, & conſtructum, *Amoſtaz. de cauſ. piis*
lib. 4. cap. 12. n. 43. ego in altero Tract. de Quin-
denn. cap. 50. num. 718. cum ſeqq. ad inſtar par- 16
tus futuri, qui habetur pro nato, per *textum in*
l. qui in utero eſt 7 l. qui in utero ſunt 26 ff. de
ſtat. homin. l prægnantis 3. ff. de pœn. & ad inſtar
fœminæ de proximo nubendæ, in cujus fundo 17
dotali habet locum lex Julia de fundo dotali,
l. lex Julia 4. ff. de fund. dotal. quantumvis dos
ſine matrimonio eſſe non poſſit, *l. dotis 3. ff. de*
jur. dot. ſequitur, deberi quindennia à die
Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſionis,
quod idem eſt, ac à die fictæ erectionis, non
expectata vera, ac formali erectione, quaſi
quòd fictum Collegium, ſeu Seminarium,
quod in Jure pro erecto habetur, incipiat tene-
ri ad quindennium.

Corruit quoque objectum, quòd immò quin- 18
dennia non debentur à perſonis fictis, & in fa-
vorabilibus tantùm Collegium, aut Semina-
rium de proximo erigendum, habetur pro ere-
cto; prout etiam homo exiſtens in utero, habe- 19
tur pro nato, & mulier nubenda, habetur pro 20
nupta favore dotis, ut gaudeat beneficio legis
Juliæ de fundo dotali; in materia verò quin-
denniorum præjudiciale eſt Collegio, ſeu Semi-
nario de proximo erigendo, haberi pro jam
erecto, ut patet ad ſenſum, ob quindennium
interim ſolvendum etiam, antequàm introdu-
can-

cantur Collegiales, ſeu Seminariſtæ; quia, ſi ex
21 *Sacro Concilio Tridentino ſeſſ.23.de Reformat.cap.* 18. *antè med.* injungitur Ordinariis Locorum, ut contribuere faciant in certa taxa Beneficiatos, & nonnulla Beneficia ſimplicia uniant Collegiis, ſeu Seminariis in eorum fabricam, clarè apparet, quindennia eſſe ſolvenda etiam antè introductionem Collegialium, ſeu Seminariſtarum, cùm ſupponat Concilium tàm contributiones Beneficiorum, quàm fructus Beneficiorum unitorum inſervire debere fabricæ materiali.

22 Nec eſt verum, quòd, ſi benè perpendatur totus contextus ſanctionis Conciliaris, contrarium videtur depræhendi, ex eo quòd, quantumvis *Sacroſancta Tridentina Synodus* ſupponat, redditus hujuſmodi inſervire poſſe fabricæ, attamen quoque ſupponit poſt introductos Scholares, dum ibidem poſt habitum ſermonem de fabrica materiali, eoſdem fructus aſſerit inſervire quoque debere mercedi Præceptorum, ac Miniſtrorum; undè clariùs videtur ſupponere, jam adeſſe Sholares, aliàs ad quid habere Magiſtros, & Miniſtros ſtipendiatos abſque Scholaribus; eſſent enim ſumptus ſuperflui, quos *Sacrum Concilium* voluiſſe alienum eſt, immò abhorret, cùm iſti manducarent, & non laborarent; clariùs inſuper hunc eſſe germanum ſenſum, ac intellectum, ſuadet, ex eo, quòd poſt habitum ſermonem de Magiſtris, & Miniſtris, idem *Concilium* ſupponit, memoratos proventus erogandos eſſe ad alendam juventutem, nec implicare, videtur, quòd in principio eoſdem redditus deſtinet etiam in fabricam, quaſi quòd ſupponat caſum nondùm ſequutæ introductionis puerorum: benè enim ſtare poteſt, quòd jam introducti ſint pueri, & fabrica nondùm perfecta, ſed poſt eos introductos illa perficiatur, vel quòd ſaltem pendente fabrica introducti ſint in aliqua domo empta, ſeu conducta, quouſque fabrica perficiatur: ità, ut veritas eſſe videatur, mentem Concilii non eſſe, nec talem debere eſſe, quòd fructus Beneficii uniti inſervire poſſint dumtaxat fabricæ materiali, *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè 9. Cancellar. de Menſib.gloſſ.*5. §.7. *num.*77. ſicque etiam antè introductos Scholares debeantur quindennia,
23 præſertim dum *Concilium* mandat, Unionem fieri Collegio, & per verbum Collegii diſſonum eſſe videtur intelligi de Collegio materiali conſtante ſolis parietibus, quod abſque Collegialibus propriè dici nequit Collegium ex jam ſuprà ponderatis, & præexiſtentibus verbis ejuſdem
24 *Concilii* ibi: *ad alendam juventutem*, muri namque non faciunt Seminarium, aut Collegium, ſed Scholares, ut magis ſenſatè ait *Gonzalez loc. mox citat. num.*73. Cathedra non facit Sacerdo-
25 tem, ſed Sacerdos Cathedram, nec locus ſanctificat hominem, ſed homo locum, *can. multi* 12. *diſtinct.*40.

Nec ſentiendum eſſe videtur, quòd *Concilium*
26 gravare vellet Beneficiatos totius Diœceſis ad contribuendum ex eorum Beneficiorum fructibus favore fabricæ materialis, minùſque unire mandaret Beneficia favore ejuſdem in præjudicium Ordinariorum, immò & Sedis Apoſtoli-
27 cæ, qui, & quæ, mediante Unione, ampliùs conferre nequeunt Beneficia ſemel unita, uti non ampliùs vacantia, *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè 9. Cancellar. reſervator. Menſ. gloſſ.* 5. §.7. *num.*7. *Turricell. de Union. Benefic. cap.*4. *nu.*27. *cum ſeqq.* quia ſemper remanet firma ſuprà propoſita principalis concluſio *num.* 3. quòd nimirùm quindennium debeatur ex momento Unionis effectuatæ etiam antè introductos Alumnos in Seminarium, ex viva ratione ſuperiùs *num.*9. adducta, quòd Adminiſtratores Bonorum Beneficii uniti, aut Penſionis reſervatæ intelligantur gravati impendere in fabricam fructus Beneficii uniti ſuperextantes ſolutioni quindennii.

ARGUMENTUM.

Quindennia ſoluta à tertio, nomine manus mortuæ, præſumuntur ſoluta vigore mandati Procuræ ſaltem taciti, ſeu præſumpti ejuſdem manus mortuæ.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum Procuræ præſumitur ob erogatam conſiderabilem pecuniarum quantitatem.*
2 *Quindennia ſoluta à tertio nomine manus mortuæ, præſumuntur ſoluta vigore mandati Procuræ.*
3 *Nemo præſumitur velle ſolvere ex propria crumena.*
4 *Tertius rectè ſolvere poteſt pro alio, conſentiente tamen eo, cui ſolvitur.*
5 *Solvens pro alio debitum neceſſarium, experiri valet actione negociorum geſtorum, etiam non reportata ceſſione.*
6 *Mandatum non præſumitur etiam ex diuturnitate temporis, in materia obligandi alium.*
7 *Quod tamen habet contradictores.*
8 *Mandatum ad delinquendum, nullo temporis curſu præſumitur.*
9 *Mandatum præſumitur in ſolvente pro alio.*
10 *Nemo præſumitur velle jactare ſuum.*
11 *Homines potiùs ſolvunt malè libenter propria debita.*
12 *Tertius ſolvens Penſionem conſiderabilem, præſumitur illam ſolvere de mandato Titularis.*

CAPITULUM CXLVII.

Cum nemo præſumatur adeò fatuus, ut velit ſolvere pro alio, præſertim notabilem ſummmam abſque mandato Procuræ, quod 1
quidem præſumitur ob erogatam conſiderabilem pecuniarum quantitatem, *Conciol. alleg.*54. *num.*17. *Card. de Luca de Judic. diſcurſ.6. nu.*4. *de Benefic. diſcur.* 10. *num.* 12. *verſiculo potiſſimè quia*, *&* *de Regalib. diſcurſ.* 41. *num.* 21. ideò firmatur in præſenti, quòd quindennia ſoluta à 2
tertio, nomine manus mortuæ, præſumuntur ſoluta vigore mandati Procuræ ſaltem taciti, ſeu præſumpti ejuſdem manus mortuæ; ob haſce enim circumſtantias ſolutio præſumitur facta de mandato ſpeciali, *Cancer. var. reſol. tom.*2. *cap.*6. *de ſolution. ſub num.*44. *Barboſa in prax. exig. Penſion. par.* 1. *quæſt.*2. *num.*32. *Beltramin. ad Gregor. dec.* 275. *num.*20. *Rota coram Verall. aliàs Caputaqu. dec.*165. *num.*2. *par.*3. *de Graſſ. dec. 6. num. 6. de probation. dec.*2. *per tot. de cauſ.poſſeſſ. & propriet.in antiq. & poſt Zacch. de Societat. Offic. dec.*27. *num.* 1. & nemo præſu- 3
mitur velle ſolvere ex propria crumena, *l.Plautius* 61. *ff. de Procurator. l. ſi ancillam* 4. *ff. de re*

judicata, *Boer. deciſ. Burdegal.* 273. *num* .5.

4 Quibus in durioribus terminis adſtipulatur, quòd tertius rectè ſolvere poteſt pro alio, conſentiente tamen eo, cui ſolvitur, illum liberando, ac extinguendo illius obligationem, cùm in materia quindenniorum non admittatur alius pro alio ad ſolvendum invito creditore; dum enim quindennium ſolvitur in recognitionem dominii Summi Pontificis, hæc recognitio procedere debet ab ipſo debitore, vel cum ejus mandato, *l. ſolvendo* 39. *ff. de nenegoc. geſt. l. qui decem* 72. § 1. *l. ſolutionem* 23. *ff. de ſolution. l. poſtliminium* 19. *ff. de captiv. & poſtlimin. reverſ. Maur. de ſolution. cap.* 25. *num.* 1. *cum ſeqq. ac per tot. Salgad. labyrinth. creditor. par.* 3. *cap.* 8. *num.* 46.
5 *Panimoll. dec.* 18. *adnotat.* 2. *num.* 32. proindèque fit, quòd ſolvens quindennia pro manu mortua illorum debitrice, uti explens debitum neceſſarium, etiam non reportata ceſſione ab Annatiſtis quindenniorum creditoribus, adhùc experiri valet adversùs manum mortuam utili negociorum geſtorum actione, cùm ſolutio facta à tertio, pariat actionem negociorum geſtorum contrà debitorem liberatum, etiam abſque ejus mandato, §. *igitur* 1. *Inſtitution. de obligat. quæ ex quaſi contract. naſc. l. ex mandato* 20. *in fin ff. mandat l. ſi filius* 14. *in fin l. ſolvendo* 39. *ff. de negoc. geſt. Salgad. labyrinth. creditor. part.* 3. *cap* 8. *num* 47. *Maur. de ſolution. cap.* 90. *per tot. Card. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib.* 11. *tit.* 29. *n.* 10.

6 Nec obſtat, quòd mandatum non præſumatur etiam ex diuturnitate temporis, præſertim in materia obligandi alium, qualis eſt ſolutio facta à Procuratore putativo, *Ripa obſerv.* 70. *num* 1. *Menoch de præſumption lib.* 2 *præſ.* 15. *num.* 3. *& præſ.* 33. *num.* 19. *verſiculo probata itaque*, *Barboſa ad Ordination. Reg. Portugall lib.* 3. *tit.* 20. §. 10. *num* 2. *alter Barboſa in cap* 1. *num.* 2. de *Procurator. Valaſc. alleg. Jur. tom* 1. *alleg.* 21. *num.* 24. *Mendez à Caſtro in prax lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 39. *cum ſeqq. Ricc. dec. Cur. Archiep.*
7 *Neapol.* 149. *num.* 1. *par* 2. quia prælaudati *Doctores* fatentur, firmatam per ipſos opinionem ſuos habere contradictores: præterquamquòd concluſio, quòd non præſumatur mandatum etiam per lapſum temporis, procedere poſſet in materia de ſui natura prava, & peccaminoſa, ſeu contrà bonos mores, ſicque ſi ageretur de mandato ad delinquendum; etenim procul du-
8 bio iſtud ad evitandam pœnam, nullo temporis curſu præſumetur, niſi concludentiſſimè juſtificatum, *Card. de Luca de Regalib diſcur.* 180. *n.* 4.

9 Non omiſſo, quòd mandatum præſumitur in ſolvente pro alio, *Menoch. de præſumption.*
10 *lib.* 2. *præſ.* 33. *num.* 3. cùm nemo præſumatur
11 velle jactare ſuum, *l. cùm de indebito* 25. *ff. de probation.* quando homines potiùs ſolvunt ægrè, vel (ut groſſolano modo loquar) malè libenter propria debita, ut quotidiana experientia docet, *Maur. de ſolution. cap.* 19. *num.* 5. *Concioll. alleg.* 57. *n* 9.

12 Hinc fit, quòd in ſimili tertius ſolvens Penſionem conſiderabilem, præſumitur illam ſolvere de mandato Titularis, *Tondut de Penſion. Eccleſ. cap.* 50. *nu.* 40. *cum ſeqq. Barboſa in praxi exig. Penſion. part.* 1. *quæſtion.* 2. *n.* 34. *cum ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Quindennia ſemel ſoluta à manu mortua intruſa in Beneficiis ſibi nulliter unitis, ſivè in perpetuis Penſionibus ad ſui favorem nulliter reſervatis, poſt declaratam nullitatem Unionis Beneficiorum, ſivè reſervationis Penſionum, non ſunt iterùm ſolvenda ab altera manu mortua, cui validè unita fuerunt eadem Beneficia, ſeu validè reſervatæ eædem Penſiones.

SUMMARIUM.

1 *Quindennium ſolutum à manu mortua intruſa, non eſt iterùm ſolvendum ab alia manu mortua non intruſa.*
2 *Pro Unione invalida non debetur quindennium.*
3 *Annata ſoluta per intruſum, non debet iterùm ſolvi per non intruſum.*
4 *Annatiſtæ percipere nequeunt duo quindennia.*
5 *Duplex Annata ſolvenda non eſt.*
6 *Quælibet manus mortua tenetur ad quindennium, quando quælibet Unio Beneficii, aut reſervatio Penſionis eſt valida.*
7 *Quindennium indebitè ſolutum, repetendum eſt.*
8 *Cancellaria Apoſtolica non ſolet receptum reſtituere.*
9 *Papa, qui eſt Dominus Beneficiorum, & Penſionum, non ſe obligat de evictione.*
10 *Manus mortua intruſa, ſolvens quindennium, regreſſum habet contrà manum mortuam non intruſam pro bonificatione quindennii jam ſoluti.*
11 *Manus mortua intruſa, ſolvens quindennium, dicitur geſſiſſe negocium utile manus mortuæ non intruſæ.*
12 *Poſſeſſio intruſi redundat ad commodum non intruſi.*
13 *Legitimus poſſeſſor non ſolvit gabellam ſolutam ab illegitimo poſſeſſore.*
14 *Non ſtante obſervantia in contradictorio judicio, non eſt locus reiterationi ſolutionis quindennii.*

CAPITULUM CXLVIII.

EO, quòd quandoque accidit, ex duabus manibus mortuis, quibus unitur unum, idèmque Beneficium, ſivè reſervatur una, eadèmque Penſio, unam manum mortuam reperiri intruſam in poſſeſſione Beneficii ſibi nulliter uniti, ſivè in poſſeſſione Penſionis ſibi nulliter reſervatæ, antè tamen declaratam nullitatem Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſionis, jam ſolviſſe quindennium, validèque ſubindè uniri alteri manui mortuæ idem Beneficium, ſivè validè reſervari eandem Penſionem, peregrina coincidere valet diſceptatio ſuper ſolutione novi quindennii, ſeu reiteratione illius ſolutionis faciendæ, vel fieri prætenſæ per manum mortuam, cui validè unitum eſt idem Beneficium, ſeu reſervata eſt eadem Penſio; quamobrem in præſenti reſolvimus, quòd quindennia 1
ſemel ſoluta à manu mortua intruſa in Beneficiis ſibi nulliter unitis, ſivè in perpetuis Penſionibus ad ſui favorem nulliter reſervatis, poſt declaratam nullitatem Unionis Beneficiorum,

ſivè

ſivè reſervationis Penſionum, non ſunt iterùm ſolvenda ab altera manu mortua, cui validè unita fuerunt eadem Beneficia, ſeu validè reſervatæ eædem Penſiones; facta enim ſolutio quindennii pro Beneficio nulliter unito, ſivè pro Penſione nulliter reſervata, inſervire ſolummodò debet pro valida Unione, proque valida reſervatione Penſionis, quæ ſola habuit effectum,
2 nè aliàs pro Unione, aut reſervatione invalida, pro qua nullum debetur quindennium, illud
3 ſolvatur, ad inſtar Annatæ per intruſum ſolutæ in actu aſſertæ ſuæ Proviſionis, non ampliùs ſolvendæ per legitimum proviſum de eodem Beneficio, *Rota coram Manzaned. dec.*842. *per tot. repetit. in recentior. par.*4. *tom.*3. *in ordine la* 628. aliàs, ſi altera manus mortua teneretur novam ſolutionem quindennii facere non obſtante præventiva ſolutione de illo jam facta per manum mortuam intruſam, ſequeretur intolerabilis
4 iniquitas, quòd nempè Annatiſtæ bis reciperent ſuper eiſdem fructibus, ſuperque eodem Beneficio, vel eadem Penſione quindennium, quod facere nequeunt citrà palpabilem injuſtitiam,
5 ut in ſimili de bis non ſolvenda Annata, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.*18. §. 3. *de annat. num.* 43.

Nec obſtat, quòd pro qualibet Beneficii Unione, ſeu Penſionis reſervatione novum videretur deberi quindennium non attenta ſolutione facta alterius quindennii, pro una Unione, ſeu reſervatione, quaſi quòd quælibet manus mortua, cui idem Beneficium unitum, vel eadem Penſio reſervata extitit, ad quinden-
6 nium teneatur, quia id procederet, ſi Unio Beneficii, ſeu reſervatio Penſionis eſſet valida, non quando, ut in caſu, illa invalida eſt, ſicque habetur, ac ſi Unio Beneficii, ſeu reſervatio Penſionis ſequuta non eſſet, tamquàm non effectuata.

7 Minùs obſtat, quòd videretur repetendum eſſe quindennium ab Annatiſtis per manum mortuam intruſam uti indebitè ſolutum ob detectam nullitatem Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſionis, *tot. tit. ff. & C. de condiction. indebit.* eſſèque locum novo quindennio ſolven-
8 do per ſecundam manum mortuam, quia Cancellaria, ſeu Camera Apoſtolica, ſivè Annatiſtæ ab ea cauſam habentes non ſolent receptum reſtituere, veluti de annata advertunt *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *de annat. num.* 45. *in principio*, ibi: *Cancellaria receptum non reſtituit &c. bon. mem. R. P. D. Piton. diſcept. Eccleſ. par.* 1. *diſcept.* 18. *num.* 22. *in principio*,
9 ibi: *non reſtituitur componenda &c.* cùm Papa, qui eſt Dominus Beneficiorum, & Penſionum, non ſe obliget (ut ità dicam) de evictione, *bon. mem. R. P. D. Piton. loc. citat. num.* 24. *in principio*.

Minùſque obſtat, quòd irrationabile ſit, ut manus mortua carens commodo Unionis Beneficii, aut reſervationis Penſionis declaratæ nullæ, ſicque non faciens fructus ſuos Beneficii nulliter ſibi uniti, ſeu Penſionis nulliter ſibi reſervatæ, repetere nequeat quindennium à ſe indebitè ſolutum; quia, nè manus mortua non intruſa locupletetur aliena jactura, alterius nempè ma-
10 nus mortuæ intruſæ ſolventis, iſta habebit regreſſum contrà manum mortuam non intruſam pro bonificatione quindennii jam ſoluti, quod, cùm inſervire non potuerit pro Unione invalida Beneficii, ſeu reſervatione invalida Penſionis, jure merito bonificandum venit tamquàm inſerviturum pro Unione valida Beneficii, ſeu pro reſervatione valida Penſionis, pro qua ſemper per iſtam manum mortuam ſolvendũ eſſet, ſi per alteram manum mortuam ſolutum non eſſet.

Benè verum eſt, quòd, ſi manus mortua non intruſa agit hac occaſione contra manum mortuam intruſam pro condemnatione fructuum per eandem in intruſione nulliter perceptorum, intrabit compenſatio ſaltem pro fru-
ctibus primi anni; quaſi quòd manus mortua 11
intruſa, ſolvens quindennium, dicatur geſſiſſe negocium utile alterius manus mortuæ non intruſæ, ad cujus tantùm commodum intruſa poſſidere dicebatur, ut in ſpecie annatæ per intruſum ſolutæ ponderat *Rota dec.* 842. *num.* 18. *coram Manzaned. geminata in recentior. dec* 628. *par.*4. *recentior. tom.*3.

Nullius inſuper ponderis eſt, quòd quindennium ſolutum per manum mortuam intruſam, benè inſervire poſſit pro Unione Beneficii, proque reſervatione Penſionis etiam nulla, quæ ſaltem Unio Beneficii, ſeu reſervatio Penſionis de facto eſt, pro qua videretur, etiam deberi quindennium, quia æquius eſt, ac veriſimilius, voluiſſe Pontifices, ſolvi potiùs quindennium pro Unione Beneficii, aut reſervatione Penſionis de Jure, & de facto, quàm pro Unione Beneficii, aut reſervatione Penſionis de facto tantùm; aliàs, ſi centum Uniones Beneficiorum, aut centum reſervationes Penſionum nulliter, & de facto tantùm fierent, centiès quindennia ſolverentur, quando tamen in Beneficiis regulariter non admittuntur plures poſſeſſores, ſed
poſſeſſio intruſi redundat ad commodum tan- 12
tùm veri, legitimi, ac juſti poſſeſſoris, ut in annata firmavit *Rota dec.*628. *part.*4. *tom.*3. *recentior. duplicata coram Manzanedo deciſ.* 842. *num.* 11. *cum ſeqq.* vel in omni caſu, quando etiam in Unione Beneficii, ſeu reſervatione Penſionis de facto tantùm, ſeu nulla deberetur quindennium à manu mortua intruſa, poſſidente Beneficium unitum, ſeu Penſionem reſervatam, in ſtatu implicitæ validitatis, ſemper verum erit, quòd poſt detectam, & declaratam nullitatem Unionis Beneficii, aut reſervationis Penſionis quindennium hujuſmodi computandum ſit ad favorem alterius manus mortuæ veræ, ac legitimæ poſſeditricis, ad inſtar
poſſeſſorum etiam de facto, qui, quantumvis 13
teneantur ſolvere gabellam, attamen alii veri, ac legitimi poſſeſſores non tenentur ſolvere novam gabellam, ſed jam ſoluta, eiſdem ſuffragatur, *Rota coram Manzaned. dec.* 842. *duplata in recentior. par.*4. *tom.*3. *dec.*628. *nu.*19. *&* 20.

Quid autem dicendum (ſeſe offert Difficultas) ſi extiterit obſervantia exigendi novum quindennium etiam à manu mortua non intruſa, non obſtante, ſivè veriùs non ſuffragante ſolutione alterius quindennii jam ſoluti per ma-
num mortuam intruſam, & aſſero, adhùc non 14
eſſe locum reiterationi ſolutionis quindennii, ſi non fuerit obtenta obſervantia ejuſmodi in contradictorio judicio, cùm per particularem manus mortuæ ſolventis voluntatem, ac patientiam præjudicari nequeat alteri manui mortuæ ſolvere renuenti, veluti in individuo de ana-

nata diſſeruit *Rota ſæpè laudata deciſione 628. n. 21. par. 4. recentior. tom. 3. repetit. coram Manzaned. deciſ. 342. ſub num.* 18. ibi: *Tandem non obſtat, quòd aliàs in his, & ſimilibus caſibus Sacriſtia exegerit iſtam mediam annatam, & ſic dicatur conſtare de obſervantia faciendi hujuſmodi exactiones, quia ex caſibus, ſivè exemplis adductis in Summario ejuſdem Sacriſtiæ n.2. de duobus Beneficiatis, qui ſolverunt dictam mediam annatam pro illorum ingreſſu in poſſeſſionem, non videtur ullo modo poſſe firmari obſervantiam talem, quæ præjudicet Julio Cæſari, tanquàm non obtenta in contradictorio judicio, ſed emanata ex particulari ſolventium voluntate, qui benè potuerunt de re ſua ſic diſponere, non autem mediante ſolutione per ipſos facta alteri ingredienti præjudicare, & iniquam conditionem inferre &c.*

ARGVMENTVM.

Quindennia ex Beneficiis manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus ad favorem manus mortuæ reſervatis, anticipatè ſolvenda ſunt in ipſo actu Unionis Beneficiorum, ſeu reſervationis Penſionum, non autem expectandus eſt pro prima illorum ſolutione, lapſus XV. annorum.

SUMMARIUM.

1 *Primum quindennium anticipatè ſolvendum eſt.*
2 *Annata ſolvitur in actu proviſionis antè fructuum perceptionem.*
3 *Immò cum periculo illos non percipiendi ob præmorientiam proviſi.*
4 *Quindennium in locum annatæ ſucceſſit.*
5 *Idem tempus ſolutionis habere debet quindennium, quod habet annata.*
6 *Quindennium etiam ſolvitur à Canonicis, etiamſi Choro non aſſiſterent.*
7 *Recenſetur abſurdum.*
8 *Quindennium ſuccedit loco annatæ.*
9 *Onus fructuum ſequitur ipſum poſſeſſorem.*
10 *Proviſus de Beneficio Conſiſtoriali, in actu Proviſionis ſolvit Annatam Commune Servitium nuncupatam.*
11 *Quando adeſt intruſus, fit obligatio de ſolvendo annatam in eventum pacificæ poſſeſſionis.*
12 *Compoſitionem vulgò Componendam ſolvens pro diſpenſatione matrimoniali, poſteà antè ſequutum matrimonium prædecedens, non repetit ſolutum.*
13 *Manus mortua nunquam moritur.*
14 *Annata per Coadjutorem ſoluta, reſtituitur illius hæredibus in caſu, quo Coadjutor præmoriatur Coadjuto, & reprobatur* bon. mem. R. P. D. Piton. diſcept. Eccl. 18. n. 24. par. 1.
15 *Annata ſolvitur in recognitionem univerſalis dominii.*
16 *Officiales præjudicare nequeunt Summo Pontifici.*

CAPITULUM CXLIX.

Adeò privilegiata eſt quindenniorum cauſa, ut etiam in eorum ſolutione potior ſit, non habita conſideratione ad tempus, ideòque
1 firmatur in præſenti, quòd quindennia ex Beneficiis manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus ad favorem manus mortuæ reſervatis, anticipatè ſolvenda ſunt in ipſo actu Unionis Beneficiorum, ſeu reſervationis Penſionum, non autem expectandus eſt pro prima illorum ſolutione, lapſus XV. annorum, prout antici- 2
patè per Proviſum ſolvitur annata in ipſo actu Proviſionis, antequam fructus primi anni per Proviſum percipiantur, *Monet. de diſtribution. quotidian. par. 3. quæſt. 9. conc. 6. & ult. num. 33.* ibi ,, & ex ſtylo Curiæ ſolvitur anticipatè &c. ,, *Maſſ. Galleſ. de annat. nu. 23. in principio*, ibi ,, Quæ ſolutio, quòd fiat dumtaxat ratione dictorum fructuum, & non ratione proviſionis, vel collationis Beneficiorum, patet, quia proviſio, & collatio liberè præcedit; neque unquam propterea impeditur expeditio ſupplicationis, ſed quando proviſi expediunt literas bullatas, tunc juxta obſervatam conſuetudinem prædictam, ſolvunt. Et ſi nunquam expedirent literas, prout contingit multis, qui, literis non expeditis, cedunt in aliorum favorem, illi ſic cedentes, aut ſine ceſſione literas non expedientes, nihil ſolvunt, & tamen verum eſt, quòd eis fuit proviſum &c. ,, *num. 30. antè med. §. Conſtituenda*, ibi ,, conſtituenda eſt ergo regula, quòd annatam &c. ſolvunt omnes illi, pro quibus expediuntur literæ, ſuper proviſionibus Beneficiorum vacantium, & ſuper aliis gratiis, ex quibus detur jus percipiendi ipſorum Beneficiorum fructus &c. ,, *& in fin. §. Idem*, ibi ,, idem contingit iis, quibus providetur à Legatis, & Nuntiis Papæ, aut ab aliis quibuſcumque Prælatis habentibus à Papa facultatem conferendi Beneficia reſervata; quoniam in literis ipſarum facultatum conſuevit apponi Decretum, quòd illi, quibus illarum vigore continget provideri de Beneficiis &c. debeant deindè intrà certum tempus, deſuper impetrare ab ipſo Papa novas Proviſiones, & ſuper illis expedire literas, & ſolvere annatam, & Jura Cameræ &c. ,, *bon. mem. R. P. D. Piton. diſcept. Eccleſ. part. 1. diſcept. 18. nu. 14.* ibi ,, dictum Commune &c. ſolvitur in ipſo actu expeditionis literarum, tanquàm tunc purè, & ſimpliciter debitum, quæ quidem ſolutio arguit clarè, non deberi Commune propter fructus futuros ab Eccleſia percipiendos, ſeu conditionaliter, quatenus illi percipiantur, quia, ſi illud ex tali cauſa fructuum, & non ex alia debitum foret, certè non ſolveretur purè, & anticipatè in actu expeditionis literarum &c. ,, *Bonacin. oper. tom. 1. diſp. 2. punct. 1. num. 5. & 6.* ibi ,, Secundò dubium eſt, utrùm anticipatè ſolvendum ſit quindennium. Reſpondeo affirmativè, quia in locum annatæ ſuccedit, quæ anticipatè ſolvitur &c. ,, immò per pro- 3
viſum ſolvitur annata cum periculo, ſeu eventualitate non percipiendi fructus ob ejuſdem proviſi præmorientiam, exemplo Coadjutoris antè Coadjutum præmortui, de quo *bon. mem. R. P. D. Piton. mox relat. diſcept. 18. num. 5.* ibi ,, ſuſtinendum videtur, pecunias ſolutas pro media annata, ſeu Communi non eſſe reſtituendas &c. licet iſte prædeceſſerit Coadjuto, & nullos perceperit fructus Eccleſiæ ob non factum locum futuræ ſucceſſioni &c. ,, *& n. 10.*

& n.10. cum ſeqq. ac ſignanter num.12. poſt med. verſic. nec repetitioni, ibi ,, quia Coadjutor tali
,, caſu emit aleam incertam conſequendi Eccle-
,, ſiam per obitum Coadjuti, & proindè ſi ca-
,, ſu merè fortuito præmorientiæ ipſius Coadju-
,, toris Eccleſia haberi non poſſit, nec fructus
,, percipi &c. ,, *& num. 23.* ibi ,, qua habita,
,, & conſumpta per expeditionem literarum,
,, non eſt locus repetitioni, ſi gratia non fuerit
,, poſtmodùm effectuata cum utilitate volita,
,, ſeu ſperata per Coadjutorem, cùm hoc tri-
,, buendum ſit caſui fortuito, qui non attendi-
4 ,, tur &c. ,, quod quidem quindennium tam-
quàm in locum annatæ ſuccedens, & tamquàm
5 illius ſoboles, ex fusè per nos ſuprà congeſtis
Cap. I. idem tempus ſolutionis habere debet,
quod habet ipſa annata, in puncto, *Monet. de diſtribution. quotidian. par.3. quæſt.9. conc.6. & ultim. num.33. poſt med. verſic. & ex ſtylo Curiæ*,
ibi ,, ex ſtylo Curiæ ſolvitur anticipatè, prima-
,, que ſolutio ſuccedit loco illius annatæ, quæ
,, regulariter ſemel ſolvitur in ingreſſu Benefi-
,, cii &c. ,, *Maſſ. Galleſ. de annat. num.30. in fin. §. Eſt aliud*, ibi ,, Eſt aliud quoque annatæ
,, nomen, Quindennium, non quidem ſpecie,
,, ſed accidenti, & nomine tantùm ab antedi-
,, ctis differens &c. ,, *Lotther. de re beneficiar. lib.1. quæſt.29. num 5. & 6.* ibi ,, Ex his verò
,, Conſtitutionibus ſatis liquet, quindennia hæc
,, non eſſe accidentia inſeparabilia à jure anna-
,, tarum &c. ,, *Card. de Luca de Benefic. diſcur. 89. num.6. & 7.* ibi ,, Quindennia enim debi-
,, ta Cameræ Apoſtolicæ, ſunt idem, ac Anna-
,, tæ, & Servitia, in nihilo differentia, niſi in
,, nomine, ſivè in tempore ſolvendi &c. Ergò,
,, ſi eſt unum, & idem, intrat axioma, quòd
,, una, & eadem res non debet diverſo jure
,, cenſeri &c. Et quando etiam conſtituerent di-
,, verſam ſpeciem ſubrogatam loco annatarum,
,, ſeu Servitiorum, adhùc idem dicendum eſſet,
,, ex altero pariter vulgari, ac recepto axioma-
,, te, ut ſubrogatum, ſit ejuſdem naturæ, cu-
,, jus eſt res, in cujus locum facta eſt ſubroga-
,, tio &c. ,, *Bonacin. oper. tom.1. diſput.2. quæſt. 6. punct.1. num.5. & 6.* ibi: Secundò dubium
,, eſt, utrùm anticipatè ſolvendum ſit quinden-
,, nium. Reſpondeo affirmativè, quia in locum
,, annatæ ſuccedit, quæ anticipatè ſolvitur &c. ,,
Rota coram Card. Seraphin. dec.1401. nu.2. & 3. & dec. 1410. num. 10. tom. 2. repetit. poſt Tract. int. Deciſion. Sacr. Rot. Rom. in ordine la IV. & V.
6 Undè eſt, quòd quindennium etiam ſolvitur
à Canonicis, etiamſi Choro non aſſiſterent,
Bonacin. loc. mox relat. num.5. ibi ,, Reſpondeo,
,, quindennium anticipatè ſolvi ab iis Canoni-
,, cis, qui fructus Beneficiorum unitorum per-
,, cipiunt, cùm enim quindennium in locum
,, annatæ ſuccedat, quæ ſolvitur pro fructibus
,, primi anni, par eſt, ut quindennium ſolva-
,, tur ab iis, qui fructus percipiunt eo anno, in
,, quem incidit quindennium, onus enim fru-
,, ctuum ſequitur ipſorum poſſeſſorem &c.

Nec obſtat, quòd, ſolvendo quindennium
7 anticipatè, ſequeretur Canonicos, qui tunc
temporis non obtinerent Canonicatus, ſed ſub-
ſequentibus annis obtinebunt, onere quinden-
nii gravari, antequàm Beneficium conſequeren-
tur, quod non eſt admittendum, *Bonacin. ſuprà citato num. 5.* ibi: *Ex quò fit, quindennium anticipatè ſolvendum eſſe, ſequeretur, Canonicos, qui tunc temporis Canonicatus non obtinent, ſed ſubſequentibus annis obtinebunt, onere quindennii gravari, antequàm Beneficium conſequantur, quod non videtur admittendum &c.* quia quin-
dennium anticipatè ſolvitur ab his Canonicis,
qui fructus Beneficiorum unitorum, vel Penſio-
num reſervatarum percipiunt; cùm enim illud 8
ſuccedat loco annatæ, quæ ſolvitur pro fructi-
bus primi anni, par eſt, ut quindennium ſolva-
tur ab his, qui fructus percipiunt eo anno, in
quem incidit quindennium, quippè onus fru- 9
ctuum ſequitur ipſum poſſeſſorem Beneficii, *Bonacin. prælaudat. num.5. §. Reſpondeo, Monet. de diſtribution. quotid. par.3. quæſt.9. concl.6. & ultim. n.34.*

Ac ſanè non major militat ratio ſolvendi an-
ticipatè annatam, quàm ſolvendi anticipatè
quindennium; attamen videmus quotidiè,
quòd proviſus de Beneficio Conſiſtoriali, ſeu 10
Majori, illicò in actu proviſionis, & expedi-
tionis ſuarum literarum ſolvit in Cancellaria,
ſeu Camera Apoſtolica Annatam Commune
Servitium nuncupatam, juxta taxam, quæ fit
in tertia parte veri valoris, ſeu annui fructus,
quæ quidem Annatæ ſolutio juxta hanc taxam
non attingit medietatem fructuum unius anni,
veluti ſuprà docuimus *Cap. I. num. 44.* ac alibi
paſſim; & proviſus de Beneficio inferiori, ſeu
minori, ſicque non Conſiſtoriali, ſed exceden-
te XXIV. Ducatos auri de Camera, ſtatim
etiam in actu ipſius expeditionis literarum ſol-
vit dimidiam Annatam, ſeu fructus dimidii an-
ni, adeòque anticipatè, antequàm nimirùm
percipiat fructus, immo ſub alea illos non per-
cipiendi, ſi fortè præmoriatur, quod facilè,
ac ſæpè ob humanæ mortalitatis viciſſitudines
contingit, *Campeg. de annat. ſub nu.11. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.1. cap.18. §.3. de annat. n. 8. Lotther. de re beneficiar. lib.3. quæſt.20. n.36. cum ſeqq.*

Eſt benè verum, quòd in proviſione Benefi-
cii, in cujus poſſeſſione reperitur aliquis intru-
ſus, vel in gratia conditionali de certo corpore
Beneficii, ut regreſſus, & proviſiones etiam
ſimplices cum reſervatione fructuum ad favo-
rem alterius, practicari non ſolet anticipatæ an-
natæ ſolutio in ipſo actu expeditionis litera-
rum, ſed fit tantùm obligatio per proviſum Apo- 11
ſtolicum de ſolvendo annatam in eventum
habitæ pacificæ poſſeſſionis, vel ceſſationis Pen-
ſionis, aut reſervationis fructuum, *Fagnan. in cap. prætereà 1. num. 88. cum ſeqq. nè Prælat. vices ſuas, Maſſ. Galleſ. de annat. ſub. num.23. in principio, verſiculo idem, & ſub nu. 30. §. Si differtur autem, Lotther. de re beneficiar. lib. 3. quæſt. 20. nu.40. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.1. cap.18. §.3. de annat. num.38. cum ſeqq. Card. de Luca de Benefic. diſcur. 130. num. 1. Rota coram Gregor. XV. dec. 440. num. 6.* eodem fermè pa- 12
cto, quo diſpenſatus ad contrahendum matri-
monium in gradu prohibito ſolvens componen-
dam in Dataria Apoſtolica, poſteàque præde-
cedens antè effectuationem matrimonii, non
exindè ipſe, aut ejus hæredes repetunt ſolutam
compoſitionem, cùm in diſpenſatione matri-
moniali, ſivè in alia ſimili exequutioni non de-
mandata ob fortuitos caſus, Papa non ſe obli-
get ad caſus fortuitos, ſeu de evictione, ut no-
tat

tat *bon.mem. R. P. D. Piton. diſcept. Eccleſ. par.* 1. *diſcept.*18. *n.*24.

Præterquamquòd faciliùs intrare debet anticipatio ſolutionis quindennii,cùm illud ſolvat manus mortua,in qua nullus cadere poteſt timor
13 non perceptionis fructuum, ex eo quòd iſta, ad differentiam hominis, nunquam moriatur, ſicque perneceſsè ſemper perceptura ſit fructus Beneficii ſibi uniti, aut Penſionis ſibi reſervatæ.

14 Eſt benè verum, quòd Dataria, ſeu Cancellaria Apoſtolica juxta reſolutionem Congregationis Deputatæ de anno 1706. tenetur reſtituere hæredibus Coadjutoris præmortui annatam per eundem Coadjutorem anticipatè ſolutam in actu expeditionis ſuæ gratiæ Coadjutorialis, quidquid contrarium ſenſerit *bon. mem. R. P. D. Piton. mox citat. diſcept.* 18. ſi Coadjutor prædeceſſerit Coadjuto, ſicque nullos perceperit fructus ob non factum locum fu-
15 turæ ſucceſſioni, quantumvis annata propriè ſolvatur ratione proviſionis in ſignum univerſalis dominii, non autem ratione fructuum, vel ſaltem illa ſolvatur principaliter ratione collationis, & ſecundariò ratione fructuum, vel etiamſi ſolutio annatæ proceſſiſſet ex duabus cauſis æquè principalibus, & æquè finalibus, tàm nempè ex cauſa proviſionis, quàm ex cauſa perceptionis fructuum, tamen adhùc ſolutum repeti valet, non obſtante defectu unius ex cauſis, videlicet ob non perceptos fructus, & etiamſi ad evitandum conditionem ſoluti, ſatis eſſe videatur, unam ſaltem durare cauſam, ob quam ſolutio facta fuit, ſicque illam proviſionis, quæ quidem, mediante gratia Coadjutoriæ, verè ſequuta fuit, quamvis poſteà per accidens ob prædeceſſum Coadjutoris remanſerit ineffectuata abſque facto Principis, ſed ex præordinato Dei judicio; ità, ut Coadjutor, vel alius proviſus quodammodò emit aleam incertam percipiendi fructus, ſivè jactum retis, cùm quis quolibet momento, & inſtanti mori poſſit, *bon. mem. R. P. D. Piton. prælaudata diſcept.* 18. *num.* 5. *cum ſeqq.* nihilominùs ſtandum eſt contrariæ reſolutioni per Congregationem Deputatam de anno 1706. captæ in eadem Cauſa, in qua ſcripſit *dict. bon. mem. R. P. D. Piton.* ut ſuprà prænotavi *n.*14.

Quibus poſitis, unica ſupereſt Difficultas, quid dicendum, ſi vigeat in contrarium obſervantia, ſeu ſtylus Cancellariæ, ſivè Cameræ Apoſtolicæ, exigendi quindennium poſticipatè, ſicque primum quindennium anticipatè non exigendi in ipſo actu Unionis Beneficii, aut reſervationis Penſionis, utrùm ſaltem in tali caſu ſolvendum non ſit anticipatè primum quindennium, & aſſero, adhùc illud anticipatè eſſe ſolvendum, pro nihilo habita contraria obſervantia, quæ forſitan uti proveniens ex fa-
16 cto Officialium,ſeuMiniſtrorum,attendenda non eſt, cùm iſti præjudicare nequeant Summo Pontifici, cui debetur quindennium in recognitionem ſupremi, directi, ac univerſalis dominii, adeò, ut ſolus Papa inducere poſſet iſtam contrariam obſervantiam, renunciando proprio favori, veluti in ſimili de annata ad aliud propoſitum ponderant *Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 89. *num.* 13. *in fin. & num.*14. *in principio*, *bon. mem R. P. D. Piton. relat. diſcept.*18.*n.*31. *&* 32. *Rota coram Manzaned. dec.*842. *n.*18.

ARGUMENTUM.

Quindennia ex Beneficiis manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus ad favorem manus mortuæ reſervatis, ſolvenda ſunt in Urbe, non verò alibi.

SUMMARIUM.

1 *Quindennia pro Beneficiis unitis ſolvenda ſunt in Urbe.*
2 *Hæc eſt mens Bullarum quindenniorum.*
3 Bulla 6. Pauli II. Bullar. nov. Rom. tom. 1. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la *I. confirmata fuit per alios Pontifices.*
4 *Aliàs Canonici Regulares Lateranenſes quindennia in Urbe non ſolverent.*
5 *Quindennia habent tempus uniforme.*
6 *Una, eadèmque res non debet diverſo jure cenſeri.*
7 *Subrogatum eſt ejuſdem naturæ, cujus eſt res, in quam ſubrogatur.*
8 *Quindennium introductum fuit in recognitionem univerſalis dominii.*
9 *Tributum non ſolvitur in loco feudatarii.*
10 *Feudatarii, ſeu tributarii in feſto S. Petri tributa in Urbe ſolvunt.*
11 *Pro Regno Neapolitano in eodem feſto in Urbe ſolvitur.*
12 *Relevium quid ſit.*
13 *Beneficialiſtæ utuntur terminis feudalibus.*
14 *Supradicta* Bulla 6.Pauli II.*ſuper quindenniis edita quid mandet, & laudatur bon.mem.* Canonicus Alexander della Torre.
15 *Obſervantia præſcriptiva indiget ſuis requiſitis, nec intrat in materia quindenniorum.*
16 *Pontifices præjudicare nequeunt ſucceſſoribus.*

CAPITULUM CL.

Singularis, & quotidiana ſeſe offert inſpectio de loco ſolvendi quindennia per manus mortuas in Partibus exiſtentes, & ob majorem forſitan commoditatem, ſivè ad effugiendum Cambia, prætendentes ſolvere in loco domicilii, non autem in Urbe, ubi ratione Cambii per Campſorem lucrandi, hac via plus ſolvitur, quàm debetur, ſicque etiam plus, quàm ſolvendum eſſet, ſi ſolveretur in loco domicilii, ubi exiſtunt manus mortuæ debitrices quindenniorum; è converſo cum Annatiſtis oriri poteſt contentio, & prætenſio ſuper ſolutione quindennii facienda in Urbe, quin Sedes Apoſtolica cogatur propriis ſumptibus aliquem miniſtrum deputare in Partibus ad exigendum quindennia, nè eodem modo Papa creditor quindenniorum cum cæteris Officialibus concreditoribus, ratione cambii patiatur aliquod damnum, hacque via minus exigat, quàm ſibi debeatur: undè ad omnem removendam controverſiam, in præſenti aſſerimus, quòd quindennia ex Bene- 1
ficiis manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus ad favorem manus mortuæ reſervatis, ſolvenda ſunt in Urbe, non verò alibi; quippè talis depræhenditur mens Summorum Pontificum de quindenniis loquentium, veluti in his puris terminis notat *Card. de Luca de Be-*

ne-

nefic. diſcurſ. 89. num. 5. cum ſeqq. ac per tot.
2 Hanc autem eſſe mentem Bullarum quinden-
niorum, ſatis comprobatur ex *Bulla 6. Pauli II.*
§. 4. & 5. Bullar. nov. Rom. tom. 1. repetit. poſt
Tract. int. Conſt. Apoſtol. in ordine la I. ubi man-
datur, fieri ſolutionem quindenniorum in ma-
nibus Emi S. R. E. Camerarii pro tempore, ac
in Camera Apoſtolica, ut ex verbis ibi: *obli-*
gatio in eadem Camera per inadvertentiam facta
non fuit, Annatam &c. in poſterum ſingulis XV.
annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſol-
vere teneantur, & debeant &c. Et ad hoc ii,
quorum intereſt &c. ſe in eadem Camera &c. ob-
3 *ligare debeant &c.* quæ Bulla Paulina, poſteà
innovata, ac confirmata fuit per alios Pontifi-
ces ſucceſſores, ut videre eſt in *Bulla 20. Julii*
III. in principio, & §. 1. & 6. eod. tom. 1. ibi „
„ his, quæ à Prædeceſſoribus noſtris ad hoc
„ providè emanarunt, libenter adjicimus no-
„ ſtri muniminis firmitatem &c. quòd omnes,
„ qui ex tunc de cætero pro Annatis quorum-
„ cumque Beneficiorum in dicta Camera ſe ob-
„ ligarent &c. dictæ Cameræ &c. ſatisfacere
„ deficerent, ipſo facto &c. Beneficiis, pro
„ quibus ſe in ipſa Camera obligaſſent, omni-
„ nò privati eſſent &c. Nos &c. omnia, & ſin-
„ gula in eis contenta &c. approbamus, & in-
„ novamus &c. „ *Bulla 11. Pauli IV. §. 3. eod.*
tom. 1. ibi „ obligati, ſi &c. ſatisfacere defe-
„ ciſſent, ipſo facto &c. Beneficiis, pro quibus
„ in dicta Camera ſe obligaſſent, omnibus pri-
„ vati eſſe cenſerentur &c. „ *Bulla 17. ejuſdem*
„ *Pauli IV. §. 7. & 8. eod. tom. 1.* ibi „ ſuper
„ quibus nulla obligatio in eadem Camera re-
„ periebatur &c. Communia, Minuta Servitia,
„ Annatas, & alia Jura, Cameræ &c. perſol-
„ vere recuſent &c. Et propterea &c. etiamſi ſe
„ ſuperindè in Camera non obligaverint, ad
„ ſolutionem Communium, & Minutorum Ser-
„ vitiorum, ac Annatarum, & aliorum Ju-
„ rium prædictorum, Cameræ &c. ratione ea-
„ rundem Unionum &c. ſingulis XV. annis &c.
„ faciendam teneri &c. „ *Bulla 38. S. Pii V. in*
„ *principio, & §. 1. & 4. tom. 2.* ibi „ Cum au-
„ tem &c. plurimùm interſit, & neceſſarium
„ exiſtat, ut tàm Julii III. & Pauli IV. &c. li-
„ teras &c. quàm alias quaſcumque Conſtitu-
„ tiones &c. per &c. Pium II. Paulum etiam II.
„ Innocentium VIII. Julium ſimiliter II. ac Ju-
„ lium, & Paulum præfatos, aliòſque diverſos
„ Romanos Pontifices &c. contrà pro tempo-
„ re in Camera Apoſtolica, aut aliàs ratione
„ Annatarum, Communium, & aliorum Ju-
„ rium prædictorum ſemel tantùm, aut de XV.
„ in XV. annos ſolvendorum obligatos &c. edi-
„ tas &c. per Nos innoventur, approbentur,
„ & confirmentur. Nos igitur &c. approba-
„ mus, & confirmamus &c. Et propterea &c.
„ Pia Loca, & quivis alii, in quorum favo-
„ rem Uniones &c. factæ reperiuntur &c.
„ etiamſi ſe ſuperindè in Camera Apoſtolica
„ non obligaverint &c. faciendam teneri, &
„ obligatos eſſe &c. „ *Bulla 33. Sixti V. in prin-*
cipio, & §. 1. eod. tom. 2. ibi „ ea, quæ pro-
„ pterea à Prædeceſſoribus noſtris providè ſta-
„ tuta fuerunt &c. confirmationis noſtræ mu-
„ nimine roboramus, & innovamus &c. Ita-
„ que &c. literas &c. Pauli II. &c. III. Pauli IV.
„ ac Pii V. nec non quorumcumque aliorum
„ &c. Pontificum &c. ſuper ſolutione Annata-
„ rum, Communium, Quindenniorum, &
„ aliorum Jurium &c. editas, confirmatas, &
„ innovatas &c. approbamus, & confirmamus
„ &c. atque illas &c. innovamus &c. „ *Bulla 18.*
Urbani VIII. §. 1. tom. 5. & Bulla 50. Clemen-
tis X. §. 5. & 6. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Con-
ſtitution. Apoſtolic. in ordine la I. III. IV. V. VI.
VII. VIII. & XI. cùm tàm Emus Camerarius
pro tempore, quàm Camera Apoſtolica ſem-
per exiſtant in Urbe, ubi Papa eſt, nunquam
autem extrà Romanam Curiam in Partibus,
ubi manus mortuæ exiſtunt; aliàs Monaſteria 4
Congregationis Canonicorum Regularium La-
teranenſium S. Auguſtini, ad Urbem non tranſ-
mitterent per literas Cambii, prout cum effe-
ctu tranſmittunt, ſummam quindenniorum,
quibus obnoxia reperiuntur propter Beneficio-
rum Uniones ſibi factas, ſi quindennia in Par-
tibus ſolvere poſſent, nec ſuper hoc Decretum
Diffinitoriale ederent, illúdque à Sede Apoſto-
lica confirmari curarent, juxta *Bullam 23. In-*
nocentii X. Bullar. nov. Rom. tom. 5. repetit. poſt
Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la IX. ac ſignan-
ter §. 2. & 3. ibi „ Tandem reaſſumpto tracta-
„ tu de proviſione pro certa ſolutione quin-
„ denniorum, concluſum fuit &c. debere om-
„ nes Prælatos, quorum Monaſteria habent
„ onus quindenniorum, hinc ad feſtum Paſchæ
„ &c. proximè futuri anni 1648. mittere per
„ literas Cambii, vel alio quovis modo certo,
„ & ſine periculo Romam &c. totam illam
„ quantitatem pecuniæ, quæ uſque adhùc de-
„ poſitata fuit annis jam elapſis, & de cætero
„ quolibet anno antè Sabbatum Sanctum &c.
„ mittent ſummam, quæ depoſitari tenebitur
„ ad ratam totius quindennii ad hoc, ut ſer-
„ ventur ſolvenda ſuo loco, & tempore &c.
„ Nobis propterea idem Abbas, & Procurator
„ Generalis &c. ſupplicari fecit, ut Decretum
„ præinſertum &c. Apoſtolicæ confirmationis
„ noſtræ patrocinio communire &c. dignare-
„ mur. Nos &c. Decretum præinſertum &c.
„ confirmamus, & approbamus &c.

Juvat noſtrum intentum generalis obſervan-
tia totius mundi Catholici, ſolvendi Annatas
in Curia, occaſione Proviſionum pro tempore;
quamobrem pari ratione ſolvenda ſunt ſemper
quindennia in Curia, uti ſubrogata in locum
Annatarum, inque nihilo ab illis diſſimilia,
niſi in nomine, ſivè in tempore ſolvendi, cùm
Annatæ variè ſolvantur juxta contingentias va-
cationum, quæ longiores, aut breviores eſſe
poſſunt, utpote pendentes à vita hominum, 5
quindennia verò habent tempus uniforme in
ſingulis XV. annis, ad quod benè advertit
Card. de Luca de Benefic. diſcur. 89. num. 5. verſi-
culo ex inconcuſſo uſu, & num. 6. ibi: *ex incon-*
cuſſo uſu totius Orbis Catholici &c. de &c. Benefi-
ciis unitis ſolvuntur Annatæ, & Servitia in
Curia, non autem in Partibus &c. undè cùm
quindennium ſit unum, ac idem cum annata,
intrat regula, quòd una, eademque res non de- 6
bet diverſo jure cenſeri *l. eum, qui ædes 23. ff. de*
uſucapion. Barboſa axiom. 74. num. 4. ſed quan-
do etiam diverſam ſpeciem inter ſe conſtitue-
rent, adhùc ſaltem ratione ſubrogationis in-
trat alia regula, quòd ſubrogatum, ſit ejuſdem 7
naturæ, cujus eſt res, in cujus locum facta

eſt ſubrogatio, *Barboſa axiom.* 213. *per tot.*
8 Hùc accedit, quòd hujuſmodi exactiones quindenniorum tamquàm factæ in recognitionem directi, ac ſupremi univerſalis dominii Eccleſiæ, ex abundè per nos ſuprà deductis in *Cap.I.* ſunt ſpecies tributi, quod in ſignum dominii, ſeu ſuperioritatis, ac reſpectivè ſubjectionis in ſolvente, non conſiſtit in aliqua portione fructuum, ſed in pecunia præſtari debet Domino, nimirùm Papæ, in loco, ubi ipſe re-
9 ſidet cum ſua Curia, non autem in loco rei, pro qua tributum hujuſmodi penditur, ſivè ubi reſidet Vaſſallus, aut tributarius, *Card. de Luca*
10 *loc. citat. num.*8. hinc fit, quòd feudatarii, ſeu Emphyteutæ, ſivè quomodocumque Sedis Apoſtolicæ tributarii in feſto SS. Petri, & Pauli ſolvere tenentur annuatim in Camera Apoſtolica Cenſus, & non alibi illa ſolvere poſſunt, juxta *Conſtitution.* 18. *Innocentii VIII. & Conſtitution.*11. *Pauli IV. Bullar. nov. Rom. tom.*1. *& Conſtitution.* 63. *Gregorii XIII. tom.* 2. *ac ſignanter* §. 2. ibi „ juxta antiquam, & laudabilem „ conſuetudinem, ſingulis annis in vigilia, & „ feſto Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli „ hactenùs in Camera Apoſtolica ſervatam, „ coram ejuſdem S. R. E. Camerario, & Ca„ meræ prædictæ Præſidentibus, Clericis, & „ aliis Cameram prædictam facientibus, & „ repræſentantibus pro recipiendis cenſibus „ &c. „ §. 4. ibi „ feudatarii, & alii prædicti „ &c. ſolemniter ſingulis annis, in vigilia, & „ feſtivitate prædictis, ut moris eſt, ad legiti„ mè in eadem Camera comparendum, ac di„ ctos cenſus, canones, recognitiones, ſeu „ reſponſiones &c. cum effectu adimplendum „ &c. „ §. 8. ibi „ & hujuſmodi cenſus, cano„ nes, & reſponſiones &c. in vigilia, & feſti„ vitate prædictis &c. in ipſa Camera &c. & „ non alibi &c. non ſolverint &c. & ſolutiones „ aliter, ac alibi &c. deinceps faciendæ, & re„ cipiendæ, nullæ &c. ſint, & perindè habean„ tur, ac ſi factæ, & receptæ non fuiſſent &c. „ *&* §. 9. ibi „ quòdque ſolutiones in eadem ple„ na Camera, in vigilia, ſeu feſtivitate prædi„ ctis factæ, & receptæ fuerint &c.

Immò (quod plus eſt, magiſque ſtringit) in
11 eodem feſto Principis Apoſtolorum ſolvi ſolet annuum tributum in Camera per Regem Catholicum pro Neapolitano Regno, ut ponderat ad hoc propoſitum *Card. de Luca prælaudato loco num.*8. *in principio*, *antè med. verſic. clariùs verò*; eodem fermè modo, quo Vaſſallus, ſeu feudatarius ſolvit Domino certam partem fructuum feudi, eo anno, quo contingit vacatio, & ſucceſſivè renovatio, qui in domo Domini, non autem in domicilio Vaſſalli ſolvere tenetur:
12 quod tributum ad inſtar laudemii inductum, dicitur relevium, *Capan. de jure relevii part.* 1.
13 *quæſtion.* 3. 4. *&* 5. ob paritatem Beneficii cum feudo, quod etiam beneficium appellatur; ità, ut Beneficialiſtæ paſſim utantur terminis feudalibus, ac è contrà Feudiſtæ terminis beneficialibus, veluti in noſtris terminis arguit *Card. de Luca ſæpè relato loco n.* 10. *cum ſeqq.*

In nihilum relevante, quòd memorata *Bulla* 6. *Pauli II.* §. 4. *&* 5. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine*
14 *la I.* quantumvis mandet fieri ſolutionem quindennii Emo S. R. E. Camerario pro tempore, & in Camera Apoſtolica; attamen intelligi quoque poſſit, ut benè ſolvatur interpoſitæ perſonæ, ſicque alicui miniſtro deputato in Partibus per Emum Camerarium pro tempore, non autem adeò rigidè, ac judaicè ad pedem literæ juxta corticem verborum, quòd ſolummodò fiat ſolutio ipſi Emo Camerario, & in Camera: qui namque per alium exigit, per ſe ipſum exigere videtur, juxta regulam qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur; quia hic intellectus ex diametro repugnat ſenſui prælaudatæ *Conſtitutionis Paulinæ*, dum non ſolùm Emo Camerario dicit ſolvendum eſſe quindennium, ſed illud ſolvendum eſſe in Camera Apoſtolica; Camera autem Apoſtolica ſemper exiſtit in Romana Curia, ubi Papa eſt, ac ad ſummum procederet objectum circà facultatem ſubſtituendi alium, in Urbe tamen, prout eſt Subcollector Generalis quindenniorum pro tempore, & ad multa tempora extitit, objens de menſe Aprilis 1729. *bon. mem. Canonicus Alexander della Torre*, de quo idem dici valet, quod dixit de altero ſui temporis *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *de annat. num.* 7. ibi: *Deindè Gaſpar Rivaldus Annatarum in Cancellaria Apoſtolica Generalis Collector, qui maximè in materia Annatarum verſatus eſt, ut ipſi deficienti, neſcio, quis poſſit ſubſtitui, librum habet penès ſe &c. & nu.*57. *in principio*, §. *Addamus*, ibi: *& D. Gaſpar Rivaldus ſuccubuit; adeò, ut quandoque ſummè peritis poteſt aſſignari lapſus &c.*

Sed quid dicendum, ſi adſit obſervantia in contrarium, quòd nempè aliquando fuerit commiſſa in Partibus miniſtro exactio quindenniorum, mediante delegatione facta in Curia per Emum Camerarium pro tempore, ſeu Sacrum Collegium Emorum Cardinalium; & in hoc caſu procedendum eſt cum diſtinctione, aut obſervantia deducitur in linea interpretativæ, & iſta non intrat, cùm verſemur in claris, ſtante ſæpè laudata literali, ac apertiſſima *Bulla Paulina*; aut obſervantia eſt præſcriptiva, & illa indiget formalibus requiſitis præſcriptionis, 15
quæ tamen in materia quindenniorum intrare nequit ob *Decretum irritans*, *& Clauſulam ſublata* in Bullis quindenniorum præinſerta, ex latiori calamo infrà *Cap.CXCV.* per nos cumulatis, & ponderat *Card. de Luca de Benefic. diſcur.*89. *nu.*13. ibi „ Neque alicujus momenti videbatur „ prætenſa obſervantia contraria, quòd ſcili„ cet quandoque Sacrum Collegium commiſe„ rit alicui Miniſtro Apoſtolico hujuſmodi exa„ ctionem; iſtud enim objectum ſatis de plano „ ceſſat &c. quia cùm &c. verſemur in caſu „ claro, ac indubitabili, ut ſolutio fieri debeat „ in Urbe, non intrat obſervantia interpretati„ va, ſed præſcriptiva, quæ indiget formali„ bus requiſitis præſcriptionis &c. Abſolutum „ autem eſt, verificari non poſſe formalis præ„ ſcriptionis requiſita, tùm quia verſamur in „ actu facultativo, in quo &c. non datur præ„ ſcriptio, niſi prævia prohibitione, ac ſubſe„ quta acquieſcentia &c. tùm etiam, quia ſi „ fortè aliqua deputatio adfuit gratia indul„ gentiæ, ac majoris commoditatis, illa fuit „ Cardinalis Camerarii Sacri Collegii, vel al„ terius Officialis, vel adminiſtratoris præju„ dicare non potuit &c. Et nihilominùs quando

„ do etiam fuiſſet facta deputatio ab ipſo Sacro Collegio, neque ſufficeret, quoniam &c. „ iſta exactio debetur Papæ in recognitionem „ dominii, iſtam verò partem hujuſmodi emolumentorum applicavit Sacro Collegio, „ aliiſque Officialibus, demandata ipſi Collegio, tamquàm inter Officiales digniori, „ ſimplici adminiſtratione, & conſequenter „ intrat eadem ratio, quòd geſta per adminiſtratorem præjudicare non poſſunt Domino „ abſque ejus ſcientia, & conſenſu &c. „

Longeque fortiùs non eſt locus obſervantiæ præſcriptivæ, cùm Bullæ quindenniorum derogent contrariis conſuetudinibus, ac præſertim *Bulla* 33. *Sixti V.* §.5. *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. *& Bulla* 18. *Urbani VIII.* §. 4. *tom.* 5. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la VII. & VIII.* ultraquamquòd delegatio miniſtri, & exactoris in Partibus, tanquàm proveniens ex actu facultativo, non autem coactivo, non conſtituit manum mortuam in quaſi poſſeſſione ſolvendi quindennium in domicilio ſolventis, niſi conſtet de prohibitione, & ſubſequuta acquieſcentia, veluti perpendit *Card. de Luca loco mox allegato*: omiſſo, quòd delegatio hujuſmodi quandoque fieri aſſolet vel ad indulgendum manui mortuæ debitrici, vel ad majorem commoditatem Cameræ creditricis, extrà quos caſus non obligat ad ſemper impoſterùm exigendum in Partibus.

His accedit, quòd nec ſuffragari debet ſimilis deputatio exactoris in Partibus etiam facta à Sacro Collegio Emorum Cardinalium, cùm enim quindennia originariè debeantur Papæ in recognitionem ſupremi, ac univerſalis dominii, quantumvis eorum partem applicaverit, ut patet ex eiſdem Bullis quindenniorum, eidem Sacro Collegio, & Annatiſtis, demandata ipſi Sacro Collegio tanquàm inter Officiales digniori, ſimplici adminiſtratione, non poteſt Sacrum Collegium per illius adminiſtrationem præjudicare Domino, & creditori quindenniorum, qualis eſt ipſe Papa, abſque illius ſcientia,
16 & aſſenſu, quando nec Pontifices anteceſſores poſſunt præjudicare ſucceſſoribus in eadem materia quindenniorum, juxta *Bullam* 17. *Pauli IV.* §.8. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *& Bullam* 50. *Clementis X.* §. 1. *tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la V. & XI.* & in ſpecie ſingulariter notat *Card. de Luca loco ſæpè relato num.* 14. *bon. mem.* R. P. D. *Piton. diſceptat. Eccleſ. par.* 1. *diſcept.* 18. *num.* 31. *&* 32 ibi: *quia hujuſmodi exempla tanquàm emanata ex facto Cardinalis Camerarii, non autem totius Sacri Collegii, in nulla conſideratione haberi merentur &c. immò neque ſufficeret factum totius Sacri Collegii, ſed requireretur ipſum factum Summi Pontificis, cui exactio annatæ debetur in recognitionem Dominii Univerſalis &c. Nec propterea hujuſmodi exempla trahi poſſunt ad firmandam obſervantiam talem, quæ præjudicet Summo Pontifici, & Sacro Collegio &c. Rota coram Manzaned. deciſ.* 842. *num.* 18.

ARGUMENTUM.

Quindennia ab Annatiſtis in ſumma exceſſiva nunquam exiguntur.

SUMMARIUM.

1 *Sedes Apoſtolica, in materia burſali procedit omni circumſpectione.*
2 *Quindennia nunquam exiguntur in ſumma exceſſiva.*
3 *Refellitur* Azor. inſtitution. moral. part. 2. lib. 7. cap. 13. quæſtion. 7. §. Cæterùm.
4 Idem Azor. ibid. cap. 12. quæſtion. 2. §. De cætero, *eſt ſibi contrarius.*

CAPITULUM CLI.

Ut innata Sedis Apoſtolicæ ingenuitas omnibus (prout par eſt) innoteſcat, & à malevolorum latratibus vindicetur, qui exceſſivarum exactionum vexationibus gravari injuſtè conqueruntur; quando tamen omni circum- 1
ſpectione eadem Sedes Apoſtolica in materia burſali procedit, non gravando ultrà debitum, aliorum crumenas, ſed debitum tantùm expoſcendo, mihi nequaquam viſa fuit omittenda præſens inſpectio, firmando, quòd quinden- 2
nia ab Annatiſtis in ſumma exceſſiva nunquam exiguntur, ſolutio namque fit in pluribus Officiis, nec fit uni dumtaxat, ſed pluribus Officialibus, quibus ſingulis contingit ſua rata, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *de annat. num.* 16. *cum ſeqq.* ibi „ Annata &c. ſolvitur &c. Officialibus Cancellariæ &c. Officiales autem participantes de Annata enumerantur &c. videlicet Sollicitatores literarum Apoſtolicarum, vulgò Jannizzeri nuncupati, & iſti participant ad rationem duorum cum dimidio pro centenario, Scriptores Archivii, & iſti participant ad rationem ſex pro centenario; Cubicularii, & Scutiferi, & iſti participant ad rationem decem pro centenario; Milites SS. Petri, & Pauli, & iſti participant ad rationem quindecim pro centenario; Portionarii Ripales, & iſti participant ad rationem ſimiliter quindecim pro centenario: & hi omnes reſident in Cancellaria Apoſtolica; deindè extra Cancellariam participant de Annata Clerici Cameræ Apoſtolicæ ad rationem unius, cum dimidio pro centenario, quæ ſummæ invicem junctæ, conſtituunt ſummam 50. quæ ſolvuntur pro Annata, videlicet Ducati centum, ſi totidem Beneficium fuerit taxatum, ſivè expreſſi illius fructus &c. Beneficium Conſiſtoriale, ſi taxatum reperitur in libris Cameræ verbi gratia ad Ducatos 300. Annata ad hanc ſummam non ſolvitur Officialibus Cancellariæ, ſed tribus generibus perſonarum, nempè Sacro Collegio Cardinalium pro tertia parte, pro alia tertia Cameralibus, & pro reliqua tertia Officialibus in Cancellaria, qui Annatiſtæ dicuntur; adeò, ut taxa in ſingulis excedat tertiam partem &c. tota, & integra annata dividatur inter Cardinales, Camerales, & Annatiſtas communiter hoc eſt pro æquali portione. Minutum verò Servitium ſolvitur iiſdem, ſed non pro æquali portione, & taxa illa non excedit tres cum dimidio pro centenario &c. quando integra taxa dividitur in tres partes, puta, ſi Eccleſia ſit taxata ad mille, & quingenta, taxa ſtatuitur ad quingenta tantùm,

de qua &c. Cardinales, Camerales, & Annatiſtæ æqualia percipiunt emolumenta, nunquam tamen ſolutio hujuſmodi tripartita aſcendit ad eam ſummam, quæ ſolvitur pro integra annata, ſi diviſio facta non eſſet&c.„ *num. 26. cum ſeqq. & num. 56. in med. §. Primò aliud eſſe*, ibi „ ſolvitur integrè media annata ad rationem valoris expreſſi Officialibus Cancellariæ tantùm: Commune verò &c. ſolvitur pro Eccleſiis taxatis, & participat Sacrum Collegium pro tertia parte &c.„ *& dict. cap. 18. §. 4. de quindenn. nu. 2. & 26. Veſtr. in prax. lib. 1. cap. 4. num. 4. cum ſeqq.* ibi „ quòd, ſi materia ſubjecta talis ſit, pro qua veniat ſolvenda annata, ſolvi ſolet omnibus participantibus, in Cancellaria reſidentibus pro rata eis contingente, utpote Jannizzeris, ſeu Sollicitatoribus Apoſtolicis, Scriptoribus Archivii, Cubiculariis, Scutiferis, & Ripalibus Portionariis &c.„ *num. 8.* ibi „ & ſi Annata ſolvatur, nè ſupplices abſentes à privatis Sollicitatoribus decipiantur, hi Jannizzeri tanquàm publici Sollicitatores, pro fide ſui publici Officii, ſolent adjicere hæc verba. Pro Annata ſolvit tot &c.„ *& num. 10. in fin.* ibi „ Quòd, ſi pro ea ſolvenda ſit Annata, non aliàs conſignatur parti, ſed per Regiſtratorem, qui ſcripſit eam, uni ex Notariis Cameræ Apoſtolicæ, ſimilium Bullarum receptori deputato præſentari ſolet, & per Sollicitatorem eidem Notario ſolvi portio Annatæ, quæ ad Pontificem ſpectat. Qua ſoluta, idem Notarius eaſdem Bullas Parti ſollicitanti reſtituit &c.„ *& cap. 6. nu. 1. in principio*, ibi „ Si ſubjecta Bullæ materia, Annatæ ſolutionem deſideret, poteſt per ſe ipſum omnes adire Participantes, & eorum ſubſcriptiones, &, ut vocant, manus, ſoluta cuique portione ſibi contingente, habere &c.„ *& num. 3.* ibi „ Quòd, ſi Bulla Annatæ ſolutionem deſideret, Notarii Cameræ remittunt ſupplicem ad Depoſitarium Pontificis &c. qui portionem Annatæ ad Pontificem ſpectantem recipit, & de receptione fidem facit ſolventi &c. Idem Summiſta eandem ad Collegia Participantium mittit &c. Quibus omnibus eorum annatæ portiones ſolvit ſupplex &c.„ *Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap. 10. nu. 2.* ibi „ Qui autem ſint illi Officiales, qui participant de Annata &c. ſolvi ſiquidem ſolet omnibus Participantibus, in Cancellaria reſidentibus, pro rata eos tangente, veluti Sollicitatoribus Apoſtolicis, Scriptoribus, Archiviſtis, Cubiculariis, Scutiferis, & aliis Participantibus, ſecundùm taxam portionis quemlibet ipſorum concernentis &c.„ *Maſſ. Galleſ. de annat. n. 3. cum ſeqq.* ego ſuprà *Cap. XVII.*

Nec obſtat *Azor. inſtitution. moral. part. 2. lib. 7. cap. 13. quæſt. 7. §. cæterùm, in principio,*
3 *verſiculo poſſunt*, imprudenter redarguens, quòd aliquando Annatiſtæ excedant in exactione quindenniorum, ut in verbis ibi „ *Poſſunt quidem in his pecuniis exigendis, & accipiendis, ſicut in aliis rebus humanis, abuſus irrepere, & vitia contingere, non nego; ut, ſi Miniſtri avari, & lucri cupidi, immoderatas pecunias exigant &c. At propter abuſus hominum, malè ſcilicet utentium rebus alioqui per ſe bonis, res ipſæ damnandæ non ſunt; ſed abuſus, ſi qui irrepſerint, ſubmovendi, & præcidendi*: quia *Azor.* miſerè hallucinatur, ideòque haud immeritò eundem repræhendit *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. num. 26.* ibi: *Illud non omittendum, quòd Azorius parùm informatus de ſtylo Cancellariæ, cùm addit, Officiales quandoque excedere in exactione, tàm annatarum, quàm quindenniorum, quia hoc omninò eſt falſum, immò impoſſibile, annata enim, quindenniùmve ſolvitur non uni perſonæ, nec uni generi perſonarum, ſed in pluribus Officiis &c. & ſinguli recipiunt ſuam ratam, quam annotant in Bulla, quæ ſubſcriptio, & adnotatio non poteſt eſſe erronea; &, quatenùs aliquis Officialium erraret, error hic poteſt quandocumque corrigi, ut, ſubducto computo, ſolvatur illa taxa, quæ competit illi Officio &c.*

Immò idem *Azor* ſibi contrarius, *præcedenti* 4
cap. 12. quæſt. 2. poſt med. §. de cætero, fatetur ſolvi certis Officialibus, ut in verbis ibi: *De cætero nihil penitùs antè, vel poſt exigatur ratione literarum, Bullæ, ſigilli, annatarum, Communium, & Minutorum Servitiorum, primorum fructuum, deportuum, aut ſub quocumque alio titulo, colore, vel prætextu cujuſvis conſuetudinis, privilegii, vel Statuti, aut alia quavis cauſa, vel occaſione directè, vel indirectè, ſolùm Scriptoribus, Abbreviatoribus, & Regiſtratoribus literarum, ſeu minutarum pro ipſorum labore competenti ſalario ſolvendo &c.*

ARGUMENTUM.

Quindenniorum ſolutiones à manu mortua factæ pro aliquibus Beneficiis annuum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera excedentibus, ſibi unitis, inducunt obligationem impoſterùm ſolvendi quindennia etiam pro aliis Beneficiis tanquàm prædictorum membris, & portionibus, dictam ſummam excedentibus, eidem manui mortuæ unitis, quantumvis pro illis in præteritum quindennia ſoluta non fuerint.

SUMMARIUM.

1 *Solutio pro recognitione debiti ſemel facta in una parte, præſefert agnitionem debiti quoad aliam.*
2 *Recipiens unam partem quindennii, non cenſetur aliam partem reſidualem pro aliis Beneficiis unitis remiſiſſe.*
3 *Beneficia excedentia Ducatos XXIV. ſolvunt Annatam.*
4 *Quindennia ſubrogata fuerunt loco Annatarum.*
5 *Quindennia introducta fuerunt ad reparandum damnum Annatiſtis reſultans ex Unione Beneficiorum ob ceſſationem eorum vacationis.*
6 *Solvens partem debiti, licet in ſoluto ſibi præjudicet, non tamen poteſt cogi ad ſolvendum aliam partem.*
7 *Quando quis nomine alterius ſolvit, tunc partis ſolutione non videtur totum agnoſcere.*

C A-

CAPITULUM CLII.

CONſtito, quòd manus mortua recognoverit debitum, propriámque obligationem, ſponte ſolvendo quindennia pro nonnullis Beneficiis ſibi unitis, ſequitur, quòd idem debitum, eandémque obligationem recognoſcere debeat etiam quoad alia Beneficia, pro quibus non ſolvit quindennia: quamobrem monemus in præſenti, quòd quindenniorum ſolutiones à manu mortua factæ pro aliquibus Beneficiis annuum valorem XXIV. Ducatorum auri de Camera excedentibus, ſibi unitis, inducunt obligationem impoſterùm ſolvendi quindennia etiam pro aliis Beneficiis tanquàm prædictorum membris, & portionibus dictam ſummam excedentibus, eidem manui mortuæ unitis, quantumvis pro illis in præteritum quindennia ſoluta non fuerint; cùm æquè principaliter ſub unica, eadémque periodo in Bullis quindennio-
1 rum demandetur eorum ſolutio, iſta autem pro recognitione debiti ſemel facta in una parte, præſefert agnitionem debiti quoad aliam, quaſi quòd ſolvens partem debiti, cùm agnoſcat bonam fidem, fateatur, ſe debitorem, & adſtringi valeat ad ſolutionem reſidui, ex quò proveniat ab eodem fonte, cauſa, & titulo, ad *textum in l. ſicui res ff. de legat. 2. l. ſi fideicommiſſo §. fin. ff. de Judic. l. ſed & ſi Julianus §. fin. ff. ad Senatuſconſult. Macedon. l. ſi quædam ff. de jur. deliber. l. ex aſſe ff. de acquir. hæred. l. ſiquidem 24. verſic. ſi verò certam C. de tranſaction. l. cùm fidem 4. C. de non numerat. pecnn. l. cùm te 2. C. de his, quæ vi, metùſve cauſ. de Angel. de confeſſion. lib. 3. quæſt. 11. num. 89. §. undè, Cyriac. controv. 225. num. 22. & 23. Maur. de ſolution. cap. 24. num. 1. Barboſa vot. Canonic. deciſ. 126. num. 80. lib. 3. Rota coram Bich. dec. 319. nu. 10. cum ſeqq. tom. 1. ac in recentior. dec. 111. nu. 16. part. 9. tom. 1. dec. 450. num. 12. & 13. part. 13.*
2 adeò, ut Annatiſtæ recipientes unam partem quindennii, non cenſeantur aliam partem reſidualem pro aliis Beneficiis unitis remiſiſſe, *l. centum Capuæ in fin. ff. de eo, quod certo loco, l. cùm dos ff. rer. amot. l. ſiquidem 24. C. de tranſaction. de Graſſ. de exception. except. 25. num. 14.* ſicuti namque ſi Beneficia, pro quibus in præteritum ſoluta non fuerunt quindennia, non
3 eſſent unita, procul dubio ob exceſſum in Ducatis XXIV. ſolverent Annatam in qualibet vacatione, juxta Bullam 33. *Clementis VII. Bullar. nov. Rom. tom. 1. Maſſ. Galleſ. de Annat. per tot. tract. Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 3. de annat. num. 21. & 42.* ità Beneficia poſteà
4 unita ſolvere debent quindennia loco Annatarum ſubrogata, ex per nos ſuprà latè congeſtis
5 *Cap. I.* ad reparandum damnum ex Unione Annatiſtis reſultans ob ceſſationem vacationis Beneficiorum, veluti exprimitur in ipſis Bullis quindenniorum, & notant *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quinden n. 2. Rota coram Card. Seraphin. dec. 1410. n. 1. & 28. repetit. poſt Tract. int. deciſ. Sac. Rot. Rom. in ordine la V.*
6 Nec obſtat, quòd ſolvens partem debiti, licet in ſoluto ſibi præjudicet, non tamen poteſt cogi ad ſolvendum aliam partem, *Caſtill. controv. Jur. lib. 4. cap. 60. num 61. Maur. de ſolution. cap. 15. nu. 3. cum ſeqq. Barboſa vot. 126. num. 80. in med. verſic. quamvis, lib. 3. Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 22. nu. 16.* quia id pro- 7
cedit, quando quis nomine alterius ſolvit, tunc enim partis ſolutione non videtur totum agnoſcere, per *textum in l. fin. C. nè ux. pro marit. Barboſa loc. citat. in fin. verſiculo niſi.*

ARGUMENTUM.

Quindenniorum Bullæ mandantes quindennia ſolvi ex Beneficiis cum Cura, & ſine Cura de tempore Unionum manibus mortuis factarum, intelligendæ ſunt de Cura Animarum.

SUMMARIUM.

1 *Pontifices indiſtinctè ſubjiciunt quindenniis tàm Beneficia cum Cura, quàm ſine Cura.*
2 *Duæ dantur Curæ, & quales ſint.*
3 Bullæ *quindenniorum ſubjicientes quindenniis Beneficia cum Cura, & ſine Cura de tempore Unionum, intelligendæ ſunt de Cura Animarum.*
4 *Cura Animarum tanquàm ars artium, ipſa ſola ſubintelligitur.*
5 Regula 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. *per Beneficia cum Cura, & ſine Cura intelligit Curata, & non Curata, ſeu ſimplicia.*
6 Sacr. Concil. Tridentin. ſeſſ. 6. de Reformat. cap. 3. *per Curam intelligit Curam Animarum.*
7 Beneficium *Parochiale dicitur Curatum, & Parochus dicitur Curatus.*
8 *Eccleſiæ Curatæ, ſeu Parochiales habentes alias Curatas, ſeu non Curatas ſibi unitas, tenentur ad quindennia.*
9 *Etiam Eccleſiæ Parochiales unitæ, indicandæ, ſeu notificandæ ſunt.*
10 *Cura dupliciter conſiderari poteſt, largè ſcilicet, & ſtrictè.*

CAPITULUM CLIII.

PRo explicandorum majori, immò neceſſaria dilucidatione ſciendum eſt, quòd Sum- 1
mi Pontifices indiſtinctè ſubjecerunt quindenniis tàm Beneficia cum Cura, quàm ſine Cura, ut videre eſt ex *Bulla 20. Julii III. §. 6. in med. verbo cum cura, & ſine cura, Bullar. nov. Rom. tom. 1. Bulla 17. Pauli IV. §. 8. antè med. eod. verbo, eod. tom. 1. &* Bulla *50. Clementis X. §. 1. poſt med. circà fin. eod. verbo, tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la III.*
V. & XI. prænotandum quoque eſt, duas dari 2
Curas, unam, quæ dicitur Cura Animarum, circà Sacramentorum adminiſtrationem per Parochos exercendam, quæ quidem eſt juriſdictionalis fori tantùm interni, ſeu pœnitentialis, aliam autem, quæ dicitur Cura juriſdictionalis, exercibilis in foro externo, ſeu contentioſo, reſpectu juriſdictionis viſitandi, excommunicandi, abſolvendi, & alia faciendi ad morum correctionem ſpectantia, *Barboſa de Paroch. par. 1. cap. 1. num. 47. cum ſeqq. & de verb. appellat. appell. 65. num. 2. Rota in recentior. dec. 99. n. 14. cum ſeqq. par. 7.*
Quibus præmiſis, reſolvimus, quòd quin- 3
denniorum Bullæ mandantes quindennia ſolvi ex Beneficiis cum Cura, & ſine Cura de tempo-

re

re Unionum manibus mortuis factarum, intelligendæ ſunt de Cura Animarum, quia non
4 addito alio verbo, per antonomaſiam tamquàm ars artium, tantòque pretioſior, quantò periculoſior, ipſa dumtaxat ſubauditur, quæ eſt juriſdictionalis fori interni, ac pœnitentialis, ad Parochum ſpectans, *Lotther. de re beneficiar. lib. 2. quæſt. 31. nu. 20. Turricell. de union.*
5 *Benefic. cap. 9. num. 84. in fin.* hinc per Beneficia cum Cura, & ſine Cura intelligit Curata, & non Curata, ſeu ſimplicia *Regula* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſibus in principio, verbo cum*
6 *Cura, & ſine Cura*; hinc per Curam *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. de Reformat. cap. 3. in principio verbo Curam*, intelligit Curam Ani-
7 marum; hinc Beneficium Parochiale, eodem modo per antonomaſiam dicitur Curatum, & Parochus dicitur quoque Curatus, juxta *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. de Reformat. cap. 5. in principio, verbo Curata, & cap. 7. in principio, eodem verbo, & ſeſſ. 21. de Reformat. cap. 5. verbo Curatorum, & ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 13. in principio, verbo Curata, Barboſa de Paroch. par. 1. cap. 1. n. 11. & 45.*

Undè ex Beneficiis Curatis, ſeu Eccleſiis Pa-
8 rochialibus manui mortuæ unitis debentur quindennia, & Curatæ, ſeu Parochiales Eccleſiæ habentes alias Curatas, vel non Curatas, ſeu non Parochiales Eccleſias ſibi unitas, tenentur pari paſſu ad quindennia, ut ex *Bulla* 50. *Clementis X. §. 9. poſt med. verbo ac Parochialia, Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la XI.*

9 Hinc eſt, quòd Bullæ quindenniorum mandant, ut indicentur, ſeu revelentur etiam Parochiales Eccleſiæ manibus mortuis unitæ, juxta *Bullam* 38. *S. Pii V. §. 6. circa fin. verbo Parochiales Eccleſias, & Bullam* 33. *Sixti V. §. 4. in principio, eodem verbo, Bullar. nov. Rom. tom. 2. Bullam* 18. *Urbani VIII. antè §. 1. in med. eod. verbo, & §. 2. circà fin. eod. verbo, tom. 5. & Bullam* 50. *Clementis X. § 5. poſt med. eod verbo, tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la VI. VII. VIII & XI.* non alio ſanè fine, niſi ad denotandum, Eccleſias Parochiales, ſeu Curatas ſubjici quindenniis.

Nec obſtat, quòd divinatorium videatur, potiùs intelligi Bullas quindenniorum de Cura Animarum in foro interno, & pœnitentiali, quàm in externo, & contentioſo, cum Cura
10 (ut ſuperiùs inſinuavimus) dupliciter conſiderari poſſit, largè ſcilicet, ſeu impropriè, & ſtrictè, ſeu propriè, largè quoad juriſdictionem fori contentioſi, ſicque quoad omnia Beneficia habentia exercitium juriſdictionis excommunicandi, viſitandi, abſolvendi, & hujuſmodi, ſtrictè verò, ac propriè quoad ſolam Juriſdictionem fori pœnitentialis, ſicque quoad Sacramentorum adminiſtrationem, ex traditis per *Maſſobr. in prax. habend. concurſ. prælud. 3. num. 4. & 5. Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 6. n. 60.* quia in dubio de cura ſtrictè, & propriè ſumpta, qualis eſt illa animarum, ſubaudiendæ ſunt Bullæ quindenniorum, non de larga, & impropria, de qua ſi intelligendæ eſſent, ſanè Pontifices declararent; nec major ratio militat, quòd intelligantur de cura fori contentioſi, quàm de cura fori pœnitentialis, cùm minùs privilegiata ſit una, quàm alia: vel ſi intelligendæ eſſent Bullæ quindenniorum de utraque cura, ſemper etiam hac intelligentia ſolverentur quindennia, ex eo quòd plura ſunt Beneficia cum hac cura fori contentioſi.

ARGUMENTUM.

Quindenniorum Bullæ mandantes, ex Monaſteriis Monialium manui mortuæ unitis, de tempore Unionis, Conventu carentibus quindennia ſolvi, quomodò intelligantur, ad effectum quandò dicantur Conventu carere, ut quindennia ſolvantur, & quando vice verſa Conventu non carere, ut quindennia non ſolvantur.

SUMMARIUM.

1 *Monaſteria Monialium Conventu carent, ſi in illis non degat Abbatiſſa, vel Prioriſſa, nec Moniales.*
2 *In Monaſteriis Mulierum Abbatiſſa cum tribus Monialibus format Conventum.*
3 Sixtus V. *indulſit Cardinali Hieronymo de Ruvere, ut conferre poſſet Beneficia, & Monaſteria non Conſiſtorialia, nec Conventum habentia, nec in libris Cameræ taxata.*
4 *Tres de Jure civili, & duo de Jure Canonico faciunt Collegium.*
5 *Collegialitas conſiſtit in reſidentia Chori, inque aliis.*
6 *Etiamſi in Monaſterio Virorum degant ſæculares, adhùc eſt Conventuale.*
7 *Collegium ſemel in pluribus conſtitutum, poſteà in uno tantùm benè conſervari poteſt.*
8 *Unus tantùm Cardinalis facit Collegium, ſi omnes Cardinales defuerint.*
9 *Unus Cardinalis Papam eligere poteſt.*
10 *Quadragenaria ſtatus non conventualis requiritur, ad effectum autem exigendi quindennia, ſufficit carentia Conventus de tempore Unionis.*

CAPITULUM CLIV.

Haud inutiliter monemus in præſenti, quod quindenniorum Bullæ mandantes, ex Monaſteriis Monialium manui mortuæ unitis, de tempore Unionis, Conventu carentibus quindennia ſolvi, quomodò intelligantur, ad effectum quando dicantur Conventu carere, ut quindennia ſolvantur, & quando vice verſa Conventu non carere, ut quindennia non ſolvantur; & tunc Conventu carere dicuntur, ſi 1
in Monaſteriis Monialium non degat Abbatiſſa, vel Prioriſſa, nec Moniales, ſi verò hæ degerint, licet in eis ad unguem non ſervetur conventualis diſciplina, ſeu obſervantia, ex eo quòd aliud eſt, Monaſterium carere conventuali obſervantia, aliud carere Conventu; ità, ut ſaltem tres habuerit Moniales, vel duas ex aliquo peculiari Statuto, vel, ſi de Statuto non conſtet, exiſtat opinio vulgi exiſtimantis Conventum eſſe, dummodò realiter, ac cum effectu ibidem converſentur, & conveniant Monia-

niales, ut unum corpus inſimul faciant, nempè quòd Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, & Moniales congregentur more conventuali in uno loco ad ſonum campanulæ pro negociis ſui Monaſterii peragendis; hocque enim modo verè aliqua, licet non in omni rigore, retinetur ſpecies, & forma Conventus, ſeu Conventualitatis, quantumvis non obſervent Moniales Regulam:
2 ideòque in Monaſteriis Mulierum Abbatiſſa cum tribus, vel duabus ſaltem Monialibus, ex peculiari Statuto, vel ex vulgi exiſtimatione Conventum, ſeu Collegium formant inſimul
3 conviventes, veluti in ſimili de Indulto per Sixtum V. de anno 1586. conceſſo Cardinali Hieronymo de Ruvere Titulari S. Petri ad Vincula de Urbe, conferendi Beneficia, & Monaſteria, non tamen Conſiſtorialia, nec Conventum habentia, nec in libris Cameræ Apoſtolicæ taxata ponderat *Germon. de Indult. Cardinal.* §. *regularia num.63. cum ſeqq. & ſignanter n.73. cum ſeqq.*
4 Quibus viva adſtipulatur ratio, etenim tres de Jure civili, vel ſaltem duo faciunt Collegium de Jure Canonico, *l. Neratius* 85. *ff. de verb. ſignif. cap.* 1. *de electsion. Raguc. de voc. in Capitul. quæſit.* 1. *num.* 3. *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 3. *&* 4. *Card. de Luca de Canonic. diſcur.19. n.*4.

Conventus ſiquidem, ſivè Collegium conſiſtere nequit, ſine Monachis, aut Monialibus,
5 & principaliora requiſita Collegialitatis, ſeu ſunt reſidentia Choralis, actus Capitulares, arca communis, ſivè potiùs maſſa communis in arca deponenda, ſigilla, ac ſimilia ſigna Collegialia, *Rota dec.*354. *num.*11. *cum ſeqq. par.*4. *recentior. tom.* 2.
6 Adeòque principalis noſtra reſolutio vera eſt, ut, etiamſi puta in Monaſterio Virorum creentur Priores Clerici ſæculares, & collocentur Fratres alterius Ordinis, ſivè in Monaſterio Monialium collocentur Moniales alterius Ordinis, adhùc Monaſterium non dicitur carere Conventu, ſed benè ſtatus conventualis hac via conſervatur, *Germon. loc. citat num.* 75. *&* 76. *Rota deciſ.*208. *num.*7. *par.*1. *diverſ.* proindèque à contrario ſenſu eximitur à quindenniis hoc caſu Monaſterium Monialium, in tantùm, ut Monaſterium Monialium retinens unam tantùm Monialem de tempore Unionis, adhùc non ſubjacere debet quindenniis, cùm Conven-
7 tus, Collegium, ſeu virtus, & potentia conſiſtere poſſit in uno ſolo, & conſervari, aliis Monachis, aut Monialibus deficientibus, ad *textum in cap. fin. diſtinct.* 65. *cap. gratum* 2. *de poſtulat. Prælat. l. ſicut* 7. §. *fin. ff. quod cujuſqu. univerſitat. l. ſi grege ff. de legat.* 1. *Rebuff in l. Neratius Priſcus* 85. *propè fin.* §. *jus autem Collegii, ff de verb. ſign. Cyriac. controv. for.*116. *n.*2. *Lavor. de electsion. Canonic. tit.*4. *cap.*15. *n.*26. *in principio, verſic. immò etiam in uno, Caſtellin. eod. tract. cap.* 5. *num.*86. *circà fin. verſic. ex quibus, juncto verſic. & quòd prædicta, & verſic. ſcio enim, Barboſa de Canonic. cap.* 41. *nu.* 15. *Tamburin. de Jur. Abbat. tom* 1. *diſput.*5. *quæſit.*8. *num.* 3. *&* 4. *Pax Jordan. lucub. tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 8. *Pignatell. conſult. can.* 150. *nu.*4. *tom.*9. *bon. mem. R. P. D. Piton. diſcept. Eccl.*8. *num.* 19. *in princip. par.*1. *ego in altero Tract. de Quindenn. cap.*124. *nu.*21. *Rota coram Rembold. deciſ.* 376. *nu.*10. *&* 11. *Card. Seraphin. dec.*860. *n.*7. *tom.* 1. *& dec.*1050. *n.*2. *tom.*2. *ac in recentior. dec.*268. *n.*6 *par.*3. undè deficiêtibus (quod Deus, 8
miſertus Eccleſiæ ſuæ, avertat) Cardinalibus, eorum Sacrum Collegium tunc conſiſtit in uno, *Germon. de Indult. Cardinal. in* § *Regularia n.*70.
adeòque unus remanens Cardinalis in Conclavi 9
vi clauſus, cæteris exeuntibus de Conclavi, vel negligentibus, attento tamen Jure communi, & non aliter, maximè poſt notiſſimam Bullam Gregorii XV. Papam eligere poteſt, non tamen ſe ipſum, *Caſtellin. de electsion. cap.* 5. *n.*43. *antè med. verſic. ſi enim omnes Cardinales, Lavor. eod. tract. cap.* 6. *num.* 26. *Alban. de Cardinal. quæſtion.*24. *per tot. Laudenſ. eod. tract. par.*1. *concl.* 24. *per tot. Cobell. in notit. Cardin. cap.* 16. *privileg.* 1. *in med.* §. *Cùm autem, litera A. pag. mihi* 156.

Ad hoc autem, ut carentia Conventus legi- 10
timè comprobetur, requiritur ſaltem quadragenaria ſtatus non conventualis, quaſi quòd Monaſterium potuerit aliquo tempore deſinere eſſe Conventuale, & poſteà iterùm eſſe Conventuale, *Germon. de Indult. Cardinal. in* §. *Regularia num* 79. non autem ad finem exigendi quindennia, requiritur talis quadragenaria, cùm ad talem effectum ſufficiat carentia Conventus de tempore Unionis Beneficii, juxta literalem *Bullam* 33. *Sixti V.* §. 2. *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. *Bullam* 18. *Urbani VIII. in principio, tom.* 5. *& Bullam* 50. *Clementis X* §. 4. *tom.* 6. *repetit poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la VII. VIII. & XI.*

ARGUMENTUM.

Quindenniorum Bullæ mandantes, ex Beneficiis à manu mortua poſſeſſis quindennia ſolvi, intelligendæ ſunt, quando poſſeſſio eſt perfecta, quieta, ac pacifica cum perceptione omnium fructuum, vel ſaltem majoris eorum partis.

SUMMARIUM.

1 *Etiam ex Beneficiis litigioſis unitis debentur quindennia.*
2 *Poſſeſſio Beneficiorum unitorum, ad hoc, ut ſit locus ſolutioni quindenniorum, debet eſſe pacifica cum perceptione fructuum.*
3 *Poſſeſſionis effectus conſiſtit in perceptione fructuum ex re poſſeſſa.*
4 *Major pœna eſt privari fructibus Beneficii, quàm inhabilitari ad Beneficium.*
5 *Primum Beneficium per aſſequutionem ſecundi incompatibilis tunc vacat, quando pacificè ſecundum poſſidetur.*
6 *Promovendus ad titulum Beneficii, debet illud pacificè poſſidere.*
7 *Proviſus de Parochiali, aut Canonicatu, profeſſionem Fidei emittere tenetur intrà duos menſes à die captæ poſſeſſionis.*
8 *Id intelligendum eſt de poſſeſſione pacifica.*
9 *Quindennium ſolvendum non eſt ex ſola præſumptione poſſeſſionis Beneficii de præterito.*
10 *Probata poſſeſſione de præterito, probata non remanet poſſeſſio de præſenti.*

11 *Con-*

11 *Confeſſio non extenditur de tempore ad tempus, nec de caſu ad caſum.*
12 *Probata poſſeſſione præterita, & præſenti, præſumitur etiam poſſeſſio media.*
13 *Probatis extremis, media præſumuntur.*
14 *Aliud eſt poſſidere, & aliud fructus percipere.*
15 *Ut ſit locus* Regulæ 35. Cancellar. de annal. & Regulæ 36. de triennal. *ſufficit ſola poſſeſſio etiam citrà fructuum perceptionem.*
16 Regula prædicta *liberat poſſeſſorem Beneficii à ſupervenientibus moleſtiis.*
17 *A' diverſis non fit benè illatio.*
18 *Beneficia unita, per Unionem quodammodò deſinunt eſſe Beneficia.*
19 *Pacificè quis poſſidere videtur, etiamſi fructus non percipiat.*
20 *Quindennia debentur loco Annatarum.*
21 *Adducitur intellectus Bullarum quindenniorum.*
22 Bulla 50. Clementis X. Bullar. nov. Rom. tom. *6.* repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la XI. *tamquàm ultima benè inſervire valet pro declaratione aliarum priorum.*
23 *Dari nequit fructuum perceptio abſque pacifica poſſeſſione.*
24 *Si lis mota fuerit ſuper aliquo prædio Beneficii, adhùc quis dicitur pacificus poſſeſſor.*
25 *Ex incuria manus mortuæ, non debent damnificari Annatiſtæ.*
26 *Proprius dolus nemini patrocinari debet.*
27 *Poſſidere deſinens, habetur pro poſſidente.*
28 *Aliud eſt Beneficium poſſidere, & aliud in poſſeſſione eſſe.*
29 *Aliud eſt ſtudere, & aliud in ſtudio eſſe.*
30 *Multi ſunt in ſtudio, pauci verò ſtudent.*
31 *Affertur antiqua* Regula 34. aliàs 36. de publicand. reſignation.
32 *Num debeatur quindennium, ſi uniatur* Beneficium, *cujus medietas fructuum ſit alteri ad vitam reſervata, relinquit Author cogitandum.*

CAPITULUM CLV.

1 Cum doceamus ſuprà *Cap. LXXXVIII.* ex Beneficiis manui mortuæ unitis, quantumvis litigioſis deberi quindennia, dummodò poſteà capiatur eorum poſſeſſio, in præſenti ſupereſt docendum, qualis eſſe debeat poſſeſſio hujuſmodi, dum hoc non declaratur à Bullis quindenniorum; proindeque firmamus in præ-
2 ſenti, quòd quindenniorum Bullæ mandantes, ex Beneficiis à manu mortua poſſeſſis quindennia ſolvi, intelligendæ ſunt, quando poſſeſſio eſt perfecta, quieta, & pacifica cum perceptione omnium fructuum, vel ſaltem majoris eorum partis, *Alphonſ. Sott. ad Regul. 35. hodiè 36. Cancellar. de triennal. num. 13. Chokier ad eand.*
3 *Regul. num. 65.* omnis namque poſſeſſionis effectus conſiſtit in pacifica poſſeſſione, & perceptione fructuum ex re poſſeſſa, *l. bonæ fidei 48.*
4 *ff. de acquir. rer. domin.* adeò, ut major ſit pœna privari fructibus ſui Beneficii, quàm inhabilitari ad Beneficia, *Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 34. num. 112. antè med. verſic. quòd ſit major pœna.*
5 Hinc primum Beneficium per aſſequutionem ſecundi incompatibilis dumtaxat vacat in caſu, quo capta ſit pacifica poſſeſſio ſecundi unà cum fructuum perceptione, ad *textum in cap. ſi tibi conceſſo 26. cap. licet Epiſcopus 28. de Præbend. in 6. Extravag. Execrabilis Joannis XXII. eod. tit. Garzias de Benefic. part. 11. cap. 5. num. 108. cum ſeqq. Lotther. de re benefic. lib. 2. quæſt. 30. num. 9. cum ſeqq. & lib. 3. quæſt. 23. num. 18. & 26. Antonell. de temp. legal. lib. 3. cap. 8. num. 1. cum ſeqq. Roſa de exeqnutor. liter. Apoſtolic. par. 1. cap. 5. num. 62. cum ſeqq. & in addition. n. 26. cum ſeqq.* hinc ad titulum Beneficii promoven- 6
dus, pacificè debet illud poſſidere, juxta ſanctionem *Sacroſancti Concilii Tridentini ſeſſ. 21. de Reformat. cap. 2. in med. verbo pacificè poſſidere:* hinc idem *Sacr. Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. de Re-* 7
format. cap. 12. in principio, verſiculo proviſi etiam, & verſiculo proviſi autem, præcipiens, ut proviſi de Parochialibus Eccleſiis, aut Canonicatibus in Cathedrali Eccleſia, profeſſionem Fidei emittere teneantur intrà duos menſes à die captæ poſſeſſionis, intelligendum eſt 8
de poſſeſſione pacifica, *Barboſa de Paroch. par. 1. cap. 4. num. 11. & 12. & de Canonic. cap. 17. num. 17. & in Concil. Tridentin. dict. loc. nu. 21.*

His accedit, quòd, ut manus mortua condemnetur ad quindennia, non ſufficit, Annatiſtas probare, illam de præterito poſſediſſe Beneficium unitum; non enim benè infertur ex poſſeſſione de præterito ad poſſeſſionem de præſenti, cùm potuerit poſt Unionem ex aliqua cauſa, & accidenti ipſam Unionem annullante auferri poſſeſſio Beneficii à manu mortua, ſicque manus mortua non ampliùs illud poſſidere: undè qui ſe fundat in poſſeſſione aliena ad proprium commodum ex quindenniis reſultans, juvari nequit fallibili præſumptione præteritæ poſſeſſionis, quæ ſolummodò admittitur, ſi agatur de commodo poſſidentis; in caſu autem noſtro agitur de illius incommodo, & quidem notabili ob tractum ſucceſſivum, ac 9
perpetuum, ſolvendi nempè quindennium ex ſola præſumptione poſſeſſionis de præterito, *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 64. num. 38. & 39. Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 6. nu. 22. cum ſeqq.* adeò, ut, etiamſi per confeſſionem ipſius manus mortuæ conſtaret de poſſeſſione de præterito, adhùc probata non indè remaneret poſſeſſio de præſenti, ex eo quòd confeſ- 10
ſio non extenditur de tempore ad tempus, nec 11
de caſu ad caſum, *Menoch. loc. mox citat. num. 40. & 41.*

Aliter ſentiendum eſt in contrario caſu, quo Annatiſtæ docerent de poſſeſſione præterita, & 12
præſenti, tunc procul dubio abſque alia probatione præſumeretur etiam poſſeſſio media, ſeu medii temporis; etenim probatis extremis me- 13
dia præſumuntur, *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 66. n. 1. & per tot.*

Neque obſtat principali noſtræ reſolutioni, quòd, cùm in Bullis quindenniorum non declaretur, qualis eſſe debeat poſſeſſio, ut debeatur quindennium, ſed eædem Bullæ contentantur nuda poſſeſſione, prout legere eſt in *Bulla 20. Julii III. §. 6. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ibi „ quæ Congregationes prædictæ quomodolibet communiter poſſident &c. aut dummodò per ipſas Congregationes poſſideantur „ &c. „ *Bulla 17. Pauli IV. §. 11. eod. tom. 1.* ibi „ volumus &c. quòd &c. Beneficia Eccleſiaſtica, quæ poſſident &c. notificaſſe, & intimaſſe debeant &c. „ *Bulla 38. S. Pii V. in principio, & §. 3. in fin. §. 4. & 6. tom. 2.* ibi „ con-

„ contrà &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. poſſi-
„ dentes &c. poſſeſſa &c. dummodò &c. Bene-
„ ficia ipſa poſſideant &c. quæ &c. poſſideant,
„ & quo titulo illa poſſideant &c. „ *Bulla* 33. *Sixti V.* §. 2. *in fin.* & §. 4. *eod. tom.* 2. ibi „
„ dummodò Beneficia ipſa poſſideant &c. quæ
„ &c. poſſideant &c. quæ &c. poſſidebunt &c. „ *Bulla* 18. *Urbani VIII. in principio*, & §. 2. & 3. *tom.* 5. ibi „ dummodò &c Beneficia
„ ipſa poſſiderent &c. quæ &c. poſſiderent, &
„ quo titulo illa poſſidebant &c. quæ &c. quo-
„ modolibet poſſidebant &c. quæ &c. poſſi-
„ dent &c. quæ &c. poſſidebunt &c. „ & *Bulla* 50. *Clementis X.* §. 3. 4. 5. 9. & 11. *tom* 6. ibi „ dummodò &c. Beneficia ipſa poſſiderent
„ &c. quæ &c. poſſiderent, & quo titulo illa
„ poſſediſſent &c. quæ &c. poſſidebant &c. quæ
„ &c. poſſidebunt &c. „ *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* III. V. VI. VII. VIII. & XI. videretur, ſatis eſſe ſimplex, ac nudum facti poſſeſſio, etiam ſterilis, ſeu de vento,
14 abſque fructuum perceptione; aliud enim eſt poſſidere, quod tantùm deſiderant Bullæ quindenniorum pro debita ſolutione quindennii, & aliud fructus percipere, de quo nec per umbram loquuntur Bullæ, *l. ſiquis autem* 10 *ff. de acquir. poſſeſſion.* immò benè dari poteſt poſſeſſor,
15 etiamſi fructus non percipiat, prout cuilibet poſſeſſori Beneficii ſufficit ſola poſſeſſio etiam citrà fructuum perceptionem ad ſe juvandum notiſſima *Regula* 35. *de annal.* & *Regul* 36 *Cancellar. de triennal. Gonzalez ad Regul.* 8 *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ* 34 *num.* 122. *in med. verſiculo hinc ſuffragatur Regula*, *Chokier ad dict. Regul. de annal num.* 33. *in fine*, *verſiculo*
16 *denique ſatis*, & *num* 62. quia *Regula de annali*, & *triennali* favet poſſeſſori Beneficii, inque illius favorem emanavit, ad illum nempè defendendum à ſupervenientibus moleſtiis impetrantium, Bullæ verò quindenniorum non ſolùm non favent manui mortuæ poſſeditrici Beneficii uniti, ſed potiùs adverſantur eo ipſo, quod poſſeditrix eſt, dum illam condemnat ad quindennii ſolutionem caſu, quo Beneficium
17 poſſideat: undè à diverſis non benè fit illatio, *l. Papinianus* 20. *ff. de minor.*

Omiſſo, quòd *Regula Cancellariæ* non applicatur
18 ad Beneficia unita, quæ per Unionem quodammodò deſinunt eſſe Beneficia, *Chokier ad d. Reg.* 35. *Cancellar. n.* 47. & 48. aliàs iniquum eſſet, quòd manus mortua ob à ſe captam poſſeſſionem Beneficii ſibi uniti teneretur ad quindennium, etiamſi nondùm fructus Beneficii percipiat, forſitan, quia ultimus Beneficiatus adhùc vivat, illóſque percipiat, vel quia in Unione reſervati fuerint alicui ad certum tempus, ſivè
19 illius vita durante; quamvis enim hoc caſu videatur pacificè poſſidere manus mortua, veluti in ſimili de poſſeſſore Beneficii, cujus fructus primi anni ſpectant ad Epiſcopum, vel ad alium, juxta *cap. ſi propter* 10. *de Reſcript. in* 6. *Rebuff. de pacific. poſſeſſor. num.* 99. attamen cùm nullos interim fructus percipiat, non vi-
20 detur teneri ad quindennia, quæ debentur loco annatarum, ex per nos ſuprà cumulatis in *Cap. I.*

Hunc inſuper eſſe germanum intellectum Bul-
21 larum quindenniorum, facilè videtur deprehændi ex *Bulla* 50. *Clementis X.* §. 9. *antè med. verbo quæ*, & *quas*, *Bullar. nov. Rom. tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la XI.* ubi loquendo de Beneficiis, & perpetuis Penſionibus unitis, ac reſpectivè applicatis, ſeu reſervatis manui mortuæ, proindèque quindenniis obnoxiis, utitur poſt verbum *poſſidere* alio verbo *percipere*, ibi: *quæ, & quas ipſa Capitula, Collegia, Seminaria, Congregationes, & alia Loca Pia prædicta vigore Unionum hujuſmodi poſſident, & percipiunt reſpectivè*; quod quidem verbum non poteſt referri, niſi ad perceptionem fructuum: cùmque præfata
Conſtitutio Clementina ſit ultima ex Bullis ſu- 22
per materia quindenniorum editis, benè inſervire valet pro declaratione aliarum priorum Conſtitutionum ſuper eadem materia editarum.

Si autem verbum *percipere* cadit ſuper fructuum perceptione, ſupponendum venit, poſ-
ſeſſionem Beneficii debere eſſe pacificam, cùm 23
dari nequeat fructuum perceptio abſque pacifica poſſeſſione, ut patet ad ſenſum.

Si tamen lis mota fuerit ſuper aliquo prædio,
cenſu, aut redditu Beneficii per manum mor- 24
tuam poſſeſſi, eo caſu cogi poteſt ad ſolutionem quindennii, cùm adhùc dicatur manus mortua pacifica poſſeditrix, *Rebuff. de pacific. poſſeſſor. num.* 202. *Barboſa de Epiſcop. part.* 2. *alleg.* 19. *n* 21.

Eodem modo eſt locus ſolutioni quindenniorum, etiamſi non probetur per Annatiſtas, fructus Beneficii uniti percipi à manu mortua, quando tantum tempus effluxerit, quòd manui mortuæ poſſit pro notabili negligentia im-
putari, nè ex illius incuria damnum oriatur 25
Annatiſtis, *Maſſobr. in prax. habend. Concurſ. requiſit.* 1. *dub* 5. *num.* 11. *in fin verſic. vel tantum tempus*; prout, ſi dolo deſinat manus mortua poſſidere, vel fructus percipere, nè ad
quindennia valeat condemnari, cùm non de- 26
beat proprius dolus alicui patrocinari in præjudicium Annatiſtarum, præſertim cauſam habentium à Camera Apoſtolica, & quidem oneroſam ob ſuorum Officiorum emptionem factam proprio ære, *cap. audivimus* 3. *de colluſion. detegend. l.* & *eleganter* 6. *in principio*, *l. nec ex dolo* 12 *ff. de dolo*, *l. is, qui dolo* 69. *ff. de rei vindication. l. ſiquis dolo* 51. *ff. de re judicata*,
Barboſa axiom. 76. *num.* 4. & 5. deſinens enim 27
poſſidere, deſinènſque fructus percipere, habetur pro poſſidente, & fructus percipiente, proindèque nè ex ſua malitia victoriam cum aliena jactura reportet, æquum videtur, ut teneatur ad quindennia, ac ſi poſſideret, fructúſque perciperet, *l ſi rem meam* 17. *ff. de exception. rei judicat.*

Nè autem confundantur termini, non omitto, quòd pro exactione quindennii non ſufficit eſſe in poſſeſſione Beneficii uniti, vel mitti in illius poſſeſſionem, ſed opus eſt, ut manus
mortua Beneficium cum effectu poſſideat; 28
aliud namque eſt Beneficium poſſidere, & aliud eſſe in poſſeſſione Beneficii, *Rebuff. de pacific. poſſeſſor. num.* 203. cùm poſſit quis ex Decreto Judicis immitti in poſſeſſionem rei, forſitan rei conſervandæ cauſa, ſed non rem poſſidere, *l. cùm legati* 12. *ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſion. eatur*, *l. ſi duo poſſideant* 3. §. *Creditores* 8. *ff. uti poſſidet. l. poſſideri* 3. §. *fin. l. ſiquis antè* 10. *ff.*
de acquir. poſſeſſ. hinc aliud eſt ſtudere, & aliud 29
eſſe in ſtudio; nec privilegia conceſſa ſtudenti-

bus, communicanda ſunt exiſtentibus in ſtudio, & non ſtudentibus, *Adden. ad Decium in cap. conſultationibus 10. litera C. de offic. Delegat.*

30 ac profectò (utinam ità non eſſet) multi ſunt in ſtudio, pauci verò ſtudent.

31 Hinc antiqua *Regula Cancellariæ la 34. aliàs 36. de publicand. reſignation.* decrevit, quòd, ſi reſignans decedat in poſſeſſione Beneficii reſignati, illud vacet per obitum reſignantis, ut benè notat *Corneus conſil. 137. n. 6. tom. 3.*

32 Num autem, ſi uniatur Beneficium, cujus medietas fructuum ſit alteri ad vitam reſervata, debeatur quindennium, nec nè, ſuper hoc pro nunc cogitandum relinquo.

ARGUMENTUM.

Quindenniorum Bullæ mandantes, quindennia deberi incipere à die effectuatæ Unionis Beneficiorum, quomodò intelligantur, ad effectum quando dicatur Unio effectuata.

SUMMARIUM.

1 *Quindennia deberi incipiunt à die dumtaxat effectuatæ Unionis Beneficiorum.*
2 *Ponderatur abſurdum aliàs oriturum.*
3 *Quindennium Emphyteuticum debetur poſt effectuatam Emphyteuſim.*
4 *Unio dicitur effectuata à die captæ poſſeſſionis Beneficiorum unitorum.*
5 *Quindennia ſolvi debent, dummodò tamen Beneficia unita poſſideantur.*
6 *Indicanda ſunt per manum mortuam Beneficia unita.*
7 *Sola poſſeſſio Beneficii abſque fructuum perceptione, inducit effectuationem Unionis.*
8 *Unionis effectuatio probatur ex enunciativis antiquis in literis Apoſtolicis.*
9 *Nec requiritur, poſſeſſionem eſſe pacificam.*
10 *Rejicitur* Barboſa de Jure Eccleſ. lib. 3. cap. 16. n. 65. in fin.
11 *Validè dicitur capta poſſeſſio vigore mandati de capienda poſſeſſione in literis conceſſi.*
12 *Unionis effectuatio, probata remanet per mandatum Procuræ, ſi ex fide Procuratoris doceatur de capta poſſeſſione Beneficiorum.*
13 *Sufficit mandatum præſumptum ex obſervantia.*
14 *Procurator etiam ſine mandato agere poteſt ad utilitatem ſui Principalis.*
15 *Quo caſu excipi nequit de defectu mandati.*
16 *Unionis effectuatio comprobatur ex ſententiis.*
17 *Prout ex actibus alienationis* Bonorum Beneficii *uniti.*
18 *Ex unico actu acquiritur poſſeſſio quoad omnes alios ex eadem cauſa derivantes.*
19 *Translatio poſſeſſionis* Bonorum Beneficii *uniti non probatur ex quadragenaria.*
20 *In odium non capientis poſſeſſionem, cùm illam capere poſſit, habetur pro capta, & Unio pro effectuata.*
21 *Quindennium currere incipit etiam antè adeptam poſſeſſionem Beneficii uniti, quando in Unione dicitur* unimus.
22 *Pontifices ſolent quandoque manui mortuæ plura Beneficia unire.*
23 *Unionis effectuatio, tamquàm quid facti non præſumitur.*
24 *Camera Apoſtolica habet intentionem fundatam ſuper quindenniis.*
25 *Refellitur* Mandoſ. in Regul. 11. aliàs 12. hodiè 13. Cancellar. de revocation. Union. quæſt. 7. n. 4. circà fin. verſ. pro contraria, cum nn. ſeqq.

CAPITULUM CLVI.

Sanè Romani Pontifices, eorum tanto, nec majori in terris muneri (prout par eſt) ſatisfacientes, indèque juſtitiam præ oculis habentes, ut gerant perſonam, cujus vices gerunt in terris, ſumma ducti æquitate, prudenter decreverunt, 1 quindennia dumtaxat deberi incipere à die effectuatæ Unionis Beneficiorum, non autem à die illius conceſſionis, uti habetur in *Conſtitutione 6. Pauli II. §. 5. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ibi ,, Et quòd de omnibus &c. Beneficiis, ut præfertur, unitis, à quorum Unionum temporibus, poſtquàm illæ ſortitæ effectum, anni XV. effluxerunt &c. Communia, Minuta, & alia Jura, ſeu Annatas, & medios fructus hujuſmodi ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis XV. in futurum, prout multi alii ad ſimiles Uniones, & gratias obtinendas faciunt, & facere conſueverunt &c.,, *Conſtitutione 17. Pauli IV. §. 8. circà fin. eod. tom. 1.* ibi ,, ad ſolutionem Communium, & Minutorum Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum eiſdem Cameræ, Collegio, & Officialibus, ratione earundem Unionum &c. ſingulis XV. annis, à die, quo illæ ſuum effectum ſortitæ fuerint &c. faciendam teneri &c.,, *Conſtitutione 38. S. Pii V. §. 4. tom. 2. Conſtitutione 33. Sixti V. §. 2. in fin. & §. 4. circà fin. eod. tom. 2.* ibi ,, ad ſolutionem Quindenniorum præfatorum eidem Cameræ, ac Collegio, & Officialibus, ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis, à die, quo illæ ſuum ſortitæ fuerint effectum &c. faciendam teneri &c. ipſòſque debitores ad &c. ſolvendum quindennia decurſa &c. conſtito tamen de ſortito effectu Unionum &c. cogendi &c. ,, *Conſtitutione 18. Urbani VIII. in principio, & §. 3. antè med. tom. 5. & Conſtitutione 50. Clementis X. §. 2. in principio, §. 3. in med. §. 5. circà fin. §. 9. circà fin. & §. 11. circà fin. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſtolic. in ordine la I. V. VI. VII. VIII. & XI.*

Optima ſiquidem ratione, nè aliàs manus 2 mortuæ gravarentur ſolvere quindennia, antequàm gratia conceſſæ Unionis Beneficiorum ſuum ſortiretur effectum, cùm dari poſſet, quòd vel nunquam ſortiri poſſet effectum, ſi forſitan Beneficia eſſent per prius unita in perpetuum alteri manui mortuæ, vel quòd poſt aliquod tempus ſortitura eſſet effectum, ſi forſitan Beneficia, unita per prius reperirentur alteri manui mortuæ ſaltem ad tempus; tempus verò extinctionis Unionis nondùm advenerit, vel Beneficia unita, vacatura erant per ceſſum, vel deceſſum Beneficiatorum modernorum poſſeſſorum, vel ob aliam quamcumque cauſam; ità, ut manus mortuæ non leve ſentirent gravamen, ſi ſolutiones quindenniorum ſtatim inciperent currere, ſeu deberi ab ipſa die Unionis, & conceſſionis gratiæ, ut ſimile abſurdum conſideravi in ſimili quindennio per manum mortuam ex Empyteuſi debito ſolvendo etiam poſt 3 effe-

effectuationem ipſius conceſſionis Emphyteuticæ, non autem à die conceſſionis, ex per nos allatis in altero Tractatu de *Quindenniis*, *Cap. LXIX.*

Quibus poſitis, diſcutiendum eſt in præſenti, quando, & à quo tempore dicatur Unio effectuata ad hoc, ut ſciatur, quando, & à quo tempore deberi incipiat quindennium, & aſſerimus, quòd, cùm ex Bullis quindenniorum, quindennia deberi incipiant à die effectuatæ Unionis Beneficiorum, diſcutitur, quando dicatur Unio effectuata ad hunc effectum; intel-
4 ligimus autem, Unionem effectuatam à die captæ per manum mortuam poſſeſſionis Beneficiorum unitorum, ſequuta fortaſsè illorum vacatione per ceſſum, vel deceſſum obtinentis Beneficia hujuſmodi, ut vice verſa in ſimili de *Regula* 11. *aliàs* 12. *hodiè* 13. *Cancellar.* revocatoria Unionum in caſu non ſortitæ effectuationis, & in ſimili de Decreto revocatorio pariter Unionum in caſu earum quoque non ſequutæ effectuationis, juxta *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ.7 de Reformat. cap 6 & ſeſſ.14 cap.13. in principio, & ſeſſ.24. cap.9 poſt med. verſiculo inſuper acceſſiones, & citrà fin verſiculo quæ verò*, benè explicant *Valenzuel. Velazquez conſil. 22. num.44. vol.1. Alphonſ. Sott. ad mox laudatam Regul.13. Cancellar. num 5 Chokier ad eand. Regul. quæſt. 5. num 3. & 4 Card de Luca de Benefic. diſcur.45. num 7. & diſcur.48. num 13. & 14. & in annotat. ad Sacr. Concil. Tridentin. diſcur.8. num 24. Turricell de Union. Benef cap. 14. num. 1. cum ſeqq. & cap.15 nu.15. Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 29. num. 27. Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap.15. §.4. nu.14. Barboſa ad Sacr. Concil. Tridentin. ſeſſ. 7. de Reformat. cap. 6 num.10. & de Jure Eccleſ. lib.3. cap.16. num.65. Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib.2. cap. 15. num. 30. Rota coram Zarat. dec. 23. num. 7. Arguell. dec.4. num.15. Ubald. dec.873. num.3. Alexand. VIII. deciſ.261. num.9. Carill. dec.42. num.10. in fin. Bich. dec.40. num.4. tom.1. Card. Celſ. deciſ.282. num.16. Anſald. Decan. deciſ.47. num. 7. cum ſeqq. & in recentior. dec.446 nu 1. & 17. part.4. tom.2. dec.337. ex num.20. ad fin. & dec.371. num.12. cum ſeqq. par.9. tom 1. dec. 305. num.7. par.11. dec.7. num.23. verſic quodque, part.15. dec.138. num.11. par 16. dec.336. num.1. par.18. tom.1. dec.321. num.11. par 19.*

Quòd autem per poſſeſſionem Beneficii dicatur Unio effectuata ad effectum ſolvere incipiendi quindennia, ſatis comprobatur ex ipſiſ-
5 met Bullis quindenniorum, quindennia ſolvi mandantibus, dummodò tamen Beneficia unita, cum effectu à manibus mortuis poſſideantur, prout habetur in *Conſtitutione 20. Julii III. §.6. circà fin. Bullar. nov. Rom. tom.1.* ibi: *dummodò per ipſas Congregationes poſſideantur &c. Conſtitutione 38. S. Pii V. §.4. in principio, tom. 2.* ibi: *dummodò Monaſteria, & Beneficia ipſa poſſideantur &c. Conſtitutione 33. Sixti V. §.2. in fin. eod. tom.2.* ibi: *dummodò Beneficia ipſa poſſideant &c. & Conſtitutione 18. Urbani VIII. in principio, tom. 5.* ibi: *dummodò Monaſteria, ſeu Beneficia ipſa poſſiderent &c. repetit. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la III. VI. VII. &*
6 *VIII.* undè eſt, quòd in memoratis Bullis quindenniorum injungitur manui mortuæ onus indicandi, ſeu notificandi (quod ajunt profitendi) Beneficia unita, quæ poſſidet, ad demonſtrandum, tunc deberi incipere quindennia conſtito de poſſeſſione Beneficiorum, & è contrà antè eorum captam poſſeſſionem non induci effectuationem Unionis, ac per conſequens antè illam non incipere deberi quindennia.

In tantum, ut ſola poſſeſſio abſque fructuum 7
perceptione de per ſe ſatis ſit ad inducendam Unionis effectuationem, *Barboſa ad Sacr. Concil. Tridentin. ſeſſ 7. de Reformat. cap.6. num.10. in fin. & de Jure Eccleſ. lib. 3. cap. 16. num.65. in fin. Pyrrh. Corrad. in prax. benefic. lib. 2. cap. 15. num.31. Turricell. de Union. Benefic. cap.14. num. 8. Rota coram Zarat. dec.23. num 20. repetit. dec. 305. num. 20. par. 11. recentior.* immò ſufficit docere de effectuatione Unionis mediante poſſeſſione Beneficiorum, illa probata ex enunciativis antiquis, potiſſimùm ipſius manus mortuæ, ad cujus favorem facta fuit Unio, & potiſſimùm accedentibus etiam aliis admi-
niculis, vel ex enunciativis quoque antiquis in 8
literis Apoſtolicis, *Turricell de Union. Benefic. cap. 14. num.26. Rota coram Carill. dec.42. n.8. ac in recentior. dec.352. num.5. par.4 tom.1.* nec
requiritur, poſſeſſionem eſſe pacificam, *Barbo-* 9
ſa de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 16. num.65. in fin. cujus tamen opinio mihi non arridet uti con-
tinens multum rigoris, proindèque ego con- 10
trarium firmavi in *præced. Cap.* & validè dicetur 11
capta poſſeſſio vigore facultatis manui mortuæ tributæ in literis Unionis, capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, *Rota coram Zarat. dec. 23. n.11. repetit. penès Dian. reſol. moral. par.11.*
fol. mihi 566. remanetque probata effectuatio 12
Unionis per mandatum Procuræ, ſi ex fide mandati Procuratoris doceatur de capta poſſeſſione Beneficiorum nomine manus mortuæ, ad cujus favorem conceſſa fuit Unio, *Valenzuel.*
Velazquez conſil. 22. num. 43. adeò, ut ſufficit 13
mandatum præſumptum, ex obſervantia nempè elicitum, *Turricell. de Union. Benefic. cap.15. num.16. Rota dec.305. num.8 par.11 recentior.*

Præſumptio autem mandati ad hunc effectum deducitur ex exhibitione Inſtrumenti Unionis, & eò magis, ſi Procurator erat de
gremio ipſius manus mortuæ, qui uti talis, 14
etiam ſine mandato agere potuit nomine ſuæ Communitatis ad illius utilitatem, qualis eſt ipſa acceptatio Beneficiorum unitorum, *Turricell. de Union. Benefic. cap.15. num.17. Rota poſt Dian. reſol. moral. part. 11. folio mihi 566. repetit. coram Zarat. deciſ.23. num.8. & 9.* quo caſu
ad avertendum præproperam, & anticipatio- 15
rem quindenniorum ſolutionem, excipi nequit de defectu mandati contrà poſſeſſionem captam nomine manus mortuæ, de Beneficio unito, *Rota recentior. dec.305. num.8. & 9. par.11.*

Effectuatio inſuper Unionis comprobatur 16
quoque ex ſententiis deſuper emanatis, *Turricell. de Union. Benefic. cap. 14. num.22. Rota coram Peutinger. dec. 364. num. 3. ac in recentior. deciſ.361. num.3. & 8. par.10. deciſ.224. num.6. par.11.*

Ex actibus etiam alienationis Bonorum Be- 17
neficii uniti deſumitur effectuatio Unionis, *Turricell. de Union. Benefic. cap. 14. num.27. & 28. Rota coram Burratt. dec.857. num.3.* vel ex locationibus Bonorum ejuſdem Beneficii, *Turricell. loc. citat. num. 29. Rota coram Buratt. deciſ. 34.*

*num.*4.nec; ut dicatur probata effectuatio Unionis, requiritur in ſpecie probatio omnium effectuum, qui ab Unione ſequuntur, ſed ſufficit, aliquem fuiſſe probatum, quia propter titulum
18 univerſalem Unionis ex unico actu acquiritur poſſeſſio quoad omnes alios ex eadem cauſa derivantes, *Turricell. de Vnion. Benefic. cap.* 14. *num.* 18. *Rota coram Carill. dec.*270 *num.*4. *quæ eſt dec.*203.*num.*5. *& 6. part.*9. *recentior. tom.*1.

Præterea Unio præſumitur effectuata ex curſu quadraginta annorum, meliùſque ex centenaria, ſi ex quadragenaria, juncta obſervantia,
19 quantumvis non probetur actualis tranſlatio poſſeſſionis Bonorum Beneficii uniti, *Turricell. de Benefic. union. cap.* 14. *num.* 14. *&* 30. *Rota coram Coccin. dec.*2323. *num.*8. *Buratt. dec.*857. *num.* 6. *& in recentior. dec.*330. *num.*12. *&* 17. *verſiculo minùs obſtat*, *& num.*18. *par.*9. *tom.*1.

Si tamen manus mortua dolosè differat capere poſſeſſionem Beneficii uniti, nullis adhibitis diligentiis, ut tardiùs nempè quindennium ſolvere incipiat, tunc, nè dolus manui mortuæ, ſivè ejus Miniſtris patrocinetur, aut ejus, ſivè eorum incuria obſit Cameræ Apoſtolicæ, ac illius Officialibus vulgò Annatiſtis nuncupatis, quindennium deberi incipit à die, quo nulla adeſſent impedimenta ad poſſeſſionis adeptio-
20 nem, quæ in odium malignantis habenda eſt pro capta, & Unio pro effectuata, cùm ſtaret per manum mortuam, ſeu illius Miniſtros, nomine ejuſdem recipientes Unionem, quominùs caperet, ſeu caperent poſſeſſionem Beneficii, *Alphonſ. Sott. in Regul.* 11. *aliàs* 12. *hodiè* 13. *Cancellar. revocator. Vnion. num.*5. *& 6. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*15. §.4. *num.*14. *in principio.*

Prout ad hoc, ut currere incipiat quinden-
21 nium, nec expectanda eſt adeptio poſſeſſionis Beneficii uniti, quando Papa in ſuis literis Unionis utitur verbo *unimus*; ex eo quòd tunc inducitur incorporatio ipſo Jure facta abſque alio facto, ac conſequenter Unio ſtatim effectuata de tempore Pontificis illam concedentis, *Turricell. de union. Benefic. cap.*14. *num.*31. *Rota recentior. dec.*374. *n.*16. *par.*9. *tom.*1.

22 Cùm autem ſoleant quandoque Summi Pontifices, ob eorum munificentiam, vel ob ſupplicantium neceſſitatem plura Beneficia manui mortuæ unire, juſtus remanet ſcrupulus, utrùm hoc caſu ad hoc, ut quindennia deberi incipiant à die effectuationis Unionis, requiratur effectuatio Vnionis omnium Beneficiorum, utrùm verò ſufficiat ſola effectuatio Vnionis unius tantùm ex Beneficiis, vel utrùm quindennia tunc incipere debeant ad ratam ſolius Beneficii effectuati à die, quo ſortita fuerit effectum Vnio illius tantùm Beneficii effectuati: & hoc caſu procedendum eſt cum fœdere diſtinctionis; aut Vnio fuit facta de pluribus Beneficiis ſub unica oratione, & expreſſione valoris, ſub qua ille fuit in unicam ſummam coacervatus, aut Vnio plurium Beneficiorum diſtinctim fuerit facta ſub diverſa oratione, aut particulariter ſingulæ Vniones fuerunt expeditæ; & primo caſu ſufficit, quòd probetur effectuatio Vnionis unius tantùm ex Beneficiis ad hoc, ut quoad alia Beneficia inducatur effectuatio, ac conſequenter deberi incipiat quindennium ex omnibus Beneficiis unitis, quantumvis unum dumtaxat appareat effectuatum; in ſecundo autem caſu non infertur ex effectuatione Vnionis unius tantùm ex Beneficiis ad alia Beneficia: tunc enim non eſt unica Vnio, ſed ſunt diverſæ, ac plures Vniones, veluti ità diſtinguunt *Pyrrh. Corrad. in prax. benefic. lib.*2. *cap.*15. *nu.* 32. *cum ſeqq. Turricell. de union. Benefic. cap.*14. *num.* 16. *& cap.* 15. *num.*19. *cum ſeqq. Rota coram Dunozet. Jun. dec.* 525. *nu.*5. *tom.*2. *Carill. dec.* 270. *n.*5. *verſic. juncto*, *Peutinger. dec.*364. *num.* 4. *&* 5. *ac in recentior. dec.*196. *n.*8. *par.*7. *dec.*203. *n.*6. *part* 9. *tom.*1.

Adhùc alius non minùs levis remanet enodandus ſcrupulus, cui videlicet incumbat onus probandi effectuationem, vel non effectuationem Vnionis, ſicque utrùm manui mortuæ, vel Cameræ Apoſtolicæ, & Annatiſtis ab ea cauſam habentibus, cùm Vnionis effectuatio, tam- 23
quàm quid facti, non præſumatur, ſed concludenter probanda ſit, *Turricell. de Benefic. Vnion. cap.* 14. *num.* 11. *Rota coram Verall. aliàs Caputaq. dec.*11. *num.*5. *part.*1. *Peña dec.*1379. *nu.*3. *tom.* 2. *ac in recentior. deciſ.*627. *num.*3. *part.*3. aſſero, ad manum mortuam ſpectare probationem exceptionis non effectuatæ Vnionis, 24
cùm habeant intentionem fundatam ipſa Camera Apoſtolica, nec non Annatiſtæ creditores quindenniorum, poſt ſequutam Vnionem, & transfundant in manum mortuam eorundem quindenniorum debitricem onus probandi ineffectuationem, *Turricell. de union. Benefic. cap.*14. *num.*19 *&* 20. *Rota in recentior. dec.* 99. *num.*21. *part.*7. quidquid in contrarium inclinet 25
Mandoſ. in Regul 11. *aliàs* 12. *hodiè* 13. *Cancellar. revocator. Vnion. quæſtione* 7. *num.* 4. *circà fin. verſiculo pro contraria*, *cum nn. ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Quindenniorum Bullæ mandantes procedi *ſummariè*, *ſimpliciter*, *de plano*, *ſine ſtrepitu*, *& figura judicii*, *ſola facti veritate inſpecta*, *& more Camerali*, contrà manus mortuas Beneficia unita poſſidentes, & quindennia non ſolventes, quomodò intelligantur.

SUMMARIUM.

1 *Debitores ſolvere renuunt.*
2 *In Cauſis quindenniorum proceditur ſummariè.*
3 *Clauſulæ* ſummariè, *& ſimiles æquipollent Clauſulæ* manu Regia.
4 *Non tamen tolluntur ſubſtantialia judicii.*
5 *Contrà debitores Camerales ſummariè proceditur.*
6 *Tributum habet viam exequutivam.*
7 *Papa judicat ſola facti veritate inſpecta.*
8 *Quindennia ſubrogata fuerunt loco Annatarum.*
9 *In Decimis Papalibus ſummariè proceditur.*
10 *Prout etiam in Cauſis ſpoliorum.*

CAPITULUM CLVII.

AD coercendas manus mortuas quinden- 1
niorum debitrices, quæ frivolis (ut moris eſt debitorum) captioſiſque prætextibus, poſt aſſequutas ſui favore Beneficiorum Vnio-

nis,

nes , ſeu perpetuarum Penſionum reſervationes
quindennia ſolvere renuunt in grave detrimen-
tum ipſius Cameræ Apoſtolicæ , ejùſque Offi-
cialium , Annatiſtarum nuncupatorum ab ea-
dem cauſam oneroſam quidem habentium ,
Summi Pontifices , Apoſtolico , ac Paſtorali
zelo (prout par eſt) accenſi , juxta Paſtoralis
muneris onus , indemnitati omnibus viribus
conſulentes , nec non debitorum fraudibus , &
aſtutiis , in quantum poteſt , ac valet humana
fragilitas , obviantes , non minùs prudenter ,
2 quàm ſapienter ſanciverunt , ut procederetur
*ſummariè , ſimpliciter , de plano , ſine ſtrepitu , &
figura judicii , ſola facti veritate inſpecta , &
more Camerali* , contrà manus mortuas Benefi-
cia unita poſſidentes , & quindennia non ſol-
ventes ; quibus verbis utuntur *Sixtus V. in ſua
Conſtitutione 33. §. 4. in fin. Bullar. nov. Rom.
tom. 2. Urbanus VIII. in ſua Conſtitutione* 18. §. 3.
in fin. tom. 5. *& Clemens X. in ſua Conſtitutione*
50. §. 5. *in fin.* §. 9. *in fin. &* §. 11. *in fin. tom.* 6.
repetit. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la
VII. VIII. *&* XI. verba autem hujuſmodi ali-
quam important relaxationem rigoroſæ ordina-
riæ formæ judiciariæ , cùm materia ſolutionis
quindenniorum , tamquàm privilegiata , cele-
rèmque habens expeditionem , tendat ad judi-
3 cium exequutivum , ſeu ſummarium , & æqui-
pollent Clauſulæ *manu Regia* , *velo levato* , per
4 quæ tamen non tolluntur ſubſtantialia judicii ,
inter quæ eſt citatio , ſi non perſonalis , ſaltem
facta domi , dimiſſa copia, ad *textum in l. de
ſubmerſis navibus* 5. *C. de naufrag. lib.* 11. *Scac-
cia de judic. lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 15. *cum ſeqq.
Ubert. de citation. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 340. *cum
ſeqq.* Baron. *eod. tract. tom.* 1. *quæſt.* 15 *num* 45.
& quæſt. 18 *num.* 76. *& tom.* 2. *in addition. ad
dict. quæſt.* 15. *n.* 44. *cum ſeqq.* Zacch. *de obligat.
Cameral. quæſt.* 27. *num.* 18. *cum ſeqq. Carocc. de
exception. except.* 125. *num.* 26. *cum ſeqq. Niger
de exequut. rei judicat. cap.* 11. §. 1. *num.* 33. *cum
ſeqq. Coler. de Proceſſ. exequutiv. part.* 3. *cap.* 7.
num 3. Barboſa *de Clauſul. clauſul.* 78. *per tot.*

Jurèque merito in materia quindenniorum
non venit in ſuo rigore ſervandus ordo judicia-
rius , cùm in materia fiſcali , ſeu Camerali ,
5 qualis profectò eſt iſta quindennialis , exequu-
tivè , & ſummariè contrà debitores Camerales
procedatur ſola facti veritate inſpecta , omiſſis
Juris apicibus , prævia tamen ſola partis cita-
tione , præſertim agendo , prout in caſu , de
credito Camerali , ſeu fiſcali , claro tamquàm
canonizato à Bullis quindenniorum , ad *textum
in l. abſtinendum* 4. *C. quor appellat. non recipit.*
6 eò maximè æquiparato tributo quindennio , in
quo de ſui natura ineſt via exequutiva ob para-
tam , ſeu celerem exequutionem, per *textus aper-
tos in l ſacrilegii capite* 9. §. *Eum quoque* 6. *ver-
ſic. cum eo ff. ad leg. Jul. peculat. l. quoniam
nonnulli* 18. *C. de appellation. l. commiſſa* 19. *ff.
de publican. l. colonus* 61. § *Navem* 1. *ff. locat.
l. miſſi opinatores* 7. *C. de exactor. tribut. lib.* 10.
l. Præfectus 2. *C. de appar. Præfect. lib.* 12. *No-
vell. de mandat. Princip.* § *Coges, collation.* 3. *Spa-
da conſ.* 148. *num.* 5. *lib.* 1. *& conſ.* 115. *num.* 6.
lib. 3. *Peregrin. de Jure fiſci lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 5.
verſic. fiſcalis ſanè , & lib. 7. *tit.* 3. *cum ſeqq. Gut-
tierrez de gabell. quæſtion.* 164. *num.* 7. *Mauſon.
de cauſ. exequutiv. ampliat.* 8. *nu.* 14. *cum ſeqq.
& ſignanter num.* 19. *& ampliat.* 29. *num.* 10. *cum
ſeqq. & ampliat.* 30. *num.* 21. *Coler. de Proceſſ.
exequut. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 143 *verſic. reſtrin-
genda , & cap.* 3 *num.* 86. *verſic. ſecùs eſt , Burg.
de mod. procedend. ex abrupt. centur.* 1. *quæſt.* 5.
nu. 1. *verſic. ſecundus caſus* ; Papa namque , ſivè 7
ejus Camera eundem repræſentans , debet judi-
care ut Deus , ſola facti veritate inſpecta , *Spa-
da conſil.* 285. *num.* 2. *lib.* 3. *Becc. conſil.* 52. *n.* 89.
lib. 1.

Nec mirandum eſt de hujuſmodi quinden-
niorum privilegio à Summis Pontificibus pro-
vidè impartito , dum quindennia ipſa , ut ſuprà 8
in *Cap. I.* monuimus , ſubrogata fuerunt loco
Annatarum , & Annatæ loco Decimarum Pa-
palium , in quibus etiam ſummariè citrà ali- 9
quam Juris ſolemnia proceditur , *Mauſon. de
cauſ. exequutiv ampliat.* 34. *num.* 8. *cum plur.
ſeqq. Burg de modo procedendi ex abrupto quæſt.* 5.
num. 116. *verſic. quadrageſimus primus , Monet.
de Decim. cap.* 8. *num* 41. *verſic. prima concluſio,
& cap.* 9. *num.* 237. *verſic. quarta concluſio , &
num* 251. *&* 252. *verſic. quin etiam , Mandoſ. de
monitor. quæſt.* 42. *num.* 1. eodem fermè modo
proceditur in Cauſis ſpoliorum , quæ etiam Fi- 10
ſcales , ſeu Camerales ſunt , *Redoan. de ſpoliis
quæſt.* 11. *n.* 7. *cum ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Quindenniorum Bullæ , ut obligent , non indigent acceptatione .

SUMMARIUM.

1 *Ut Bullæ quindenniorum obligent , non indigent acceptatione ; ad quem effectum expenduntur eædem Bullæ quindenniorum .*

2 *Leges Pontificiæ non indigent acceptatione Populorum .*

3 *In Principes ſæculares translata fuit poteſtas à Populis .*

4 *Concordata ad hoc , ut non compræhendantur in* Regula 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. *indigent acceptatione Populi .*

5 *Concordata redolent naturam contractus .*

6 *Alternativa non ſuffragatur , niſi acceptata .*

7 *Lex , niſi moribus utentium recepta , nullam vim habet .*

8 *In certis locis aliquæ Conſtitutiones Pontificiæ non obligant .*

9 *Contrarius uſus Conſtitutionum per conniventiam Papæ toleratur .*

10 *Contrà Conſtitutiones Apoſtolicas pro illarum abrogatione nec ſufficit ſola tolerantia Papæ , ſed requiritur expreſſa illius permiſſio .*

11 *Conſtitutio Papalis non ligat , niſi à Subditis ſit recepta , juxta opinionem Rotæ relatam apud* Card. Put. deciſ 1. per tot. lib. 1.

12 *Talis opinio eſt communiter reprobata , tàm à Canoniſtis , & Theologis , quàm etiam ab aliis deciſionibus Rotalibus .*

13 Dicta Deciſio coram Card. Puteo , *non eſt Rotalis .*

14 *Sed eſt Diſcurſus , in quo idem teſtatur , Rotam contrarium tenere .*

CAPITULUM CLVIII.

NE à quindenniis ſe ſubtrahere præſumat manus mortua ſub captioſo prætextu defectus acceptationis Bullarum quindenniorum, in Partibus, operæ pretium duxi reſolvere,
1 quòd quindenniorum Bullæ, ut obligent, non indigent acceptatione; talis namque eſt lex quindenniorum, tantæque prærogativæ, ut Summi Pontifices, qui illam ſalubriter ediderunt, declaraverint, quòd ad obligandum tàm in judicio, quàm extrà, ſatis ſit, præfatas Bullas, ſivè earum tranſumpta in Partibus exhibere, nullo prorsùs facto verbo ſuper earundem acceptatione, veluti legere eſt in *Bulla* 38. S. *Pii V.* §.8. *& 9. Bullar. nov. Rom. tom.* 2. ibi „ Volentes præſentis Motus proprii ſolam „ ſignaturam ſufficere, & ubique in judicio, „ & extrà &c. fidem facere. Et nihilominùs „ illius tranſumpto manu publici Notarii Ca„ meræ Apoſtolicæ ſubſcripto, ubique locorum „ tàm in judicio, quàm extrà, fidem adhibe„ ri, ac ſi præſentes exhibitæ forent, & oſten„ ſæ &c. „ *Bulla* 33. *Sixti V.* §. 6. *eod. tom.* 2. ibi „ Volumus autem, ut præſentium tran„ ſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii pu„ blici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in „ dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, „ eadem prorsùs fides in judicio, & extrà „ adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi „ eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Ro„ mæ &c. „ *Bulla* 18. *Urbani* VIII. §. 5. *tom.* 5. *&* *Bulla* 50. *Clementis X.* §. 16. *tom.* 6. ibi „ „ Volumus autem, ut præſentium tranſumptis „ manu Datarii noſtri ſubſcriptis, & etiam im„ preſſis fides adhibeatur &c. „ *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VI. VII. VIII. *&* XI. cùm in hoc differant Conſtitutiones Pontificiæ à Conſtitutionibus, ſeu legibus aliorum Principum ſæcularium, quæ è contrà, ut obli-
2 gent, indigent acceptatione Populorum, quando tamen nequaquam indigent leges Pontificiæ tamquàm munitæ Clauſula *ſublata & Decreto irritanti*, dum Papa non metitur ejus poteſtatem à Populo, ſed immediatè à Deo, qui Claves Petro tradidit, illique juſſit gregem ſuum paſcere, ideòque non pendet à Populi uſu, vel non uſu, ejus legum obſervantia, nè aliàs poteſtas Principis Eccleſiaſtici leges condendi evaderet eluſoria, ſi liberum eſſet recipere, vel non recipere illius Conſtitutiones, quæ ideò ſtatim ac editæ ſunt, dicuntur effectuatæ, & obligant in conſcientia ſub peccato abſque ulla ope acceptationis, juxta communem Canoniſtarum, & Theologorum ſententiam, ut diſtinguunt *Card. Mantica de tacit. & ambig. convent. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 13. *nu.*42. *Zoeſ. in Jus Canonic. lib.* 1. *tit.* 2. *de Conſtitution. num.* 42. *Ferr. Manriq. quæſt. moral. & Vicarial. par.* 2. *quæſt.* 122. *n.* 9. *cum ſeqq. Lother. de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 25. *num.*40. *Dian. reſol. moral. part.* 1. *tract.* 10. *de legib. reſol.* 1. *in fin. Antunez de donation. Reg. lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 10. *per tot. Tamburin. de Jure Abbatiſſ. diſput.* 20. *quæſit.* 5. *num.* 7. *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 14 §. 1. *num.* 1. *cum ſeqq. Suarez de legib. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 4. *cum ſeqq. & lib.* 4. *cap.* 4. *cap.* 16. *num.* 17. *cum ſeqq. & cap.* 17. *per tot. Duard. de cenſib. tom.* 1. *quæſt.* 3. *concl.* 4. *num.* 59. *& de Cambiis quæſt.* 2. *num.* 5. *& ad Bull. Cœn. Domin. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 9. *cum ſeqq. Card. de Luca de* Benefic. *diſcur.* 13. *num.* 12. *de Judic. diſcur.* 35. *num.* 57. *&* 58. *de teſtament. diſcurſ.* 54. *nu.* 19. *de alienation. diſcurſ.* 35. *n.* 12. *& in Relat. Cur. diſcur.* 2. *num.* 44. *Monacell. formular. legal. Eccleſ. practic. part.* 2. *tit.* 15. *formul.* 4. *in annotat. num.* 2. *& part.* 3. *tit.* 1. *in annotat. ad formul.* 22. *num.* 15. *Sperell. deciſ. for. Eccleſ.* 15. *num.* 23. *cum ſeqq. & num.* 36. *cum ſeqq. part.* 1. *Rota coram Merlin. dec.* 814. *num.* 4. *tom.* 2. *Buratt. dec.* 811. *n.* 3. *ubi Adden. n.* 9. *tom.* 2. *Priol. deciſ.* 61. *num.* 2. *Coccin. deciſ.* 1290. *num.* 22. *Adden. ad Innocent. X. dec.* 278. *num.* 8. *Card. Celſ. dec.* 200. *n.* 5. *&* 6. *ac in recentior. dec.* 235. *num.* 6. *&* 7. *par.* 13. *dec.* 260. *num.* 15. *cum ſeqq. par.* 17. *dec.* 418. *num.* 6. *cum ſeqq. par.* 18. *tom.* 2.

E contrà verò Conſtitutiones Principium ſæcularium in tantum indigent acceptatione ſubditorum, ut illos obligent, in quantum à Po- 3
pulis tranſlatam poteſtatem mutuati ſunt, *l.* 1. *in fin. ff. de Senator.*

Nec obſtat *Regula* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib.* diſponens, quòd ad hoc, ut Concor- 4
data non compræhendantur in dicta *Regula*, indigent acceptatione Populi, quia, cùm Concordata non ſint leges Pontificiæ univerſales, ſed particulares tantùm, puta Nationis Germanicæ, & Gallicanæ, ſintque lata de communi Partium concordia, quodammodò 5
redolentia naturam contractus, ſivè privilegii, profectò ad eorum perfectionem, utque obligent, debent priùs acceptari tacitè, vel expreſsè; contractus enim non cadit in invito, nec privilegium communicatur invito, *Gonzalez ad prælaudatam Regul. gloſſ* 26 *nu:* 5. *cum ſeqq.*

Eo fermè pacto, quo Alternativa conceſſa 6
Epiſcopis reſidentibus per memoratam *Regulam*, illis non ſuffragatur, niſi acceptata, ut declarat eadem *Regula*.

Minùs obſtat, quòd lex uti habens in ventre tacitam conditionem, dummodò moribus 7
utentium recipiatur, & non alias, nullam vim obtinet, niſi ab initio recepta fuerit, *cap. in iſtis* 3. §. *Leges* 1. *diſtinct.* 4. ibi: *leges confirmantur, cùm moribus utentium approbantur*, *l. de quibus* 32. *ff. de legib.* ibi: *nam cùm ipſæ leges nulla alia ex cauſa nos teneant, quàm quòd judicio Populi receptæ ſunt*: quod etiam agnovit *Ariſtoteles* 2. *Politic. cap.* 6. *in fine*, ibi: *lex nullam vim obligandi habet, niſi ex more*; quia laudatæ auctoritates procedunt in legibus Principis ſæcularis.

Longè minùs obſtat, quòd ſicuti aliquæ Conſtitutiones Pontificiæ non obligant in Hiſpa- 8
nia, Luſitania, aut alibi, ex eo quòd ibidem non fuerunt receptæ, prout nec obligant ibidem, aut alibi nonnulla Decreta Sacri Concilii Tridentini, quia ibidem recepta non fuerint, *Salgad. de Supplicat. ad Sanctiſſ. par.* 1. *cap.* 2. *ſect.* 3. *num.* 131. *cum ſeqq. Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.* 65. *num.* 12. *Fontanell. deciſ. Cathalon.* 583. *num.* 30. *part.* 2. quippè forſitan iſte contrarius 9
uſus in certis Partibus per conniventiam, ſeu ſcientiam Papæ fuit toleratus, *Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.* 65. *num.* 13. *& de Juriſdiction. diſcur.* 7. *num.* 6. *& diſcur.* 53. *num.* 5. *& de feud. diſcur.* 4. *num.* 7. *& de Paroch. diſcur.* 25. *num.* 5. *Pignatell. conſult. Canonic. tom.* 1. *conſult.* 138.

num. 8.

num. 8. *Pacion. de locat. & conduct. cap.*14 §.1. *num.*5. *Zoeſius in Jus Canonic. lib.*1. *tit. de Conſtitution. nu.*47. *Duard. de Cenſib. tom.*1. *quæſt.*3. *conc.*4. *num.*65. *& de Cambiis quæſt.*2. *num.*6. *& ad Bull. Cœn. Domin. lib.* 1. *cap.*3. *quæſt.*6. *n.*14. *cum ſeqq. Rota in recentior. dec.*194. *num* 15. *cum ſeqq. par.* 4. *tom.* 2. aliàs non uſus allegari non valeret, *Card. de Luca in annotat. ad Sacr. Concil.*
10 *Tridentin. diſcur.* 24. *num.* 7. Præterquamquòd contrà Conſtitutiones Apoſtolicas Clauſula *ſublata*, *& Decreto irritanti* vallatas pro illarum abrogatione nec etiam ſufficeret ſola tolerantia Papæ, ſed requireretur expreſſa illius permiſſio, *Rota coram Coccin. dec.*155. *num.*18. *cum ſeqq. & num.*24. *&* 26. *ac in recentior. dec.*418. *num.*12. *cum ſeqq. par.*18. *tom.*2.

Leviſſimi quoque ponderis eſt objectum,
11 quòd etiam juxta opinionem Rotæ Conſtitutio Papalis non ligat, niſi à Subditis ſit recepta, ad tradita per *Card. Puteum dec.*1. *per tot. lib.*1.
12 quia, præterquamquòd talis opinio eſt communiter reprobata tàm à Canoniſtis, & Theologis, quàm etiam ab aliis deciſionibus Rotali-
13 bus, *dicta deciſio coram Card. Puteo* non eſt Rotalis, ſed ejuſdem adnotatio in Cauſa extrà Rotam ſibi commiſſa cum duobus Advocatis adjunctis, juxta notam marginalem; imò idem *Card. Puteus in fine deciſionis*, ſivè veriùs
14 *diſcurſus* teſtatur, Rotam contrarium tenere, ut reſpondet eadem *Rota dec.* 260. *num.*26. *cum ſeqq. par.*17. *recentior.*

ARGUMENTUM.

Quindenniorum Bullæ, ut obligent extrà Curiam, ſufficit, quòd Romæ publicatæ fuerint, quantumvis extrà Curiam non publicentur.

SUMMARIUM.

1 *Ut Bullæ quindenniorum obligent extrà Curiam, ſufficit, quòd Romæ publicentur, quantumvis extrà Curiam publicatæ non fuerint.*
2 *Clauſula* ſublata, & Decretum irritans *afficit etiam ignorantes.*
3 Decretales, Sextus Decretalium, Clementinæ, Extravagantes, & Concilium Tridentinum *obligant etiam extrà Romanam Curiam, licet extrà illam non fuerint publicata.*
4 Regulæ Cancellariæ *publicatæ dumtaxat in Curia, extrà illam quoque obligant.*
5 *Lex Concilii Generalis contrà Medicos ſuper monitione ægroti ad confitendum, non obligat, niſi promulgata etiam fuerit in Partibus.*
6 Bulla 29. S. Pii V. Bullar. nov. Rom. tom. 2. *reſervans Sedi Apoſtolicæ omnia Beneficia ob hæreſim vacantia, non intrat in Germania, uti ibidem non publicata.*
7 *Lex Concilii Generalis non afficit quoad pœnam Medicos terrarum, ubi* cap. cùm infirmitas 13. de pœnitent. & remiſſion. *non eſt receptum.*
8 Prædicta Bulla Piana *non derogat Concordatis Germaniæ; & rejicitur* Branden ad Concordat. German. quæſtione 10. per tot.
9 *Adducuntur contrarium tenentes, & refelluntur.*
10 *In Germania, & Gallia, ſtantibus Concordatis, non intrant reſervationes Beneficiorum.*
11 *Etiam leges Pontificiæ promulgari ſolent in qualibet Diœceſi.*
12 *Argumentum nimis probans, nihil probat.*
13 *Aliud eſt, ſolere publicari leges Pontificias in Partibus, & aliud eſt, leges Pontificias obligare etiam in Partibus, licet non publicatas.*
14 *Leges ſæculares, ut obligent, publicandæ ſunt.*
15 *Multò graviores ſunt leges Papales, quàm ſæculares.*
16 *Ubi magis viget periculum, cautiùs agendum eſt.*

CAPITULUM CLIX.

Manus mortua debitrix quindenniorum ratione Unionis Beneficii ſibi factæ, ſeu ratione reſervationis perpetuæ Penſionis ad ſui favorem factæ, quærens omnes modos, & ſtratagemata, quibus declinare valeat illorum ſolutionem, præſumit à quindenniis liberari ſub ſpecioſo prætextu defectus publicationis Bullarum quindenniorum, extrà Romanam Curiam in Partibus fieri prætenſæ; nihilominùs contrarium reſolvimus in præſenti, aſſerendo, quòd 1
quindenniorum Bullæ, ut obligent extrà Curiam, ſufficit, quod Romæ publicatæ fuerint, quantumvis extrà Curiam non publicentur, *Caſtropal oper. moral tom.*1. *tit. de legib diſput.*1. *par.*12. *num* 2. ibi: *nihilominùs certa, & omninò tenenda ſententia eſt, ſufficere publicationem Romæ factam, ut lex Pontificia omnes Chriſti fideles adſtringat, nec opus eſſe in ſingulis Provinciis publicari, niſi aliter in ipſa Bulla habeatur &c. Card. de Luca de Benefic. diſcurſ* 76. *num* 7 *Rota poſt Cenc. de Cenſib decif.* 365. *num.* 13. *&* 14. Conſtitutiones enim Pontificiæ ſuper materia quindenniorum emanatæ per viam legis generalis, eo ipſo, quòd in Urbe promulgatæ fuerint, abſque alia promulgatione in Partibus, ſtatim incipiunt obligare etiam extrà Urbem tàm in foro fori, quàm in foro poli, cùm ex ſola publicatione facta in Curia Pontificis inducatur, vel ſaltem præſumatur ſcientia hujuſmodi Conſtitutionum, præſertim Clauſula *ſublata*, *& Decreto irritanti* munitarum, cujus na- 2
tura eſt etiam ignorantes afficere, & penetrabilior gladio bicipiti, omniàque interiora, & occultiſſima adſtringens, Papa namque habet pedes plumbeos, eſtque quaſi immobilis, proindèque non poteſt per totum orbem diſcurrere, ſed cuncti alii moveri debent, *Dian. reſol. moral. par.*1. *tract.*10. *de legib. reſol.*8. *in fin. Duard. in Bull. Cœn Domin. lib.*1. *cap.*3. *quæſt.*6. *num.*22. *cum ſeqq. et in Bull. S. Pii V. de Cenſib. tom.* 1. *quæſt.* 3. *conc.* 4. *num.*61 *Paſqualig. de Jubilæo quæſt.*138. *nu.*8. *et* 9. *Antonin. var. reſol. lib.*3. *reſol.* 15. *num.*6. *Pyrrh. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib.* 9. *cap.*6. *num* 12. *cum ſeqq. Zoeſ. in Jus Canonic lib.*1. *tit* 2. *de Conſtitution. n.*41. *et* 42. *Pariſ. de reſignat. Benefic. lib* 5. *quæſt.* 6. *nu.*222. *et lib.*11. *quæſt.*9. *nu.*8. *cum ſeqq. Azor. inſtitution. moral. par.*1. *lib.*5. *cap.*3. *quæſt.*3. *&* 8. *Pignatell. conſult. Canonic. tom.* 1. *conſult.* 55. *nu* 5. *et* 14. *Mareſcott. var. reſol. lib.*2. *cap.*39. *num* 38. *et* 42. *Sayr. Clav. Reg. Sacerdot. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 7. *Gonzalez in cap. cognoſcentes* 2. *num.* 12. *de Conſtitution. Barboſa ibid. nu.* 10. *Rodriguez quæſt. Canonic. et Regular. tom.* 1. *quæſt.* 6. *artic.* 5. *Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.* 76. *num* 7. *et* 8. *& n.*19. *cum ſeqq. Rota in recentior.*

dec.69.

3 *dec.69. num.33. par.12.* aliàs ſequeretur, quòd nec Decretales, nec Sextus Decretalium, nec Clementinæ, nec Extravagantes, nec Concilium Tridentinum obligarent, niſi Romanos, & Romæ Incolas, cùm eorum publicatio ſolummodò Romæ facta fuerit; & tamen eſt apertè falſum, *Duard. in Bull Cœn. Domin. lib. 1. cap. 3. quæſt. 6. num. 22. et in Bull. S. Pii V. de Cenſib. tom.1. quæſt.3. conc.4. num.61.* hinc eſt,
4 quòd *Regulæ Cancellariæ*, etiamſi non promulgentur extrà Curiam, nihilominùs adhuc extrà eam obligant, *Gonzalez ad Regul 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. §. 5. Probæm. n. 54. cum ſeqq. Alphonſ. Sott. in Probæm. Regul. Cancellar. n. 6. Ameyden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 30. num.37. in principio, verſiculo alteram opinionem, Pariſ. de reſignat. Benefic. lib.11. quæſt.9. nu.11. et 25. Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib.9. cap.6. nu.14. Mareſcott. var. reſol. lib.2. cap.39. n.39. Gomez Sarnen. in Probæm. Regular. Cancellar. quæſtion. 2. nu.13. Zoeſius in Jus Canonic lib 1. tit. 2. de Conſtitution. num. 42. propè fin. verſic. hinc Regulæ Cancellariæ.*

In nihilum relevante, quòd nimis durum videtur, ut lex Pontificia dumtaxat Romæ promulgata, obliget totam Eccleſiam, ſeu totum Orbem Catholicum, quando videmus, quòd nonnulla Decreta Concilii Tridentini in locis, in quibus non fuerunt publicata, ibidem non
5 obligant; prout pariter lex Concilii Generalis contrà Medicos lata ſuper monitione ægroti ad expiandum peccata, non obligat, niſi promulgata etiam fuerit in Partibus, juxta terminos *cap. cùm infirmitas 13. de pœnitent. et remiſſion.* de quo *Duard. in cap. omnis utriuſque ſexus §.1. diſput. 1 ſect. 1. num.41. eod tit* ſuper quo extat ſaluberrima *Conſtitutio S. Pii V. in ordine la 3. Bullar. nov Rom. tom. 2.* eodem modo, quo
6 *Conſtitutio in ordine la 29. ejuſdem S. Pii V. eod. tom 2.* Sedi Apoſtolicæ reſervatoria omnium Beneficiorum ob hæreſim vacantium, uti non publicata in Germania, ibidem non ligat, ſed Ordinarius prædicta Beneficia confert in ſuis menſibus, *Simonet. de reſervat. Benefic. quæſt 99. num. 1. cum ſeqq.* quia lex præfata Concilii Generalis, & Bulla Piana primo loco adducta, forſitan ex tolerantia Papæ deſiit in deſuetudinem; exque hac cauſa non obligat, vel quia ex *dicto cap. cùm infirmitas* ad ſummum probatur,
7 quòd non afficit quoad pœnam Medicos terrarum, ubi ille Canon non eſt publicatus, ſed non indè probatur, quòd Canon ille non ſit ſervandus in terris, ubi non fuit publicatus, veluti reſpondet *Pariſ. de reſignat. Benefic. lib.11. quæſt.9. n.24.*

Alia autem Bulla pariter Piana ſecundo loco allata non deſiit obligare in Germania ob defectum publicationis in illis Partibus, ſed ob Concordata cum Sede Apoſtolica, & illa Natione ſuper libera proviſione Beneficiorum in
8 ſex alternatis menſibus per Ordinarios facienda; quibus quidem Concordatis nullibi apparet derogatum per dictam Pianam, ut benè advertunt *Simonett. de reſervat. Benefic. quæſtion. 99. num 23. cum ſeqq. Matta de Concordat. num. 43. et 44* quamvis *Branden ad Concordat. German. quæſtion. 10. per tot.* perſiſtat in contraria opinione, quòd nempè etiam ſtando Con-
9 cordatis, adhuc Piana intrat in Germania, quam ſequitur *Chokier in Regul. 1. Cancellar. de reſervation. nu.23. caſ.25. et in Regul.8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 7. num. 19. caſ. 18.* ſignum evidens, quod, etiamſi Piana non ſit publicata in Germania, adhùc ibidem ligat.

Hinc etiam fit, quòd in Germania, & Gal- 10
lia, ſtantibus ejuſmodi Concordatis, ibidem non intrant reſervationes Beneficiorum, *Simonet. de reſervat. Benefic. quæſt. 1. nu. 3. Chokier in Regul. 1. Cancellar. de reſervat. n.22.*

Ejuſdem irrelevantiæ eſt objectum, quòd experientia nos docet, etiam leges Pontificias 11
promulgari in qualibet Diœceſi: ergò, ut illæ ibidem obligent, debent etiam ibidem promulgari; quia argumentum uti nimis probans, ni- 12
hil probat juxta brocardicum, cùm non benè indè ſequatur, quòd, ſi in Partibus non publicentur Conſtitutiones Apoſtolicæ, deſinant in 13
Partibus obligare; aliud enim eſt, ſolere publicari leges Pontificias in Partibus, & aliud eſt, leges Pontificias obligare etiam in Partibus, quamvis non ſint publicatæ: quod aſſumptum probant auctoritates congeſtæ.

Ejuſdem pariter ponderis eſt, quòd, ſi le- 14
ges ſæculares, ut obligent ubique, publicandæ ubique ſunt, à fortiori leges Papales, ut obligent ubique, publicandæ eſſent ubique, cùm 15
longè graviores ſint leges Papales, quàm ſæculares, & ubi magis viget periculum, ibi cau- 16
tiùs eſt agendum, *cap. ubi periculum de electiion. in 6. l.1. §. Sed et ſi quis ff de Carbonian. edict. l. addictos C. de appellat. l. manifeſtiſſimi C. de furt. Barboſa axiom. 177. nu. 1.* quia ſatis eſt reſpondere, quòd ex jam dictis talis intercedit differentia inter leges ſæculares, & Papales.

ARGUMENTUM.

Quindenniorum Bullæ non cenſentur correctæ, & abrogatæ, nec quidem immutatæ quoad tempus ſolvendi quindennia, nempè in longius, per Alternativam à *Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib.* Ordinariis conceſſam ſuper jure conferendi Beneficia in ſex menſibus; ità, ut, ſi hujuſmodi Beneficia poſteà uniantur manui mortuæ, ad menſuram reductionis juris conferendi, reſervatam Sedi Apoſtolicæ, redactum de XV. annis videatur jus quindenniorum ad XXX. annos, cùm in tali caſu jus Annatarum ſpectet ad Sedem Apoſtolicam pro reliquis tantùm ſex menſibus, in quibus habet jus conferendi, ſed adhùc quindennia ſolvenda ſunt de XV. in XV. annos abſque aliqua temporis alteratione.

SUMMARIUM.

1 *Solent ut plurimùm Ordinarii acceptare Alternativam Menſium.*
2 *Præmio quiſque inhiatur etiam ad explendum proprium onus.*

3 *Al-*

3 *Alternativæ acceptatio conſtare debet ex literis Ordinariorum ad Datariam Apoſtolicam tranſmittendis.*

4 Alvarez Pegas *voluminoſus Luſitanus in Jure ſcriptor.*

5 *Alternativa ſemel acceptata, non eſt ampliùs locus regreſſui ad quatuor menſes.*

6 *Non conſtito de Alternativæ acceptatione, redeunt Ordinarii ad quatuor tantùm ſuos menſes Ordinarios.*

7 *Bullæ quindenniorum non cenſentur immutatæ in longius per Alternativam.*

8 *Alternativa cenſetur conceſſa ſalvo Jure Sedis Apoſtolicæ.*

9 *Alternativa operatur, ut Epiſcopus, reſidendo, conferat in ſex menſibus.*

10 *Alternativa non acceptata operatur, ut Epiſcopus conferat in quatuor tantùm menſibus.*

11 *Quando etiam per* Regul. 8. hodiè 9 Cancellar. de Menſib. *perque Alternativam imaginari potuiſſet revocata, innovata, & alterata* Bulla 6. Pauli II. Bullar. nov. Rom. tom. 1. repetit. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine Ia I. *reſtitutus fuit omnimodus vigor dictæ Bullæ per illius confirmationes poſt dictam* Regulam, *& Alternativam ſequutas.*

12 *Stantibus præſertim prægnantiſſimis, ac effrænatiſſimis derogationibus in Bullis poſterioribus confirmatoriis contentis.*

13 *Obſervantia unicè attenditur pro declaratione Conſtitutionum Apoſtolicarum.*

14 *Longèque magis, dum obſervantia eſt proxima prædictæ* Regulæ Cancellariæ, *& Bullis quindenniorum.*

15 *Immò eſt univerſalis, & pacifica in omnibus Diœceſibus.*

16 *Obſervantia interpretativa concluditur etiam ex unico actu.*

17 *Et brevi tempore decennii.*

18 *Longè magis idealis evadit extenſio ſolutionis quindenniorum ultrà XV. annos, ob Alternativam inter Epiſcopos, & Capitula vigentem.*

19 *Supradicta* Regula Cancellariæ *originem habuit à Nicolao V. de anno* 1447.

20 *Dicta* Bulla 6. Pauli II. *edita fuit de anno 1469.*

21 *Alternativa introducta fuit ab eodem* Paulo II. *de anno 1470. ſicque de anno ſubſequenti ad taxationem quindenniorum.*

22 *Alternativa introducta fuit ſimpliciter ad alliciendos Epiſcopos ad reſidendum.*

23 *Epiſcopus acceptans Alternativam, & non reſidens, non ſolùm non gaudet augumento duorum menſium ſibi conceſſorum, ſed amittit duos alios ex propriis.*

24 *Plures Epiſcopi non curant Alternativam acceptare.*

CAPITULUM CLX.

1 SOlent ut plurimùm Ordinarii Locorum quodammodò in vim contractus inter Papam, & ipſos acceptare Alternativam ſibi favorabiliorem, qua alliciantur ad reſidendum in eorum Diœceſibus, *Zerb. poſt gemm. Epiſcopal. ſingular. 6. n. 2. Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 18. *num.* 4. *& diſcurſ.* 93. *num.* 1. 3. 12. *&* 13. Barboſa *de Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 53. *num.* 51. *cum ſeqq. Lotther. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 40. *nu.* 1. *&* 70. *Rota deciſ.* 76. *num.* 8. *part.* 19. *recentior.*
(adeò ſocors eſt humana indoles in hoc inhu-
mana, quòd inhiet præmio etiam ad expen- 2
dum proprium onus) & Alternativæ accepta- 3
tio conſtare debeat ex patentalibus literis Or-
dinariorum ad Datariam Apoſtolicam pro tem-
pore tranſmittendis, nec non ex libro Alterna-
tivarum ad hoc ſpecialiter deſtinato penès
eandem Datariam, ubi regiſtrantur hujuſmodi
Alternativæ; qui vocatur liber per obitum,
prout mandatur in *Regula* 8. *hodiè* 9. *Cancellar.*
reſervator. Menſ. circà fin. verſic. illi verò, qui
gratiam Alternativæ, ad tradita per Luſitanum 4
noſtrum voluminoſum in Jure Scriptorem *Al-*
varez Pegas de Alternativa num 9. *&* 19. *& de*
ſimultanea num. 12. *cum ſeqq. Lotther. de re be-*
nefic. lib. 2 *quæſt.* 41. *num.* 52. *&* 53. *Amayden.*
de ſtyl. Datar. lib. 1. *cap.* 29. *per tot. Pyrrh. Cor-*
rad. in prax. benefic. lib. 3. *cap.* 6. *num.* 18. *cum*
ſeqq. Roſa de exequutor. liter. Apoſtolic. part. 1.
cap. 7. *in addit. num* 78 ſemel autem acceptata 5
Alternativa, non eſt amplius locus regreſſui ad
quatuor menſes, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1.
cap. 18. *num.* 5. aliàs non conſtito de acceptatio- 6
ne alternativæ, redeunt Ordinarii ad quatuor
tantùm ſuos menſes Ordinarios, dummodò
tamen reſederint, & Papa ad reliquos octo,
Garz. de Benefic. part. 5 *cap.* 1. *num* 746. *Gonza-*
lez ad Regul 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſibus,*
gloſſ. 56. *num.* 147. *Corrad. in prax. benefic. lib.* 3.
cap 6. *num.* 40. *Antonell de temp legal. lib.* 3.
cap. 1. *num.* 40. *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1.
cap. 29. *n.* 19.

Quapropter datur anſa hæſitandi, an Bullæ
quindenniorum per acceptatam Alternativam
ſint ſaltem immutatæ quoad tempus ſolvendi
quindennia, in longius nimirùm pro Beneficiis,
in quibus intrabat Alternativa: & negativè re-
ſpondendo, firmatur, quòd quindenniorum 7
Bullæ non cenſentur correctæ, & abrogatæ,
nec quidem immutatæ quoad tempus ſolvendi
quindennia, nempè in longius, per Alternati-
vam à *Regula* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib.*
Ordinariis conceſſam ſuper jure conferendi Be-
neficia in ſex menſibus; ità, ut, ſi hujuſmodi
Beneficia poſteà uniantur manui mortuæ, ad
menſuram reductionis juris conferendi reſerva-
tam Sedi Apoſtolicæ, redactum de XV. annis
videatur jus quindenniorum ad XXX. annos,
cùm in tali caſu jus Annatarum ſpectet ad Se-
dem Apoſtolicam pro reliquis tantùm ſex men-
ſibus, in quibus habet jus conferendi, ſed adhùc
quindennia ſolvenda ſunt de XV. in XV. annos
abſque aliqua temporis alteratione; quia Al-
ternativa cenſetur conceſſa ſalvo jure Sedis 8
Apoſtolicæ, ſicque ſalvo tempore præfixo quin-
denniis abſque aliqua alteratione, ſeu prolon-
gatione, veluti in ſimili de Unione Beneficii
per Ordinarium facta vigore Decretorum Sacri
Concilii Tridentini arguit *Amayden. de ſtyl. Da-*
tar. lib. 1. *cap.* 18. §. 4. *de quindenn. num.* 20. *poſt*
med. verſic. ſeu §. Quoad Uniones verò, in prin-
cipio, ibi: *noluit tamen adimere jura Sedi Apo-*
ſtolicæ, aut in aliquo ei præjudicare, & cùm ſo-
lutiones Annatarum non ſubſtulerit, præcisè cre-
dendum eſt, quòd voluerit, illas firmas remane-
re &c. nè aliàs, acceptando Alternativam,
eſſet in poteſtate Epiſcoporum præjudicare ju-
ribus Sedis Apoſtolicæ, qualia ſunt quinden-
nia, quando tamen effectus acceptationis Al- 9
ter-

ternativæ non eſt alius, niſi quòd Epiſcopus
reſidendo gaudeat jure conferendi alternatim
in ſex menſibus nempè Februario, Aprili, Ju-
nio, Auguſto, Octobri, & Decembri, Papa
verò conferat reliquis ſex menſibus, nimirùm
Januario, Martio, Majo, Julio, Septembri,
& Novembri; adeò, ut, etiamſi acceptata
fuerit Alternativa, ſi non reſideat Epiſcopus,
non ſolùm gaudere deſinit augumento duorum
menſium ſibi vigore Alternativæ conceſſorum,
ſed amittit quoque alios duos ex propriis, ſeu
Ordinariis, nempè Martium, & Septembrem,
remanentibus ſibi ſolùm ex toto anno duobus
menſibus, videlicet Junio, & Decembri: &
10 vice verſa effectus non acceptatæ Alternativæ
non eſt alius, niſi quòd Epiſcopus, dummodò
reſideat, gaudeat jure conferendi in quatuor
tantùm menſibus, Ordinariis communiter nun-
cupatis, nempè Martio, Junio, Septembri, &
Decembri, Papa autem conferat in reliquis octo
menſibus, Januario ſcilicet, Februario, Apri-
li, Majo, Julio, Auguſto, Octobri, & No-
vembri; ità, ut contrà hanc novam, & à nemi-
ne Catholico Authore uſque adhùc oppoſitam
interpretationem ſufficerent generales reſpon-
ſiones tùm ex multiplicatis Bullis quindennio-
rum confirmatoriis eorundem, & *Bullæ 6. Pau-
li II. Bullar. nov. Rom. tom.1. repetit. poſt Tract.
int. Conſtit. Apoſt. in ordine la I.* etiam poſt præ-
laudatam *Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. reſerva-
tor. Menſ.* & conceſſionem Alternativæ: ex qui-
bus quidem Bullis id reſultavit, quòd, ſi per
dictam *Regulam*, & Alternativam imaginari
11 potuiſſet revocata, innovata, & alterata dicta
Bulla 6. Pauli II. reſtitutus procul dubio fuit
omnimodus vigor dictæ primæ Bullæ per ſuc-
ceſſivas confirmationes illius ſequutas poſt di-
ctam *Regulam*, & Alternativam, *Innocent in
cap. cùm olim in principio, & ibi Hoſtienſ. col 2.
& Bellamer. num. 2. de præſcription. Rota coram
Peña dec 754. n.2. tom.2. Card. Millin. dec 401.
num.2. & in Salisburgen Juris Metropolitici* 13.
12 *Februarii 1693. ſub § Neque obſtat, coram Card.
Priolo*; ſtantibus præfatis prægnantiſſimis,
ac efficaciſſimis derogationibus omnium in
contrarium in Bullis poſterioribus, ac confir-
matoriis contentis, quæ non ſinunt, ut de di-
cta *Regula*, & Conſtitutionibus contrariis,
ſiquæ adeſſent, ulla, vel minima ratio haberi
poſſit, *Roland conſil.67. num 62 vol 3. Berojus
conſil.* 147. *num.28. verſic. & licet, lib 3. Gam-
bar. de poteſt. Legat. lib 8. in legib. condend nu.
28. Mart de Clauſul. par.1. clauſ 79 num.1. Ro-
ta in recentior dec 506. n.5. part.1.*

Si quæ autem per ſomnium ulla imaginari
forſitan poſſet dubietas apud aliquem non niſi
Pontificiæ auctoritatis temerarium impugna-
torem, illa penitùs removeretur ex ſucceſſiva
13 obſervantia, quæ unicè attenditur pro decla-
ratione, ſeu interpretatione Conſtitutionum
Apoſtolicarum, *Card. de Luca de Benefic. diſcur.
1. antè num. 15. & num. 39. verſiculo tertiò,
quòd, Rota coram Dunozet Jun. dec. 966.nu.17.
Emerix Jun. Decan. dec. 1342. num. 8. ac in re-
centior. dec. 59. num 13. par. 10. dec.93. num.7.
& 8. par.13. dec.266. num.1. & 2. par.15.* lon-
14 gèque magis, dum obſervantia eſt proxima
prædictæ *Regulæ*, & Bullis quindenniorum,
*Soccin. Sen. conſil. 6. nu.2. cum ſeqq. lib.1. Card.
de Luca in annotat. ad Sacr. Concil. Tridentin. di-
ſcurſ.1. num 5. & de matrim. diſcurſ.1. num.12.
Rota coram Alexand. VIII. dec.26. nu.14. Eme-
rix Jun. dec 34. num.29. & dec.118.num.14. ac
in recentior. dec.170. num.4. par.2. tom.1.* immò 15
eſt univerſalis, & pacifica in omnibus Diœceſi-
bus, nunquam audita, nec deducta ejuſmodi
incongrua prætenſione, ad tradita per *Rot. in
recentior. dec.177. nu.54. par.5. tom.1. dec.264.
num 29. part.6. deciſ.115. num.24. in fin part.8.
dec.266. num.13. par.15. dec.218. num.20. par.
18. tom.1.*

Quibus adſtipulatur, quòd non per unicum
actum, nec per breve temporis ſpatium, ſed per
innumeros fermè actus & per longiſſimum tem-
pus trium ferè ſæculorum ità inconcuſsè ſerva-
tum fuit, & approbatum à quampluribus vigi-
lantiſſimis Prælulibus, & Rectoribus, nec non
à Tribunalibus, quæ ſuper hac materia judica-
runt: quamobrem non ſolùm reſultat obſervan-
tia interpretativa, quæ concluditur ex unico 16
etiam actu, *Rota coram Card. Cavaler. dec.497.
num.5. Card. Mantic. deciſ. 59. num. 12. Buratt.
dec.647. num.11. & dec.679. num.9. ac in recen-
tior. deciſ. 317. num. 15. part. 9. tom. 1.* & brevi 17
tempore decennii tantùm, *Bartol. in l. Labeo
num. 1. ff. de ſupellectil. legat. Decian. reſp. 51.
num. 51. vol.2. Rota coram Card. Cerr. deciſ.66.
num.15. & in recentior. dec.407. nu.11. par.18.
tom. 2.* ſed etiam præſcriptiva, & quidem in li-
nea præſcriptionis inductivæ cujuſcumque me-
lioris tituli de mundo, ex jam deductis.

Occurrit inſuper alia non minùs nervoſa re-
ſponſio, quòd ſcilicet reſervatio menſium eſt
unus ex illis pluribus titulis, ex quibus Sedes
Apoſtolica providet Beneficia, ideòque, quam-
vis per malam hypotheſim dici poſſet (quod
tamen nunquam admittimus) quòd nimirùm
dicta *Bulla 6. Pauli II.* correcta, & innovata
fuerit per dictam *Regulam* reſervatoriam Men-
ſium, adhùc nunquam exindè dici poſſunt cor-
rectæ aliæ reſervationes, nec diminuti alii tituli,
ex quibus Sedes Apoſtolica providere poſſet
Beneficia unita, de quibus agimus, in quibus
ideò penitùs chimerica apparet extenſio ſolu-
tionis quindenniorum ultra *XV.* annos, puta
ad XX. XXX. aut XL.

Longèque magis idealis evadit alia extenſio 18
ad plures etiam annos ob Alternativam inter
Epiſcopos, & Capitula vigentem, quæ verſa-
tur dumtaxat circà Menſes ſpectantes ad Ordi-
narios diviſos inter illos, non autem circà Men-
ſes ſpectantes ad Sedem Apoſtolicam, ut patet
ex declaratione S. M. Urbani VIII. de anno
1626. relata quoque in ipſamet *Regula 8. hodiè 9.
Cancellar. de Menſib. Rota in Hiſpalen. Diviſio-
nis Simultaneæ* 11. *Februarii* 1697. §. 1. *coram
Muto*. De quo in *ſequenti Capitulo*.

Prætereà eadem *Regula* reſervatoria men-
ſium, ac Alternativa Epiſcopis conceſſa, non
eſt confundenda, ac ſi utraque contemporaneè
edita fuiſſet, & quidem longè poſt ſæpè lau-
datam *Conſtitutionem Paulinam* ſuper materia
quindenniorum, quando tamen *Regula* præfa- 19
ta originem habuit à Nicolao V. anno 1447.
veluti teſtantur *Burſatt. conſil.* 126. *nu.*101. *cum
ſeqq. Gonzalez ad dict. Regul. gloſſ.* 1. *num.* 55.
ſub tamen erroneo ſuppoſito Alexandri V. *Lot-
ther. de re beneficiar. lib. 1. quæſt.37. nu.2. Card.*

de

de Lucà de Benefic. diſcurſ. 31. *num.* 17. perque
conſequens per XXII. annos antè dictam *Con-*
20 *ſtitutionem Paulinam* editam anno 1469. ut pa-
21 tet ex illius Data; Alternativa verò introducta
fuit ab eodem *Paulo II.* anno 1470. & per con-
ſequens anno ſubſequenti ad taxationem
quindenniorum, & ſucceſſivè per alios Pontifi-
ces confirmata, & inſerta in eadem *Regula* 8.
hodiè 9. *Cancellariæ*: ſed per illam nè quidem in
minimo diminutum fuit jus Annatarum, ac
22 conſequenter quindenniorum; Alternativa
namque introducta ſimpliciter ad alliciendos
Epiſcopos ad reſidentiam, duas continet an-
nexas conditiones, unam nempè, quòd repo-
ſita ſit in arbitrio cujuſlibet Epiſcopi pro tem-
pore illam acceptare, prout maluerit, & alte-
ram, quòd Epiſcopis debeat ſuffragari dum-
taxat, quandiù apud Eccleſias, aut ſuas Diœ-
ceſes verè, ac perſonaliter reſederint, veluti
23 habetur in dicta *Regula*; adeò, ut, ſi Epiſco-
pus, qui acceptavit Alternativam, non reſede-
rit, non ſolùm non gaudeat augumento duo-
rum menſium ſibi conceſſorum, ſed amittit
duos alios ex propriis, nempè Martium, &
Septembrem, ſibi ſolùm remanentibus, ex toto
anno duobus, videlicet Junio, ac Decembri,
Rota in Sulmonen. Alternativæ 14 *Maji* 1600.
relata à Card. de Luca de Benefic. diſcur. 93. *n.* 13.
Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. *cap.* 18. *quæſt.* 20.
num. 10. *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancel-
lar. de Menſib. gloſſ.* 43. *num.* 106. *cum ſeqq.*

Ex quibus ſanè conditionibus palam fit, ne-
quaquam diminuta fuiſſe Jura Annatarum:
etenim quoad Epiſcopos non acceptantes Al-
ternativam, Annatæ remanent in eodem ſtatu;
quò verò ad alios illam acceptantes, præjudi-
cium, quod reſultat in duobus menſibus,
Epiſcopo reſidente, compenſatum remanet per
alios duos Sedi Apoſtolicæ ſuperadditos eo non
reſidente, quæ compenſatio eſt adeò propor-
24 tionata, ut plures Epiſcopi non curent Alter-
nativam acceptare, veluti notorium eſt, *Cor-
rad. in prax. beneficiar. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 11.
verſiculo verum eſt tamen.

ARGUMENTUM.

Quindenniorum Bullæ non cenſentur correctæ, & abrogatæ, nec quidem immutatæ quoad tempus ſolvendi quindennia, in longius nimirùm, per Alternativam inter Epiſcopos, & Capitula vigentem ſuper jure conferendi Beneficia; ſicque ſpectante jure conferendi ad Sedem Apoſtolicam pro quatuor tantùm menſibus; ità, ut, ſi hujuſmodi Beneficia poſteà uniantur manui mortuæ, ad menſuram reductionis juris conferendi videatur jus quindenniorum redactum de XV. annis ad XLV. annos, cùm in tali caſu jus Annatarum ſpectet ad Sedem Apoſtolicam pro dictis quatuor tantùm menſibus, in quibus habet jus conferendi, ſed adhùc quindennia ſolvenda ſunt de XV. in XV. annos abſque aliqua temporis alteratione.

SUMMARIUM.

1 *Non obſtante Alternativa Ordinariorum, adhùc eſt locus quindenniis in idem tempus, nempè ſingulis XV. annis.*
2 *Bullæ quindenniorum non cenſentur immutatæ quoad tempus ſolvendi quindennia.*
3 *Alternativa non nocet quindenniis.*
4 *Sola Sedes Apoſtolica indulgere poteſt manui mortuæ dilationem ad ſolvendum quindennia.*
5 *Per manus appoſitionem cenſetur ſublata quæcumque Alternativa.*
6 *Unio tollit Alternativam.*
7 *Caſualis Alternativa inter alios facta, tertio non præjudicat.*
8 *Recenſentur abſurda oritura, ſi Alternativa operaretur, quòd quindennia in longius ſolverentur.*
9 *Antiquitùs de XX. in XX. annos, de XV. in XV. de X. in X. ſeu de VIII. in VIII. ſolvebantur quindennia.*
10 *Fictio non poteſt operari plus, quàm veritas.*

CAPITULUM CLXI.

OStenſo in *præcedenti Cap.* quòd, non ob- 1
ſtante Alternativa Ordinariorum, adhùc
ſit locus ſolutioni quindenniorum de XV. in
XV. annos, abſque aliqua temporis alteratio-
ne, ſeu longiori meta, puta ad XXX. annos;
nunc oſtendendum; quod, non obſtante Al-
ternativa inter Epiſcopos, & Capitula ſuper
jure conferendi Beneficia, adhùc ſit locus ſolu-
tioni quindenniorum de XV. in XV. annos,
reſolvendo, quòd quindenniorum Bullæ non 2
cenſentur correctæ, & abrogatæ, nec quidem
immutatæ quod tempus ſolvendi quindennia,
in longius nimirùm, per Alternativam inter
Epiſcopos, & Capitula vigentem ſuper jure
conferendi Beneficia; ſicque ſpectante jure con-
ferendi ad Sedem Apoſtolicam pro quatuor
tantùm menſibus; ità ut, ſi hujuſmodi Benefi-
cia poſteà uniantur manui mortuæ, ad menſu-
ram reductionis juris conferendi videatur jus
quindenniorum redactum de XV. annis ad
XLV. annos, cùm in tali caſu jus Annatarum
ſpectet ad Sedem Apoſtolicam pro dictis qua-
tuor tantùm menſibus, in quibus habet jus con-
ferendi, ſed adhùc quindennia ſolvenda ſunt de
XV. in XV. annos abſque aliqua temporis al-
teratione, dum Alternativa iſta verſatur dum-
taxat circà menſes ſpectantes ad Ordinarios,
diviſos inter ipſos, & Capitula, non autem
circà menſes ſpectantes ad Sedem Apoſtolicam,
ut palam ſit ex declaratione S.M. Urbani VIII.
de anno 1626. relata in ipſamet *Regula* 8. *hodiè*
9. *Cancellar. de Menſib. Rota in Hiſpalen. Divi-
ſionis Simultaneæ* 11. *Februarii* 1697. §. 1. *coram
Muto*: etenim, ſi Alternativa (ut *præced. Cap.* de- 3
ductum extat) conceſſa à Papa ipſis Epiſcopis,
non nocet quindenniis quoad jam præfixum
tempus illa ſolvendi ſingulis XV. annis quantò
minùs eiſdem nocere poterit Alternativa con-
cordata, inſcio Papa, inter particulares nempè
inter ipſos Epiſcopos, & Capitula, cùm fa-

 ctum

ctum alterius, præſertim inſcia Sede Apoſtoli-
ca, emanatum ad certum tantùm effectum,
alternatim nempè Beneficia conferendi, redun-
dare nequit in ejuſdem Sedis Apoſtolicæ, ac
Annatiſtarum ab eadem cauſam, & quidem
oneroſam habentium, præjudicium, ad diver-
ſum videlicet, nec præcogitatum, nec præcogi-
tabilem effectum ſolvendi quindennia de XLV.
in XLV. annos; quando tamen non debet eſſe
in poteſtate debitoris, ob accidentalem natu-
ram rei, ſuper qua impoſitum eſt debitum,
ſolvere poſt præſtitutum tempus à creditore,
ſicque poſt XV. annos aſſignatos in Bullis quin-
denniorum à Sede Apoſtolica eorundem credi-
4 trice, niſi ab eadem S. Sede de illius benignitate
obtenta fuerit per manum mortuam debitricem
quindenniorum, dilatio ad ſolvendum, forſi-
tan ob ejuſdem manus mortuæ impotentiam,
vel notoriam difficultatem ſtatuto tempore ſol-
vendi quindennia, *Antonell. de temp. legal. lib. 1.
cap. 28. num. 1. cum ſeqq. Gait. de credit. cap. 4.
tit. 1. quæſit. 10. nu. 1164.* præterquamquòd per
appoſitionem manus Papæ Beneficium efficitur
affectum; ità, ut non niſi à Papa conferri poſ-
ſit, ideòque præſumptio vacationis ſemper erit
intelligenda reſpectu collationis ab ipſo Papa
5 faciendæ, cùm per talem perpetuam manus ap-
poſitionem cenſeatur ſublata quæcumque Al-
ternativa, *Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancel-
6 lar. de Menſib. gloſſ 52. nu. 4. cum ſeqq.* & Unio
tollit alternativam, immò abolet, ac ſupprimit
nomen Beneficii uniti, tollens de medio omnia
vincula, ſicut mors omnia ſolvens, *Turricell. de
Union. Benefic. cap 4. num. 19. cum ſeqq. Pignatell
conſult. Canonic. tom 1. conſult. 80. num 12.
Gonzalez ad Regul 8. hodiè 9 Cancellar. de Men-
ſib. gloſſ. 5. § 7 num 4. cum ſeqq. Pyrrh. Corrad.
in prax. beneficiar. lib. 1. cap 6. nu. 363. & lib. 2.
cap 12. nu. 116 Garz. de Benefic. part 12 cap 2.
num. 16. cum ſeqq. Lotther. de re beneficiar. lib 1.
quæſt. 28. n. 97. cum ſeqq.*

Non omiſſo, quòd prætenſa prolongatio tem-
poris adeò conſiderabilis induceret nimis nota-
bile damnum Cameræ Apoſtolicæ, & Annati-
ſtis ab ea cauſam ex titulo oneroſo habentibus,
exigendo quindennia de XL. in XL. dumtaxat
7 annos ob ſolam caſualem alternativam inter
alios factam, quæ tertio præjudicare nequit,
ex *tot. tit. C. res int. al. act.* quando habent in-
tentionem fundatam ſuper jure exigendi quin-
8 dennia de XV. in XV. annos, dum hac via per
indirectum omitterent exigere plura quinden-
nia, ſicque ſuis juribus, & emolumentis de-
fraudarentur, ac manus mortua poſſeditrix Be-
neficiorum ſibi unitorum locupletaretur cum
aliena jactura, omittendo ſolvere plura quin-
dennia decurſa intrà lapſum XLV. annorum,
quod ferendum non eſt; ſolveret enim toto hoc
tempore unum tantùm quindennium, quando
tamen in bona arithmetica ſolvere teneretur
tria quindennia, facta computatione XLV. an-
norum, quæ in ſe continent ſolutionem trium
quindenniorum, ut patet ad ſenſum: adeò, ut
intrà XLV. annos ſolveretur unicum tantùm
quindennium loco trium quindenniorum, quæ
deberentur intrà dictum tempus, quod afferret
enormiſſimam læſionem.

9 Hinc videmus, quòd antiquitùs antè *Bull. 6.
Pauli II. Bullar. nov. Rom. tom. 1. repetit. poſt
Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I.* qui primi-
tùs præfixum certum, ac determinatum tempus
XV. annorum, mediam, ac congruam ſequu-
tus metam pro ſolutione quindenniorum, non
quidem fixo tempore ſolvebantur quindennia
verumtamen ad ſummum non majori tempore
XX. annorum, ſed benè minori, nempè XV.
X. vel VIII. annorum juxta particulares con-
ventiones inter Cameram Apoſtolicam, & ma-
num mortuam, cui uniebantur Beneficia tunc
antè memoratam Bullam Paulinam licitas, ac
uti tales toleratas, *Cherubin. in Compend. Bul-
lar. ad dict. Bull. 6. Pauli II. Schol. 1 Amayden.
de ſtyl. Datar. lib. 1. cap 18 § 4. de quindenn.
num. 3. Maſſ. Galleſ. de annat. num 30. in fin.
§. Eſt aliud, Capon. controverſ. forenſ. controv.
30. num. 6. Card de Luca de Benefic. diſcurſ. 89.
num. 3. Lotther. de re beneficiar. lib. 1. quæſt. 29.
n. 1. cum ſeqq Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap. 10.
num. 20. Rota coram Card. Seraphin. deciſ. 1410.
num. 10. tom 2 repetit poſt Tract. int. Deciſion.
Sacr. Rot. Rom. in ordine la V.*

Dupliciter autem conſiderari poteſt Alterna-
tiva, primò reſpectu menſium, ſecundò reſpe-
ctu vacationum, ſicut accidit inter patronos,
qui ſæpè conveniunt, ut alternatim præſentent,
nempè unus in prima vacatione, alter verò in
altera: hoc caſu ad primum non recurrit præ-
ſentatio, niſi poſt ſecundam vacationem, ità
quoque, ſi eſſet præſumenda vacatio, non poſ-
ſet præſumi, niſi poſt ſecundam, cùm fictio de-
beat eſſe imitatrix veritatis, nec poteſt plus 10
operari fictio, quàm veritas, *Barboſa axiom.
97. num 1.*

Nec obſtat, quòd manus mortua objicere
valeat, quòd quindennium debeatur non in
prima vacatione præſumpta, quæ non eſſet Se-
dis Apoſtolicæ, ſed in ſecunda, quæ re vera
ſpectaret ad ipſam Sedem Apoſtolicam; & hoc
caſu meritò poſſet dubitari, ſi prima vacatio
ſpectaret ad Sedem Apoſtolicam, & Benefi-
cium eſſet unicum, an Sedes Apoſtolica deberet
ſpectare uſque ad ſecundam vacationem præ-
ſumptam in exactione quindenniorum, ſed id
reſolutum *præcedenti Capitulo*.

ARGUMENTUM.

Quindenniis non ſolutis, vel non facta obligatione de illis ſolvendis, vel non revelatis omnibus Beneficiis, ſeu perpetuis Penſionibus per manum mortuam poſſeſſis, nullitas Unionis Beneficiorum, vel reſervationis perpetuarum Penſionum incurritur ipſo Jure abſque aliqua Judicis declaratione.

SUMMARIUM.

1 *Manui mortuæ renuenti ſolvere quindennia infligitur pœna nullitatis Unionis Beneficiorum, aut reſervationis Penſionum.*
2 *Nullitas Unionis Beneficii, aut reſervationis Penſionis, in caſu non ſolutionis quindenniorum incurritur ipſo Jure abſque aliqua Judicis declaratione.*
3 *In* Conſtitutione 6. Pauli II. Bullar. nov. Rom. tom. 1.

tom. 1. *cavetur, Uniones Beneficiorum haberi pro infectis in caſu prædicto.*
4 *In eadem* Conſtitutione *cavetur, in tali caſu prædicto Beneficia impetrari poſſe.*
5 *Idem* Paulus II. *decernit, in tali caſu incurri ipſo Jure nullitatem.*
6 *Pœna privationis Beneficiorum ipſo facto incurritur per non ſolventes Annatas.*
7 *Manus mortua obtinens Unionem Beneficii, aut reſervationem Penſionis, quaſi paciſcitur, ſe ſoluturam quindennium.*
8 *Verbum* incurrat *importat privationem ipſo Jure citrà ſententiam.*
9 *Prout particula* ipſo facto.
10 *Conſecrationem ultrà ſex menſes differens, remanet ipſo Jure privatus Epiſcopatu.*
11 *Secundum* Beneficium *incompatibile retinens, privatur ipſo Jure, primo.*
12 *Offendes S. R. E. Cardinalem, ipſo Jure Bonis, ac Beneficiis privatur.*
13 *Aſſaſſinium fieri mandans, privatur Bonis, & Beneficiis ipſo facto.*
14 *Simoniacus, ipſo facto Beneficiis privatur.*
15 *Alienans rem Eccleſiæ abſque* Beneplacito *Apoſtolico, privatur ipſo Jure* Beneficiis.
16 *Emphyteuta canonem non ſolvens, ipſo Jure incidit in commiſſum.*
17 *Requiritur tamen declaratoria.*
18 *Quindennium quodammodo eſt canon.*
19 *Non ſolutio canonis inducit devolutionem ipſo Jure, volente tamen Domino.*
20 *In dicta* Conſtitutione Paulina *non adjicitur, ſi Papa voluerit.*
21 *In* l. *in emphyteuticariis* 2. C. de jure Emphyt. *adjicitur ſi Dominus voluerit.*
22 *In caſu non ſolutionis quindennii agitur de nullitate independente à voluntate Papæ.*
23 *Privatus aliqua re etiam ipſo Jure, adhùc antè declaratoriam à rei poſſeſſione amoveri nequit.*
24 *Ut videre eſt in feudis.*
25 *Privatæ perſonæ non eſt jus dicendi in Cauſa propria.*
26 *Papa non errat in Jure.*
27 *Pars renunciare poteſt nullitati ad ſui favorem introductæ.*
28 *Dicta* Conſtitutio Paulina *inducit nullitatem Unionis* Beneficiorum *ipſo Jure, ob favorem publicum.*
29 Bona *Hæreticorum ſunt ipſo Jure applicata fiſco, & laudatur* Card. Albit. de inconſtant. in fide part. 1. cap. 22. per tot.
30 *Nihilominùs requiritur declaratoria.*
31 *Hæreſis crimen ab inimicis falsò imputari poteſt.*
32 *In notoriis non eſt neceſſaria declaratio.*
33 *In dubio odia ſunt reſtringenda.*
34 *In Decreto* Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 23. de Reformat. cap. 1. *cavetur, non reſidentes teneri fructus reſtituere antè declaratoriam.*
35 *Concilium non utitur particula* penitùs, eo ipſo &c.
36 *Cur addatur particula* ſine declaratione.
37 *Excommunicatio ipſo facto incurritur.*
38 *Papa eſt abſolutus Dominus Beneficiorum.*

CAPITULUM CLXII.

CUm manui mortuæ poſſidenti Beneficia ſibi unita, ſivè perpetuas Penſiones ad ſui
1 favorem reſervatas, ſolvere quindennia, vel de illis ſolvendis ſe obligare renuenti, infligatur per Bullas quindenniorum, pœna nullitatis Unionis, illiúſque diſſolutionis, & reductionis Beneficiorum ad priſtinum ſtatum, in quo antè eorum Unionem reperiebantur, operæ pretium eſt inquirere, an in tali caſu pœna hujuſmodi incurratur ipſo Jure, proindèque an Beneficia illicò impetrari poſſint, & reſpectivè, an Penſiones pariter vacent, ac extinguantur, an verò prævia Judicis ſententia declaratoria: ſuper quo dubio enodando firmatur, quòd quindenniis non ſolutis, vel non facta obliga- 2
tione de illis ſolvendis, vel non revelatis omnibus Beneficiis, ſeu perpetuis Penſionibus per manum mortuam poſſeſſis, nullitas Unionis Beneficiorum, vel reſervationis perpetuarum Penſionum incurritur ipſo Jure abſque aliqua Judicis declaratione; etenim in *Conſtitutione* 6. 3
Pauli II. Bullar. *nov. Rom. tom.* 1. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I.* cavetur, in tali caſu Uniones Beneficiorum haberi penitùs pro infectis, ſicque inducitur canon latæ ſententiæ, dum memorata *Paulina* pergit explicare effectum ſui Decreti, ſubdens, eadem Beneficia hoc caſu, tamquàm verè vacantia 4
impetrari poſſe; ad quod in puncto notat ad noſtrum propoſitum *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 29. *num.* 8. & in generalibus terminis *Richter de ſignific. Adverb. litera P. adverb.* 14. *n.* 2. Barboſa *de diction. dict* 239. *n.* 10. *dict.* 240. *num.* 19. & *dict.* 249. *num.* 6. *Ricc. collect.* 2764. *in fin. part.* 7. omnèque tollit dubium *Conſtitutio* 11. *Pauli IV.* §. 10. *circà fin. & Conſtitutio* 17. *ejuſdem Pauli IV.* §. 11. *in fin.* Bullar. *nov. Rom. tom.* 1. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la IV. & V.* decernens, ipſo Jure incurri 5
nullitatem, ut ex verbis ibi: *eo ipſo incurrant, et abſque alia declaratione deſuper fienda incurriſſe cenſeantur &c. et &c. liberè impetrari poſſint, prout etiam Nos &c. privatos eſſe Commendáſque ceſſaſſe ex nunc decernimus, et declaramus &c. omnia, et ſingula Monaſteria &c. et alia* Beneficia *Eccleſiaſtica, quæ poſſident &c. notificaſſe, et intimaſſe debeant, et ad id per ſententias &c. et pœnas in ſingulis literis prædictis contentas cogi, et compelli poſſint &c. et Conſtitutio* 38. *S. Pii V.* § 6. *in fin. tom.* 2. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la VI.* ibi: *ſub privationis, et aliis in literis Pauli IV. contentis ſententiis &c. et pœnis &c. Conſtitutio* 33. *Sixti V.* §. 4. *in principio, eod. tom.* 2. *repetit. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la VII. Conſtitutio* 18. *Urbani VIII. in principio, et* §. 2. *in fin. tom.* 5. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la VIII. et Conſtitutio* 50. *Clementis X.* §. 2. *in fin.* §. 3. *in fin.* §. 4. *in fin.* §. 5. *poſt med. et* §. 9. *antè med. tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la XI.* eo ſanè modo, quo inflicta legitur eadem pœna priva- 6
tionis Beneficiorum ipſo facto incurrenda per non ſolventes Annatas (in quarum locum ſucceſſerunt quindennia, ex ſuprà *Cap. I.* per nos deductis) cum facultate impetrandi taliter vacantia Beneficia, in vim Clauſularum *ipſo facto, eo ipſo, omninò*, ut ex Bulla 3. *Innocentii VIII.* §. 1. *in fin. verſic. ſed etiam* Beneficiis *ſuis*, §. 4. *in fin. et* §. 5. *in principio, et ex Bulla* 20. *Julii III.* §. 1. *in fin. verſic. eſſent omnibus Beneficiis*, Bullar. *nov. Rom. tom.* 1.

Omiſſo, quòd hic non agitur de propria pœna, ſed de quaſi conventione, cùm manus 7
mortua ſibi uniri Beneficium obtinens, vel ad ſui

ſui

ſui favorem reſervari perpetuam Penſionem ,
ſub hoc tacito pacto illud , vel illam reſpectivè
recipiat , ut ſingulis XV. annis quindennium
ſolvere teneatur , veluti in ſimili *Suarez de legi-*
bus lib.5. cap.5. num.8. poſt med. circà fin. verſi-
8 *culo illam non eſſe* ; quando etiam ſolum verbum
incurrat importat privationem ipſo Jure citrà
ſententiam , *Barboſa de diction. dict. 156. n.unic.*
debent namque verba , præſertim in Conſtitu-
tionibus Apoſtolicis , aliquid operari , non ve-
rò eſſe poſita ſolùm ad terrorem , ſicque ſuper-
flua contrà intentionem Legislatoris , dum hæ
voces in rigore hoc indicant , qui neque uſu ,
9 neque Jure temperatus eſt , veluti de particula
ipſo facto Salas de legibus quæſtion. 96. tract. 14.
diſp. 15. ſect.3. num.41. in principio verſic. tertiò
quando lex , & circà fin. verſic. quintò in cenſu-
ris , & verſic. hanc ſententiam , in principio , &
num.43. circà fin. verſic. ſed ego credo , & ſect.6.
num. 77. in principio , verſic. ſecùs , ſi addat.
10 Siquidem , cùm promotus ad Epiſcopatum ,
differens conſecrationem ſuam ultrà ſex men-
ſes , remaneat ipſo Jure privatus per *Sacrum*
Concilium Tridentinum ſeſſ.23. de Reformat.cap.2.
11 quis diceret hoc caſu requiri ſententiam Judi-
cis , eodem modo retinens ſecundum Benefi-
cium incompatibile cum primo , privatur ipſo
Jure , primo , *cap. de multa 28. de Præbend. Ex-*
travag. execrabilis Joannis XXII. eod. tit. quis
etiam aſſereret indigere declaratoria ; quis idem
12 aſſereret in offendente (quod Deus avertat)
S. R. E. Cardinalem , ipſo Jure Bonis , ac Ec-
cleſiaſticis Beneficiis privato , *cap. felicis 5. de*
13 *pœn. in 6.* quis idem aſſereret in mandante fieri
aſſaſſinium , privato Bonis , ac Beneficiis ipſo
facto , *cap. pro humani 1. de homicid. in 6.* quis
14 idem aſſereret in Simoniaco , ipſo facto Benefi-
ciis privato , *Extravag. cùm deteſtabile 2. de*
15 *ſimon. int. commun.* quis idem aſſereret de alie-
nante rem Eccleſiæ abſque Beneplacito Apoſto-
lico , ipſo Jure Beneficiis privato , *Extravag.*
ambitioſæ 2. de reb. Eccleſ. non alien.
16 Nec obſtat , quòd quantumvis in *l. in emphy-*
teuticariis 2.C.de jure emphyt. caveatur , Emphy-
teutam non ſolventem canonem omninò inci-
dere , ſicque ipſo Jure in commiſſum , attamen
præter declarationem Domini directi , quòd
velit Emphyteuſim haberi pro commiſſa , ſeu
17 devoluta , requiritur quoque ſententia Judicis
declaratoria , *Fulgin. de jure Emphyt. tit.de var.*
caducitat. quæſt.12. num.2. cum ſeqq. Caldas Pe-
reyr. eod. tract. lib. 4. cap.17. num.25. cum ſeqq.
Valaſc. eod. tract. quæſt. 18. num. 9. Amic. eod.
tract. quæſt. 30. num. 6. cum ſeqq. Burg. de lau-
dem. part.3. inſpect.20. in addit. num.29. Corbul.
de cauſ. privation. Emphyteuſ. tit.de cauſ. priva-
tion. ob non ſolut. canon. quæſt. 12. num. 5. ità ,
arguendo à canone ad quindennium , quod eſt
18 quodammodò canon quidam quindennialis de-
bitus Sedi Apoſtolicæ Dominæ directæ (ut ità
inquam) omnium Beneficiorum mundi , non
videretur , eſſe locum nullitati , ſeu diſſolutioni
Unionis Beneficiorum , ſeu reſervationis per-
petuarum Penſionum ipſo Jure incurrendæ
abſque Judicis declaratione , & abſque Papæ
declaratione , qui velit haberi Unionem Benefi-
ciorum , aut reſervationem Penſionum pro nul-
la , ac diſſoluta : quippè maximum intercedit
diſcrimen inter canonem debitum ex Emphy-
teuſi , & inter quindennium debitum ex Benefi-
cio , ſeu Penſione , cùm non ſolutio canonis in- 19
ducit quidem devolutionem Emphyteuſis ipſo
Jure , ſi tamen Dominus ità voluerit , *Corbul.de*
cauſ. privation. Emphyteuſ. tit. de cauſ.privation.
ob non ſolut. canon. ampl.45. nu.2. cum ſeqq. non
ſolutio autem quindennii inducere debet nulli-
tatem Unionis Beneficiorum , aut reſervationis
Penſionum ipſo Jure , ex eo quòd in prælauda- 20
ta *Bulla Paulina* non adjicitur ſi Papa voluerit ,
prout adjicitur in dicta *l. in emphyteuticariis 2.* 21
C.de jure emphyt. ſicque in caſu noſtro agitur de 22
nullitate independente à voluntate Papæ .
Minùs obſtat , quòd regulare ſit , etiam ipſo 23
Jure aliqua re privatum , à poſſeſſione rei amo-
veri non poſſe antè ſententiam declaratoriam ,
Machel. patrocin.24. num.8. Menoch. de arbitrar.
Judic. lib. 2. caſ. 235. num. 12. ut videre eſt in 24
feudis , *Intrigliol. de feud. centur.2. artic.5.n.20.*
cum ſeqq. quia regula procedit inter privatos ,
quibus non eſt jus dicendi in cauſa propria , non 25
verò in Papa , qui uti Dominus ſupremus , &
abſolutus , nullum recognoſcens Superiorem ,
ac præſertim in Beneficiis , non ligatur tela ju-
diciaria , & privans aliquem ipſo Jure , etiamſi
de Jure non ſit privatus ipſo Jure , cùm Papa 26
non erret in Jure , *Ancharan. conſil.293. per tot.*
ac ſignanter in fine .
Minoris roboris eſt animadverſio , quòd ,
cùm actus nullus in favorem alicujus , non ali-
ter nullus ſit , quàm ſi ille velit , quæcumque
namque nullitas etiam ipſo Jure inducta habet
tacitam conditionem , ſiquis ea uti voluerit ; 27
ità , ut pars ei renunciare ad libitum valeat ,
quantumvis habeat in ventre clauſulam *Decreti*
irritantis , Tiraquell. in l. ſi unquam 8. verbo re-
vertatur , num. 393. C. de revoc. donation. & ad
leg. Connubial. gloſſ.8. num.94. Gonzalez ad Re-
gul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 56. à
num. 46. Vela diſertat. 14. à num.34. ſequeretur ,
non eſſe nullam Unionem Beneficiorum , ſeu
reſervationem Penſionum , niſi volente Papa ,
in cujus favorem nullitas inducta fuit per *Pau-*
linam ; quia regula non procedit , quando , ut 28
in caſu , *Paulina* inducit nullitatem ipſo Jure
ob favorem publicum , ſicque independentem
à voluntate Papæ , *Oliva de Souza de for.Eccleſ.*
part.3. quæſtion.14. n.109.
Longè levioris ponderis eſt ponderatio ,
quòd , quamvis Bona Hæreticorum ſunt ipſo 29
Jure applicata fiſco , *l. Manichæos 4. §.1. l.Ma-*
nichæi 12. C.de Hæretic. & Manich. Peregrin. de
jure fiſci lib. 5. tit.1. num.170. Guazzin. de con-
fiſcat. Bon. ampl.69. conc.13. num.1. Theſaur. de
pœn. Eccleſ. part. 2. verbo hæreſis fol. mih. 168.
Card. Albit. olim in Urbe Primarius Advocatus,
de inconſtant. in fide parte 1. cap.22. per tot. nihi-
lominùs requiritur ſententia declaratoria , *cap.* 30
cùm ſecundùm leges 19. §. Confiſcationis 1. de
Hæretic. in 6. Tiraquell. in l.ſi unquam 8. verbo
revertatur num. 337. C. de revoc. donation. Fa-
gnan. in cap. abſolutos 16. num. 3. 14. & 15. de
Hæretic. Paſſerin. ad dict. cap. num.2. cum ſeqq.
Zerb. gem. Epiſcopal. tit.24. quæſt.8. num.7. Pe-
regrin. loc. mox citat. num.172. in fin. verſic. no-
tandum tandem eſt , Farinac. de hereſi quæſt. 90.
§. 1. nu. 5. Caſtr. de juſta hæretic. punitione lib.2.
cap. 6. & de lege pœnali lib. 2. cap. 5. Gigas de
læſa majeſtate quæſt. 25. num.3. Ricciull. de jure
per-

perſon. extrà grem. Eccleſ. lib. 5. *cap.*31. *num.*4.
31 *cumſeqq.* quia in hæreſi agitur de perpetua infa-
mia, & crimen hæreſis ab inimicis falsò impu-
tari poteſt; ideòque ſedulò procedendum eſt,
ſed in diſſolutione Unionis Beneficiorum, ſivè
reſervationis Penſionis nulla cadit, nec ullo
modo conſiderari poteſt infamia, cùmque diſ-
ſolutio hujuſmodi dependeat à non ſolutione
quindennii, facilè apparere poteſt illius non ſo-
32 lutio; undè in notoriis non eſt neceſſaria decla-
ratio, *Georg. allegatione* 8. *n.*14.
33 Ejuſdem momenti eſt objectum, quòd in
pœnalibus in dubio odia veniant reſtringenda,
benignaque facienda eſt interpretatio, *cap.odia*
15. *cap. in pœnis* 49. *de regul. Jur. in* 6. *l. fa-
ctum* 197. *§. In pœnalibus* 2. *ff. eod. Maſcard. de
general. Statut. interpretation. cap.* 4. *num.* 86.
etenim quando nullitas, ut in caſu, eſt pœna
ob non ſolutum quindennium, tunc, ut habeat
locum pœna, non eſt facienda benignior inter-
pretatio: aliàs nunquam haberet locum pœna,
& iſtud quaſi delictum in non ſolvendo rema-
neret impunitum contrà omnes Juris tramites.
Ejuſdem quoque armaturæ, ſed levis, eſt
animadverſio, quòd, ſi *Paulus II.* cæterique
Pontifices intelligerent, privationem Beneficii
uniti, ſeu Penſionis reſervatæ ex cauſa non ſo-
lutionis quindennii incurri etiam abſque ſen-
tentia declaratoria, procul dubio id exprime-
34 rent, prout expreſsè in Decreto *Sacri Concilii
Tridentini ſeſſ.* 23. *de Reformat. cap.* 1. *circà fin.
§.Siquis autem, antè med. verſiculo alia etiam de-
claratione non ſequuta*, cavetur, Epiſcopum, &
Parochum non reſidentes teneri ad fructuum re-
ſtitutionem antè ſententiam declaratoriam,
quia in *Concilio* neceſſaria fuit ejuſmodi expreſ-
35 ſio, cùm non utatur (ut in caſu noſtro) parti-
cula *penitùs*, *eo ipſo*, *ipſo Jure*, *ipſo facto*, vel
ſimili alia myſterioſa, prægnantique Clauſula.
Omiſſo, quòd, etiamſi in Bullis quinden-
niorum ultrà verba *ipſo facto*, *ipſo Jure*, *peni-
tùs*, ac ſimilia, adderetur alia particula *ſine de-
claratione*, non indè arguitur, non ſufficere,
dicere *penitùs*, *ipſo facto*, & ſimiliter, ſed hoc
addi ad abundantiorem expreſſionem, vel ad
36 excludendum interpretationes aliquorum di-
centium, non ſufficere dicere *ipſo facto, penitùs*,
vel ſimiliter, ut benè advertit *Salas de legibus
quæſtion.* 96. *tract.*14. *diſputation.*15. *ſect.*3. *nu.*
43. *in fin. verſic. quòd ſi aliquando*.
37 Leviſſima quoque eſt altera ponderatio,
quòd in tantum excommunicatio ipſo facto in-
curritur, in quantum Eccleſia privat fideles Bo-
nis communibus ſpiritualibus per modum pœ-
næ medicinalis, non autem vindicativæ, &,
ut medicina adhibeatur, non eſt neceſſaria ſen-
tentia Judicis, ſed unuſquiſque tenetur eam aſ-
ſumere, maximè præcipiente Medio, ſeu Do-
ctore; aliæ autem pœnæ ſunt vindicativæ, *Sua-
rez de legibus lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 6. quia etiam
privare Beneficiis, aut Penſionibus, eſt privare
38 Bonis ipſius Papæ, cùm Papa ſit abſolutus Do-
minus Beneficiorum, & Penſionum, *Card. de
Luce de Benefic. diſcur.*46. *num.*17. *& de Penſion.
diſcur.*73. *n.*6.

ARGUMENTUM.

Quindenniis non ſolutis, Unio Beneficiorum manui mortuæ facta, ſeu reſervatio perpetuarum Penſionum ad favorem manus mortuæ, ipſo Jure eſt nulla, etiam in caſu, quo à Supremo Principe, quindenniorum ſolutionem fieri impediatur.

SUMMARIUM.

1 *Debitori, præſertim laxioris conſcientiæ, non deſunt ſubterfugia ad eludendum creditorem.*
2 *Romani Pontifices omnia ſapienter agunt.*
3 *Ut etiam in præſenti Pontificatu experimur.*
4 *Triumphari non debet de re, in qua peccatur.*
5 *Non debet interim comedi, faciendo alios eſurire.*
6 *In caſu non ſolutionis Annatarum infligitur pœna nullitatis Proviſionis Beneficiorum.*
7 *Ultrà pœnam reſtitutionis fructuum.*
8 *Pœna nullitatis Unionum Beneficiorum, aut reſervationum Penſionum ſatis comprobatur ex Bullis quindenniorum, & de vi Clauſulæ* cæteriſque contrariis quibuſcumque.
9 *Unio ipſo Jure eſt nulla, etiamſi impediatur à Principe Supremo ſolutio quindenniorum.*
10 *Tale impedimentum præſumitur procuratum à manu mortua ad evitandam ſolutionem quindenniorum.*
11 *Eſtque facilè de ſui natura removibile.*
12 *Aliàs docendum eſt per manum mortuam de adhibitis diligentiis pro remotione impedimenti.*
13 *In dubio impedimentum hujuſmodi præſumitur affectatum.*
14 *Exceptiones non retardant diſſolutionem Beneficii.*

CAPITULUM CLXIII.

UT manus mortuæ aliquo ſtimulo ad ſol-
vendum quindennia ex Beneficiis ſibi
unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus ad ſui fa-
vorem reſervatis faciliùs cogerentur, cùm de-
bitori, præſertim laxioris conſcientiæ, parùm- 1
que timoratæ non deſint ſubterfugia, ſtratage-
mata, ſtudia, ac induciæ ad eludendum ſuum
creditorem, apud Deum tamen non prævalen-
tes, providè, ſalubriter, ac ſapienter Romani
Pontifices (omnia enim ſapienter agunt, ut 2
etiam in præſenti Pontificatu experimur) pœ- 3
nam nullitatis Unionum Beneficiorum, & re-
ſervationum Penſionum impoſuerunt adversùs
non ſolventes quindennia; æquum enim, ac
condignum eſt, quòd fructus, & Beneficia
ipſa, ſeu Penſiones amittant, qui ex fructibus,
& Beneficiis, ſeu Penſionibus quindennia ſol-
vere indurato corde renuunt, vel procraſtinant
in Cameræ Apoſtolicæ, ac Annatiſtarum ab ea
cauſam oneroſam habentium haud leve detri- 4
mentum, nè aliàs triumphent de re, in qua
peccant, & interim comedant, alios eſurire fa- 5
ciendo; prout etiam in caſu non ſolutionis An- 6
natarum intrà præfixum terminum infligitur
ſimilis, ac eadem pœna nullitatis proviſionis
Beneficiorum, ac per conſequens ipſorum pri-
vationis ipſo Jure, ex *Conſtitutione* 3. *Innocen-
tii VIII.*

tii VIII. §. 1. *in fine*, §. 2. 4. & 5. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Conſtitutione* 4. *Julii II.* §.3. *in fine*, & §. 6. *in fine*, *eod. tom.* 1. *Conſtitutione* 20. *Julii III.* §.1. *in fine*, *eod. tom.*1. & *Conſtitutione* 2.
7 *Pauli IV.* §. 3. 4. & 5. *in fine*, *eod. tom.* 1. ultrà pœnam reſtitutionis fructuum Beneficiorum, juxta *Julii III. Extravag. cum ſicut non ſine*, relatam per *Donoiz in Compend. Jur. Canon. tom.* 1. *verbo Annata in fine*.

8 Pœna autem nullitatis Unionis Beneficiorum, aut reſervationis Penſionum ſatis comprobatur ex *Conſtitutione* 6. *Pauli II.* §.6. *Conſtitutione* 17. *Pauli IV.* §. 8. *in fine*, *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Conſtitutione* 38. *S. Pii V.* §. 6. *in fine*, *Conſtitutione* 33. *Sixti V.* §. 4. *circà fin. tom.* 2. *Conſtitutione* 18. *Urbani VIII.* §.1. *tom.*5. & *Conſtitutione* 50. *Clementis X.* §.2. *in principio*, & §.9. *poſt med. tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. V. VI. VII. VIII. & XI. cùm aliquando à Supremis Principibus ob frivola motiva prohibeantur manus mortuæ quindennia ſolvere, indéque ipſæ putent tuta conſcientia effugere poſſe quindenniorum ſolutionem, ideò
9 in præſenti aſſerimus, quòd quindenniis non ſolutis, Unio Beneficiorum manui mortuæ facta, ſeu reſervatio perpetuarum Penſionum ad favorem manus mortuæ, ipſo Jure eſt nulla, etiam in caſu, quo à Supremo Principe quindenniorum ſolutionem fieri impediatur; quia Bullis quindenniorum, quindennia ſolvi mandantibus, nulla alterius Principis poteſtas impedimento eſſe poteſt, nec debet, ſtante præſertim ampliſſima Clauſula *cæteriſque contrariis quibuſcumque*, *Barboſa de Clauſul. clauſ.* 82. *per tot. Mart. eod. tract. par.*1. *clauſ.*79. *per tot.*

Omiſſo, quòd dici nequit hujuſmodi impe-
10 dimentum legitimum, illud namque de Jure præſumitur procuratum ab ipſa manu mortua quindenniorum debitrice ad ſe liberandum ab eorum ſolutione ſub hoc ſpecioſo, vel potiùs malitioſo velamine, & pallio, ideòque inallegabile remanet, *Card. de Luca de Benefic. diſcur.* 56. *num.* 4. *Rota poſt Zacch. quæſtion. medicolegal. tom.*2. *dec.*83. *nu.*8. & *coram Bich. dec.* 383. *num.*17. *tom.*1. *Ninot dec.*43. *num.*3. *Adden. ad Buratt. deciſ.*743. *litera B. tom.*2. *ac in recentior. dec.*52. *num.*7. *part.* 1. *dec.*178. *num.*7. *part.* 11. immò, etiamſi tale impedimentum verè ex fa-
11 cto Principis proveniret, adhùc uti facilè de ſui natura removibile, non ſuffragatur ad evitandum celerem ſolutionem, *Gratian. diſcept.* 465. *num.*1. *Pacion. de locat. & conduct. cap.*46.
12 *num.* 32. aliàs per manum mortuam debitricem docendum eſt de diligentiis factis pro remotione impedimenti, ut Pontificiis mandatis filia obediens videatur, & hac via nullitatem Unionis Beneficiorum, ſeu reſervationis Penſionum declinare valeat, *Vant. de nullitat. ex defect. Juriſdiction. num.*116. *Card. de Luca de emption. & vendition. diſcur.*51. *num.*3. & *de Benefic. diſcur.*56. *num.*3. *Rota coram Gregor. XV. dec.*501. *num.* 1. *Alexand. VIII. dec.*11. *num.*13. *Zarat. dec.* 4. *num.*18. *Duran. dec.*386. *num.*7. *Adden. ad Buratt. dec.* 743. *num.* 5. & 6. *tom.* 2. & *poſt Zacch. quæſt. medicolegal. dec.* 83. *num.*3. *tom.*2. *ac in recentior. dec.*567. *num.*4. & 6. *part.*1. *dec.* 343. *num.*1. *part.*2. *tom.*1. *dec.*475. *n.*9. *par.*18.
13 *tom.*2. in dubio autem impedimentum hujuſcemodi præſumitur affectatum, & aſtutè procuratum, potiſſimùm ſi per priùs renuerit manus mortua ſolvere quindennium, & poſteà aſſertum ſupervenerit impedimentum pro colorando renitentiam, ſeu noluntatem ſolvendi, *l. deſertorem* 3. §. *Si ad diem* 7. *l. quæ commeatus* 14. *ff. de re militari*, *Altograd. conſil.*45. *nu.*6. *lib.*2.

Nec juvare valent exceptiones per manus 14
mortuas deductæ ad retardandam ſeparationem, diſſolutionem, ſeu diſmembrationem Beneficiorum, ſivè reſpectivè extinctionem Penſionum, dum ſeparatio miniſterio legis abſque aliqua neceſſitate declarationis Judicis, inducta in pœnam non ſolutionis quindenniorum nullam admittere debet exceptionem.

ARGUMENTUM.

Quindenniis non ſolutis, Beneficia manui mortuæ unita, uti ipſo Jure vacantia, & perpetuæ Penſiones reſpectivè ad favorem manus mortuæ reſervatæ, uti ipſo Jure extinctæ, imperrari poſſunt.

SUMMARIUM.

1 *Nullæ remanent Uniones Beneficiorum, & reſervationes Penſionum, ſi non ſolvantur quindennia.*
2 *In caſu non ſoluti quindennii Beneficia unita, & Penſiones reſervatæ impetrari poſſunt.*
3 *Beneficia non ſolventium Annatas impetrabilia ſunt.*
4 *Emphyteuta, aut feudatarius Cameræ non ſolvens canonem, aut cenſum, ipſo Jure amittit Emphyteuſim, & feudum.*
5 *Dictio penitùs operatur, ut non ſit neceſſaria declaratoria.*
6 *Rigor Principem maximè Eccleſiaſticum non decet.*
7 *Docendum eſt de temeraria ceſſatione in ſolutione.*
8 *Irregularitas ipſo Jure incurritur à miniſtrante in contemptum.*
9 *Quomodò intelligenda ſit* Conſtitutio 4. Julii II. §. 2. in fin. Bullar. nov. Rom. tom. 1. & Conſtitutio 34. Julii III. veteri Bullar.
10 *Quomodò intelligenda ſit* Conſtitutio 86. Pii IV. §.2. in fin. Bullar. nov. Rom. tom.2.
11 *Quomodò intelligenda ſit* Conſtitutio 7. Gregorii XIV. §.8. Bullar. nov. Rom. tom.2.
12 *Verbum* præſumere *accipitur in malam partem.*
13 *Ceſſans bona fide ſolvere quindennia, non eſt in culpa.*
14 *Qui facere omittit, quod debet, pertinax eſt uſque in finem.*

CAPITULUM CLXIV.

Poſtquàm *Cap. CLXII.* oſtenſum eſt, quòd nullæ remanent Uniones Beneficiorum, ac 1
reſpectivè reſervationes perpetuarum Penſionum, ſi non ſolvantur quindennia, modò oſtendetur, quòd quindenniis non ſolutis, Be- 2
neficia manui mortuæ unita, uti ipſo Jure vacantia, & perpetuæ Penſiones reſpectivè ad favorem manus mortuæ reſervatæ, uti ipſo Jure extinctæ, impetrari poſſunt, prout literaliter diſponitur in *Conſtitutione* 6. *Pauli II.* §. 6. *Bullar. nov. Rom. tom.*1. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt.*

Apoſt. in ordine la I. Lotther. de re beneficiar.lib. 1. quæſt.29. num.7. in med. verſic. hæc igitur eſt
3 *prima via, cum nn. ſeqq.* eodem fermè modo, quo Beneficia non ſolventium Annatas, tamquàm verè vacantia, impetrabilia ſunt, juxta *Conſtitutionem* 3. *Innocentii* VIII. §. 1. *in fine*, §. 2. *in principio*, & §. 5. *in principio*, *Conſtitutionem* 4. *Julii* II. §.3. *in fine*, & *Conſtitutionem* 11. *Pauli IV*. §. 3. 4. & 5. *in fine*, *Bullar. nov. Rom. tom.*1.

4 Et in ſimili videmus, quòd Emphyteuſis, aut feudum conceſſa per Cameram Apoſtolicam, ipſo Jure reſolvuntur, & fit locus devolutioni ad ipſam Cameram concedentem, ceſſante poſteà Emphyteuta, ſeu feudatario in ſolutione cenſuum, ſeu canonum ratione contractus debitorum ſingulis annis in Vigilia SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum, ex *Conſtitutione* 11. *Pauli IV*. §. 6. 7. & 10. *Bullar. nov. Rom. tom.*1. & *Conſtitutione* 63. *Gregorii* XIII. § 1. & *per tot. tom.*2.

Nè autem ſumatur æquivocum, non cenſeo, omittendum, quòd, quantumvis Bullæ quindenniorùm per dictionem *penitùs* declarent, quòd Beneficia unita, in caſu ceſſationis ſolutionis quindenniorum, tamquàm verè vacan-
5 tia, poſſint impetrari, ſicque inductus cenſeatur canon latæ ſententiæ abſque alia declaratione Judicis, ad *textum in l. ſolutum* 11. §. *Si in ſortem* 3. *ad fin. ff. de pignoratit. action. Tiraquell. in l. ſi unquam* 8. *verbo revertatur*, *num.* 108. *C. de revoc. donation.* adhùc tamen, æquitati-
6 vè procedendo, remittendòque de rigore, qui Principem maximè Eccleſiaſticum minùs de-
7 cet, impetrans, pro aſtruenda hujuſmodi vacatione non ſolùm tenetur ſimpliciter docere de ceſſatione in ſolutione quindenniorum, vel in obligatione de illis ſolvendis, ſed etiam de ceſſatione quadam qualificata, in contemptum nempè cum vergentia ad dolum, & temeritatem, ut denotant verba *Conſtitutionis* 6. *Pauli* II. §. 6. *in principio*, *Bullar. nov. Rom. tom.*1. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I.* ibi: *ſi à ſolutione, aut obligatione præmiſſis ceſſare præſumpſerint &c.* veluti de verbo *præſumpſerint* in his præciſis terminis non ſolutorum quindenniorum advertunt *Lotther. de re beneficiar. lib.*1. *quæſtion.*29. *num.*9. *Frances de Eccleſ. Cathedral. cap.*8. *num.*442. & 443. *Navarr. manual. cap.*25. *num.*155. *cum ſeqq.* undè fit, quòd
8 pœna irregularitatis ipſo Jure incurrenda per miniſtrantem, ſeu exercentem Ordines poſt malam promotionem, inflicta cenſetur, ſi per dolum, & in contemptum Clavium fuerit continuatum miniſterium, ſeu exercitium Ordinum malè ſuſceptorum, ob emphaſim verbi *præſumpſerint*, de quo *Pius* II. *Conſtitutione* 7. §. 2. *in fine*, *Bullar. nov. Rom. tom.*1. ibi: *in eiſdem Ordinibus miniſtrare præſumpſerint, eo ipſo irregularitatem incurrant*, & *Sixtus V. Conſtitutione* 91. §. 3. *in med. tom.* 2. ibi: *ſi in eis miniſtrare præſumpſerint,* prout etiam notat *Lotther. de re beneficiar. lib.*1. *quæſtion.*29. *num.*9. *in fine*, & *lib.*2.
9 *quæſtion.* 47. *num.* 8. eodem modo intelligendæ veniunt *Conſtitutio* 4. *Julii* II. §. 2. *in fine*, *Bullar. nov. Rom. tom.*1. & *Conſtitutio* 34. *Julii* III. *veteri Bullar. relata per Lotther. de re benefic. lib.* 3. *quæſtion.* 19. *num.*1. contrà præſumentes capere poſſeſſionem Beneficiorum antè expedi-
tionem literarum, & *Conſtitutio* 86. *Pii IV*. §.2. 10
in fine, *tom.* 2. contrà præſumentes ſe intrudi in poſſeſſione Monaſteriorum excedentium bis centum Florenos, ſeu Ducatos auri de Camera vigore ſolius electionis abſque confirmatione Apoſtolica, ſola autem confirmatione ſuorum Superiorum, vel Locorum Ordinariorum, ac etiam contrà confirmare præſumentes, de quo *Lotther. de re beneficiar. lib.*3. *quæſtion.*17. *num.* 317. *cum ſeqq.* & ità explicat *n.*324.

Eodèmque modo intelligenda *Conſtitutio* 7. 11
Gregor. XIV. §. 8. *eod. tom.*2. ſuper immunitate Eccleſiaſtica, contrà attentare præſumentes, adversùs eandem Conſtitutionem, prout declarat *Sperell. dec. for. Eccleſ. tom.* 2. *dec.*105. *num.* 8. & quòd verbum *præſumere* ſemper acci- 12
piatur in malam partem, ſeu dolum, ac temerarium auſum, in communibus terminis *Chokier de Juriſdiction. in exempt. lib.*4. *quæſtion.* 75. *n.* 4. *Anguian. de legib. lib.*2. *controv.*28. *num.*13. *Barboſa de diction. dict.* 278. *per tot.* ità, ut, ſi 13
manus mortua poſt Unionem Beneficiorum ceſſaverit bona fide, ac inadvertenter quindennia ſolvere, non eſt locus ſuppreſſioni, ſeu diſſolutioni Unionis, præſertim, ſi parata ſit impoſterùm ipſa quindennia ſolvere, ex quò colligitur ceſſationem ſolutionis proceſſiſſe magis ex ignorantia, ſeu imprudentia, quàm ex malo animo; qui enim malo animo aliquod, quod 14
facere debet, facere omittit, pertinax eſt uſque in finem in ſuo errore, ac temerario auſu.

ARGUMENTUM.

Quindenniis non ſolutis, ad incurrendam pœnam nullitatis Unionis Beneficiorum, aut reſervationis perpetuarum Penſionum, ipſiùſque diſſolutionem, ſeu Beneficiorum unitorum, aut Penſionum reſervatarum privationem, non eſt neceſſaria citatio manus mortuæ poſſeditricis, cui unita fuerunt Beneficia, aut reſervatæ Penſiones, non revelatis autem omnibus, ac ſingulis Beneficiis per manum mortuam poſſeſſis, ad incurrendam privationem Beneficiorum unitorum, aut Penſionum reſervatarum requiritur citatio per viam monitorii.

SUMMARIUM.

1 *Manus mortua non ſolvens quindennia, vel non revelans omnia Beneficia à ſe poſſeſſa, privatur Beneficiis ſibi unitis.*

2 *Ad incurrendam nullitatem Unionis Beneficii in caſu non ſoluti quindennii non eſt neceſſaria citatio manus mortuæ, in caſu autem non revelatorum omnium Beneficiorum requiritur citatio ad incurrendam privationem Beneficiorum unitorum.*

3 *Quando privatio incurritur ipſo facto, non requiritur citatio.*

4 *Præſertim quando Bullæ quindenniorum loquuntur per verba affirmativa.*

5 *Propria obligatio de ſolvendis quindenniis non indiget aliqua monitione.*
6 *Verba* moneat, & requirat *denotant demandatum proceſſum in figura judicii per viam citationis.*
7 *Graviorem meretur pœnam unum delictum, quàm aliud.*
8 *Delicta punienda ſunt proportionabiliter.*
9 *Affertur illud* Deuteronom. cap.25.verſic.2.& 3.
10 *Non ſolvere eſt delictum in committendo.*
11 *Emphyteuta non ſolvens canonem, cadit ipſo Jure ab Emphyteuſi.*
12 *Citandus non eſt contraveniens* Bullæ 114. Alexandri VII. §.5. Bullar. nov. Rom. tom.*6.*
13 *Citandus non eſt hæres ad conficiendum inventarium, quando à teſtatore juſſus eſt intrà certum tempus illud conficere ſub pœna privationis hæreditatis.*
14 *Bullæ quindenniorum declarant; Beneficium in caſu non ſoluti quindennii eſſe impetrabile, & affertur locus* Geneſ. cap.2. verſic.16. & 17. & cap. 3. verſic.*9.*
15 *Deus tamquàm Supremus Judex, Adam vocare non tenebatur.*
16 *Intruſus amoveri nequit à poſſeſſione Beneficii abſque formali citatione.*
17 *Cauſa quindenniorum, ſola facti veritate, agenda eſt.*
18 *Pontifex in Beneficiis habet pleniſſimam poteſtatem.*
19 Sixtus V. Conſtitutione 92. Bullar. nov. Rom. tom.2.*ſubſtulit citationem.*
20 *Idem fit in* cap. licet canon 14. §. Is etiam 1. de election. in 6.
21 Barboſa de Paroch. part. 1. cap. 5. num. 1. *ſibi contrarius.*
22 *In actu nullo adhùc requiritur citatio.*
23 *Vaſſallus feudo privandus, venit citandus.*
24 *In confiſcatione Bonorum requiritur citatio.*
25 *Injuria reſultat ex privatione feudi.*
26 *In privatione Beneficii ob non ſolutionem quindennii non agitur de injuria.*
27 *In facto notorio non eſt neceſſaria citatio.*
28 *Poſſeſſor etiam intruſus, ſemper citandus eſt.*
29 *Ob Decretum irritans amittitur poſſeſſio.*
30 *Judex protrahens deciſionem Cauſæ criminalis ultrà biennium, punitur certa pœna.*
31 *Nihilominùs ad illam incurrendam citandus eſt.*
32 *In tali caſu præſervatur citatio.*
33 *Idem in Judice Cauſæ civilis.*
34 Imminens *idem eſt, ac monens, ſeu citans.*
35 *Hæres, ut privetur hæreditate, citandus eſt.*
36 *In materia privativa dies non interpellat pro homine.*
37 *Rejicitur* Coſta de rata quæſtion.143. n.*6.*

CAPITULUM CLXV.

1 VIſo *Cap.CLXII.* quòd ipſo Jure privata remanet manus mortua Beneficio ſibi unito, non ſolvens quindennium, vel non revelans omnia, & ſingula Beneficia à ſe poſſeſſa, benè ſequitur videndum, an, antequàm Beneficio privetur tàm ex cauſa non ſolutionis quindennii, quàm ex cauſa non revelationis Beneficiorum, citanda ſit ad videndum incurriſſe in prædictam pœnam; undè firmatur in præſenti,
2 quòd quindenniis non ſolutis, ad incurrendam pœnam nullitatis Unionis Beneficiorum, aut reſervationis perpetuarum Penſionum, ipſiùſque diſſolutionem, ſeu Beneficiorum unitorum, aut Penſionum reſervatarum privationem non eſt neceſſaria citatio manus mortuæ poſſeditricis, cui unita fuerunt Beneficia, aut reſervatæ Penſiones, non revelatis autem omnibus, ac ſingulis Beneficiis per manum mortuam poſſeſſis, ad incurrendam privationem Beneficiorum unitorum, aut Penſionum reſervatarum requiritur
citatio per viam monitorii; non enim requiri- 3
tur citatio, quando pœna privationis Beneficii uniti (ut jam dictum eſt) incurritur ipſo facto, *Baron de citation. tom.*1. *quæſt.* 18. *nu.*83. *Surd. de aliment. tit.*8. *privileg.*64. *n.*7. *Gratian.*
diſcept. 990. *n.* 8. præſertim cùm *Bulla 6. Pau-* 4
li II. §.*6. Bullar. nov. Rom tom.* 1. *repetit. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la I.* loquatur per verba affirmativa, nempè quòd manus mortua non ſolvens quindennia, privetur ipſo facto Beneficio ſibi unito, ibi: *Beneficia hujuſmodi tamquàm vere vacantia poſſint liberè à Sede præfata impetrari, & canonicè obtineri, ac ſi Uniones ipſæ &c. nullatenùs emanaſſent &c.* ut advertit *Card. Zabarell. conſil.* 132. *in principio, Federic. de Senis conſil.* 109. *circà fin, verſic. ſed*
recolendum, juncto num. 3. quaſi quòd propria 5
obligatio de ſolvendis quindenniis non indigeat aliqua monitione, veluti eſt textus apertus in *l. magnam* 12. *C. de contrah. & committ. ſtipulat.* ibi: *ſancimus, ut, ſiquis certo tempore facturum ſe aliquid, vel daturum ſtipuletur, vel quæ ſtipulator voluit, promiſerit, & adjecerit, quòd, ſi ſtatuto tempore minimè hæc perfecta fuerint, certam pœnam dabit, ſciat minimè ſe poſſe debitor ad evitandam pœnam adjicere, quòd nullus eum admonuit: ſed etiam citrà ullam admonitionem eidem pœnæ pro ſtipulationis tenore fiet obnoxius: cùm ea, quæ promiſit, ipſe in memoria ſua ſervare, non ab aliis ſibi manifeſtari debeat poſcere*: in ſecundo autem caſu non revelationis Beneficiorum contrarium aſſeritur, ex eo quòd Bullæ quindenniorum diverſa phraſi utentes, id procul dubio ſuadent ex verbis ad Judicem
Annatarum directis ibi: *moneat, & requirat,* 6
denotantibus demandatum proceſſum in figura judicii per viam citationis, ſeu monitorii, *Rebuff. in l. qui venenum* 236. *in fin. verſic. item monere, ff. de verb. ſignification.* veluti habetur in *Conſtitutione* 38. *S. Pii V.* §.*6. in fin. & in Conſtitutione* 33. *Sixti V.* §. 4. *in principio, Bullar. nov. Rom. tom.*2. *in Conſtitutione* 18. *Urbani* VIII. *in principio, & §.* 2. *in fine, tom.* 5. *& in Conſtitutione* 50. *Clementis X.* §. 3. *in fine,* §. 4. *in fin.* §. 5. *poſt med. &* §. 9. *in med. tom.*6. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſt. in ordine la* VI. VII. VIII. & XI.

Et quidem jure merito gravior pœna impoſita fuit non ſolventi quindennia, quàm non revelanti Beneficia, dum gravius procul dubio delictum eſt non ſolvere, quam non revelare,
ideòque graviorem meretur pœnam unum deli- 7
ctum, quàm aliud, *Barboſa axiom.* 68. *num.* 3.
cum ſeqq. ut ſic condignis pœnis puniantur de- 8
licta juxta eorundem menſuram, proportionem, & circumſtantias, *cap. non afferamus* 24. *quæſtion.*1. *l. reſcriptum* 6. *ff. de his, quib. ut indign. l. unic. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, Auth. omnes peregrini C. commun. de ſucceſſion. Carleval. de judic. tom.*2. *lib.*1. *tit.*3. *diſput.* 3. *num.* 29. *in fin. verſic. ſemper enim pœna*: ad
quod facit illud *Deutoronom. cap.* 25. *verſic.* 2. 9
& 3. ibi: *juxta menſuram delicti erit plagarum*

mo-

10 *modus*: equidem non ſolvere eſt delictum in committendo, ſicque longè gravius, non revelare autem eſt delictum in omittendo, ſicque longè levius, *l. Metrodorum* 40. *ff. de pœn. Roman. in l. divortio, aliàs l. fructus* 7. §. *Si fundum* 12. *ff. ſolut. matrimon. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ.* 44. *per tot. Barboſa axiom.*68. *n.*10.

Hinc videmus, non eſſe neceſſariam citationem pro declaratione caducitatis facta à Do-
11 mino directo ob non ſolutionem canonis, ex eo quòd Emphyteuta non ſolvens canonem cadit ipſo Jure ab Emphyteuſi, & eo caſu dominium utile conſolidatur cum directo, ipſo Domino volente, *Roman. conſil.*212. *per tot. Gratian. diſcept.* 36. *num.*10. *&* 11. *& diſcept.*378. *num.*3. *&* 4. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. convention. tom.*2. *lib.*22. *tit.*27. *nu.*31. *cum ſeqq. Corbul. de cauſ. privation. Empyteuſ. tit. de cauſ. privation. Emphyteuſ. ob non ſolut. canon. quæſt.*12. *num.* 1. *in fin. verſic. & idem, quòd Dominus, Fulgin. de jure Emphyteut. tit. de var. caducitat. quæſt.* 10. *num.*2. *cum ſeqq. Sperell. dec. for. Eccleſ.* 71. *num.* 12. *in med. verſic. nihilominùs, & num.* 42. *in fin. verſic. non denique, part.*1. *Rota coram Gregor. XV. dec.*105. *num.*11. *dec.*30. *&*
12 58. *per tot. par.*3. *diverſ.* hinc non eſt neceſſaria citatio tranſgreſſoris *Bullæ* 114. *Alexandri VII.* §. 5. *Bullar. nov. Rom. tom.* 6. imponentis ipſo Jure pœnam privationis utriuſque vocis Regulari contrà Illibatam Conceptionem B. Mariæ Virginis ſentienti, *Pignatell. conſult. Canon. tom.*
13 8. *conſult.* 75. *num.* 2. hinc non eſt citandus, & interpellandus hæres ad conficiendum Inventarium, quando à Teſtatore juſſus eſt illud conficere intrà certum tempus ſub pœna privationis hæreditatis, cùm tunc dies interpellet pro homine, *Ciarlin. controverſ. forenſ. tom.* 2. *cap.* 126. *n.*42. *cum ſeqq.*

14 Cùmque *Bulla* 6. *Pauli* II. §. 6. *in fine, & Bulla* 20. *Julii* III. §. 1. *in fine, & Bulla* 11. *Pauli* IV. §. 10. *in fine, Bullar nov. Rom. tom.*1. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* I. III. *&* IV. declarent, Beneficium hujuſmodi ob ceſſationem ſolutionis quindennii, tamquàm verè vacans, & ac ſi perantea non fuiſſet unitum, nec literæ Unionis deſuper emanaſſent, poſſe liberè impetrari, ſequitur, non adeſſe poſſeſſorem, qui citetur, dum vacatio ſupponit defectum poſſeſſoris, *Rubeus de validitate legali cap.* 51. *num.* 14. *Gonzalez ad Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.*15 §.1. *num.*39. *&* 40. *Roſa de exequutor. liter. Apoſtolic. par.*1. *cap.*5. *n.*214. *&* 215.

Nec obſtat quoad primam partem, quòd citatio uti inducta de Jure divino, ac naturali, non ſolùm non cenſeatur ſublata, ſed quòd illa, etiamſi expreſsè ſublata eſſet à lege, auferri nequeat, cùm, etiamſi Deus contrà Adam impoſuerit pœnam mortis in caſu tranſgreſſionis divini præcepti, juxta literalem comminationem, *Geneſ. cap.*2. *verſic.*16. *&* 17. ibi: *Præcepitque ei, dicens: ex omni ligno Paradiſi comedes, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali nè comedas; in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris, ubi à Lapid.* ibi: *ideſt mortis certæ ſententiam, & neceſſitatem incurres &c. ideſt certiſſimò morieris*; attamen eundem Adam ad judicium vocari voluit ipſe plaſmiſta, *Geneſ. cap.* 3. *verſic.* 9. ibi: *Vocavitque Dominus Deus Adam, & dixit ei, ubi es?* quantumvis tam- 15
quàm ſupremus Judex, & cordium ſcrutator, ad id de poteſtate abſoluta, ſeu (ut ajunt) de plenitudine poteſtatis non teneretur, *cap.* 1. *de cauſ. poſſeſſion. & propriet. Clement. Paſtoralis* 2. *verſic. cæterùm, de re judicata*; ità ma- 16
nus mortua, quantumvis intruſa in Beneficio ſibi unito, ob quam non ſolutionem quindennii, eo privata, attamen amoveri nequit à poſſeſſione abſque formali citatione, *Barbaſtren. de intruſione quæſtion.*87. *num.*16. *cum ſeqq.* quia ad omne pejus requireretur citatio naturalis, non autem judicialis, præſertim in cauſa quinden- 17
niorum, ſola facti veritate inſpecta agenda, *Card. de Luca de feud. diſcur.* 95. *num.* 9. fortiùs agendo, prout in præſenti, in cauſa beneficiali; ſiquidem Pontifex circà Beneficia habet ple- 18
niſſimam, & abſolutam poteſtatem, *cap. propoſuit* 40. *de conceſſion. Præbend. cap. licet* 2. *de Præbend. in* 6. *Clement.* 1. *in fin. ut lit. pendent. Gonzalez in Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib.* §.1. *proœm. num.*36. *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*10. *num.*14. *cap.*15. §.15. *num.*94. *& cap.* 18. §. 3. *num.* 5. *Lotther. de re benef. lib.* 1. *quæſt.*4. *num.*57. *& lib.*2. *quæſt.*22. *nu.*9. *&* 12. *cum ſeqq.* undè eſt, quod Sixtus V. potuit tol- 19
lere citationem in ſua *Conſtitutione* 92. §.3. *Bullar. nov. Rom. tom.* 2. Penſionariis obtinentibus Penſiones, & familiaribus Papæ illas obtinentibus excedentes LX. Ducatos auri de Camera, in caſu, quo non incedant in habitu, & tonſura, eos privando ipſo facto Penſionibus hujuſmodi abſque aliqua citatione, ad quod advertunt *Lotther. de re benef. lib.*1. *quæſtion* 42. *n.*52. *&* 53. *Rota in recentior. dec* 158. *num.*16. *par.*1. 20
prout quoque fecit Gregorius X in *cap licet Canon.*14. §. *Is etiam* 1. *in fin. de electìon. in* 6 mandans, proviſum de Parochiali Eccleſia teneri ſe promoveri facere infrà annum, aliàs illa privatum remanere citrà aliquam monitionem: quæ proindè Parochialis, uti vacans, impetrari poteſt, ad quod reflectit *Barboſa in dicto cap. licet Canon num.*1 *&* 7. quamvis in *Tract. de Paroch.* 21
*par.*1. *cap.*5. *num.*1. *poſt med. verſic. ubi intelligit*, ſentiat, adhuc neceſſariam eſſe ſententiam.

Minùs obſtat quoad dictam primam partem, 22
quòd etiam in actu ipſo nullo adhùc requiratur citatio partis paſſæ nullitatem, ad videndum declarari incurriſſe in talem pœnam, *Baron. ſingular.* 24. *num.* 1. *cum ſeqq.* undè fit, quòd 23
Vaſſallus aliàs ex aliqua cauſa feudo, ipſo Jure privatus, adhùc venit citandus, *Schrader. de feud. par.* 9. *par.* 2. *principal. ſection.* 8. *num.*49. hinc etiam in confiſcatione Bonorum ipſo facto 24
incurrenda requiritur citatio, *Peregrin. de jure fiſci lib.* 4. *tit.* 5. *num.*8. *& lib.*5. *tit.*1. *num* 172. *Noguerol. alleg* 12. *nu.*78. quia ad avertendam injuriam ex privatione feudi, & Bonorum confiſcatione reſultantem videtur quis audiendus 25
eſſe antè ſententiam condemnatoriam, cùm au- 26
tem in privatione Beneficii ex non ſolutione quindennii non agatur de irroganda injuria manui mortuæ, non eſt neceſſaria citatio in facto 27
notorio inducente privationem ipſo Jure.

Longè minùs obſtat, quod ſemper citandus 28
eſt poſſeſſor etiam intruſus, *cap. cùm noſtris* 6. *de conceſſion. Præbend. cap. literas tuas* 13. *de reſtitution. ſpoliat. cap. licet Epiſcopus* 28. *de Præbend. in* 6. *l. fin. C. de rei vindication. Florez*

Diez de Mena var. reſolution lib. 1. quæſtion. 4. num. 26. & 27. etiamque in caſu, ut noſtro, quo ipſo Jure manus mortua per Bullas quindenniorum privetur Beneficio ſibi unito; quia
29 quando adeſt in Conſtitutione *Decretum irritans*, abſque alia citatione amittitur poſſeſſio, & poſſeſſio ex tunc incipit haberi pro non poſſeſſione, *Roſa de exequutor. liter. Apoſtolic. par. 1. cap. 8. n. 28.*

Ejuſdem irrelevantiæ eſt animadverſio, quòd,
30 quantumvis Judex protrahens deciſionem cauſæ criminalis ultrà biennium, puniatur pœna vicenarum auri librarum juxta *l. fin. C. ut intrà*
31 *cert. temp. criminal. quæſtion. terminet.* nihilominùs ad incurrendam pœnam prædictam citandus venit Judex, ut habetur in prælaudata *l. fin.* ità videretur quoque, manum mortuam priùs citandam eſſe, & poſteà privandam Beneficio ſibi unito ob non ſolutionem quindennii, quia,
32 præterquamquòd in *relata l. fin.* expreſsè præſervatur citatio, ut ex illius lectura facilè videre eſt in verbis ibi: *litigatoribus admonentibus*;
33 & loquendo de Judice cauſam civilem intrà biennium terminare debente habetur in *l. properandum 13. §. Sin autem utraque parte 4. C. de*
34 *judic.* ibi: *utraque parte imminente* (quod idem ſonat, ac monente, ſeu urgente) undè non mirum, quòd pœna incurri nequeat antè citatio-
35 nem: prout idem ſervatur in hærede, qui poſt citationem intrà annum non exequens voluntatem defuncti, privatur hæreditate, *Auth. hoc ampliùs C. de fideicommiſſ.* ibi: *monitus*, *Novell. 131. de Eccleſ. titul. cap. 11. §. Siquis autem poſt med. verſic. ſi autem, qui*, ibi: *admoniti*.

36 Haud minoris revelantiæ eſt objectum, quòd in materia privativa, ac pœnali, ut iſta, ubi agitur de privando manum mortuam Beneficio ſibi unito, dies non interpellat pro homine, *Coſta de rata quæſtion. 143. num. 6.* quia dictum
37 *Coſtæ* non eſt verum, nec *Doctores* per eum allegati hoc dicunt, ut reſpondet *Ciarlin. controverſ. forenſ. tom. 2. cap. 126. num. 50. in fin. verſic. non obſtat in materia privativa.*

ARGUMENTUM.

Pœna nullitatis Unionis Beneficiorum, aut reſervationis perpetuarum Penſionum ad favorem manus mortuæ, in Bullis quindenniorum, impoſita contrà non ſolventes quindennia, incurritur etiam in caſu, quo Unio Beneficiorum, ſeu reſervatio Penſionum facta fuerit manui mortuæ pro cultu divino, pro ſtudiis, pro alendis Alumnis in Seminariis, ſeu Collegiis, proque ſimili cauſa pia.

SUMMARIUM.

1 *Auctor editurus eſt, Deo dante, Tractatum de* Unione, & Diſunione Beneficiorum.
2 *Non ſolutis quindenniis, Unio Beneficiorum, vel reſervatio Penſionum eſt ipſo Jure nulla, etiamſi à Supremo Principe ſolutio quindenniorum impediatur.*
3 *Nullitas Unionis Beneficiorum, aut reſervationis Penſionum incurritur etiam in caſu, quo illa facta fuerit pro cultu divino.*
4 *Talis Unio non ſubjacet* Regulæ 12. hodiè 13. Cancellariæ revocatoriæ Unionum.
5 *Pia cauſa non compræhenditur in generali diſpoſitione.*
6 *Cauſa augumenti divini cultus in ea non compræhenditur.*
7 *Cùm lex quindenniorum non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus.*
8 *Bullæ quindenniorum, omnes Uniones generaliter compræhendunt.*
9 *Virtus verbi* omnes.
10 *Etiam Uniones ſuper diſtributionibus factæ compræhenduntur in Bullis quindenniorum.*
11 *Diſtributiones quotidinianæ concernunt cultum divinum ex cauſa ſervitii in Choro.*
12 *In Bullis quindenniorum compræhenduntur Uniones quovis titulo, & ſub quibuſcumque tenoribus factæ.*

CAPITULUM CLXVI.

Omittendo præambulum, quando dicatur Unio Beneficiorum facta pro cultu divino, aut favore cauſæ piæ, de quo, Deo dante, in noſtro Tractatu de *Unione, & Diſunione Be-* 1
neficiorum, ſua ſede differendum eſt. Ponderata itaque *Cap. CLXIII.* hypotheſi, quòd nempè non ſolutis quindenniis, Unio Beneficiorum, 2
aut reſervatio Penſionum facta ad favorem manus mortuæ, fit ipſo Jure nulla etiam in caſu, quo à Supremo Principe quindenniorum ſolutionem fieri impediatur, in præſenti ſeſe offert alia hypotheſis, in qua monemus, quòd pœna nullitatis Unionis Beneficiorum, aut reſerva- 3
tionis perpetuarum Penſionum ad favorem manus mortuæ, in Bullis quindenniorum, impoſita contrà non ſolventes quindennia, incurritur etiam in caſu, quo Unio Beneficiorum, ſeu reſervatio Penſionum facta fuerit manui mortuæ pro cultu divino, pro ſtudiis, pro alendis Alumnis in Seminariis, ſeu Collegiis, pròque ſimili cauſa pia; nullibi enim reperitur in Bullis quindenniorum ſaltem quoad hanc partem privilegiatus cultus divinus, uti nullibi in eiſdem exceptuatus.

Nec obſtat, quòd, quando agitur de augumento cultus divini, aut de cauſa pia, regulariter Unio Beneficiorum, aut diſmembratio, ſivè reſervatio Penſionum facta ad favorem manus mortuæ, ſubjacere non debet *Regulæ 12. hodiè 13. Cancellariæ revocatoriæ Unionum*, ibi: *omnes Uniones &c. etiam perpetuas, de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. (non tamen Concilii Tridentini auctoritate, nec non pro fundatione, ſeu dotatione, augumento, vel conſervatione Collegiorum, & aliorum Piorum, & Religioſorum Locorum ad Fidei Catholicæ defenſionem, & propagationem, bonarùmque artium cultum inſtitutorum) factas, quæ ſuum non ſunt ſortitæ effectum &c. revocavit &c. Valenzuela Velazquez conſil. 22. num. 54. cum ſeqq. vol. 1. Genuenſ. practicabil. Eccleſ. quæſt. 440. num. 2. Lottber. de re benefic. lib. 1. quæſt. 29. num. 15. cum ſeqq. Maſſobr. prax. habend. Concurſ. prælud. 13. dub. 4. num. 14. Turricell. de Union. Benefic. cap. 15. num. 28. cum ſeqq. Garz. de Benefic.* 4

*ſic. par.*12. *cap.*2. *num.*282. & 283. *Pyrrh. Corrad. prax. benef. lib.*2. *cap.*15. *num.*28. *Gonzalez in Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.*5. §.7. *num.*46. & 47. *Chokier in Regul.*11. *Cancellar. num.*16. & 17. *Barboſa ad Sacr. Concil. Tridentin. ſeſſ.* 7. *de Reformation. cap.* 6. *num.* 2. & *ſeſſ.* 23. *de Reformation. cap.* 18. *num.*40. *verſic. Regulam*, & *de Jure Eccleſ. lib.*3. *cap.*16. *n.*66. *ad fin. Rota coram Peutinger. dec.*86. *num.*14. & *dec.* 124. *num.*12. *Dunozet. Jun. dec.*525. *nu.*6. *tom.*2. *Coccin. deciſ.*2323. *num.*7. *Arguell. deciſ.* 100. *num.*4. *Adden. ad* Buratt. *dec.*734. *nu.*12. *tom.*2. & *in recentior. deciſ.*485. *num.*28. *part.*4. *tom.*2. *deciſ.*281. *num.*6. *par.*9. *tom.*1. *deciſ.*320.
5 *num.* 8. & 9. *par.* 12. ſiquidem pia cauſa, uti ſpeciali nota digna, non compræhenditur ſub generali diſpoſitione revocatoria Unionum, *Card. de Luca de fideicommiſſ. diſcur.*184. *n.*4.

Nec eſt credendum, quòd diſponens voluerit in diſpoſitione generali revocatoria Unio-
6 num compræhendere concernentia augumentum divini cultus, aut aliam cauſam piam, cùm, ſi de eis Papa cogitaſſet, vel interrogatus eſſet, ita veriſimiliter reſpondiſſet, ad *textum in l. tale pactum* 40. §. *fin. ff. de pact. Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib.*2. *cap.*15. *num.*29. *verſic. hoc*
7 *tamen non omittam, circà fin.* & *in fin.* quia, cùm lex quindenniorum non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus, *l. non diſtinguemus ff. de recept. arbitr. Barboſa axiom.* 136. *num.* 4. Bullæ
8 autem quindenniorum, nulla facta exceptione Unionum, de omnibus Unionibus generaliter loquuntur, ut legere eſt in *Bulla* 17. *Pauli IV.* §. 8. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. & Bulla 50. *Clementis X. tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſtolic. in ordine la V.* & *XI.* ſicque veniunt etiam Uniones factæ pro cultu divino, ſimili-
9 que pia cauſa ob generalitatem verbi *omnes* apti compræhendere quaſcumque Uniones ex quacumque cauſa factas, *Barboſa de diction. dict.* 241. *num.*1.

In quorum corroborationem valdè urget,
10 quòd *S. Pius V.* Bulla 38. §.2. & 3. Bullar.*nov. Rom. tom.* 2. & *Clemens X.* Bulla 50. §. 7. *circà fin. tom.*6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VI. & XI. declararunt, quòd etiam Uniones ſuper diſtributionibus quotidianis factæ compræhendantur in Bullis quindenniorum; ergò per neceſſarium conſequens comprehen-
11 duntur quoque Uniones factæ pro cultu divino, cùm diſtributiones quotidianæ procul dubio concernant cultum divinum, & præſtari ſoleant ex cauſa ſervitii in Choro, quod unicè tendit in augumentum cultus divini, *Gabriell. conſil.* 138. *nu.* 1. 2. 3. 4. 7. 10. 11. 12. 18. 20. & 22. *lib.* 2. *Roman. conſil.*363. *num.*3. *in princip. med.* & *fin. Bald. conſil.* 235. *nu.* 1. *ſeu unic. circà fin. verſic. item, Pignatell. conſult. Canonic. tom.* 9. *conſult.* 80. *num.* 5. *Sfort. Odd. de fideicommiſſ. quæſt.*30. *artic.*5. *nu.*119. *Card. de Luca de Dote diſcur.*9. *num.*9. *circà fin.* & *de Legat. diſcur.*13. *num.* 8. *poſt med. verſic. dum quò, juncto* §. *Accedente, in principio,* & *diſcurſ.*43. *num.*9. *Rota coram Merlin. dec.* 685. *num.*29. *poſt med.* §. *Favor, cum nn.ſeqq. tom.* 2. *Card. Seraphin. deciſ.* 1149. *num.*11. *in fin. verſic.* & *eò magis, tom.*2. *ac in recentior. dec.*332. *n.*7. *par.*14.
12 His accedit, quòd *S. Pius V. Bulla* 38. §. 3. *in fine, Bullar. nov. Rom. tom.* 2. & *Clemens X. Bulla* 50. §.6. *in fine tom.*6. declaravit, quod in Bullis quindenniorum compræhendantur Uniones quovis titulo, & ſub quibuſcumque tenoribus factæ, in verbis ibi: *Motu ſimili &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. ſub quibuſcumque tenoribus &c. Apoſtolica auctoritate unita, ſeu aliàs quomodolibet, & quovis titulo obtenta, & poſſeſſa, ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi compræhendi, & includi &c.* Uniones *de quibuſvis &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. ſub quibuſcumque tenoribus &c. perpetuò factas, & de cætero &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pauli Prædeceſſoris hujuſmodi compræhendi, & includi &c.* ergò ex prægnantiſſimis verbis compræhenduntur Uniones pro cultu divino etiam quoad pœnam nullitatis in caſu non ſolutionis quindenniorum, ut patet ad ſenſum.

ARGUMENTUM.

Pendente nullitate Unionis Beneficiorum manui mortuæ factæ, ſeu reſervationis perpetuarum Penſionum ad favorem manus mortuæ, interim debentur quindennia, poſtquàm autem declarata fuerit nullitas Unionis Beneficiorum, aut reſervationis Penſionum, manus mortua repetere nequit quindennium jam ſolutum, nec reſpectivè Annatiſtæ tenentur reſtituere manui mortuæ quindennium jam exactum.

SUMMARIUM.

1 *Recenſentur cauſæ, ex quibus nulla declarari poteſt* Unio *Beneficii, aut reſervatio Penſionis.*
2 *Beneficium nulliter unitum, ſivè Penſio nulliter reſervata, incipit vacare ut priùs.*
3 *Pendente nullitate* Unionis *Beneficii, aut reſervationis Penſionis, interim debentur quindennia.*
4 *Exequutio ſententiæ dari nequit, antequàm ſententia annullatoria proferatur.*
5 *Quindennium eſt quoddam jus dominicale, infixum oſſibus Papæ.*
6 *Pendente nullitate ſuper Emphyteuſi, adhùc debetur laudemium.*
7 *Reſciſſa venditione gabella debetur, vel ſoluta non repetitur.*
8 *Pendente nullitate locationis, & conductore interim percipiente fructus rei locatæ, debetur penſio, ſeu affictus.*
9 *Quindennium eſt ſimile penſioni, ſeu affictui.*
10 *Petitorium nihil commune habet cum poſſeſſorio, & ſummariſſimo poſſeſſionis.*
11 *Pendente nullitate Emphyteuſis, Emphyteuta adhùc tenetur ſolvere canonem.*
12 *Quindennium debetur in recognitionem dominii.*
13 *Quindennium ſubrogatum fuit loco Annatæ debitæ Papæ in recognitionem dominii.*
14 *Quindennium ab Annatiſtis reſtituendum non eſt.*
15 *Componenda ſoluta pro Coadjutoria, non eſt reſtituenda.*
16 *Idem de Componenda pro diſpenſatione matrimoniali.*

CA-

CAPITULUM CLXVII.

1 CUm multiplici ex cauſa Unio Beneficii, ſeu reſervatio Penſionis, nulla eſſe poſſit, puta tamquàm facta abſque cauſa, vel ex falſa cauſa, vel ſine conſenſu Patroni, vel facta de Beneficio monoculari, non facta mentione monocularitatis, vel de Beneficio manuali, non facta mentione manualitatis, vel ſi verus valor Beneficii uniti, ſeu Penſionis reſervatæ narratus non fuerit, vel ignoratum, quòd idem Beneficium perantea unitum reperiatur alteri manui mortuæ, vel quòd eadem Penſio reſervata reperiatur ad favorem alterius manus mortuæ, ad latè tradita per *Turricell. de Vnion. Benefic. cap. 7. num.* 10. *cum ſeqq. & cap. 9. nu. 90. cum ſeqq. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 8. num. 94. & quæſt. 39. num. 5. Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib. 1. cap. 6. num. 266. & 295. & lib. 2. cap. 15. num. 75. cum ſeqq. Pariſ. de reſign. Benef. lib. 2. quæſt. 4. num. 11. & lib. 10. quæſt. 2. nu. 38. Barboſa ad Sacr. Concil. Tridentin. ſeſſ. 7. de Reformat. cap. 6. num. 12. & 13. Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 15. §. 4. nu. 7. 18. & 21.* & quouſque pendeat judicialis controverſia ſuper prætenſa nullitate Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſionis, hæſitari poteſt, an interim debeantur, nec nè quindennia, donec per ſententiam diffinitivam declaretur nullitas Unionis Beneficii, aut reſervationis Penſionis reſpectivè, poſt quam judicialem declarationem re poſita in claris, procul dubio deſinunt in futurum deberi quindennia, corruente cauſa, nempè ipſa Unione Beneficii, ſeu reſervatione Penſionis,
2 propter quam debebantur, ex eo quòd tunc Beneficium, ſeu Penſio incipit vacare ut prius, perque conſequens ſubjacere Annatæ, & recuperat primævam naturam ſtatus collativi, cujus erat, antequàm uniretur, Beneficium, ſeu reſpectivè, antequam reſervaretur, Penſio, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 15. §. 5. n. 2. Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 15. §. 2. num. 79. Pariſ. de reſign. Benefic. lib. 2. quæſt. 19. num. 13. Lotther. de re benef. lib. 3. quæſt. 8. n. 87. Rota coram Card. Seraphin. dec. 1309. num. 2. tom. 2.* occaſione igitur litis pendentiæ ſuper nullitate Unionis Beneficii, ſeu reſpectivè reſervationis Penſionis oriri poteſt diſſenſio inter manum mortuam, (ut ità inquam) Beneficiatam, cui nimirùm unitum eſt Beneficium, ſivè Penſionariam, cui nempè reſervata eſt Penſio, & inter Annatiſtas, quibus debetur quindennium, dum illa ſub prætextu controverſæ nullitatis Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſionis effugere intendit quindennium; è contrà verò iſti intendunt ſibi deberi quindennium tàm decurſum, quàm decurrendum pro tempore, quouſque declaretur nullitas, quaſi quòd antè ſententiam annullatoriam Unio Beneficii, ſeu reſervatio Penſionis ſit in implicito ſtatu validitatis; ideò in præ-
3 ſenti monemus, quòd pendente nullitate Unionis Beneficiorum manui mortuæ factæ, ſeu reſervationis perpetuarum Penſionum ad favorem manus mortuæ, interim debentur quindennia, poſtquàm autem declarata fuerit nullitas Unionis Beneficiorum, aut reſervationis Penſionum, manus mortua repetere nequit quindennium jam ſolutum, nec reſpectivè Annatiſtæ tenentur reſtituere manui mortuæ quindennium jam exactum; etenim nullitas propoſita, de ſui natura proceſſum, & viam ordinariam judicii expoſcens, via verò ordinaria, uti requirens altiorem indaginem, retardare nequit viam exequutivam, qualis eſt iſta ſolutionis quindenniorum: aliàs daretur effectus, ut exe- 4
quutio ſententiæ, antequàm ſententia annullatoria Unionis Beneficii, ſeu reſpectivè reſervationis Penſionis proferretur, contrà regulam Juris communis in *l. ſi cùm nulla* 58. *ff. de re judicat. l. 1. C. de exequution. rei judicat. Prat. diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 30. num. 14. cum ſeqq.* prout etiam poſt declaratam nullitatem Unionis Beneficii, aut reſervationis Penſionis non minùs gravis ſuſcitari valet altercatio inter eoſdem ſuper repetitione, ſeu condictione, ac reſpectivè reſtitutione quindennii jam ſoluti antè declaratam nullitatem Unionis Beneficii, ſivè reſervationis Penſionis; ſicque tempore habili, & terminis habilibus: immò dari poſſet caſus, quòd, ſi interim non eſſet ſolvendum quindennium, & poſteà per ſententiam declararetur validitas Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſionis, ſanè poſt declaratam validitatem ſolvi deberet quindennium; & ſicuti pendente lite ſuper nullitate Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſionis, manus mortua non indè remanet privata poſſeſſione Beneficii uniti, ſeu Penſionis reſervatæ, ſed continuat in jure percipiendi fructus, donec, & quouſque per Judicem declaretur impicta nullitas, ità ad ſervandam æqualitatem inter debitorem (qualis eſt manus mortua) & inter creditores (quales ſunt Annatiſtæ) iſti cauſam, & quidem oneroſam habentes à Papa, non ſunt interim privandi quindennio, quod eſt quoddam jus dominicale, infixum oſſibus Papæ, & communicatum 5
ſuis Officialibus, *de Luca Melphiten. in obſerv. ad de Franch. deciſ. Neapol. 373. poſt med. verſic. altera fuit ratio, tom. 2.*

Hinc videmus, quòd, pendente nullitate ſuper Emphyteuſi, adhùc debetur laudemium, 6
Burg. de laudem. part. 2. inſpect. 10. num. 2. & in addition. nu. 19. Amad. à Pont. eod. tract. quæſt. 39. num. 10. Solſon eod. tract. tit. de form. location. ad long. temp. num. 9. in fine, & cellul. 10. num. 9. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 2. num. 7. & de retract. conventional. §. 6. gloſſ. 2. num. 5. & 19. Fulgin. de Jure Emphyt. tit. de laudem. quæſt. 8. num. 39. in principio, Genuenſ. practicabil. Eccleſ. tricenar. 4. quæſt. 104 per tot. Niger de laudem. tom. 2. quæſt. 49. num. 17. cum ſeqq. & quæſt. 50. num. 4. de Franch. deciſ. Neapol. 269. num. 1. & deciſ. 373. num. 1. ſivè unic. circà fin. ubi de Luca Melphiten. in obſerv. nu. 1. in fin. verſic. & propterea; eodem fermè pacto, quo in alio caſu reſciſſa venditione, gabella de- 7
betur, vel ſoluta non repetitur, *Laſſart. de Decim. vendition. & permutation. cap. 14. num. 10.* ità & declarata nullitate Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſionis, ſolutum quindennium non repetetur: pendente nullitate locationis, 8
& conductore interim percipiente fructus rei locatæ, debetur penſio, ſeu affictus, *de Luca ad de Franch. dec. 373. nu. 2. in principio, tom. 2.* ità pendente nullitate Unionis Beneficii, aut reſervationis Penſionis, & manu mortua percipiente fructus Beneficii uniti, ſeu Penſionis re-

9 reſervatæ, debetur quindennium, quod eſt ſimile penſioni, ſeu affictui: pendente nullitate inſtrumenti, puta impoſitionis cenſus, aut reſervationis Penſionis, vel ſimilium, adhùc debentur annuæ præſtationes, ſeu annualitates maturatæ, & maturandæ, cùm nemo privandus ſit jure ſuo, præſertim burſali, ut iſto quindenniali ob ſolam oppoſitam nullitatem Unionis Beneficii, ſeu reſervationis Penſionis, quæ poteſt forſitan declarari valida ob dubium litis eventum, & judicium hujuſmodi ſuper nullitate rejiciendum venit ad petitorium requirens

10 altiorem indaginem, nihilque commune habens cum poſſeſſorio, & ſummariſſimo poſſeſſionis ratione manutentionis in exigendo quindennio debito Annatiſtis, *Sarmient. de redditib. Eccleſ. par.3. cap.2. num.33. Mareſcott. var. reſolution. lib.1. cap.22. num.18. & 20. Novar. de electione. for. part. 2. quæſt. 14. num.3. cum ſeqq. Gratian. diſcept. 113. num. 35. & diſcept. 208. num.14. Poſth. de manut. obſerv.62. num.2. cum ſeqq. Donad. de renunciation. tom.2. cap.38. nu. 87. cum ſeqq. Aſcia determination. 130. per tot. Prat. diſcept. forenſ. tom.4. cap.30. num.1. ac per tot. Cenc. de cenſib. part. 2. quæſtion. 5. artic. 2. num. 21. & 29. Rota poſt eund. dec.210. in fine, dec.211. num.3. & dec.234. num.4. & 5. Sanfelic. dec. Neapol.312. num.1. lib.2.* ità longè magis, non obſtante nullitate Unionis Beneficii, aut reſervationis Penſionis, debetur interim quindennium, quod ſolvitur dumtaxat ſingu-

11 lis XV. annis; & ſicuti pendente nullitate Emphyteuſis, Emphyteuta adhùc tenetur ſolvere canonem, *§. Si verò Novell. de non alienand. reb. Eccleſ. Merlin. Pignatell. controverſ. forenſ. centur.1. cap.22. num.5. & 6.* ità manus mortua, non obſtante nullitate Unionis Beneficii, aut reſervationis Penſionis, adhùc tenebitur ſolve-

12 re quindennium, quippè tàm canon Emphyteuticus, quam quindennium beneficiale debetur ratione recognitionis directi dominii, veluti legere eſt in *Bulla* 38. *S. Pii V.* §.3. *in principio, Bullar. nov. Rom. tom.*2. *Bulla* 18. *Urbani* VIII. *in principio, tom.* 5. *& Bulla* 50. *Clementis* X. §.3. *in principio, &* §.6. *in principio, tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VI. VIII. *&* XI. *ego fusè ſuprà Cap.I. ac alibi.*

13 Cùmque quindennium ſubrogatum ſit loco Annatæ, quæ debetur Papæ in recognitionem univerſalis dominii Eccleſiæ, ad latè per nos

14 ſuo loco congeſta *Cap.I. ac paſſim alibi*, proindè non venit reſtituendum ab Annatiſtis, quibus ſolutum fuit, ex traditis per *bon.mem.* R. P. D. *Piton. diſcept. Eccleſ. part.1. diſcept.* 18. *num. 6.*

15 *ac per tot. ubi num.* 22. exemplificat in Compoſitione vulgò Componenda ſoluta ratione Coadjutoriæ, non reſtituenda in caſu prædeceſſus Coadjutoris Coadjuto, nec compenſanda, ſi poſteà novus petatur Coadjutor, & *num.* 24.

16 ubi de Componenda pro diſpenſatione ad contrahendum matrimonium, eo non ſequuto, non repetenda, ex viva ratione, quòd Papa non obligetur ad caſus fortuitos, ſeu de evictione in conceſſione gratiarum.

ARGUMENTUM.

Manus mortua non ſolvens quindennium pro Beneficiis ſibi unitis, ſivè pro perpetuis Penſionibus ad ſui favorem reſervatis, volens poſteà ad evitandam nullitatem Unionis Beneficiorum, ſeu reſervationis Penſionum, perque conſequens Unionis diſſolutionem, ſeu Beneficiorum unitorum privationem, ſivè Penſionum extinctionem, ſolvere mediante æquitativo beneficio purgationis moræ, non auditur.

SUMMARIUM.

1 *Diverſitas materiæ, diverſum reſolvere facit.*
2 *Manus mortua Emphyteuta non ſolvens quindennium, moram purgare poteſt.*
3 *Manus mortua Beneficiata, ſeu Penſionaria, non ſolvens quindennium, moram non purgat.*
4 *Manus mortua non ſolvens quindennium, amittit Beneficium abſque declaratoria.*
5 *Quando pœna caducitatis infligitur ab homine, non eſt locus purgationi moræ.*
6 *Quando lex imponit pœnam nullitatis, aut caducitatis, non intrat purgatio moræ.*
7 *In caſu non ſolutionis quindennii, ſtatim per Bullas quindenniorum proceditur ad privationem Beneficii.*
8 *A ſententia legis, vel canonis non appellatur.*
9 *Quod ab initio nullum eſt, poſteà non convaleſcit.*
10 *Mater non petens intrà annum tutorem, privatur ipſo Jure hæreditate filii.*
11 *Moram purgare nequit.*
12 *Quidquid contrarium ſentiat* Card. de Luca de ſucceſſion. diſcurſ.29. n. 4. 9. & ſeqq.
13 *Hæres non conficiens inventarium, ipſo Jure privatur à lege beneficio Inventarii.*
14 *Ideòque non poteſt moram purgare.*
15 *Emphyteuta Eccleſiæ non ſolvens canones intrà biennium, moram purgare poteſt.*
16 *Emphyteuta privati ſecundùm aliquos illam purgare nequit.*
17 *Eccleſia Romana eſt mater æquitatis.*
18 *Exemplo eſſe debet in æquitate Eccleſiis inferioribus.*
19 *Pœna caducitatis Emphyteuſis inducitur volente Domino.*
20 *Privatio Beneficii, aut Penſionis in caſu non ſoluti quindennii inducitur ipſo Jure.*
21 *Etiam quando expreſsè cavetur, ipſo Jure incurri caducitatem, non eſt locus purgationi moræ.*
22 *Eccleſia Romana non ligatur æquitate* Bartolina.
23 *Commendatur* Cardinalis Alexander Caprara.
24 *Emphyteuta Eccleſiæ habet biennium ad ſolvendum.*
25 *Manus mortua nullum habet tempus ad ſolvendum quindennium.*
26 *Emphyteuta Eccleſiæ habens ſolum biennium ad ſolvendum canones, dignus eſt purgatione moræ.*
27 *E contrà manus mortua habens XV. annos ad ſolvendum quindennium, digna non eſt.*
28 *Papa ligari vult æquitate* Bartolina *directivè.*
29 *Æquitas Canonica ad canones reſtricta, extendi nequit ad quindennia.*
30 *Nemo ex propria culpa victoriam reportare debet.*

31 *Hæres,*

31 *Hæres, ſeu donatarius non adimplens, moram purgare poteſt.*
32 *Non deſunt tamen contrarium tenentes.*
33 *Titularis Penſionem non ſolvens, moram purgat.*
34 *Quindennium Penſioni ſimile eſt.*
35 *Princeps non tenetur moram purgare facere.*
36 *Etiam ſtante particula* ipſo Jure, *vel ſimili, ad inducendam caducitatem, mora purgatur.*
37 *Non deſunt tamen contrarium tenentes.*
38 *In caſu* l. 2. C. de Jure Emphyt. *cenſetur appoſita particula Domino directo volente.*
39 *In Bullis quindenniorum non legitur talis declaratio.*
40 *Tàm dives, quàm pauper moram purgare poteſt.*
41 *Pauper tamquàm non doloſus, moram non incurrit.*
42 *Manui mortuæ pauperi congruus terminus præfigi poteſt ad ſolvendum quindennium.*
43 *Manus mortua pauper incurrere non debet privationem Beneficii.*
44 *Princeps miſericordiam habere debet ſuper paupere.*
45 *Pauper miſericordiam magis, quàm pœnam meretur.*
46 *Titularis pauper non ſolvens Penſionem, non amittit Beneficium.*

CAPITULUM CLXVIII.

1 Diverſitas materiæ profectò diverſum reſolvere facit, dum in altero noſtro Tracta-
2 tu de *Quindenniis*, *Cap. LVI.* firmavimus, manum mortuam poſſeditricem Emphyteuſis, ceſſantem in ſolutione quindennii Domino directo debiti, purgare poſſe moram; verùm hic è
3 contrà firmamus, quòd manus mortua non ſolvens quindennium pro Beneficiis ſibi unitis, ſivè pro perpetuis Penſionibus ad ſui favorem reſervatis, volens poſteà ad evitandam nullitatem Unionis Beneficiorum, ſeu reſervationis Penſionum, perque conſequens Unionis diſſolutionem, ſeu Beneficiorum unitorum privationem, ſivè Penſionum extinctionem, ſolvere mediante æquitativo beneficio purgationis moræ, non auditur. Poſtquàm igitur *Cap. CLXII.* fir-
4 matum fuit, quòd manus mortua non ſolvens quindennium ex Beneficio ſibi unito, vel ex perpetua Penſione ad ſui favorem reſervata, illud, illamve amittat ipſo Jure abſque alia declaratione Judicis, ſupereſt videndum in præſenti, quòd pœna hujuſmodi privativa evitari nequit ſub prætextu beneficii purgationis moræ, ad quam admitti prætendat manus mortua;
5 ſiquidem verum eſt, quòd, quando pœna caducitatis infligitur ab homine, non eſt locus purgationi moræ, quando verò illa infligitur à lege, quæ mitiùs ſe habet, tunc eſt locus purgationi moræ, nihilominùs quoque veriſſimum
6 eſt, quòd, quando (ut in caſu noſtro) lex imponit pœnam nullitatis, ſeu caducitatis ipſo Jure, non intrat purgatio moræ, *gloſſa in cap. licet Canon.* 14. *verbo privatus*, *& in cap. cupientes* 16. *verbo expectati*, *de electioni. in 6. DD. in l. ſi Inſulam ff. de verb. obligation. Corn. conſil.* 121. *lib.* 1. *& conſil.* 40. *lib.* 4. *Mancin. de jurament. par.* 4. *effect.* 13. *num.* 45. *&* 59. *Rota penès*
7 *eund. loc. citat. num.* 12. præſertim cùm per Bullas quindenniorum ſtatim procedatur ad pœnam privationis Beneficii uniti, ac reſpectivè extinctionis Penſionis reſervatæ, in caſu ceſſationis in ſolutione quindennii, *Mancin. loc. mox citat. n.* 61.

Sicuti inſuper à ſententia legis, vel canonis 8
non appellatur, *cap. quia nos* 32. *de appellation.* ità nec purgatur mora: cùmque Unio Beneficii, ſeu reſervatio Penſionis, in caſu non ſolutionis 9
quindennii ſtatim ipſo Jure nulla evadat, ampliùs convaleſcere nequit per medium purgationis moræ, ad *textum in cap. auditis* 29. *de electioni. cap. non firmatur* 18. *de regul. Jur. in* 6. *l. quod ab initio* 29. *ff. eod.* undè fit, quòd ma- 10
ter non petens intrà annum tutorem filio, privatur ipſo Jure hæreditate filii in pupillari ætate ab inteſtato decedentis, §. *Sed quemadmodùm* 6. *Inſtitution. ad Senatuſconſult. Tertullian. l. ſivè ingenua* 2. §. *Si mater* 23. *ff. eod. l. ſi minores* 2. *ff. qui petant tutor. l. cùm à matribus* 8. *C. eod. l. ſciant* 10. *C. de legitim. hæred. Galganet. de tutel. & cur. lib.* 1. *tit* 6. *num.* 14. *&* 15. *& lib.* 3. *quæſtion.* 28 *num.* 2. *cum ſeqq. & per tot. Mareſcott. var. reſolution. lib.* 2. *cap.* 124. *num.* 24. proindèque moram purgare nequit ad evitandam pœ- 11
nam inſucceſſibilitatis, uti ipſo Jure à lege privata, *Antonell. de temp. legal. lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 16. *in med. verſiculo quemadmodùm nec mater*, quidquid, ſepoſito rigore, contrarium ſentiat 12
Card. de Luca de ſucceſſion. diſcurſ. 29. *num.* 4. 9. 13
& ſeqq. hinc hæres non conficiens inventarium juxta *l. fin. C. de Jure deliberand.* uti ipſo Jure privatus à lege beneficio Inventarii, non poteſt 14
moram purgare, *Antonell. loc. mox citat. verſiculo ubi ex hoc infert*, *Mareſcott. pariter loc. mox citat. num.* 23.

Neque obſtat, quòd, ſicuti Emphyteuta Ec- 15
cleſiæ non ſolvens canones intrà biennium, adhùc admittitur ad purgationem moræ, *cap. potuit* 4. *de locat. & conduct. Rota poſt Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. dec.* 32. *num.* 7. *&* 12. *deciſ.* 34. *num.* 15. *deciſ.* 35. *num.* 14. *& dec.* 36. *num.* 16. quidquid ſit de Empyteuta privati ca- 16
rente ejuſmodi æquitate Canonica ſecundùm aliquos relatos per *Antonell. de tempor. legal. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 26. *in principio*, ità manus mortua non ſolvens quindennium, ex identitate rationis admittenda eſt ad purgationem moræ, cùm quindennium debeatur Sedi Apoſtolicæ, ſicque Eccleſiæ Romanæ, quæ mater 17
æquitatis, & miſerationis eſt; immò longè majori ratione indulgere debet purgationem mo- 18
ræ, ut exemplo ſit in æquitate, & miſericordia aliis Eccleſiis inferioribus, quibus ipſa injungit in *dicto cap. potuit* 4. *de locat. & conduct.* indulgentiam purgationis moræ; quia in hoc 19
caſu pœna caducitatis inducitur volente tantùm Domino directo, non ſic pœna privationis 20
Beneficii uniti, aut Penſionis reſervatæ, ipſo Jure inducta in caſu ceſſationis in ſolutione quindennii, veluti *Cap. CLXII.* diſtinximus: præterquamquòd etiam quando expreſsè cavetur, 21
ipſo Jure incurri pœnam caducitatis in caſu ceſſationis, in ſolutione canonis, locus non eſt purgationi moræ, cùm tunc mora ſit reſolutiva ob appoſitum pactum reſolutivum, *Antonell. de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 55. *num.* 2. *Card. de Luca de credit. diſcur.* 56. *num.* 10. *in principio*, *verſiculo attamen illa non intrat*, *Panimoll. dec.* 128. *num.* 13. *tom.* 2. eadem Eccleſia Romana, uti ſu- 22
perior non ligatur hac æquitate à ſe inducta pro inferioribus Eccleſiis, ſaltem vi coactiva, quidquid ſit vi directiva, veluti in ſimili de æquitate *Bartoli* (hinc *Bartolina* dicta) in *l.* 1.

§. *Per-*

§. *Permittitur* 41. *ff. de aqu. quotidian. & æſtiu.* circà renovationem feudi Eccleſiaſtici per Papam faciendam proximiori ultimi inveſtiti, advertit *Rota*, me ſcribente pro Antonia Agodia contrà Comites de Flaſchis in famigerata Cauſa
23 *Ferrarien. Feudi coram clar. mem. Card. Alexandro Caprara, olim in Urbe diſſertiſſimo Conſiſtoriali Advocato, poſteàque Sacræ Rotæ Romanæ integerrimo Auditore deciſ.* 45. *num* 1. *cum ſeqq. & per tot. poſt Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. & apud Mantiſſ. ad Card. de Luca dec.*3. *ſuper materia de feud. lib.*1. *vol.*3. valdèque differt caſus ceſſatæ ſolutionis canonis à caſu ceſſatæ ſolutionis quindennii; quippè non mirum, quòd de æquitate Canonica concedatur Emphyteutæ Eccleſiæ purgatio moræ, quando ei-
24 dem de Jure Canonico conceditur biennium ad ſolvendum canonem, ſæpè laudato *cap. potuit* 4. *de locat. & conduct. & Auth. qui rem C. de Sa-*
25 *croſanct. Eccleſ.* cùm autem in noſtra hypotheſi nec biennium, nec aliud tempus concedatur manui mortuæ ad ſolvendum quindennium, non poteſt intrare aliqua æquitas canonica quoad purgationem moræ, quando illa non intravit quoad conceſſionem alicujus termini
26 in ſolvendo quindennio.

Omiſſo, quòd Emphyteuta Eccleſiæ habens ſolum biennium ad ſolvendum canones, dignus
27 eſt beneficio purgationis moræ, non verò manus mortua habens XV. annos, ad ſolvendum, ſicque longè longius tempus, ideòque non viſa digna beneficio purgationis moræ ob notabiliſſimam diſparitatem rationis, ad *textum in l. Papinianus* 20. *ff. de minorib.*

Minùs obſtat, quòd immò, ſicuti Papa li-
28 gatur, vel (ut meliùs inquam) ligari vult æquitate *Bartoli* alias *Bartolina*, ſimplicis, licet graviſſimi Doctoris, in *l.* 1. §. *Permittitur* 41. *ff. de aqu. quotidian. & æſtiu.* ſaltem vi directiva, ad renovandum proximoribus, ut, me ſcribente, reſolvit *Sacra Rota*, in celebri Cauſa *Ferrarien. Feudi* pro Antonia Agodia uti proximiore ultimi inveſtiti contrà Comites de Flaſchis extraneos, ab Alexandro VII. inveſtitos, in magiſtraliſſima deciſione ſuperiùs enunciata, ità idem Papa à fortiori quoque ſaltem ex vi directiva ligari debet, vel (ut meliùs, & honeſtiùs ajam) ligari volet æquitate Canonica contenta in ſæpè allegato *cap. potuit* 4. *de locat.*
29 *& conduct.* quia iſta æquitas tamquàm reſtricta ad canones, neſcitur, vel (ſaltem ego neſcio) quomodò extendi poſſit ad quindennia, de quibus agimus, toto cœlo diverſa, nihilque penitùs commune habentia cum canonibus, *l. Papinianus* 20. *ff. de minoribus*; & quia naturalius eſt, quòd Papa teneatur, vel (ut ſatiùs, & decentius dicam) teneri velit renovare inveſtituram ad favorem proximiorum non delinquentium, nec culpam aliquam habentium in eo, quòd linea inveſtiti, quæ æterna eſſe non poteſt, extincta ſit; è contrà verò minùs naturale, minùſque decens, ac conſentaneum eſt, quòd Papa teneatur, ſeu teneri velit ex æquitate admittere ad purgationem moræ manum mortuam, quæ deliquit, vel quaſi deliquit ob non ſolutum quindennium, nè aliàs ex propria
30 culpa victoriam reportet, *cap. novit.* 13. *de judic.* & ſub ſpe purgationis moræ retardare audeat ſolutionem quindenniorum, juraque Sedis Apoſtolicæ faciliùs eludat: quod nequaquam ferendum eſt.

Ejuſdem ponderis eſt objectum, quòd ſicuti ob pactum reſolutivum, ad evitandam caducitatem incurſam ab hærede, ſeu donatario in caſu celebrari non faciente Miſſas injunctas certa die anni, vel menſis, admittitur ad purga- 31
tionem moræ, mediante ſimplici obligatione pro præteritis Miſſis, ſeu Anniverſariis, quæ tamen inſerviunt rei adeò neceſſariæ, ut eſt ſuffragium Animæ, maximùmque profectò delictum eſt hæredis, ſeu donatarii non refrigerare, & ſublevare ſuffragiis Animam Teſtatoris, ſeu donatoris, quæ fortè, immò probabiliter cruciatur in Purgatorio, *Genuenſ. practicabil. Eccleſ. tricenar.* 5. *quæſtion.*127. *num.*5. *Palm. Nepos, aliàs Junior alleg.*240. *num.*43. *tom.*3. ità à fortiori audienda eſt manus mortua, purgare volens moram per celerem ſolutionem quindennii præteriti, ubi non agitur de aliqua cauſa pia, nec de ſuffragio Animæ: quia non deſunt 32
Doctores tenentes contrarium, quòd nempè in dicto caſu non ſit locus purgationi moræ, *Antonell. de tempore legali lib.*4. *cap.*15. *n* 15.

Haud levioris armaturæ eſt ponderatio, quòd 33
ſicuti Titularis ceſſans in ſolutione Penſionis, ad evitandam privationem Beneficii de æquitate Canonica purgare poteſt moram, celeriter ſolvendo terminos decurſos, *Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.* 45. *num.* 7. *cum ſeqq. & cap.* 47. *n.* 21. *verſiculo ego verò, in fine, Card. de Luca de Penſion. diſcur.* 13. *num.* 11. *Rota coram Card. Celſo dec.* 363. ità manus mortua moram purgare poterit, agendo de quindennio non ſoluto 34
Penſioni conſimili, & quaſi Penſione quindenniali: quia inter privatos, & particulares benè procedit beneficium purgationis moræ, non autem cum Principe, qui ſolutus legibus, non tenetur illam purgare facere, nec ſequi 35
æquitatem de Jure poſitivo inductam, *Card. de Luca de Emphyteuſ. diſcurſ.*21. *num* 4. *& de Regalib. diſcurſ.* 148. *num.* 17. *Rota coram Coccin. dec.*2194. *n.*44.

Leviſſimi quoque momenti eſt, quòd, ſicuti in Emphyteuſi Eccleſiæ, quantumvis quando- 36
que apponatur particula *ipſo Jure, ipſo facto, penitùs, liberè*, vel ſimilis ad inducendam caducitatem in caſu ceſſationis ſolutionis canonis, adhùc tamen eſt locus purgationi moræ, ex deductis per *Fulgin. de Jure Emphyt. tit. de ſolution. canon. quæſt.* 6. *num.* 22. *&* 23. *Sperell. dec. for. Eccleſ. tom.* 1. *dec.*71. *num* 17 *cum ſeqq. Rota Lucen. dec.* 133. *nu.*22. *int. collect. à Palm. Nep. tom.* 2. ità in Unione Beneficii, aut reſervatione Penſionis, non obſtante prædicta particula, erit locus purgationi moræ; quia, omiſſo, quòd non deſunt contrarium ſentien- 37
tes, quòd nempè, quando adjicitur ſimilis particula, non ſit locus purgationi moræ, ut jam ſuperiùs inſinuavimus ex *Antonell. de tempore legali lib.* 2. *cap.* 55. *num.*22. magna inſuper intercedit differentia inter unum, & alium caſum; in caſu enim ceſſatæ ſolutionis canonis 38
cenſetur appoſita memorata particula Domino directo volente, ut declarat *textus in l.* 2. *C. de Jure Emphyt.* in caſu autem ceſſatæ ſolutionis quindennii non cenſetur illa appoſita ſub hac eadem conditione, Domino Beneficii uniti, ſeu Penſionis reſervatæ (qualis eſt Papa) volente, 39

cùm in Bullis quindenniorum nullibi appareat de ſimili declaratione , de qua expreſsè apparet in *dict. l. 2. C. de Jure Emphyt.*

Quibus diſſolutis objectis , inſurgit Difficultas, quid dicendum in caſu, quo ſit pauper manus mortua; etenim eidem ſuffragari non debet paupertas in noſtro caſu , cùm ſupponendum
40 ſit, tàm diviti , quàm pauperi ſubveniri beneficio purgationis moræ , ut ait *Rota deciſ. 32. n. 9. in principio poſt Antonell. de jurib. & onerib. Cleric.* undè per nos jam firmato in *præſenti Cap.* non eſſe locum purgationi moræ , ſequitur nec illi eſſe locum etiam ſtante paupertate ; alio tamen remedio ſuccurrendum eſt , eo quòd immò pauper ex alia parte non indiget tali remedio
41 purgationis moræ : quaſi quòd tamquàm non doloſus , nec culpoſus, ſed impotens ſolvendo , moram propriè contrahere , committere , ſivè incurrere non dicitur , *Leoncill. de privileg. pauper. par. 2. privileg. 275. num. 1. & privileg. 276. num. 6.* Papa igitur dignabitur ſervare æquitatem naturalem , ſeu quandam Epichæjam cum
42 manu mortua paupere , eidem ad ſolvendum quindennium , congruum præfigendo terminum , ſeu dilationem , *Leoncill. mox prælaudat.*
43 *tract. par. 2. privileg. 73. num. 1. in fine* cùm valdè inveriſimile ſit , Summos Pontifices imponentes manui mortuæ non ſolventi quindennium , pœnam privationis Beneficii uniti , ac reſpectivè Penſionis reſervatæ , voluiſſe , illam incurri etiam per manum mortuam pauperem , ſic eam magis depauperando, ſi privetur ſtatim Beneficio unito , ſeu Penſione reſervata , abſque culpa , ſed ob ſolam impotentiam ſolvendi , quod tamquam perdurum , ac inhumanum
44 abhorret à mente Principis , potiſſimùm Eccleſiaſtici miſericordiam habentis ſuper paupere , *l. privilegia 12. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* cùm
45 pauper miſericordiam magis , quàm pœnam mereatur , *Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 33. num. 2. Leoncill. de privileg. pauper. par. 2. privileg. 322. num. 4.* Eo fermè pacto , quo , quamvis Titularis non ſolvens Penſionem in tempore literis ſtatuto, privetur ipſo Jure Beneficio ;
46 attamen docto de paupertate , pœnam privationis hujuſmodi evitat , *Gigas de Penſion. quæſtione 80. per tot. Medices de caſib. fortuit. par. 2. quæſt. 4. n. 43. Velaſc. de privileg. pauper. par. 1. quæſtion. 33. n. 27.*

ARGUMENTUM.

Manus mortua , poſtquàm in forma Cameræ Apoſtolicæ ſe obligaverit in Cancellaria, ſeu Camera Apoſtolica ad ſolvendum quindennia , in actu Unionis Beneficiorum , ſivè in actu reſervationis perpetuarum Penſionum ad favorem manus mortuæ factæ, impoſterùm à quindenniorum ſolutione ſe eximere nequit.

SUMMARIUM.

1 *Superflua videtur præſens diſquiſitio.*
2 *Ad hoc , ut manus mortua teneatur ad ſolutionem quindenniorum , nulla requiritur poſitiva de neceſſitate obligatio manus mortuæ de ſolvendo quindennia.*
3 *Etiamſi non appareat in Camera obligatio manus mortuæ , adhùc illa ipſo Jure tenetur ad quindennia.*
4 *Quindennia non dependent ex facto , vel non facto manus mortuæ.*
5 *Summi Pontifices decreverunt , quindennia deberi , etiamſi non appareat obligatio.*
6 *Per inadvertentiam fieri deſinit hujuſmodi obligatio manus mortuæ.*
7 *Obligatio de ſolvendo quindennio regiſtrari ſolet in libris Cancellariæ Apoſtolicæ.*
8 *Liber publicus benè probat.*
9 *Præſens inſpectio non eſt ſuperflua.*
10 *Manus mortua poſt à ſe factam obligationem in Cancellaria Apoſtolica de ſolvendo quindennia , non poteſt ampliùs ab illorum ſolutione ſe eximere.*
11 *Duo vincula fortiùs ligant.*
12 *Propria obligatio magis ligat , quàm illa legis.*
13 *Obligatio legis eſt neceſſaria.*
14 *Manus mortua obtinens Unionem Beneficii ſub conditione ſolvendi quindennia , tenetur ad adimplementum.*
15 *Obligationes maxima facilitate fieri ſolent ad optatos effectus conſequendum.*
16 *Manus mortua etiam ſe non obligans , obligata remanet ad quindennia.*
17 *Manus mortua quaſi contrahens cum Principe , multò magis ſtare debet contractui de ſolvendis quindenniis.*
18 *Quindennium eſt contractus innominatus.*
19 *Contrà manum mortuam agendum eſt priùs ad adimplementum.*
20 *Manus mortua tenetur actione præſcriptis verbis.*
21 *Manus mortua ex quaſi contractu cum Camera Apoſtolica tenetur ad adimplementum.*
22 *Quindennium eſt ſpecies Penſionis.*
23 *Proviſus conſentiens Penſioni , tenetur ad illius ſolutionem.*
24 *Contrà non ſolventem Penſionem procedi poteſt per cenſuras.*

CAPITULUM CLXIX.

SUperflua videtur præſens diſquiſitio , ex eo 1
quòd , ut manus mortua ex Beneficiis ſibi unitis , ſivè ex perpetuis Penſionibus ad ſui favorem reſervatis teneatur quindennia ſolvere, 2
nulla requiritur poſitiva de neceſſitate obligatio ipſius manus mortuæ de ſolvendo quindennia , cùm , etiamſi non appareat in Camera , ſeu 3
Cancellaria Apoſtolica ejuſmodi expreſſa obligatio , adhùc ipſo Jure de natura Unionis Beneficii , aut reſervationis Penſionis eſt locus ſolutioni quindenniorum , quæ non dependent ex 4
facto, vel non facto manus mortuæ , ſed ex ſola natura Unionis Beneficii , aut reſervationis Penſionis , nè aliàs defraudati remaneant Annatiſtæ ſuis juribus , quorum indemnitati Summi Pontifices modis omnibus (prout par eſt) proſpicere ſatagentes , decreverunt , quindennia 5
etiam deberi in caſu , quo per manum mortuam nulla legatur facta expreſſa obligatio in Camera , ſeu Cancellaria Apoſtolica de ſolvendis quindenniis , ut literaliter videre eſt in *Conſtitutione 6. Pauli II. §. 4. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ibi ,, Re-

ibi „ Reliqua verò Beneficia &c. unita, pro
„ quibus &c. de ſolvendo &c. obligatio in ea-
„ dem Camera &c. facta non fuit, Annatam
„ in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſe-
„ quuturis, eidem Camerario ſolvere teneantur,
„ & debeant &c. „ *Conſtitutione* 17. *Pauli*
IV. §. 7. *in principio*, *eod. tom.* 1. ibi „ ſuper
„ quibus nulla obligatio in eadem Camera re-
„ periebatur &c. „ *Conſtitutione* 38. *S. Pii V.*
§. 4. *in principio*, *tom.* 2. ibi „ Et propterea
„ omnia, & ſingula &c. Capitula &c. etiamſi
„ ſe ſuperinde in Camera Apoſtolica non obli-
„ gaverint &c. ad ſolutionem Communium,
„ Annatarum, & aliorum Jurium prædicto-
„ rum eidem Cameræ &c. ratione Unionum
„ &c. ſingulis XV. annis &c. faciendam tene-
„ ri &c. „ *Conſtitutione* 33. *Sixti V.* §. 2. *in fin.*
eod. tom. 2. ibi „ Et propterea omnia, & ſin-
„ gula &c. Capitula &c. etiamſi ſe ſuperinde in
„ Camera Apoſtolica non obligaverint &c. ad
„ ſolutionem Quindenniorum præfatorum ei-
„ dem Cameræ, ac Collegio, & Officialibus,
„ ratione Unionum &c. ſingulis XV. annis &c.
„ faciendam teneri &c. „ *Conſtitutione* 18. *Urbani VIII.* §. 3. *in principio*, *tom.* 5. ibi „ nec
„ non eorundem Quindenniorum, & Jurium
„ debitores &c. ad indicandum Beneficia unita,
„ & ſolvendum Quindennia decurſa, etiamſi
„ ad id in Camera Apoſtolica non ſe obligave-
„ rint &c. cogendi &c. „ *& Conſtitutione* 50.
Clementis X. §. 2. *in principio*, §. 5. *circà fin.* §. 7.
in principio, §. 8. *in principio*, §. 9. *in fine*, *&*
§. 11. *circà fin. tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtol. in ordine la* I. V. VI. VII. VIII.
6 *&* XI. & jure quidem merito, per inadvertentiam enim (ut plurimùm contingit) dari poteſt, quòd non fiat ejuſmodi obligatio, veluti advertunt Summi Pontifices, nempè *Paulus II. in Conſtitutione* 6. §. 4. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1.
ibi „ de ſolvendo &c. obligatio in eadem Ca-
„ mera per inadvertentiam facta non fuit &c. „
„ *Julius III. Conſtitut.* 20. §. 5. *in med. eod. tom.*
1. ibi „ ac ex incuria agentium pro Camera
„ prædicta, ſeu aliàs obligationes de ſolvendis
„ Communibus, & Minutis Servitiis, ac An-
„ natis &c. aut aliis Juribus ſolvi debitis, &
„ conſuetis, factæ non fuerint &c. „ *& Clemens X. Conſtitutione* 50. *in principio*, *&* §. 6.
in principio, *tom.* 6. ibi „ Motu proprio &c.
„ nec non illorum damnis plerumque ex incu-
„ ria illorum Jurium Exactorum provenire ſo-
„ litis obviare cupientibus &c. Cùm autem,
„ ſicut accepimus, exactiones Jurium ratione
„ Quindenniorum hujuſmodi decurſorum &c.
„ ob Procuratorum dicti Collegii incuriam &c.
„ non ſolùm neglectæ fuerint &c. „ *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III. *&* XI.

Nec melior probatio factæ hujuſmodi obli-
7 gationis dari poteſt, quàm ex libris Cancellariæ Apoſtolicæ, ubi ſimiles obligationes de ſol-
8 vendis quindenniis regiſtrari ſolent, qui liber tamquàm publicus, & tamquàm ad hunc effectum legaliter, ac in forma publica retentus, benè probat, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 30. *num* 20. *cum ſeqq. Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæſtion.* 26. *num.* 54. *& quæſtion.* 36. *n.* 94. *& lib.* 2. *quæſtion.* 48. *num.* 49. *Mandoſ. in Regul.* 18. *Cancellar. quæſtion.* 9. *n.* 1. *&* 4.
9 Quibus ſtantibus, & non obſtantibus, præ-
ſens inſpectio nihilominùs minimè redarguenda
eſt de ſuperflua, firmando, quòd manus mor- 10
tua, poſtquàm in forma Cameræ Apoſtolicæ ſe obligaverit in Cancellaria, ſeu Camera Apoſtolica ad ſolvendum quindennia, in actu Unionis Beneficiorum, ſivè in actu reſervationis perpetuarum Penſionum ad favorem manus mortuæ factæ, impoſterùm à quindenniorum ſolutione ſe eximere nequit, cùm ultrà obligationem legalem, ab ipſa nempè lege manui mortuæ impoſitam, obligatio ejuſdem manus mortuæ magis illam ſtringit, penitùſque inexcuſatam reddit à quindenniorum exemptione, ex
regula, quòd duo vincula fortiùs ligant, *Bar-* 11
boſa axiom. 79. *num.* 1 immò magis ligat pro- 12
pria obligatio, quàm illa legis, quippè pro- 13
pria voluntaria, eſt nulla cogente neceſſitate,
illa verò legis neceſſaria eſt: undè manus mor- 14
tua obtinens Unionem Beneficii ſub conditione ſolvendi quindennia (quæ eſt conditio, ſine qua) tenetur ad adimplementum: aliàs eſt locus reſolutioni Unionis ex cauſa non adimplementi, *Gratian. diſcept.* 993. *num.* 53. quantum-
vis enim verum ſit, quod ſoleant quandoque 15
maxima facilitate fieri ad optatos effectus obligationes, eæque poſteà omnibus viribus retractari ſub ſpecioſis prætextibus, indèque manus mortua ad conſequendam Unionem Beneficiorum, aut reſervationem Penſionum, facilè quoque ſe obliget ad quindenniorum ſolutionem; quæ exoptato fine obtento, poſteà quindennia ſubterfugere tentat ſub captioſo prætextu, quòd Adminiſtrator eidem manui mortuæ non potuerit præjudicare, illam ad quindennia obligando, vel ſub aliis frivolis motivis, non reflectendo, quòd lex ipſa eam obligat, & quòd,
quamvis ea ſe non obliget, ſemper tamen ra- 16
tione Unionis Beneficii ipſo Jure obligata re-
maneat ad quindennia; immò manus mortua 17
contrahens, vel quaſi contrahens cum Principe, quaſi eſt Papa, vel cum ejus Camera Papam repræſentante, multò magis ſtare debet contractui de ſolvendis quindenniis intuitu Unionis ſub pœna reſolubilitatis Unionis in caſu contraventionis, ſeu non ſolutionis quindenniorum, quaſi, quòd verſemur in contractu, ſeu quaſi contractu innominato do, ut
des, prout hujus, vel conſimilis naturæ eſt 18
quindennium, *Niger de exceptionib. cap.* 9. §. 12. *nu.* 1. *&* 5. *de Graſſ. de exception. ad Statut. except.* 13 *num* 57. vel ad ſummum antè incurrendam reſolubilitatem contractus benigniori via,
quæ Principem, maximè Eccleſiaſticum decet, 19
electa, agendum priùs erit per Cameram Apoſtolicam ad adimplementum contra manum mortuam obligatam non adimplentem, *Larrea alleg.* 26. *à num.* 2. *uſque ad num.* 6. *Coſta de re-*
med. ſubſid. prælud. 4. *num.* 2. ex eo, quod manus 20
mortua tamquàm rea tenetur actione præſcriptis verbis ad promiſſorum obſervationem ergà Cameram Apoſtolicam tamquàm actricem, & indubitatam quindenniorum creditricem, *Gra-*
tian. diſcept. 588. *num.* 29. *& diſcept* 924. *num.* 3. 21
tenetur enim manus mortua ad obſervantiam propriæ obligationis vigore initi quaſi contractus cum Camera Apoſtolica, *Pariſ. conſil.* 82. *nu.* 47. *lib.* 1. *Corn. conſil.* 339. *in principio*, *verſic. quæ Capitula*, *lib.* 1. *Card. de Luca de Regalib. diſcur.* 61. *num.* 2. *diſcur.* 78. *ſub num.* 3. *verſic.*

quatenùs enim, *& diſcurſ.89. ſub num.3. Pacion. de locat. & conduct. cap.13. ſub num.23.*

22 His accedit, quòd quindennium eſt quædam ſpecies Penſionis per manum mortuam ſolvendæ ſingulis XV. annis ex Beneficiis unitis, ſeu perpetuis Penſionibus ad favorem manus mortuæ reſervatis; indèque ipſa acceptans hujuſcemodi Beneficia, ſeu Penſiones tali gravata, & gravaras (ut ità dicam) penſione quindenniali, in conſcientia ad illam procul dubio
23 tenetur, adinſtar proviſi à Papa de Beneficio, conſentientis Penſioni deſuper reſervatæ, ſeque in Camera, Cancellaria, aut Dataria Apoſtolica obligantis ad illius ſolutionem, *Barboſa in prax. exig. Penſion. part. 1. quæſtion.2. num.47.*
24 adeò, ut per cenſuras procedi poſſit contrà non ſolventem Penſionem quindenniorum, *Maſſa Galleſ. de formul.Cameral. obligation. quæſtion.2. nu.10. Marta de Juriſdiction. par.4. centur. 2.caſ. 112. num.13.* ibi: *per hanc obligationem debitor principaliter Animam obligat; ità, ut poſſit excommunicari, & communione fidelium privari, ut infami illa publicatione notatum curet ſatisfacere &c.*

ARGUMENTUM.

Manus mortua poſſeditrix Beneficiorum ſibi unitorum, ſeu perpetuarum Penſionum ad ſui favorem reſervatarum, per ſententiam diffinitivam in rem judicatam tranſactam condemnata ad ſolutionem quindenniorum, tenetur irrefrabiliter, quibuſcumque exceptionibus non obſtantibus, illa ſolvere, nec poteſt impoſterùm retardare ſub aliquo prætextu, cauſa, aut quæſito colore, eorum ſolutionem.

SUMMARIUM.

1 *Poſt rem judicatam in contradictorio judicio non eſt ampliùs locus controverſiæ.*
2 *Manus mortua per ſententiam diffinitivam in judicatum tranſactam condemnata ad quindennia, illa nullo modo ſubterfugere valet.*
3 *Camera Apoſtolica litibus non eſt divexanda, & ponderantur Bullæ quindenniorum.*

CAPITULUM CLXX.

1 CUm magna ſit vis, ac auctoritas rei judicatæ; ità, ut poſt rem judicatam in contradictorio judicio non ſit ampliùs locus controverſiæ, ſed ea ſilere debeat, *l. poſt rem judicatam 56. ff. de re judicata*; poſtquàm igitur ſententia definitiva condemnatoria ſolutionis quindennii tranſivit in judicatum, quindennii debitum remanet penitùs incontrovertibile:
2 ideò in præſenti monemus, quòd manus mortua poſſeditrix Beneficiorum ſibi unitorum, ſeu perpetuarum Penſionum ad ſui favorem reſervatarum, per ſententiam diffinitivam in rem judicatam tranſactam condemnata ad ſolutionem quindenniorum, tenetur irrefragabiliter, quibuſcumque exceptionibus non obſtantibus, illa ſolvere, nec poteſt impoſterùm retardare ſub aliquo prætextu, cauſa, aut quæſito colore, eorum ſolutionem; poſt enim rem judicatam non eſt locus novæ quæſtioni, *Alvarez Pegas ad Ordination. Reg. Portugall. tom.1. ad Proæm. §. 2. nu.14. cum ſeqq.* quod quidem juſtiſſimum 3
eſt, nè aliàs Camera Apoſtolica æternis litibus divexetur, creditùmque ex ventre Bullarum quindenniorum in perpetuam, vel diuturniorem quæſtionem revocetur, graviſſimis interim gravata diſpendiis, quando è contrà Summi Pontifices proteſtantur, intendere, quòd occaſione quindenniorum obviare velint ſuæ Cameræ damnis, juxta *Bullam 6. Pauli II. in principio, juncto §.2. & 3. Bullar. nov. Rom. tom.1. Bullam 20. Julii III. in principio, & §. 5. eod. tom.1. Bullam 11. Pauli IV. in principio, & Bullam 17. ejuſdem Pauli IV. in princip. & §.7. in fin. & §.8 in principio, eod.tom.1. Bullam 38 S. Pii V. §. 3. in principio, tom. 2. Bullam 33. Sixti V. in principio, & §. 2. in principio, eod. tom. 2. Bullam 18. Urbani VIII. in principio, & §.1. tom.5. & Bullam 50. Clementis X. in principio, & §.2. 3. 4. 5. & 6. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* I. III. IV. V. VI. VII. VIII. & XI.

ARGUMENTUM.

Manus mortua, ad ſubterfugiendum ſolutionem quindenniorum, allegare nequit exceptionem falſitatis Bullarum quindenniorum.

SUMMARIUM.

1 *A diverſis non benè fit illatio.*
2 *Intellectus* cap. licet ad regimen. 5. de crimin. falſ.
3 *Manus mortua excipere nequit de falſitate Bullarum quindenniorum.*
4 *A conſilio Officialium Papæ qualibet falſitatis umbra, & fraudis ſuſpicio arcetur.*
5 *Conſtitutiones Apoſtolicæ nulla indigent acceptatione Populorum.*
6 *Declaratur* cap. licet ad regimin.5. de crimin.falſ.
7 *Bullæ Pontificiæ ſæpè reprobari, revocari, vel ſaltem ad viam Juris reduci ſolent.*
8 *Non eſt præſumibilis falſitas Bullarum quindenniorum uti inſertarum in Bullario Romano.*
9 *Nè aliàs etiam aliæ Bullæ in eodem Bullario inſertæ de falſo notentur.*
10 *In dubio non præſumitur falſitas.*
11 *Bullæ quindenniorum reperiuntur regiſtratæ in Bullario Romano typis Cameralibus edito.*
12 *Clauſulæ adjectæ in* Bulla 50. Clementis X. §. 12. Bullar. nov. Rom. tom. 6. *prohibentes, illam impugnari poſſe ex defectu obreptionis, vel ſubreptionis, defectus intentionis, læſionis etiam enormiſſimæ, aliòque titulo, & cauſa etiam in corpore Juris clauſa, ſunt acceſſoriæ ad gratiam principalem, nec alterant illius naturam.*
13 *Nec impediunt, quin, excipiendo, dari poſſit de non comprahenſione alicujus caſus particularis.*
14 *Clauſula* ſublata *quid operetur.*
15 Decretum irritans *quid operetur.*
16 *Non indè tamen cenſetur denegata aperitio oris.*

CA-

CAPITULUM CLXXI.

DEbitor (ut plurimùm) quærens omnia ſubterfugia, & ſtratagemata ad evitandam ſolutionem debiti, quantumvis clari, & liquidi, prætendit temerario auſu dare, & redarguere de falſitate Bullas quindenniorum, earùmque debitam, ac paratam exequutionem retardare ſub ejuſmodi vitii captioſo prætextu, exemplo caſus relati in *cap. licet ad regimen.* 5. *de crimin. falſ.* ubi per Summum Pontificem Innocentium III. ſuſpenſa fuit exequutio gratiæ obreptitiè, & ſubreptitiè extortæ: facilè autem depræhenditur, quàm diverſus ſit præſens caſus à caſu *dicti cap. licet ad regimen* 5. *de crimin. falſ.*
1 ideòque à diverſis non benè fit illatio, *l. Papinianus* 20. *ff. de minorib.* animadvertendo, quòd nos haud inficiamur, poſſe quandoque contingere, quòd ob importunitates, falsáſque ſuggeſtiones apud Principem, negociorum mole gravatum extorqueatur aliqua peculiaris gratia contrà, vel præter veram ejuſdem intentionem, hacque de cauſa poſteà illa revocari, ſuſpendi, & annullari ſoleat, immò quòd ipſimet exequutores aliquando exequutionem talis gratiæ ſuſpendere valeant, quouſque detur aditus eundem Principem commodè certiorandi, prout
2 eſt caſus, & germanus intellectus *prælaudati cap. licet ad regimen* 5. *de crimin. falſ. & cap. ſi quando de Reſcript. l. Reſcripta C. de precib. Imperator. offerend. l. fin. C. ſi contrà Jus, vel utilitat. public.* §. *Deindè Auth. de Mandat Princip.* §. *Hoc verò Auth. ut nulli Judici, Galeot. reſponſ. fiſcal.* 19. *num.* 35. *cum ſeqq. Ordrad. de Reſcript. Princip. tit. de liter. Princip. prælud.* 6. *num.* 88. *Card. de Luca de Regalibus diſcurſ.* 148 *num.* 3. *&* 4. mordicùs autem aſſerimus, inallegabilem eſſe exceptionem falſitatis Bullarum quinden-
3 niorum, firmando in præſenti, quòd manus mortua ad ſubterfugiendum ſolutionem quindenniorum, allegare nequit exceptionem falſitatis Bullarum quindenniorum; verſamur enim in Conſtitutionibus à Papa editis per viam legis generalis, ſeu determinationis univerſalis, quæ nunquam publicari aſſolet citrà accuratiſſimum judicium, ac maturum ſcrutinium Offi-
4 cialium, ſeu Miniſtrorum ad hunc effectum deputatorum, à quorum conſilio quælibet falſitatis umbra, & fraudis ſuſpicio arcetur, *Decius in cap.* 1. *& cap. de confirmationibus* 2. *num.* 47. *ibique Abb. num.* 6. *verſic. quædam confirmatio, de confirmation. util. vel inutil. Spad. conſil.* 38. *nu.* 3. *lib.* 2. *Rota dec.* 192. *num.* 3. *ad med. verſic. tùm etiam quia, & deciſ.* 210. *ſub num.* 1. *par.* 1. *recentior. & in Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis* 28. *Junii* 1700. § *Quod quidem Breve, coram clar. mem. Card. de la Tremoille.*

Omiſſo, quòd, cùm Conſtitutiones Apoſtolicæ derivent à ſuprema, ac penitùs incontrovertibili poteſtate, & authoritate Principis Eccleſiaſtici, atque Chriſti Vicarii, ad differen-
5 tiam Conſtitutionum cæterorum Principum ſæcularium, nulla indigent acceptatione Populorum, ad *textum in l. de quibus ff. de legibus, Barboſa in cap. in iſtis num.* 10. *diſtinct.* 4. *Archidiacon. in cap. cùm de Beneficio num.* 2. *verſic. nec mireris, de Præbend. in* 6. *Covarruvv. var. reſolution. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 6. *verſic. quintò ſunt, Nicolarts in Concordat. German. tit.* 3. *num.* 6. *clar. mem. Card. Sacripantes in ſua defenſion. Juriſdiction. Eccleſ. cap.* 11. *num* 12. *Rota coram Merlin. dec.* 81. *n.* 4. *tom.* 1.

Alia inſuper intercedit notabiliſſima differentia inter *prælaudatum cap. licet ad regimen.* 5. *de crimin. falſ.* & Bullas quindenniorum, quòd 6
nempè in *memorato cap.* deducta fuerunt coram eodem Pontifice Innocentio III. relevantiſſima motiva obreptionis, & ſubreptionis, ac ab illo ad oculum indicata juxta literalem ejuſdem *cap.* lecturam, prout quotidiè etiam hodiè deferri, & judicari videmus apud juſtiſſimos, ac integerrimos Principes: in noſtra verò hypotheſi prætenditur, condemnari de falſo ſolemnes antiquiores, & moderniores Bullas quindenniorum, incipiendo quidem à *Bulla* 6. *Pauli II. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la I.* edita uſque de anno 1469. cùm ille Pontifex fuerit primus quindenniorum regulator, uſque ad *Bullam* 50. *Clementis X. tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la XI.* editam de anno 1671. undè Bullæ à tot annis emanatæ, publicatæ, inque toto Orbe Catholico venerabundè (prout par erat) debitæ exequutioni demandatæ, immò Pontificibus ſucceſſoribus optimè notæ, proindèque ſucceſſivè ab eiſdem confirmatæ, præſertim ſermonem habendo de *prædicta Bulla* 50 *Clementis X.* quæ uſque ad hanc diem reperitur confirmata à ſeptem Summis Pontificibus, videlicet à S. M. Innocentio XI. Alexandro VIII. Innocentio XII. Clemente XI. Innocentio XIII. Benedicto XIII. & Clemente XII. Regnante, nec ab ullo ex eis re- 7
probata, prout ſæpè reprobari, revocari, vel ſaltem ad viam Juris reduci ſolent Bullę Pontificiæ, ut notiſſimum eſt, ac palam fit ex *Bullar. Cheru-* 8
bin. non enim eſt præſumiblis falſitas Bullarum quindenniorum, cùm illę inſertæ legantur in *Bullario Romano* Typis R. Cameræ Apoſtolicæ impreſſo, nè aliàs intolerabile ſequatur abſurdum, 9
quòd etiam aliæ Bullæ in eodem Bullario inſertæ, de falſo notentur; quando tamen regula ſtat in contrarium, quòd nempè in dubio non præ- 10
ſumatur falſitas, ſed concludentiſſimè tamquàm delictum illa veniat probanda, *Clar. in prax. crimin.* §. *Falsù, verſic. item debet Judex, Hodiern. controverſ. forenſ. lib.* 1. *cap* 38. *n.* 18. *cum ſeqq. Cyriac. controv.* 131. *num.* 47. *cum ſeqq. Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 20. *n.* 1. *Calvin. de æquitat. lib.* 2. *cap.* 190. *num.* 56. *&* 67. *Maſcard. de probation. vol.* 2. *conc.* 745. *num.* 1. *Conciol. alleg.* 88. *num.* 1. *cum ſeqq. ac per tot. Farinac. de falſitat. & ſimulat. quæſt.* 152. *num* 8. *& quæſt.* 153. *num.* 192. *cum ſeqq. & de reo confeſſ. & convict. quæſt* 85. *num.* 11. *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib.* 7. *cap.* 7. *num* 79. *Adden. ad Rot. poſt* 1. *vol. conſil. Farinac. deciſ.* 64. *litera A. & poſt* 2. *vol. conſil. ejuſd. dec.* 42. *num.* 10. *& dec.* 121. *num.* 1.

His accedit, ad evidentiſſimam excluſionem falſitatis, quòd Bullæ quindenniorum repe- 11
riantur regiſtratæ in Bullario Romano Typis R. Cameræ Apoſtolicæ edito, *Rota coram Dunozet. Jun. deciſ.* 708. *num.* 17. *cum ſeqq. tom.* 2. *& in recentior. dec.* 227. *num.* 8. *&* 9. *part.* 19. de Bullis autem in Bullario deſcriptis nefas eſt dubitare, *Mareſcott. var. reſolution. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 1. *Rota dec.* 226. *n.* 28. *par.* 7. *rec.*

Nec

Nec ad comprobandam ſuſpicionem impiĉtæ falſitatis, præſertim *prælaudatæ Bullæ* 50. *Clementis X. tom.6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſtolic. in ordine la XI.* ulla ex parte ſuffragatur prætenſa incongruitas, forſitan notata, ſeu criticata, deſumpta quidem ex ampliſſimis Clauſulis in eadem Bulla Clementina adjectis, prohibentibus, illam impugnari poſſe ex defectu obreptionis, vel ſubreptionis, defectus intentionis, læſionis etiam enormiſſimæ, aliòque titulo, & cauſa etiam in corpore Juris clauſa, ut legere eſt in §.12. *dictæ Bullæ*, in verbis ibi,, ,, Præſentes &c. literas &c. nullo unquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, nullitatis, ,, aut invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut quovis alio defectu, etiam quantumvis magno, & inexcogitato, ac ſubſtantiali &c. aut quocumque alio colore, prætextu &c. notari, impugnari, invalidari, ,, retractari &c. aut ad terminos Juris reduci, ,, vel adversùs illas reſtitutionis in integrum, ,, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos Juris &c. impetrari, ſeu quomodolibet conceſſo, & impetrato uti &c. in judicio, ,, vel extrà poſſe &c. ,, ex eo quòd ſtantibus ejuſmodi quidem effrænatiſſimis Clauſulis videtur ſublata prorsùs naturalis defenſio, & indè
12 derogatum Juri naturæ, ac Juri poſitivo; iſtæ namque, cæteræque ſimiles Clauſulæ ſunt acceſſoriæ ad gratiam principalem, nec alterant, aut immutant illius naturam, ac qualitatem, *Rota coram Caſſador. deciſ.* 10. *num.* 4. *ad Regul. Cancellar. Verall. aliàs Caputaqu. deciſ.* 121. *per tot. par.*1. *Duran. dec* 48. *n.*22. *&* 23. *Alexand. VIII. deciſ.*165. *num.*14. *cum ſeqq. Emerix Jun. Decan. dec.* 33. *num.*5. immò ad præſervandam
13 naturalem defenſionem, non impediunt, quin, excipiendo, dari poſſit de non compræhenſione alicujus caſus particularis ob ſpeciales circumſtantias, etiamſi adſit dicta Clauſula, quod de ſubreptione, obreptione, & defectu intentionis dari non poſſit, *Berojus conſil.* 146. *num.* 38. *lib.* 3. *Mareſcott. var. reſolution. lib.* 2. *cap.* 37 *num.*29. *Rota in recentior. dec.*569 *n.*9. *part.*2. *tom.*2. *dec.*100 *num.*25. *dec.*247. *num.*7. *&* *dec.*299. *n.*27. *par.*11.
14 Prædictæ inſuper Clauſulæ junctæ cum Clauſula *ſublata* tollente facultatem cuicumque Judici aliter judicandi, *Felin in cap nonnulli ſub num.*22. *de Reſcript. Rota coram Coccin. dec.*270. *num.*9. *&* *deciſ.*2238. *num.*31. *Buratt. dec.*792. *nu.* 3. *&* 4 *Emerix Jun. Decan. dec.* 1154 *n* 6.
15 *&* *dec.* 1222. *num* 9 cùmque *Decreto irritante*, in §. 13. *dictæ Conſtitutionis Clementinæ*, impediente contrariam obſervantiam, ac inficiente prætcritam, per *textum in cap. ſi eo tempore de electione. in* 6. *Lotther. de re beneficiar. lib.*2. *quæſtion.*46. *num.*63. 64. *&* 70. *Rota coram Peutinger. deciſ.*206. *num.*2. *cum ſeqq. Alexand. VIII. dec.*158. *num.*13. *Emerix Jun. Decan. dec.*1228. *ad fin. ſub §. Non obſtante*, *&* *dec.* 1296. *nu.*26. non tollit exceptiones, & defenſiones, ſed illas impedit ſubditis, & Judicibus inferioribus, qui de præceptis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis judicare non debent, ſed illas deferre ad ſuum proprium, & privativum Judicem, qui eſt Summus Pontifex, vel ad ejus Tribunalia, quibus ipſe Pontifex tribuit facultatem cognoſcen-
16 di de dictis exceptionibus, prævia apertione oris, & remotione obſtaculi emanantis à præfatis Clauſulis, juxta quotidiana exempla in Romana Curia paſſim ſeſe offerentia, nec non communem Canoniſtarum ſententiam, *Felin. in cap. nonnulli ſub num.* 22. *verſiculo ſeptima concluſio, de Reſcript. Tamburin. de Jure Abbat. tom.* 1. *diſputat.* 18. *quæſit.* 6. *per tot. Lotther. de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 61. *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.* 66. *num.* 3.

ARGUMENTUM.

Manus mortua, per organum ſuorum Adminiſtratorum, ſeu Miniſtrorum, benè ſe obligare poteſt abſque Beneplacito Apoſtolico, ad ſolvendum quindennia ex Beneficiis ſibi unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus ad ſui favorem reſervatis.

SUMMARIUM.

1 *Manus mortua benè poteſt ſe obligare ad quindennium abſque Beneplacito Apoſtolico.*
2 *Non requiruntur ſolemnitates, quando contrahitur cum Papa.*
3 *Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in contractu læſivo.*
4 *Contractus dici nequit læſivus, quando contrahitur cum Principe.*
5 *Unio Beneficii, ſeu reſervatio Penſionis eſt quaſi contractus utilis, dum, illa mediante, fructus percipiuntur.*
6 *Beneplacitum Apoſtolicum requiritur dumtaxat in obligatione voluntaria.*
7 *Manus mortua non prohibetur obligari ad quindennium.*
8 *Non data prohibitione actus ſe obligandi, non intrat* Extravag. ambitioſæ 2. de reb. Eccleſ. non alien.
9 *Nec in Unione facta ab Ordinario.*
10 *Prout nec in contractu utili Eccleſiæ.*
11 *Etiam in contractu utili Eccleſiæ requiritur Beneplacitum Apoſtolicum.*
12 *Non requiritur aſſenſus Apoſtolicus, quando agitur cum Principe.*
13 *Princeps non ligatur legibus.*

CAPITULUM CLXXII.

Cum ſub honeſto pallio defectus Beneplaciti Apoſtolici in obligatione facta per manum mortuam, ſeu ejus Adminiſtratores, ejuſdem nomine, de ſolvendo quindennio pro Beneficio ſibi unito, ſivè pro Penſione ſibi reſervata, manus mortua præſumat effugere debitam ſolutionem quindennii, in evidens Annatiſtarum detrimentum, ſequitur in præſenti firmandum, quòd manus mortua, per 1
organum ſuorum Adminiſtratorum, ſeu Miniſtrorum, benè ſe obligare poteſt abſque Beneplacito Apoſtolico, ad ſolvendum quindennia ex Beneficiis ſibi unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus ad ſui favorem reſervatis; non enim 2
requiruntur ſolemnitates, quando contrahitur, vel quaſi contrahitur cum Papa, ſivè illius Offi-

ficia-

ficialibus ab eo cauſam habentibus, quales ſunt
Annatiſtæ, ejuſque Camera, ſeu Cancellaria
ipſum Papam repræſentans, occaſione Unionis
Beneficii, aut reſervationis perpetuæ Penſionis,
cùm in tali caſu obligatio manus mortuæ quo-
dammodò fiat ſub oculis, & approbatione Su-
premi Principis, vel illius Cameræ, quæ eun-
dem repræſentat, *Gratian. diſcept.*473. *num.*19.
*Frances de Eccleſ. Cathedral. cap.*10 *nu.*11. *Tur-
ricell. de reb. Eccleſ. non alien. cap.* 15. § 1. *nu.*1.
ac per tot. Card. de Luca de alienation. diſcurſ. 1.
num. 126. *Rota coram Anſald. Decano deciſ.* 68.
*num.*19.

3 In tantum enim requiritur Beneplacitum
Apoſtolicum, in quantum in contractu Eccle-
ſiæ contingere poteſt poſſibilis læſio, *Redoan. de
reb. Eccleſ. non alien quæſtion.* 46. *num* 7. *verſi-
culo & ſine dictis ſolemnitatibus*, *Rota in recen-
tior. dec.* 235. *num.*7. *par.*17. in caſu autem no-
4 ſtro non ſolùm abeſt læſio, dum quaſi contra-
ctus geritur cum Principe, præſertim Eccleſia-
ſtico, & quidem Supremo, qualis eſt Papa, cui
debetur quindennium, ſed immo conſtat de evi-
5 denti utilitate, dum Eccleſia, mediante Unio-
ne Beneficii, aut reſervatione Penſionis, perci-
pit in perpetuum fructus, ut patet ad ſenſum:
ſicque ceſſat ratio, propter quam adhibetur
Beneplacitum Apoſtolicum; cùmque agatur de
obligatione neceſſaria, uti proveniente ex Bul-
lis Apoſtolicis demandantibus ſolvi quinden-
nia tàm ex Unione Beneficii, quàm ex reſerva-
tione Penſionis, ſequitur, non eſſe neceſſarium
in tali caſu Beneplacitum Apoſtolicum, quod
6 requiritur dumtaxat in caſu obligationis vo-
luntariæ, qualis non eſt præſens, *Turricell. de
reb. Eccleſ. non alien. cap.* 16. *num.* 2. ſiquidem
7 non ſolùm manus mortua non prohibetur obli-
gari ad quindennium, illùdque cum effectu
ſolvere, ſed immò jubetur à Conſtitutionibus
Pontificiis ad illud obligari, illùdque cum effe-
ctu ſolvere, ſub pœna nullitatis Unionis, juxta
Bullam 6. Pauli II. §. 3. 4. 5. *& 6. Bullar. nov.
Rom. tom.* 1. ibi ,, auctoritate Apoſtolica &c.
,, ſtatuimus &c. & declaramus, quòd omnia,
,, & ſingula Monaſteria &c. Communia, &
,, Minuta Servitia, atque alia Jura debita, &
,, conſueta, tàm ipſis Cameræ, & Collegio,
,, quàm Officialibus præfatis, reliqua verò
,, Monaſteria &c. & Beneficia, ut præfertur,
,, unita &c. Annatam &c. in poſterum ſingu-
,, lis XV. annis perpetuò ſequuturis, eidem
,, Camerario ſolvere teneantur, & debeant.
,, Et quòd de omnibus Monaſteriis &c. & Be-
,, neficiis, ut præfertur, unitis &c. Commu-
,, nia, Minuta, & alia Jura, ſeu Annatas &c.
,, ſolvere adſtringantur etiam ſingulis annis
,, XV. in futurum &c. & ad hoc &c. ſe in ea-
,, dem Camera efficaciter obligare debeant
,, cum effectu. Alioqui, ſi à ſolutione, aut
,, obligatione præmiſſis ceſſare præſumpſerint,
,, Uniones &c. habeantur pro infectis, & ſic
,, Monaſteria &c. & &c. Beneficia &c. poſſint
,, &c. impetrari &c. ac ſi Uniones ipſæ &c.
,, nullatenùs emanaſſent &c. ,, *Bullam* 20. *Ju-
lii III.* §. 1. 5. *&* 6. *eod. tom.* 1. *Bullam* 11.
Pauli IV. §. 3. *&* 10. *& Bullam* 17. *ejuſdem
Pauli IV.* §. 7. 8. *&* 11. *eod. tom.* 1. *Bullam*
38. *S. Pii V. in principio*, *&* §. 3. 4. *&* 6 *tom.*2.
Bullam 33. *Sixti V.* §. 2. *&* 4. *eod. tom.*2. *Bul-
lam* 18. *Urbani VIII. in principio*, *&* §. 3. *tom.*
5. *& Bullam* 50. *Clementis X.* §. 1. 2. 3. *&
ſeqq. tom.* 6. ibi ,, nec non ad ſe Communi-
,, bus, & Minutis Servitiis, ac Annatis, &
,, aliis Juribus prædictis de XV. in XV. annos
,, realiter, & cum effectu ſolvendis in forma ſo-
,, lita obligandum etiam per ſententias &c. &
,, pœnas etiam privationis, & diſſolutionis
,, Unionum &c. ,, *repetit poſt Tract. int. Conſt.
Apoſt. in ordine la* I. III. IV. V. VI. VII. *&* XI.
undè non data aliqua prohibitione talis actus, 8
immò data illius juſſione, non intrat *Extra-
vag. Ambitioſæ* 2. *de reb. Eccleſ. non alien.* quæ
loquitur in caſu tantùm alienationis prohibitæ,
& ſolutio quindenniorum eſt quaſi contractus
correſpectivus.

Eodem fermè modo, quo nec etiam in Unio- 9
ne facta auctoritate Ordinaria (quæ quidem
Unio eſt antecedens ſolutionis quindennii)
adhiberi debet Beneplacitum Apoſtolicum,
*Card. de Luca in annotation. ad Sacr. Concil. Tri-
dentin. diſcurſ.* 8. *num.* 12. præterea occaſione
Unionis Beneficii, aut reſervationis Penſionis
manus mortua acquirit Beneficium, aut Pen-
ſionem; in contractibus autem, quorum vigo- 10
re Eccleſia acquirit, nullum deſideratur Bene-
placitum Apoſtolicum, *Monacell formular pra-
ctic. Eccleſ. par.*2. *formul.*6 *tit.*14. *in adnotat n.*1.

Nec obſtat, quòd etiam in contractu utili 11
Eccleſiæ, adhibendum venit Beneplacitum Apo-
ſtolicum, immò illud concedi non ſolet, niſi
conſtito de evidenti utilitate, indèque dictum
ſi in evidentem, *Rota in recentior. dec.*42. *nu.*19.
& 20. *part.*8. *dec.*46. *num.*10. *part.*10. *dec.*235.
*num.*5. *par.*17. quia, ut ſuprà in principio inſi-
nuavimus, nullus exigitur aſſenſus Apoſtoli- 12
cus, quando contractus geritur cum Principe,
qui non ligatur legibus, ſed aptus eſt ad ſup- 13
plendum omnes ſolemnitates Juris, *l. Princeps
ff. de legib. l. digna vox C. eod. l. cùm multa C. de
bon. quæ liber. l. ex imperfecto C de teſtament. Sa-
las de legib. diſp.* 14. *ſect.* 2. *num.* 19. *&* 20. *&
diſp.* 20. *ſect.* 12. *num.*104. *Dian. reſolut. moral.
par.*1. *tract.*10. *reſol.*10. §. *Sed mihi*.

ARGUMENTUM.

Manus mortua poſſeditrix Beneficiorum ſibi unitorum, ſivè perpetuarum Penſionum ad ſui favorem reſervatarum, ad effectum aſſecurandi quindennia, loco cautionis aſſignare poteſt tot Loca Montium Urbis non vacabilia, favore Cameræ Apoſtolicæ, ſeu ejuſdem Miniſtrorum, nomine ipſius acceptantium, ac pro aſſecuratione quindenniorum, loco cautionis, præfata Loca Montium recipientium pro futuris quindenniis, dummodò iſta Loca Montium reddant ſingulis XV. annis fructum æquivalentem pro intrante quantitate exindè retrahenda ad rationem cujuslibet quindennii eidem Cameræ Apoſtolicæ, ac Annatiſtis debiti.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Affrancatio quindenniorum Emphyteuticorum fieri ſolet mediante emptione fundi Emphyteutici, juſto pretio.*
2 *Pro Beneficiis unitis aſſignari poteſt certus fructus in tot Locis Montium non vacabilibus.*
3 *Quindennia Emphyteutica affrancantur, aſſignando certam ſummam æquivalentem quindennio.*
4 *Pro aſſecurandis, loco cautionis, Quindenniis beneficialibus aſſignari poſſunt tot Loca Montium.*
5 *Pacta ſunt ſervanda.*
6 *Penſio Eccleſiaſtica redimi poteſt accedente conſenſu Apoſtolico.*
7 *Faciendum eſt, quod uni prodeſt, & alteri non nocet.*
8 *Vulgata Bulla Gregoriana ſuper Retractu permittit redemptionem annui canonis.*
9 *Eccleſiæ decimanti dari poteſt aliquod ſtabile in computum Decimæ.*
10 *Loca Montium loco ſtabilium ſunt.*
11 *Non debet deterior alterius conditio fieri.*
12 *Debitorem creditor pulſare debet.*
13 *Nemo cogitur aliud pro alio recipere.*
14 *In favorem debitoris poteſt aliud pro alio ſolvi, quod tamen declaratur.*
15 *Loca Montium ſunt loco ſtabilium.*
16 *Stabilia aſſignari nequeunt loco Locorum Montium ad aſſecurandum quindennium.*
17 *Loca Montium ſemper reddunt fructum certum, licet ſubjaceant reductioni.*
18 *Prædia urbana ſemper ſubjacent dislocationibus.*
19 *Prædia ruſtica eidem periculo ſubjacent.*
20 *Vineæ magis damnum, quàm utilitatem afferunt.*
21 *Hodiè Loca Montium reddunt duo tantùm ſcuta monetæ, & obolos quinquaginta pro quolibet anno.*
22 *In caſu reductionis Locorum Montium eſt locus ſupplemento aliorum pro intranti quantitate.*
23 *Factum Principis eſt caſus fortuitus.*
24 *Periculum, quod præcaveri poteſt, non eſt habendum in conſideratione.*
25 *Quando debitor aliquod aſſignat pro debito taxativè, tunc non tenetur aliundè ſupplere.*
26 *Princeps reducere poteſt Loca Montium.*
27 *Caſus fortuitus propriè dicitur ille, quem nullum conſilium humanum prævidere poteſt.*
28 *Bona Eccleſiaſtica permutari nequeunt ſine aſſenſu Apoſtolico.*
29 *Quindenniorum renunciatio eſt ſpecies alienationis.*
30 *Camera Apoſtolica non fit Domina Locorum Montium aſſignatorum pro quindenniis.*
31 *Ubi periculum eſſe debet debitoris, non eſt in illius poteſtate illud transferre in creditorem.*
32 *In extinctione Locorum Montium non reſtituitur idem capitale, ſed ſolum pretium intrinſecum Locorum Montium.*
33 *Onus ſupplendi de proprio, in caſu reductionis Locorum Montium, incumbit reſignanti, ac emptori, quod declaratur.*
34 *Locorum Montium aſſignatio exceſſiva reſcinditur dumtaxat quoad exceſſum.*
35 *In dubio pro Camera Apoſtolica reſpondendum eſt.*
36 *Loca Montium ſtant pro ſolutione quindenniorum, quod tamen declaratur.*
37 *Eorum aſſignatio probari poteſt per regiſtra.*
38 *Quindennii debitor ſolum* Papam *recognoſcit, & expenduntur Bullæ quindenniorum.*
39 *Annatiſtæ præjudicare nequeunt* Papæ, *à quo cauſam habent.*
40 *Quindennium jam maturatum, tolli nequit ſub prætextu affrancationis quindenniorum maturandorum.*
41 *Nemo locupletari debet cum aliena jactura.*
42 *Penſio Eccleſiaſtica affrancari poteſt, & laudatur* Em̃us Corradinus.
43 *Mentio* Card. Gregorii Barbadici *Epiſcopi Patavini.*
44 *Non requiritur Beneplacitum Apoſtolicum, quando agitur cum* Papa.

CAPITULUM CLXXIII.

Affrancatio, ſeu redemptio, & caſſatio quindenniorum in materia Emphyteutica fieri ſolet mediante emptione fundi Emphyteutici juſto pretio ad menſuram oneris, ſeu ſervitii quindennialis; ſicque inducitur impoſterùm libertas, ſeu totalis immunitas à futuris ſolvendis quindenniis: ex lato calamo per nos deductis in alio Tractatu de *Quindenniis, Cap. CLXX.* 1
in materia autem beneficiali extrà commercium hominum poſita, cùm valdè oneroſum, ſeu incommodum, ac moleſtum ſit ſingulis XV. annis in futurum perpetuò quindennia ſolvere ob tractum ſucceſſivum, pro Beneficiis manui 2
mortuæ unitis, ſivè pro perpetuis Penſionibus ad ejuſdem favorem reſervatis, evenire poteſt aſſignatio certi fructus percipiendi à Camera Apoſtolica ſingulis XV. annis pro intrante quantitate cujuſlibet quindennii, eidem debiti, multiplicando fructus capitalis, ſeu ſortis, Romæ reinveſtiendæ in tot Locis Montium de Urbe, juxta modernum ſtylum, recentémque praxim: diverſo autem pacto, quo in *Cap. CLXX.* in alio noſtro Tractatu de *Quindenniis*, 3
monuimus, quindennia Emphyteutica caſſari, redimi, ſeu penitùs affrancari poſſe per manum mortuam Emphyteutam, aſſignando ad hunc effectum certam ſummam aſcendentem ſingulis XV. annis ad ratam debiti quindennii: modò diſſimilis obviam ſit aſſertio, aliquando enim (nec perraro) contingere poteſt, quod manus mortua, cui perpetuò unitum fuerit Beneficium, ſivè perpetua reſervata Penſio Eccleſiaſtica, nè incommodùm, ſeu moleſtiam aliquam ſingulis XV. annis perſentiat pro continua, ſeu continuata ſolutione quindennii, velit potius pro una vice tantùm debitum quindennium perſolvere, tradendo ad talem finem congruam quantitatem, quæ ſufficiat ſingulis XV. annis pro perceptione debiti quindennii, &, ut quantitas prædicta in tuto ponatur, illam erogando, ac inveſtiendo in tot Locis Montium Urbis; quapropter reſolvimus in præſenti, quòd manus mortua poſſeditrix Be- 4
neficiorum ſibi unitorum, ſivè perpetuarum Penſionum ad ſui favorem reſervatarum, ad effectum aſſecurandi quindennia, loco cautionis aſſignare poteſt tot Loca Montium Urbis non vacabilia favore Cameræ Apoſtolicæ, ſeu ejuſdem Miniſtrorum, nomine ipſius acceptantium, ac pro aſſecuratione quindenniorum, loco cautionis, præfata Loca Montium recipientium pro futuris quindenniis, dummodò iſta Loca Montium reddant ſingulis XV. annis fructum æquivalentem pro intrante quantitate exindè rettahenda ad rationem cujuſlibet quindennii eidem Cameræ Apoſtolicæ, ac Ana-

natiſtis debiti; ità enim benè declaratur in Li-
teris Patentalibus expeditis pro hujuſmodi aſſi-
gnationibus, quæ fuerunt adinventæ præſertim
pro Debitoribus ultrà Montes, ut conſulatur
per hoc ſalutare remedium indemnitati Sedis
Apoſtolicæ, & Collegiis Participantibus, ve-
luti in his puris terminis monet, *Clericat. di-
ſcord. forenſ. dè Beneſic. & Penſion. par.1. diſcord.
94. num.15. in fine, verſiculo remedium, junctis
nn.16. & 17.* ubi ità practicari pro cautione
Annatiſtarum, ità inſinuatum fuiſſe Capitulo
Cathedralis Patavinæ, cujus Menſæ Capitulari
unitum fuerat Monaſterium, ſeu Prioratus de
Farra per Eugenium IV. nec non Beneficium,
ſeu Clericatus Oppidi Saponariæ per Sixtum V.
ſubdendo, ità quoque ſervatum à Cardinali
Gregorio Barbadico Epiſcopo Patavino, oc-
caſione Unionis factæ à Clemente X. de Abba-
tia Montis Crucium, unà cum Prioratu Corto-
roduli tunc per dictum Cardinalem poſſeſſa,
ad favorem Seminarii Patavini: qua de cauſa
idem Cardinalis de propriis pecuniis coemit
tot Loca Montium, quorum annui redditus
aſcenderant ad ſummam quindennii debiti, ut,
mediante neceſſaria proventus æquipollentia,
quindennia ex hujuſmodi Beneficiis unitis aſſe-
5 curarentur, pacta enim ſunt ſervanda, *l.1.§.Si
conventionis 3. ff. de pact.*

6 Hinc videmus, ad aliud propoſitum, quòd
Penſio Eccleſiaſtica debita per Titularem, be-
nè poteſt redimi, extingui, ſeu caſſari in to-
tum, accedente aſſenſu Apoſtolico, juxta ſtylum
ad effugiendam labem ſimoniæ (quantumvis
anticipatè de rigore abſque auctoritate Supe-
rioris id fieri poſſet) ſolvendo pro una vice tan-
tùm certam ſummam, pro evitando incommo-
do, ſeu moleſtia ſingulis terminis maturatis,
ſolvendi annuam Penſionem, ſicque etiam aſ-
ſecuratur conditio Penſionarii, qui impoſterùm
liberatur ab incommodo exigendi ſibi debitam
Penſionem ſingulis paghis, ſeu terminis matu-
ratis, ſuumque habet intentum per aliam viam
forſitan ſibi magis proficuam, & expeditam,
*Gibalin. de ſimonia quæſt 20. conſectar.11. num.5.
Pariſ. de reſignation. Beneſic. lib.6. quæſt.2.num.
128. & de confident. beneſic. quæſt.23 num.5. &
quæſt. 42. num. 27. Gigas de Penſion. quæſt. 35.
num.6. & quæſt. 87. per tot. Tondut eod. tract.
cap.17. num.25. cum ſeq. cap.21. num 27. & 30.
& cap.57. num. 2. cum ſeqq. Paul. Roman. eod.
tract. cap.6 num. 2. 5. 15. & 34. Card. de Luca
eod. tract. diſcur. 5. num. 3. diſcur. 11. num 10.
& diſcurſ.80. num.5. cum ſeqq. Clericat. diſcord.
forenſ. de Penſion. par.2. diſcord.16. num.9. cum
ſeqq. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.1. cap.27. n 3.
9. & ſeqq. Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 42.
num.10. cum ſeqq. & lib.3. quæſt.29. Tondut. re-
ſol. Canonic. & beneſic. par.1. cap.35. num.1 cum
ſeqq. Caſtropal. reſol. moral. part. 2. tract. 13. de
Beneſic. Eccleſ. diſput.1. punct.11. §.10. num.12.
& tract.17. punct 1. diſput.3. de ſimon. & punct.
13. num 6. 7. 9. & 10. Azor. inſtitution. moral.
par.2. lib.8. cap.10 quæſit.10. Dian. reſol. moral.
par.11. tract.5. reſol.5. in med. verſic. dico tertiò,
Paſqualig. quæſt. moral. Canonic. part. 4. quæſt.
303. num. 2. & dec. moral. 207. nu.1. ac per tot.
deciſ.208. per tot. & dec.209. per tot. Calvin. de
æquitat. lib. 2. cap.141. num.33. & 34. Sanchez
conſil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 46. num.1. cum
ſeqq. & per tot. Garzias de Beneſic. par. 1. cap.5.
num. 20. cum ſeqq. Valeron de tranſaction. tit.4.
quæſt. 9. n.31. Pignatell. conſult. Canonic. tom.5.
conſult.74. num.2. Monacell. formular. legal. Ec-
cleſ. practic. part. 2. tit. 14. formul. 7. in annotat.
num.10. bon.mem. R.P.D. Piton. diſcept. Eccleſ.
part.1. diſcept.11. num.2. & per tot. Rota coram
Priol. dec.265. num.12. dec.471. num.10. par.1.
diverſ. dec.327. n.1. cum ſeqq. ac per tot. part.2.
recentior. tom. 2.* tradendo enim æquivalens ca-
pitale próducens ſingulis XV. annis fructum
debiti quindennii, benè per æquipollens ſolu-
tum remanet quindennium: quantò longè ma-
gis permittendum venit manui mortuæ, puta
Eccleſiæ, Monaſterio, vel ſimili Pio Loco,
quæ publica perſona eſt, præſertim cùm per
hanc viam indirectam nunquam defraudata re-
maneat ſuo quindennio Camera Apoſtolica,
ſed ſemper illud verè, ac cum effectu perceptu-
ra ſit ſingulis XV. annis, in æquivalenti fructu
ex tot Locis Montium retrahendo: undè fa- 7
ciendum eſt, quod manui mortuæ prodeſt, &
Cameræ Apoſtolicæ non nocet, *l. conſenſiſſe 2.
ff. de judic. gloſſ. in l. in creditorè verbo quod ſine
diſpendio, ff de eviction. Cravett. conſil. 748. n.
18. Novar. dec.5. n.3. Magon. dec. Florent.136.
nu.3. in fin. Rota dec.31. num.18. & 19. par.17.
recentior. deciſ. 69. num.39. part.18. tom.1.* hinc
videmus quòd *Gregorius XIII. in ſua Conſtitu- 8
tione in ordine la 22. §. 13. Bullar. nov. Rom.
tom. 2.* permittit in caſu retractus redemptio-
nem, ſeu luitionem annui canonis; ità, ut, ſi
canon, qui ſingulis annis ſolvi debet, redimi
poteſt, quantò magis aſſecurabile erit quinden-
nium, quod ſingulis dumtaxat XV. annis ſolvi 9
debet: & ſicuti pro ſe eximendo ab onere per-
petuo Decimarum, dari poteſt Eccleſiæ deci-
manti aliquod ſtabile fructiferum in compu-
tum, ſeu compenſationem Decimæ debitæ,
*Monet de Decim. cap.5. quæſt 6 nu.129. & 130.
Rebuff. eod. tract. quæſt. 13. num. 36. Valeron de
tranſaction. tit. 3. quæſt 6. num.60. in fine, ver-
ſiculo quòd ſi pro eo jure, Urceol. eod. tract. quæſt.
26. num 30.* ità ad aſſecurandum pariter perpe-
tuum quindennium, benè, immò multò magis
aſſignari valent tot Loca Montium, quæ loco 10
ſtabilium habentur, *Card. de Luca de feud. di-
ſcurſ. 92. num.4. de Cenſib. diſcur 17. num 6. &
de Regalib. diſcurſ.43. num.2. cum ſeqq. Caſtald.
conſult. forenſ. 3. num. 1. Conſtantin. ad Statut.
Urb. tom.1. annotat.25. artic.1. num.4. cum ſeqq.
& de Locis Montium diſcur. unic. general. artic.1.
ſect 3. num.120. cum ſeqq. & tom.2. ad cap.151.
artic.5. n.445. cum ſeqq.*

Nec turbat, quòd, aſſecurando quinden-
nium, prævia aſſignatione Locorum Montium,
deficit illius continuata, ac reiterata ſingulis
XV. annis ſolutio, perque conſequens recogni-
tio directi dominii ſucceſſivis vicibus in perpe-
tuum præſtanda, proindèque videtur facta de-
terior conditio Cameræ Apoſtolicæ, nec non
Annatiſtarum ab ea cauſam oneroſam haben-
tium, contrà regulam, de qua in *l. non de- 11
bet 74. ff. de regul. Jur.* immò hac via non con-
ſervatur ampliùs memoria Unionis Beneficii,
aut reſervationis Penſionis, cùm deſint repeti-
tæ impoſterùm ſolutiones quindennii ſingulis
XV. annis, quæ per prius fiebant, antequàm
aſſecuraretur quindennium, prævia aſſignatio-

 ne

ne Locorum Montium ; quia non indè ullum
infertur Annatiſtis præjudicium, cùm ſemper
appareat in recognitionem directi dominii ſtare
Loca Montium ſemel ad hunc effectum aſſigna-
ta, & ſubrogata in locum decurrendorum
quindenniorum in ſtatu, & terminis, in quibus
erant quindennia in præteritum antè illorum
aſſecurationem, magiſque aſſecurata videtur
conditio Officialium Cameræ, mediante aſſi-
gnatione ſortis, ſeu capitalis fructiferi uſque ad
congruam ratam intrantis quindennii: & An-
natiſtæ hoc modo ſibi ſolvunt propriis manibus,
nec expectare debent manum mortuam debitri-
cem cum ſaccho parato, quæ eis ſolvat ſingulis
XV. annis, quando iſta aliquando poteſt eſſe
12 non ſolvendo, in quo caſu Annatiſtæ illam ad
ſolvendum laceſſire debent mandatis judiciali-
bus, & propriis ſumptibus, ad quod in ſimili,
advertit *Sola ad Decret. Sabaud. tit. de jur. em-
phyt. par.3. gloſſ.1. n.24.*

Minùs relevat, quòd Annatiſtæ creditores
13 quindenniorum graventur, recipiendo aliud
pro alio, contrà regulam Juris, de qua in *l.
mutuum 2. §. Appellata 2. ff. ſi cert. petatur*;
quia hoc procedit, quando indè ſequeretur ali-
quod præjudicium, aut incommodum, quan-
do tamen in caſu videtur conditio potiùs effe-
cta melior, & aſſignatio Locorum Montium eſt
14 beneficium reſpectu debitoris, in cujus favo-
rem poteſt aliud pro alio ſolvi, ad tradita per
Novar. de dation. in ſolut. quæſtion. 35. num. 1.
quod tamen intelligendum puto pro ſimplici aſ-
ſecuratione ab Annatiſtis volita, non autem ad
effectum vel omnimodæ liberationis, vel tranſla-
tionis Locorum Montium in dominium eorun-
dem, ut infrà dicetur.

Modò occaſione præſentis principalis reſolu-
tionis, VIII. inſurgunt Difficultates.

I. Quidem Difficultas, quid dicendum;
utrùm manus mortua poſſit loco Locorum
Montium tradere tot ſtabilia reddentia ſingulis
XV. annis proventum debiti quindennii, cùm,
ſicuti firmatum eſt in *præſenti Cap. num.4.* poſſe
15 tradi tot Loca Montium, quæ ſunt loco ſtabi-
lium, reddentia eundem fructum quindennia-
lem, ita videretur quoque firmandum de ſtabi-
16 libus: nihilominùs nullo pacto poſſunt tradi
ſtabilia, prout tradi poſſunt Loca Montium,
quia diverſa militat ratio in ſtabilibus à Locis
17 Montium, Loca enim Montium ſemper red-
dunt fructum certum, quantumvis ſubjaceant
reductioni ex facto Principis, ad quod infrà
18 conſulitur in III. *Difficultate*; ſtabilia autem, ſi
ſunt prædia urbana, ut domus, & ſimilia, ſem-
per ſubjacent diſlocationibus, ſicque non ſem-
per reddunt fructum adeò certum, fixum, ſta-
bilem, ac invariabilem; atque, ſi ſunt prædia
19 ruſtica, ut Vineæ, Caſalia, & ſimilia, pariter
eidem ſubjacent periculo diſlocationum, im-
mò etiam alteri grandinis, ſimilibuſque tem-
porum injuriis, calamitatibus, & cœli incle-
mentiæ, quibus periculis non ſubjacent Loca
20 Montium, ut patet ad ſenſum; ità, ut prædia,
potiſſimùm Vineæ magis damnum, quàm uti-
litatem afferant, ac præſertim in Urbe, ſeu
agro Romano, *Card. de Luca de ſervitut. di-
ſcurſ. 75. ſub num.5. Rota coram Benincaſa deciſ.
141. num. 4. & in recentior. deciſ. 191. num.19.
& 20. par.15.*

II. Difficultas. Utrùm ſequuta reductione
Locorum Montium, poſteà ex facto Principis
tractu temporis diminutorum, uti de ſui natura
diminutionibus hujuſmodi fortuitis obnoxio-
rum: exempli cauſa, ſi de tempore Unionis Be-
neficii, vel reſervationis Penſionis percipieba-
tur annuus fructus pro quolibet Loco ad ratio-
nem quatuor, poſteà redactus fuerit ad annua
ſcuta tria, ut præſenti ætate ferrea (aurea enim 21
tranſivit, quamvis non niſi moneta aurea vi-
deatur) habetur poſt ultimam reductionem
Innocentianam Locorum Montium à Venera-
bili Servo Dei Innocentio XI. Odeſcalcho fa-
ctam, licet poſt nodùm ex publico commercio,
aucto illorum pretio Loca Montium hodiè non
reddant, niſi annua ſcuta duo, & obulos quin-
quaginta pro centenario ſcutorum; ità, ut Ca-
mera Apoſtolica, quæ recepit loco cautionis,
ſeu aſſecurationis pro futuris quindenniis tot
Loca Montium, hac via non ampliùs percipiat
integrum quindennium, quod perceptura eſſet,
ſi fructus Locorum Montium non diminueren-
tur, vel ſi ipſa pro futuris quindenniis non re-
ciperet memorata Loca Montium, utrùm (in-
quam) in tali caſu teneatur manus mortua
ſupplere alia Loca Montium pro intranti quan-
titate uſque ad totale complementum pro inte-
gro fructu debiti quindennii; utrùm verò redu-
ctio hujuſmodi in ſe accidentalis, ſeu fortùita
Locorum Montium, quantumvis aliàs non tri-
buenda abſolutæ poteſtati Papæ, cui opponi
nequit, cur ità facis, nam Innocentius XI. pro-
ceſſit per viam juſtitiæ, offerendo Montiſtis re-
ſtitutionem Capitalis, vel potiùs ſolutionem
annui fructus ad rationem ſcutorum trium,
prout facere poteſt quilibet Privatus debito
fructifero gravatus, cedere debeat periculo, ac
incommodo Annatiſtarum; ità, ut iſti ſibi im-
putent, quòd acceptaverint Loca Montium,
optimè præſcientes, illa ſubjacere reductioni
dependentiam totalem, & ſubordinationem
habenti ex voluntate Principis, cui reſiſti ne-
quit, nec replicari, cur ità facis: & procul du-
bio hoc caſu manus mortua emptrix Locorum
Montium, eorumque aſſignatrix, vel reſiduum,
quod deeſt ad integrandum quindennium, te-
netur exburſare ſingulis XV. annis, vel trade- 22
re, ſeu de proprio ſupplere alia Loca Montium
pro complemento, & ſupplemento reſidui
uſque ad integrum redditum debiti quinden-
nii, nè aliàs ipſa manus mortua locupletetur
cum aliena jactura, dum reductio iſta, quan-
tumvis non contingat ex culpa, ſeu facto ma-
nus mortuæ, attamen neque illa contingit ex
culpa, ſeu facto Annatiſtarum, ſed ex nudo
facto, & mera voluntate Principis, cui (ut
jam dixi) dici nequit, cur ità facis: immò fa-
ctum Principis eſt caſus fortuitus, ad *textum in* 23
*l. Lucius 11. ff. de eviction. Cyriac. controverſ.
458. num.26. cum ſeqq. Pacion. de locat. & con-
duct. cap. 46. num.30. & cap.49 nu.88. Ciarlin.
controverſ.227. num.22. & 23. vol.3. bon. mem.
R. P. D. Piton. diſcept. Eccleſ. part.1. diſcept.34.
num.20.*

In nihilum relevante, quòd, cùm reductio
hujuſcemodi Locorum Montium, tamquàm
dependens ex facto Principis, ſit caſus fortui-
tus, illum præſtare non debeat manus mortua
debitrix quindennii, ſupplendo poſteà de pro-
prio

prio alia Loca Montium proportionabiliter
uſque ad implementum ratæ debitæ, & nemo
in ſe ſuſcipere cenſetur caſum fortuitum, niſi
ſpecificam, ac individuam de eo faciat mentio-
nem, ſed Annatiſtis in caſu reductionis ſibi
24 non conſulentibus cedere debet omne pericu-
lum, quod optimè præcavere poterant, per *tex-*
tum in l. ſed & ſiquis 4. §. *Quæſitum* 4. *ff. ſiquis*
caut. l. quæ fortuitis 5. *C. de pignoratit. action.*
præſertim ex eo, quòd in caſu Loca Montium
videntur eſſe deſignata taxativè tantùm, non
autem demonſtrativè, in qua hypotheſi debi-
25 tor non tenetur aliundè ſupplere, *l. cùm certus*
5. *ff. de tritico, vino, oleòque legato, l. ſi debi-*
tor 39. §. *Verſimile eſt, eum* 1. *ff. de contrah. em-*
ption. quia vice verſa Annatiſtæ potiùs videntur
recepiſſe demonſtrativè, non taxativè Loca
Montium loco ſolutionis quindenniorum, jux-
ta redditum tunc currentem, non verò etiam
juxta redditum in futurum curſurum, cum pro-
pria jactura, ità non ſatisfacti integraliter de
ſibi debitis quindenniis, niſi cum ſucceſſiva di-
minutione quindenniorum, ad quod damnum
habens tractum perpetuum, ac ſucceſſivum re-
parandum nulla alia via ſternitur, quàm ſup-
plendo alia Loca Montium pro intrante quan-
titate debiti quindennialis, ſicque indemnes
(prout ratio ſuadet) reddendo Annatiſtas, *l. le-*
gatum ità 17. *ff. de annuis legatis, l. Lucius* 12.
ff. de aliment. & cibar. legat. l. quidam teſtamen-
to 96. *aliàs* 99. *in principio, ff. de legat.* 1. *l. Pau-*
la Callicinio 27. §. *fin. ff. de legat.* 3. *l. decem ſti-*
pulatus 116. *ff. de verb. obligation. l. fin. C. de*
26 *dot. promiſſion.* cùm enim Princeps procul du-
bio de poteſtate ordinaria, ſeu de plenitudine
poteſtatis, non tempeſtatis (quæ præſertim in
Principe Eccleſiaſtico, qualis eſt Papa, conſi-
derari nequit) reducere, ſeu diminuere poſſit
redditus Locorum Montium, ad tradita per
Advoc. Conſtantin. ad Statut. Urb. tom. 2. *diſcur.*
unic. general. de Locis Montium artic. 1. *ſection.* 6.
num. 267. *cum ſeqq.* reductio Locorum Mon-
tium in rigore dici non valet caſus fortuitus;
quippè, quamvis pendeat à facto Principis,
eſt tamen ſolita contingere, proindèque non
eſt, nec reputatur omni ex parte fortuita; ità,
27 ut præcogitari non poſſit: caſus autem fortui-
tus propriè dicitur ille, cui nullum conſilium
humanum prævidere poteſt, & cui humana in-
firmitate reſiſti non poteſt, ac propterea noſtri
Juriſconſulti rectè philoſophantes, appellant ca-
ſum fortuitum vim majorem, *l.* 1. §. *Is quoque*
5. *ff. de obligation. & action. l. non utique* 2. §. *Si*
eo tempore 7. *ff. de adminiſtrat. rer. ad Civitat.*
pertinent. l. ex conducto 15. §. *Si vis* 2. *ff. locat.*
Pacion. de locat. & conduct. cap. 49. *nu.* 82. *cum*
ſeqq. nec futurus eventus, qualis eſt reductio,
ſeu diminutio Locorum Montium, ſuſcipi valet
à Miniſtris Cameræ Apoſtolicæ, periculo ejuſ-
dem, qui liberare nequeunt manum mortuam
quindenniorum debitricem, in præjudicium
ejuſdem Cameræ; prout cum effectu ſequere-
tur, ſi manus mortua in tali caſu non teneretur
ad ſupplementum intrantis quantitatis, ut hoc
modo quindennium integrè ſolvatur; ponde-
rando inſuper, quòd aſſignatio ejuſmodi Lo-
corum Montium non eſt tranſlativa dominii,
ſed pro commodiori, faciliori, ac tutiori quin-
denniorum exactione: aliàs, ſi ex tali aſſigna-
tione transferretur dominium, evaneſceret, ac
extingueretur titulus, ſeu jus quindennii, ac
permutarentur hac via Bona Eccleſiaſtica ſine
aſſenſu Apoſtolico, quod fieri nequit, *Turri-* 28
cell. de reb. Eccleſ. non alien. cap. 2. *num.* 21. *&*
cap. 27. *num.* 4. *Rota in recentior. dec.* 96. *num.* 1.
& 3. *par.* 2. *tom.* 1. ſed Miniſtri Cameræ tantum-
modò acceptant talem aſſignationem non ex-
tinctivam juris quindennialis, non valentes per
indirectum renunciare quindenniis, quorum 29
renunciatio eſt ſpecies alienationis, *Turricella*
mox prælaudato cap. 2. *num.* 13. ità, ut ſolum-
modò in caſu, quo ex tali aſſignatione Loco-
rum Montium transferretur (prout re vera non
transfertur) dominium in Cameram, ſeu illius
Officiales vulgò Annatiſtas, nomine Cameræ
acceptantes loco ſolutionis quindenniorum
Loca Montium, periculum, ſeu eorum dimi-
nutio in futurum ſuperveniens ſpectaret ad Ca-
meram, quæ tamen non fit illorum Domina, 30
l. Lucius 11. *ff. de eviction* præterquamquòd
ubi periculum eſſe debet debitoris, non eſt in 31
illius poteſtate illud transferre in creditorem, *Ca-*
ſtrenſ. conſil. 47. *n* 3. *poſt med. verſiculo quia, tom.* 2.

Idèmque à fortiori procedit in extinctione
Locorum Montium, in qua non reſtituitur 32
idem capitale, ſed ſolum pretium intrinſecum
Locorum Montium, non verò extrinſecum cur-
rens in platea, *Card. de Luca de Regalib. diſcur.*
33. *num.* 3. *cum ſeqq. Rota in recentior. dec.* 557.
num. 31. *& dec.* 573. *num* 18. *par.* 19. *tom.* 2.

III. Difficultas. Quid dicendum, ſi iſta Lo-
ca Montium data fuerint in ſolutum pro futuris
quindenniis non ab ipſa manu mortua, ſed
ab alio tertio, qui reſignaverit ſuum Benefi-
cium favore Loci Pii ad effectum illud eidem
uniendi, & ſubindè evenerit fructuum diminu-
tio; utrùm tali caſu ipſe reſignans, ſeu emptor
Locorum Montium, ſivè poſt ejus obitum eve-
niente diminutione, hæres teneatur emere alia
Loca Montium propriis, ſeu hæreditariis pecu-
niis, in complementum, & ſupplementum re-
ſidui; utrùm verò Locus Pius: & aſſerimus, 33
reſignanti, ac emptori Locorum Montium,
ſivè illius hæredi hoc onus ſupplendi de pro-
prio, ſeu de hæreditate incumbere, nullo au-
tem modo Loco Pio, qui non contraxit cum
Miniſtris Cameræ, nec emit Loca Montium,
nec illa illis aſſignavit.

Eſt tamen benè verum, quòd Camera, &
Annatiſtæ habeant actionem contrà utroſque,
nempe hæredes reſignantis, & manum mor-
tuam.

IV. Difficultas. Utrùm aſſignatio Locorum
Montium veniat reſcindenda in totum caſu,
quo poſteà detegatur, quòd facta fuerit ultrà
debitam quantitatem, puta, quòd, ſi debitum
quindennii conſiſtat in ſcutis centum ſingulis
XV. annis, redditus autem aſſignatorum Lo-
corum Montium conſiſtat ſingulis XV. annis in
ſcutis centum, & tribus: ac reſolvimus, talem 34
aſſignationem non eſſe in totum reſcindendam,
ſed pro parte tantùm exceſſiva; ſicque in pro-
poſito exemplo reſtituenda eſſe manui mortuæ
quindenniorum debitrici ſola ſcuta tria ſuper-
flua, ſeu exuberantia, per *textum in l.* 1. §. *Si*
ſtipulanti 4. *ff. de verb. obligation. l.* 1. §. *Si duæ* 12.
ff. quor. legator. Novar. de dation. in ſolut. quæ-
ſtion. 33. *n.* 2. *&* 12.

 His

His accedit, quòd, cùm Camera agat de
35 damno vitando, immò magna læſione, in dubio pro Camera jure pupilli, vel minoris, aut Reipublicæ potiùs eſt judicandum, *Peregrin. de jure fiſci lib.4. tit.8. num.12. Fajard. alleg fiſcal. gloſſ. 9. num. 280. cum ſeqq. Alphar. de Official. fiſcal. gloſſ. 16. privileg. 26. num. 14. cum ſeqq. Beller. de decoction. debit. fiſcal. tit. 1. quæſt. 17. per tot. Granaver. dec. 1. n.121. & per tot. Rota in recentior. dec. 557. num. 34. & dec. 573. n.20. par.19. tom.2.*

V. Difficultas. Utrùm in caſu ſequutæ evictionis Locorum Montium, poſſit manus mortua, alia Loca Montium libera offerre, quæ ſint capacia reddendi debitum quindennium; & firmo, poſſe, cùm Annatiſtæ ſemper habeant ſuum intentum exigendi redditus Locorum
36 Montium, quæ ſtant pro ſolutione quindenniorum, quod tamen procedit, quatenùs iidem Annatiſtæ ad novam aſſecurationem manum mortuam de novo compellant, ad tradita per *Coſt. de rata quæſtione 26. n.10. in fine*.

VI. Difficultas. Utrùm per centenariam quaſi poſſeſſionem non ſolvendi quindennia, nec illa exigendi, præſumatur præventiva aſſignatio Locorum Montium: & dicimus, non præ-
37 ſumi; quia iſta aſſignatio tamquàm quid facti, benè poteſt probari per Regiſtra Secretariæ Generalis Montium, ubi apparere debet de attergatione Locorum Montium favore Annatiſtarum, & per Apochas in Libris Depoſitariorum ipſorum Locorum Montium, *Rota coram Emerix Juniore Decano deciſ. 1342. per tot. & in recentior. dec. 434. num.13. par.9. tom.2. dec.170. n.11. par.18. tom.1.*

Omiſſo, quòd debitor quindennii non reco-
38 gnoſcit Annatiſtas, ſed ſolum Papam, cui ſolvit quindennia, in recognitionem ſupremi, ac directi dominii univerſalis ſuper omnibus mundi Beneficiis penès eundem reſidentis, juxta *Bullam 17. Pauli IV. §. 1. Bullar. nov. Rom. tom. 1. Bullam 38. S. Pii V. §. 3. in principio, tom. 2. Bullam 18. Urbani VIII. in principio, tom. 5. & Bullam 50. Clementis X. §.3. in principio, & §.6. in principio, tom.6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſtolic. in ordine la* V. VI. VIII.
39 & XI. ideòque Annatiſtæ non poſſunt præjudicare Papæ, à quo cauſam habent, ut patet ad ſenſum.

VII. Difficultas. Utrùm manus mortua redimere, ſeu affrancare volens quindennium in fine XV. annorum, teneatur ſolvere decurſum quindennium nondùm ſolutum, an verò illud excomputetur in capitali aſſignato, & ſtabilimus, illud teneri ſolvere, nec eſſe excomputandum, ſeu numerandum in capitali: redemptio enim, ſeu affrancatio quindennii, cadit ſuper quindenniis decurrendis, ſeu maturandis in futurum, non autem ſuper quindenniis decurſis, ſeu maturatis in præteritum; aliàs præjudicaretur Annatiſtis: ſi enim non ſequeretur
40 redemptio quindennii, procul dubio ſolveretur quindennium, nec ſub ſpecioſo prætextu mox ſequuturæ redemptionis, ſeu affrancationis futurorum quindenniorum auferendum eſt unum quindennium jam præcedenter decurſum, & maturatum antè redemptionem, ſeu affrancationem, vel ſaltem proximum maturationi, ſicque ferè jam debitum, veluti in ſimili de cenſum, vel annuum redditum redimente, ſeu affrancante, *Felician. de cenſibus tom.2. lib.4. cap. unic. num.7. in med verſic. tertia opinio*: atque, ſi contrarium teneretur, omnes manus mortuæ in fraudem Annatiſtarum procurarent redemptionem, ſeu affrancationem futurorum quindenniorum ad ſe liberandum à ſolutione unius
quindennii maturationi proximi, quòd eſſet lo- 41
cupletari cum aliena jactura, contrà Juris tramites, *cap. locupletari 47. de regul. Jur. in 6. l. jure naturæ 206. ff. eod. Barboſa axiom. 139. num 1.*

VIII. tandèmque ultima Difficultas. Utrùm in hujuſmodi quindenniorum affrancatione, ſeu redemptione intervenire debeat Beneplacitum Apoſtolicum, nec nè: & prima facie videretur affirmativè reſpondendum, ſimili exem-
plo Penſionis Eccleſiaſticæ, quæ affrancari, ſeu 42
redimi (quod dicunt) caſſari nequit abſque Beneplacito Apoſtolico, *Quarant. in ſumm. Bullar. verbo alienatio rerum Eccleſiæ, num 26 Rodriguez de annuis redditibus lib. 1. cap.14. nu.2. Gratian. diſcept. 981. num. 78. cum ſeqq. Turricell. de reb. Eccleſ non alien. cap. 8. num. 45. & 46. Bordon. var. reſolution. par.1. reſol.27. n.55. Clericat. diſcord. forenſ. de Benefic. & Penſion. part.2. diſcord.16. nu.23. cum ſeqq. Rota dec 13. & 14. per tot. par 1. diverſor. deciſ.413. num 5. cum ſeq. part.12. recentior. repetit. in ordine la 8. ſeu ultima poſt Emum D. Card. Petr. Marcellin. Corradin. de jur. prælation olim integerrimum Prodatarium, vigilantiſſimum noſtræ Congregationis S. Ivonis de Urbe Protectorem, ac olim in Urbe inter Primarios Advocatos*: cùm ſanè quindennium ſimillimũ ſit Penſioni, immò Penſio quædam debita Sedi Apoſtolicæ ſingulis XV. annis pro Beneficiis manui mortuæ unitis, aut pro perpetuis Penſionibus ad favorem manus mortuæ reſervatis; proindèque quindennialis rectè nuncupanda: attamen ob rationis diſparitatem contrarium tenendum eſt, nullo nempè indigere Beneplacito Apoſtolico; ratio autem differentiæ inter unam, & aliam affrancationem, ea eſt, quippè per affrancationem, ſeu (ut ajunt) caſſationem Penſionis verè extinguitur Penſio, ſicque agitur de damno illius, cui illa debetur, præſertim, ſi reſervata fuit ad favorem alicujus Eccleſiæ, cui difficiliùs præjudicari poteſt, niſi cauſa cognita, per affrancationem autem, ſeu redemptionem quindenniorum non extinguitur illorum onus, ſed commutatur in alia ſpecie, ſeu in alio modo ſolvendi, & quidem utiliori, tàm manui mortuæ debitrici, quàm Cameræ Apoſtolicæ creditrici; manui mortuæ quidem ob majorem hinc indè reſultantem utilitatem, majùſque commodum, deficiente neceſſitate ſolvendi in perpetuum quindennia, Cameræ autem Apoſtolicæ ob majorem illius ſecuritatem, & certitudinem ſibi ſatisfaciendi de quindenniis ſuper fructibus Locorum Montium: ſicque in caſu noſtro non agitur de damno; & tantum abeſt, quòd de damno agatur, quòd immò agitur de commodo, vel ſaltem longè majori utilitate tàm debitoris, quàm creditoris, ex mox perpenſis circumſtantiis; longèque magis apparebit utilitas ex parte manus mortuæ, ſi tertius cedat ſuum Beneficium ad favorem manus mortuæ, puta Seminarii, Hoſpitalis, aut ſimilis

Loci

Loci Pii, ad effectum illud eidem manui mortuæ uniendi; & iſte, ut impoſterùm penitùs exempta remaneat manus mortua à ſolutione quindenniorum, emat proprio ære Loca Montium, illaque det in ſolutum Miniſtris Cameræ Apoſtolicæ pro futuris quindenniis: quo caſu neſcio videre, cur ſit neceſſarium Beneplacitum Apoſtolicum, quando non ipſa manus mortua dat in ſolutum Loca Montium, ſed alius tertius, prout ſummo zelo egit claræ memoriæ, &
43 notæ pietatis vir *Card. Gregorius Barbadicus* Epiſcopus Patavinus, favore Seminarii pariter Patavini à ſe conſtructi, referente *Clericat. diſcord. forenſ. de Benefic. & Penſion. par. 1. diſcord.*
44 *94. num. 16. & 17.* quibus accedit viva ratio, quòd non requiritur aſſenſus Apoſtolicus, quando agitur cum Papa, ſivè illius Miniſtris eundem repræſentantibus, & nomine Papæ acceptantibus Loca Montium pro quindenniis, *Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 40. num. 10. & diſcur. 45. n. 9. cum ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Manus mortua condemnata ad ſolvendum quindennium, per ſententiam definitivam in rem judicatam tranſactam, tenetur illud ſolvere.

SUMMARIUM.

1 *Manus mortua condemnata ad ſolvendum quindennium, per ſententiam in rem judicatam tranſactam, tenetur illud ſolvere, & laudatur* Alvarez Pegas.
2 *Res judicata facit de albo nigrum.*
3 *Laudatur* Card. Franc. Albitius.
4 *Laudatur bonæ mem. R. P. D.* Anſaldus *Sacræ Rotæ Decanus.*
5 *Publicè intereſt, ut litibus finis imponatur.*

CAPITULUM CLXXIV.

SUperſunt nunc in materia quindenniorum haud perpaucæ, ac utiles inſpectiones concernentes forum judiciarium. Poſtquàm igitur ſententia condemnatoria ſolutionis quindennii tranſivit in judicatum, quindennii debitum re-
1 manet incontrovertibile; undè reſolvitur, quòd manus mortua condemnata ad ſolvendum quindennium, per ſententiam definitivam in rem judicatam tranſactam, tenetur illud ſolvere, ad *textum in l. poſt rem judicatam ff. de re judicat.* ibi: *poſt rem judicatam nihil quæritur*; immò res reputanda eſt penitùs pro certa, apprimè doctus, ac voluminoſus Luſitaniæ noſtræ ſcriptor, decùſque, *Alvarez Pegas ad Ordination. Reg. Portugall. tom. 1. in Proœm. §. 2. n. 14. cum ſeqq.* etenim non proſequuta appellatione intra legitima tempora, per quandam ſpeciem implicitæ renunciationis, & conſenſus, rema-
2 net Cauſa, ſeu appellatio deſerta, cùm res judicata faciat de albo nigrum, ens de non ente, & ex recto obliquum, immò æquipolleat cuicumque privilegio, pacto, vel inſtrumento, & de indebito debitum faciat, per *textum in cap. perſonas 4. cap. cùm ſit Romana 5. de appellation. cap. concertationi 8. eod. in 6. l. res judicata 207. ff. de regul. Jur. l. poſt rem judicatam 56. ff. de re judicat. l. ad ſolutionem 5. C. eod. Auth. hodiè C. de appellation. Card. Franciſcus Albitius olim in Urbe præſtantiſſimus Advocatus, de inconſtant.* 3
in judic. quæſt. 38. num. 5. cum ſeqq. Scaccia de appellation. quæſt. 11. artic. 7. nu. 166. & quæſt. 17. limit. 2. num. 69. & de judic. lib. 1. cap. 97. num. 131. in med. verſic. ſententia, quæ tranſivit in rem judicatam, Roſa de exequutor. liter. Apoſtolic. par. 2. cap. 2. n. 3. Card. de Luca de Judic. diſcurſ. 37. num. 26. & diſcur. 40. num. 1. Eſcobar à Corro de puritat. ſanguin. par. 2. quæſt. 4. artic. 1. num. 19. cum ſeqq. Salgad de Supplication. ad Sanctiſſim. par. 2. cap. 29. num. 31. cum ſeqq. Clericat. diſcord. forenſ. de Benefic. part. 1. diſcord. 10. num. 15. Turricell. poſt eund. diſcord. 52. n. 2. Rota coram Benincaſa dec. 29. num. 1. Anſald. Decano, olim ſtrenuo in Urbe Advocato deciſ. 31. n. 4
19. & 20 & deciſ. 76. n. 4. & poſt Card. Albit. de inconſtant. in judic. dec. 6. num. 16. 20. & 21. & poſt D. Advoc. de Proſperis de territor. ſeparat. dec. 9. num. 33 ſiquidem publicè intereſt, 5
ut litibus debitus finis imponatur, *l. non diſtinguemus 32. § Quæſitum 16. ff. de recept. arbitr. Eſcobar à Corr. de puritat. ſanguin. part. 2. quæſtion. 4. artic. 1. n. 29.*

ARGUMENTUM.

Non tenet concordia, ſeu tranſactio inita ſuper quindenniis cum Annatiſtis, & manu mortua, occaſione Unionis Beneficiorum eidem manui mortuæ factæ, ſeu occaſione reſervationis perpetuarum Penſionum ad favorem ejuſdem manus mortuæ, ſub ſuppoſito, quòd per eandem manum mortuam concordantem, ſeu tranſigentem deberentur quindennia, quæ tamen re vera non debebantur.

SUMMARIUM.

1 *Quandoque ob aliquas circumſtantias non debentur quindennia.*
2 *Manus mortua aliquando ad parcendum ſumptibus litis, per concordiam ſe obligat ad quindennia, ad quæ non tenetur.*
3 *Non tenet concordia ſuper ſolvendo quindennia non debita.*
4 *Error cauſam dans tranſactioni, illam vitiat.*
5 *Errantis nullus eſt conſenſus.*
6 *Error contrarius eſt conſenſui.*
7 *Erronea dotis conſtitutio reſcinditur.*
8 *Concordia cadit ſuper re dubia.*
9 *Tranſactio, aut pactum non tenet, exiſtente cauſa falſa.*
10 *Concordia de per ſe habere nequit vim pacti.*
11 *Tranſactio ſaltem tenet tamquàm pactum.*
12 *Juramentum ex falſa cauſa non obligat.*
13 *Tranſactio operatur, ut illius vigore concordatum ſit debitum.*
14 *Hoc non procedit, ubi adeſt læſio enormiſſima.*

CA-

CAPITULUM CLXXV.

1 QUandoque dari poſſunt caſus, in quibus
ob aliquas particulares circumſtantias
ponderatas in diverſis *Capitulis noſtri præſentis*
Tractatus, manus mortua non teneatur quin-
dennia ſolvere ex Beneficio ſibi unito, ſivè ex
perpetua Penſione ad ſui favorem reſervata;
verumtamen quia ab Annatiſtis manus mortua
2 pulſatur pro quindenniis, iſta forſitan ad de-
clinandum ſumptus litis, quautumvis bonum
jus foveat ſuper non ſolutione quindenniorum,
tranſigit cum Annatiſtis ſuper illorum ſolutio-
ne, poſteàque ſuſcitatur diſceptatio ſuper vali-
ditate, ac ſubſiſtentia hujuſcemodi tranſactio-
nis, detecto, quòd quindennia concordata non
3 debeantur; ideò in præſenti firmamus, quòd
non tenet concordia, ſeu tranſactio inita ſuper
quindenniis cum Annatiſtis, & manu mortua,
occaſione Unionis Beneficiorum eidem manui
mortuæ factæ, ſeu occaſione reſervationis per-
petuarum Penſionum ad favorem ejuſdem ma-
nus mortuæ ſub ſuppoſito, quòd per eandem
manum mortuam concordantem, ſeu tranſi-
gentem deberentur quindennia, quæ tamen re
vera non debebantur, in puncto *Rota in celebri*
Burgen. Quindenniorum S. Ægydii dec. 13. *num.* 4.
cum ſeqq. coram Dunozet. Senior. ibi „ Quatenùs
„ tamen daretur hæc prætenſa tranſactio, vi-
„ ſum fuit DD. ex illa ſupradictam ſententiam
„ nullo modo poſſe confirmari; tùm quia
„ quantum ad juramentum in ea appoſitum,
„ de Jure illud non repellit ſucceſſores, prout
„ ſunt iſti Beneficiati, qui modò aguut, tùm
„ etiam quia, cùm talis tranſactio non ſit à
„ Sede Apoſtolica confirmata, nullo modo li-
„ gat ſucceſſores ad Beneficium &c. Et quando
„ appareret ex ea, ſuppletur ſolùm defectus ſo-
„ lemnitatum, & non cauſæ. Cauſa enim di-
„ ctæ tranſactionis videtur erronea, ſuper qua
„ tranſactum eſt, fundamentum enim dictæ
„ concordiæ in eo innixum erat præſuppoſito,
„ de Jure Capitulum, & Beneficiatos S. Ægy-
„ dii teneri ad ſolutionem dictorum quinden-
„ niorum, quod, cùm corruat per dictas de-
„ ciſiones, corruat etiam concordia neceſſe
„ eſt &c. „ *dec.* 659. *num* ~. *&* 10. *par.* 2. *recen-*
tior. tom. 2. ibi „ Idec .uictè ad ſingula fuit
„ reſponſum. Et quidem ad primum, quòd
„ tranſactio non fuerat revocata per ſententias,
„ & ſic firma remanſit, eidemmet ſententiæ re-
„ ſpondebant, cùm in prima explicitè Recto-
„ res, & Beneficiati fuerint abſoluti à ſolutio-
„ ne Quindenniorum etiam vigore aſſertæ con-
„ cordiæ inter eos, & Capitulum initæ, quæ
„ ſententia fuit confirmata per ſecundam
„ R. P. D. mei Cavalerii &c. Et difficultas ceſ-
„ ſabat in hoc caſu, quo fuerat commiſſa Cau-
„ ſa nullitatis, & notoriæ injuſtitiæ ſententiæ
„ bon. mem. Card. Pamphilii, & reſciſſionis
„ tranſactionis: qua commiſſione ſtante &c.
„ illam debuit Judex ſequi, & dictam ſenten-
„ tiam revocare, & tranſactionem reſcindere
„ &c. „ *dec.* 730. *num.* 8. *&* 9. *part.* 3. *recentior.*
ibi „ non debet iſta Eccleſia remanere impe-
„ dita, ut hodiè, poſtquàm conſtat, quòd
„ ex falſa opinione fuit condemnata, non poſ-
„ ſit agere, ut liberetur à tali onere &c. ideò
„ ſemper eſt attendendum tempus gravaminis
„ illati, ut indè colligatur læſio tranſactionis,
„ & ſententiæ pro illarum infirmatione &c. ul-
„ trà quòd dicta tranſactio nec etiam fuit con-
„ firmata à Sede Apoſtolica, & per conſequens
„ non præjudicat ſucceſſoribus &c. „ *repetit.*
poſt Tract. int. Deciſion. Sacr. Rot. Rom. in ordine
la VII. VIII. IX. *&* X. error enim, aut falſa 4
cauſa tranſactioni cauſam dans, eam vitiat,
l. cùm putarem 36. *ff. famil. herciſc. Valeron de*
tranſaction. tit. 6. *quæſt.* 3. *num.* 1. *ac per tot. Ro-*
ta poſt Card. de Luca ſuper mater. donation. deciſ.
24. *num.* 6. *vol.* 1. *& apud Mantiſſ. ſuper mater.*
fideicommiſſ. deciſ. 75. *num.* 8. *& dec.* 76. *num.* 2.
vol. 3 *Benincaſa dec.* 342. *num.* 9. *& in recentior.*
dec. 95. *num.* 8. *&* 9. *par.* 16. ex viva ratione, 5
quòd errantis nullus eſt conſenſus, *l. nihil con-*
ſenſui 117. *ff. de regul. Jur. l. non idcircò* 9. *C. de*
Jur & fact. ignor. neque conſenſui magis con- 6
trarium eſt, quàm error, *l. conſenſiſſe* 2. *ff. de*
Judic. adinſtar erroneæ dotis conſtitutæ ab eo,
qui ideò eam conſtituit, quia credidit, ſe ad
illam teneri, detecta autem ejus credulitate er- 7
ronea eidem ſuccurritur, *Card. de Luca de dote*
diſcur. 156. *num.* 29.

Omiſſo, quòd concordia de ſui natura ca- 8
dens ſuper re dubia, nullo modo poteſt intrare
in caſu, quo non debeantur quindennia con-
cordata, cùm ceſſet cauſa, propter quam con-
cordia initur, *l.* 1. *ff. de tranſaction. l. Præſes* 12.
C. eod. l. in ſumma 65. *ff. de condiction. indebit.*
Barboſa vot. Canonic. dec. 126 *num.* 347 *&* 348.
lib. 3. *Antonin. var. reſolution. lib.* 1. *reſolut.* 38.
num. 9. *Rota coram Anſaldo Decano dec.* 36. *n.* 8.

Immò nec ipſa tranſactio, nec pactum jura- 9
tum tenet exiſtente cauſa falſa, *Card. Mantic.*
de tacit. & ambig. convention. tom. 2. *lib.* 26. *tit.*
1. *num.* 36. ſiquidem concordia de per ſe habere 10
nequit vim pacti, *Epiſcop. Matta de Cauſ. Con-*
ſiſtorial. corollar. 2. *ſection.* 19. *n.* 27. *cum ſeqq.*

In nihilum relevante, quòd, ſi tranſactio
hujuſmodi ob defectum cauſæ tranſigendi, im-
mò ob falſam cauſam, ſeu ob falſitatem cauſæ,
non tenet, ſaltem ad omne pejus illa tenebit 11
tamquàm pactum, ſeu conventio jurata, *l cùm*
pater 77. *§. Filius* 23. *ff. de legat.* 2. *Bartol. in l. ſi-*
quis major 41. *C. de tranſaction. Mancin. de jura-*
ment. par. 4. *effect.* 17. *num.* 1. *Seraphin. de privi-*
leg. jurament. privileg. 98. *Rota recentior. deciſ.*
34. *num.* 23. *&* 24. *part.* 8. quia etiam juramen- 12
tum ſuper falſa cauſa interpoſitum, non obli-
gat abſque labe perjurii, *Mancin. de jurament.*
part. 4. *effect.* 1. *quæſtion.* 6. *nu.* 11. *& quæſtion.* 9.
num. 1. *cum ſeqq.*

Minùs relevat, quòd tranſactio operatur, ut 13
promiſſum, ſeu concordatum illius vigore, ſit
debitum, etiamſi verè non ſit debitum, *l. ſi ci-*
trà 2. *C. de condiction. indebit. Cravett. conſil.* 717.
num. 26. *vol.* 4. *Rota coram Coccin. dec.* 436. *n.* 6.
quia hoc non militat, ubi adeſt enormiſſima 14
læſio ob tractum perpetuum, & ſucceſſivum,
qui ineſt ſolutioni quindenniorum, ut patet ad
ſenſum.

ARGUMENTUM.

Occaſione Unionis Beneficiorum manui mortuæ factæ, aut reſervationis perpetuarum Penſionum ad favorem ejuſdem ma-

manus mortuæ, Summus Pontifex eandem manum mortuam eximere poteſt à ſolutione quindenniorum.

SUMMARIUM.

1 *Sacrilegii reus videtur, de ampliſſima Summi Pontificis poteſtate in beneficialibus ambigens.*

2 *Parati eſſe debemus tueri poteſtatem Summi Pontificis.*

3 *Succeſſores Pontificum ligari nequeunt, præſertim in materia præjudiciali quindenniorum.*

4 Paulus IV. in ſua Bulla 17. §. 8. Bullar. Rom. tom. 1. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la V. *videtur annullare exemptiones à quindenniis in caſu dumtaxat, quo conceſſæ fuerint, inauditis intereſſe habentibus.*

5 Idem Paulus IV. §. 11. *mandat, quòd habens talem exemptionem, teneatur illam indicare Sacro Collegio.*

6 *Annullatio exemptionis à quindenniis cadit tantùm ſuper exemptione per anteceſſores Pontifices conceſſa.*

7 *Succeſſor derogare poteſt exemptioni per anteceſſorem conceſſæ.*

8 *Pontifex concedere poteſt talem exemptionem ſaltem in vita ſua duraturam.*

9 *Rex, & Majoratus poſſeſſor donare nequit in præjudicium ſucceſſoris.*

10 *Gregorius XIII. exemit à quindenniis Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Neapolitanæ.*

11 *Refelluntur* Portius conſil. 107. & Decian. conſil. 108. & Imol. conſil. 109. poſt eund. Portium.

12 *Raro Pontifex eximit à quindenniis in perpetuum.*

CAPITULUM CLXXVI.

1 SAcrilegii reus videtur, qui de ampliſſima
Summi Pontificis auctoritate in beneficia-
libus quocumque modo ambigendo, eam coar-
ctare præſumit; quapropter ſuperfluus videre-
tur præſens articulus: quia tamen ex ipſiſmet
Bullis quindenniorum inſurgere poteſt circà
præſentem articulum aliquis ſcrupulus per mo-
dum dubii, in nihilum diminuta (prout par
eſt) S. Sedis certiſſima, ac incontrovertibili
poteſtate, quam etiam uſque ad ſanguinis effu-
ſionem accerrimè, alacriterque (prout decet,
2 & tenemur) tueri parati, paratique eſſe debe-
3 mus; dum attento, quòd ligari nequeunt ſuc-
ceſſores, præſertim in materia, ut iſta, præju-
diciali, *Paulus IV. in ſua Conſtitutione* 17. §. 8.
in principio, Bullar. nov. Rom. tom. 1. *repetit. poſt*
Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la IV.
hujuſcemodi exemptionem à quindenniis per
Pontifices conceſſam videtur irritare in cubita-
libus verbis ibi „ Nos conſiderantes, præfatum
„ Eugenium Prædeceſſorem, per ejus literas
„ ſucceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus,
„ cùm par in parem non habeat imperium, &
„ per conſequens Collegio Cardinalium, &
„ Officialium Romanæ Curiæ cauſam ab ipſis
„ Romanis Pontificibus habentium præjudica-
„ re non potuiſſe, & propterea jus noſtrum,
„ & Collegii, ac Officialium prædictorum il-
„ læſum remanſiſſe, & remanere, &c. ad
„ viam, & terminos Juris reducentes, & re-
„ ductas eſſe decernentes &c. omnes, & ſingu-
„ las Uniones &c. de quibuſvis &c. Beneficiis
„ Eccleſiaſticis &c. perpetuò factas, & de cæ-
„ tæro &c. perpetuò faciendas, ſub literis Pau-
„ li &c. compræhendi &c. Et propterea &c. ad
„ ſolutionem Communium, & Minutorum Ser-
„ vitiorum, ac Annatarum, & aliorum Ju-
„ rium prædictorum eiſdem Cameræ, Colle-
„ gio, & Officialibus, ratione earundem
„ Unionum &c. ſingulis XV. annis &c. facien-
„ dam teneri &c. & Beneficia unita hujuſmodi
„ onus ſolutionis Communium, & Minutorum
„ Servitiorum, ac Annatarum, & aliorum Ju-
„ rium ſemper habuiſſe, & ad præſens habe-
„ re &c. „ *& Julius III. in ſua Conſtitutione* 20.
§. 6. in fin. eod. tom 1. *repetit. poſt Tract. int. Con-*
ſtit. Apoſt. in ordine la III. indèque modernio-
res Pontifices expreſsè derogaverunt exemptio-
nibus, juxta *Bullam* 38. *S. Pii V.* §. 7. *Bullar nov.*
Rom. tom. 2. ibi: *non obſtantibus &c. exemptio-*
nibus &c. Bullam 33. *Sixti V.* §. 5. *eod. tom.* 2.
Bullam 18. *Urbani VIII.* §. 4. *tom.* 5. *& Bullam*
50. *Clementis X.* §. 1. 6. *&* 14. *tom.* 6. *repetit. poſt*
Tract. int. Conſtitut. Apoſt. in ordine la VI. VII.
VIII. *&* XI.

Attamen ex præcitatis Bullis depræhenditur,
potiùs veriſſimam eſſe præſentem nempè prin-
cipalem concluſionem, quòd occaſione Unio-
nis Beneficiorum manui mortuæ factæ, aut re-
ſervationis perpetuarum Penſionum ad favo-
rem ejuſdem manus mortuæ Summus Pontifex
eandem manum mortuam eximere poteſt à ſo-
lutione quindenniorum; etenim idem *Pau-*
lus IV. mox prælaudato §. 8. *in principio*, ſe ipſum
declarando, & per modum declarationis vide- 4
tur annullare exemptiones à quindenniorum
ſolutione in caſu dumtaxat, quo conceſſæ fue-
rint inauditis intereſſe habentibus quales ſunt
Cardinales, & Officiales Romanæ Curiæ,
vulgò Annatiſtæ, ſicque ſolummodò in caſu,
quo illatum fuerit tertio præjudicium, ut ex
verbis ibi: *Cùm contrà Ordinationes, Statuta,*
Decreta, & Declarationem Pauli, & Julii II.
Prædeceſſorum hujuſmodi, ac cauſa non cognita,
& non vocatis, nec auditis, quorum intererat,
emanaverint, & per eos editarum manifeſtè tolla-
tur &c. quod repetit *Clemens X. citato* §. 1. *in*
principio; immò idem *Paulus IV.* §. 11. poſteà
ſupponit exemptionem à quindenniis ſubſiſtere,
dum ibidem apertis verbis præcipit, quòd ma- 5
nus mortuæ habentes hujuſmodi exemptionem
teneantur illam indicare, ac notificare Sacro
Collegio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium, ut in
verbis ibi: *Regulares Congregationes, & Colle-*
gia, ac Hoſpitalia, & alia Pia Loca, quibus à
Sede prædicta indultum eſt &c. omnia, & ſingu-
la Monaſteria, Prioratus &c. & alia Beneficia
Eccleſiaſtica, quæ poſſident, & ea ſpecificè, &
expreſsè, quæ facultatem, & indultum hujuſmo-
di habent &c. unà cum illorum fructuum &c. ve-
ro annuo valore, præfatis Joanni Michaeli, &
Virgilio Cardinalibus notificaſſe, & intimaſſe de-
beant &c. quod clariùs habetur in margine ibi:
Beneficiàque indultum non ſolvendi quindennia
habentia, notificentur Cardinalibus prædictis.

Prætequamquòd annullatio exemptionis à 6
quindenniis cadit tantùm ſuper exemptione per
Anteceſſores Pontifices conceſſa, non autem
ſuper exemptione per ſucceſſores Pontifices im-
po-

poſterùm concedenda, cùm non poſſit Ante-
7 ceſſor ligare manus ſucceſſoris, ſed benè ſucceſſor derogare exemptioni per Anteceſſorem conceſſæ, *Gratian. diſcept.606. num.*12. *Card. de Luca de Regalib. diſcurſ.*136. *ſub num.*8. *& de*
8 *Benefic. diſcur.*89.*num.*14. ità, ut Pontifex concedere poteſt exemptionem hujuſmodi ſaltem in vita ſua duraturam, cùm renunciare poſſit quindenniis ſibi quoad vixerit, debitis, nec, niſi ipſo volente in ejus vita eſt retractabilis,
9 ad inſtar Regis, & majoratus poſſeſſoris, qui poteſt in ſui, non autem in ſucceſſoris detrimentum donare Bona Coronæ, & fideicommiſſi, *Molin. de primogen. lib* 3. *cap.* 11. *& in annotation. num.* 15. *verſic. ulteriùs*, *Solorzan. de Jur. Ind. tom.*2. *lib.*2. *cap.*16. *num.*73. firma igitur remanet principalis reſolutio, quod Pontifex poteſt eximere manum mortuam à ſolu-
10 tione quindenniorum: & ità practicavit Gregorius XIII. cum Capitulo Neapolitanæ Cathedralis Eccleſiæ, quod à quindenniorum ſolutione exemit, teſte *Tyrrh. Corrad. in prax. beneficiar. lib.*2. *cap.*8. *n.*64.
11 Non tamen ſunt audiendi *Portius conſil.*107. *Decian. conſil.*108. *& Imol. conſil* 109. *poſt eund. Portium*, ultrà modum noſtram extendentes reſolutionem etiam poſt vitam Pontificis concedentis.
12 Si autem Pontifex in perpetuum à quindenniis exemerit, erit caſus ſingularis, & rarus.

ARGUMENTUM.

Collectores, ſeu Subcollectores quindenniorum, ſivè alii quicumque deputati ad exigendum quindennia, non poſſunt contrà manus mortuas non ſolventes, exequutionem facere ſuper Calicibus, Miſſalibus, reliquiſque ornamentis, ſeu paramentis Sacris, divinis Officiis deſtinatis, aliàs loco pignoris res præfatas capiendo, puniri poſſunt ab Ordinariis Locorum ratione exceſſus, & notorietatis delicti.

SUMMARIUM.

1 *Camera Apoſtolica deputare ſolet Collectores quindenniorum.*
2 *Collectores hujuſmodi exequi nequeunt ſuper rebus ſacris.*
3 *Laudatur* Alvarez Pegas.
4 *Prout nec pro Decimis talis exequutio fieri poteſt.*
5 *Pro Decimis capi nequeunt res ſacræ.*
6 *Quindennia loco Decimarum ſunt, & laudatur* S. M. Clemens XI.
7 *Quindennia non debent eſſe melioris conditionis, quàm Decimæ.*
8 *Subrogatum ſapit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur.*
9 *Res Deo dicatæ vendi nequeunt.*
10 *Exequutio fieri nequit ſuper armis.*
11 *Nec ſuper bobus aratoriis.*
12 *Decimæ ſunt de Jure poſitivo.*
13 *Eædem quoque ſunt de Jure divino.*
14 *Quindennia ſunt de Jure tantùm poſitivo.*
15 *Sequeſtrari poſſunt fructus Beneficiorum pro quindenniis.*
16 *Sixtus V. fuit primus, qui ſequeſtrum hujuſmodi introduxit.*
17 *Poſteà alii Pontifices idem confirmarunt.*
18 *Nemo duplici pœna afficiendus.*
19 *Exequutio forſitan fieri poteſt ſuper re non inſerviente cultui Dei.*
20 *Niſi fuerint libri Sacerdotum, ac ſimilia.*
21 *Pro Decimis fieri nequit exequutio ſuper rebus ſacris, etiamſi illæ ſpontè offerantur.*
22 *Res ſacræ nec in obligatione univerſali comprabenduntur.*

CAPITULUM CLXXVII.

CUm eodem modo, quo ſolet Camera Apoſtolica deputare Collectores Spoliorum, 1
ſoleat etiam deputare Collectores quindenniorum, & hi quandoque prætendant capere Calices, Miſſalia, cæteràque ornamenta divino ſervitio neceſſaria, in caſu, quo manus mortuæ non ſolvant quindennia: proindè ad hoc punctum enodandum reſolvitur in præſenti,
quòd Collectores, ſeu Subcollectores quinden- 2
niorum, ſivè alii quicumque deputati ad exigendum quindennia, non poſſunt contrà manus mortuas non ſolventes, exequutionem facere ſuper Calicibus, Miſſalibus, reliquiſque ornamentis, ſeu paramentis ſacris, divinis Officiis deſtinatis, alias loco pignoris res præfatas capiendo, puniri poſſunt ab Ordinariis Locorum ratione exceſſus, & notorietatis delicti, veluti in his præciſis terminis quinden-
niorum ſingulariter ponderat *Alvarez* Pegas 3
(ſplendidiſſimum Luſitaniæ noſtræ ſydus ob à ſe voluminoſa opera legalia ſtrenuè edita) *de competentiis part.*2. *cap.*70. *per tot.* ibi „ Si Nuncius, aut Collector deputatus à Papa ad colligendam Decimam, aut exigenda Quindennia, capiat Calices, Miſſalia, & alia ornamenta divinis Officiis deputata, pro exactione delinquit contrà prohibitionem Concilii Viennenſis in Clementina ſi Beneficiorum de Decimis, poteſt puniri ab Archiepiſcopis, aut Epiſcopis Ordinariis; nam, etſi multi ſenſerint, Delegatum Papæ non poſſe puniri per Ordinarium Loci, ubi exceſſum fecit, verior tamen videtur contraria opinio, prout in his terminis teſtatur „ *Proſper Fagnanus in dicto cap. ſtuduiſti de Offic. Legat. num.* 17. *&* 18. quod quidem conſentaneum eſt, ac proprium favori, & reverentiæ
divini cultus, ut in caſu Decimarum advertit 4
Ancharan. in Clement. ſi Beneficiorum 2. *de Decim. num.* 5. *poſt med. verſic. & hoc eſt introductum*:
ſi namque pro Decimis non poſſunt capi per ea- 5
rum Colllectores, Calices, Miſſalia, reliquàque ornamenta divinis Officiis inſervientia, juxta *Clement. ſi Beneficiorum* 2. *de Decim. Extravag. unic. verſic. final. eod tit. int. Commun. Monet. de Decim. cap.* 9. *quæſtion* 5. *concl.*5. *num.*256. *cum*
ſeqq. nec pro quindenniis capi poterunt, quæ 6
ad inſtar, vel loco Decimarum ſunt, ut ſuprà probavimus in *Cap. I.* & diſertiſſimè more ſuo aſſerit *S.M. Clemens XI. in ſua Conſtitutione edita* 23. *Novembris* 1704. *propè fin.* ibi: *quindenniis, quæ naturam, conditionèmque Decimarum induerant &c.* ità, ut tamquam in locum Decimæ 7
de-

debitæ Pontifici ex Bonis Eccleſiaſticis ſubrogata , non debeant, neque poſſint eſſe melioris
8 conditionis , quàm Decimæ , ex regula , quòd ſubrogatum ſapit naturam ejus , in cujus locum ſubrogatur , *Barboſa axiom.* 213. *num.*1. immò
9 aliter res hujuſmodi Deo dicatæ , ac per conſequens in hominum commercio non exiſtentes , per indirectum vendi poſſent, contrà *textum in* §. *Sacræ res* 8. *Inſtitution. de rer. diviſ. l. ſancimus* 22. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. Niger de exequution. rei judicat. cap.*12. §.14. *num.*1. eo ſanè modo , quo res , publicæ utilitati inſervientes ,
10 exequutioni non ſubjacent , ut ſunt arma , & omnia militaria inſtrumenta , *Niger dicto cap.*
11 12. §.3. *num.*1. *cum ſeqq.* nec non boves aratorii , reliquaque inſtrumenta ad rem agrariam ſpectantia , *l. exequutores* 7. *& Auth. agricultores C. quæ res pignor. obligar. poſſ. Mauſon. de cauſ. exequutiv. ampl.* 15. *num.*9. *cum ſeqq. Niger loc. citat.* §.6. *n.*12. *cum. ſeqq.*

Præterquamquòd quindennia non merentur majorem favorem , quàm Decimæ : nam De-
12 cimæ non ſolùm de Jure poſitivo , juxta *cap. Decimæ* 16. *quæſt.*1. *cap. omnes Decimæ* 16. *quæſt.* 7. *Sacr. Concil. Tridentin. ſeſſ.* 25. *de Reformat.*
13 *cap.* 12. ſed quoque de Jure divino debentur , juxta *Exod. cap.* 22. *& Levitic. cap.* 27. *Monet. de Decim. cap.*1. *quæſtion.*2. *num.*6. *cum ſeqq. ac*
14 *per tot.* quindennia verò de Jure tantùm poſitivo vigore Bullarum Pontificiarum : aliàs , ſi Collectores quindenniorum poſſent exequi facere ſuper libris , aliiſque divino cultui deputa-
15 tis , viderentur excedere , quia in Bullis quindenniorum contrà manus mortuas quindennia non ſolventes mandatur quidem apponi ſequeſtrum ſuper fructibus Beneficiorum unitorum ,
16 juxta *Bullam* 33. *Sixti V.* §.4. *circà fin.* (qui fuit primus , qui ſequeſtrari mandavit) *Bullar. nov. Rom tom.*2. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt.*
17 *in ordine la VII.* quod poſteà alii confirmarunt Pontifices , ut videre eſt ex *Bulla* 18. *Urbani VIII.* §. 3. *poſt med. propè fin. tom.* 5. *& ex Bulla* 50. *Clementis X.* §. 5. *in fin. tom.*6. *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* VIII. *&* XI. non autem mandatur fieri exequutionem ſuper rebus divino ſervitio addictis , quam ſi Pontifices fieri voluiſſent , profectò illam demandaſſent , ſicuti ſequeſtrum fieri demandarunt ; undè eorum mens colligitur , quòd non fieret talis
18 exequutio , immò contrà omnem juſtitiam aliter quis duplici pœna puniretur , ſequeſtro nempè , ac exequutione , contrà regulam Juris, *Barboſa axiom.*169. *n.*1.

Eſt benè verum , quòd , ſi Collectores quindenniorum nollent devenire ad ſequeſtrationem
19 fructuum , ſalvari poſſet exequutio per ipſos intentata ſuper aliis rebus , non tamen divino cultui inſervientibus , in quibus non eſt tantus favor , prout fieri poteſt in Decimis , *Vittalin. in Clement. ſi Beneficiorum* 2. *de Decim* , *verbo deputata , & Ancharan. num.*5. *poſt med. verſic.*
20 *nec mirum* ; niſi tamen res capi prætenſæ , fuerint promiſcuo uſui deputatæ , prout eſſent libri , quibus Sacerdotes domi , & in Eccleſia utuntur , vel alia ſimilia : quaſi quòd hoc caſu magis dignum trahat ad ſe minùs dignum , veluti in ſimili de Decimis obſervat *Monet. de Decim. cap.* 9. *quæſtion.*5. *concluſion.*5. *num.*257. *&* 258.

Quibus poſitis , ſingulares binæ ſeſe offerunt Difficultates .

I. Difficultas , quid dicendum in caſu , quo manus mortua debitrix quindennii , non habens paratam pecuniam ad illud ſolvendum , ſpontè offerat in pignus res hujuſcemodi ſacras, divinòque addictas ſervitio, an ſaltem tunc Collectores quindenniorum ritè , rectèque pignori capere poſſint , ex eo quòd debitor non ſolùm non reſiſtit , ſed aſſiſtit, datque manus , ut pignus fiat ſuper rebus ſacris , & dico , nec etiam in caſu ſpontaneæ oblationis poſſe exequutionem fieri ſuper rebus ſacris , cùm magis in venerationem ipſarum rerum , quàm in favorem Eccleſiarum videatur inducta prohibitio pignorandi ; proindèque Collector quindenniorum adhùc abſtinere debet à pignoris captione ſub pœna nullitatis ; ac ità in Deci- 21
mis reſpondent *Niger de exequution. rei judicat. cap.* 12. §. 14. *num.* 6. *Monet. de Decim. cap.* 9. *quæſtion.*5. *concluſ.*5. *n.*259.

II. Difficultas, quid dicendum , ſi manus mortua pro quindennio obligaverit omnia Bona ſua , an hoc caſu Collector quindenniorum impunè exequi facere poſſit ſuper rebus ſacris tamquàm tranſeuntibus cum univerſitate Bonorum , quæ ſeparata non tranſirent : attamen etiam tunc non eſt locus pignoris captioni , res 22
enim ſacræ in obligatione, quantumvis univerſali non cenſentur compræhenſæ , ſicque deficit principium , à quo exequutio inchoetur , *Niger loc. mox citat. n.*10. *&* 11.

ARGUMENTUM.

Camera , ſeu Cancellaria Apoſtolica , occaſione Unionis Beneficiorum manui mortuæ factæ , ſeu reſervationis perpetuarum Penſionum ad favorem manus mortuæ , non tenetur liquidare ſummam debiti quindennii .

SUMMARIUM.

1 *Debitor illiquidus condemnari nequit ad ſolvendum.*
2 *Juramentum creditoris ſufficit ad probandum debitum .*
3 *Qui modus practicatur circà res ſubreptas .*
4 *Juramento Salvianiſtæ ſtatur .*
5 *Computis factis , facilè fit liquidatio .*
6 *Creditor tenetur liquidare fructus .*

CAPITULUM CLXXVIII.

Cum quandoque occaſione liquidandi quantitatem debiti quindennii in faciendis calculis , ſeu computis ſuper debito quindennii oriatur hæſitatio , ad quem ſpectet illa facere , utrùm nempè ad manum mortuam quindennii debitricem , vel ad Cameram Apoſtolicam illius creditricem , nè aliàs ex defectu probatio- 1
nis ſummæ debitæ , manus mortua debitrix illiquida deſinat condemnari ad quindennia , ex *tot. tit. C. de ſentent. quæ ſin. cert. quantitat. Rota deciſ.*352. *num.*2. *par.*1. *diverſor.* proindèque crediti liquiditas præcisè neceſſaria eſt ; verùm quia juſtificato credito quindenniali in genere , ſeu

ſeu ſubſtantia, tunc leviores, & adminiculativæ probationes ſufficiunt ad probandum quantitatem, cùm agatur dumtaxat de probatione
2 accidentis; adeò, ut etiam juramentum Cameræ creditricis quindenniorum ſufficiat, refundendo in manum mortuam rigoroſam probationem ſummæ debitæ, per *textum in l. nummis* 3. *ff. de in lit. jur. Card. de Luca de credit. diſcur.* 80. *num.* 14. *diſcur.* 128 *num.* 8 *& diſcur.*
3 148 *num.* 4. ad inſtar taliter probandi certam quantitatem, vel qualitatem pecuniarum, aut Bonorum ſubreptorum, aut occupatorum, conſtito, quòd ſubreptæ, aut occupatæ, aut mutuo datæ fuerint pecuniæ, ſeu Bona, *Seraphin. de privileg. juram par.* 2. *effect.* 109. *num.* 1. hinc
4 videmus, quòd ſtatur juramento creditoris immiſſi in Salviano, aut aſſociati, tradentis notulam juratam pro liquidandis fructibus à ſe perceptis in ſatisfactionem ſui crediti, immortalis ævi *R. P. D. Anſaldus Decanus deciſ.* 97. *n.* 11. *Rota coram Benincaſa deciſ.* 377. *num.* 2. *&* 3. *ac in recentior. deciſ.* 302. *num.* 2. *&* 3. *part.* 14. ideo reſolvitur, quòd Camera, ſeu Cancellaria Apoſtolica, occaſione Unionis Beneficiorum manui mortuæ factæ, ſeu reſervationis perpetuæ un Penſionum ad favorem manus mortuæ,
5 non tenetur liquidare ſummam debiti quindennii; factis enim computis ex propriis libris, facilè liquidari poſſunt quindennia, & realiter ſolvi, *Rota dec.* 552. *n.* 2. *par.* 1. *diverſorum*.
6 Nec refragatur, quòd eo modo, quo onus liquidandi fructus ſpectat ad creditorem illos petentem, *Rota coram Coccin. dec.* 1401. *num.* 2. *&* 6. *Ubald. dec.* 549. *n.* 5. ità ſpectare debet ad Cameram creditricem onus liquidandi quindennia, quæ quodammodò ſunt fructus civiles: quia non benè arguitur à fructibus ad quindennia, cùm fructus ſunt incerti, poſſunt enim, & non poſſunt naſci, eorùmque ſumma ſemper eſt incerta, tamquàm dependens ab ubertate, vel ſterilitate temporum, quindennia autem ſemper ſunt certa, eorùmque fructus ſemper eſt certus, & regulatur ad rationem fructuum Beneficii uniti, ſeu Penſionis reſervatæ, proindéque Camera habet pro ſe intentionem fundatam.

ARGUMENTUM.

Camera Apoſtolica manutenda eſt in quaſi poſſeſſione exigendi quindennia, docto de eorum ſolutionibus.

SUMMARIUM.

1 Præſens Cap. *affine eſt cum Cap. VII. in* præſenti Tract. *deductis, cùmque* Cap. LX. in altero Tract. de Quindenniis.
2 *Liber publicus probat contrà debitorem.*
3 *Libris Datariæ Apoſtolicæ deferendum eſt.*
4 *Fatuus eſſet, qui integrum creditum petere valens, reſiduale tantùm peteret.*
5 *Confeſſio creditoris de receptis quindenniis, conſtituit in quaſi poſſeſſione illa exigendi.*
6 *Quindenniorum ſolutiones deductæ ex libris, ubi adnotari ſolent, probant.*
7 *Poſſeſſio exigendi quindennia meliùs probatur, ſi Papa teſtetur in ſuis literis, de præcedentibus quindenniorum ſolutionibus.*
8 *Papa in omnibus negociis eſt teſtis omni exceptione major.*
9 *Poſſeſſio exigendi quindennia probatur, etiamſi illa ſoluta fuerint cum mandato præſumpto.*
10 *Niſi in actu ſolutionis fiat proteſtatio, ſolutio præſumitur ſpontanea.*
11 *Cenſuræ præcedere ſolent in quindenniorum ſolutione.*
12 *In literis reſervationis Penſionis imponitur pœna excommunicationis.*
13 *Juſtitia præſumitur in Principe Eccleſiaſtico.*
14 *Quindennia ſucceſſerunt in locum Decimæ.*
15 *Pro Decimarum ſolutione datur excommunicatio.*
16 *Penſionarius ex unico actu manutenendus eſt.*
17 *Etiamſi aliqua quindennia exacta non fuerint, adhùc manutentio competit.*

CAPITULUM CLXXIX.

Præſens *Cap.* affine eſt cū *Cap. VII. in præſenti Tractatu* deductis, nec non cum *Cap. LX. in alio noſtro Tractatu de Quindenniis*, ubi de 1
Domino directo manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi quindennia ex Emphyteuſi per manum mortuam poſſeſſa, non obſtantibus exceptionibus per eandem allatis. Pro meliori igitur dicendorum intelligentia prænotandum eſt, quibus modis juridicis probetur, per prius ſoluta fuiſſe quindennia, ad effectum conſtituendi eorum creditorem in poſſeſſione illa exigendi; & inter principaliores modos enumerari poteſt ille probandi, quòd ex libris Cancellariæ, aut Cameræ Apoſtolicæ appareat per partitas factarum ſolutionum hujuſmodi ibi deſcriptas, fuiſſe ſoluta quindennia de tali anno; etenim liber creditoris probat debitum contrà debitorem, & creditum favore creditoris, quando eſt liber publicus, & legalis, in quo 2
adnotari ſolent ſolutiones quindenniorum per perſonam ad hunc effectum deputatam, ac electam, *Gait. de credit. cap.* 3. *tit* 3. *num.* 21. *cum ſeqq. Lotther. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 48. *nu.* 49. *cum ſeqq. Genua de ſcriptura privata lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 4. *cum ſeqq. Ciarlin. controverſ. forenſ. tom.* 3. *cap.* 223. *num.* 15. *cum ſeqq. Gratian. diſcept.* 727. *num.* 3. *cum ſeqq. Poſth. reſolut* 76. *nu.* 9. *Giurb. obſerv.* 42. *num.* 27. *Antonin aliàs Maceraten. var. reſol. lib.* 3. *reſol.* 21. *num.* 6. *Neguzant. quæſt.* 423. *num.* 30. *cum ſeqq. Rota coram Merlin. dec.* 850. *num.* 1. *&* 2. *tom.* 2. *Alexand. VIII. dec.* 170. *num.* 26. *Coccin. deciſ.* 1536 *num.* 2 *& deciſ.* 1920. *num.* 1. *&* 2. *Dunozet. Jun. dec.* 812. *num.* 17. *tom.* 2. *Bich. deciſ.* 416 *num.* 13. *tom.* 2. *Card. Cavaler. dec.* 361. *num* 1. *dec.* 370. *num.* 3. *& dec.* 395. *num.* 10. *ac in recentior. dec.* 134 *n.* 4. *part.* 11. *dec.* 167. *num.* 5. *par.* 12. *dec.* 82. *num.* 3. *part.* 16. *dec.* 48. *num.* 5 *par.* 18. *tom.* 1. hinc fit, 3
quòd libris Datariæ Apoſtolicæ deferendum eſt, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 20. *cum ſeqq. Genua de ſcript. privat. lib* 5. *tit. de libro Datariæ nu.* 2. *&* 3. *Garz. de Benefic. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 270. *cum ſeqq.* ubi refert duas deciſiones Rotales per extenſum, coram *Card. Seraphin. Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 255. *cum ſeqq. Lotther. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 36. *num.* 94. *Gratian. diſcept.* 727. *num.* 4. *Card. de Luca de Judic. diſcurſ.* 30. *num.* 6. *& de Benefic. diſcur.* 93. *num.* 2. *Rota coram Zarat. dec.* 34. *num.* 22. hinc libris Cameræ Apoſtolicæ pari-

riter fides adhibenda, *Genua de ſcript. privat.*
lib. 5. tit. de lib. Camer. Apoſtolic. num. 1. cum
ſeqq. prout etiam quando creditor petit quin-
dennia tantùm reſidua, cùm tunc fateatur,
præterita quindennia ſibi fuiſſe ſoluta: aliàs
4 omnia quindennia decurſa, & non ſoluta pete-
ret, nè de fatuitate notaretur, quòd qui inte-
grum creditum petere poſſit, partem tantùm
reſidualem peteret, eàque contentus eſſet, *Par-*
lador. rer. quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 1.
num. 20. Maſcard. de probat. conc. 111. num. 20.
& conc. 980. num. 20. Barboſa axiom. 210. nu. 5.
5 ità, ut confeſſio creditoris de receptis quinden-
niis illum conſtituat in poſſeſſione ea exigendi,
& onus imponat debitori contrarium proban-
di, *Barboſa in prax. exig. Penſion. part. 1. quæ-*
ſtion. 2. num. 23. quòd nempè manus mortua vi-
ce verſa ſit in poſſeſſione non ſolvendi quinden-
6 nia: ſolutiones autem hujuſmodi ſatis eſt,
quòd deducantur ex fidibus extractis à ſuis
libris originalibus per Officialem publicum, ſeu
generalem Receptorem, & Subcollectorem An-
natarum, ac Quindenniorum in re ſpectante
ad officium ſuum, *Maſcard. de probat. conc. 1133.*
nu. 1. ac per tot. Pacian. cod. tract. lib. 1. cap. 48.
nu. 40. cum ſeqq. ubi Adden. litera I. Amayden.
de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 15. §. 15. nu. 74. Cyriac.
controverſ. 180. num. 8. controv. 272. num. 42.
controv. 418. num. 16. controv. 449. num. 13. con-
trov. 526. num. 5. & controv. 700. num. 27. Ne-
guzant. quæſt. 417. num. 47. Card. de Luca de Be-
nefic. diſcur. 9. nu. 8. & 9. & de Regalib. diſcur.
14. num. 5. Rota coram Card. Celſ. deciſ. 161. n. 7.
& deciſ. 198. num. 7. Ubald. dec. 101. num. 2. &
dec. 123. num. 4. Benincaſa dec. 165. n. 12. Royas
dec. 316. num. 3. & dec. 431. num. 2. ac in recen-
tior. deciſ. 223. num. 6. part. 10. dec. 132. num. 1.
par. 11. dec. 41. num. 17. dec. 48. num. 10. dec. 79.
num. 28. deciſ. 80. num. 1. deciſ. 110. num. 30. &
dec. 153. num. 6. par. 12. dec. 520. nu. 84. par. 14.
dec. 320. num. 3. part. 15. dec. 82. num. 3. dec. 221.
num. 27. deciſ. 234. num. 10. dec. 267. num. 12. &
dec. 383. num. 7. part. 16. dec. 130. nu. 12. & dec.
287. num. 6. cum ſeqq. part. 17. dec. 200. num. 5.
& 8. part. 18. tom. 1. deciſ. 427. num. 7. & 12. &
dec. 745. num. 9. & 10. ead. par. 18. tom. 2. deciſ.
21. num. 11. cum ſeqq. dec. 98. num. 26. dec. 275.
num. 12. & deciſ. 369. num. 55. part. 19. dec. 467.
num. 16. & dec. 580. num. 16. ead. par. 19. tom. 2.
7 meliùſque probata remanet poſſeſſio exigendi
quindennia, ſi Papa in ſuis literis, prætertim
in forma Brevis, teſtetur de præcedentibus quin-
denniorum ſolutionibus, in nihilum obſtante,
quòd Papæ uti intereſſe habenti in materia
quindenniorum, deferendum non ſit; quippè
8 immò Papa in omnibus negociis eſt teſtis omni
exceptione major.
9 Probatur inſuper poſſeſſio exigendi quinden-
nia, etiamſi illa ſoluta fuerint per Procurato-
rem cum mandato præſumpto, præſertim in
ſumma conſiderabili, *Barboſa in prax. exig. Pen-*
ſion. part. 1. quæſtion. 2. num. 23. Cancer. var. re-
ſolution. par. 3. cap. 6. tit. de ſolution. ſub n. 44.

Nec poſſeſſio ejuſmodi exigendi quindennia
deſinit eſſe legitima, quantumvis ſolutiones
quindenniorum factæ fuerint prævia Cenſura-
rum comminatione, ſicque magis per vim, &
10 metum, quàm ſponte, niſi in actu ſolutionis
conſtet de proteſtatione per manum mortuam
ſolventem facta ſuper Jurium præſervatione,
Lotther. de re beneficiar. lib. 1. quæſt. 38. nu. 208.
Barboſa in prax. exig. Penſion. part. 1. quæſt. 2.
num. 42. Poſth. de manutent. obſerv. 35. num. 43.
cum ſeqq. Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap. 50. nu.
76. Rubeus reſol. practic. cap. 5. num. 26. Argel.
de legit. contradict. quæſt. 3. artic. 1. num. 53. Stai-
ban. Jun. reſol. 19. num. 31. cum ſeqq. Coſta de
fact. ſcient. & ignorant. centur. 1. diſtinct. 10. n. 1.
Maur. de ſolution. cap. 21. per tot. Gratian. di-
ſcept. 310. num. 38. cum ſeqq. Rota poſt Duard. de
Cenſib. deciſ. 231. num. 8. & 9. deciſ. 250. num. 2.
dec. 390. num. 4. & 5. & dec. 394. num. 11. Bich.
dec. 316. num. 15. & 16. dec. 514. num. 10. cum
ſeqq. tom. 2. Coccin. deciſ. 2127. num. 7. deciſ.
2152. num. 4. cum ſeqq. Ninot deciſ. 88. num. 8.
Card. Seraphin. deciſ. 1047. num. 11. tom. 2.
Gregor. XV. deciſ. 365. num. 2. ubi Adden.
num. 4. Priol. dec. 443. num. 4. & 5. Innocent. X.
dec. 408. num. 5. Alexand. VIII. dec. 226. nu. 20.
cum ſeqq. ac in recentior. dec. 65. num. 7. par. 13.
quia cenſuræ non alterant poſſeſſionem, nec il-
lam in caſu violentam reddunt, cùm ex ipſa le-
ge quindenniorum præcedere ſoleant juxta 11
Pontificias Conſtitutiones ſuper quindenniis
editas, ut eorum debitores ſpirituali pœna per-
territi, faciliùs quindennia ſolvere parati ſint,
nec ſubterfugiis, illorum creditores eludere
præſumant, prout habetur in *Conſtitutione 20.*
Julii III. §. 1. in med. Bullar. nov. Rom. tom. 1.
Conſtitutione 17. Pauli IV. § 8. in fin. eod. tom. 1.
Conſtitutione 38. S. Pii V. §. 4. in fin. tom. 2. Con-
ſtitutione 33. Sixti V. §. 2. in fin. & §. 4. in med.
eod. tom. 2. Conſtitutione 18. Urbani VIII. in prin-
cipio, verſic. ad id per ſententias, tom. 5. & Con-
ſtitutione 50. Clementis X. §. 5. poſt med. verſic.
& quotiès opus fuiſſet, § 6. circà fin. §. 7. in prin-
cipio, §. 9. in med. & in fin. & § 11. circà fin. &
in fin. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution.
Apoſtolic. in ordine la III. IV. VII. VIII. *&* XI.

Undè videmus, paſſim pro exactione Pen-
ſionis Eccleſiaſticæ privato, nempè Penſiona-
rio debitæ, expediri, ac relaxari literas exequu-
toriales, præviis cenſuris fulminatis ex natura
ipſius rei, nimirùm Penſionis, pro qua exigen- 12
da literæ reſervationis imponunt pœnam ex-
communicationis, *Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.*
49. num. 34. Barboſa in praxi exigendi Penſion.
par. 1. quæſt. 8. num. 32. cum ſeqq. quæ tamen
exactio ſicuti dici nequit indè violenta, ità
longè minus violenta dici poterit exactio quin-
denniorum, quæ eſt ſpecies Penſionis debitæ
ipſi Papæ, ſeu Cameræ Apoſtolicæ illam repræ-
ſentanti, in quo, ſi inquit non cadit violentia,
nè quidem præſumptio, aut umbra violentiæ,
ſed potiùs ſumma juſtitia, quæ in Principe,
prætertim Eccleſiaſtico præeminens eſt, cum 13
ſit Vicarius illius, qui ipſa juſtitia, & veritas
eſt, *Card. de Luca in Relat. Cur. diſcur. 36. n. 12.*

Prætérquam quòd ex ſpeciali motivo quin-
dennia, præviis cenſuris, veniunt exigenda,
dum enim illa ſucceſſerunt ex ſuprà traditis in 14
Cap. I. ac alibi paſſim, in locum Decimæ Ec-
cleſiaſticæ Summo Pontifici debitæ, ſeu Anna- 15
tæ, *Sacrum Concilium Tridentinum* præcepit, ut
Decimæ ab earum debitoribus per viam Cenſu-
rarum exigantur in caſu renitentiæ ad ſolven-
dum, ut habetur in *cap. 12. ſeſſ. 25. de Reforma-*
tion.

Quibus præhabitis, pro comperto habemus, Cameram Apoſtolicam, ejùſque Officiales Annatiſtas nuncupatos manutenendos eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi quindennia, ſi docuerint de jam ſibi factis eorundem quindenniorum ſolutionibus; immò, quantumvis præceſſerit unicus tantùm terminus, ſeu pagha quindennii, & ſic unicum tantùm ſolutum fuerit quinden-
16 nium, adinſtar manutentionis debitæ Penſionario in quaſi poſſeſſione exigendi Penſionem à Titulari, acquiſita ex unico tantùm actu, ſeu termino Penſionis, *Barboſa in prax. exigend. Penſion part. 1. quæſtion. 2. nu. 39. cum ſeqq. Tondut. de Penſion. cap. 37. num. 13. Rota penès Mantiſſ. ad Card. de Luca dec. 79. num. 1. vol. 4.* adeò, ut, quantumvis Camera Apoſtolica quindennia
17 aliqua decurſa non exegerit, adhùc remedium manutentionis in poſſeſſione illa exigendi non amittit, *Tondut. de Penſion. cap. 50. n. 8.*

ARGUMENTUM.

Camera Apoſtolica habente pro ſe præſcriptionem, ſeu quaſi poſſeſsionem centenariam exigendi quindennia ex Beneficiis manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus ad favorem manus mortuæ reſervatis, non admittitur ampliùs manus mortua ad prætenſionem ſuper exemptione à quindenniis.

SUMMARIUM.

1 *Centenaria ſublata apparet per Bullas quindenniorum.*
2 *Camera Apoſtolica habens pro ſe centenariam exigendi quindennia, repellit manum mortuam à contraria prætenſione ſuper prætenſa exemptione à quindenniis.*
3 *Centenaria æquipollet immemorabili, & laudatur* Emus D. Card. Petra.
4 *Immemorabilis dicitur melior titulus de mundo.*
5 *Etiamſi ad complementum centenariæ deficiant tres, vel plures anni, lapſus hujuſmodi benè æquipollet centenariæ.*
6 *Mentio honorifica* Card. Alexandri Capraræ.
7 *Centenaria non completa, non ſuffragatur.*
8 *Id procedit, ſtante notabili temporis defectu.*
9 *Defectus XII. & XXVIII. annorum nullo modo dici valet modicus, ſed potiùs valdè conſiderabilis.*
10 *Solum etiam decennium dicitur longum tempus.*
11 *Tricenaria, vel quadragenaria, ad hoc, ut ſuffragetur, debet eſſe completa, aliàs non juvat, etiamſi dumtaxat menſes deficiant.*
12 *Cùm quadragenaria ſit longè minor centenaria, æquitas non patitur, ut aliquid de illa detrahatur.*
13 *Probatis principio, & extremo poſſeſſionis, præſumitur quoque mediorum temporum continuatio.*
14 *Præcipuè, ſi doceatur de mandato de manutenendo aliàs obtento.*
15 *Contrà centenariam juxta veriorem, ac communiorem non datur reſtitutio in integrum.*
16 *Adverſùs tricenariam, ſeu quadragenariam datur reſtitutio in integrum.*
17 *Ob valdè prolixum tempus præſumitur calumnioſa petitio.*
18 *Rejicitur Rota antiqua contrarium tenens,* dec. 39. n. 3. lib. 2. part. 3. diverſor.
19 *Minor reſtituitur adversùs alium minorem non æquè privilegiatum; ſicque una Eccleſia adversùs aliam Eccleſiam pariter non æquè privilegiatam.*
20 *Centenaria non intrat, quando agitur inter æquè privilegiatos, æquiparatos minori, qualis eſt manus mortua, & Camera Apoſtolica.*
21 *Nemo locupletari debet cum aliena jactura.*
22 *Quando tàm una, quàm alia Eccleſia tractat de damno vitando, tunc una contrà aliam non reſtituitur.*
23 *Cameræ Apoſtolicæ præjudicari nequit ex illius jure ob centenariam per prius quæſito, poſteà per aliquos actus contrarios ſubſequutos.*

CAPITULUM CLXXX.

Centenaria præſcriptione, ſeu quaſi poſſeſſione non ſolvendi quindennia, quantumvis munita manus mortua, adhùc illa non juva- 1
tur, reſiſtentibus Bullis quindenniorum, per quas ſublata apparet, veluti legere eſt in *Bulla 33. Sixti V. §. 5. in principio, Bullar. nov. Rom. tom. 2. & Bulla 18. Urbani VIII. §. 4. in principio, tom. 5. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la VII. & VIII.* è contrà verò centenaria exigendi quindennia adeò favet Cameræ Apoſtolicæ, & nocet manui mortuæ, ut contrà illam nullus ampliùs detur recurſus:
undè firmatur in præſenti, quòd Camera Apo- 2
ſtolica habente pro ſe præſcriptionem, ſeu quaſi poſſeſſionem centenariam exigendi quindennia ex Beneficiis manui mortuæ unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus ad favorem manus mortuæ reſervatis, non admittitur ampliùs manus mortua ad prætenſionem ſuper exemptione à quindenniis, ut in puncto notat *Clericat. diſcord. forenſ. de Benefic. & Penſion. part. 1. diſcord 94. n.* 13. ibi: *immò ipſa Camera Apoſtolica habet pro ſe præſcriptionem centenariam exigendi ab ipſomet Capitulo, prædicta Quindennia, contrà quam non datur audientia &c.* centenaria enim æqui- 3
pollet immemorabili, *Adden. ad Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 6. n. 43. in principio, verſic. prima itaque eſt, & in fin. verſic. caterùm, Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 15. §. 15. num. 13. in principio, Rocc. diſput. Jur. ſelect. tom. 1. cap. 7. n. 11. cap. 59 n. 5. & cap. 70. num. 13. & 14. Card. de Luca de Judic. diſcur. 21. num. 43. de alienat. diſcurſ. 3. num. 12. & de Jurepatronat. diſcur. 57. num. 26. Palm. Nep. alleg. 203. num. 70. cum ſeqq. tom. 3. & alleg. 397. num. 43. tom. 4. Emus D. Card. Vincentius Petra in ſuis aureis, & elaboratiſſimis Commentar. ad Conſtitution. Apoſtolic. tom. 3. in Conſtitut. 7. Innocentii IV. ſect. 1. num. 28. Rota ad Card. de Luca ſuper mater. de Juriſdict. dec. 27. num. 22. lib. 3. & ſuper mater. de donation. deciſ. 28. num. 6. lib. 7. vol. 1. & apud Mantiſſ. deciſ. 2. num. 5. lib. 6. vol. 3. & in recentior. dec. 329. num. 11. par. 18. tom. 1. dec. 574. num. 10. dec. 671. num. 14. dec. 749. num. 3. dec. 770. num. 8. & dec. 782. num. 4. ead. par. 18. tom. 2.* undè eſt, quòd dicitur melior titulus de 4
mundo, *Card. de Luca de præeminent. diſcur. 51. num. 5. de alienat. diſcurſ. 2. nu. 8. & 9. diſcur. 3. num. 15. & diſcurſ. 15. num. 11. de Regalib. diſcurſ. 171. num. 9. de Regular. diſcur. 2. num. 14. & diſcur. 51. num. 12. de Jurepatronat. diſcur. 9. num. 9.*

*num.9. diſcur.65. ſub num.4. & diſcur 96. n.21.
& diſcurſ 97. num 9. de fideicommiſſ. diſcur.264.
num.4 cum ſeqq. de Emphyteuſ. diſcur.65. nu.5.
& de Judic. diſcurſ. 21. num.44. Palm. Jun. al-
leg.203. num.69. & 89 tom.3. alleg.327. n.46.
& alleg.397. num.40. & 41. tom.4. Rocc. ſelect.
Jur. diſput. tom. 1. cap.7. num.28. cap.59. n.5.
& cap.70. num.12. Valdaur. obſerv. illuſtr. dec.
14. num. 1. & 4. Rota ad Card. de Luca ſuper ma-
ter. donation. dec.28. num.6. lib.7. vol.1. Priol.
dec. 285. num 18. & dec.318. num.28. Dunozet.
Jun. deciſ.809.n.4.tom.2. Zarat. deciſ.10. n.15.
Anſald. dec.3. num.18. cum ſeqq. & dec.47. n.8.
deciſ. 1. num. 25. poſt Paulut. diſſertat. legal.28.
tom.1. & in recentior. dec.70.num.1. & dec.155.
num.8. par.16 dec.290. num.20. par.18. tom.1.
dec. 494. num.44. dec.574. n.11 par.19. tom.2.*

Quibus poſitis, & ſuppoſitis, ſequentes IV.
occurrunt Difficultates.

I. Difficultas, quid dicendum, ſi centenaria
non ſit completa, aſſero, quòd, licet deficiant
duo, vel etiam tres, immò plures anni pro
complemento centenariæ, adhùc Cameram
Apoſtolicam de æquitate juvari centenaria,
5 cùm lapſus hujuſmodi benè æquipolleat cente-
nariæ, in cujus computatione non venit atten-
dendus modicus defectus, nec tàm rigorosè
ſumenda centenaria cum perfecta arithmetica,
*Card. Pariſ. conſil. 32. num. 6. vol.3. Amayden.
de ſtyl. Datar. lib.1. cap.15. §.15. num 135. ver-
ſic. etſi aliquid modicum, Barboſa ad Sacr. Concil.
Tridentin. ſeſſ.25. de Reformat. cap.9. num.10.&
de diction. dict.154. num.4. Galleſ. de reſtitution.
in integ. in Commentar. ad Conſtitution. Urbani
VIII. ſuper præjudicial. Eccleſ. num.223. & 306.
Lotther. de re benef. lib.2. quæſt.7. num.62. ver-
ſic. verùm exiſtimo, Balducc. ad Ramon. in ob-
ſerv. ad conſil. 24. num. 53. Pacion. de locat. &
conduct. cap.14. §.11. num.7. & alleg. civil. &
Canonic. 133. nu.10. cum ſeqq. Rocca ſelect. Jur.
diſput. cap.42. num.37. tom.1. bon. mem. R.P.D.
Piton. diſcept. Eccl. part.1. diſcept.9. num.26. &
diſcept. 23. num. 4. Palm. Nep. alleg.7. num.56.
tom.1. Rota coram Dunozet. Jun. deciſ 809. n.6.
tom 2. Buratt. deciſ.141. num.7. tom.1. dec.875.
num. 4. tom. 2. Merlin. dec. 164. num.11. tom.1.
Coccin. deciſ.2027. nu.2. & 6. Peutinger. dec.72.
num.3. Card. Put. deciſ.204. num 1. & 5. & dec.
349. nu.3. & 4. lib.2. in correct. dec.193. nu.13.
verſic. non obſtat deciſio Neapolitana, part.2. di-
verſor. ac in recentior. dec.509.n. 1. par.5.tom.2.
dec.17. num.16. par.18. tom.1. & me ſcribente in
Senogallien. Emphyteuſis 22. Jun.1695. §. Siqui-
6 dem, coram immortalis ævi Card. Alexandro Ca-
prara, olim doctiſſimo Advocato Conſiſtoriali, in-
ter ejus nuper impreſſaſ. in ordine la 264.*

7 In nihilum relevante, quòd centenaria non
completa non ſuffragetur, juxta firmata per *Vi-
vian. in prax. Juriſpatronat. par 2. lib.11. cap.
5. num. 82. Pariſ. de confident. benefic. quæſt.28.
nu 225. Rota dec 321. num.17. part.9. recentior.
tom.2. dec.782. num.7. par.18. tom.2. dec.6. n.5.
8 part 19. deciſ.450. num.14. ead. part. 19. tom.2.*
quia id procedit ſtante notabili temporis defe-
ctu, in caſu *citatæ dec. 6. num 6. part. 19.* inque
caſu pariter *citatæ dec. 782. num.7. par.18.* ubi
ad complementum centenariæ deficiebant anni
XXVIII. elapſi enim erant LXXII. tantum an-
ni; ità, ut non benè arguatur à lapſu multo-
rum annorum, ad lapſum paucorum, cùm de-
ficientia duorum, aut trium annorum, reſpe-
ctu centum ſit quidem modica, ſed deficientia
XXVIII. annorum, & XII. ut in caſu mox *ci-
tatæ dec. 782.* nullo modo dici valet modica, 9
ſed potiùs valdè conſiderabilis, ad *textum aper-
tum in l. ſi fundum 16. verſic. planè ff. de fund.
dotal.* ex eo quòd ſolum etiam decennium di- 10
citur longum tempus, ex *Rubrica Codicis de
præſcription. long. tempor. decem, vel viginti
annorum, Antonell. de temp. legal. lib.1. cap.10.
num.1.*

Minùſque turbat, quòd, ſicuti tricenaria, 11
vel quadragenaria, ut ſuffragetur ad præſcri-
bendum, debet eſſe in ſuo rigore completa;
aliàs non juvat, etiamſi duo dumtaxat menſes
deficiant, per *textum capitalem in cap. fin. de
conſuetud. l. in omnibus 5. ff. de obligat. & action.
Phænut. de moment tempor. cap.20. nu.10. Rota
in recentior. deciſ. 304. num.2. par.1.* ità videre-
tur, dicendum eſſe de centenaria, quòd non
niſi completa, ſuffragari poſſet, quia inter
unam, & aliam præſcriptionem ſumma inter-
cedit differentia, attenta intervalli, ſeu inter-
capedinis diverſitate; in centenaria enim, ob
tanti temporis lapſum, æquitas ſuadet, ut mo-
dicus defectus remittitur, in quadragenaria ve- 12
rò, quæ eſt longè minor centenaria etiam in
medietate, æquitas non patitur, ut aliquid de
illa detrahatur, veluti reſpondet *Rota deciſ. 17.
n.16. par.18. recentior. tom.1.*

II. Succedit Difficultas, quid dicendum, ſi
non probetur centenaria cum poſſeſſione medii
temporis, ſed tantùm appareat de poſſeſſione
primi, & ultimi, ſeu extremi temporis, ſicque
de poſſeſſione præteriti, ac præſentis temporis,
quòd nempè Camera Apoſtolica ſit quidem in
poſſeſſione exigendi reliqua quindennia inter-
medio tempore decurſa, quia non legantur de-
ſcripta in libro ad id deſtinato, ubi regiſtrari
ſolent ipſæ quindenniorum ſolutiones, & mo-
neo, adhùc in hoc caſu ſuffragari centenariam;
etenim probatis principio, & extremo poſſeſ- 13
ſionis, præſumitur probata quoque mediorum
temporum continuatio, veluti in puncto cente-
nariæ, *Genuenſ. practicabil. Eccleſ. tricenar. 12.
quæſt. 359. num.1. Alciat. de præſumption. regul.
2. præſumption. 22. num. 1. Menoch. eod. tract.
lib.6. præſumpt.66. n.1. Amayden. de ſtyl. Datar.
lib. 1. cap. 15. §. 15. num. 135. poſt med. verſic.
quia probatis extremis, Gratian. diſcept. 392. n.
18. Rota deciſ. 39. num. 3. in med. verſic. ex quo
conſtat, par. 3. lib. 2. diverſor.* præcipuè ſi Ca- 14
mera Apoſtolica doceat, aliàs ſe obtinuiſſe
mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſio-
ne exigendi quindennia, *Poſth. de manutention.
obſervat 29. n 12.*

III. Subſequitur Difficultas, quid dicendum,
ſi manus mortua prætendat reſtitutionem in in-
tegrum ad inſtar minoris, adversùs centena-
riam, an reſtitui valeat, & dico, reſtitui non
debere, cùm contrà centenariam juxta verio- 15
rem, ac communiorem non detur reſtitutio in
integrum, *Caſtill. de Tertiis cap.25. n.1. Theſaur.
quæſtion. forenſ. lib.4. quæſtion.49. num.10. Tro-
bat. de effect. immemorial. quæſtion.13. num 164.
Rota in recentior. dec.709. nu.24. par.18. tom.2.*

Nec obſtat, quòd, ſicuti adversùs tricena- 16
riam, ſeu quadragenariam, vel longiſſimi tem-
po-

poris præſcriptionem, datur reſtitutio in integrum minori, *Menoch. conſil. 726. num. 52.* ubi congerit triginta tres Doctores, *Sfort. Odd. de reſtitution. in integ. quæſt. 90. num. 32. Barboſa in l. ſicut 3. num. 321. C. de præſcription. trigint. vel quadragint. ann. Card. de Luca de Jurepatronat. diſcurſ. 56. num. 26. Rota deciſ. 39. per tot. lib. 2. par. 3. diverſor.* ità adversùs centenariam debet concedi reſtitutio in integrum manui mortuæ ad inſtar minoris: quia in tricenaria, aut quadragenaria, uti longè brevioris intervalli conſiderari nequit tanta negligentia, quanta in centenaria longè longioris temporis; ſicque ob diverſam temporis circumſtantiam videtur una mereri reſtitutionem in integrum, & alia illam
17 non mereri; quaſi quòd ob tàm prolixum tempus præſumatur calumnioſa petitio, *Barboſa in mox prælaudata l. ſicut 3. n. 329. C. de præſcript. trigint. vel quadragint. ann. Jaſon conſil. 209. n. 2. lib. 2. Bellon. conſil. 64. in fin. Caſtill. controverſ. Jur. lib. 6. cap. 25. num. 1. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 4. quæſt. 49. num. 10. Rota recentior.*
18 *dec. 709. nu. 23. & 24. par. 18. tom. 2.* quidquid videatur priùs tenuiſſe *Rota antiqua*, ex ſententia *Baldi, dec. 39. n. 3. lib. 2. par. 3. diverſor.*

Nec facit, quòd quando, ut in caſu, privilegia ſunt diverſa, ac imparia, unum videlicet altero potentius, ut, quia Camera tractat de lucro captando in quindenniis exigendis, manus verò mortua vice verſa tractat de damno vitando, quod ſanè ſentit in ſolvendis quindenniis habentibus tractum perpetuum, ac ſuc-
19 ceſſivum, tunc ſicuti unus minor reſtituitur adversùs alium minorem non æquè privilegiatum, ità una Eccleſia adversùs aliam pariter non æquè privilegiatam, veluti diſtinguit *Sfort. Odd. de reſtitution. in integr. part. 1. quæſtion. 18. artic. 4. n. 33.*

Præterquamquòd, etiamſi ſuſtineri poſſet, contrà centenariam dari reſtitutionem in inte-
20 grum, adhùc in caſu illa non intraret, cùm ageretur inter æquè privilegiatos, æquiparatos minori, qualis eſt tam manus mortua prætendens reſtitutionem in integrum, quàm Camera Apoſtolica, *Veſill. ad Aſſlict. dec. Neapolit. 175. num. 3.* & quidem iſta, nempè Camera, tamquam poſſidens, ſeu conſtituta in quaſi poſſeſſione centenaria exigendi quindennia, fovens melius jus, & tamquàm habens pro ſe aſſiſtentiam juris vigore Conſtitutionum Apoſtolicarum eidem quindennia de Beneficiis unitis, deque perpetuis Penſionibus reſervatis tribuentium: quia neſcio videre, quomodò dici poſſit de Eccleſia Romana, ſeu de Camera Apoſtolica, quòd exigendo quindennia, tractet de lucro captando, quando eidem talis exactio jure competit vigore Bullarum Apoſtolicarum; ità, ut potius videretur, dicendum, etiam ipſam in hoc tractare de damno vitando, quod alias ſentiret, ſi quindennia non perciperet, contrà mentem Bullarum quindenniorum quindennia introducentium ad reparandum damnum Cameræ Apoſtolicæ ob indè ceſſatam impoſterùm vacationem Beneficiorum unitorum; & è contrà potiùs videretur, dicendum, manum mortuam, non ſolvendo quindennia, tractare de lucro captando, cum aliena jactura ſe ditando, mediante fructuum perceptione ex ſibi facta Unione Beneficii, vel ad ſui favorem reſervatione perpetuæ Penſionis, contrà regu- 21
lam *textus in cap. locupletari 47. de regul. Jur. in 6. l. Jure naturæ 206. ff. eod. l. nam hoc natura 14. ff. de condiction. indebit. Barboſa axiom. 139. num. 1.* ſicque ad ſummum in caſu noſtro tàm una Eccleſia, quàm alia tractaret de damno vitando, in qua hypotheſi una contrà aliam 22
non reſtituitur in integrum, *Sfort. Odd. loc. mox citat. artic. 5. num. 35. in principio, verſic. ſi verò uterque.*

IV. Demùm ſupereſt Difficultas, quid dicendum, ſi poſt completam centenariam aliquando non fuerint ſoluta quindennia, an adhùc illa juvetur Camera Apoſtolica, & aſſero, adhùc illa juvari, cùm præjudicari nequeat ju- 23
ri ex ea per prius quæſito, per aliquos actus contrarios ſubſequutos, *bon. mem. R. P. D. Piton. Auditor S. M. Benedicti XIII. diſceptation. Eccleſ. part. 1. diſceptation. 9. n. 29.*

ARGUMENTUM.

Pro condemnanda manu mortua vigore mandatorum judicialium ad ſolvendum quindennia ex Beneficiis ſibi unitis, ſivè ex perpetuis Penſionibus ad ſui favorem reſervatis, ſufficit citare legitimum illius Procuratorem, Dominum litis effectum, & quando lis eſt cum Procuratore conteſtata, non autem neceſſe eſt citare ipſam manum mortuam Principalem.

SUMMARIUM.

1 *Pro condemnanda manu mortua ad ſolvendum quindennia, ſufficit citare legitimum illius Procuratorem, & affertur* Ordinat. Reg. Portugall. lib. 3. tit. 2.
2 *Capitulum citari poteſt in perſona Syndici.*
3 *Laudatur* bon. mem. R. P. D. Dominicus de Zaulis.
4 *Agi poteſt vel contrà Principalem, vel contrà Procuratorem.*
5 *Citato Procuratore, poteſt Principalis condemnari.*
6 *Satis eſt citare Procuratorem, quando iſte litis Dominus effectus eſt.*
7 *Conteſtata lite cum Procuratore, ſemper citandus eſt Procurator.*
8 *Tutius eſt citare Principalem, & Procuratorem.*
9 *Procurator, poſt litis conteſtationem abſque legitima cauſa revocari nequit.*
10 *Talis enim efficitur eo caſu Dominus litis.*
11 *Partis appellatione venit tàm Principalis, quàm* Procurator.
12 *Factum* Procuratoris, *cenſetur factum* Partis.
13 *In his, quæ ſunt gravis præjudicii, citandus eſt* Principalis.
14 *Quod declaratur.*
15 Procurator *Generalis non eſt* Procurator *Monaſteriorum.*
16 *Laudatur* bon. mem. R. P. D. Fatinellus.
17 Procurator *Generalis Societatis Jeſu reſpondere poteſt abſque comparitione Procuratoris particularis.*
18 Procurator *Generalis Ordinis* P*rædicatorum comparere poteſt pro ſingulis Monaſteriis.*

19 *Idem*

19 *Idem dicendum eſt de Procuratore Generali Carmelitarum .*
20 *Idem dicendum de Procuratore Generali alicujus Religionis habentis communicationem privilegiorum Societatis Jeſu , aut Prædicatorum .*
21 *Procurator Generalis Religionum Mendicantium comparere poteſt pro Monaſterio particulari .*
22 *Procurator Generalis Ordinis Mendicantis , aut alterius habentis communicationem privilegiorum, dumtaxat citandus eſt , intelligendo tamen de Procuratore Generali Ordinis Prædicatorum .*
23 *Procurator Generalis in Curia , alicujus Religionis citandus eſt , nec ſufficit citatio ſolius Procuratoris particularis , ſi idem Procurator Generalis proteſtatus fuerit , nihil fieri , niſi ipſo citato .*

CAPITULUM CLXXXI.

AD ſubterfugiendum ſolutionem quindenniorum , ac retardandam debitam exequutionem mandatorum judicialium , manus
mortua venit excipiendo de illegitimitate , ſeu
nullitate judicii , & quidem una ex tribus , ex
defectu nempè citationis in perſona ipſius manus mortuæ , arbitrata , illam non afficere
mandata judicialia contrà eandem relaxata ad
ſolvendum quindennia , ſub pallio , quòd nunquam in judicio fuerit citata , ſed ſolummodò
pulſatus fuerit pro quindenniis legitimus illius
Procurator ; cùm autem malum jus foveat ma-
1 nus mortua , reſolvitur in præſenti , quòd pro
condemnanda manu mortua vigore mandatorum judicialium ad ſolvendum quindennia ex
Beneficiis ſibi unitis , ſivè ex perpetuis Penſionibus ad ſui favorem reſervatis , ſufficit citare
legitimum illius Procuratorem , Dominum litis effectum , & quando lis eſt cum Procuratore conteſtata , non autem neceſſe eſt citare ipſam manum mortuam Principalem , ad *textum
in cap. cauſam de dolo , & contumac. Valaſc. conſultation. deciſ.* 144. *num.* 10. *ad fin. tom.*2. idèmque cavetur in noſtra *Ordination. Reg. Portugall. lib.* 3. *tit.*2. eo ſanè modo , quo ſi dirigenda ſit citatio adversùs Capitulum , Collegium,
2 vel Univerſitatem , citari poteſt Capitulum in
perſona Syndici , Æconomi , vel Procuratoris ,
gloſſ. in cap. ſi Capitulo 5. *verbo factam , de con-*
3 *ceſſion. Præbend. in* 6. *bon. mem.* R. P. D. *Dominicus de Zaulis doctiſſimus Juriſconſultus , S.Officii Aſſeſſor, ac olim vigilantiſſimus Urbis Viceſgerens , ad majora præ meritorum cumulo
evehendus , niſi de anno* 1722. *ad Superos evectus
eſſet, ad Patr. Statut. Faventiæ tom.*1. *lib.*3. *Rubric.*1. *nu.*23. *&* 24. *Pignatell. conſult. Canonic.
tom.*7. *conſult.*17. *num.*2. *&* 3. *Monacell. formular. legal. pract. Eccleſ. par.* 3. *tit.* 3. *formul.* 10.
*in adnotat. nu.*5. *Poſth. de manutent. obſerv.*107.
*num.*12. *in fin. Rota poſt eund. deciſ.*520. *num* 9.
*Card. Cavaler. deciſ.*310. *num.* 2. *Adden. ad Gregor. XV. deciſ.*584. *litera B. & in recentior. dec.*
644. *n.*5. *part.* 1. acturus enim contra aliquem
4 benè poteſt eligere viam ſibi benè viſam , agendo nempè contrà Principalem, vel contrà Procuratorem repræſentantem ipſum Principalem ,
l. fin. C. de Procurator.
Omiſſo , quòd Principalis dicitur legitimè
5 citatus , quando citatus fuit ejus Procurator ;
adeò , ut , citato Procuratore , poteſt Principalis condemnari , *Capyc. Latr. conſult.*114. *n.*30.
& 35. *tom.* 2. *Card. de Luca de feud. diſcurſ.* 33.
num. 4. *Ubert. de citation. tom.*3. *cap.*14. *n.*207.
*Rota coram Gregor. XV. deciſ.*127. *in fin. dec.*32.
*num.*7. *lib.*3. *par.*3. *diverſor.* ità , ut ſatis ſit ci- 6
tare Procuratorem , quando iſte litis Dominus
effectus eſt , *Rota poſt Poſt. de manutent. dec.*561.
nu. 10. immò eo caſu nec ſufficeret citatio manus mortuæ Principalis etiam in abſentia ſui
Procuratoris Domini litis effecti , ſed ſemel 7
conteſtata lite cum Procuratore , ſemper citandus veniret Procurator manus mortuæ , *Vant.
de nullitat. defect. citation. num.*85. *Baron. de citation. tom.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 21. *cum ſeqq &
tom.* 2. *in addition. ad dict. quæſt.* 26. *num.* 8. *in principio , verſic. & adverte* ; vel quidquid ſit
de Jure Canonico , quo cavetur , ſufficere citationem in perſona Domini , etiamſi Procurator
ſit Dominus litis effectus , nihilominùs ad omne pejus , ſivè melius , tutius eſt , quòd , ſi fieri 8
poteſt , uterque citetur , & in perſona utriuſque
cadat ſententia condemnatoria ad ſolvendum
quindennium , *Baron. de citation. quæſt.* 16. *n.*
275. *& quæſtion.* 26. *num.* 25. *tom.* 1. hinc fit , 9
quòd Procurator , poſt litis conteſtationem
abſque legitima cauſa revocari nequit, *cap querelam* 2. *de Procurator. l. poſt litem* 17. *ff. eod.* ef- 10
ficitur enim talis , Principalis , & Dominus litis poſt litis conteſtationem , *cap.*1. *cap. is , qui*
3. *de Procurator. in* 6. *l. Procuratoribus* 22. *l. nulla* 23. *C. eod. l. ſi defunctus* 15. *ff. eod. Cyriac. controv.*396. *num.*2. *Rota dec.*18. *&* 146. *per tot. de
Procurator. in nov.* quaſi quòd Partis appella- 11
tione veniat tàm Principalis , quàm Procurator , *Rota coram Caſſador. deciſ.* 3. *num.*3. *de Reſcript.* undè factum Procuratoris cenſetur fa- 12
ctum Partis , ſeu Principalis , dum Procurator , & Principalis pro una , eadèmque perſona
reputatur , *Rota in recentior. deciſ.*534. *num.*12.
*par.*19. *tom.*2.
Neque obſtat , quòd in his , quæ ſunt gravis 13
præjudicii (prout revera ſunt quindennia habentia tractum perpetuum , ac ſucceſſivum) incipere non liceat judicium à Procuratore , ſed
citanda ſit ipſa manus mortua Principalis , *cap.*
1. *qui matrimon. accuſar. poſſ. l. ſi dictum* 56. §. *Si
præſente* 4. *ff. de eviction. l. aut qui aliter* 5. *in
principio , verſic. etſi fortè ff. quod vi, aut clam* : 14
quia hoc procedit , antequàm lis conteſtetur ,
& Procurator effectus ſit Dominus litis , non
autem in caſu noſtro , in quo agitur de Procuratore manus mortuæ , cum quo jam reperitur
lis conteſtata , ipsèque effectus Dominus litis ,
Menoch. de recuper. poſſeſſion. remed. 8. *quæſt.* 3.
*num.*74. *Tiraquell. de retract. lignag. tit.*1. *gloſſ.*
3. *& ultim. n.*8.
Quibus vindicatis VIII. ſuperſunt Difficultates .
I. Cadit Difficultas , quid dicendum , ſi pro
condemnando aliquo Monaſterio particulari ad
ſolvendum quindennium citatus fuerit Procurator Generalis Ordinis , non citato Procuratore ipſius Monaſterii ; utrùm in tali caſu ſufficiat hujuſmodi ſola citatio , & aſſero , illam
non ſufficere , ſed deſiderari etiam citationem
Procuratoris Monaſterii , quia Procurator Ge- 15
neralis totius Ordinis , non eſt Procurator ſingulorum Monaſteriorum , ſed ſingula Monaſteria ſuos habent particulares Procuratores , qui
omninò citandi ſunt pro actus validitate , *Decian.*

cian. conſil.61. n.3. Felin. in cap. eam te 7. n.14. & in cap. cum dilecta 22. nu. 6. antè verſ. amplia primò, de Reſcript. Barboſa vot. Canonic. deciſ.
16 *126. num. 303. lib. 3. immortalis ævi R. D. D. Fatinell. Cameræ Apoſtolicæ Clericorum meritiſſimus Decanus, ac olim egregius in Urbe Advocatus, poſt Tract. ad Bull. Congregation. Baron. tom. 2. reſponſ. 14. nu.8. Rota coram Coccin. dec.169. num.8. & dec.810. num.4. ac in recentior. deciſ. 201. num.2. par.2. tom.1. dec.267. num.15. par. 4. tom.2.*

II. Inſurgit Difficultas, quid dicendum in ſpecie de quindenniis debitis à Domo Probationis, ſeu Novitiatus, à Collegiis, ſivè à Domo Profeſſa PP. Societatis Jeſu; utrùm ſaltem quoad iſtam Religionem habentem ampliſſima privilegia, ſatis ſit in caſu citare Procuratorem Generalem totius Societatis Jeſu abſque alia citatione Procuratoris particularis, ad ſolvendum quindennium, & reſolvo, ſatis eſſe,
17 cùm talis Procurator Generalis vigore ſuarum ampliſſimarum facultatum reſpondere poteſt pro ſingulis Domibus ſuæ Societatis etiam abſque comparitione Procuratoris particularis, *Rota coram Coccin. dec. 810. n.5. & in recentior. dec.201. num.2. propè fin. verſic. & licet, par.2. tom.1.*

III. Seſe offert Difficultas, quid dicendum de quindenniis debitis ab aliquo Conventu particulari Ordinis PP. Prædicatorum, ſeu S. Dominici; utrùm etiam ſolus Procurator Generalis totius Ordinis ritè citari poſſit ad ſolvendum quindennium, ſtantibus quoque ampliſſimis privilegiis, & dico, pari modo talem
18 dumtaxat citandum eſſe, ob privilegium Bonifacii IX. eidem tribuentis facultatem comparendi pro ſingulis Monaſteriis, *Rota coram Dunozet. Jun. dec.794. n.5. tom.2. Coccin. dec.810. n.6.*

IV. Occurrit Difficultas, quid dicendum de quindenniis debitis ab aliquo Conventu Ordinis PP. Carmelitarum; utrùm virtute communicationis, ſeu participationis privilegiorum ſufficiat citare Procuratorem Generalem totius
19 Ordinis ad ſolvendum quindennium, & reſolvo, ſufficere, *Barboſa vot. Canonic. deciſ.126. num. 303. in fin. lib. 3. Rota coram Coccin. deciſ. 169. n.9.*

V. Obvia fit Difficultas, quid dicendum de quindenniis debitis ab aliquo Conventu Religionis habentis communicationem privilegiorum Societatis Jeſu, aut Prædicatorum; utrùm etiam in tali caſu ſatis ſit citare ſolum Procuratorem Generalem talis Religionis ad ſolven-
20 dum, paritèrque dico, ſatis eſſe, *Rota coram Coccin. dec.169. n. 9. & dec.810. n.6.*

VI. Incidit Difficultas, quid dicendum de quindenniis debitis ab aliquo Conventu Reli-
21 gionum Mendicantium, quæ habent ex privilegio Apoſtolico, quòd Procurator Generalis poſſit comparere pro Monaſterio particulari, ad tradita per *Rot. deciſ.267. num.16. part.4. recentior. tom. 2.* utrùm virtute talis privilegii ſufficiat citare Procuratorem Generalem talium Religionum, non citatis Procuratoribus ſingulorum Monaſteriorum, & moneo, ſufficere, nè aliàs privilegium evadat fruſtratorium.

VII. Collimat Difficultas, quid dicendum de quindenniis debitis à Monaſterio Monialium Ordinis Mendicantis, aut alterius habentis communicationem privilegiorum; utrùm etiam in tali caſu ſufficiat citare Procuratorem Generalem illius Ordinis, & dico, ſufficere, re- 22
ſtringendo tamen propoſitionem ad Procuratorem Generalem Ordinis Prædicatorum, ex traditis per *Rot. coram Dunozet. Jun. dec. 794. num. 5. tom.2.* quam quidem concluſionem periculoſum puto, ac forſan inſubſiſtens extendere ad alios Ordines.

VIII. Tandem concluditur Difficultas, quid dicendum, ſi Procurator Generalis in Curia, alicujus Religionis proteſtatus fuit, nihil fieri, niſi ipſo citato; utrùm ſaltem in tali caſu ipſe ſit omninò citandus, non autem ſufficiat ſola citatio Procuratoris particularis Conventus, & 23
dico, eſſe omninò citandum Procuratorem Generalem, nec ſufficere citare ſolum Procuratorem particularem, ſtante dicta proteſtatione, *Rota recentior. dec.162. n.16. par.16.*

ARGUMENTUM.

Pro ſolvendis quindenniis citari poteſt ſolus Abbas Monaſterii, cui unitum eſt Beneficium, ſeu ad cujus favorem reſervata eſt perpetua Penſio, nec ad talem effectum citandum eſt Monaſterium.

SUMMARIUM.

1 *Pro ſolvendis quindenniis citari poteſt ſolus Abbas Monaſterii.*
2 *Abbas eſt legitima perſona ad ſtandum in judicio.*
3 *Sufficit citatio ſolius Superioris Confraternitatis.*
4 *Abbas litigare poteſt ſine mandato Monaſterii.*
5 *Habens legitimam adminiſtrationem, poteſt agere ſine conſenſu alterius.*
6 *Procurator habens liberam, agere valet ea, quæ exigunt ſpeciale mandatum.*
7 *Abbas non eſt Procurator ſimplex.*
8 *Immo eſt legitimus Adminiſtrator.*
9 *Habet mandatum præſumptum à ſuo Monaſterio.*
10 *Monachi, & Regulares non poſſunt citari.*
11 *Ideò Prælati, ſeu Superiores Monachorum citandi ſunt.*
12 *Abbas in favorabilibus Monaſterio ſolus comparere poteſt, non autem in præjudicialibus.*
13 *Qui nullam adducere poteſt ad ſui favorem defenſionem, non eſt citandus.*
14 *In materia concernente intereſſe totius Monaſterii requiritur præcisè illius citatio, non verò ſufficere debet ſola citatio Abbatis.*
15 *Monaſterium ad abundantiorem cauthelam citari poteſt.*
16 *Non tamen ex neceſſitate.*
17 *Non ſufficit citatio ſolius Abbatis, ſi in Monaſterio vigeant Conſtitutiones, quibus caveatur, ad illud requiri conſenſum Monaſterii.*
18 *Abbatiſſa, ad inſtar Abbatis, habet adminiſtrationem Bonorum ſui Monaſterii.*
19 *Refellitur* Gonzalez in cap. edoceri 21. num.2. in fin. de Reſcript.
20 *Non eſt neceſſaria citatio Abbatis Generalis.*
21 *Adminiſtratio Bonorum Monaſterii reſidet penès illius Prælatum.*
22 *Non eſt citandus Ordinarius, ſed ſufficit citatio Beneficiatorum, ſeu Rectorum.*

23 *Cle-*

23 *Clerici Eccleſiæ dicuntur potiùs conſtituere Congregationem, quàm Capitulum.*
24 *Spectante jure præſentandi ad Monaſterium, non ſufficit conſenſus ſolius Abbatis, ſed requiritur conſenſus Monaſterii.*
25 *Ex plurium judicio major maturitas.*
26 *Abbas convenire, aut conveniri nequit ſine conſenſu Monaſterii.*
27 *Reprobatur* gloſſ. in dicto cap. edoceri 21. de Reſcript.

CAPITULUM CLXXXII.

Sub ſpecioſo defectu citationis Monaſterii ad
ſolvenda quindennia pro Beneficio ſibi unito,
ſivè pro perpetua Penſione ad ſui favorem
reſervata, putat Monaſterium rectè dare de
nullitate mandati judicialis forſitan relaxati ad
ſolvendum quindennia; ſatis tamen eſt ad ſui
validitatem, quòd citatus ſit Abbas Monaſte-
1 rii, firmando in præſenti, quòd pro ſolvendis
quindenniis citari poteſt ſolus Abbas Monaſte-
rii, cui unitum eſt Beneficium, ſeu ad cujus fa-
vorem reſervata eſt perpetua Penſio, nec ad
talem effectum citandum eſt Monaſterium, in
puncto *Rota in Burgen. Quindenniorum deciſ.* 48.
per tot par. 4. *diverſor. repetit poſt Tract. int. De-
ciſion. Sac. Rot. Rom in ordine la III.* ibi „ in
„ una Burgenſi Quindenniorum fuit deciſum,
„ ſententiam nullam, neque in citatione, ne-
„ que in ejus relatione pati defectum, non qui-
„ dem in citatione, quia ritè, & validè fuit
„ contrà Abbatem Monaſterii della Vid exe-
„ quuta, cùm enim haberet liberam admini-
„ ſtrationem, tenebatur ad defenſionem, ideò-
„ que ejus apprehenſio pro validitate ſufficit
„ &c. & quando oportuiſſet interpellari Con-
„ ventum, ſatis eſt, quòd monitus fuerit Ab-
„ bas, ut illum congregaret, eo enim id facere
„ negligente, aut recuſante, rectè in eum, pe-
„ nès quem jus eſt congregandi, facta fuit exe-
„ quutio &c. „ Abbas enim habet liberam ad-
miniſtrationem, & ipſe citatus benè poteſt cer-
tiorare Monaſterium, proindèque in cauſa
communi ipſe ſolus convenire, & conveniri
2 valet, cùm ſit legitima perſona ad ſtandum,
ſeu comparendum in judicio tàm activè, quàm
paſſivè in cauſa ſui Monaſterii, per *textum in
cap. nullus* 18. *quæſt.* 2. *cap. edoceri* 21. *de Re-
ſcript. ubi Barboſa nu.* 1. *cum ſeqq. & Gonzalez
Tellez nu.* 2. *cap. auditis* 15. *de præſcription. cap.
cùm olim* 17. *de reſtitution. ſpoliat. cap. cauſam,
quæ* 9. *de Judic. cap. dilectus* 18. *de Offic. Ordi-
nar. cap. cùm veniſſet* 3. *de eo, qui mittitur in poſ-
ſeſſion. cauſa rei ſervand. cap. cùm dilectus* 2. *de
ordin. cognition. cap. accepimus* 6. *de fid. inſtrum.
cap. auditis* 3. *de reſtitution. in integr. cap. frater-
nitatem* 2. *de donation. cap. cùm nobis* 19. *in fin.
de election. cap. is, cui* 42. *eod. in* 6. *l. municipi-
bus* 97. *ff. de condition. & demonſtration. l. item
Magiſtri* 14 *ff. de pact. Ubert. de citation. tom.* 1.
cap. 7. *num.* 549. *Virgil. de legitimation. perſon.
cap.* 20. *num.* 1. *ac per tot. Rota in recentior. deciſ.*
466. *num.* 39. *&* 40. *par.* 19. *tom.* 2. eo fermè
3 modo, quo ſufficeret citatio ſoliùs Superioris
alicujus Confraternitatis, aut Communitatis,
ſivè Univerſitatis, ad hoc, ut ipſa teneretur ad
quindennium, *dicta l. municipibus* 97. *ff. de con-
dit. & demonſtrat. Virgil. de legitimat. perſon.
cap.* 20. *n.* 3. *cum ſeqq.*

Hinc fit, quòd Abbas litigare poteſt ſine
mandato Monaſterii, cùm rectè ſine mandato 4
Monaſterii in judicio comparere poteſt, *Gon-
zalez Tellez in notis ad cap.* 1. *num.* 6. *de Offic.* 5
Judic. qui enim habet legitimam adminiſtra-
tionem, poteſt agere ſine conſenſu alterius,
l. fin. ff. quod cujuſq. univerſitat. ad inſtar etiam
ſimplicis Procuratoris habentis liberam, proin- 6
dèque agere valentis, & explicare ea, quæ exi-
gunt ſpeciale mandatum, *l. Procurator, cui* 58.
ff. de Procurator. undè Abbas, ſeu alius Præla- 7
tus, qui non eſt Procurator ſimplex, ſed habet
titulum honorabilem, & Dignitatem, à for-
tiori idem poterit, veluti notat *Aufrer. in addi-
tion. ad Capell. Tholoſan. deciſ.* 79. *num.* 1. *in fin.* 8
immò eſt legitimus adminiſtrator, & caput
Monaſterii, & tantam habet, ac tàm univer-
ſam poteſtatem ſuper Bonis ſui Monaſterii, ac
ſi illa ſua propria eſſent, omniàque gerere vi-
detur nomine Monaſterii, *cap. ad Apoſtolicam*
16. *de Regular. cap. cùm ad Monaſterium* 6. *de
ſtat. Monach. Tamburin. de jure Abbat. tom.* 3.
diſputat. 11. *quæſit.* 1. *num.* 3. *& quæſit.* 6. *nu.* 1.
Rota in recentior. dec. 373. *num.* 4. *part.* 5. *tom.* 1. 9
cùm habeat mandatum præſumptum à ſuo Mo-
naſterio, cui præeſt, *Rota deciſ.* 525. *n.* 6. *&* 7.
par. 5. *recentior. tom.* 2. omiſſo, quòd, immò 10
Monachi, & Regulares non poſſunt citari, *l. in
Jus vocari* 2. *ff de in Jus vocand.* ibi: *nec eos, qui
propter loci religionem inde ſe movere non poſſunt;* 11
ideò loco, ſeu nomine eorum citandi veniunt
Prælati, ſeu Superiores, *Ubert. de citation. tom.*
2. *cap.* 11. *n.* 319.

12 Nec obſtat, quòd Abbas in favorabilibus
quidem Monaſterio poteſt ſolus comparere,
non autem in præjudicialibus, in quibus ob
tractum ſucceſſivum Monachi capitulariter
congregati moneri debent, *Rota coram Card.
Puteo dec.* 284. *per tot. lib.* 3. *Card. Seraphin. dec.*
1278. *num.* 3. *tom.* 2. *ac in recentior. deciſ.* 44.
num. 16. *cum ſeqq. par.* 17. quia in materia ſolu-
tionis quindenniorum per ſe clara uti debito-
rum in vim Conſtitutionum Apoſtolicarum
ratione Unionis Beneficii, ſeu reſervationis
perpetuæ Penſionis, objectum ſuper defectu ci-
tationis Monaſterii eſt valdè fragile, cùm, 13
etiamſi illud citatum eſſet, nullam profectò
adducere poſſet ad ſui favorem defenſionem,
Rota dec. 207. *num.* 9. *par.* 4. *diverſor. deciſ.* 514.
n. 19. *par.* 19. *tom.* 2. *recentior.*

Minùs obſtat, quòd, cùm in materia ſolu-
tionis quindenniorum agatur de obligatione
Monaſterii ad quindennium habente tractum
perpetuum, & ſucceſſivum, proindèque valdè
præjudiciali ob intereſſe totius Monaſterii, re- 14
quiratur præcisè citatio Monaſterii ſoluturi
quindennium, non verò ſufficere debeat ſola
citatio Abbatis, per *textum in cap. ſine exceptio-
ne* 12. *quæſtion.* 2. *cap.* 1. *de his, quæ fiunt à Præ-
lat. ſine conſil. Capitul. cap. qui res Eccleſiæ* 2. *de
reb. Eccleſ. non alienand. Card. de Luca de judic.
diſcurſ.* 8. *num.* 38. *Vant. de nullitat. ex defect. ci-
tation. num.* 144. *Rota coram Gregor. XV. deciſ.*
584. *num.* 2. *ubi Adden. num.* 6. *Card. Mantic.
deciſ.* 309. *num.* 4. *&* 5. *Dunozet. Jun. deciſ.* 731.
n. 2. *tom.* 2. *& in recentior. dec.* 181. *num.* 10. *par.*
10. *deciſ.* 430. *num.* 6. *part.* 19. *tom* 2. quia ſatis
eſt, quòd Unio Beneficii, aut reſervatio Pen-
ſionis fiat ad favorem Monaſterii, ad hoc, ut

remaneat abſque alia citatione obligatum Monaſterium ad ſolvendum quindennium de ſui natura debitum in talibus caſibus; benè verum, quòd ſufficiat ſola citatio Abbatis repræſen-
15 tantis totum Monaſterium; poteſt enim quidem ad abundantiorem cauthelam citari etiam Monaſterium, juxta *cap. ex tranſmiſſa 16. de præ-*
16 *ſcription.* id tamen non intelligitur factum ex neceſſitate, nec indè evincitur, ſolum Abbatem per ſe in judicio comparere non poſſe activè, aut paſſivè nomine totius Monaſterii, veluti obſervat *Gonzalez Tellez in cap. edoceri 21. num. 2. in principio, verſic. indè non convincitur, de Reſcript.*

Quibus diſſipatis, VII. ſuperſunt Difficultates.

I. Difficultas, quid dicendum, ſi in Monaſterio vigeant particulares Conſtitutiones, quibus caveatur, quòd ad illud obligandum requiratur conſenſus omnium Monachorum, ſeu totius Monaſterii; utrùm ſaltem in iſto caſu non ſufficiat citatio in perſona ſolius Abbatis, ſed requiratur etiam citatio in perſona omnium Monachorum, ſeu totius Monaſterii pro actus validitate, perque conſequens pro demandanda ſolutione quindenniorum, & videretur prima
17 facie, reſolvendum in tali caſu non ſufficere citationem ſolius Abbatis, ex congeſtis ad aliud propoſitum, per *Rot. in recentior. deciſ. 252. n. 3. part. 12. dec. 42. per tot. par. 14. dec. 430. num. 7. par. 19. tom. 2.*

Nihilominùs contrarium ſtatuendum eſt; etenim Conſtitutiones hujuſmodi particulares extendi nequeunt ad contractum, ſeu quaſi contractum cum Camera Apoſtolica, cui debentur quindennia ratione Unionis Beneficii, vel reſervationis perpetuæ Penſionis ad normam Bullarum quindenniorum.

II. Difficultas, quid dicendum de Abbatiſſa, Prioriſſa, Præſidente, Præpoſita, vel alio nomine Superioriſſa Monaſterii Monialium, quæ ratione fragilitatis ſexus, & imbecillioris judicii, ſeu conſilii videretur minùs, quàm Abbas poſſe obligare ſuum Monaſterium, ſeu Moniales ad ſolvendum quindennium ex ſola citatione in ſua perſona; attamen pari paſſu aſſero, ſufficere ad hunc effectum ſolam citationem
18 Abbatiſſæ, cùm iſta adinſtar Abbatis habeat adminiſtrationem Bonorum ſui Monaſterii liberam, perque conſequens ex ſola ſui perſona poſſit illud obligare ad quindennium in caſu, quo à Monaſterio illud debeatur, per *textum in cap. dilecti 13. de majoritat. & obedient. Virgil. de legitimat perſon. cap. 20. nu. 1. verſic. & ſimiliter Abbatiſſa, juncto verſic. diximus, quòd Monaſterium, Tamburin. de jure Abbatiſſ. diſput. 32. quæſit. 13. num. 1. & per tot. Vbert. de citation. tom. 3. cap. 14. n. 550.*

III. Difficultas, quid dicendum, ſi Menſa Abbatialis non ſit communis cum Menſa Conventuali, ſed utraque ſuos habeat ſeparatos redditus, & adhùc reſolvo, ſufficere citare ſolum Abbatem pro ſolvendo quindennio debito à Monaſterio: quippè ſatis eſt ad hunc effectum, quòd ſaltem utraque Bona ſint unita, ac incorporata quoad adminiſtrationem, quantumvis per accidens ſint diſtincta quoad fruitionem, *Barboſa in cap. edoceri 21. num 3. in principio, de Reſcript. Capell. Tholoſan. deciſ. 79.* *ubi Aufrer. in fin.* quidquid contrarium ſentiat, 19
nulla ſuffultus auctoritate, ſed proprio marte, *Gonzalez Tellez ibid. n. 2. in fin.*

IV. Difficultas, quid dicendum, ſi citatus fuerit ſolus Abbas Monaſterii particularis; utrùm talis citatio non ſufficiat, ſed requiratur adhùc pro validitate judicii, citatio Abbatis, ſeu Prælati Generalis totius Religionis; 20
& dico, non eſſe neceſſariam citationem Abbatis Generalis, ad tradita per *Card. de Luca de Judic. diſcurſ. 9. num. 38. in principio, verſic. ſed non eſt opus citare.*

V. Difficultas, quid dicendum (arguendo à Clero Regulari ad Sæcularem, ſeu à Prælato Regulari ad Sæcularem) ſi facta fuerit Unio Beneficii Capitulo, ſivè reſervata perpetua Penſio ad favorem ejuſdem; utrùm eo caſu ſatis ſit pro ſolvendo quindennio citari Decanum, ſivè alio nomine caput Capituli abſque alia citatione totius Capituli, ſeu Canonicorum, eo modo, quo comprobavimus, ſatis eſſe citare ad hunc effectum ſolum Abbatem abſque alia citatione Monaſterii; & moneo, negativè fore reſpondendum ob diſparitatem rationis inter Clerum Sæcularem, & Regularem, ſivè inter Superiorem Sæcularem, & Regularem, cùm penès Capitulum, & Canonicos non ſolùm ſint Bona communia, ſed etiam Bonorum communis adminiſtratio; proindèque omnes Canonici citandi veniunt ob commune intereſſe, ac adminiſtrationem, quod non militat in Monaſterio, & Monachis ſaltem quoad adminiſtrationem Bonorum, qua carent, illaque reſi- 21
det penès eorum Prælatum, per *textum in cap. novit 4. cap. quanto 5. cap. ea noſcitur 6. de iis, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Capitul. cap. relatum 2. de teſtament. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap. 14. num. 16. Rota in recentior. dec. 16. num unic. dec. 183. per tot. par. 1. dec. 252 n. 1. 3. & 5. par. 5. tom. 1.*

VI. Difficultas, quid dicendum, ſi facta fuerit Unio Beneficii Eccleſiis habentibus Beneficiatos, ſeu Rectores, ſivè reſervata perpetua Penſio ad earum favorem; utrùm ſufficiat citatio Beneficiatorum, ſeu Rectorum, ad ſolvendum quindennium, non citato deſuper etiam Ordinario, & reſpondendum eſt affirmativè, 22
ex traditis per *Vbert. de citation. tom. 3. cap. 14. num. 551.*

VII. Tandem, & ultima Difficultas, quid dicendum, ſi unitum ſit Beneficium, ſivè reſervata perpetua Penſio Eccleſiæ habenti Archipresbyterum, & Clerum; utrùm in hoc caſu ſufficiat citatio ſolius Archipresbyteri tamquàm capitis, & Primæ Dignitatis repræſentantis Eccleſiam, ac univerſum corpus politicum formatum ex ſuo capite, aliiſque membris, vel requiratur etiam citatio Cleri, & dico, ſufficere ſolam citationem Archipresbyteri: quippè ejuſmodi Clerici, etiamſi forſitan ad formam Collegii, ſeu Capituli ſe congregare ſoleant, Miſſam Conventualem, cæteràque divina celebrare, arcam, Syndicum, & maſſam communem habeant: attamen, ceſſante formali, ac rigoroſa erectione in figura Eccleſiæ Collegiatæ, prævia auctoritate Apoſtolica, reliquiſque concurrentibus probationibus, ac ſignis vocis Capitularis, pernecesſè concludentibus qualitatem Collegialem, dicuntur potiùs 23
con-

conſtituere quandam Clericorum , ſeu Cappellanorum Congregationem , non autem Collegium , ſeu Capitulum formale repræſentativum corporis Eccleſiæ cum Rectore , ſeu Prælato , *Card. de Luca de Juriſdictione diſcur.* 13. *num* 6. & 7.

Præterea cùm ſuperiùs inter relata , & diſſoluta objecta omiſerim reliqua duo referre , cogor hic, licet extrà ordinem ſuperaddere, prout ſequuntur .

24 Longè minùs obſtat , quòd eo modo , quo , ſpectante jure præſentandi ad Monaſterium , non ſufficit conſenſus ſolius Abbatis, ſed adhùc requiritur conſenſus totius Monaſterii Patroni inſolidum , *cap. novit* 4. *cap. quanto* 5. *cap. ea noſcitur 6. de his , quæ fiunt à Prælat. ſin. conſenſ. Capitul. Vivian. in prax. Juriſpatronat. part.* 2. *lib.*5. *cap.*3. *num.*27. ità à fortiori , arguendo à jure honorifico ad jus burſale ob ſolutionem quindenniorum , quæ majus infert præjudicium , non debet ſufficere citatio Abbatis ad ſolvendum quindennium , ſed requiretur citatio Monaſterii : quia in tantum in jure præſentandi non ſufficit conſenſus ſolius Abbatis , ſed requiritur conſenſus Monachorum , in quantum præſentatio cadet in perſona magis benemerita , ſi præſentata fuerit à Monachis , ſicque à pluribus , quàm ſi præſentata fuerit à ſolo Ab-
25 bate , ſicque ab uno tantùm ob majorem maturitatem , & deliberationem reſultantem ex plurium judicio , ac conſilio .

Ejuſdem furfuris eſt objectum ex *gloſſ. in cap. edoceri* 21. *verbo debeant , de Reſcript. & in cap.* 1. *verbo legaliter , de Procurator.* tenente , Ab-
26 batem non poſſe convenire , nec conveniri ſine conſenſu Monaſterii , eo modo , quo Monaſterium non poteſt convenire, nec conveniri ſine
27 conſenſu Abbatis ; quia dictum *gloſſ.* refellitur per *Barboſ. in dicto cap. edoceri num.* 3. *in principio* .

ARGUMENTUM.

Conceſſo per Sedem Apoſtolicam Capitulo , Monaſterio , Eccleſiæ , vel alteri Loco Pio , jure exigendi Annatas omnium Beneficiorum in Diœceſi pro tempore vacantium , ſi poſteà aliqua ex prædictis Beneficiis uniantur manui mortuæ, non cenſetur conceſſum Capitulo , Monaſterio , Eccleſiæ , vel alteri Loco Pio jus exigendi quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Aliqua Capitula , præcipuè Cathedralium , potiuntur Indulto Apoſtolico exigendi dimidias annatas ex Beneficiis vacantibus .*
2 *Baſilica Patriarchalis Vaticana S. Petri de Urbe fruitur dicto Indulto .*
3 *Eodem Indulto gaudent nonnullæ Hiſpaniarum Eccleſiæ .*
4 *Ut Metropolitana Toletana , Collegiata Compluten. SS. Juſti , & Paſtoris .*
5 *Metropolitana Burgen.*
6 *Cathedralis Giennen.*
7 *Cathedrales Conchen. Segobien. & Seguntina .*
8 *Cathedrales Oxomen. & Valentina .*
9 *Cathedralis Urcellen. apud Pedemontanos .*
10 *Cdthedralis Placentina , apud Parmenſes .*
11 *In Normandia , & Pariſiis .*
12 *In Eccleſia S. Arduini de Petra Rubra .*
13 *Cathedralis Leodien.*
14 *Eccleſia S. Virgilii Tridentinæ Diœceſis .*
15 *Cathedralis S. Mariæ Majoris Novarien.*
16 *Collegiata S. Gaudentii Novarien.*
17 *In Neapolitano Regno .*
18 *In Galliis .*
19 *In Polonia , & Luſitania .*
20 *Statuta , Conſtitutiones , aut antiquæ conſuetudines de per ſe ſuper hoc non ſufficiunt abſque Pontificio diplomate .*
21 *Ex Beneficiis , ex quibus antè Unionem debebatur annata , poſt Unionem eſt locus quindenniis .*
22 *Quando tamen annatæ ex Privilegio Apoſtolico debebantur Capitulo , vel alteri Loco Pio antè Unionem , poſt illam non debentur quindennia eidem Capitulo , vel Loco Pio .*
23 *Conceſſo Capitulo , vel alteri Loco Pio jure exigendi Annatas ex Beneficiis , ſi poſteà illa uniantur alteri manui mortuæ , non debentur quindennia Capitulo , vel Loco Pio .*
24 *Religio Hieroſolymitana gaudet indulto percipiendi duas annatas ex illius Beneficiis .*
25 *Rejicitur Rota antiqua contrarium tenens , quæ poſteà opinionem mutavit .*
26 *Privilegium exigendi annatas loquitur de Beneficiis vacantibus .*
27 *Immò loquitur de fructibus , non de quindenniis .*
28 *Aliàs manus mortua contrà omnem juſtitiam teneretur ſolvere duplex quindennium , unum nempè Sedi Apoſtolicæ , & aliud Capitulo , ſeu Loco Pio , cui unitur Beneficium .*
29 *Quod eſt contrà mentem Bullarum quindenniorum .*
30 *Per conceſſionem annatarum factam Capitulo non intelliguntur conceſſæ etiam annatæ ſpectantes ad Sedem Apoſtolicam .*
31 *Non ſemper eſt verum , quòd , licet competat jus exigendi annatas , ſemper etiam loco annatarum exigi poſſint quindennia ex Beneficiis poſteà unitis .*
32 *Antiquitùs antè* Bullam 6. Pauli II. §. 3. Bullar. nov. Rom. tom. 1. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la I. *loco quindenniorum tunc nondùm in forma poſteà introductorum ſolvebatur Cameræ Apoſtolicæ certum quid , & ſtatuto , ſeu convento tempore ex propria obligatione manus mortuæ .*
33 *Præjudicium Annatiſtarum ex Unione Beneficiorum , tamquàm ſecundarium , habendum non eſt in conſideratione .*
34 *Per accidens infertur præjudicium Loco Pio ex Unione Beneficiorum ob amiſſionem annatarum .*
35 *Non benè arguitur ab annatis , quas percipit Camera Apoſtolica , ad annatas , quas percipit Locus Pius .*
36 *Beneficia abſque diminutione conferenda ſunt .*
37 *Non militat eadem ratio ſolvendi quindennia Loco Pio ex Beneficiis unitis , quæ militat in quindenniis Cameræ Apoſtolicæ debitis .*
38 *Plura Capitula percipiunt ut plurimùm fructus unius anni cum dimidio , Camera verò Apoſtolica percipit fructus unius tantùm anni .*
39 *Quindennia debita Summo Pontifici ob recognitionem univerſalis dominii ſuper omnibus mundi Beneficiis .*

 40 *An-*

40 *Annatæ eidem quoque debitæ ob eandem rationem.*
41 *Quindennia non debentur de Jure communi, ſed benè de Jure ſpeciali Pontificum.*
42 *Locus Pius non habet jus conferendi.*
43 *Manus mortua docere debet de immemorabili exigendi quindennia, ad hoc, ut illa prætendere poſſit.*
44 *Non debet magis poſſe inferior, quàm Superior.*
45 *Quindennia exigi non omitterentur, ſi illa Jure deberentur.*
46 *Capitulum Cathedralis Cæſarauguſtanæ, & Burgen. habet ſpeciale indultum exigendi quoque quindennia.*
47 *Papa, uniendo Beneficia, ex quibus antè Unionem debebatur annata, cenſetur præſervare velle jus Capituli, ſeu alterius Loci Pii habentis jus annatarum.*
48 *In Unione Beneficiorum per Papam facienda non requiritur conſenſus Ordinariorum Collatorum.*
49 *Nulla vis facienda eſt in* deciſ.1401. n.5. in principio, coram Card. Seraphin. tom.2. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la IV. *uti revocata per* dec.1410. coram eod. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la V.
50 *Capitulum, ſivè Locus Pius habens jus exigendi annatas ex gratia S. Sedis, prætendere nequit contrà illam aliquam recompenſationem.*
51 *Fratres Ordinis S. Antonii Abbatis Viennen. ex privilegio Apoſtolico, & de conſuetudine habent jus exigendi in Romana Curia de funeralibus Curtheſanorum in Parochialibus tumulatorum, dimidiam partem.*
52 Deciſ. 1. de ſepultur. in antiq. *non eſt deciſio, ſed diſputatio concluſionis ad partes.*
53 *Alia reſponſio ad* dictam deciſion.
54 *Reſponſio ad* Clementin.1. de Cenſibus.
55 *Debitum conditionale antè eventum conditionis non debetur.*
56 *Jus percipiendi annatas veriſimiliter conceſſum fuit à Papa ob augumentum cultus divini.*
57 *Nihilominùs non indè cenſetur etiam conceſſum jus percipiendi quindennia.*
58 *In omnibus ferè conceſſionibus percipiendi annatas exprimi ſolet, quòd illæ fiunt in gratiam cultus divini.*
59 *Jus Penſionarii non cenſetur ſublatum ex* Unione *Beneficii Penſione gravati.*
60 *Tranſactio ſuper perceptione quindenniorum non tenet, niſi confirmata à Papa.*
61 *Talis tranſactio non ligat ſucceſſores.*

CAPITULUM CLXXXIII.

1 Pro clariori dicendorum intelligentia præmittendum eſt, quòd in nonnullis Capitulis, præcipuè Cathedralium Eccleſiarum vigent Indulta Apoſtolica, ex quibus debentur Eccleſiis à Canonicis, Beneficiatis, & Clericis noviter ingredientibus annatæ, ſeu dimidiæ annatæ, dimidii nempè fructus Canonicatuum, Beneficiorum, ſivè Clericatuum unius anni,
2 veluti in Sacroſancta Vaticana Patriarchali Baſilica S. Petri de Urbe, ubi peculiare Indultum Clementis VII. confirmatum à Paulo III. in ſecunda parte applicat favore Sacriſtiæ ejuſdem Baſilicæ mediam annatam tàm Canonicatuum, quàm Beneficiorum, & Clericatuum, *Rota coram Manzaned. dec.*842. *per tot.*
3 Indulto pariter Apoſtolico gaudent aliquæ in Hiſpaniarum Regnis Eccleſiæ, ut Metropolitana Toletana, Collegiata Compluten. vulgò 4
de Alcalà SS. Juſti, & Paſtoris, juxta Privilegium Sixti IV. à quamplurimis Pontificibus confirmatum, de quo *Pitill. de med. annat. à num.*9. *uſque ad* 20. *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.*7. *cap.* 14. *num.* 35. *cum ſeqq.* Metropolitana Bur- 5
gen. juxta Privilegium Innocentii VIII.ſivè immemorabilem præſcriptionem, de quo, & qua *Rota coram Card. Seraphin. deciſ.*1401. *&* 1410. *tom.*2. *repetit. poſt Tract. int. Deciſion. Sacr. Rot. Rom. in ordine la IV. & V. Mobedan. dec.*6. *aliàs* 82. *de conceſſion. Præbend. Peña dec.*1390. *deciſ.* 1479. *& dec.*1546. *dec.*787. *par.*4. *diverſor.* Cathedralis Giennen. juxta Privilegium Alexan- 6
dri VII. Conchen. Segobien. Seguntina, juxta 7
Privilegium Pontificum, de quo *Rota in recentior. dec.*136. *par.*1. *dec.*199. *par.*2. *tom.*2. Oxo- 8
men. & Valentina in Regno Aragoniæ, juxta Privilegium Benedicti XIII. de quo *Rota coram Card. Cerr. deciſ.* 850. *repetit. in recentior. deciſ.*471. *part.*14. *deciſ.*144. *&* 295. *par.*16. in Ditione Pedemontana Cathedralis Vercellen. 9
juxta conſuetudinem, de qua *Rota coram Peña dec.* 733. *tom.*1. in Ditione Parmen. Cathedra- 10
lis Placentina, juxta Statutum, de quo *Decius conſil.* 155. *vol.* 1. in Normandia, & Pariſiis, 11
juxta antiquam conſuetudinem, de qua *Marc. dec. Delphin.*91. *par.*1. in Eccleſia S. Arduini de 12
Petra Rubea, juxta conſuetudinem, de qua *Brun. conſil.* 67. Cathedralis Leodien. juxta 13
conſuetudinem, & Statutum, de quibus *Rota coram Card. Seraphin. dec.*1447. *tom.* 2. Eccleſia 14
S.Virgilii Tridentinæ Diœceſis,juxta antiquam, & probatam conſuetudinem, de qua *Caſtrenſ. conſil.*116. *lib.*2. Cathedralis S. Mariæ Majoris 15
Novarien. juxta conſuetudinem, Statutum, ſeu Conſtitutionem, de qua *Plot. de in lit. jur. ampl.* 30. *num.* 644. Collegiata S. Gaudentii 16
Novarien. Civitatis, juxta conſuetudinem, ſeu Conſtitutionem, de qua idem *Plot. loc. citat.* in Neapolitano Regno, juxta conſuetudinem, 17
de qua *Redon. de ſpol. quæſtion.* 5. *nu.*50. *Capon. diſcept.*138. *num.*27. in Galliis, juxta conſuetu- 18
dinem, de qua *Fraſſ. de Patronatu Regio cap.*16. *num.*4. 18. *&* 19. in Polonia, & Luſitania no- 19
ſtra, *id Fraſſ. ibid. num.* 25. *Valdes de Dignitat. Reg. Hiſpan cap.*22. *n.*12.

Statuta autem, ſivè Conſtitutiones, ſeu an- 20
tiquæ conſuetudines Eccleſiarum de per ſe non ſufficiunt citrà Apoſtolicum diploma, veluti de Religione Hieroſolymitana in *Stabiliment.*5. *tit.* 5. *de commun. Ærar. Borell. in ſumm. Deciſion. part.* 1. *tit.*20. *de Benefic. num.*387. *Rota coram Card. Creſcent. dec.*3. *lib.*2. *de ſolution. Franc. in cap. ſi propter* 10. *num.*28. *de donat. Mandoſ. in Regul.*34. *Cancellar. quæſt.*31. *n.* 2. *Zoeſ. in Jus Canonic. lib* 3. *tit.*27. *n.* 15. *Fermoſin. in cap. Eccleſia S. Mariæ* 10. *num.* 18. *de Conſtitution. Fagnan. in cap. præterea* 1. *num.* 45 *nè Prælat. vic. ſuas, Plot. de in lit. jur. ampl.*30. *num* 644. *Themud. à Fonſeca deciſ. Ulyxbon.* 299. *part.*3. *Rota coram Ubald. dec.* 196. *n.*17. *&* 18. *& dec* 255. *n.*7. *ac in recentior. dec.*189. *n.*1. *par.*4. *tom.*1.

Quantumvis igitur ſupra in *Cap. I.* præmiſ- 21
ſum, quòd ex omnibus Beneficiis, ex quibus in vacatione, ſeu proviſione debebatur annata, ex eiſdem poſteà unitis deberetur quindennium; attamen in *præſenti Cap.* videbimus caſum, & qui-

quidem ſingularem, in quo non cenſetur con-
ceſſum jus exigendi quindennia ex Beneficiis,
22 ex quibus conceſſum fuit jus exigendi annatas:
& hæc via, ac quidem unica, per quam Benefi-
cia, licet unita, reducuntur ad priſtinum ſta-
tum, in quo erant antè Unionem, ut benè notat
*Lotther de re beneficiar. lib. 1. quæſtion. 29. nu. 7.
in med. verſic. hæc igitur*: immò etiam melio-
rando conditionem, ex alia parte uti verè uni-
ta, ſicque non ampliùs vacantia, primævo an-
natarum onere per hanc viam quoque liberan-
tur.

Quibus itaque prænotatis, cùm inſurgere
poſſit controverſia, utrùm ex conceſſione hu-
juſmodi juris exigendi annatas ad favorem Ca-
pituli, ſeu alterius Loci Pii, cenſeatur quoque
conceſſum jus exigendi quindennia in caſu, quo
Beneficia uniantur manui mortuæ; & negati-
23 vum dantes reſponſum, reſolvimus, quòd con-
ceſſo per Sedem Apoſtolicam Capitulo, Mona-
ſterio, Eccleſiæ, vel alteri Loco Pio, jure exi-
gendi Annatas omnium Beneficiorum in Diœ-
ceſi pro tempore vacantium, ſi poſteà aliqua
ex prædictis Beneficiis uniantur manui mortuæ,
non cenſetur conceſſum Capitulo, Monaſterio,
Eccleſiæ, vel alteri Loco Pio jus exigendi quin-
dennia, veluti in terminis terminantibus deter-
minant *Spada conſil. 94. num. 1. tom. 2.* ibi „ licet
„ præſupponatur in quoddam neceſſarium an-
„ tecedens, quòd Capitulo de tempore Unio-
„ num, de quibus agitur, competeret jus exi-
„ gendi annatas, non propterea ex hoc de ne-
„ ceſſitate infertur, quòd in locum annatarum
„ poſſit etiam exigere quindennia de Beneficiis
„ unitis &c. „ *& conſil. 95. per tot. eod. lib. 2.
Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 29. n. 7.* ibi „
„ exponitur differentia inter annatas iſtas, quæ
„ ſolvuntur Cameræ Apoſtolicæ &c. & anna-
„ tas, quæ ex Jure aliquo ſpeciali &c. conſue-
„ verunt ſolvi aliquibus Capitulis, quibus pro-
„ pterea eadem quindennia non debentur de
„ unitis &c. „ *Rota coram Card. Seraphin. dec.
1410. per tot. tom. 2. repetit. poſt Tract. int. De-
ciſion. Sac Rot. Rom. in ordine la V. ac ſignan-
ter in principio, & num. 1. 3. 9. 10. cum plu-
rib. ſeqq.* ibi „ Capitulum Burgen. quod ſivè
„ ex conceſſionibus Summorum Pontificum,
„ ſivè ex præſcriptione immemorabili habet
„ jus percipiendi unam Annatam cum dimi-
„ dia omnium Beneficiorum vacantium in
„ Diœceſi Burgen. prætendebat exigere adin-
„ ſtar Cameræ Apoſtolicæ quindennia Benefi-
„ ciorum unitorum &c. & ideò Cauſam com-
„ miſerat contrà diverſas Eccleſias, quibus
„ fuerant ab antiquo unita quædam Beneficia
„ &c. allegabatur enim, prædictas Uniones
„ cenſeri factas ſine præjudicio Capituli; ideò-
„ que deberi ipſi quindennia, quæ ſubrogata
„ fuerunt in locum annatarum &c. jus autem
„ Capituli, licet ſit certum reſpectu exactionis
„ annatarum; tamen reſpectu exactionis quin-
„ denniorum non eſſe clarum, cùm tale jus
„ neque de Jure communi, neque ex conceſ-
„ ſionibus Summorum Pontificum, neque ex
„ præſcriptione ei competat, ſed deducatur ex
„ quadam prætenſa interpretatione, quæ habet
„ contrà ſe antiquiſſimam, & perpetuò obſer-
„ vatam conſuetudinem non ſolvendi, prout
„ in dubio præſupponitur &c. cum illud jus,
„ licet concedatur, eſſe clarum reſpectu perce-
„ ptionis annatæ; tamen non includit de ne-
„ ceſſitate jus exigendi quindennia &c. „ in
qua quidem *deciſione* receditur à *deciſione* con-
traria *coram eod. Card. Seraphin. la 1401. eod.
tom. 2. repetit. poſt Tract. in ordine la IV. & à
dec. 787. par. 4. diverſor. Peña dec. 1020. repetit.
poſt Tract. in ordine la VI. ſignanter in principio,
& num. 2. propè fin. §. Reſpectu Quindenniorum*,
ibi „ Ad multam inſtantiam Capituli Burgen.
„ dedi Dubium, an per Unionem ſic fuerit
„ extinctum, ſeu deperditum jus Capituli, ut
„ non poſſit prætendere annatas, quindennia,
„ aut aliam recompenſam &c. & utraque Parte
„ informante, Cauſa plenè diſcuſſa, Rota cen-
„ ſuit, Capitulo non deberi annatas, quin-
„ dennia, neque aliquam recompenſam de Be-
„ neficiis unitis &c. Reſpectu Quindenniorum
„ non poterat verè dici extinctum, & deper-
„ ditum jus Capituli, cùm nullum unquam ei
„ tale jus competierit; nuſquam enim in Jure
„ cautum reperitur, quòd loco annatæ quin-
„ dennia debeantur &c. „ ibique, ut videre
eſt, agitur de Indulto Capituli Cathedralis Ec-
cleſiæ Burgen. in Hiſpania, tàm vigore imme-
morabilis conſuetudinis, quàm Privilegii In-
nocentii VIII. aliorùmque Summorum Pontifi-
cum, percipiendi annatam cum dimidia ex
omnibus Beneficiis in Civitate, ac Diœceſi
Burgen. vacantibus, & de ſimili alio Indulto
per Sixtum IV. impartito Portionariis Toleta-
næ Eccleſiæ Cathedralis ſuper jure percipiendi
dimidias annatas Dignitatum, Perſonatuum,
Adminiſtrationum, Officiorum, Canonica-
tuum, Præbendarum, aliorùmque Eccleſiaſti-
corum Beneficiorum, deque alio Indulto in 24
Religione Hieroſolymitana, percipiendi duas
annatas ex illius Beneficiis, juxta ejuſdem *Sta-
tutum. tit. 5. cap. 5. de commun. Theſaur.* de quo
*Rota dec. 275. part. 18. recentior. tom. 1. dec. 494.
& dec. 644. ead. part. 18. tom. 2.* quidquid con- 25
trarium firmaverit *Rota antiqua deciſ. 787. per
tot. par. 4. diverſor. in Burgen. Quindenniorum*,
repetit poſt Tract. in ordine la II. ibi „ Fuit reſo-
„ lutum, Capitulo Burgen. deberi quinden-
„ nium de Beneficio, de quo agitur, ea ratio-
„ ne, quia extrà controverſiam eſt, quòd Ca-
„ pitulum antè Unionem Monaſterio factam
„ erat in quaſi poſſeſſione percipiendi fructus
„ unius anni cum dimidio, omnium Beneficio-
„ rum vacantium in Diœceſi Burgen. & hoc
„ tàm vigore Privilegiorum, quàm ex imme-
„ morabili conſuetudine &c. „ quia poſteà ea-
dem Rota receſſit, & quidem meliori judicio,
ut videre eſt in *dec. poſt Tract. in ordine la V. VI.
& IX.*

Privilegium ſiquidem exigendi annatas, lo- 26
quitur de Beneficiis vacantibus eo tempore,
quo Beneficia vacant, non autem de eo tempo-
re, quo Beneficia plena ſunt, cùmque omnes
introitus Beneficiorum unitorum ab ipſo Papa
applicati ſint certo loco, nullus alius poteſt ali-
quod jus prætendere ſuper ipſis fructibus; im- 27
mò privilegium loquitur de fructibus Benefi-
ciorum, non verò de quindenniis, quæ propriè
non ſunt fructus, ſed compenſatio fructuum:
præterquamquòd manus mortua, cui eſſet fa-
cta Unio Beneficiorum, gravaretur duplici
quindennio, quod eſſet abſurdum, teneretur
enim

enim ſolvere quoque quindennia Sedi Apoſtolicæ; longè magis cùm Capitulum, ſivè alius Locus Pius habeat tantùm jus exigendi annatas ad tempus, nempè ad annum, ideòque nimis durum eſſet, quòd acquireret jus perpetuum exigendi quindennia pro ſolo jure temporali: porrò ſi hoc admitteretur abſurdum ſolvendi duplex quindennium Sedi Apoſtolicæ, & Loco Pio habenti jus exigendi annatas, pro-
28 cul dubio duplicata ſolverentur quindennia, unum nempè quindennium Pontifici, ſeu illius
29 Cameræ, & alterum quindennium Loco Pio, contrà mentem Bullarum quindenniorum, ut in ſimili ponderat *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §.4. de quindenn. num.22.* ibi: *undè ſi etiam ſolveretur quindennium, imponeretur unis, & eiſdem fructibus duplex onus, cùm tamen unum illorum tantùm ſolvendum ſit, annata nempè, vel quindennium &c.*

30 His accedit, quòd, ſicuti per conceſſionem hujuſmodi annatarum non intelliguntur conceſſæ etiam annatæ ſpectantes ad Sedem Apoſtolicam in caſu proviſionum faciendarum in Curia ratione vacationis Beneficiorum in menſe reſervato, vel ob aliam cauſam, ob quam literæ Apoſtolicæ expediendæ ſint in Dataria Apoſtolica; ità nec intelliguntur à fortiori remiſſa, ſeu condonata quindennia ſpectantia ad ſolam Sedem Apoſtolicam, de quibus nulla fit mentio in ſimilibus indultis.

Præterquamquòd non ſemper quindennia ex neceſſitate ſunt accidentia inſeparabilia à jure
31 annatarum; adeò, ut non ſemper verum ſit, quòd, licet competat jus exigendi annatas, ſemper etiam loco annatarum exigi poſſint quindennia ex Beneficiis unitis, *Spada conſil. 94. num.1. vol.2. Rota coram Card. Seraphin. deciſ. 1410. num. 9. tom. 2. repetit. poſt Tract. int. Deciſion. Sac. Rot. Rom. in ordine la V.*

Undè ad arguendam diverſam naturam, vel non ſemper tàm uniformem quindenniorum cum annatis, videmus, quòd antiquitùs antè
32 *Bullam 6. Pauli II. §.3. Bullar. nov. Rom. tom.1. repetit poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la I.* pro quindenniis, loco quindenniorum tunc nondùm, ut poſteà, introductorum ſolvebatur ex propria obligatione certum quid Cameræ Apoſtolicæ per manum mortuam, ad cujus favorem fiebat Unio Beneficiorum, prævia obligatione de ſolvendo quid ſtatis temporibus, ut teſtatur idem *Paulus II. §.4.* ibi ,, Reliqua verò &c. Beneficia, ut præfertur, unita, pro quibus Cameræ Apoſtolicæ Annata, ſeu alia Jura ſolvi conſueverant, vel debebant temporibus retroactis, & de ſolvendo ſingulis certis temporibus futuris obligatio in eadem Camera per inadvertentiam facta non fuit, Annatam &c. in poſterum ſingulis XV. annis perpetuò ſequuturis, eidem Camerario ſolvere teneantur, & debeant &c. ,, *Julius III. Bulla 20. §.5. eod. tom.1.* ibi ,, ſeu aliàs obligationes de ſolvendis Communibus, & Minutis Servitiis, ac Annatis &c. aut aliis juribus ſolvi debitis, & conſuetis, factæ non fuerint, & quæ ſunt, exequutioni non demandentur &c. ,, *Paulus IV. Bulla 17. §.1. & 7. eod. tom.1.* ibi ,, ſuper quibus nulla obligatio in eadem Camera reperiebatur, aut ad obligationem de eis ſolvendis facienda minimè obligatos fuiſſe &c. ,, *S. Pius V. Bulla 38. in principio, & §. 3. in principio, tom. 2.* ibi ,, contrà pro tempore in Camera Apoſtolica, aut aliàs ratione Annatarum, Communium, & aliorum Jurium prædictorum ſemel tantum, aut de XV. in XV. annos ſolvendorum obligàtos &c. ,, *Urbanus VIII. Bulla 18. in principio, tom. 5. & Clemens X. Bulla 50. §. 1. in principio, & §. 3. in principio, tom. 6.* ibi ,, & quaſcumque obligationes per eas dictæ Cameræ proptereà factas &c. remiſit, & de illis, ac aliis quibuſcumque, quæ prædictæ Cameræ eatenùs ſolvere quomodolibet obligatæ erant, generalem quietantiam fecit &c. ,, *repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la* I. III. IV. VI. VIII. & XI. & benè advertunt *Spada conſil. 94. num 1. tom.2. Lotther. de re beneſ. lib.1. quæſt.29. nu.5. Maſſ. Galleſ. de annat. nu. 30. in fin. §. Eſt aliud,* ibi ,, de totius Chriſtianitatis communi conſenſu, ab antiquiſſimis temporibus (quod ex regeſtis Cameræ Apoſtolicæ apparet) uſu receptum fuit, ut illi, in quorum commodum tales Uniones cedebant, dum ſingularum Unionum literas expediebant, promitterent, obligarentque ſe, & ſucceſſores pro ſolvendo in futurum, certis conventis temporibus (puta finitis quibuſcumque XV. X. & VIII. aut XX. annis) unitorum Beneficiorum annatas &c. Atque ità proceſſum eſt uſque ad tempus Pauli II. Pontificis, qui ejuſmodi ſolutionum varia tempora, ad ſingulorum XV. annorum initia reduxit; ab eâque dicti Pauli Pontificis ordinatione, ſtabilito XV. annorum tempore, tractum eſt Quindennii nomen ,, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 4. de quindenn. num.3.* ibi ,, nàm anteà quidem fiebant Uniones, & illi, qui commodum ſentiebant ex hujuſmodi Unione, obligabant ſe ergà Cameram Apoſtolicam, & Officiales Annatarum de ſolvendo Annatam ſingulis VIII. X. XV. vel XX. annis, prout inter Partes conveniebatur; Paulus verò ſupradictus ſuſtulit omnes conventiones hujuſmodi, & quindenniorum ſolutionem ſtatuit ſingulo XV. anno faciendam &c. ,, *Card. de Luca de Beneſic. diſcurſ. 89. n.3.* ibi ,, inolevit etiam antiquus uſus ſolvendi dicta onera, & annatas pro Eccleſiis, ac Beneficiis unitis, ſingulis quibuſque temporibus, cum aliqua varietate, juxta regionum, vel Beneficiorum, & Eccleſiarum uſum. Cùm autem ex hac varietate plura reſultarent litigia, & inconvenientia, idcircò, ut his conſuleretur, prudenter Paulus II. &c. uniformem regulam deſuper ſtatuit &c. ità quandam mediam viam eligendo, præfinivit uniforme tempus XV. annorum. Atque ex hoc prodiit iſtud quindenniorum vocabulum &c. ,, *Rota coram Card. Seraphin. deciſ. 1410. num.10. tom.2. repetit. poſt Tract. int. Deciſion. Sac. Rot. Rom. in ordine la V.* ibi ,, cùm antiquis temporibus, quando fiebant Uniones, illi, in quorum favorem fiebant, obligarent ſe de ſolvendo certum quid ſtatis temporibus Cameræ Apoſtolicæ &c. Et cùm iſtæ obligationes vario modo, & ſub diverſis temporum terminis fierent: tandem Conſtitutione Pauli II. redactæ fuerunt ad tempus XV. an-

33 „ XV. annorum &c. „ Nec hoc caſu præjudicium reſultans Annatiſtis, ex Unione Beneficiorum, tamquàm ſecundarium habendum eſt in conſideratione, ut ponderat *Spada ſæpè prælaudato conſil.94. n.2. & 3. tom.2.*

Ultraquamquòd Papa, uniendo, utitur jure ſuo, neminique injuriam facit in re ſua, utendo jure ſuo, dum in Beneficiis eſt moderator, & arbiter, illorùmque ſupremus, ac abſolutus
34 Dominus, licet in conſequentiam Loco Pio per accidens, ac occaſionaliter inferatur præjudicium per Unionem ejuſmodi ob amiſſionem anuatarum, ut in his præciſis terminis *Rota in Burgen. Quindenniorum coram* Peña *dec.* 1020. *num.*2. 3. 4. *&* 6. ibi „ & Papa, uniendo, non præjudicat, licet in conſequentiam ſequatur præjudicium &c. præſertim, cùm Papa in iſtis ſit moderator, & arbiter, & utendo jure ſuo, nemini facit iniuriam &c. & jure ſuo, non animo nocendi, alteri nocet &c. „ *Seraphin. deciſ.* 1410. *num.* 18. *cum ſeqq. tom.* 2. *ac ſignanter num.*22. *&* 23. ibi „ Neque obſtat, quòd debeamus ad inſtar Cameræ Apoſtolicæ, mediantibus quindenniis præſervare jus Capituli; quia hoc præiudicium, quod venit in quandam conſequentiam, & ſecundariò, non habetur in conſideratione &c. „ *repetit. poſt Tract. int. Deciſion. Sac. Rot. Rom. in ordine la V. & VI.*

35 Immò non benè arguitur ab annatis, quas percipit Camera Apoſtolica ad annatas huiuſmodi, quas percipit Locus Pius ex privilegio Apoſtolico, cùm iſtæ, & illæ diverſo modo, diversòque titulo, ac cauſa percipiantur, annatæ enim à Loco Pio perceptæ, debentur in fructibus, in quibus conſiſtunt Beneficia, puta in oleo, vino, vel in ſimilibus, annatæ verò à Camera Apoſtolica perceptæ, non debentur in fructibus integri, ſeu dimidii anni Beneficiorum, ſed in pecunia, habita ratione ad æſtimationem unius, vel dimidii anni; illæ inſuper annatæ à Loco Pio perceptæ, ſolvuntur eidem Loco Pio ex cauſa merè lucrativa, ac etiam ex Jure communi exorbitante, *Spada conſil. 94. n. 9. §. Præterea, lib.2. Lotther. de re benef. lib.1. quæſt. 29. num. 7. Rota coram Card. Seraphin. in Burgen. Quindenniorum dec.* 1410. *num.*11. *cum ſeqq. tom.2. repetit. poſt Tract. in ordine la V.* ibi „ Præterea adeſt inter iſtas annatas Capituli, & eas, quas percipit Camera Apóſtolica, magna differentia, tàm ratione facti, quàm ratione Juris; nam quantum ad factum, annatæ, quæ ſolvuntur Cameræ Apoſtolicæ, regulantur à valore expreſſo in impetratione, & non excedunt valorem unius anni; illæ verò, quas percipit Capitulum, non conſiſtunt in pecunia, ſed in ipſiſmet fructibus, quos propria auctoritate percipit, & non unius anni ſolùm, ſed anni cum dimidio: unde ſatis depræhenditur, non eſſe eiuſdem ſpeciei cum annatis Curiæ, ſed & ratione Juris differunt; nam annatæ, quæ ſolvuntur Cameræ Apoſtolicæ, debentur ex cauſa oneroſa ob præiudicium, quod reſultat propter Unionem; illæ verò debentur Capitulo titulo merè lucrativo, ac etiam à Jure communi exorbitanti &c. „ *Peña deciſ.*1020. *nu.*2. *in fin. repetit. poſt Tract. in ordine la VI.* ibi „ nec licet arguere ex jure Cameræ Apoſtolicæ ad jura particularium Eccleſiarum, & Capitulorum, cùm multæ ſint differentiæ inter annatas debitas Cameræ Apoſtolicæ, & debitas inferioribus Eccleſiis, ut prudenter fuit conſideratum in ultima deciſione in
hac Cauſa facta &c. „ ſiquidem Beneficia 36
potiùs abſque diminutione conferenda ſunt ex *tot. tit. Decretal. ut Benefic. ſine diminutione conferantur*; & annatæ à Camera perceptæ, ſolvuntur eidem Cameræ, eiùſque Officialibus aliàs Annatiſtis ex titulo, & cauſa oneroſa juxta jam
inſinuata; ideòque non militat eadem ratio 37
ſolvendi quindennia Loco Pio ex Beneficiis unitis, quæ antè eorum Unionem ſolvebant Loco Pio Annatas, quæ militat in quindenniis Cameræ Apoſtolicæ debitis, ad quod optimè animadvertunt auctoritates mox allatæ.

Omiſſo, quòd non ſolùm ratione Juris, ſed etiam ratione facti magnum (ut jam notavimus) intercedit diſcrimen inter annatas Cameræ, & illas Loci Pii, cùm, exempli cauſa,
plura Capitula, ut plurimùm, percipiant fru- 38
ctus unius anni cum dimidio, Camera autem Apoſtolica percipit fructus unius tantùm anni, ut egregiè ponderat *Rota prælaudata dec.* 1410. *num.*13. *coram Card. Seraphin. tom.*2. *repetit. poſt Tract. in ordine la V.*

Quindennia inſuper (ut ità inquam) Came- 39
ralia, debentur ex ſpeciali ratione, ob recognitionem nempè univerſalis dominii, quod Papa habet in omnibus Beneficiis totius Orbis
Catholici, prout annatæ eidem ob recognitio- 40
nem eiuſdem dominii loco Decimæ Eccleſiaſticæ debentur, juxta *Bullam* 17. *Pauli IV.* §. 1. *Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Bullam* 38. *S. Pii V.* §.3. *in principio, tom.*2. *Bullam* 18. *Urbani VIII. in principio, tom.*5. *Bullam* 50. *Clementis X.* §.3. *in principio, &* §.6. *in principio, tom* 6. *Bullam S.M. Clementis XI. editam* 23. *Novembris* 1704. *& Bullam ejuſdem editam* 24. *Januarii* 1705. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* V. VI. VIII. XI. XII. *&* XIV. annatæ verò ex Pontificio Indulto, ſivè ex immemorabili præſcriptione habente vim tituli, & Indulti, ſeu Privilegii, dumtaxat debentur Loco Pio, ſicque ob rationis diſparitatem non poſſunt deberi etiam quindennia; cùm igitur Bullæ quindenniorum loquantur ſolummodò de quindenniis Cameræ Apoſtolicæ debitis ob dictam rationem, non ſunt extendendæ ad Locum Pium, cui annatæ debentur ex peculiari
Indulto, ac ex diverſa cauſa, cùm aliàs quin- 41
dennia non debeantur de Jure communi, nec in Jure reperitur cautum, illa debri loco annatarum, ſed eadem benè debentur de Jure ſpeciali Summorum Pontificum; ſi etenim de Jure communi deberentur, ſuperfluæ profectò fuiſſent Bullæ Apoſtolicæ ſuper quindenniis editæ, & falſæ quoque cauſæ inibi enunciatæ, veluti arguté ratiocinatur *Spada conſil.*95. *n.*1. §. *Quò verò ad quindennia, & num.* 2. *lib.* 2. ibi „ nullibi enim in Jure reperitur cautum, quòd loco annatæ debeantur quindennia &c. quia, ſi de Jure loco annatæ fuiſſent debita quindennia, non ſolùm illa Bulla ſuperflua fuiſſet, ſed etiam cauſæ in illa narratæ, fuiſſent falſæ: nempè quia per Unionem nullum præiudicium factum fuiſſet Cameræ Apoſtolicæ, ſi ergò Jure ſpeciali hoc conceſſum fuit &c.

„ Ca-

,, Cameræ Apoſtolicæ, & eius Officialibus,
,, ſequeretur, quòd Jus commune vigeret in
,, contrarium &c.,, *Capon. controv.32.num.37.*
ibi,, quindennia non ſunt nota de Jure com-
,, muni, ſed debentur ex privilegio &c.,, *Rota*
*coram Card. Seraphin. dec.*1401. *num.*3.4. *&* 5.
*tom.*2. ibi,, & hæc facultas non competat de
,, Jure communi, ſed ex quodam ſpeciali pri-
,, vilegio &c. non de Jure communi, cùm ei
,, nota non ſint quindennia &c.,, *& dec.*1410.
num. 29. *in principio*, *eod. tom.*2. ibi,, Privi-
,, legium enim huiuſmodi conceſſum Cameræ,
,, non competebat de Jure communi &c.,,
Peña *decſ.* 1020. *num.* 2. *circà fin.* §. *Reſpectu*
Quindenniorum, ibi,, ſatis deducitur, jus
,, quindenniorum non eſſe in Jure communi
,, fundatum, ſed de ſpeciali privilegio Came-
,, ræ Apoſtolicæ reſervatum &c. Nam ſi de
,, Jure communi loco annatæ quindennia fuiſ-
,, ſent debita, non erat neceſſe de illis ſpecia-
,, lem legem ferre &c.,, *repetit. poſt Tract. int.*
Deciſion. Sac. Rot. Rom. in ordine la IV.V. & VI.

Nec Locus Pius habens jus exigendi annatas,
42 habet jus conferendi, prout habet Papa, ideò-
que minùs capax conſequendi, veluti benè ob-
ſervat *Rota mox relata dec.*1410. *num.*28. *&* 29.
coram Card. Seraphin. ibi: *jus hoc quindenniorum*
introductum favore Cameræ, non eſt trahendum in
exemplum à Capitulo non habente jus collationis,
prout habet Papa &c. ità, ut, puta, Capitula
inferiora, prætendere poſſint quindennia, non
ſatis eſt, ea potuiſſe prætendere annatas antè
Beneficiorum Unionem: quippè etiam Camera
Apoſtolica antè Beneficiorum Unionem præ-
tendere poterat annatas ex Beneficiis Conſiſto-
rialibus, ſeu Maioribus, & ex aliis inferioribus,
ſeu minoribus, excedentibus nempè XXIV. Du-
catos auri de Camera juxta notiſſimas Bullas,
attamen non indè poterat prætendere quoque
quindennia ex Beneficiis manui mortuæ poſteà
unitis: ideòque neceſſariæ fuerunt Bullæ Apo-
ſtolicæ ſuper quindenniis emanatæ favore Ca-
meræ Apoſtolicæ; eodem fermè modo, ut puta
Capitula etiam ad inſtar Cameræ Apoſtolicæ
poſſint prætendere quindennia ex Beneficiis
unitis, debent priùs conſequi ſpeciales conceſ-
ſiones ſuper quindenniis, vel ſaltem ad omne
43 peius docere de immemorabili præſcriptione,
& quaſi poſſeſſione antiquiſſima, ſeu centena-
ria exigendi quindennia, ſicuti docent de ſpe-
cialibus conceſſionibus, ſeu de immemorabili
perceptione annatarum, veluti in puncto ad-
vertit P*animoll. dec.*4. *num.*7. *tom.*1. *repetit. poſt*
alterum noſtrum Tract. de Quindenniis inter De-
ciſion. exter. in ordine la I. ibi,, undè quinden-
,, niorum exactio locum habet non ſolùm ad
,, favorem Cameræ, & cæterorum ab ea jus
,, habentium, ſed etiam ad favorem Capituli
,, habentis jus percipiendi annatas Beneficio-
,, rum vacantium in Diœceſi, ſi uniantur,
,, dummodò Capitulum reperiatur in poſſeſ-
,, ſione exigendi quindennia, ſecùs autem, ſi
,, non reperiatur in dicta poſſeſſione, licet per-
,, cepiſſet annatas de Beneficiis, antequàm
,, unirentur &c. & ex identitate rationis exten-
,, ditur etiam ad favorem aliarum perſonarum
,, non expreſſarum, ſimile jus habentium,
,, quibus Summus Pontifex cenſetur non mi-
,, nùs proſpicere, & eorum intereſſe conſulere,
,, quàm ipſi Cameræ Apoſtolicæ &c.,, *Rota*
coram Card. Seraphin. dec. 1401. *num.*3. *&* 5.
*tom.*2. *repetit. poſt Tract. int. Deciſion Sac. Rot.*
Rom. in ordine la IV. ibi,, licet probetur im-
,, memorabilis quaſi poſſeſſio Capituli exigendi
,, Annatas, & dimidias; tamen, cùm non con-
,, ſtet, quòd aliquo tempore exegerit quinden-
,, nia ex Beneficiis de antiquo unitis &c. vide-
,, tur nullum jus competere Capitulo exigendi
,, quindennia ex Beneficiis &c. unitis &c. Al-
,, terum caput difficultatis ſit in eo, quòd non
,, conſtat, Capitulum aliquo tempore perce-
,, piſſe quindennia Beneficiorum de antiquo
,, unitorum &c. quia tamen non oſtenditur ex
,, adverſo aliqua ſolutio quindennii, & ſatis
,, antiqua videtur iſta conſuetudo non ſolven-
,, di, Domini voluerunt, ut reſervaretur vi-
,, dendum, an iſta conſuetudo non ſolvendi de
,, unitis de antiquo tempore, poſſit inſervire
,, pro conſuetudine interpretativa alterius con-
,, ſuetudinis percipiendi annatas, à Summis
,, Pontificibus approbatæ, & confirmatæ,, *&*
deciſ. 1410. *num.* 1. 3. 6. 10. *&* 25. *in fin. co-*
ram eod. Card. Seraphin. eod. tom. 2. *repetit.*
poſt Tract. in ordine la V. ibi,, Reſervatum
,, tamen fuit, ut videretur, cum præſuppoſito,
,, quòd iſta quindennia hactenùs nunquam
,, petita, neque exacta fuerint; an talis non ſo-
,, lutio quindenniorum poſſit inſervire pro
,, conſuetudine interpretativa &c. ut non te-
,, neantur ad eorum ſolutionem &c. jus autem
,, Capituli, licet ſit certum reſpectu exactionis
,, annatarum; tamen reſpectu exactionis quin-
,, denniorum non eſſe clarum, cùm tale jus &c.
,, neque ex præſcriptione ei competat, ſed de-
,, ducatur ex quadam prætenſa interpretatio-
,, ne, quæ habet contrà ſe antiquiſſimam, &
,, perpetuò obſervatam conſuetudinem non
,, ſolvendi, prout in dubio præſupponitur &c.
,, Præterea per hãc conſuetudinem derogari ju-
,, ri Capituli; ideòque requiri, ut ſit præſcri-
,, pta, & quòd ſit obtenta, non obſtante in-
,, terpellatione, per contradictionem &c. Un-
,, dè, cùm habeamus initium quindenniorum
,, certum, & indubitatum, videtur, non poſſe
,, ex immemorabili annatarum exactione in-
,, ferri ad immemorabilem exactionem quin-
,, denniorum, quorum initium eſt certum, &
,, excluſivum immemorabilis conſuetudinis&c.
,, cùm præſupponatur, hæc quindennia nun-
,, quam fuiſſe per Capitulum exacta, neque
,, hactenùs docuit Capitulum ullo unquam
,, tempore à quoquam illa exegiſſe &c.,, nè
aliàs melioris ſint conditionis Capitula infe-
riora, quàm ipſa Camera Apoſtolica, & Papa
ipſe, ad quod evitandum abſurdum omnis ſu-
menda eſt interpretatio; nè aliàs (addendo 44
abſurda abſurdis) magis poſſit inferior, quàm
Superior, *Card. de Luca de fideicommiſſ. diſcurſ.*
120. *num.*6. quando è contrà ut non debeantur
quindennia Capitulo, ſeu alteri Loco Pio, ſuf-
ficit, quòd doceatur de poſſeſſione libertatis
illa non ſolvendi; quaſi hinc benè arguatur,
nullum jus ſuper prætenſis quindenniis compe- 45
tere, quæ exigi procul dubio non omitteren-
tur, ſi illa Jure deberentur, *Spada conſil.*94. *n.*
4. *cum ſeqq. & per tot. lib.*2. ibi,, quia poſſeſſio
,, libertatis inducitur per ſolam negligentiam
,, uſus &c. Si ergò iſta ſola poſſeſſio per non
,, uſum

,, uſum poteſt inducere præſcriptionem liberta-
,, tis, & ſic tollere jus ſervitutis alteri compe-
,, tens, multò magis deſervire poterit in dubio
,, pro declaratione, quòd non competat &c.
,, ſicut igitur iſtud non agere cum curſu lon-
,, giſſimi temporis poteſt tollere jus compe-
,, tens, ità multò magis in dubio poterit de-
,, clarare, quòd jus non competat &c. undè ſe-
,, quitur, quòd, cùm tanto tempore Capitu-
,, lum permiſerit, Moniales quaſi poſſidere
,, iſtam libertatem, credendum ſit, illud per-
,, miſiſſe, quia cognoverunt, quòd nullum ipſi
,, ſuper huiuſmodi quindenniis jus haberent &c.
,, jus libertatis eſt jam quæſitum Monialibus,
,, & cùm Capitulum per tot annos vixerit
,, abſque illis quindenniis in Beneficiis jam
,, unitis, manifeſtè patet, quòd Uniones jam
,, factæ damnum conſiderabile illi non intule-
,, runt &c. ,, *Rota coram Card. Seraphin. deciſ.*
1410. *num.* 3. *tom.* 2. *repetit. poſt Tract. int. De-
ciſion. Sac Rot. Rom. in ordine la V.*

Ut igitur Capitulum, ſivè alius Locus Pius,
adinſtar Cameræ Apoſtolicæ, exigere valeat
quindennia pro Beneficiis unitis, pro quibus
antè eorum Unionem ex Indulto Apoſtolico
exigebat annatas, docere debet de ſpeciali In-
dulto pariter Apoſtolico exigendi quoque quin-
46 dennia, quale habet Capitulum Cathedralis
Eccleſiæ Cæſaraugustanæ in Regno Aragoniæ,
ex conceſſione Pauli V. vigore Brevis deſuper
expediti die 23. Octobris 1608. de quo memi-
nit *Saravia de Juriſdiction. Adjunctor. quæſtion.*
29. *num.* 13. *cum ſeqq.* & *num.* 49. & 50. *repetit.
poſt Frances de Eccleſ. Cathedral.* ibi ,, In hac Se-
,, de Cæſaraugustana Coadiutores & anna-
,, tam ſolvunt juxta Breve Pauli V. de anno
,, 1608. die 23. Octobris conceſſum &c. Dixi,
,, Coadiutores annatam ſolvere, cùm ſolvant
,, quindennia, quia annatis ſuccedunt quin-
,, dennia &c. Non obſtat, quòd in hac Sede
,, Coadiutores quindennia ſolvant, ſolvunt
,, enim ex ſpeciali clauſula, quæ in Pauli V.
,, gratia, ſeu Brevi reperitur, qua ſolvere com-
,, pelluntur habentes jus vel in Beneficio, vel
,, ad Beneficium &c. ,, prout eodem privilegio
Pontificio potitur Capitulum Cathedralis Ec-
cleſiæ Burgen. in Regno Caſtellæ, ex conceſ-
ſione S. Pii V. de anno 1566. teſte *Rota deciſ.*
787. *num* 1. *par.* 4. *diverſor.* ibi ,, quindennium
,, eidem Capitulo meritò debetur &c. ex privi-
,, legio Pii V. &c. ,, & *coram Card. Seraphin.
dec.* 1401. *nu.* 3. *in fin.* & *n.* 5. *in principio*,
tom. 2. ibi ,, facultas iſta percipiendi quin-
,, dennia primùm conceſſa fuerit à fel. rec. Pio
,, V. anno 1566. &c. & ad hoc inſervire privi-
,, legium Pii V. &c. ,, *deciſ.* 1410. *in principio*,
& *num.* 29. *in med. cod. tom.* 2. ibi ,, Capitu-
,, lum Burgen. &c. prætendebat exigere adin-
,, ſtar Cameræ Apoſtolicæ quindennia Benefi-
,, ciorum unitorum etiam antè privilegium fel.
,, rec. Pii V. &c. impetrando novum privile-
,, gium à fel. rec. Pii V. pro quindenniis futu-
,, rarum Unionum &c. ,, *Peña deciſ.* 1020. *n.* 4.
in principio, §. *Quòd ſi*, ibi ,, ſicut jam factum
,, fuit per Indultum Pii Papæ V. &c. ,, *Duno-
zet. Sen. deciſ.* 13. *num.* 1. & 2. ibi ,, cum eo
,, præſuppoſito, quòd quindennia deberentur
,, Capitulo Burgen. de omnibus Beneficiis uni-
,, tis etiam antè fel. mem. Pii V. conceſſionem
,, &c. ,, *repetit. poſt Tract. int. Deciſion. Sac. Rot.
Rom. in ordine la* II. IV. V. VI. & VII.

Nec facit in contrarium, quòd, Papa, unien- 47
do Beneficia, ex quibus antè eorum Unionem
debebatur annata, cenſeatur ad inſtar Cameræ
Apoſtolicæ velle præſervare jus Capituli, ſeu
alterius Loci Pii habentis jus annatarum, me-
diantibus quindenniis per manum mortuam ei-
dem Capitulo, ſeu alteri Loco Pio in futurum
ſolvendis, ut hac via reſarciatur damnum,
quod ex Unione Beneficiorum paſſurum eſt Ca-
pitulum, ſivè alter Locus Pius ob ceſſationem
vacationum, perindèque amiſſionem annata-
rum, *Rota coram Card. Seraphin. deciſ.* 1401.
num. 5. *tom.* 2. *repetit. poſt Tract. in ordine la IV.*
quia præiudicium huiuſmodi uti ſecundarium,
non venit conſiderandum; valdèque abſonum
eſſet, quòd Papa in Unionibus faciendis, fa-
cere deberet mentionem præiudicii indè prove-
nientis, cùm ipſe ſit Dominus omnium Benefi- 48
ciorum, & ex tali actu inferatur maius præiu-
dicium Ordinariis Collatoribus, quorum ta-
men nunquam requiſitus fuit conſenſus, ut,
recedendo à contraria *deciſ.* 1401. *num.* 5. *coram
Card. Seraphino*, poſteà firmavit *Rota coram
eodem deciſ.* 1410. *num.* 22. *verſic. neque obſtat*,
& *num.* 23. & *num.* 29. *in fin. verſic.* & *valdè
abſonum*, *tom.* 2. *repetit. poſt Tract. in ordine la V.* 49
ità, ut nulla hodiè facienda ſit vis in *citata dec.*
1401. *num.* 5. *in principio*, cùm illa fuerit revo-
cata per *citat. dec.* 1410.

Minùſque obſtat, quòd ſaltem deberet Pa-
pa facere Capitulo, ſeu alteri Loco Pio aliquam
recompenſationem loco quindenniorum in ca-
ſu, quo ipſis non eſſet locus; quia ridiculum 50
eſſet, quòd Capitulum, ſivè alter Locus Pius
habens jus exigendi annatas ex ſpeciali gratia
Sedis Apoſtolicæ, poſſet contrà illam præten-
dere aliquam recompenſationem, *Spada conſil.*
95. *num.* 12. *in fin. verſic. quò verò*, & *num.* 13.
lib. 2. *Rota coram Peña dec.* 1020. *num.* 3. *in fine*
§. *Ex prædictis*, *repetit. poſt Tract. in ordine la VI.*

Nullius inſuper momenti eſt, illatio ex *dec.*
1. *ſivè unic. aliàs* 871. *de ſepultur. in antiqu.* ubi
habetur, Antonianos, ideſt (ut puto) Fratres 51
Ordinis S. Antonii Abbatis Viennen. habentes
ex privilegio Apoſtolico, & de conſuetudine
jus exigendi in Curia Romana de ſepulturis,
& funeralibus Curtheſanorum in Eccleſiis Pa-
rochialibus tumulatorum, dimidiam partem,
in Eccleſiis verò Collegiatis ſolvi quartam, re-
cipere poſſe adhùc dimidiam, ſicut priùs,
quantumvis aliquæ Parochiales poſteà erectæ
fuerint in Collegiatas; quia, utraquòd illa 52
non eſt deciſio, ſed tantùm diſputatio illius
concluſionis ad partes; & nihil in ea firmatur,
advertendum eſt, quòd ibi remanebat idem 53
ſtatus Parochialitatis, & conſequenter adhùc
verificabatur conditio illa, & eventus de ſepul-
turis Cortigianorum, politiori, & Latino vo-
cabulo Aulicorum, ſeu Curialium, qui in illa
Eccleſia adhùc tumulabantur, *Spada prælauda-
to conſil.* 95. *num.* 10. *verſic. ſic etiam*, *lib.* 2. *Rota
poſt Tract. dec.* 9. *n.* 6.

Minoris ponderis eſt alia illatio ex *Clement.* 1.
de Cenſibus, ubi Religioſi tenentur ſubire onera 54
incumbentia Eccleſiis ſibi unitis; quia hoc ve-
rum eſt in oneribus certis, & quorum condi-
tio, ac eventus adhùc purificatur; quod in ca-
 ſu

55 ſu noſtro non militat, cùm debitum conditionale antè eventum conditionis non debeatur, ut reſpondet *Spada mox allegato conſil.*95. *n.*11. *&* 12. *lib.*2. *Rota coram Peña dec.*1020. *num.*5. *&* 6. *repetit. poſt Tract. in ordine la VI.*

Eadem laborat irrelevantia objectum, quòd,
56 cùm jus percipiendi annatas, veriſimiliter à Papa conceſſum ſit Capitulo, ſivè alteri Loco Pio, ob augumentum cultus divini, ut nempè diligentiùs, ac alacriùs deſerviatur in divinis, & onera eis incumbentia, faciliùs perferantur, *Saravia de Juriſdictione Adjunctorum quæſtione* 29. *num.*14. *Rota dec.*139. *n.* 1. 4. *&* 10. *par.*2. *diverſor.* adeò, ut, ſi & jus percipiendi quindennia, conſequutivè conceſſum non intelligatur, diminuitur cultus divinus, nec adeò accuratè, ac diligenter deſervitur Eccleſiæ, ob diminutas hac via diſtributiones quotidianas: quia ſi in Brevi conceſſionis apparuerit, cau-
57 ſam finalem concedendi annatas, puta Capitulo, fuiſſe augumentum cultus divini, nè aliàs ob reddituum tenuitatem minùs diligenter de-
58 ſerviatur Eccleſiæ, adhùc in tali caſu non cenſeretur etiam conceſſum jus percipiendi quin-
59 dennia: immò cùm in omnibus ferè conceſſionibus exprimatur pro cauſa finali augumentum cultus divini, non eſt in praxi tutum contrarium tenere, nè hoc modo per indirectum Capitulum ſibi arroget jus exigendi quindennia.

60 Denique non retragatur, quòd Papa, uniendo Beneficium Penſione gravatum, alicui debita, non intelligitur velle tollere jus Penſionario; quia, cùm tunc agatur de jure præſenti, & certitudinaliter competente, non cenſetur illatum præiudicium, *Spada conſil.* 95. *num.* 9. *vol.* 2. *Rota coram Peña dec.*1020. *nu.*4. *in principio*, *§. His fundamentis*, *repetit. poſt Tract. in ordine la VI.*

61 Supereſt modò Difficultas, quid dicendum, ſi præceſſerit tranſactio ſuper ſolutione huiuſmodi quindenniorum facienda Capitulo, ſeu alteri Loco Pio per prius habenti jus annatarum, & dico, niſi eſſet concordia confirmata, & approbata à Sede Apoſtolica, ea non obſtante adhùc non deberi quindennia Capitulo, ſeu alteri Loco Pio, uti ex erroneitate conventa,
62 & quia tranſactio carens cofirmatione, ſeu approbatione Apoſtolica, non poteſt ligare ſucceſſores in Beneficiis, tamquàm in ſe continens obligationem reſpicientem tractum perpetuum, ac ſucceſſivum, proindèque læſiva, *Card. de Luca miſcellan. Eccleſ. diſcurſ.*5. *ſub nu.*29. *Turricell. de reb. Eccleſ. non alien. cap.* 1. *numr*9. *& cap.* 25. *num.* 22. ac in puris terminis quindenniorum, *Rota coram Duuozet. Sen. dec.*13. *n.*5. *cum ſeqq.* nòſque ſuprà *Cap. CLXXV.*

ARGUMENTUM.

Privilegium Apoſtolicum ſuper jure exigendi quindennia ex Beneficiis, ex quibus per prius eidem Loco Pio conceſſum fuerat Privilegium pariter Apoſtolicum ſuper jure exigendi Annatas, non compræhendit Beneficia unita antè prædictum Privilegium, ſed Beneficia tantùm unienda poſt dictum Privilegium.

SUMMARIUM.

1 *Privilegium Apoſtolicum ſuper jure exigendi quindennia compræhendit dumtaxat Beneficia unienda poſt dictum Privilegium.*
2 *Privilegium, uti ſtricti Juris, non eſt extendibile de tempore ad tempus.*
3 *Natura legis eſt futuris proſpicere, non autem præterita reſpicere.*
4 *Materia alicujus regulæ non eſt effectus præteritus.*
5 *Lex nova imponens auſteriorem vitam Regularibus, non trahitur ad receptos antè legem.*
6 *Recenſentur abſurda, quæ aliàs ſequerentur, ſi lex, ſeu Conſtitutio reſpiceret præterita.*
7 *Quis divinare nequit, quid ſtatuendum ſit.*
8 *Quod nondùm eſt in rerum natura, ſciri nequit.*
9 *Lex, ſivè Conſtitutio fertur ut regula humanorum actuum, ſtatuens novam regulam.*
10 *Conſtitutio Innocentiana ſuper ſtatutariis ſucceſſionibus non compræhendit, niſi caſus futuros, non autem ſucceſſiones perantea delatas.*
11 *Privilegium loquens de inducenda obligatione, trahi nequit ad præterita, ſed reſpicit futura.*
12 *Privilegium latè interpretandum eſt contrà concedentem, & ſtrictè contrà tertium.*
13 *Interpretandum eſt, ut quò minùs lædat.*
14 *Latè interpretandum eſt, ſi eſt conforme Juri communi.*
15 *Quindennia non debentur de Jure communi, ſed benè tantùm de Jure ſpeciali Summorum Pontificum.*
16 *In dubio potior eſſe debet cauſa tractantis de damno vitando, quàm tractantis de lucro captando.*
17 *Verba dubia Privilegii ſunt interpretanda contrà illum, in cujus favorem fuit conceſſum.*
18 *Privilegia non ſunt multiplicanda.*
19 *Caſus venit per compræhenſionem, non verò per extenſionem.*
20 *In materia, quantumvis ſtricta, compræhenditur caſus, ad quem poſſunt verba privilegii extendi, lato ſumpto vocabulo, ſi modò ſubſiſtat eadem ratio.*
21 *Privilegium reſpicit quoque præterita.*
22 *Reſcriptum ad præterita extenditur.*
23 *Declaratur* cap.ad audientiam 5.de Eccleſ.ædific.
24 *Si appareat de voluntate Legiſlatoris, compræhendendi etiam præterita negocia, tunc ſuper non compræhenſione quælibet dubitatio ceſſare debet.*
25 *Non conſtito de mente Legiſlatoris, privilegium trahitur ad res tantùm futuras.*
26 *Sententia dicitur lex particularis.*
27 *Eadem reſpicit præterita.*
28 *Eadem propriè non eſt lex.*
29 *Lex, ſeu Conſtitutio nihil aliud eſt, quàm dictamen rationis.*
30 *Corrigendum eſt quidquid illicitè patratur.*
31 *Expenditur* cap.cùm tu 5. de uſur.
32 *Uſura eſt probibita de Jure divino.*
33 *Pecunia de ſui natura ſterilis eſt, nec generat pecuniam.*
34 *In materia uſuraria lex reſpicit etiam præterita.*
35 *Declaratur* l. ut nullo modo 28. C. de uſur.
36 *Lex non percutiens uſuras omni Jure damnatas, ſed prodiens dumtaxat ad exceſſum moderandum fructuum aliàs licitorum, intelligenda eſt de ſolis contractibus futuris.*
37 *Expenditur* Clement. ut ii 2.de ætat. & qualitat. ordin.
38 *Declaratur* dicta Clement.

39 *Aſ-*

39 *Aſſertur Intellectus* cap. ſi quidam 10. quæſt. 1. cap. ad audientiam de Reſcript. cap. cùm in cunctis 7. §. Inferiora de election. cap. 1. de conſuetud. in 6. cap. ſi à ſubdelegato 14. de Offic. Judic. Delegat. in 6. Clement. unic. de probation. Clement. unic. de immunit. Eccleſ. l. fin. C. de pact. pignor. l. unic. C. de contract. Judic. l. Curiales 7. l. Samaritanorum 17. C. de Hæretic. l. vacantia 4. C. de Bon. vacant. lib. 10. l. neminem 5. C. Theodoſ. de Canon. frumentar. Urb. Rom. & l. unic. eod. C. Theodoſ. de action. cert. temp. finiend.

40 *Adducitur* cap. quoniam 40. de ſimon.

41 *Lex declarativa legis antiquæ compræhendit non ſolùm futura, ſed etiam præterita.*

42 *Lex non declarans veterem legem, nihil denuò ſtatuit.*

43 *De Jure antiquo prohibetur aliquid recipere pro ingreſſu Religionis.*

44 *Aſſertur intellectus* cap. cùm in Magiſtrum 49. de election. cap. licet Canon. 14. eod. in 6. cap. unic. in fin. de Cleric. non reſid. in 6. cap. ex frequentibus 3. de inſtitution. cap. aqua 9. de conſecration. Eccleſ. cap. unic. de poſtulation. Prælat. cap. fin. de ſponſ. duor. & Clement. 1. de uſur.

45 *Privilegium, adinſtar legis, ubi non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus.*

46 *Mens legis, & Legislatoris, ſivè mens privilegii, & privilegiantis potiùs, quàm verba, inſpici debent.*

47 *Lex non eſt poſita verbis, ſed rebus.*

CAPITULUM CLXXXIV.

OCcaſione conceſſionis Apoſtolicæ ſuper jure exigendi quindennia ex Beneficiis, ex quibus idem Locus Pius perantea percipiebat Annatas ex conceſſione pariter Apoſtolica, facilè oriri poteſt controverſia ſuper intelligentia, ſeu interpretatione Privilegii; utrùm nempè illud compræhendat, nec nè etiam Beneficia unita antè Privilegium, vel compræhendat duntaxat poſt Privilegium unienda: ideò re-
1 ſolvimus in præſenti, quòd Privilegium Apoſtolicum ſuper jure exigendi quindennia ex Beneficiis, ex quibus per prius eidem Loco Pio conceſſum fuerat Privilegium pariter Apoſtolicum ſuper jure exigendi Annatas, non compræhendit Beneficia unita antè prædictum Privilegium, ſed Beneficia tantùm unienda poſt dictum Privilegium, ut in puncto firmat *Rota deciſ. 690. num. 4. in principio, part. 4. diverſor.* ibi „ quòd ſi propter multitudinem Beneficio-
„ rum unitorum, Uniones cæperunt eſſe Ca-
„ pitulo damnoſæ, ſatis, quòd in futurum illi
„ conſulatur &c. ſicut jam factum fuit per In-
„ dultum Pii Papæ V. „ *& coram Card. Seraphin. deciſ. 1410. in principio, & n. 29. tom. 2.* ibi „ Capitulum Burgen. quod ſivè ex con-
„ ceſſionibus Summorum Pontificum, ſivè ex
„ præſcriptione immemorabili habet jus perci-
„ piendi unam Annatam cum dimidia, om-
„ nium Beneficiorum vacantium in Diœceſi
„ Burgen. prætendebat exigere ad inſtar Ca-
„ meræ Apoſtolicæ quindennia Beneficiorum
„ unitorum etiam antè privilegium fel. rec.
„ Pii V. & ideò Cauſam commiſerat contrà di-
„ verſas Eccleſias, quibus fuerant ab antiquo
„ unita quædam Beneficia &c. ex quibus tolli-
„ tur, quod dicitur in utroque caſu adeſſe pa-
„ ritatem rationis, & tacitè hoc videtur fateri
„ Capitulum, impetrando novum Privilegium
„ à fel. rec. Pio V. pro quindenniis futurarum
„ Unionum; ſi enim hoc jus ipſi competebat
„ anteà, fruſtratorium erat hoc impetrare,
„ ſed ſufficiebat illud ad cauthelam confirma-
„ re &c. „ *repetit. poſt Tract. int. Deciſion. Sac. Rot. Rom. in ordine la V. & VI.* quippè privile- 2
gium uti ſtricti Juris, ac à Jure exorbitans, ſicque uti odioſum, non eſt extendibile de tempore ad tempus, etiam concurrente identitate, vel maioritate rationis (quantumvis id in Privilegio expreſsè caveatur) *cap. porrò 7. cap. quanto 26. de privileg. cap. ſuſceptum eod. in 6. l. fin. ff. de Conſtitution. Princip. Salgad. labyrinth. credit. part. 1. cap. 7. num. 39. & de Reg. Protect. par. 3. cap. 9. nu. 204. Carleval. de Judic. tom. 1. tit. 1. diſput. 8. num. 6. & tit. 3. diſput. 23. n. 41. Pareja de Inſtrum. edit. tit. 2. reſol 6. à num. 28. & 350. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 85. per tot. Garz. de nobilit. gloſſ. 6. num. 41. verſic. prætereà, Oldrad. de liter. Princip. prælud. 11. nu. 3. cum ſeqq. Card. de Luca de ſervitut. diſcurſ. 61. num. 13. de Juriſdict. diſcur. 31. num. 10. de Jurepatronat. diſcurſ. 50. num. 8. de feud. diſcur. 92. ſub num. 7. verſic. reflectendo, & de Regalib. diſcurſ. 202. nu. 2. ego in altero Tract. de Quindenn. cap. 17. num. 36. cap. 159. num. 53. & cap. 165. num. 8. Rota coram Card. Seraphin. dec. 334. n. 8. dec. 892. num. 2. & dec. 931. num. 2. tom. 1.* & 3
natura legis eſt futuris proſpicere, non autem præterita reſpicere, ſeu oculos (ut ajunt) retrò habere, *cap. ut animarum 2. de Conſtitution. in 6. cap. per tuas qui fil. ſint legit. cap. aqua de conſecration. Eccleſ. cap. unic. de poſtulat. Prælat. in 6. cap. dilectus ut lit. pend. cap. cùm ſingulis de Præbend. in 6. Clement. ut hi 2. de ætat. & qualitat. ordinand. l. leges 7. la 2. C. de legib. l. meminimus in fin. C. de legit. hæred. l. jubemus §. Quæ in poſterum C. de teſtam. Spada conſil. 18. nu. 24. lib. 1. Antonell. de temp. leg. lib. 3. cap. 4. num. 3. cum ſeqq. Suarez de legib. lib. 4. cap. 14. per tot. Maſcard. de general. Statut. interpret. concl 13. n. 1. Card. de Luca de Judic. diſcurſ. 35. num. 87. de feud. diſcur. 74. num. 8. & de alienat. diſcurſ. 2. num. 11. & diſcur 25. num. 3. Gratian. diſcept. 608. num. 4. Cohell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 16. num. 65. Fatinell. reſponſ. 11. num. 10. par. 1. & ad Bull. Baron. obſerv 15. num. 1. & 5. Coſta de retrotraction. caſ. 9. cap. 9. per tot. Barboſa axiom. 136. num. 4. Adden. ad Innocent. X. deciſ. 596. num. 8. Mantiſſa ad Card. de Luca ſup. mater. Offic. Venal. deciſ. 1. num. 8. & 9. vol. 4. Rota coram Anſaldo Decano dec. 76. nu. 8. Card. Put. deciſ. 174. num. 2. lib. 3. in correct. & in recentior. deciſ. 211. num. 1. par. 5. tom. 1. deciſ. 20. num. 15. dec. 109. num 11. & dec. 115. num. 12. part. 8. dec. 4. nu. 3. dec. 66. n. 7. par. 11. dec. 104. num. 7. par. 16. dec. 52. num 3. & 4. & deciſ. 99. num. 5. part. 17. deciſ. 520. num. 8. par. 18. tom. 2. dec. 235. num. 5. & deciſ 404. num 13. cum ſeqq. par. 19.* cum materia alicuius regulæ non ſit ef- 4
fectus præteritus, ſeu non producat effectum præteritum, juxta illud vulgare. *Ad præteritum non datur potentia, cap. Paulus 32. quæſt. 5.* ergò ſicuti lex, ſeu Conſtitutio nunquam poteſt habere pro materia actum præteritum, ità nec

5 privilegium: undè fit, quòd lex nova imponens auſteriorem vitam Regularibus, non trahitur ad receptos antè legem, *Maſcard. de general. Statut. interpretat. concl.* 13. *nu.* 53. *Rota coram Priol. dec.*237. & 255. *per tot.*

6 Indè fit, quòd, ſi lex, ſeu Conſtitutio reſpiceret præterita, fieret profectò præiudicium contrahentibus, dum contractus legitimè celebrati hac via irritarentur, cæteráque abſurda, ac incommoda ſequerentur, *cap. cognoſcentes* 2. *de Conſtitution.* quando tamen qui antè legem, ſeu Conſtitutionem aliquid geſſerunt, juſtam
7 ignorantiæ cauſam habuerunt, dum divinare non poterant, quid ſtatuendum eſſet, *cap unic. ut Eccleſ. Benef. ſin. diminut. confer. l. jubemus* 29.
8 *C. de teſtam.* quod enim nondùm eſt in rerum natura, ſciri nequit, *cap. ad diſſolvendum de deſponſat. impuber. cap bonæ de electïon.* ut ſi leges ad præterita traherentur, Legiſlator non providè, ſed calumnioſè ſe gereret, ut occultis in futurum laqueis innocentes irritirentur;
9 quando tamen quælibet lex, ſivè Conſtitutio feratur, ut regula humanorum actuum, ſtatuens novam regulam, *cap. regula diſtinct.* 3. *cap. exit diſtinct.* 4. ſicque de ſui natura lex fertur pro actibus futuris, dum actus præteriti non indigent regula, nec illius capaces ſunt: lex inſuper præceptum eſt, ſed præceptum non poteſt adaptari negociis præteritis; ergò illa reſpicere non valet præterita.

10 Inde etiam fit, quòd Conſtitutio Ven. Servi Dei Innocentii XI. ſuper ſtatutariis ſucceſſionibus, non compræhendit, niſi caſus futuros, non autem ſucceſſiones perantea delatas, *Rota coram Anſald. deciſ.* 67. *num.* 16. *cum ſeqq. ubi num.* 17 refellitur contrarium tenens, *Card. de Luca de ſtatutar. ſucceſſion.* §.7. *n* 8. & 9.

Quibus accedit, quòd privilegium conceſſum Capitulo ſuper jure exigendi quindennia loquitur de inducenda obligatione ſolvendi
11 quindennia; quo caſu trahi nequit ad præterita, ſed reſpicit futura tantum, *Gratian. diſcept.* 465. *num.* 4. *Rota in recentior. dec.*408. *num.*15. *par.*19.

Nec obſtat, quòd immò privilegium videa-
12 tur latè interpretandum eſſe, quia hoc eſt verum contrà concedentem, ſeu in præiudicium concedentis, ſed non, ut in caſu, contrà tertium, ſeu in præiudicium tertii, fortiùſque in materia, ut iſta quindenniorum exorbitante, *cap. porrò, cap. Paſtoralis, cap. recepimus de privileg. cap. cùm dilectus de conſuetud. cap. olim de verb. ſignif. cap. ſuper eo de offic. Judic. Deleg. cap. ex tuarum de auctoritat. & uſ. pall. l. beneficium ff. de Conſtitution. Princip. Abb. in cap. cum ex injuncto* 12. *de Hæretic. & in dict. cap. ſuper eo, Innocent. in cap. cum dilecti de donation. Oldrad. de liter. Princip. prælud.*11. *n.*14. & 43. *verſic. quod tamen, & verſic. ità tamen, Molfeſ. ad Conſuetud. Neapol. tom.*1. *part.*4. *quæſt.*33. *n.* 4. *Pignatell. conſult. Canonic. tom* 9. *conſult.*163. *num.* 44. *Monacell. formular. Eccleſ. in ſupplem. tit* 13. *formul.*14. *n* 84. & 85. *Rota coram Card. Seraphin. dec.*605. *num.*2. *dec.*728. *num.*2. & *deciſ.* 827. *num.* 1. & 3. *tom.*1. *Coccin. deciſ.*1856. *num* 8. & 9. *deciſ.*537. *num.*20. *par.*3. *diverſor. & in recentior. dec.*531. *num.*2. *par.*4. *tom.*3. *deciſ.* 199. *num.*27. *par.*12. *dec.*533. *nu.*22. & 24. *part.* 14. *deciſ.*530. *num.*3. & 4. *part.*18. *tom.*2. ideóque privilegium interpretandum eſt, ut 13
quantò minùs poſſit, lædat, *cap. ea, quæ de regul. Jur. in* 6. *l. Prætor* 2. §. *Meritò* 10. *ff. nè quid in loc. publ Garz. de explicat. privileg. quæſt.* 304. *num.* 988. *Oldrad. de liter. Princip. prælud.* 11. *num.* 3. *Molin. de Primogen. Hiſpan. lib* 1. *cap.*14. *nu.*19. & 20. *Paſqualig. quæſtion. moral. Canonic. centur.* 3. *quæſt.* 220. *n.*2. ſicque ut contineat ſolummodò futurum tempus Beneficiorum nempè uniendorum poſt ipſum Privilegium; immò ſupradicta regula, ſi privile- 14
gium, de quo agitur, eſſet conforme Juri communi, *Rota recentior. deciſ.* 400. *num* 3. *part.*9. *tom.* 2. quando tamen privilegium exigendi quindennia procul dubio à Jure communi deviat, dum de Jure communi illud non debetur, 15
ſed benè tantùm de Jure ſpeciali Summorum Pontificum, ut palam fit ex Bullis in materia quindenniorum editis ad latiſſimè per nos tradita in ſuis locis; immò in dubio potior eſſe 16
debet cauſa manus mortuæ tractantis de damno vitando, quàm Capituli privilegiati, tractantis de lucro captando, *l. verum §. fin. ff. de minor. l. fin. ff. ex quib. cauſ. major. in integr. reſtit. Novar. de gravam. Vaſſall. tom.* 1. *gravam.* 370. *num.*10. præterquamquòd verba du- 17
bia privilegii ſunt interpretanda contrà illum, in cuius favorem fuit conceſſum, per *textum in l. veteribus ff. de pact. l. quidquid adſtringendæ ff. de verb. oblig. Cabed. dec. Portugall.* 86. *n.* 9. 18
*part.*2. nec privilegia ſunt multiplicanda, *l. jus ſingulare ff. de legib. Fontanell. deciſ. Cathalon.* 263. *n.*17. *tom.*1.

Minùs obſtat, quòd præſens caſus videtur potiùs incluſus in privilegio, non autem excluſus, ſicque venit per compræhenſionem, non 19
verò per extenſionem, *Tiraquel. in l. ſi unquam* 8. *verbo libertis, n.* 37. *C. de revoc. donat. Oldrad. de liter. Princip. prælud.* 5. *nu.*57. & *prælud.*11. *num.* 10. *Garz. de explicat. privileg. quæſt.* 304. *num.*868. *Valaſc. conſult. dec.* 136. *n.*18. *tom.*2. quia id procederet in materia favorabili, non autem in iſta odioſa, & læſiva tertii, ex jam inſinuatis.

Longè minùs obſtat, quòd in materia, 20
quantumvis ſtricta, compræhenditur caſus, ad quem poſſunt verba privilegii extendi, lato ſumpto vocabulo, ſi modò ſubſiſtat eadem ratio, *Alexand. conſil.* 97. *nu.*1. & 11. *lib.*2. quia eſt divinatorium, mentem concedentis fuiſſe, concedendi jus exigendi quindennia etiam de Beneficiis antè conceſſionem unitis; quando tamen ex jam dictis veriſimilius eſt, Papam tale jus elargiri voluiſſe tantùm quoad Beneficia unienda, non autem quoad jam unita.

Eiuſdem irrelevantiæ eſt obiectum, quòd 21
privilegium reſpicit quoque præterita, *cap. ad audientiam* 5. *de Eccleſ. ædific.* prout & ſimiliter 22
Reſcriptum ad præterita extenditur, *cap. ex literis, cap. fin. de Reſcript.* quia immò ex *dicto cap. ad audientiam* 5. *il* 2. potiùs evincitur contrarium, videlicet privilegium non protendi ad præterita, dum ibidem ſupponitur, conceden- 23
tem poſſe, ſi id exprimat, privilegium ad præterita protendere; ſi enim appareat de volun- 24
tate Legiſlatoris, compræhendendi etiam præterita negocia, tunc ſuper non compræhenſione quælibet dubitatio ceſſare debet, *Theſaur. Jun. quæſtion. forenſ. lib.* 3. *quæſt.*113. *nu.*2. *Thomat.* de-

*deciſ. Maccrat.*234. *nu.*26. *tom.*2. *Adden. ad Innocent. X. deciſ.*596. *num.*10. Rota *coram Ubald. deciſ.*114. *ſub nu.*4. *verſic. quod etiam,tom.*1. itâ,
25 ut evidenter aliàs non conſtito de mente Legiſlatoris , militet potiùs contraria regula ,
quòd videlicet privilegium trahatur ad res futuras tantum , *Rota recentior. dec.* 265. *num.*42.
*par.*5. *tom.*1.

26 Haud minoris relevantiæ eſt ponderatio,
quòd ſicuti ſententia , quæ dicitur lex particularis , *cap. ut animarum* 2. §. *Statuto* 1. *de Conſtitution. in* 6. *Deſider. Herald. de authorit. rei ju-*
27 *dicat. lib.* 1. *cap.* 1. *&* 6. reſpicit præterita , *cap. jungantium* 2. *de ſentent. & re judicat. l. dicere*
27. *ff. de recept. arbitr.* itá privilegium , quod
etiam eſt lex particularis , videtur debere reſpicere præterita ; etenim natura ſententiæ eſt præ-
28 terita determinare , *dicta l. dicere* 27. *ff. de recept. arbitr.* nec tamen ſententia propriè eſt lex,
nec legem indicit , aut introducit , ſed ſolummodò jus facit inter litigantes , *cap. cùm inter*
13. *de ſentent. & re judicat. l. fin. in principio* ,
C. de legibus .

29 Conſimilis furfuris eſt alia animadverſio ,
quòd lex , ſeu Conſtitutio nihil aliud eſt, quàm
dictamen rationis , *cap. conſuetudo diſtinct.* 1.
D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 31. *artic.* 6. ſed Legiſlator
eodem dictamine rationis moveri debet ad corrigenda præterita , quàm futura mala , cùm
30 corrigendum ſit quidquid illicitè patratur , *cap.*
quod quis commiſit , *cap grave* 35 *quæſt.* 9. ergo lex reſpicere debet tàm res præteritas, quàm
futuras : quippe iſta ratio tantum concludit,
legem , ſeu Conſtitutionem ex juſta cauſa ferri
poſſe pro cauſis præteritis , quod haud inficiamur , ſed tantùm verum eſt , legem , ſeu Conſtitutionem indefinitè latam , non referri ad
præterita .

31 Sicuti nec etiam turbat *textus in cap. cùm tu* 5.
de uſur. ubi declaratur , uſurarios manifeſtos in
Concilio Lateranen. excommunicatos , & uſuras reſtituere coactos , intelligi tàm uſurarios
præteritos , quàm futuros ; undè deducitur ,
legem , ſeu Conſtitutionem non ſolùm futura ,
ſed etiam præterita reſpicere , quia quando lex
nititur Jure divino , aut naturali , tunc reſpicit
32 quoque præterita ; cùm autem uſura ſit prohibita de Jure divino , ex *Levitic. cap.*25. *verſic.*
36. *&* 37. *& Deutoronom. cap.*23. *verſic.*19. *&*
33 20. nec non de Jure naturali , dum pecunia de
ſui natura ſterilis eſt , nec generat pecuniam ,
cap. ſicut 8. *diſtinct.*47. *cap. plerique* 14. *quæſt.*3.
34 *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.*28. *artic.*1. proindè in materia uſuraria lex reſpicit etiam præterita , *Butr.*
Hoſtienſ. Berojus , *& alii in cap. cognoſcentes* 2.
de Conſtitution.

35 Eodem fermè pacto intelligendus venit affinis *textus in l. ut nullo modo* 28. *C. de uſur.* ubi
Juſtinian. Imper. Conſtitutionem illam à ſe
editam moderatoriam uſurarum juſſit ſervandam eſſe etiam quoad contractus præteritos,
volens eandem ampliare ad præteritos , dubitans ſuam ſanctionem forſan intelligi poſſe de
ſolis contractibus futuris , quidquid ſit , ſi lex
36 non percuteret uſuras omni Jure damnatas ,
ſed prodiiſſet dumtaxat ad exceſſum moderandum fructuum aliàs licitorum , veluti explicat
*Rota apud Mantiſſ. ad Card. de Luca ſuper mater. Offic. Venal. dec.*1. *n.*13. *vol.*4.

Minùs faceſſit *textus in Clement. ut ii* 2. *de* 37
ætat. & qualitat. ordin. ubi in Concilio Viennen.
decernitur , ut tàm in Eccleſiis Secularibus ,
quàm Regularibus nemo impoſterùm ſuffragium in Capitulo ferret , niſi ſaltem in Sacro
Subdiaconatus Ordine fuiſſet conſtitutus , quo
Decreto etiam aſſeritur , compræhendi eos, qui
anteà in Canonicos recepti erant , vel Dignitatem adepti fuerant : undè probatur , Legem ,
ſeu Conſtitutionem reſpicere tàm futura, quàm
præterita ; quia quando , ut in caſu , lex , ſeu
Conſtitutio diſponit aliquid circà exequutionem , ſivè perfectionem alicuius actus , qui
exequutioni demandari nequit citrà præiudicium præteritorum , tunc perneceſſe ad præterita extenditur , vel reſponderi poteſt, quod in
dicta Clement. ut ii 2. *de ætat. & qualitat. ordin.* 38
expreſsè id cautum fuit , ut in verbis ibi : *ſunt*
mancipati , *vel mancipabuntur in poſterum* : quo
caſu nullibi dubium eſt , ex hac ratione, legem,
ſeu Conſtitutionem etiam ad præterita extendi
ob talem Principis voluntatem ; & itá veniunt 39
intelligendi inſignes *textus in cap. ſi quidam* 10.
quæſt. 1. *cap. ad audientiam de Reſcript. cap. cùm*
in cunctis §. *Inferiora de electior. cap.* 1. *de conſuetud. in* 6. *cap. ſi à ſubdelegato* 14. *de Offic. Judic. Delegat. in* 6. *Clement. unic. de probat. Clement. unic. de immunitat. Eccleſ. l. fin. C. de pact. pignor. l. unic. C. de contract. Judic. l. Curiales* 7.
l. Samaritanorum 17. *C. de Hæretic. l. vacantia* 4.
C. de bon. vacant. lib. 10. *l. neminem* 5. *C. Theodoſ. de Canon. frumentar. Urb. Rom. & l. unic.*
eod. C. Theodoſ. de action. cert. temp. finiend. Rota
*in recentior. dec.*99. *n.*9. *par.*17.

Prætereà nullam vim facit egregius *textus in* 40
cap. quoniam 40. *de ſimon.* ubi cavetur , quòd
Moniales pretio aliquo profeſſæ , ex ipſo Monaſterio eiiciantur , & in arctius Monaſterium
detrudantur cauſa peragendæ pœnitentiæ, quæ
pœna extenditur etiam ad Moniales antè dictum Canonem receptas ; quia , ultraquamquòd ibi id expreſsè cavetur , ſatis eſt reſpondere , quòd lex declarativa legis antiquæ com- 41
præhendit non ſolùm futura , ſed etiam præterita, *Novell. de fil. antè dotal. inſtrum nat. Clement.*
1. *de uſur. Clement. diſpendioſam* 2. *de Judic. l. fin.*
C. de tranſaction. l. fin. C. de pact. Felin. in cap.
fin. num. 4. *de Conſtitution. Maſcard. de general.*
Statut. interpret. conc. 13. *nu.* 41. *Theſaur. quæſtion. forenſ. lib.*3. *quæſt.*113. *num.*5. *Nogueroll.*
*alleg.*10. *num.*152. *&* 153. *Barboſa axiom.*136.
*num.*24. *Adden. ad Innocent. X. dec.*596. *num.*9.
Rota coram Royas *dec.*43. *num.* 3. *Card. Put. deciſ.* 372. *num.* 2. *lib.*2. *in correct. Dunozet. Jun.*
deciſ. 830. *num.* 14. *&* 15. *tom.*2. *& in recentior.*
*dec.*216. *num.*5. *par.*8. *dec.*352. *nu.*25. *& deciſ.*
404. *num.*20. *par.*16. *dec.*99. *num.*7. *par.*17. lex
namque declarativa , ſeu interpretativa non eſt
regula actionis , ſed illam ſupponit , ac interpretatur ; itá , ut lex inducens obligationem , 42
ſicque nova veterem declarans , nihil denuò
ſtatuit , *l. hæredes* 21. §. 1. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.*
Novell. de raptor. mulier. cùm igitur in *dicto*
cap. quoniam declaretur Jus antiquum prohi- 43
bens aliquid rercipere pro ingreſſu Religionis ,
cap. non ſatis 3. *cap. de Regularibus* 25. *de ſimon.*
mirum non eſt , ſi extendatur ad præterita : undè lumen ſumunt celebres *textus in cap. cùm in* 44
Magiſtrum 49. *de election. cap. licet Canon.* 14.

eod.

eod. in 6. cap.unic. in fin. de Cleric. non reſid. in 6. cap ex frequentibus 3. de Inſtitution. cap. aqua 9. de conſecration. Eccleſ. cap.unic. de poſtulat. Prælat. cap.fin. de ſponſ. duor. & Clement.1. de uſur.

Nullam inſuper meretur animadverſionem
45 aliud obiectum, quòd ubi privilegium, adinſtar legis, non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus, *cap. ſolitæ, circà fin. de majoritat. & obedient. l.* **1.** *§. Generaliter ff. de legat. præſtand. l. non diſtinguemus ff. de recept. arbitr. l. pretio ff. de Publician. in rem action. l. Præſes ff. de Offic. Præſid. l. quos prohibet ff. de poſtul. l. conſenſiſſe 2. §. Convenire 1. ff. de Judic. Barboſa axiom. 136. num. 4. Vela diſſert. 6. num. 1 & diſſert.29. num.19. Garz. de nobilit. gloſſ.3. §.1. num. 25. Gutierrez pract. quæſt. lib. 3. quæſt.16. num 47. Carleval. de judic. tit.2. diſp.8. num.25. Rota recentior. dec.533. num.4. part.14.* privilegium autem exigendi quindennia legitur indiſtinctè conceptum citrà aliquam declarationem, quòd illud nempè comprehendat dumtaxat Beneficia deinceps unienda; quippè ſemper occurrit regula, quòd nihilominùs adhùc
46 mens legis, & Legiſlatoris, ſivè mens privilegii, & privilegiantis potiùs, quàm verba inſpici debent, & ratio generalis legis reſtringitur ex mente eiuſdem legis, *Vela diſſert.37. à num.20. Solorzan. de jur. Ind. tom.2. cap.21. n.38. & 39. Eſcobar à Corr. de puritat. & nobilit. part. 1. quæſt. 3. §. 3. num.14. Barboſa axiom.136. n.17. cum ſeqq. Salgad. de Reg. Protect. part.3. cap.4.*
47 *à num 79.* cum lex non ſit poſita verbis, ſed rebus, *cap. ſecundò requiris de appellat. l. ſcire leges ff. de legib. l. nominis, & rei verbum ex legibus ff. de verb. ſignif. l. non aliter ff. de legat. 3. l. fin. C. de uſur.*

ARGUMENTUM.

Principibus Laicis ex cauſa à Sede Apoſtolica conceſſo jure exigendi Annatas Beneficiorum, quantumvis Beneficia poſteà manui mortuæ uniantur, non indè cenſetur conceſſum etiam jus exigendi quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex aliqua magna cauſa quandoque Summi Pontifices etiam Principibus Secularibus concedere ſolent jus exigendi Annatas ex Beneficiis vacantibus.*

2 *Bonifacius VIII. ità practicavit cum Philippo Pulchro Galliarum Rege.*

3 *Decimæ conceſſæ fuerunt Hiſpaniarum* Regibus, *aliiſque Proceribus, ac nobilibus.*

4 *Laicus ex Privilegio Pontificis exercere poteſt Juriſdictionem Eccleſiaſticam.*

5 *Capitulum, cui ex Privilegio Apoſtolico conceſſum fuit jus exigendi Annatas, exigere nequit quindennia.*

CAPITULUM CLXXXV.

1 EX aliqua magna, ac urgentiſſima cauſa, ut Religionis (qua maior, ac urgentior dari nequit) aut ſimili, ſolent quandoque religioſiſſimi Summi Pontifices, rei tanti momenti (prout par eſt) intenti, ac ex Paſtorali Officio invigilantes, etiam Principibus Sæcularibus, veluti Imperatori, Regibus vel ſimilibus Superiorem in terris non recognoſcentibus, concedere jus exigendi Annatas Beneficiorum vacantium, prout Bonifacius VIII. practicavit 2
cum Philippo Pulchro S. Ludovici Galliarum Regis filio, referente *Cobellio in notitia Cardinalat. cap. 20. circà fin. verſiculo prout à Bonifacio VIII.* nec mirandum, quòd Eccleſiaſtica, ſivè ſpiritualia, ſeu ſpiritualibus annexa, qualia ſunt Annatæ, tribuantur Laicis; quia ex aliqua juſta cauſa à Juris tramite, & regulis communibus recedendo, potiſſimùm in cauſam Fidei videmus, quòd etiam Decimæ, quas in Hiſpaniis *Tertias* vocant, favore fidei Catholicis Re- 3
gibus, Proceribus, aliiſque nobilibus paſſim conceſſæ leguntur, licet aliàs ratione laicalitatis penitùs incapacibus, *Caſtill. de Tertiis per tot. Tract. Borell. de præſtant. Reg. Catholic. cap. 59. num. 7. Laſſart. de Decim. vendit. & permutat. cap. 19. num. 35. Eſcalon Gazophyl. lib. 2. par.2. cap.32. per tot. Solorzan de jur. Ind. tom. 2. lib. 3. cap. 1. & 4. per tot & Politic. lib. 4. cap.1. & lib. 6. cap 7. fol. mihi 967. verſiculo En quarto, Gutierrez pract. quæſtion. lib.1. quæſt.14. Larrea alleg. fiſcal. alleg. 16 & 27. Antunez de donation. Reg. par.2. cap.34 & par. 3. cap 1. Ceval. de cognit. per viam violent. part.2. cap.25. n.5. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.4. gloſſ 19. num.41. verſic. hæc duriuſcula, & num.83. Gonzalez Tellez in cap. prohibemus 19. num. 4. de Decim. Cancer. var. reſol. par.1. cap.23. num 2. Noguerol. alleg. 39. Rebuff. de Decim. quæſt.13. num.110. Belluga in Specul. Princip. Rubric.13. nu.24. & 29. Card. de Luca de alienat. diſcurſ.3. num.21. & diſcur.18. nu.11. & 13 & de Decim. diſcurſ.1. num.22. Seſe dec. Aragon.162. part.2. Leo dec. Valent.3. Cabed. dec. Portugall. 63. par. 2. Rota coram Ubald. dec. 135. ſub nu 3 Verall. aliàs Caputaq. dec.238. num.1. par.1. Peña dec. 560. num. 3. verſic. cæterùm, & verſic. hæc eadem cauſa, Carill. deciſ. 75. num. 15. verſic. nec obſtat, cum duobus ſeqq. Card. Put. deciſ. 318. part.3. Benincaſa deciſ.297. Martin. Andrea dec. 45. num 9. & 10. Anſald. Decan. ad deciſ. 78. Triol. deciſ. 321. num. 6. Card. Celſ. 151. num 2. Card. Cerr. deciſ.235. n.3. in fin. Merlin. dec 694. num. 18. ac in recentior. dec 702. num.7. part.1. deciſ. 202. num 4. par.3. dec.212. num.2. verſic. quoniam, par.7. dec.249. nu.13. par 8. dec 213. num.14. cum ſeqq. & deciſ.351. nu.19. cum ſeqq. par. 17. dec. 9. par.19.* hinc fit, quòd etiam ex conceſſione Pontificis Laicus exercere poteſt 4
Juriſdictionem Eccleſiaſticam, & ſpiritualem, *Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 95. ſub num. 3. & 10. & diſcur.73. n.13.*

Quibus ſuppoſitis, cùm Principes Laici, occaſione juris exigendi Annatas Beneficiorum vacantium, ex Indulto Pontificio, ità movente Summos Pontifices ad perraram, ac peregrinam conceſſionem huiuſmodi, aliqua magna, & juſtiſſima cauſa, poſt ſequutam Unionem talium Beneficiorum, prætendere præſumant à manu mortua, cui unita fuerint, loco Annatarum indè ceſſatarum, quindennia, nullo alio freti fundamento, quàm ſuper jure exigendi Annatas per prius illis competente; ideò malum

lum jus, malàmque cauſam foventes, veniunt reiiciendi, reſolvendo in præſenti, quòd Principibus Laicis ex cauſa à Sede Apoſtolica conceſſo jure exigendi Annatas Beneficiorum, quantumvis Beneficia poſteà manui mortuæ uniantur, non indè cenſetur conceſſum etiam jus
5 exigendi quindennia; quippè ſi Capitulum, quod tamquàm Eccleſiaſticum, ob ſui conſiſtentiam in ſolis perſonis Eccleſiaſticis, longè capacius eſt, quàm Laicus, annatarum, & quindenniorum, qui ratione perſonæ nihil habet Eccleſiaſticitatis, & tamquàm talis, eſt penitùs incapax jurium ſpiritualium, ac Eccleſiaſticorum, qualia ſunt annatæ, & quindennia, nihilominùs, etiamſi habeat jus exigendi annatas ex Privilegio Apoſtolico, poſteà ex Beneficiis manui mortuæ unitis, non cenſetur acquirere jus exigendi quindennia in locum annatarum poſt Unionem defectarum, niſi superveniat novum, ac ſpeciale deſuper Privilegium, quo decoratum fuit Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Burgen. à S.Pio V. juxta uberiori calamo per nos congeſta ſuprà *Cap CLXXXIII.* quantò minùs Laicus intelligeretur ex mente concedentis acquirere jus exigendi quindennia citrà novum, ac individuale Indultum.

ARGUMENTUM.

In caſu exceſſivitatis exactionis quindenniorum eſt locus repetitioni pro rata exceſſiva uti indebita.

SUMMARIUM.

1 *Melius eſt non ſolvere, quàm ſolutum repetere.*
2 *Error poteſt quandocumque corrigi.*
3 *Antiquitùs antè Clementem VII. Officiales exigebant Annatas ex Penſionibus non excedentibus XXIV. Ducatos auri de Camera.*
4 *In caſu exceſſivitatis exactionis quindenniorum eſt locus repetitioni pro rata exceſſiva uti indebita.*
5 *Ad manum mortuam ſpectat rigidiſſimè probare indebitum.*
6 *Nemo eſt adeò fatuus, ut præſumatur ſolvere indebitum.*
7 *Manus mortua probare tenetur, ſe exceſſivum quindennium ignoranter ſolviſſe.*
8 *Aliàs præſumitur donaſſe reſiduum.*
9 *Præſumitur potiùs ignoranter ſolutum indebitum.*
10 *Manus mortua intrà ſpatium XXX. annorum condicere debet quindennium.*
11 *Auctor putat, Annatiſtas teneri ad fructus in caſu indebitè ſoluti quindennii.*
12 *Super quo tamen cogitandum relinquit.*
13 *Ex pecunia uti infructifera non debentur fructus.*
14 *Etiam ſtante renunciatione, eſt locus repetitioni indebiti.*
15 *Renunciatio fieri ſolet ex ſtylo Notariorum.*
16 *Ad condicendum, locus eſt viæ ordinariæ.*
17 *Quindennia in futurum debita compenſantur.*

CAPITULUM CLXXXVI.

1 OB difficultatem repetendi ſemel ſolutum, melius eſt non ſolvere, quàm ſolutum repetere, *Salgad. in labyrinth. creditor. par.3. cap. 14. num. 15.* quantumvis igitur videatur quodammodò impoſſibile, Officiales, ſeu Annatiſtas excedere poſſe tàm in exactione Annatarum, quàm quindenniorum, ex eo quòd tàm Annatæ, quàm quindennia ſolvuntur non uni perſonæ, nec uni generi perſonarum, ſed in pluribus Officiis, & ſinguli recipiunt ſuam ratam, quam annotant in Bulla, quæ ſubſcriptio, & annotatio non poteſt eſſe erronea, &, quatenùs aliquis Officialis erraret, error poteſt 2 quandocumque corrigi, ut, ſubducto computo, ſolvatur illa taxa, quæ competit illi Officio, juxta latè notata per *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §.4. de quindenn. nu. 26.* ibi „ Illud non omittendum, quòd Azorius eſt „ parùm informatus de ſtylo Cancellariæ, „ cùm addit, Officiales quandoque excedere „ in exactione, tàm annatarum, quàm quindenniorum; quia hoc omninò eſt falſum, „ immò impoſſibile, annata enim, quindenniùmve ſolvitur non uni perſonæ, nec uni generi perſonarum, ſed in pluribus Officiis &c. „ & ſinguli recipiunt ſuam ratam, quam annotant in Bulla, quæ ſubſcriptio, & annotatio non poteſt eſſe erronea, &, quatenùs „ aliquis Officialium erraret, error hic poteſt „ quandocumque corrigi, ut, ſubducto computo, ſolvatur illa taxa, quæ competit illi „ Officio &c. „ nòſque ſuprà *Cap. XVII.* cùm tamen aliquando, licet perraro, per errorem abſque malitia contingere poſſit, quòd ſolvantur quindennia in ſumma exceſſiva, quod juſtitiam abhorret, ſi reſiduum exceſſivum non reſtituatur, immò (quod peius eſt) aliquando ex malitia id contingere poſſit, prout antiqui- 3 tùs antè Pontificatum Clementis VII. Officiales prætendebant exigere, ac de facto exigebant annatas ex Penſionibus non excedentibus XXIV. Ducatos auri de Camera, quod prudenter, ac ſaluberrimè prohibuit *Clemens VII. in ſua Conſtitutione 33. Bullar. nov. Rom. tom. 1.* ideò in præſenti agimus de remedio per viam repetitionis, ſeu condictionis indebiti, firmando, quòd in caſu exceſſivitatis exactionis 4 quindenniorum eſt locus repetitioni pro rata exceſſiva uti indebita, ad *textum in l. 1. cum ſeqq. & l. Stichus teſtamento 67. totòque titulo ff. de condict. indebit. l. ſi per ignorantiam 6. l. indebitum 9. C. eod. l. ſi donaturus 9. ff. de condict. cauſ. dat. Molin. de contract. tract. 2. diſp. 567. num. 1. Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 73. num. 20.*

Ad manum autem mortuam pro repetitione 5 indebiti quindennii, ſeu illius partis agentem ſpectat probare indebitum, & quidem rigidiſſimis, ac concludentiſſimis documentis, *l. cùm de indebito 25. ff. de probation. Maur. de ſolution. cap. 22. num. 22. verſiculo quod repetens, Card. de Luca de credit. diſcur. 78. num. 11. & diſcur. 129. num. 4.* cùm nemo ſit adeò fatuus, ut præſu- 6 matur ſolvere indebitum, quando, prout experientia docet, plurimi nec debitum ſolvunt, *Molin. de contract. tract. 2. diſputat. 567. num. 2. & 3.* tenetur inſuper manus mortua probare, 7 ſe exceſſivum quindennium, ultrà nempè ſummam debitam, ingnoranter, ac per errorem ſolviſſe; aliàs præſumeretur donatio, proindèque condictioni, ſeu repetitioni locus non eſſet, *Vezembec. conſil. 72. n. 13. Mozz. de contract. tit. de condict. indebit. cap. 4. num. 13. Gratian. diſcept.*

ſcept. 417. *num.* 30. *& diſcept.*513. *num* 9 *Rota coram Dunozet. Jun. deciſ.* 688. *num.*11. *tom.*2. *& poſt Zacch. de oblig. Camer. dec.*15. *num* 6. *& in recentior. deciſ.*145. *num.* 6. *cum ſeqq. part.* 3.
8 *deciſ.* 169. *num.* 4. *&* 17. *part.* 6. alias, ſciente manu mortua non deberi in ea ſumma quindennium & tamen ſolvente, præſumeretur donatio reſiduæ ſummæ indebitæ, per *textum in l. quod ſi quis ſciens* 50. *ff. de condiction. indebit. l. cujus per errorem* 53. *ff. de regul. Jur. cap. ſcienti* 27. *cod. in* 6. *Ruin. conſil.*29. *nu.*10. *lib.*2. *Menoch. de præſumpt. lib.*3. *præſ* 31. *num.*14. *& præſ.* 34. *n.* 18. *cum ſeqq.* eſt benè verum, quòd in dubio ſemper melius eſt favere repetitioni,
9 quàm adventitio lucro, ſicque præſumi quem potiùs neſcientem indebitum ſolviſſe, quàm ſcientem, *l. non debet* 41. *§. In re obſcura* 1. *ff. de regul. Jur.* ubi egregiè de more *Jacob. Gothofred. in principio*, *Maur. de ſolution. cap.*22. *n.*8. *&* 9.

10 Ontrò, quòd manus mortua intrà ſpatium XXX. annorum condicere debet quindennium, quod poſt dictum lapſum remanet incondicibile, ſeu irrepetibile, eſtque locus præſcriptioni, *Antonell. de temp. legal. lib.*2. *cap.*73. *num.*21.

Pro coronide II. ſuperſunt Difficultates valde notatu dignæ.

I. Difficultas, quid dicendum de fructibus quindennii indebiti, an nempè, præter illam partem non debiti quindennii, ſicque ſortem,
11 ſeu capitale, ſint reſtituendi etiam fructus per Annatiſtas; & putarem, eos eſſe condemnandos etiam ad fructus loco damnorum, & intereſſe, ſi receperint ſuperabundantem ratam, poſſunt namque errare in Jure, vel in facto, ad *textum in l. indebiti ſoluti* 15. *l. in ſumma* 65. *ff. de condiction indebit. Molin. de contract. tract.*2. *diſput* 569. *num.* 4. *Rota coram Bichio deciſ.*671.
12 *per tot. tom.*2. ſuper hoc tamen cogitandum relinquo, non figens pedes, nec dans manus; dum ex alia parte nullos deberi videtur fructus in caſu quindenniorum, quæ ſolvuntur in pe-
13 cunia, neque in re infructifera, juxta punctualem *textum in l.* 1. *C. de condictione indebiti*, *Rota dec* 112. *n.*6. *cum ſeqq. par.*13. *recent.*

II. Difficultas quid dicendum in caſu, quo manus mortua ſolvens quindennium in ſumma non debita, renunciet condictioni indebiti, an tunc ampliùs ab Annatiſtis repeti nequeat ſuperabundans indebita rata, reſiſtente ad hoc renunciatione condictionis; adhùc ta-
14 men, ea non obſtante, putarem eſſe locum repetitioni, cum præſumendum ſit, eam renunciationem factam eſſe ſecuritate, quòd verè tota illa ſumma, quæ ſoluta fuit, quindennialis, deberetur, ac levitate animi, aut igno-
15 rantia, aut potiùs eam renunciationem appoſitam eſſe ex conſuetudine Notariorum, ſine conſenſu, & advertentia manus mortuæ renunciantis, niſi clarè, ac evidenter appareret de animo donandi, *Molin. de contract. tract.* 2. *diſput.*569 *n* 8.

Ut autem ſit locus condictioni indebiti, agen-
16 dum eſt via ordinaria per tres ſententias conformes, *Rota coram Buratt. dec.*377. *n.*10.

Præterea cùm quindennia habeant tractum perpetuum, ac ſucceſſivum, & debeantur in perpetuum ſingulis XV. annis, Annatiſtæ benè poterunt ad impediendam repetitionem indebiti excipere per viam compenſationis cum futu- 17
ris quindenniis per manum mortuam in poſterum ſolvendis, ad *textum in l.*1. *&* 2. *ff. de condiction. indebit. Neguzant. de pignor. part.* 5. *membr.* 5. *num.*16. *Rota coram Merlin. dec.*328. *n.*1. *in principio*.

ARGUMENTUM.

Ex ſolutione quindennii probatur Unio Beneficii facta manui mortuæ.

SUMMARIUM.

1 *Unio non præſumitur, niſi probetur.*
2 *Unio probatur ex viſitationibus Ordinariorum.*
3 *Ex viſitationibus Abbatum magis infertur ad ſubjectionem, quàm ad Unionem.*
4 *Alii extant modi prdbandi Unionem.*
5 *Alius modus à nemine hùc uſque factus.*
6 *Ex ſolutione quindennii probatur Unio.*
7 *Taxæ Cancellariæ probant Unionem.*
8 *Solutio quindennii probat* Unionem.
9 *Manus mortua non eſt adeò fatua, ut ſolvere velit quindennium, quin Beneficium unitum ſit.*
10 *Probato conſequente, præſumitur antecedens.*
11 *Partus in lucem edi nequit, niſi priùs concipiatur.*
12 *Virgo parere nequit, niſi priùs Virgo eſſe deſierit.*
13 *Contrarium ſolummodò viſum in Deipara.*

CAPITULUM CLXXXVII.

CUm Unio tamquàm quid facti, & odioſa, 1
concludentiſſimè probanda ſit, nec præſumatur, niſi probetur in forma valida, *Rota coram Buratt. deciſ.*303. *nu.*11. *Dunozet. Jun. deciſ.*388. *num.*5. *tom.*1. *dec.*911. *num.*1. *cum ſeqq. tom.*2. *Peutinger dec.*135. *nu.*11. *Dunozet. Sen. deciſ* 129. *num.*3. *Ubald. dec.*162. *num.*3. *par.*3. *Bich. deciſ.* 146. *num.*9. *deciſ.*431. *num.*8. *tom.*1. *deciſ.* 525. *num.*4. *&* 5. *tom.*2. *Carill. dec.*1. *n.*4. *& dec.* 161. *num.*4. *ac in recentior. deciſ.*58. *n.*8.
par. 11. *dec.*101. *nu.*3. *par.*15. veri ſanè extant 2
modi probandi Unionem, puta ex viſitationibus Ordinariorum aſſerentium Unionem veram, cùm iſtis uti benè inſtructis de ſtatu Beneficiorum ſuarum Diœceſum, & in quorum præiudicium tendit Unio ratione collationis, ex eo quòd Beneficia unita, tamquàm non ampliùs vacantia conferri nequeant, plurimùm deferri ſoleat, ſeu ex viſitationibus Prælatorum inferiorum, nempè Abbatum Monaſterii, cui facta fuit Unio, *Turricell. de Union. Benefic. cap.* 11. *num.* 96. 103. *&* 104. *Rota coram Dunozet. Jun. deciſ.*911. *n.*7. *tom.*2. *Card. Seraphin. deciſ.*1127 *num.*3 *& dec.*1272. *nu.*3. *tom.*2. *Bich. dec.*285. *num.*9. *& dec.*336. *n.*11. *tom* 1. *Ubald. dec.* 280. *num.*6. *& in recentior. dec.*4. *n.*7. *&* 8. *& dec.*152. *num.*9. *part.*10. quantumvis quoad 3
viſitationes Abbatum magis inferatur ad ſubjectionem, quàm ad Unionem, *Rota coram Alexand. VIII. dec.*179 *num.*19. *verſiculo viſitationes*, *& num.*20. *Peutinger. dec.*135. *num.*8.
omiſſis aliis modis probandi Unionem penès 4
*Barboſ. de Epiſc. part.*3. *alleg.*66. *num.*49. *& de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 60. *& ad Sacr. Concil. Trident. ſeſſ.*7. *de Reformat. cap.*6. *nu.*29. *Menoch. de præſumpt. lib.*6. *præſ.*80. *per tot. Maſcard.*

ſcard. de probation. concluſ. 1411. *per tot. vol.* 3. *Rota coram Dunozet. Jun dec.* 911. *per tot. tom.*
5 2. verùm quia alius ſuppetit modus probandi Unionem à nemine hùc uſque, (quod ſciam) tactus, non minùs canonicus, & legitimus, quàm modi enunciati, cæterique conſimiles; & quia forſitan ob incuriam, vel ob tempus lapſum, vel ob aliam cauſam, nullus ex recenſitis modis probandi Unionem, adeſſe poterit, niſi præſens, de quo agitur, ad finem docendi de non ſtatu collativo, vel ad excludendam reſervationem, vel ad alium effectum; ideò fir-
6 matur, quòd ex ſolutione quindennii probatur Unio Beneficii facta manui mortuæ, ut in puris terminis *Plotus conſil.* 26. *num.* 6. *cum ſeqq. vol. ſeu par.* 1. ibi „ Secundò probatur ipſa poſ- „ ſeſſio, ac Unio in favorem Monaſterii S. „ Hieronymi, ex quo Romæ in libris exiſten- „ tibus apud Mag. D. Paulum Magium Sub- „ collectorem Decimarum: & in quibus libris „ ſunt deſcriptæ omnium Regularium Congre- „ gationum Uniones, & etiam annotatæ ſolu- „ tiones annatarum quindenniorum, quæ in „ dies ratione dictarum Unionum per eaſdem „ Congregationes in Cancellaria Apoſtolica „ fiunt &c. & in quibus libris etiam reperiun- „ tur deſcriptæ ſolutiones quindennii factæ per „ dictum Monaſterium pro dicta Eccleſia &c. „ quo caſu ſequitur, quòd libri ipſi Apoſtoli- „ ci, ſeu Cameræ Apoſtolicæ probant dictam „ Unionem, & ſolutionem Annatæ, ſeu quin- „ dennii &c. ſtante, quòd Officiales Cameræ „ Apoſtolicæ non ſcripſiſſent in dictis libris, „ ſibi fuiſſe ſolutum, ubi ſic non fuiſſet, ex „ quò ipſi de ſuo tenerentur ergà Cameram&c. „ & ſic dicti libri probant & Unionem, & ſo- „ lutionem quindennii factam per ipſum Mo- „ naſterium &c. Et hoc idem confirmatur ex „ alia fide facta per Mag. D. Bernardinum „ Caxatum de anno 1536. qua conſtat, per „ dictum Monaſterium fuiſſe ſolutum quinden- „ nium Cameræ Apoſtolicæ pro dicta Eccleſia „ S. Andreæ tanquàm unita dicto Monaſterio. „ Quibus ſtantibus, dico, quòd per ſolutiones „ quindenniorum receptorum à Camera Apo- „ ſtolica ab ipſo Monaſterio pro dicta Eccleſia „ tanquam unita cum dicto Monaſterio, quòd „ probatur & poſſeſſio, & Unio &c. ergò & „ debet credi iſtis RR. DD. Monachis, quòd „ Eccleſia S. Andreæ fuerit unita cum eorum „ Monaſterio, & quòd ità Papa conſenſerit, „ ex quò ab eo per dicta tempora ab anno „ 1517. & citrà recipit quindennia &c. ergò „ & præſumitur Unio, cùm & Papa, & Epiſco- „ pus paſſi fuerint, Monaſterium poſſidere Bo- „ na Eccleſiæ S. Andreæ, & ab eo receperint „ quindennium &c. Et cùm per X. annos, im- „ mò & per XL. annos RR. Monachi S. Hiero- „ nymi tenuerint Bona Eccleſiæ S. Andreæ, „ tanquàm unita eorum Monaſterio, etiam „ ſciente Papa, quod patet ex ſolutione quin- „ denniorum ſibi facta, præſumitur ipſa Unio „ &c. Quibus omnibus ſic ſtantibus, dico, „ quòd conſtat de poſſeſſione RR. DD. Fra- „ trum S. Hieronymi, Eccleſiæ S. Andreæ ſibi „ unitæ, etiam cum titulis, & Inſtrumentis, „ & libris Cameræ Apoſtolicæ &c. „ *& conſil.* 27. *num.* 3. *cum ſeqq.* ibi „ Septimò, quia „ RR. Monachi colorant poſſeſſionem ex Unio- „ ne, quam probant ex libris Cameræ Apoſto- „ licæ, quibus conſtat, quòd dicta Eccleſia „ S. Andreæ fuit unita Monachis, & quòd ſol- „ vunt quindennium: nam per talem ſolutio- „ nem probatur Unio &c. & tales libri Came- „ ræ Apoſtolicæ probant Unionem &c quia in „ hoc judicio poſſeſſorio non requiritur pro- „ batio tituli &c. ſed ſufficit colorare poſſeſ- „ ſionem titulo, vel alio modo, puta, quia „ ſolvunt quindennium Papæ &c. Secundò di- „ citur, quòd libri Apoſtolici loquentes de „ quindennio, probant gratiam, & Unionem „ &c. „ *& conſil.* 28. *num.* 5. „ Ergò ſufficit co- „ lor ſolutionis quindennii factæ Papæ per Mo- „ nachos pro Eccleſia S. Andreæ tanquàm uni- „ ta, cùm in libris Cameræ Apoſtolicæ hoc „ ſcriptum non eſſet, ubi verum non fuiſſet &c. „ Quintò dicitur, quòd libri Cameræ Apoſto- „ licæ loquentes de quindennio ſoluto per DD. „ Monachos pro Eccleſia S. Andreæ ſibi unita, „ quòd in hoc judicio poſſeſſorio probāt Unio- „ nem, & ſic titulum &c. vel ſaltem colorem „ poſſeſſionis, qui ſufficit loco tituli in benefi- „ cialibus &c. „ *& conſil.* 29. *nu.* 5. *in fin.* ibi „ „ ſtante Unione præſumpta ex libris Cameræ „ Apoſtolicæ, quibus conſtat, quòd ſolvunt „ quindennium Cameræ Apoſtolicæ pro Unio- „ ne, & quæ Unio præſumitur &c. „ *Clericat. diſcord. forenſ. de Benefic. part.* 1. *diſcord.* 57. *nu.* 26. ibi „ Decimò, & ultimò fulcitur hæc „ veritas ſolutionis quindenniorum, quam fa- „ cit Monaſterium S. Nazarii, Cameræ Apo- „ ſtolicæ, pro Beneficiis ſibi unitis, ac pleno „ jure ſubjectis, inter quæ (ut loquitur Bulla „ Adriani IV.) extat Eccleſia S. Felicitatis. „ Quindenniorum ſolutio facit concludentem, „ & irrefragabilem probationem, quòd Bene- „ ficia, pro quibus fit ipſa ſolutio, ſint de Men- „ ſa Monaſterii ſolventis, ac eidem ſint pleno „ jure incorporata, annexa, & unita &c. Qua- „ re abſque offenſione Juſtitiæ, ac detrimento „ conſcientiæ impugnari non poteſt hæc paten- „ tiſſima veritas, tot probationibus demon- „ ſtrata, quòd Eccleſia S. Fælicitatis eſt ple- „ no jure ſubiecta, ac unita Monaſterio S. Na- „ zarii &c. „ *Terremut. in Conflict. Doctor. par.* 3. *tom.* 1. *num.* 20. *fol. mih.* 106. ibi „ & ma- „ gis redditur indubitatum in caſu noſtro, „ quoniam Sanctitas Alexandri VII. &c. noluе- „ rit per dictam Regulam Cancellariæ deroga- „ re dicto Juripatronatus, quòd tempore ſuo „ exegerit à Capitulo jura quindennii, nè Ca- „ mera Apoſtolica, & Cancellaria pateretur „ damnum, ex eo quia Unio Vicariæ facta di- „ ctæ Præpoſituræ operaretur, quòd nunquam „ rediret vacatio dictæ Præpoſituræ ad Cancel- „ lariam, quod eſt cauſa quindennii &c. aliàs „ enim rediret loco Vicariæ dicta Præpoſitura „ ad Cancellariam, & ultrà exigeretur quin- „ dennium &c. „ *Rota poſt Tondut. de Penſion. dec.* 40. *nu.* 9. ibi „ Quintò adducuntur taxæ „ in Cancellaria perſolutæ ab eiſdem Archie- „ piſcopis etiam pro Eccleſiis unitis, quarum „ ſolutiones ad effectum, de quo agitur, pon- „ deravit „ *Rota &c. & in recentior. deciſ.* 340. *num.* 5. *in principio, par.* 4. *tom.* 1. ibi „ Tan- „ dem videbatur tolli omne dubium ex ſolu- „ tione quindennii facta de anno 1554. pro his „ Eccleſiis unitis, cum expreſſione, quòd va-

lor

„ lor illarum non excederet Ducatos XXX. au-
„ ri, & quòd quindennium finierat die 18. Ju-
„ nii 1553. prout fuerat expreſſum in Unione,
„ & tempus in totum correſpondet datæ litera-
„ rum Unionis ſub XVI. Kalend. Julii 1538.
„ quia eo tempore finiebat quindennium per-
„ fectum, & hinc colligebatur, Unionem fuiſ-
„ ſe factam &c. quòd poſteà clariùs apparuit
„ ex obſervantia ſolutionis quindennii &c. „
& n.6. ibi „ Non videbatur ſuffragari, quòd
„ hæc ſolutio non fuerit facta vivente Paulo III.
„ quia quindennium ſuo tempore non erat fini-
„ tum, cùm ipſe deceſſiſſet de anno 1549. Ac-
„ cedebant præmiſſis ſolutio alterius quinden-
„ nii de anno 1603. pro iiſdem Eccleſiis uni-
„ tis &c.

7 Eo namque modo, quo taxæ in Cancellaria,
ſeu Camera Apoſtolica perſolutæ probant
Unionem favore ſolventium, *Rota coram Du-*
8 *nozet. Jun. dec.* 911. *nu.9 tom.*2. probat etiam
Unionem ſolutio quindennii, quæ eſt quædam
taxa in libris Cameræ; quod quidem factum
inſerviet tàm ad effectum impediendi præten-
ſam reſervationem reſpectu Datariæ Apoſtoli-
cæ, ſeu excludendum ſtatum collativum præ-
tenſum ab Ordinariis, quàm ad effectum cano-
nizandi jus Annatiſtarum, ſeu Officialium Ca-
meræ Apoſtolicæ ſuper quindenniis ſibi debitis
ex cauſa Unionis.

Siquidem ſi Beneficium non eſſet unitum ma-
nui mortuæ, procul dubio non ſolveretur quin-
dennium, vel (quod idem eſt) ſi non ſolvere-
tur quindennium, Beneficium non eſſet uni-
tum, dum ſolutio quindennii debet præſuppo-
9 nere pernecesse Unionem Beneficii: nec dari
poteſt manus mortua adeò fatua, ſivè eius mi-
niſtri adeò ſtolidi, ut ſolvere velint quinden-
nium, quin Beneficium unitum ſit, & con-
10 ſequens oritur ab antecedente; adeò, ut,
probato conſequente præſumitur antecedens,
11 & probatis extremis præſumuntur media: nec
partus in lucem edi poteſt, niſi priùs conce-
12 ptus, nec Virgo parere, niſi per prius Virgo
13 eſſe deſierit, prætérquàm ex ſpeciali privilegio
in Deipara ſemper Virgine ab Altiſſimi imper-
ſcrutabili providentia proviſum fuit, ut puriſ-
ſimum pararet Verbo receptaculum in humanæ
ſalutis raparationem.

ARGUMENTUM.

Unio Beneficii, maximè in judicio poſſeſ-
ſorio, probatur ex ſolutione quinden-
nii per manum mortuam facta, & in
libris Cameræ Apoſtolicæ regiſtrata.

SUMMARIUM.

1 *Præſens* Cap. *fraternizat cum antecedente.*
2 *Unio Beneficii, maximè in judicio poſſeſſorio, probatur ex ſolutione quindennii.*
3 *Nec meliùs probatur ſolutio quindennii, quàm per confeſſionem Cameræ Apoſtolicæ.*
4 *Nemo fatuus eſt, aut liberalis cum magno incommodo.*
5 *Poſt adnotatam cautionem de recepto excipi nequit de pecunia non numerata.*
6 *Fortiùs probatur Unio, ſi exhibeatur fides, quòd manus mortua quindennium ſolverit Officialibus Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Annatiſtis.*
7 *Saltem hoc modo præſumptivè probatur.*
8 *Unio præſumitur ob ſcientiam, & patientiam Papæ, cujus conſenſus requiritur.*
9 *Unio comprobatur ex enunciativa Ordinarii emiſſa in Viſitatione.*
10 *Officialibus in re ad eorum officium ſpectante deferendum eſt.*
11 *Libris Datariæ Apoſtolicæ præſtatur fides.*
12 *Libri Officialium Datariæ prævalent quibuſcumque teſtium probationibus.*
13 *Res inter alios acta, tertio non præjudicat.*
14 *Libri Cameræ Apoſtolicæ taxantes Beneficia, non probant valorem Beneficiorum in præjudicium tertii.*
15 *Liber publicus in Portugalliæ Regno dictus* Tombo.
16 *In Hiſpaniæ autem Regno* Tumbo.
17 *Talis liber probat etiam contrà tertium.*
18 *Unio ſaltem præſumitur ex ſolutione quindennii in libris Cameræ Apoſtolicæ regiſtrata.*
19 *Ad Papam, vel Ordinarium ſpectat dumtaxat excipere de incapacitate Monachorum.*
20 *Monachi ex Privilegio Apoſtolico habere poſſunt Beneficia.*

CAPITULUM CLXXXVIII.

Fraternizat præſens *Cap.* cùm antecedente; 1
quandoque ſanè poſt ſequutam Unionem
Beneficii favore manus mortuæ, emergere po-
teſt diſputatio ſuper effectuatione eiuſdem
Unionis, proindèque prætenſio libertatis, ſeu
recuperationis Beneficii unà cum illius fructi-
bus à die poſſeſſionis tamquàm nulliter, citrà-
que titulum perceptis, ob temporis forſitan an-
tiquitatem impoſſibili, vel admodùm difficili
reddita exhibitione literarum Unionis ad effe-
ctum docendi de legitimo titulo poſſeſſionis,
quod in non leve detrimentum manus mortuæ
tendit, ob neceſſitatem amittendi Beneficium
ſibi ſemel unitum, ac illud reſtituendi cum fru-
ctibus cui de Jure; perquirendo igitur modum
conſulendi indemnitati ipſius manus mortuæ,
tantùmque damnum avertendi, firmamus in
præſenti, quòd Unio Beneficii, maximè in ju- 2
dicio poſſeſſorio, probatur ex ſolutione quin-
dennii per manum mortuam facta, & in libris
Cameræ Apoſtolicæ regiſtrata, veluti in his pu-
ris terminis Monaſterii Monachorum S. Hiero-
nymi poſſidentis Beneficium vigore Unionis
per Leonem X. ſibi factæ de Parochiali Eccle-
ſia S. Andreæ in Suburbiis Novarien. Civitatis
apud Mediolanen. Ditionem, nec non in ter-
minis quindennii per eoſdem Monachos ſoluti,
& in libris Cameræ Apoſtolicæ adnotati, *Plotus*
*conſil.26. num.6. cum ſeqq. juncto num.*14. *in fin.*
*verſic. quibus omnibus, vol. ſeu par.*1. ibi „ Se-
„ cundò probatur ipſa poſſeſſio, ac Unio in
„ favorem Monaſterii S. Hieronymi, ex quò
„ Romæ in libris exiſtentibus apud Mag. D.
„ Paulum Magium Subcollectorem Decima-
„ rum; & in quibus libris ſunt deſcriptæ om-
„ nium Regularium Congregationum Unio-
„ nes, & etiam annotatæ ſolutiones annata-
„ rum quindenniorum, quæ in dies ratione
„ dictarum Unionum per eaſdem Congrega-
„ tiones in Cancellaria Apoſtolica fiunt &c. &
„ in quibus libris etiam reperiuntur deſcriptæ
ſo-

,, ſolutiones quindennii factæ per dictum Mo-
,, naſterium pro dicta Eccleſia: & prout con-
,, ſtat ex actis de fide dictorum librorum. Quo
,, caſu ſequitur, quòd libri ipſi Apoſtolici,
,, ſeu Cameræ Apoſtolicæ probant dictam
,, Unionem, & ſolutionem Annatæ, ſeu quin-
,, dennii, & per conſequens poſſeſſionem dicti
,, Monaſterii &c. & ſtante, quòd Officiales
,, Cameræ Apoſtolicæ non ſcripſiſſent in dictis
,, libris ſibi fuiſſe ſolutum, ubi ſic non fuiſſet
,, &c. & in dictis libris ſunt deſcriptæ omnes
,, aliæ Uniones, quæ reperiuntur veræ. Ergò
,, præſumitur, quòd etiam dicta Unio fuerit
,, facta de ipſa Eccleſia S. Andreæ cum Mona-
,, ſterio S. Hieronymi, ex quò ità dicitur in
,, dictis libris, & ſic dicti libri probant &
,, Unionem, & ſolutionem quindennii factam
,, per ipſum Monaſterium &c. Et hoc idem
,, confirmatur ex alia fide facta per Mag. D.
,, Bernardinum Caxatum de anno 1536. qua
,, conſtat per dictum Monaſterium fuiſſe ſolu-
,, tum quindennium Cameræ Apoſtolicæ pro
,, dicta Eccleſia S. Andreæ tamquàm unita di-
,, cto Monaſterio. Quibus ſtantibus, dico,
,, quòd per ſolutiones quindenniorum recepto-
,, rum à Camera Apoſtolica ab ipſo Monaſte-
,, rio pro dicta Eccleſia tanquàm unita cum
,, dicto Monaſterio, quòd probatur & poſſeſ-
,, ſio, & Unio &c. debet credi iſtis RR. DD.
,, Monachis, quòd Eccleſia S. Andreæ fuerit
,, unita cum eorum Monaſterio, & quòd ità
,, Papa conſenſerit, ex quò ab eo per dicta
,, tempora ab anno 1517. & citrà recipit quin-
,, dennia &c. Quibus omnibus ſic ſtantibus,
,, dico, quòd conſtat de poſſeſſione RR. DD.
,, Fratrum S. Hieronymi, Eccleſiæ S. Andreæ
,, ſibi unitæ, etiam cum titulis, & Inſtrumen-
,, tis, & libris Cameræ Apoſtolicæ ,, *conſil.* 27.
num. 3. *cum ſeqq.* ibi ,, quia RR. Monachi
,, colorant poſſeſſionem ex Unione, quam
,, probant ex libris Cameræ Apoſtolicæ, quibus
,, conſtat, quòd dicta Eccleſia S. Andreæ fuit
,, unita Monachis, & quòd ſolvunt quinden-
,, nium: nam per talem ſolutionem probatur
,, Unio &c. & tales libri Cameræ probant Unio-
,, nem, maximè cùm agatur ſolùm de cauſa
,, poſſeſſorii &c. & hoc maximè procedit, quia
,, in hoc judicio poſſeſſorio non requiritur pro-
,, batio tituli in omnem caſum, ſed ſufficit co-
,, lorare poſſeſſionem titulo, vel alio modo,
,, puta, quia ſolvunt quindennium Papæ &c.
,, Secundò dicitur, quòd libri Apoſtolici lo-
,, quentes de quindennio, probant gratiam,
,, & Unionem &c. ,, *conſil.* 28. *num.* 5. ibi ,, li-
,, bri Cameræ Apoſtolicæ loquentes de quin-
,, dennio ſoluto per DD. Monachos pro Eccle-
,, ſia S. Andreæ ſibi unita, quod in hoc Judi-
,, cio poſſeſſorio probant Unionem, & ſic titu-
,, lum &c. vel ſaltem colorem poſſeſſionis, qui
,, ſufficit loco tituli in beneficialibus, & eſt
,, communis opinio &c. ,, *& conſil.* 29. *num.* 5.
ibi ,, ſtante Unione præſumpta ex libris Ca-
,, meræ Apoſtolicæ, quibus conſtat, quòd ſol-
,, vunt quindennium Cameræ Apoſtolicæ pro
,, Unione, & quæ Unio præſumitur &c. *Ge-*
,, *nua de ſcriptura privata* ,, *lib.* 5. *quæſt.* 6. *tit.*
de libr. Camer. Apoſtolic. num. 4. ibi ,, hinc
,, per tales, ex quibus apparet ſolutio Anna-
,, tæ, ſeu Quindennii, rectè probatur Unio il-
,, lius Eccleſiæ, pro qua ſolvitur, in favorem
,, ſolventium, & per conſequens poſſeſſio
,, ipſiuſmet Eccleſiæ &c. ,, non enim videtur poſſe dari melior probatio effectuatæ Unionis, quàm ipſa probatio ſolutionis quindennii, quod aliàs profectò abſque Unione non ſolveretur; nec meliùs probatur ſolutio quindennii, quàm per confeſſionem creditoris, qualis eſt Camera Apoſtolica, quæ per ſuos miniſtros, ſeu Officiales in ſuis libris fatetur ſibi ſolutum fuiſſe quindennium in forma receptæ, ad *textum in l. cùm te* 5. *C. de tranſaction. Rota coram Triol. dec.* 55. *num.* 19. cùm aliàs Officiales Cameræ Apoſtolicæ accuratiſſimi non ſcripſiſſent in dictis libris, ſibi fuiſſe ſolutum quindennium, ubi ſic non fuiſſet, ex eo quòd ipſi de ſuo tenerentur ergà Cameram; nemo autem adeò fatuus eſt, nec adeò liberalis, cum tanto incommodo, ut in puncto benè advertit *Plotus conſil.* 26. *n.* 7. *in principio, verſiculo & ſtante, quòd Officiales, & conſil.* 28. *n.* 5. *lib.* 1. *Rota coram Merlin. dec.* 154. *n.* 5. *tom.* 1. quando nec excipere poſſent de pecunia non numerata poſt annotatam cautionem de recepto in Camera Apoſtolica, *Peregrin. de jure fiſci lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 3. *in medio, verſiculo annotata autem, & tit.* 4. *num.* 10. *in principio, & tit.* 7. *num.* 20. *in principio*; fortiùſque remanebit probata Unio ad hunc effectum, ſe confovendi nempè in poſſeſſione Beneficii uniti, ſi, præter ſolutionem quindennii in regiſtris Cameræ Apoſtolicæ adnotatam, exhibeatur fides, ex qua conſtet, manum mortuam ſolviſſe quindennium Cameræ Apoſtolicæ, ſivè ejus Officialibus ab eadem habentibus legitimum mandatum ad exigendum, idque ſolviſſe pro certo Beneficio tamquàm unito ipſi manui mortuæ ſolventi, *Plotus conſil.* 26. *num.* 7. *in fine, verſiculo & hoc idem confirmatur*: nec miniſtri manus mortuæ adeò fatui cenſendi ſunt, ut velint ſolvere quindennium, ſi manui mortuæ unitum non eſſet Beneficium, pro quo illud ſolvunt, ſcientes ab ipſis miniſtris malè ſolventibus manum mortuam poſſe repetere ſolutum condictione indebiti, cui præjudicari nequit, illam conſtituendo quindenniorum indebitorum debitricem cum damno habente tractum ſucceſſivum, proindèque notabili, immò ſaltem præſumptivè Unio probata remanet, quod ſatis eſt ad obtinendum in poſſeſſorio, cùm Papa diù paſſus fuerit, manum mortuam poſſidere Beneficium, ab eaque mediantibus ſuis Officialibus ſpecialiter deputatis receperit quindennium, in præciſis terminis *Plotus conſ.* 26. *num.* 8. *in fine, verſiculo ergò & præſumitur Unio, & conſil.* 28. *num.* 5. *circà fin. verſiculo quintò dicitur, lib. ſeu par.* 1. cùmque manus mortua, etiam ſciente Papa, Beneficium tamquàm ſibi unitum diù poſſederit, quod patet ex ſolutione quindenniorum eidem Papæ, ſivè ſuæ Cameræ facta, præſumitur Unio ob ſcientiam, ac patientiam illius, Papæ videlicet, cujus conſenſus requiritur, in ſpecie *Plotus dicto conſil.* 26. *num.* 10. *in principio, lib. ſeu par.* 1.

3 4 5 6 7 8

Nec mirandum, quòd ex libro Cameræ Apoſtolicæ à publicis Officialibus conſcripto, in quo deſcribuntur ſolutiones quindenniorum, comprobetur Unio, quando illa etiam comprobatur ex ſimplici enunciativa Ordinarii in li- 9

libro viſitationis emiſſa, *Turricell. de Union.*
10 *Benefic. cap.* 11. *num.* 103. etenim iis, ut pluri-
mùm in materia proprium officium concernen-
te deferendum eſt, ut in individuo Officia-
lium Cameræ Apoſtolicæ, illiùſque librorum,
*Rota coram Rembold. dec.*384 *nu.*3. *& dec.*594.
num. 3. *cum ſeqq. Royas dec.*108. *num.*3. *Duran.*
dec 265. *num.*32. *Coccin. dec.*665. *num* 16 *ac in*
recentior. dec. 102. *num.* 7. *par.* 11. eodem mo-
11 do, quo præſtatur fides libris Datariæ Apoſto-
licæ, tamquàm à publicis illius Officialibus
confectis, Papæ vocis, & mentis oraculo,
Garz. de Benefic. part. 1. *cap.* 5. §. 1. *num.* 270.
Lotther. de re benefic. lib 1. *quæſt.* 36 *num.* 94.
Urſell. concluſ. legal. 55. *num.* 30. *Gonzalez ad*
Regul. 8 *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ* 62.
num 28. *verſic. undè fundans*, *Pyrrh. Corrad in*
*prax. benefic. lib.*1. *cap.*1. *n.*9 *Rota coram Card.*
*Seraphin dec.*1088. *num* 4. *tom.*2. *Peña dec.*220.
*num.*2. *& dec.*230. *num.*2 *Coccin. dec.*956. *n.*5.
& deciſ. 1868. *num* 1. *Dunozet. Jun. deciſ.*271.
num 4. *tom.* 1. *& poſt Antonell. de jur & oner.*
Cleric dec 1. *num.* 5. *& poſt Chokier de permuta-*
12 *tion Benefic. dec.* 1. *num* 5. & prout liber Doha-
næ probat, *Rota coram Merlino dec.*754. *n.*5.

Undè ob præſumptam fidelitatem Officia-
lium Datariæ, qui ſemper probi eſſe ſolent,
eorum libri ſemper prævalent quibuſcumque
contrariis teſtium probationibus, *Corrad. in*
prax. benefic. lib. 3. *cap.* 8. *num* 49. *in principio*,
Rota coram Buratt. dec 888. *n.*2. *&* 3.

Sed principalis noſtra reſolutio, quantum-
vis in ſe vera, non tamen definit ſequentibus II.
videri labefactari objectis.

I. Quia, licet publicus liber, qualis eſt ille
Cameræ Apoſtolicæ, in quo continentur quin-
denniorum ſolutiones, benè quidem probat
pro, vel contrà ſolventem, ſicque pro ſolvente,
quòd nempè illa Eccleſia, vel Locus Pius ſolve-
rit quindennium, & contrà ſolventem, quòd
ad illud in poſterum teneatur, cùm habeat vim
receptæ, quamvis remaneat penès recipien-
tem, ſeu creditorem, qualis eſt Camera Apo-
ſtolica, non tamen videretur idem liber poſſe
probare contrà tertium excipientem de defectu
13 Unionis, continens rem inter alios actam, quæ
tertio non præjudicat, *Tiraquell. in Tract. res*
*int. al. act. Genua de ſcript. privat. lib.*4. *quæſt.*3.
*tit. de libr. Camerar. alic. Univerſit. num.*1. *cum*
ſeqq. Hodiern. ad Surd. dec. Mantuan. 312. *n.* 7.
in principio, *verſic. aliàs ſi abſens fuiſſet*, *Rota co-*
ram Innocent. X. dec. 179. *num.*11. & in puncto
14 librorum Cameræ Apoſtolicæ non probantium
ex eorum taxa, valorem Beneficii in præjudi-
cium tertii, *Rota coram Coccin. dec.*1835. *nu.*9.
*Gregor. XV. dec.*13. *n* 4.

II. Quia manui mortuæ, ſi conſtiterit ex Mo-
nachis, obſtat exceptio incapacitatis ad poſſi-
dendum, ac retinendum Beneficia.

Attamen firma adhùc remanet memorata
principalis reſolutio, in nihilum refragantibus
enunciatis objectis.

15 Non obſtat quidem I. objectum, quia immò
liber publicus, in noſtro Portugalliæ Regno
16 dictus *Tombo*, & in illo Hiſpaniarum *Tumbo*,
17 ſaltem in Judicio poſſeſſorio, & præſertim,
ſtantibus adminiculis, probat etiam contrà ter-
tium, cùm ille conficiatur à perſonis deputatis
abſque proprio intereſſe, ut in ſimili de libro
Collegii, Capituli, Monaſterii, Eccleſiæ, Epi-
ſcopi, Præſidentum, aliarumque ſimilium pu-
blicarum perſonarum obſervant *Pilaja in addi-*
tion. ad Iranc. de proteſtation conſiderat. 37. *n.*12.
Urſell. conc. legal. 120. *num.* 119. *in principio*,
Genua de ſcriptura privata lib. 5. *cap.*1. *num.*48.
& cap. 2. *num.* 3. *&* 4. *Pigant ad Statut. Fer-*
rar Rubric. 12. *num.*5. *Manſ. conſult.*168. *n.*15.
*cum ſeqq. tom.*2. *Ancharan. Jun. quæſtion. Jur.*
familiar. lib. 1. *quæſt.*60. *num* 6 *Murg. diſquiſi-*
*tion. moral. Canonic. tom.*1. *tract.*7. *ſect.*5. *diſqui-*
ſit. 13. *conc.* 8. *num.* 11. *cum ſeqq. Advoc. Con-*
*ſtantin. ad Statut. Urb. lib.*1. *cap.*98. *annotat.*19.
num. 198. *tom.* 1. ubi de libris Depoſitariæ Ur-
banæ de Urbe, *Pax Jordan. lucub. tom.* 3. *lib.*
14. *tit* 20. *num.* 136. *cum ſeqq. Bonden. collect.*
legal. tom. 1. *collect.*1. *n.*90. ubi de libris Mon-
tis Pietatis, *Bollan. de commerc. terreſtr. & na-*
*val. lib.*2. *cap.*23 *num* 10. *&* 11. *Bertachin. vot.*
38. *num.* 1. *cum ſeqq Barz dec. Bonon.*48. *n.*50.
& 51. *& dec* 49. *n.*21. *Surd. dec. Mantuan.*312.
*num.*5. *in principio*, *Rota coram Merlin. dec.*449.
num. 10. *& deciſ.*510. *num.*9. *Rembold. dec.*511.
ubi de libris S. Montis Pietatis, & S. Spiritus
de Urbe, & *poſt Melium in obſerv. dec.* 39. *n.* 5.
ubi de libris S. Montis Pietatis, & *poſt Advoc.*
Conſtantin. ad Statut. Urb. tom 3. *dec.*102. *n.*20.
cum ſeqq. & poſt Zacch. de oblig. Cameral. deciſ.
251. *num.* 5. *Coccin. dec.*1920 *num.*1. *&* 2. *Du-*
*nozet. Jun. dec.*729. *num* 2. *tom.*2. *Anſald. De-*
*can. in addition. ad dec.*9. *n.*38.

Non obſtat II. objectum, quia ad ſummum
hujuſmodi exceptio ſuper incapacitate, tam-
quàm altioris indaginis, non eſt præſentis Ju-
dicii poſſeſſorii, ſed remittenda ad petitorium:
præterquamquòd ceſſaret aſſerta incapacitas,
illiùſque tolleretur obſtaculum mediante Unio- 18
ne ſaltem præſumpta ex ſolutione quindennii
regiſtrata in libris Cameræ, in terminis termi-
nantibus *Plotus conſil.* 29. *num.*5. *in fine*, *verſic.*
non obſtat dicere, *vol. ſeu par.* 1. ibi „ Non ob-
„ ſtat dicere, Fratres eſſe incapaces &c. Quia
„ primò dicitur, non eſſe incapaces, ſtante
„ Unione præſumpta ex libris Cameræ Apoſto-
„ licæ, quibus conſtat, quòd ſolvunt quin-
„ dennium Cameræ Apoſtolicæ pro Unione,
„ & quæ Unio præſumitur &c. tertiò dicitur,
„ quòd de conſuetudine notoria Fratres ſunt
„ capaces ex eorum Privilegiis, & Mari Ma-
„ gno, nam & Fratres Carmelitæ habent Ec-
„ cleſiam S. Clementis, & Fratres S. Clemen-
„ tis, & Fratres S. Petri Martyris Eccleſiam
„ S. Quirici, & de tali conſuetudine notoria
„ poteſt D. Judex, etiamſi non probetur, ſe
„ informare &c. „ immò nec admittenda venit
ejuſmodi exceptio tamquàm de jure tertii, cùm 19
videlicet ad Papam, ſivè ad Ordinarium loca-
lem, vel ad alium Superiorem Eccleſiaſticum
dumtaxat ſpectaret allegare prætenſam incapa-
citatem, veluti præcisè reſpondet *Plotus mox*
*laudato conſil.*29. *n.*6. *in principio*, *verſic. Quartò*
dicitur, ibi: *allegare incapacitatem prætenſam*,
ſpectaret ad Papam, *vel Epiſcopum*, *vel alium*
Superiorem Eccleſiaſticum, *& non ad ipſos Bur-*
genſes ſæculares &c.

Omitto, quòd forſitan ſalvari poſſet opinio
ſentientium, quod Monachi ſaltem ex eorum 20
Privilegiis, & Mari Magno, de conſuetudine
habere poſſint Eccleſias, ſeu Beneficia ſæcula-
ria,

ria, veluti egregiè ponderat *Plotus dicto conſil. 29. num. 5. in fine, §. Tertiò dicitur, & num. 6. in principio.*

ARGVMENTVM.

Ad effectum evitandi Concurſum in Parochialibus Eccleſiis, ſeu Vicariis manui mortuæ unitis, non docto tamen de Unionis literis, forſitan ob earum amiſſionem præ temporis vetuſtate, incendio, hoſtili irruptione, vel alio accidenti, Unio ad hunc effectum ſatis remanet comprobata per ſolutionem quindenniorum factam Cameræ Apoſtolicæ, vel ſaltem illa præſumitur, præſertim in Judicio poſſeſſorio; ità, ut contrarium probandi incumbat onus Ordinario.

SUMMARIUM.

1 Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 18. & S. Pius V. Conſtitut. 33. Bullar. nov. Rom. tom. 2. *mandant fieri Concurſum in Parochialibus, ſeu Vicariis.*

2 *In Parochialibus, ſeu Vicariis unitis ſervanda non eſt forma demandati Concurſus, ſed ad nominationem Prælati manus mortuæ conferenda Parochialis, ſeu Vicaria, prævio examine perſonæ nominatæ.*

3 *Et ſuper hoc extat alia* Conſtitutio ejuſdem S. Pii V. in ordine la 47. § 4. eod. tom. 2.

4 *Ad evitandum Concurſum in Parochialibus, & Vicariis unitis, Unio ob aliquod accidens non probata, remanet comprobata ex ſolutione quindennii.*

5 *Vaſſallus diù ſolvens homagium, præſumitur Vaſſallus.*

6 *Et Empyteuta, per decennium Canones ſolvens.*

7 *Ordinarius habet pro ſe præſumptionem Juris ſuper libertate Beneficiorum ſuæ Diœceſis.*

8 *Liber Viſitationis non probat Juſpatronatus contrà Ordinarium.*

9 *Talis liber ad alia deſtinatus eſt.*

10 *Inveriſimile eſt, quòd Officiales Cameræ Apoſtolicæ deſcribant in eorum libris ſolutiones quindenniorum abſque eo, quòd illa recipiant.*

11 *Examen faciendum juxta* Sacrum Concilium, & Bullam Pianam.

12 *Libri publici probant etiam contrà tertium.*

13 *Ab effectu probatur cauſa.*

14 *Ex ſolutione diù continuata probatur impoſitio cenſus etiam contrà tertium ſaltem in Judicio poſſeſſorio.*

CAPITULUM CLXXXIX.

1 IN exequutionem *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 18.* nec non *Conſtitutionis 33. S. Pii V. Bullar. nov. Rom tom. 2.* mandantis fieri Concurſum in Parochialibus, ſeu Vicariis, tenentur Ordinarii coopoſitoribus
2 examen indicere; verùm quia in Parochialibus, ſeu Vicariis unitis non venit ſervanda forma demandati Concurſus, ſed ad nominationem Prælati manus mortuæ conferenda Parochialis, aut Vicaria per Ordinarium cum ſimplici examine ſuper idoneitate perſonæ nominatæ, *Garz. de Benefic. par. 9. cap. 2. num. 175. cum ſeqq. Fagnan. in cap. cùm ſit ars 14. num. 20. cum ſeqq. de ætat. & qualitat. ordin. Maſſobr. in prax. habend. Concurſ. prælud. 3. num. 28. cum ſeqq. Barboſa ad Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 18. num. 11. & 12. Turricell. de Union. Benefic. cap. 4. num. 53. cum ſeqq. Card. de Luca de Jurepatronat. diſcurſ. 7. num. 15. in annotat. ad Concil. diſcurſ. 32. num. 33. & 34. & de Paroch. diſcurſ. 10. per tot. diſcur. 12. nu. 3. & diſcurſ. 13. per tot. Pignatell. conſult. Canonic. tom. 9. conſult. 77. num. 1. & per tot. & tom. 10. conſult. 89. num. 2. Rota in Gerunden. Hebdomadariæ 5. Maji 1690. coram Urſino Decano, deciſ. 9. nu. 9. poſt Monacell. formular. legal. Eccleſ. pract. part. 2. Buratt. deciſ. 214. n. 1. Bich. dec. 211. num. 5. & deciſ. 268. n. 23. tom. 1. & in recentior. dec. 99. per tot. part. 3. deciſ. 443. num. 1. & 7. par. 5. tom. 2. dec. 16. num 12. par. 6. dec. 184. num. 6. part. 8. dec. 321. num. 1. par. 10. dec. 516. per tot. par. 18.*
tom. 2. & ſuper hoc extat altera *Conſtitutio ejuſ-* 3
dem S. Pii V. in ordine la 47. §. 4. eod. Bullar. tom. 2.

Ordinarii tamen Locorum Concurſum indicere præſumunt etiam in caſu Unionis, ſub colorato prætxtu non probatæ ipſius Unionis;
ideò in præſenti docemus, quòd ad effectum 4
evitandi Concurſum in Parochialibus Eccleſiis, ſeu Vicariis manui mortuæ unitis, non docto tamen de Unionis literis, forſitan ob earum amiſſionem præ temporis vetuſtate, incendio, hoſtili irruptione, vel alio accidenti, Unio ad hunc effectum ſatis remanet comprobata per ſolutionem quindenniorum factam Cameræ Apoſtolicæ, vel ſaltem illa præſumitur, præſertim in Judicio poſſeſſorio; ità, ut contrarium probandi incumbat onus Ordinario, in ſpecie *Plotus conſil. 26. num. 6. cum ſeqq. conſil. 27. n. 3. cum ſeqq. conſil. 28. num. 5.* ibi ,, Quintò dicitur, quòd libri Cameræ Apoſtolicæ loquentes de quindennio ſoluto per DD. Monachos pro Eccleſia S. Andreæ ſibi unita, quòd in hoc Judicio poſſeſſorio probant Unionem, & ſic titulum &c. vel ſaltem colorem poſſeſſionis, qui ſufficit loco tituli &c. ,, & *conſil. 29. num. 5. vol. 1* ibi ,, Nec obſtat dicere, quòd in precibus dictum fuit de Unione, quia primo dicitur, quòd de ea conſtat ex Juris præſumptionibus, quæ habentur pro probatione plena &c. ſecundò reſpondetur, quòd preces in fine dicunt, quòd committatur Cauſa poſſeſſionis Mag. D. Prætori, ſalva Cauſa petitorii in alio Judicio. Ergò non eſt neceſſe producere Unionem, quæ reſpicit petitorium reſervandum in alio Judicio &c. Tertiò dicitur, quòd ſumus in materia poſſeſſorii reſtituendi, in qua non requiritur probatio tituli, & ſic Unionis &c. ,, *Clericat. diſcord. forenſ. de Benefic. & Penſion. part. 1.*
diſcord. 57. num. 26. eodem fermè pacto, quo 5
Vaſſallus per longum tempus ſolvens homagium Domino, præſumitur Vaſſallus, *Antonell. de temp. leg. lib. 2. cap. 34. num. 2. Roſental. de feud. cap. 6. conc. 77. cum ſeqq. Schrader. eod. tract. part. 5. cap. 4. Georg. in Repetition. feudal. cap. 24. num. 7. cum ſeqq. Lanar. in Repetit. feudal.*

dal. §. *Siquis per* 30. *ſi de feud. defunct content.*
num. 12. *cum ſeqq. Monach. de feud. interpret.*
6 *cap.* 44. *num.* 1. & Emphyteuta, à quo Domi-
nus Canones receperit per decennium, *Molin.*
de contract. tract. 2. *diſput.* 450. *num.* 15. *in fin.*
Fulgin. de jure Emphyt. tit. de contract. emphyt.
quæſtion. 11. *num.* 1. *Menoch. de præſumption. lib.*
3. *præſumption.* 132. *n* 48.

Nec obſtat, quòd ſolutio quindenniorum
deberet quidem probare Vnionem inter Came-
ram Apoſtolicam, cui quindennia ſolvuntur,
& inter manum mortuam, quæ quindennia
ſolvit, non autem inter Ordinarium, de cujus
7 præjudicio agitur, eſtque tertius, habens pro ſe
præſumptionem Juris ſuper libertate Beneficio-
rum, eorùmque libera collatione, adinſtar li-
bri, ſeu codicis vulgò quinterni (in quo adno-
tari ſolet ſtatus Eccleſiarum) viſitationis enun-
ciantis Juſpatronatus, ejúſque pertinentiam,
8 qui probat jus præſentandi inter compatronos
quidem, non autem inter Ordinarium, ad tol-
lendam naturalem libertatem Beneficiorum,
Vivian. de Jurepatronat. part. 2. *lib.* 11. *cap.* 5.
num. 23. *cum ſeqq. Lotther. de re benefic. lib.* 2.
cap. 13. *num.* 150. *cum ſeqq. Salgad. de libertat.*
Benefic. artic 9. *num.* 4. 12. *& ſeqq. Card. de Lu-*
ca de Jurepatronat. diſcur. 9. *num.* 14. *& diſcurſ.*
57. *num.* 15. *Rota coram Gregor. XV. dec.* 83. *n.* 2.
ac in recentior. dec. 13. *num.* 3. *& dec.* 195. *nu.* 1.
& 2. *part.* 1. *deciſ* 168. *num.* 24. *part.* 10. quia in
libro Viſitationis continetur ſimplex enunciati-
va forſitan habens originem ab ipſis Patronis
intereſſe habentibus, aſſerentibus habere Juſ-
patronatus in hoc, vel illo Beneficio; undè
non debet probare inter alios, ſicque contrà
9 Ordinarium: præſertim cùm liber hujuſmodi
ad alia deſtinatus ſit, *Genua de enunciativ. verb.*
lib. 3. *quæſt* 8. *num.* 2. *cum ſeqq.* in caſu autem
noſtro agitur de libris Cameræ Apoſtolicæ, in
quibus ſolent regiſtrari ſolutiones quindennio-
rum ad hunc effectum præciſum deſtinatis: nec
eſt veriſimile, quòd manus mortua indebitè
velit ſolvere quindennium habens tractum ſuc-
ceſſivum, ac conſiderabile incommodum bur-
ſale, potiſſimùm quando plura poſſidet Benefi-
cia, illaque pinguia, hinc valdè augentia taxam,
10 pro ſolo honorifico jure præſentandi Vicarium;
minùſque veriſimile redditur, quòd Officiales
Cameræ Apoſtolicæ velint deſcribere in eorum
libris ſolutiones quindenniorum ſibi factas,
niſi ſibi factæ eſſent, nè aliàs de ſuo tenerentur
erga eandem Cameram, veluti in puncto notat
Plotus conſil. 26. *num.* 7. *in principio, verſiculo,*
& ſtante, quòd, vol. 1. ibi: *& ſtante, quòd Offi-*
ciales Cameræ Apoſtolicæ non ſcripſiſſent in dictis
libris ſibi fuiſſe ſolutum, ubi ſic non fuiſſet, ex quò
ipſi de ſuo tenerentur ergà Cameram &c.

Præterea non habet Ordinarius quid con-
queratur, quippè non ipſe ſolus hac via non
confert Beneficia per Concurſum, ſed Papa
quoque eſt in eadem fermè navi, ac longè ma-
jus patitur detrimentum, dum, ſi per ſolutio-
nem quindenniorum non probaretur Unio,
profectò vacante Parochiali, ſeu Vicaria in
Menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, poſt in-
dictum Concurſum expedirentur literæ Provi-
ſionis in Dataria Apoſtolica favore approbati
11 in examine, juxta diſpoſitionem Decreti Con-
ciliaris, & Bullæ Pianæ, de quibus *ſuprà n.* 1.
Gonzalez ad Regul. 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Men-*
ſib. gloſſ. 6. *num.* 113. *Rota dec.* 48. *num.* 1. *&* 4.
par. 1. *diverſor.* & quia inveriſimile eſt, Came-
ram Apoſtolicam velle ſibi præjudicare in con-
ferendo; & quia agitur de libris retentis à pu- 12
blicis Officialibus, qui de Jure probant etiam
conttà tertium, *Card. de Luca de Benefic. diſcur.*
9. *num.* 8. *& de Regalib. diſcur.* 14. *num.* 5. ac ab
effectu quandoque probatur cauſa, ex ſolutio- 13
ne nempè quindennii, quod eſt effectus, *Barbo-*
ſa axiom 40. *num.* 27. nec non ex ſolutione con- 14
tinuata per longum tempus probatur impoſitio
cenſus etiam contrà tertium, ſaltem in judicio
poſſeſſorio ad effectum manutenendi in poſſeſ-
ſione exigendi, ad *textum in l. cùm de in rem ver-*
ſo 6. *ff de uſur. l. ſi certis annis* 28. *C. de pact. An-*
tonell. de temp. legal. lib. 2. *cap.* 73. *nu.* 9. *&* 10.
& lib. 3. *cap.* 2. *num.* 25. *Maſcard. de probation.*
vol. 1. *conc.* 279. *per tot. Florez Diez de Mena*
var. quæſtion. lib. 1. *quæſtion.* 2. *per tot. Poſth. de*
manut. obſerv. 18. *num.* 34. *cum ſeqq. Card. de*
Luca de Cenſib. diſcur. 43. *num.* 2. *& de uſur. di-*
ſcur. 38. *n.* 15. *Rota poſt Cenc. de cenſib. deciſ.* 96.
num. 26.

ARGUMENTUM.

Ad effectum ſolvendi quindennia, Unio concluditur etiam ex modica perceptione fructuum Beneficii favore manus mortuæ, cui aſſeritur unitum.

SUMMARIUM.

1 *Unio concludenter, uti quid facti, probanda eſt.*
2 *Ad effectum ſolvendi quindennia, Unio concluditur etiam ex modica fructuum perceptione.*
3 *Stante Vnione Beneficii, omnes fructus ſpectant ad manum mortuam.*
4 *Modica fructuum perceptio indicat ſubjectionem.*
5 *Subjectio non concludit, Beneficium eſſe unitum.*
6 *Requiritur Concurſus in Parochiali ad formam* Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 18. & Bullæ 33. S. Pii V. Bullar. nov. Rom. tom. 2.
7 *Beneficium poteſt remanere penès ſuum Rectorem, & aliqui fructus applicari manui mortuæ.*
8 *Quo caſu potiùs reſultat diſmembratio.*
9 *Annatiſtæ habent eorum Officia ex titulo oneroſo, mediante eorum emptione propriis pecuniis.*
10 *Beneficium unitum, nunquam ampliùs vacat, nec conferri poteſt.*
11 *Bullæ quindenniorum loqui videntur etiam de ſimplici unione fructuum, non autem de ſola plenaria Vnione Beneficii.*
12 *Vnio Beneficii excedentis XXIV. Ducatos auri de Camera inducit defectum vacationis Beneficii.*

CAPITULUM CXC.

PRætendentes Annatiſtæ quindennia à ma- 1
nu mortua, concludenter probare tenen-
tur Unionem tamquàm quid facti, quidve non
præſumibile, ſuper qua habent eorum intentio-
nem fundatam, *Garzias de Benefic. part.* 12. *cap.*
2. §. 3. *num.* 224. *Menoch. de præſumption. lib.* 6.
præſumpt. 80. *num.* 1. *Turricell. de Vnione Benefic.*
cap. 11. *num.* 1. *cum ſeqq. Pignatell. conſult. Ca-*
no-

nonic. tom. 10. conſult.27. num.4. & conſult 89. num. 3. proindè ad ſubſtinendum modum pro-
2 bandi Unionem, firmatur, quòd ad effectum ſolvendi quindennia, Unio concluditur etiam ex modica perceptione fructuum Beneficii fa-
3 vore manus mortuæ, cui aſſeritur unitum; quantumvis, ſtante Vnione, non quid modicum fructuum, ſed fructus omnes ſpectarent ad manum mortuam, cui prætenditur facta Vnio, *Turricell. de Vnion. Benefic. cap. 4. n.12. & cap.11. num.66. Garz. de Benefic. par.12. cap. 2. num. 34. Rota coram Peña deciſ.1208. num.3. Gregor. XV. dec.77. ſub num.5. ubi Adden. n.10. & dec.112. n.4. Vbald. dec.138. n.13. Alexand. VIII. deciſ.176. num.9. ac in recentior. deciſ.37. num. 10. part.1. deciſ.710. num.3. in fine part.2. dec.282. num.15. cum ſeqq. part.6. dec.219. n.6.*
4 *par. 16.* ità, ut modica fructuum perceptio indicet ſubjectionem quandam ergà manum mortuam percipientem, non autem incorporationem, ſeu unionem pleno Jure, *Turricell. de Vnion. Benefic. cap.4. n.12. Rota coram Alexand. VIII. dec. 179. num.18. & dec.223. n.17. Priol. dec.377. num.10. & in recentior. dec.219. n.5. in*
5 *fin. part.16. dec.250. num.13. part.17.* ſubjectio autem non concludit, Beneficium eſſe unitum: immò Vnio reſtricta ad modicam quantitatem fructuum non poteſt ullo modo importare veram, ac effectivam Vnionem, cùm ex ſola Vnione, ſivè veriùs aſſignatione certæ, maximèque tenuis portionis fructuum dici nequit ſuppreſſus, & extinctus titulus Beneficii, ſed benè reſultat quædam ſpecies Vnionis certæ taxæ fructuum ad favorem manus mortuæ, cujus exigui redditus eo modo augentur, & impinguantur mediante particulari diſmembratione, & applicatione illius ratæ, illæſo remanente titulo Beneficii ob defectum illius totalis ſuppreſſionis, & extinctionis, *Rota coram Priol. dec. 377. num.9. & 10. ac in recentior. deciſ.30. num.9. par.11. dec.219. nu.3. cum ſeqq. part.16. dec. 204. n.24. par.18. tom.1.* adeò, ut diſmembratio nihil commune habeat cum plenaria
6 unione, nec illius effectus operari poſſit; indè eſt, quòd evitari nequit Concurſus in Parochiali, requiſitus tàm ex diſpoſitione *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.24. de Reformat. cap.18.* quàm ex *Conſtitutione 33. S. Pii V. Bullar. nov. Rom. tom. 2. repetit. penès Maſſobr. in prax. habend. Concurſ. in princip. oper.* ſub ſolo prætextu unionis, ſeu applicationis alicujus portionis fructuum factæ favore alterius Eccleſiæ; hac enim via reſultat quidem unio, ſeu incorporatio fructuum Beneficii, non autem unio ipſius Beneficii, proindèque aliud eſt, quòd manus mortua habeat fructus Beneficii, quos habere poteſt ſine Beneficio, & aliud eſt, quòd manus mortua habeat, & poſſideat ipſum Beneficium, cùm benè ſtare poſſit, quòd habeat fructus ſibi unitos, ſeu applicatos, quominùs habeat, ſeu poſſideat Beneficium ſibi unitum, non tamen quòd habeat Beneficium unitum, & non habeat
7 fructus; exempli cauſa, Beneficium poteſt remanere penès ſuum Rectorem, & aliqui fructus applicari poſſunt, incorporari, ſeu uniri manui mortuæ, *Garzias de Benefic. par.12. cap. 2. num.4. Turricell. de union. Benefic. cap.1. n.11. Rota coram Coccino deciſ. 328. in fin. ac in recen-*
8 *tior. deciſ.204. num.25. par.18. tom.1.* quo caſu potiùs reſultat diſmembratio, quàm unio, *Turricell. de union. cap.1. num.11. in fin. & cap.11. num. 26. Garz. de Benefic. par.12. cap.2. num.4. in fin. & cap.3. num.1. & 2.* cùmque hoc pacto per ſolam ſimplicem unionem, ſeu applicationem fructuum remaneat Beneficium in ſuo priſtino ſtatu collativo, nullam patiens tituli ſuppreſſionem, ac per conſequens vacabile per ceſſum, vel deceſſum ſui Rectoris, tamquàm verè, ac propriè non unitum, nihilominùs adhùc ſubjicitur quindenniis non obſtante vacationis certitudine, ex eo quòd Bullæ quindenniorum innitantur rationi deſperatæ vacationis, perque conſequens amiſſæ penitùs ſpei conſequutionis Annatarum in præjudicium Cameræ, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ, ejùſque Officialium vulgò Annatiſtarum nuncupatorum, ab 9
eadem cauſam habentium, & quidem ex titulo oneroſo, prævia proprii æris erogatione in Officiorum coemptionem, uti habetur in *Conſtitutione 6. Pauli II. §. 2. Bullar. nov. Rom. tom 1.* ibi ,, Beneficia unita hujuſmodi ampliùs nequaquam vacare ſperantur &c.,, *Conſtitutione 17. Pauli IV. §.8. in principio, eod. tom.1.* ibi ,, quæ ex eorum perpetuitate non vacant &c.,, *Conſtitutione 38. S. Pii V. §. 3. in principio, tom. 2.* ibi ,, quæ ampliùs vacare non ſperabatur &c. ,, *Conſtitutione 33. Sixti V. §. 2. in principio, eod. tom. 2.* ibi ,, quia illorum vacatio ampliùs non ,, ſperatur &c. ,, *Conſtitutione 18. Vrbani VIII. in principio, tom. 5.* ibi ,, quæ ampliùs vacare ,, non ſperabantur &c. ,, & *Conſtitutione 50. Clementis X. §.1. in fin. & §.3. in principio, tom. 6.* ibi ,, quæ ex eorum perpetuitate non vacant ,, &c. quæ ampliùs vacare non ſperabantur ,, &c. ,, *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* I. V. VI. VII. VIII. & XI. ac ponderant *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 18. §.4. de quindenn. num. 1. & 21.* ibi ,, quia ,, non poteſt ampliùs contingere illius vacatio ,, &c. nunquam rediret vacatio hujus Beneficii ,, ad Cancellariam, quod eſt præcipua cauſa ,, quindennii &c. ,, *Card. de Luca de Benefic. diſcur.89. num.3. in principio*, ibi ,, ità impedientes vacationes, ac perſonales, ſeu vitalitias ,, proviſiones, præjudicantes Papæ, ac Sacro ,, Collegio Cardinalium, aliiſque Officialibus ,, circà ſolutionem dictorum Servitiorum, & ,, Annatarum, quæ occaſione novarum Proviſionum facienda eſſet &c. ,, adeò, ut nihil magis & incompatibiliùs repugnet plenariæ unioni, quàm vacatio Beneficii, illiùſque ſtatus collativus, ex eo quòd Beneficium verè uni- 10
tum, nunquam ampliùs vacare, nec conferri poteſt, *ad textum in cap. cùm accepiſſent 8. de Conſtitution. Clement. 1. verſic. quidam etiam Eccleſias, de exceſſib. Prælat. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæſt. 28. num.104. Gonzalez ad Regul. S. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ.5. §.7. num.5. cum ſeqq. Rota in recentior. dec.219. num.23. & 24. part.16. deciſ.150. num.11. par.17. dec.204. n.8. cum ſeqq. par.18. tom.1.*

Attamen ex ſola unione fructuum quandoque reſultare poteſt, non eſſe locum ſolutioni Annatæ, proindèque ad reſarciendum damnum Annatiſtarum introductum ex parte manus mortuæ, ſubintrare debet ſolutio quindennii loco Annatæ non ſolutæ: & exemplum puto, figurari poteſt, ſi fortè Beneficium conſide-

deratum quoad omnes fructus, excedat XXIV. Ducatos auri de Camera , quod tamquàm tale ſubjacere deberet in actu Proviſionis ſolutioni Annatæ, quam tamen jure merito ſubterfugit Proviſus , ſub motivo , quòd , demptis certis fructibus manui mortuæ per prius unitis , & incorporatis, idem Beneficium non excedit XXIV. Ducatos, ſed exempli gratia, XX. tantùm Ducati liberi remanent Proviſo , reliqui verò V. VI vel alii Ducati liberi manui mortuæ , qui ſi uniti non reperirentur , procul dubio , ſtante exceſſu , Proviſus ſolveret Annatam , ad quam, ſtante hujuſmodi unione fructuum , non tenetur ex facto , & culpa ipſius manus mortuæ : quamvis videatur hic caſus per accidens contingens , non debere præjudicare manui mortuæ , cùm ſatis eſſe videatur , quòd ſaltem , non obſtante unione fructuum , Beneficium continuet vacare , ut anteà , & quòd Dataria Apoſtolica in expeditione literarum ſua conſequatur conſueta emolumenta : præterquamquòd manus mortua hoc caſu cogenda adhùc eſt ad ſolvendum quindennia , ex unione fructuum conſiſtentium in V. VI. vel ſimilibus Ducatis , licet quindennia dumtaxat debeantur in caſu exceſſus XXIV. Ducatorum , quibus omnibus annuatim fruatur manus mortua , & in caſu , quo non ſolummodo fructus uniuntur , ſed etiam Beneficium ipſum unitur manui mortuæ , fitque per unionem quodammodò illius præ-
11 dium , prout ſupponunt Bullæ quindenniorum, quæ loqui videntur etiam de ſimplici unione fructuum non autem de ſola plenaria, ac omnimoda unione Beneficii , dum quoque ex diſmembratione fructuum Beneficii, illorumque applicatione manui mortuæ debetur quindennium, veluti *Cap. LXXIX. & LXXX.* firmavimus , ac videre eſt in *Bulla 6. Pauli II. §.1.2.4. & 6. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi ,, Beneficia Eccleſiaſtica &c. Apoſtolica auctoritate univimus , incorporavimus , & anneximus , applicavimus , atque ſubmiſimus &c. Beneficia unita &c. Beneficia , ut præfertur , unita &c. & ſic unita &c. Beneficia &c. ,, *Bulla 20. Julii III. §. 6. in med. eod. tom.* 1. ibi ,, quoad omnia , & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica &c. quæ Congregationes prædictæ &c. poſſident &c. ,, *Bulla 17. Pauli IV. in principio , & in fin. & §.8. eod. tom.* 1. ibi ,, Beneficiorum &c. Locis eatenùs unitorum &c. ratione unionum &c. de &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. factarum &c. uniones &c. de &c. Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Beneficia unita &c. ,, *Bulla 38. S. Pii V. in principio , & §. 3. in principio , & in fine , tom.* 2. ibi ,, ob perpetuas Beneficiorum Eccleſiaſticorum uniones &c. ex &c. Beneficiorum Eccleſiaſticorum unionibus &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. unita &c. ,, *Bulla 33. Sixti V. §.1. in principio , & §.2. in principio , eod. tom.* 2. ibi ,, ratione unionum perpetuarum quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum &c. ratione Beneficiorum unitorum &c. uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. ,, *Bulla 18. Urbani VIII. in principio , & §. 1. & 2. tom.* 5. ibi ,, ex Beneficiorum Eccleſiaſticorum unionibus &c. quæcumque Beneficia unita &c. uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. ratione unionum perpetuarum quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum &c. Beneficia Eccleſiaſtica &c. unita &c. ,, & *Bulla 50. Clementis X. §.1. in principio , & in med. §. 6. poſt med. § 9. in principio, §. 10. in fine, & § 11. in principio , & poſt med. tom. 6.* ibi ,, Beneficiorum &c. eatenùs unitorum &c. uniones &c. de Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Beneficia unita &c. Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. ex &c. Beneficiorum unionibus &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica unita &c. uniones &c. de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Beneficia Eccleſiaſtica , quæ vigore ſimilium unionum &c. ratione unionum perpetuarum quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum &c. quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. ut præfertur &c. unita &c. Beneficia Eccleſiaſtica quomodolibet unita &c. Beneficiorum , ut præfertur , unitorum &c. ,, *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* I. III IV. V. VI. VII. VIII. & XI. nec ſatis compenſatur damnum , & incommodum Annatiſtarum cum lucro , & commodo , quod ſentire poſſunt quando Beneficium excedit XXIV. Ducatos liberos Proviſo , etiam detractis fructibus unitis , ſeu applicatis manui mortuæ ; ex eo , quòd eo caſu Proviſus ſolvit Annatam .

Quibus poſitis , & compoſitis , adhùc ſupereſt non contemnenda Difficultas , quid nimirùm dicendum ſit in caſu , quo etiam ſoli fructus uniti manui mortuæ , excedant XXIV. Ducatos ; an eo caſu , ratione exceſſus , teneatur manus mortua ad quindennia : & dicendum eſt , teneri , cùm re vera tunc percipiat fructus excedentes XXIV. Ducatos , in quorum exceſſu fundatur baſis quindenniorum, quæ non debentur , niſi in caſu exceſſus , juxta notiſſimas Bullas quindenniorum , ſicuti pariter non debentur Annatæ matres quindenniorum , niſi etiam ſtante eodem exceſſu XXIV. Ducatorum, juxta *Bullam 33. Clementis VII. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *Maſſ. Galleſ. de annat. num.* 1. *cum ſeqq. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18 §. 3. *n.* 20. *cum ſeqq. & nu.* 41. licet non ſolus exceſſus XXIV. Ducatorum ità ſumptus de per ſe ſit
cauſa ſolutionis quindenniorum , ſed benè 12
Vnio Beneficii excedentis XXIV. Ducatos , quæ ſolummodò inducat defectum , ſeu ceſſationem ulterioris vacationis , attamen facit ſola unio fructuum ex diffusè per nos ſuprà congeſtis in *Cap. I.* & ad hominem demonſtratur ex *Bulla 17. Pauli IV. §. 1. Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi ,, de cæteris autem &c. Beneficiis Sæcularibus , & Regularibus valorem XXIV. Florenorum de Camera excedentibus &c. juxta taxam ſolitam &c. ,, *Bulla 38. S. Pii V. §. 3. tom.* 2. ibi ,, reliqua verò Monaſteria &c. & alia quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica &c. quorum fructus &c. ſummam XXIV. Ducatorum auri de Camera &c. excedunt &c. Apoſtolica auctoritate unita &c. ſub literis Pauli II. & aliorum Prædeceſſorum hujuſmodi compræhendi , & includi &c. ,, *Bulla 33. Sixti V. §. 2. eod. tom.* 2. ibi ,, ſtatuimus &c. & declaramus , quòd Vniones &c. de quibuſcumque Beneficiis &c. quorum quilibet annuus valor XXIV. Ducatos auri de Camera &c. non excedat , dummodò tamen omnium inſimul illum tranſcendat &c. hactenùs

,, nùs factæ, & faciendæ &c. ſub dictorum ,, Prædeceſſorum Conſtitutionibus &c. omninò compræhendantur &c.,, *Bulla* 18. *Urbani VIII. in principio, tom.* 5. *& Bulla* 50. *Clementis X.* §.4. *in principio, &* §.7. *in fine tom.6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la* V. VI. VII. VIII. *&* XI.

ARGUMENTUM.

Cùm ex *Conſtitutione 6. Pauli II.* §.3. *&* 4. *& Conſtitutione* 20 *Julii III.* §.5. *Bullar. nov. Rom. tom.*1. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la I. & III.* debeantur quindennia ex Beneficiis manui mortuæ unitis, quæ antè Unionem conſueta erant ſolvere Annatas, iſtud conſuetum verificatur in ſolutione Annatæ per binas vices facta occaſione duarum ſucceſſivarum vacationum, ac reſpectivè Proviſionum.

SUMMARIUM.

1 *Conſuetum verificatur in ſolutione Annatæ per binas vices facta.*
2 *Res ſolita concedi in Emphyteuſim, vel feudum, ut poſſit alienari abſque ſolemnitatibus, illa dicitur, quæ bis conceſſa fuit.*
3 *Solitum judicandi, per binas vices inducitur.*
4 *Narrativa obtinendi Dignitatem inſimul cum Canonicatu obtineri ſolitam citrà diſpenſationem Apoſtolicam, non juſtificatur ex unica tantùm Proviſione.*
5 *Solitum verificatur etiam in unico actu.*
6 *Solitum unico tantùm actu inducitur, conſuetum verò bino.*
7 *Bullæ quindenniorum cum myſterio loquuntur de conſueto, non de ſolito.*
8 *Beneficium dicitur conſuetum dari in commendam, quod ſaltem bis commendatum fuit.*
9 *Solitum intelligitur de ſolito Juris.*
10 *Commendatur* bon. mem. R. P. D. de Zaulis.
11 *Expenduntur* Bulla 6. Pauli II. §.3. & 4. & Bulla 20. Julii III. §.5. Bullar. nov. Rom. tom. 1. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la I. & III.

CAPITULUM CXCI.

Contingere quandoque poteſt, quòd Beneficia manui mortuæ unita, per prius ſemel tantùm Annatam ſolverint, licet pluries vacaverint, deque illis plures proviſi extiterint; undè occaſione, ſivè ratione Unionis oritur diſceptatio inter Annatiſtas, & manum mortuam ſuper ſolutione quindenniorum, an nempè illa debeantur, quantumvis Beneficia hujuſmodi ſemel tantùm Annatam ſolverint, quando nihilominùs oblata fuerat occaſio plurìes illam ſolvendi ob plurìes ſequutam vacationem, & proviſionem, ſicque an ex unico actu ſolutionis dicantur conſueta ſolvere Annatas, an verò unicus non ſufficiat, vel ſaltem duo actus requirantur ad conſtituendum ſolitum, & conſuetum: eſt benè verum, quòd ſolutio quindenniorum non dependet à conſuetudine ſolvendi annatam, cùm ſatis ſit, quòd ex Beneficio unito Annata ſolvi deberet, prout clarè diſponunt Bullæ quindenniorum; quapropter in præſenti firmatur, quòd, cùm ex *Conſtitutione 6. Pauli II.* §.3. *&* 4. *& Conſtitutione* 20. *Julii III.* §.5. *Bullar. nov. Rom. tom.*1. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la I. & III.* debeantur quindennia ex Beneficiis manui mortuæ unitis, quæ antè Unionem conſueta erant ſolvere Annatas, iſtud conſuetum verificatur in ſolutione Annatæ per binas vices facta occaſione duarum ſucceſſivarum vacationum, ac reſpectivè Proviſionum, *Monet. de decim. cap.*9. *quæſt.*4. *num.*158. *&* 159. *Antonin. aliàs Maceraten. var. reſol. lib.* 1. *reſol.*93. *n.*4. *Barboſa de diction. dict.* 376. *num.*2. hinc res ſolita concedi in Emphyteuſim, vel feudum, ut poſſit alienari abſque ſolemnitatibus, illa dicitur, quæ bis conceſſa fuit, diverſis tamen perſonis, ac per diverſos, & ſeparatos actus; adeò, ut verè, & realiter ſint duæ diverſæ alienationes, ſeu conceſſiones, non autem quòd una alteri inſit, *Fulgin. de jure Emphyt. tit. de contract. Emphyt. quæſt.*9. *num.*2. *Barboſa de diction. dict.*376. *nu.*3. *Genuenſ. practicabil. Eccleſ. tricenar.* 1. *quæſt* 24. *num.*6. *cum ſeqq. Antonin. var. reſolution. lib.* 1. *reſolut.*25. *num.*16. *Turricell. de reb. Eccleſ. non alienand. cap.*15. *num.*43. 46. *&* 50. *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 14. §.4. *nu.*5. *cum ſeqq. Card. de Luca de alienation. diſcurſ.*1. *num.*139. *& de Emphyteuſ. diſcurſ.*53. *num.* 8. hinc ſolitum judicandi per binas vices inducitur, *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 8. *num.*67. hinc ſi narretur, Dignitatem inſimul cum Canonicatu conſuetam obtineri citrà diſpenſationem Apoſtolicam, non juſtificatur talis narrativa ex unica tantùm Proviſione, *Pyrrh. Corrad. in prax. benefic. lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 26. *cum ſeqq. Lotther. de re benefic. lib.* 3. *quæſtion.*8. *n.*112.

Non obſtat, quòd ſolitum verificatur etiam in unico actu, ſeu vice, per textum inſignem in *l. Mela* 14. *ff. de aliment. & cibar. legat. Card. de Luca de alienat. diſcur.*1. *num.*138. *& de emphyteuſ. diſcur.*53. *nu.*8. *Rota coram Card. Seraphin. dec.*434. *num.*5. *tom.*1. *dec.*1451. *num.*2. *& deciſ.*1590. *num.*3. *tom.*2. *& in recentior. deciſ.*36. *num.*8. *par.*7. quia advertendum eſt, quòd ſolitum quidem unico tantùm actu inducitur, conſuetum verò non niſi bino, inque hoc differt unum ab altero, veluti diſtinguunt *Monet. de Decim. cap.* 9. *quæſt.* 4. *num.* 159. *cum ſeqq. Piagius de conſuetud. quæſt.*13. *num.*97. *Lotther. de re benefic. lib.* 3. *quæſt.*8. *num.*110. *cum ſeqq. Antonell. de loc. legal. lib.*2. *cap.*19. *quæſt.*1.*n.*2. *&* 3. *& cap.* 21. *quæſt.* 1. *num.* 15. *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.* 36. *n.* 85. *Corrad. in prax. benefic. lib.*2. *cap.*6. *n.*22. *cum ſeqq. & ſignanter nu.* 28. *cum ſeqq.* Conſtitutiones autem Apoſtolicæ ad omnem dirimendam ambiguitatem, emphatycè cum myſterio loquuntur de *conſueto*, non de *ſolito*, ut habetur in ſuprà laudata *Conſtitutione Paulina* §.3. *in fin.* ibi ,, *Communia Servitia, atque alia Jura debita, & conſueta &c. &* §. 4. ibi: *pro quibus Cameræ Apoſtolicæ Annata, ſeu alia Jura ſolvi conſueverant &c.* eodem fermè pacto, quo Beneficium dicitur conſuetum dari in Commendam,

dam ; quod ſaltem bis commendatum fuit, *Gozzadin. conſil. 23. num. 5. cum ſeqq. Decian. conſil. 124. num.8. lib.3. Rota coram Coccin. dec.*
9 *2252. num.* 10. & ſolitum intelligitur de ſolito, ſeu conſueto Juris, ſeu de Jure, non autem facti, ſeu de facto, præſertim quando, ut in caſu, agitur de præjudicio tertii, ipſius nempè Cameræ, ac Annatiſtarum, ab ea cauſam habentium ex titulo quidem oneroſo per coemptionem Officiorum, *Caſtrenſ. conſil.* 454. *ſub nu.* 1. *verſic. primò quia, cum ſeqq. tom.* 1. *gloſſ. in l.Julianus* 19. *§.Proinde, verbo ſolebat, ideſt ſolere debebat, ff. ad Senatuſconſult. Macedonian.*
10 *bon. mem. R. P. D. Dominicus de Zaulis, olim Vrbis Viceſgerens, poſteàque S. Officii Aſſeſſor, ob eximiam Juris ſcientiam ad majora evehendus, niſi de anno* 1722. *ad Superos evectus eſſet, ad Statut. Favent. tom.* 1. *Rubric.* 18. *num.*12. *Coccin. annotat. dec.*288. *n.*11.

Quibus poſitis inſurgit Difficultas, quid dicendum, ſi antè Vnionem Beneficiorum ſemel tantùm ſoluta fuerit Annata, ex quò ſtatim poſt ſequutam unicam Proviſionem unita fuerint Beneficia, ſicque non venerit caſus reiterandi impoſterùm ſolutiones Annatarum ob defectum vacationum, ac reſpectivè ſucceſſivarum Proviſionum, mediantè Vnione; an tali caſu adhùc ſit locus ſolutioni quindenniorum, non obſtante, quòd rigoroſè probari nequeat ſolitum, ac conſuetum ſolvendi Annatam per duas vices; ità, ut ſufficiat unicus actus ſolutionis: & crederem, ex mente Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper materia quindenniorum editarum, ſufficere pro effectu ſolutionis quindenniorum; quippè ſi Summi Pontifices interrogati fuiſſent de hoc caſu, veriſimiliter ità reſpondiſſent favore quindenniorum, cùm per accidens ſoluta non fuit antè Vnionem etiam ſecunda vice Annata, quæ probabiliùs ſolveretur in ſecunda Proviſione, prout ſoluta fuit in prima, ſi Vnio non ſuperveniret; nec caſus contingentia debet deſtruere ſolitum, ac conſue-
11 tum, maximè cùm Paulina comprehendat tàm conſuetudinem, quàm etiam debitum, ut in locis relatis, ibi: *debita, & conſueta &c. conſueverant*, vel *debebant &c.* adeò, ut ſaltem in memorato caſu videatur ſatis eſſe, quòd Annata debeatur, quæ deberi dicitur etiam per unicum actum ſolutionis, quod fortiùs intrat, dum Pontifex Paulus II. loquitur per alternativam *vel*; idémque explicat *Julius III. Bulla* 20. §. 5. *tom.* 1. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitut. Apoſt. in ordine la I.* ibi: *aliis Juribus ſolvi debitis, & conſuetis &c.* de quo nos fuſiùs alibi ſuo loco.

ARGUMENTUM.

Conſtitutio 50. *Clementis X. §.* 7. *cum ſeqq. Bullar. nov. Rom. tom.* 6. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la XI.* declarans etiam ex perpetuis Penſionibus ad favorem manus mortuæ reſervatis, deberi quindennia, ut liget pro præteritis quindenniis decurſis à die reſervationis perpetuarum Penſionum uſque ad diem editionis memoratæ *Conſtitutionis Clementinæ*, nulla indiget publicatione in loco, ubi exiſtit manus mortua quindenniorum debitrix ratione perpetuæ Penſionis ad ſui favorem reſervatæ.

SUMMARIUM.

1 *Conſtitutiones Pontificiæ obligare incipiunt ſtatim ac publicatæ fuerunt in Vrbe.*
2 *In tantum Conſtitutiones Principum Sæcularium non obligant antè duos menſes à die publicationis, in quantum Legislator hoc ſpatium concedit.*
3 *Conſtitutiones Pontificiæ ſuper quindenniis editæ illicò obligant abſque alia publicatione in Curia.*
4 *Aliàs ſi ob defectum publicationis in Partibus illæ non obligarent, ſequeretur, quòd ob eundem defectum manus mortua cogi non poſſet ad ſolvendum quindennia debita etiam ratione Vnionis Beneficii, non ſolùm ratione reſervationis Penſionis.*
5 *Quod ſicuti ridiculum eſt id aſſerere in Vnione Beneficii, ità ridiculum quoque eſt aſſerere in reſervatione Penſionis.*
6 *Reſervatio Penſionis pari paſſu ambulat cum Vnione Beneficii.*
7 Conſtitutio 50. Clementis X. Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la XI. *ſuper quindenniis, condita, uti impreſſa in volumine Bullarum, longè minùs indiget ulteriori promulgatione locali.*
8 *Rejicitur quoddam abſurdum.*
9 *In toto ferè Orbe, extat* Bullarium *impreſſum.*
10 *Rejicitur aliud abſurdum.*
11 *Vis obligandi conſiſtit in* Bullarum *impreſſione.*
12 *Conſtitutio declaratoria non eſt promulganda.*
13 *Non publicatio Conſtitutionis ad ſummum excuſat à pœna excommunicationis.*
14 *In ſupradicta* Conſtitutione 50. Clementis X. *non apparet de mandato Papæ volentis, quòd illa ubique liget cum ſola publicatione in Curia.*
15 *Rejicitur aliud abſurdum.*
16 *Et aliud.*
17 *Supradicta* Clementina *publicata fuit in Vrbe.*
18 *Rejicitur aliud abſurdum.*
19 Regulæ Cancellariæ *ſolùm pro Vrbe inſerviunt.*
20 *Prædicta* Conſtitutio 50. Clementis X. *eſt adinſtar* Regularum Cancellariæ, *vel regulanda ad illarum formam.*
21 *Bulla Julii III. de quindenniis regiſtrata in Camera.*
22 Bulla Urbani VIII. *de quindenniis exhibita in Camera.*

CAPITULUM CXCII.

Tanta eſſe ſolet quandoque protervia debitorum, ut debitum ex una parte confeſſatum, ex alia parte frivolis prætextibus ſubterfugere ſatagant. Cùm igitur manus mortua perpetua Penſionaria, ſeu perpetuæ Penſionis reſervataria ad evitandam debitam quindenniorum ſolutionem, juvari, ac protegi prætendat clypeo defectus publicationis Clementinæ Conſtitutionis in loco, ubi eadem manus mortua

tua exiſtit, quod in notorium Annatiſtarum detrimentum redundat; ideò ad effectum docendi de eorum juſtitia, firmatur in præſenti, quòd *Conſtitutio* 50. *Clementis X*. §. 7. *cum ſeqq. Bullar. nov. Rom. tom 6. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la XI.* declarans, etiam ex perpetuis Penſionibus ad favorem manus mortuæ reſervatis, deberi quindennia, ut liget pro præteritis quindenniis decurſis à die reſervationis perpetuarum Penſionum uſque ad diem editionis memoratæ *Conſtitutionis Clementinæ*, nulla indiget publicatione in loco, ubi exiſtit manus mortua quindenniorum debitrix ratione perpetuæ Penſionis ad ſui favorem reſervatæ; etenim ad differentiam
1 Conſtitutionum Imperialium Conſtitutiones Pontificiæ, uti à digniori Legiſlatore latæ, obligare incipiunt, cùm publicatæ fuerint in Romana Curia: aliàs actum eſſet de omnibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, quæ non probantur publicatæ, niſi in Curia, veluti in generalibus terminis *Antonell. de loco legali lib. 2. cap. 15. quæſt.* 14. *num.* 218. *cum ſeqq.* ſiquidem cùm lex ſtatim ac lata eſt, ſuam perfectionem recipiat à Principis voluntate, ſubditis declarata, ex natura ſua ſtatim eos incipit obligare, & in
2 tantum Conſtitutiones Principum Sæcularium non obligant antè duos menſes à die publicationis, in quantum ipſe Legiſlator hoc ſpatium, ſeu dilationem ad aſſequendam notitiam novæ legis conceſſit, ut in *Novell. ut nov. Conſtitution.* & in corpore Juris Canonici, cùm nullibi Legiſlatores Eccleſiaſtici ejuſmodi dilationem
3 conceſſerint; hinc evincitur, Conſtitutiones Pontificias illicò obligare abſque alia publicatione in Partibus, ſed cum ſola publicatione in Curia, *Felin in cap. cognoſcentes* 2. *ſub nu.* 7. *verſiculo niſi conſuetudo eſſet, de Conſtitution Berojus ibidem num* 49. & 50. & *conſil.* 92. *nu.* 31. *lib.* 1. & *conſil.* 8. *num.* 41 *lib.* 3. *Barboſa in dicto cap cognoſcentes num.* 10. *Navarr. conſil.* 1. *num.* 20. *de Conſtitution. Burſatt. conſ.* 43. *n.* 48. *Thob. Non. conſil* 112. *num.* 15. *Azor. inſtitution. moral. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 3. *quæſt.* 2. *per tot. Mareſcott. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 38. *Gomez Sarnen. in Proæm Regul. Cancellar. quæſtion.* 2. *nu.* 13. *verſiculo nec obſtat, Menoch. de arbitrar. Judic caſ.* 185. *num.* 18. & 19. & *conſil* 461. *num.* 39 *Pariſ. de reſignat. Benefic. lib* 11. *quæſt.* 9. *n.* 6. *cum ſeqq n.* 16 *cum ſeqq.* & *n.* 24.

Immò admiſſo contrario ſenſu, ſi ob ſolum defectum publicationis Brevis Clementini in particulari loco reſidentiæ manus mortuæ, ipſa cogi non poſſet ad ſolutionem quindenniorum ratione reſervationis perpetuæ Penſionis
4 ad ſui favorem factæ, intolerabile ſequeretur abſurdum, quòd ob eundem quoque defectum nec cogi poſſet ad ſolvendum quindennia ratione Vnionis Beneficiorum; ſicque nulla manus mortua reſidens extrà Romanam Curiam, ſub hoc captioſo prætextu teneretur ad quindennia, ſed ſolæ manus mortuæ in Romana Curia reſidentes, in qua dumtaxat publicari ſolent Bullæ Pontificiæ, proindèque in magno damno verſarentur Annatiſtæ, cùm longè plures exiſtant extrà Romanam Curiam manus mortuæ per totum Orbem Catholicum, quàm in Romana Curia.
5 Sicuti igitur ridiculum eſſet contrarium aſſerere in Vnione Beneficiorum, ità quoque ridiculum eſt contrarium aſſerere in reſervatione Penſionum, quarum reſervationem circà ſolu- 6
tionem quindenniorum declaravit Clemens X. pari paſſu ambulare cum Beneficiorum Vnione, quaſi inſinuans, hunc fuiſſe ſenſum præcedentium Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper quindenniis editarum, quantumvis expreſſam mentionem de reſervatione Penſionum non fecerint.

His accedit, quòd Conſtitutio Clementina, 7
uti notoria, immò impreſſa, ac in volumine Bullarum inſerta, longè minùs indiget ulteriori promulgatione locali præter illam in Romana Curia factam, *Berojus conſil.* 92. *num.* 35. *lib* 1. *Pariſ. de reſignat. Benefic. lib.* 11. *quæſtion.* 9. *n.* 14. *verſiculo accedit, cum nn. ſeqq. Mareſcott. var. reſolution. lib.* 2. *cap.* 39. *n.* 32. & 35.

In nihilum relevante valdè debili, immò falſo fundamento in contrarium, quòd nempè di- 8
cta inſertio in Bullario impreſſo non poſſit operari, niſi præſumptam ſcientiam in illo, qui dictum Bullarium habet, non autem in illo, qui illud non habet: præterquamquòd non videtur ſufficere dicta præſumpta ſcientia, quinimmò nec vera ſufficere, dum ad eſſentiam legis requiritur publicatio, in qua lex ſuum recipit vigorem, ac totalem perfectionem, & ſine ea, ſcientia nequaquam ſuffragatur; ità, ut Conſtitutio non publicata ſolemniter, non afficiat ſcientes, immò nec illius Dictatorem, cæteròſque, qui eidem interfuerunt, quando fuit condita Conſtitutio, donec enim non conſtat, de mandato Legiſlatoris publicatam fuiſſe, non dicitur lex perfecta, *Bald. in l. unic.* §. *fin. in principio, C. de caduc. tollen.* & *in cap. cognoſcentes* 2. *num* 9. *de Conſtitution* & *ibi Decius n* 41. *ad fin. Gabriel. de legib. lib.* 6. *concluſ.* 4. *num.* 6. quia valdè ſcrupuloſa, & rigida opinio evaderet iſta, obligando ad ſolutionem quindennii ratione perpetuæ Penſionis, perque conſequens etiam ratione Vnionis Beneficii dumtaxat illam manum mortuam, quæ habebit penès ſe Bullarium, cùm, etiamſi illud haberet, ad effectum ſe liberandi à quindenniis, falsò aſſereret, illud ſe non habere, quod procul dubio ridiculum eſſet, hacque via in facultate manus mortuæ poſitum foret non ſolvere quindennia, ac Conſtitutiones Apoſtolicas perfricta fronte eludere magno, & evidenti cum Annatiſtarum præjudicio, quando in toto ferè Orbe Catholi- 9
co exiſtat Bullarium impreſſum; quæ etiam ſola exiſtentia de per ſe ſufficeret ad ligandum omnes manus mortuas, licet non probaretur, omnes illud penès ſe habere.

Creſcitque debilitas contrarii fundamenti in 10
eo, quòd inſertiones hujuſmodi in Bullario non fiant de mandato Papæ, ſed illorum, qui illas deſiderant, ideòque in eodem plures extarent Conſtitutiones particulares, quæ uti peculiaria privilegia inſerenda non eſſent: quia vis obligandi non reſidet in modo inſerendi Bullas de hujus, vel illius mandato, ſed in ipſa inſertio- 11
ne, qua mediante, Bulla inſerta remanet publica, ac notoria, proindèque non ampliùs indigens alia promulgatione.

Præterquamquòd cùm noſtra Conſtitutio non contineat novam legem, ſed ſimplicem declarationem legis antiquæ, malè, ac erroneè ab ali-

12 aliquibus intellectæ, & interpretatæ, uti de-
claratoria nullam exigit promulgationem, *Fa-
gnan. in cap. quoniam 13. num. 43. cum plurib.
ſeqq. de Conſtitution. ubi concordantes.*

Si autem forſitan ignorantia noſtræ Conſti-
tutionis in loco, ubi exiſtit manus mortua de-
bitrix quindenniorum ratione perpetuæ Pen-
ſionis, eſſet probabilis, ac juſta, non craſſa,
13 & ſupina, ad ſummum excuſaret quidem à pœ-
na excommunicationis contentæ tàm in præce-
dentibus Conſtitutionibus declaratis, quàm in
noſtra declaratoria, §. 9. *in fin.* & §. 11. *in fin.*
in caſu non ſoluti quindennii, non tamen excu-
ſaret à ſolutione quindennii, veluti diſtinguit
Fagnan. in cap. quoniam num.47. de Conſtitution.

Nec obſtat, quòd publicatio noſtræ Conſti-
tutionis Clementinæ facta in Curia, ſolummo-
14 dò afficiat præſentes in Curia, ex quò in dicta
Conſtitutione non appareat de mandato Papæ
volentis illam in Urbe publicari ſub ea condi-
tione, quòd ubique locorum afficiat citrà aliam
promulgationem, ac ſi ubique promulgata eſſet;
undè deficiente in caſu, ſpeciali mandato Pon-
tificis Clementis X. juxta lecturam noſtri Brevis
Clementini, ſola publicatio in Urbe non juvat,
nec ſufficit, nec obligat extrà Urbem reſpectu
manuum mortuarum abſentium, *Bald. in cap. 1.
num. 23. de poſtulation. Prælat.* ibi ,, Dummodò
,, publicatio fiat per habentes facultatem publi-
,, candi, & hæc vera in factis generalibus &c.,,
& in cap. cognoſcentes 2. n. 9. de Conſtitution.
ibi ,, Et hæc publicatio debet fieri auctoritate
,, conditoris, non à quolibet, quia debet ha-
,, bere in ſe auctoritatem, & ideò debet con-
,, ſtare de mandato, vel auctoritate publicato-
,, ris, aliàs non ligat &c. ,, *Rebuff. in l. 1. num.*
,, *191. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt,*
,, *Roland. à Vall. conſil. 8. num. 27. lib. 3.* ibi ,,
,, quòd publicatio ipſa fieri deberet auctoritate
,, Conditoris, & is, qui recitat, & publicat,
,, debet habere mandatum ſpeciale, de quo
,, oportet conſtare; aliàs enim poſt publicatio-
,, nem non eſſet Lex ipſa obſervanda, quia pa-
,, ria ſunt eſſe, vel eſſe, & minùs legitimè &c.,,
Sola ad Conſtitution. Sabaud. in Prohæm. gloſſ. 4.
15 *antè num. 12.* quia auctoritates vel loquuntur
contra communem, de qua nos ſuprà *num. 1.
& 3.* vel non omnes in ſpecie Conſtitutionum
Papalium, quas comprobavimus, non indige-
re hujuſmodi rigoroſa univerſali publicatione,
prout indigent cæteræ Conſtitutiones Princi-
pum Sæcularium.

16 Valdèque frigeſcit motivum ſtabilitum in eo,
quòd edi aſſolent quamplurimæ Conſtitutio-
nes, quæ poſteà ob mutationem voluntatis
Conditoris non publicantur, nec effectuantur:
ſi namque Pontifex Clemens X. voluiſſet ſuam,
de qua agimus, Conſtitutionem publicari, ea
lege, quòd afficeret, perindè ac ſi omnibus in-
timata fuiſſet, id utique expreſſiſſet, que-
madmodum fecit in aliis ſuis Conſtitutioni-
bus, videlicet *la 21. §. 14. Bullar. nov. Rom tom. 6.*
ibi: *quæ ſic publicatæ, omnes, & ſingulos, quos
concernunt, perindè afficiant, & arctent, ac ſi il-
lorum unicuique perſonaliter notificatæ, & inti-
matæ fuiſſent, & la 38. §. 6. eod. tom. 6.* ibi ,,
*ſicque publicatas, omnes, & ſingulos, quos illæ
concernunt, perindè afficere, ac ſi unicuique perſo-
naliter intimatæ fuiſſent.*

Cùm autem è contrà id omiſerit, ac dum-
taxat mandaverit fidem præſtari tranſumptis,
ſeu exemplaribus ſæpè laudatæ ſuæ *Conſtitutio-
nis 50.* per Datarium ſubſcriptis, ut in §. 16.
ibi: *Volumus autem, ut præſentium tranſumptis
manu Datarii noſtri ſubſcriptis, & etiam impreſ-
ſis fides adhibeatur*, indè videretur aſſerendum,
quòd ipſe Pontifex Clemens X. noluerit fieri
ipſam publicationem ſuæ Conſtitutionis, ſal-
tem cum dicta lege nimis præjudiciali, nimi-
rùm quòd afficiat, perindè ac ſi omnibus, &
ſingulis manibus mortuis onere quindennii gra-
vatis intimata fuiſſet; quidquid dicendum eſ-
ſet, quando Conſtitutio Clementina, ſivè gra-
tia facta fuiſſet ad inſtar Regularum Cancella-
riæ, quòd nempè ex nunc, prout ex tunc li-
gare deberet, quòdque ex nunc, prout ex tunc
ſola publicatione in Curia omnes Penſionarii
ad quindennia teneantur, quod in Conſtitutio-
ne Clementina non legitur.

Attamen hùc uſque exageratum ratiocinium
nulla penitùs ſuffultum apparet auctoritate,
immò ex diametro conſpirat in axioma Philo-
ſophicum de futuris contingentibus non datur
determinata ratio: etenim, ultraquamquòd ra-
riſſimè contingere poteſt, quòd, quantumvis
multæ edantur Conſtitutiones, nihilominùs po-
ſteà propter mutationem voluntatis Condito-
ris non publicentur, nec ſuum ſortiantur effe-
ctum, cùm priùs maturo judicio deliberetur,
an publicanda ſit, nec nè lex; attamen ſatis eſt
ad elidendum inane ſupradictum motivum,
quòd in noſtra Conſtitutione Clementina non
contingit, dum apparet, eandem publicatam 17
fuiſſe in Urbe (ut moris eſt) per Curſorem, ve-
luti in calce ejuſdem Conſtitutionis legitur:
quamobrem retorquetur argumentum, ſi nem-
pè Conſtitutio Pontificia indiget publicatione
locali, quia poſteà ob mutationem voluntatis
conditoris non publicatur, nec effectuatur; er-
gò non indiget publicatione hujuſmodi, ſi do-
ceatur (prout incontrovertibile eſt in noſtra
Conſtitutione Clementina) illam fuiſſe in Vrbe
publicatam, & effectuatam; immò eſt ſibi con- 18
tradicere, proprióque gladio ſe jugulare, ad-
mittendo Regulas Cancellariæ, vel Conſtitu-
tiones ad inſtar Regularum Cancellariæ affice-
re, ac ligare ſola publicatione in Curia, ideò-
que noſtram Conſtitutionem Clementinam
quoque ligaturam fore abſque alia publicatio-
ne, ſi illa edita eſſet ad inſtar Regularum Can-
cellariæ, quia Regulæ Cancellariæ non tam-
quàm Regulæ Cancellariæ, ſed tamquàm Con-
ſtitutiones Papales ligant ſola publicatione in
Curia ex ſuprà deductis.

Vltraquamquòd Regulæ Cancellariæ ſolùm 19
pro Curia noſtra Romana, próque directione
Miniſtrorum Cancellariæ (quod principale mo-
tivum eſt) conditæ ſunt, noſtra verò Clemen-
tina Conſtitutio, licet non ſit una ex Regulis
Cancellariæ, neque ad inſtar Regularum Can-
cellariæ, attamen uti Conſtitutio Pontificia li-
gare debet ſola publicatione in Curia: & forſi-
tan poteſt ſubſtineri, quòd ob intereſſe, quod
habet ſuper quindenniis Cancellaria, ſeu Ca-
mera Apoſtolica, noſtra Conſtitutio ſit ad in- 20
ſtar Regularum Cancellariæ, vel regulanda ad
formam illarum, præſertim cùm præcedens 21
Bulla 20. Julii III. §. 10. in fin. Bullar. nov.

Rom.

Rom. tom. 1. repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la III. mandet , illam regiſtrari in libro ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ , &
22 inſuper appareat , *Bullam* 18.*Vrbani VIII. tom. 5. repetit. poſt Tract. int. Conſtit. Apoſt. in ordine la VIII.* de eadem materia quindenniorum loquentem , exhibitam fuiſſe in Camera Apoſtolica , perque ejuſdem Cameræ Decretum admiſſam , ac in illius libris regiſtratam , ut videre eſt in calce prælaudatæ Conſtitutionis Vrbanæ, ibi : *exhibitæ fuerunt in Camera Apoſtolica , & per ejuſdem Cameræ Decretum admiſſæ , & regiſtratæ in libris ipſius Cameræ penès me illius Notarium exiſtentibus &c.*

ARGUMENTUM.

Conſtitutio 50. *Clementis X.* §. 7. *cum ſeqq. Bullar. nov. Rom. tom. 6. repetit. poſt Tract, int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la XI.* declarans , deberi etiam quindennia ratione perpetuarum Penſionum , nulla indiget notificatione perſonali , ſeu intimatione judicialiter facienda ipſi manui mortuæ Penſionariæ , ſaltem loco publicationis localis , ad effectum , ut iſta teneatur ad quindennia præterita decurſa à die reſervationis perpetuarum Penſionum uſque ad diem emanatæ prædictæ *Bullæ Clementinæ .*

SUMMARIUM.

1 *Debitores ad non ſolvendum quærunt ſubterfugia .*
2 *Miſera eſſe ſolet creditorum conditio .*
3 Conſtitutio 50. Clementis X. §.7. cum ſeqq Bullar. nov. Rom. tom 6. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la XI. *declarans , deberi etiam quindennia ratione perpetuarum Penſionum , nulla indiget notificatione perſonali facienda manui mortuæ .*
4 *Lex ut obliget , omninò neceſſaria eſt publicatio .*
5 *Quod declarantur .*
6 *In* Conſtitutione 21. Clementis X. §. 14. & Conſtitut. 38. §. 6. Bullar. nov. Rom. tom. 6. *expreſsè ſtatuitur , quòd omnes afficiat , etiam non intimata , in quantum pro faciliori notificatione id fit , & quia agitur de abrogandis privilegiis .*
7 *De æquitate certiorari debet privilegiatus .*
8 *Ob defectum notificationis perſonalis nulla manus mortua extrà Urbem teneretur ad quindennia ratione Vnionis , ſi requireretur publicatio prælaudatæ Conſtitutionis Clementinæ in Partibus, quod tamen falſum eſt .*
9 Paulus IV. in ſua Conſtitutione 17. Bullar. nov. Rom. tom. 1. repetit. poſt Tract. int. Conſt. Apoſt. in ordine la V. *voluit , quòd ſua Conſtitutio omnes afficeret, ac ſi omnibus intimata eſſet.*
10 *Supradicta Conſtitutio Clementis X. aliarum confirmatoria cenſetur idem diſponere voluiſſe circà intimationem .*
11 *Quindennia ex omnibus mundi Partibus exiguntur abſque intimatione .*
12 *Gratia non intimata , cenſetur extincta .*
13 *Etiam antè ſupradictam Conſtitutionem Clementis X. communior vigebat opinio , quòd ex perpetuis Penſionibus deberentur quindennia .*
14 *Idem ſtatuit Clemens X. per modum declarationis pro tollendo omni dubio .*
15 *Refertur abſurdum ſequuturum , ſi contrarium teneretur .*
16 *Declarantur dicta ſuprà* n. 12.
17 *Quindennia debentur ex cauſa oneroſa .*
18 *Iterùm declarantur dicta ſuprà* n. 12.
19 *Bona fides excuſat à ſolutione in præteritum .*
20 *Exactor , ſeu Subcollector quindenniorum præjudicare nequit Collegio Annatiſtarum .*
21 *Declarantur dicta ſuprà* n. 19.
22 *In facto publico allegari nequit ignorantia .*
23 *Præſumpta ſcientia Conſtitutionis ponit in mala fide .*
24 *In privilegio præſumitur de Jure ignorantia .*

CAPITULUM CXCIII.

EA eſt debitorum conditio ad ſolutionem 1
evitandam , ut quærant mendicata ſubterfugia , & creditores modis omnibus ſupplantare ſtudeant ; ità , ut multiplicare motiva indebiti non erubeſcant , ac uno non ſubſiſtente , ad aliud motivum forſitan minùs ſubſiſtens convolare præſumant ; ideòque miſera eſſe ſolet 2
creditorum conditio , qui in Judicio defatigati, verſutiis debitorum obviare debent , nè credita amittant. Viſo igitur , quòd Conſtitutio noſtra Clementina declarans , quindennia etiam deberi ratione perpetuarum Penſionum , non indigeat ulteriori publicatione in loco , ubi exiſtit manus mortua , nunc videndum, quòd *Con-* 3
ſtitutio 50. *Clementis X.* §. 7. *cum ſeqq Bullar. nov. Rom. tom 6. repetit. poſt Tract. int Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la XI.* declarans , deberi etiam quindennia *ratione* perpetuarum Penſionum , nulla indiget notificatione perſonali , ſeu intimatione judicialiter facienda ipſi manui mortuæ Penſionariæ , ſaltem loco publicationis localis , ad effectum , ut iſta teneatur ad quindennia præterita decurſa à die reſervationis perpetuarum Penſionum uſque ad diem emanatæ prædictæ Bullæ Clementinæ ; non enim , ut Conſtitutiones Pontificiæ ligare poſſint , neceſſe eſt , quòd publicentur in omnibus mundi Provinciis , cùm ſatis ſit illarum publicatio facta in Curia , ubi conduntur , *Menoch. conſil.*461. *n.* 39. *& de arbitrar. Judic. caſ.*185. *num.* 18. *Gomez Sarnen in Trobam. Regul. Cancellar. quæſt.* 2. *num.*13. *verſic. nec obſtat , Pariſ. de reſignation. Benefic. lib.* 11. *quæſt.* 9. *num.* 6. *cum ſeqq. Azor inſtit. moral. tom.* 1. *lib.*5. *cap.*3. *quæſt.* 2. *per tot.* Barboſa *in cap. cognoſcentes* 2. *n.* 10. *de Conſtitution. Mareſcott. var. reſol. lib.*2. *cap.* 39. *nu.* 38. cùm leges publicatæ , ſeu affixæ in uno loco , cenſeantur ubique notificatæ : ſicque cùm ſaltem præſumptivè hujus Conſtitutionis Clementinæ notitiam ſubditi habeant , non eſt opus , ut ſpecificè , ſeu particulariter certiorentur .

Non obſtat , quòd , ut lex obliget , omninò 4
neceſſaria ſit publicatio , *Bald. in cap. cognoſcentes* 2. *num.*5. *de Conſtitution. & in cap.* 1. *nu.*23. *de poſtulat. Prælat. & in l. unic.* §. *fin. in principio , C. de caduc. tollend. Gonzalez Tellez ibid. n.* 10. *Decius num.* 40. *&* 41. *Berojus nu.*51. *Card.*

Za-

Zabarell. in Probæm. Clementin. §. *Seu Univerſi-
tati num.* 3. *Rebuff. in l.* 1. *notab. ultim. num.* 1.
cum ſeqq. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt,
Burſatt. conſil. 200. *num.* 102. *lib.* 3. *Roland. à
Vall. conſil.*8. *num.*23. *cum ſeqq. lib.*3. *Card. Pa-
riſ. conſil.* 47. *num.* 33. *lib.*3. *Thomat. dec. Mace-
rat.* 200. *num.*8. *tom.*2. *Theſaur. dec. Pedemont.*
249. *num.*6. *Rota coram Card. Put. dec.*169. *n.*4.
verſic. videlicet à die intimationis, *&* *deciſ.* 407.
*per tot lib.*1. quaſi quòd, ſi Pontifex Clemens X.
voluiſſet, ſuam Conſtitutionem publicari ſub
hac lege, ut etiam non intimata omnibus, om-
nes afficeret, ac ſi omnibus intimata eſſet, hoc
expreſſiſſet, prout quando ità voluit, expreſſit
in aliis ſuis Conſtitutionibus, nempè *la* 21.
§.14. *&* *la* 38. §.6. *tom.*6. cùm autem id præter-
miſerit, & mandaverit in calce illius, fidem
præſtari tantùm tranſumptis, ſeu exemplaribus
manu Datarii pro tempore ſubſcriptis, dicen-
dum videtur, quòd non intelligatur volita pu-
blicatio cum hac conditione, quòd nimirùm
afficiat omnes manus mortuas, ac ſi omnibus
manibus mortuis onere quindennii gravatis in-
5 timata fuiſſet; quia contrariæ auctoritates non
applicantur ad Conſtitutiones Papales, quæ,
ſi ex *Cap.CLIX.* deductis non indigent generali,
ſeu locali publicatione, longè minus à fortiori
indigent perſonali intimatione, ac in reliquis.
6 Præterquamquòd in *dicta Conſtitutione* 21. *&*
38. id requiritur pro faciliori notificatione, &
agitur de abrogatione privilegiorum, quo caſu
7 de æquitate debet certiorari privilegiatus, ut
poſt notificationem conſtituatur in mala fide,
nevè poſſit ampliùs uti privilegiis præcedenter
conceſſis; ſed in caſu noſtro agitur de declara-
tione dumtaxat, cùm præcedenter jam adeſſet
obligatio, non tamen de ademptione alicujus
juris quæſiti.
Admiſſo autem hoc divinatorio ſenſu, ſe-
queretur, quòd Conſtitutio Clementina con-
firmatoria aliarum præcedentium Conſtitutio-
num, mandans quindennia ſolvi ratione Unio-
nis Beneficiorum, cùm non ſit publicata ſub
dicta conditione, nec afficiat omnes manus
mortuas etiam quoad ſolvendum quindennia
ratione Unionis Beneficiorum, ſicque quòd ob
8 defectum intimationis, ſeu notificationis per-
ſonalis, nulla manus mortua extrà Urbem te-
neretur ad ſolutionem quindenniorum ratione
Unionis Beneficiorum, cùm non ſit, nec dari
poſſit major ratio neceſſitatis intimationis ad
effectum ſolvendi quindennia ratione reſerva-
tionis perpetuarum Penſionum, quàm ratione
Unionis Beneficiorum.
9 Omiſſo, quòd ſatis eſt ad noſtrum intentum,
Paulum IV. in ſua Conſtitutione 17. §. 3. *in fin.
Bullar. nov. Rom. tom.* 1. *repetit. poſt Tract. int.
Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la V.* loquente
de quindenniis, ſtatuiſſe, quòd ſua Conſtitu-
tio omnes afficiat, ac ſi omnibus intimata eſ-
10 ſet: undè noſtra Conſtitutio Clementina iſtius
Paulinæ, aliarùmque ſuper quindenniis edita-
rum confirmatoria cenſetur idem diſponere vo-
luiſſe circà intimationem; aliàs juxta ſenſum
contrarium etiam pro exigendis quindenniis
debitis ratione Unionis Beneficiorum facienda
eſſet afferta intimatio, cùm eadem ſit ratio:
11 attamen practicatur eorum quotidiana exactio
ab omnibus mundi partibus citrà aliquam inti-
mationem perſonalem.

Minùs obſtat, quòd per negligentiam Anna-
tiſtarum, ad quorum commodum cedunt quin-
dennia, gratia illis per Clementem X. conceſſa
quoad quindenniorum exactionem etiam ratio-
ne perpetuarum Penſionum cenſetur extincta, 12
tamquàm non intimata manui mortuæ Penſio-
nariæ, *Oldrad conſil.*56. *n.* 1. *in verbis* ibi: *Nam
per negligentiam quoad iſtud tempus gratia fuit
extincta &c. Cancer. var. reſol. part.* 3. *cap.*3. *n.*
21. *cum ſeqq. Antonell. de temp. legal. lib.*2. *cap.*
80. *num.*5. *&* 6. *Genuenſ. practicab. Eccleſ. quæ-
ſtion.* 155. *nu.* 4. *Rota coram Card. Put. dec.*169.
num. 4. ibi: *fuit concluſum &c. quòd à die inti-
mationis afficeret Capitulum*, *&* *dec.*407. *num.*1.
lib. 1. adinſtar Privilegii juris exigendi Gabel-
lam tranſitus, cui per negligentiam cenſetur
renunciatum pro illo tantùm tempore, quo non
fuit petita Gabella, & in puncto negligentiæ
non exigendi quindennia firmat *Rota coram
Card. Seraphin. deciſ.* 1410. *num.* 27. *verſic. cùm
omne Privilegium per non uſum amittatur*, *tom.*
2. *repetit. poſt Tract. int. Deciſion. Sac. Rot. Rom.
in ordine la V.* quod tamen objectum ſatis eliſum
remanet ſequentibus IV. ſolidiſſimis reſponſio-
nibus.
I. Quia ex per nos *Cap.CXLV.* dictis, liquet jam 13
antè Clementem X. communiorem viguiſſe opi-
nionem, quòd quindennia debebantur etiam
ratione perpetuarum Penſionum, & Clementi- 14
na Conſtitutio ad abundantiorem cauthelam,
pròque removendo penitùs omni dubio, ac
contrario minùs ſano intellectu præcedentium
Conſtitutionum Apoſtolicarum per modum de-
clarationis tantùm ſtatuit, etiam ratione per-
petuarum Penſionum deberi quindennia.
II. Quia ex tali prætenſione ſequeretur maxi- 15
mum, ac prorsùs intolerabile abſurdum, quòd
nimirùm nec quindennia deberentur ratione
Unionis Beneficiorum decurſa à die Unionis
uſque ad diem editionis *Bullæ* 6. *Pauli II. primi
quindenniorum regulatoris*, *Bullar. nov. Rom.
tom.* 1. *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apo-
ſtolic. in ordine la I.* ſi prædicta Bulla intimata
non fuerit particulari manui mortuæ quinden-
niorum debitrici.
III. Quia ſuprà congeſtæ contrariæ auctori- 16
tates *num.* 12. loquuntur in genere de gratia
conceſſa ex cauſa merè lucrativa, proindèque
applicari nequeunt ad gratiam quindenniorum, 17
quæ habet originem à cauſa onerosa, dum An-
natiſtæ emerunt propriis pecuniis eorum Of-
ficia.
IV. Quia reliquæ auctoritates allatæ *dicto n.* 18
12. *propè fin.* ac præſertìm illa *dec.* 1410. *coram
Card.Seraphino*, loquuntur quidem de quinden-
niis, ſed non de his Sedi Apoſtolicæ debitis in
recognitionem univerſalis dominii, nec non
Annatiſtis ab ipſa Sede Apoſtolica cauſam ha-
bentibus, verumtamen de quindenniis (ut ità
inquam) non Cameralibus, prætenſis a Capi-
tulo Burgen. quod non habebat titulum onero-
ſum, prout re vera habent Annatiſtæ, ſed merè
lucrativum.
Longè minùs turbat, quòd, cùm quinden-
nia decurſa, & non petita ob ſuppoſitam negli-
gentiam Annatiſtarum in omittendo intimatio-
nem, conſumpta ſint laudabiliter, ac bona fide 19
per manum mortuam Penſionariam, in cauſam
piam abſque aliqua imaginabili culpa, aut ma-
jo-

jori locupletatione, non veniunt ſolvenda, ſivè veriùs reſtituenda Aunatiſtis, quaſi quòd bona fides radicata in negligentia privilegiati excuſet gravatum, à ſolutione quindenniorum, *Oldrad. conſil* 56. *num.* 1. *in verbis* ibi: *& fructus percepti, negligentia non petentis in reſtitutione non veniunt &c.* *Rota deciſ.* 169. *num.* 4. *verſic. quod à die intimationis afficeret Capitulum &c. & dec.* 407. *per tot. lib.* 1. *coram Card. Puteo*, ubi ex capite bonæ fidei fundatæ in defectu notificationis Privilegii, Capitulum fuit abſolutum reſpectu fructuum conſumptorum; immò in fortioribus terminis non obſtante litis introductione à tempore antiquo, & non obſtante titulo injuſto, quo ſibi Capitulum Gerunden. appropriaverat fructus Eleemoſynariæ, cenſuit *Rota in Gerunden. Eleemoſynæ Panis ſuper condonatione fructuum* 8. *Junii* 1705. §. *Præmiſſis con Kaunitz* ibi: *eandèmque bonam fidem peperiſſe illi juſtum titulum non reſtituendi præfatos fructus jam conſumptos, cùm ad dictum effectum ſufficiat quilibet titulus, ac occaſio dubitandi, proveniens etiam ab injuſto Juris errore, nec requiratur poſitiva bona fides, ſed media, quinimmò ſufficiat malam abeſſe &c.*

Quod ſanè motivum non regit, quippè ſola bona fides non debet ſuffragari debitori ad effugiendum ſolutionem debiti; nec ſub prætextu defectus majoris locupletationis debitoris debet creditor jacturam facere, ſuùmque creditum amittere: eſt enim debitum proprium; ità, ut manus mortua non poſſit facere fructus ſuos cum hoc onere ſolvendi quindennia: omiſſo, quòd negligentia exactoris quindenniorum,
20 qui eſt miniſter, ſeu perſona particularis, præjudicare nequit toti Collegio Annatiſtarum, quando nec Prædeceſſores Pontifices id facere poſſunt, nè ex facto alieno damnum irrogetur, juxta *Bullam* 17. *Pauli IV.* §. 8. *in principio, Bullar. nov. Rom. tom.* 1. ibi ,, Nos conſiderantes, præfatum Eugenium &c. Collegio Cardinalium, & Officialium Romanæ Curiæ &c. præjudicare non potuiſſe, & propterea jus noſtrum, & Collegii, ac Officialium &c. illæſum remanſiſſe, & remanere &c. ,, & *Bullam* 50. *Clementis X. in principio, juncto* §. 1. & 6. *in principio, tom.* 6. ibi ,, nec non illorum damnis plerumque ex incuria illorum jurium Exactorum provenire ſolitis obviare cupientibus &c. ſucceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus, & per conſequens Collegio Cardinalium hujuſmodi, & Officialibus Romanæ Curiæ &c. præjudicare non potuiſſet &c. Cùm autem &c. exactiones jurium ratione quindenniorum hujuſmodi decurſorum, & eorundem Cardinalium Collegio debitorum, ob Procuratorum dicti Collegii incuriam, non ſine maximo illius damno, & præjudicio, non ſolùm neglectæ fuerint &c. ,, *repetit. poſt Tract. int. Conſtitution. Apoſtolic. in ordine la V. & XI.* & notant *Card. de Luca de Benefic. diſcurſ.* 89. *num.* 13. *in fin.* §. *Abſolutum autem eſt*, ibi ,, ſi fortè aliqua deputatio adfuit gratia indulgentiæ, ac majoris commoditatis, illa fuit Cardinalis Camerarii Sacri Collegii, vel alterius Officialis, non autem totius dicti Sacri Collegii, cui factum Officialis, vel Adminiſtratoris præjudicare non potuit &c. ,, & §. 14. ibi ,, Et nihilominùs quando etiam fuiſſet facta deputatio ab ipſo Sacro Collegio, neque ſufficeret, quoniam &c. iſta exactio debetur Papæ in recognitionem dominii, iſtam verò partem hujuſmodi emolumentorum applicavit Sacro Collegio Cardinalium, aliiſque Officialibus &c. & conſequenter intrat eadem ratio, quòd geſta per adminiſtratorem præjudicare non poſſunt Domino abſque ejus ſcientia, & conſenſu. Quinimò quòd neque poſitivè geſta per ipſoſmet Prædeceſſores Pontifices attendi debent, ac præjudicare poſſint in hac materia quindenniorum &c. ,, *bon. mem. R. P. D. Piton. diſcept. Eccleſ. part.* 1. *diſcept.* 18. *n.* 31. ibi ,, quia hujuſmodi exempla tamquàm emanata ex facto Cardinalis Camerarii, non autem totius Sacri Collegii, in nulla conſideratione haberi merentur &c. immò neque ſufficeret factum totius Sacri Collegii, ſed requireretur ipſum factum Summi Pontificis, cui exactio annatæ debetur in recognitionem Dominii Univerſalis &c. ,, & *nu.* 32. ibi ,, Nec propterea hujuſmodi exempla trahi poſſunt ad firmandum obſervantiam talem, quæ præjudicet Summo Pontifici, & Sacro Collegio &c. ,, *Rota coram Manzaned. deciſ.* 842. *n.* 18.

Doctrinæ inſuper contrariæ, inaplicabiles 21
redduntur ad jus percipiendi quindennia decurſa antè intimationem perſonalem, fundatæ enim illæ ſunt in juſta, ac probabiliſſima ignorantia ob factum particulare, cùm ibi agatur de Canonico habente Indultum Apoſtolicum percipiendi fructus in abſentia, & illud non præſentante, niſi poſt annum, nihilominùs prætendente fructus illius anni, qui jam bona fide conſumpti erant, & diſtributi per Capitulum inter reliquos Concanonicos præſentes, & talis eſt figura caſus adverſantium auctoritatum ſuprà relatarum *num.* 12. & 19. præſertim *Oldrad. prælaudato conſil.* 56 *num.* 1. *in fin.* ibi ,, Cùm Capitulum ignorans gratiam ſibi factam, bona fide diſtribuit inter illos, quibus aliàs deberetur &c. ,, & *num.* 2. ibi ,, Nam cùm ad Capitulum de Jure communi, & de conſuetudine ſpectet diviſio fructuum, ignorans gratiam, diviſit, & inter ſervientes diſtribuit, valet diſtributio, nec Capitulum diſtribuens tenetur, etiamſi illi, qui perceperunt, ſint non ſolvendo &c. Aliàs ignorantia puniretur, quod eſſe non debet &c. ,, & *Rota coram Card. Puteo prælaudata dec.* 169. *per tot. lib.* 1. ibi ,, quia etiam privilegium de percipiendis fructibus, non expediverat, nec intimaverat Capitulo, poſteà primo anno Pauli &c. expedivit privilegium prædictum, & illud intimavit Capitulo de anno 1538. &c. quòd per negligentiam tale privilegium perdatur &c. Undè cùm Capitulum in caſu noſtro eſſet in juſta ignorantia, & fructus vigore fundationis in intereſſentes diſtribuiſſet &c. ,, undè relati Doctores benè firmant Capitulum non teneri ad fructus, niſi à die præſentationis, ſeu exhibitionis Indulti; & quidem jure merito, nè aliàs condemnaretur per indirectum ad bis ſolvendum Concanonicis nempè præſentibus, & poſteà Canonico abſenti indultario, ſeu privilegiato: in caſu verò noſtro agitur de facto publico, ac notorio, 22
in

in quo allegari nequit ignorantia, *cap.* 1. *de po-*
ſtulat. Prælat. l. & ſi ſciſſes, l. tutor C. de admi-
niſtrat tut Coſt. de fact. ſcient. & ignorant. in-
ſpect 95. *num.* 2. *cum ſeqq. Rota coram Card. Pu-*
teo dec. 142. *num.* 1. *lib.* 1. de Conſtitutione vi-
delicet Papali per viam legis univerſalis edita,
23 inque Bullario Romano impreſſa, cujus de Ju-
re præſumpta ſcientia ſemper ponit in mala
fide, non de peculiari privilegio conceſſo per- 24
ſonæ particulari, in quo præſumitur de Jure
ignorantia, ex eo quòd privilegium non eſt
clauſum in corpore Juris, proindèque non de-
ventum ad omnium notitiam, *Coſta ubi mox*
inſpect. 98. *n.* 1.

Finis Partis Primæ.

BINDING SECT. FEB 2? 1969

BX
1939
M7L66
1733
t.1

Lopez de Leone
De quindenniis

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 14 15 09 07 031 1